Digitized by Google

5 . 1 . 384

Digitized by Google

Digitized by Google

PETRI MARCELLINI
CORRADINI
TRACTATUS
DE JURE
PRÆLATIONIS
CUM
S. ROT. ROM. DECISIONIBUS
RECENTISSIMIS.

Digitized by Google

PETRI MARCELLINI
CORRADINI

Juriſconſulti Setini,

SS. D. N. INNOCENTII XII. & CLEMENTIS XI.

Subdatarii, poſtea S. E. R. CARDINALIS.

TRACTATUS DE JURE
PRÆLATIONIS

ID EST

IN QUIBUS CASIBUS QUIS PRÆFERATUR

in EMENDO, CONDUCENDO, & ſimilibus CONTRACTIBUS.

OPUS IN SIMPLICIBUS TERMINIS JURIS COMMUNIS

à nemine uſque adhuc pertractatum, & omnibus JURISCONSULTIS ſummopere, utile, ac neceſſarium.

EDITIO ULTIMA, NOVIS QUÆSTIONIBUS, DECISIONIBUSQUE AUCTA

Acceſſit

S. ROT. ROMANÆ DECISIONES RECENTISSIMÆ

Nunquam antea in lucem editæ, Materiam PRÆLATIONIS ab Autore pertractatam, Amplectentes, Confirmantes, Laudantes, &c.

CUM INDICIBUS QUÆSTIONUM, AC MATERIARUM.



GENEVÆ,

Sumptibus CRAMER & PERACHON.

M. DCCXVII.

Digitized by Google

INDEX QUÆSTIONUM,

Quæ in hoc Tractatu de PRÆLATIONIS JURE continentur.

QUÆSTIO I.

Uidnam ſit prælatio, & in quo differat à Jure Protomiſeos, Jure Congrui & à Jure Retractus & Recompræ, ſive Redimendi. p. 1

QUÆSTIO II. An prælationis materia ſit favorabilis, vel potiùs odioſa, & reſtringenda, & utrum ſit pœnalis. 2

QUÆSTIO III. An hoc Jus prælationem petendi ſit reale perſonale, vel in rem ſcriptum, & coram quo Judice lis circa hujuſmodi cauſas ſit tractanda. 4

QUÆSTIO IV. An illi, cui competit prælatio, denuntiari debeat venditio. 8

QUÆSTIO V. An mediante prælatione venditio, & emptio jam contracta reſcindatur, & novus fiat contractus, vel potiùs idem confirmetur, & proinde tam emptor, quàm venditor in eodem ſtatu debeant permanere. 17

QUÆSTIO VI. An Jus prælationis poſſit ex conſuetudine induci. 24

QUÆSTIO VII. An Jus prælationis per pactum induci poſſit. 27

QUÆSTIO VIII. An procurator poſſit Jus prælationis petere, & an ad hoc Jus obtinendum requiratur ſpeciale mandatum. 30

QUÆSTIO IX. An admittatur quis ad prælationem petendam pro alio, & an prælatio locum habeat quando ſubeſt præſumptio, quod quis eam petat pro alio. 33

QUÆSTIO X. An Jus prælationis cedi poſſit. 36

QUÆSTIO XI. An Princeps poſſit Jus prælationis dare, & tollere. 38

QUÆSTIO XII. An jus prælationis poſſit obeſſe, & prodeſſe Clericis. 41

QUÆSTIO XIII. An in venditione plurium rerum, vel unius rei poſſit quis, vel debeat ſuper omnibus rebus, vel ſuper tota re prælationem obtinere, aut potiùs partem petere. 43

QUÆSTIO XIV. Quid faciendum ſit quando concurrunt ad prælationem petendam plures, quibus tale jus competit. 48

QUÆSTIO XV. An contractus factus in fraudem illius cui competit prælatio reſcindatur an verò validus ſit, itaut obſtet prælationem habenti. 51

QUÆSTIO XVI. In quibus nam contractibus, & rebus habeat locum prælatio. 52

QUÆSTIO XVII. An prælatio competat in alienatione neceſſaria. 77

QUÆSTIO XVIII. An prælatio competat quando res alienatur ex præcepto Teſtatoris. 81

QUÆSTIO XIX. An prælatio habeat locum, quando res pignoratur. 84

QUÆSTIO XX. An prælatio locum habeat, quando fuit facta promiſſio de vendendo. 86

QUÆSTIO XXI. An poſſit is qui prælationis judicium intentavit à petitione reſilire, & poſtea pœnitere etiam ſequuta ſententia. 89

QUÆSTIO XXII. Quodnam pretium teneatur ſolvere prælationem petens. 91

QUÆSTIO XXIII. An pro prælatione obtinenda pretium debeat afferri, vel potiùs deponi. 99

QUÆSTIO XXIV. Quanto tempore præſcribatur Jus prælationis. 102

QUÆSTIO XXV. An terminus datus à lege, vel ſtatuto ad prælationem petendam valeat abbreviari, vel prorogari à Judice, & an poſſit cogi Jus prælationis habens ad declarandam ſuam voluntatem ante lapſum dicti temporis. 107

QUÆSTIO XXVI. An introducta lite ſuper prælatione emptor ſit idoneus Teſtis in cauſa, quæ agitur inter venditorem, & eum qui prælationem prætendit. & è contra. 109

QUÆSTIO XXVII. An teneatur emptor reſtituere fructus à die emptionis uſque ad diem quo conſignat rem prælationem petenti, perceptos, & an è contra prælationem petens teneatur reficere melioramenta ab emptore facta, aliaſque expenſas, & intereſſe, ſi quod hoc medio tempore emptor paſſus eſt, & è contra. 119

QUÆSTIO XXVIII. An & quando cenſeatur juri prælationis renunciatum. 116

QUÆSTIO XXIX. Quibuſnam ex cauſas quis privetur prælatione. 124.

QUÆSTIO XXX. Miſcellanea. 125

QUÆSTIO XXXI. De prælatione, quæ datur alienatione rei Domino emphyteuticæ. 132

QUÆSTIO XXXII. An cenſuario prælatio in emptione rei cenſuatæ competat. 145

QUÆSTIO XXXIII. An vicino competat prælatio. 149

QUÆSTIO XXXIV. An prælatio competat conſorti, ſocio, & habenti rem communem, & indiviſam, quando venditur, vel locatur à conſorte, vel conſocio pars propria. 156

QUÆSTIO XXXV. An in venditione feudi præferantur agnati illius vaſalli, qui feudum vendit. 160

QUÆ-

Index Quæſtionum.

QUÆSTIO XXXVI. An prælatio detur vocato ad fideicommiſſum, quando ex juſta cauſa alienantur bona fideicommiſſo ſubjecta. 167

QUÆSTIO XXXVII. An emptor domus cum pacto de retrovendendo præferendus ſit aliis, quando domus venditur liberè, vel ceditur jus redimendi alteri. 174

QUÆSTIO XXXVIII. An conſors, cujus pars venditur à Fiſco præferri debeat in venditione cuilibet privato. 175

QUÆSTIO XXXIX. An prælatio detur creditori in venditione rei debitoris. 178

QUÆSTIO XL. An locatori competat prælatio, quando conductor vult alteri ſublocare, & an è contra competat conductori prælatio, quando locator rem locatam vult vendere. 180

QUÆSTIO XLI. An conductor antiquus in nova locatione præferatur pro eodem pretio novo conductori. 183

QUÆSTIO XLII. An finita emphyteuſi, ſi Dominus velit illam concedere extraneis, teneatur præferre conſanguineos ultimi defuncti. 187

QUÆSTIO XLIII. An Baro & Dominus præferantur in emptione fructuum recollectorum à Vaſſallo, vel Colono in fundo, aut in feudo. 194

QUÆSTIO XLIV. An Barones & Principes habeant jus prælationis in locatione, vel venditione prædiorum Rulticorum, aut Urbanorum facta à Vaſſallis, & quid in Principe ſupremo. 197

QUÆSTIO XLV. An Baro præferatur in conductione operarum Vaſallorum ad effectum culturæ Agrorum feudalium, & an è contra talis prælatio in locatione dictarum terrarum Vaſſallis detur. 198

QUÆSTIO XLVI. An de Jure in bonis Burgenſaticis, quæ fuerunt noſtrorum majorum, agnatis prælatio competat. 200

QUÆSTIO XLVII. An quando Princeps, vel Rex vendit Civitatem, vel Villam unà cum Vaſallis, detur ipſi Civitati, & Vaſallis pro eodem pretio prælatio. 202

QUÆSTIO XLVIII. An illi ad cujus favorem quis cogitur vendere competat prælatio. 207

QUÆSTIO XLIX. An communitati, & Civibus loci competat prælatio in emptione frumenti in eorum territorio recollecti. 215

QUÆSTIO L. An & quando Civitati competat prælatio in emptione aquæ, quam privatus, vel princeps vult vendere, & in emptione loci per quem vult Civitas aquæductum facere. 218

QUÆSTIO LI. An ei, qui fuit facta conceſſio, aut venditio aquæ ex aliquo aquæductu provenientis, competat prælatio, ſi Dominus concedens velit partem illius aquæ alteri vendere. 219

QUÆSTIO LII. Servus ob non ſolutum vectigal. aut Crimen, aut factum Domini in commiſſum incidit, & à Fiſco fuit occupatus, & confiſcatus, vult vendi alteri, & Dominus petit præferri. Quæritur an poſſit. 220

QUÆSTIO LIII. An donatarius, vel donans alienans partem minorem prædii teneatur præferre donantem, an donatarium, qui majorem partem habet in illo prædii. 221

QUÆSTIO LIV. An prælatio detur Civibus quando Dominus loci vult vendere ſive locare paſcua exteris. 223

QUÆSTIO LV. An filii Advocatorum publicorum, & Reipublicæ in conceſſione officii paterni poſt patris mortem à Principe facienda cæteris præferantur. 226

QUÆSTIO LVI. An Civitas, in qua quis Doctor Artiſex, aut Vir excellens in armis natus eſt, de Juris rigore ſit præferenda in conductione operarum, quas pro certo pretio ille vir alteri Civitati locavit. 227

QUÆSTIO LVII. An peregrinis in conductione loci & hoſpitii, atque in emptione victualium detur prælatio. ibid.

QUÆSTIO LVIII. An Dominus fundi ſervientis præferantur in emptione ſervitutis, quam Dominus fundi dominantis vult extraneo vendere. 229

QUÆSTIO LIX. An prælatio competat illi, qui ſervitutem, quando venditur fundus ſerviens. 231

QUÆSTIO LX. An prælatio competat Domino fundi quando is, qui in eodem fecit melioramenta vult alteri vendere. 232

QUÆSTIO LXI. An prælatio competat donatario univerſali ſi donans, qui ſibi reſervavit facultatem de certa ſumma diſponendi vult vendere aliquam rem ex donatis ad effectum dictam ſummam extrahendi. 234

QUÆSTIO LXII. An prælatio competat Fiſco Principi, ejuſque conductori, quando venduntur metalla, aut ſal factum in propriis ſalinis privatorum. 236

QUÆSTIO LXIII. An Principi in conductione Navium, Curruum, Equorum, & ſimilium tempore publicæ neceſſitatis competat prælatio 237

QUÆSTIO LXIV. An facta venditione cum pacto addictionis in diem prior emptor præferatur pro eodem pretio illi, qui meliorem attulit conditionem. 239

QUÆSTIO LXV. An prælatio competat conductori, aut emptori fiſcali, quando Fiſcus poſt jam factam Locationem, vel venditionem, & extinctam candelam vult recipere majorem oblationem. 242

QUÆSTIO LXVI. An prælatio pro eodem pretio competat priori emptori, quando res vendita jam fuit ad inſtantiam Creditorum, & poſtea elapſo jam termino, & extincta candela ex majori oblatione fuit iterum poſita ſub haſta. 245

QUÆSTIO LXVII. An facta conceſſione à Principe tertio fodiendi metalla, & lapides pretioſos in fundo alieno, ſoluta Principi certa quantitate ſit Dominus fundi volens eamdem quantitatem ſolvere præferendus. 247

QUÆSTIO LXVIII. An Civibus, & habitatoribus alicujus loci detur prælatio, quando unus ex cohabitatoribus vult vendere rem extraneo, & extero. 248

QUÆSTIO LXIX. An creditor effectus Dominus rei pignoratæ, ſi velit eam vendere, teneatur priorem Dominum aliis extraneis emptoribus. 249

QUÆSTIO LXX. An prælatio detur debitori quando creditor pro minori ſumma cedit actionem, quam contra debitorem habet, alteri extraneo. 250

QUÆSTIO LXXI. An quando venditur fundus Colonarius Principis, & Fiſci præferendi ſint ipſi Coloni extraneis emptoribus. 251

QUÆSTIO LXXII. An vendens rem ſuam cum reſervatione dominii quouſque pretium fuerit ſolutum habeat jus prælationis, quando emptor dictam rem alteri vult vendere. 252

CATA-

CATALOGUS LIBRORUM
JURIDICORUM &c.
Apud CRAMER & PERACHON.

Bibliopolas impreſſorum ut & eorum qui majori in copia apud Ipſos proſtant.

ACtolini Reſolutiones Forenſes fol.
Alderiſius de Contractibus Symbolicis &c. accurrante Phil. Oldenburgero fol.
Alteſerta Eccleſiaſticæ Juriſdictionis Vindiciæ adverſus Car. Feuret & aliorum Tractatus d. Abuſu &c. 4. 1715.
Altogradi Controverſiæ Forenſes fol. 2. *Tom.*
Amati Conſilia Juridica fol.
Amaya in Codicem fol.
Ærodii Pandectæ Rerum ab omni Antiqnitate Judicatarum & de Patrio Jure fol.
Arias de Meia variæ Reſolutiones Joris fol.
Azo Comment. in Codicem. 4
Barboſæ (*Auguſt.*) Opera omnia fol. 20. *Tom.*
——— de Parocho fol.
——— Repertorium fol.
Barboſæ Loci Communes, *ſeu* Principia Juris 8.
Barboſa de Matrimonio. fol. *Lugd.*
Baytellus de Ultimis Voluntatibus fol.
Berberii Viatorium utriusque Juris 8.
Berlani Tractatus de Viduis earumque Privilegiis fol. 1699.
Bichii Deciſiones S. Rotæ Romanæ f. 2. *Tom.*
Borcholten ad Inſtituta 4.
Boerii Deciſiones fol.
Blount Cenſura Celebriorum Authorum 4
Brunnemannus in Codicem, fol. *Lugd.* 1715. 2. *Tom.*
Brunnemanni *Comment.* in Pandectas fol. 2. *Tom.*
Covarruvias Opera Omnia Jurid fol. 2. *Vol. ſub prælo.*
Cohellii Commentaria in Bullam de Bono Regimine Univerſit. cum Bull. Reſol. & Decret. Summ. Pontificum. f. 1698.
Ciriaci Controverſiæ Forenſes fol. 4. *Vol.*
Capicii Latro Conſultationes fol.
——— Deciſiones fol. cum Addit. novis.
Corpus Juris Civilis Textus f.
Commentaria de Verborum ſignificatione fol.
Chaſſanæi Catalogus Gloriæ Mundi. fol.
——— in Conſuetudine Borgundiæ. fol.
à Caranza de Partu Legit. 4.
Catalogus Auctorum qui Librorum Catalogos, Indices, Bibliothecas, Virorum Litterat. Elogia, Vitas, Orationes Funebres ſcriptis conſignarunt, ab *Ant.* Teiſſerio &c. 4. 2. *Tom.*
Cave Scriptorum Eccleſiaſtic. Hiſtoria Litteraria. fol. 2. *Vol.*
Card. de Luca Theatrum Veritatis & Juſtitiæ cum Addit. & Suppl. ſuo loco inſertis fol. 18. *Tom.*
——— de Officiis Venalibus vacabilib. Rom. Curiæ & de Locis Mont. non vacab. Urbis fol.
——— de Statutariis Succeſſionibus & de Penſionibus Eccleſ. & de Stylo Legali fol.
——— Deciſiones S. Rot. Rom. & Summ. Pontificum Conſtitut. recentiſſ. ad Opera Card. de Luca ſpectantes fol. 4. *Tom.* 1700.
Cabaſſutius in Jus Canonicum 4.
Concioli Reſolutiones Criminales fol.
Comitolus in Jus Canonicum 4.
Corraſius & Hopperus de Juris Arte 8.
Petr. Marcell. Corradini Tractatus de Jure Prælationis cum additionibus hujus Authoris fol.
Delbene de Juramento fol.
Deciſiones *Card.* Celſi fol.
——— Bichii fol. 2. *Tom.*
——— *Gulielmi* Dunozeti fol.
——— Guid. Papæ fol.
——— Sperelli fol.
——— Boerii fol.
——— Tollii fol.
——— Urceoli fol.
de Luca Praxis Judiciaria fol.
De Luca Animadverſiones in Gratianum Diſceptationes forenſes atque Deciſiones cum Indice General. fol. 7 *Tom.*
De Marinis Obſervationes ad Deciſiones Reverterii fol. 3. *Tom.*
——— Allegationes Juris f.
Dictionarium Hiſtoricum, Geographicum, Poëticum *&c.* à Car. Stephano inchoatum. 4
Fuſarius de Subſtitutionibus. fol.
Fontanellæ Deciſiones Cathaloniæ. fol. 2. *Tom.*
——— de Pactis Matrimonialibus fol. 2. *Tom. ſub prælo.*
Felicius de Societate & Communione Bonor. 4
Ferrarii Praxis Judiciaria. 4.
Farinacii Deciſiones Poſthumæ fol.
Forſteri Hiſtoria Juris Civilis 8
Faber de Conjecturis. 4. 4. *Vol.*
——— Syntagma Juris fol.
Fayardi Allegationes Juris fol.
Fabri Rationalia in Pandectas fol. 5. *Tom.*
——— Codex Definitionum Forenſ. fol.
Fulgineus de Jure Emphyteutico cum S. R. R. Deciſionib. Recentiſſ. nunquam editæ fol. 1717.
Ferrarii Lexicon Geograph. *cum Notis* Baudrand. *&c.* fol. 2. *Vol.*
Galli Tractatus de Fructibus fol.
Galleratus de Renunciationibus fol.
Giurbæ Deciſiones Civiles fol.
Gratiani Deciſiones fol.
Garcias de Beneficiis fol. 2. *Tom.* Nova Edit. 1700.
Galeotæ Reſponſa Fiſcalia Selectiora fol.
Gonzalez ad Decretales fol. 5. *Tom.*
Gaitus de Credito. fol.
Gobii Tractatus varii *cum* Deciſ. S. Rotæ Romanæ, fol. 1699.
——— Deciſiones S. R. Rom. *ſeparatim* fol.
Gregorii Tholoſani Syntagma Juris Civilis fol.
Grivelli Deciſiones fol.
Gothofredi Manuale Juris. 12
——— Fontes Juris Civilis 4
——— de Regulis Juris 4
Galvanus de Uſufructu 4
Hodiernæ Controverſiæ Forenſes fol.
——— ad Surdum fol.
Hiſtoriæ Romanæ Scriptores fol. 2. *Vol.*

Julii

Catalogus Librorum.

Iulii Clari Opera fol. *ſub prælo.*
Inſtitutiones Iuris *cum Notis* Criſpiul, & Pacii. 12.
Menochius de Arbitrariis Iudicum. fol.
——— de Iuriſdictione, Imperio & Poteſt. Eccleſ. ac Seculari fol.
——— de Præſumptionibus. fol. 2. *Vol.*
——— de Adipiſcenda Poſſeſſione. fol.
Merlinus de Legitima fol.
de Murga Opera Canonica fol.
Mantica de Conjecturis Ultimarum Voluntatum fol.
——— de Tacitis & Ambiguis Conventionibus fol. 2. *Vol. ſub prælo.*
Mitta de Iuriſdictione. fol.
Mingilius de Impotationibus fol.
——— de Subhaſtationibus fol.
Merlini Deciſiones Rotæ Rom. fol. 2. *Vol.*
M h lotius de Fratribus fol.
——— de Poſitionibus & de Cæco, Surdo & Muto fol.
Mitthæus de Criminibus 4
Novarius de Gravaminibus fol.
——— Deciſiones fol.
Noguerol Allegationes fiſcales fol.
Oldenburgeri Limnæus Enucleatus Iurispublici Rom. German. fol.
——— Diſcurſus Iuridico Polit. Hiſtorici ad Inſtrumentum Pacis Osnabrugo-Monaſterienſis *ſive* Notitia rerum illuſtrium Imperii Rom. German. &c. 4
——— Tractatus Jurid. Politicus de quatuor Elementis Juridice conſiderati omnibus peregrinantibus præcipuè Germanis utiliſſimus 8
——— Tract. Jurid. politicus de Rebus publicis turbidis in tranquillum ſtatum reducendis in eoque conſervandis 12
Olea de Ceſſione Jurium & Actionum *cum Nov. Addit.* fol.
Oliva de Foro Eccleſiæ fol. 2. Vol.

Pignarelli Conſultationes Canonicæ *cum* Indice Generali fol. 11. *Vol.* 1700.
Pignatelli Conſultationes Noviſſimæ Canonicæ variæ & circa materiam Inquiſitionis fol. 2. *Tom.*
Pacioni Allegationes Civiles & Canonicæ fol. 1700.
——— de Locatione & Conductione fol.
Pereira de Manu Regia fol. 2. *Vol.*
à Ponte Conſilia & Deciſiones fol.
Pecchius de Servitutibus. fol. 3. *Vol.* 1698.
Pichardus ad Inſtituta fol. 2. *Vol.*
Poſtius de Manutenendo fol. 2. *Tom.*
——— Reſolutiones fol.
——— Deciſiones Rotæ Bononienſis fol.
Paſſerinus de Occidente Unum pro Alio fol. *Parmæ.*
Rocca Diſputationes Juris Selectæ. fol. 2. *Vol.* 1697
Rodiguez de Concurſo Creditorum fol.
Ruginellus de Senatoribus &c. fol. *Mediol.* 1697.
Rubæi Reſolutiones Pract. de Teſtamentis f.
Scaccia de Commercio & Mercatura fol.
Scoppa ad Gratianum fol.
Saminiati Controverſiæ Forenſes. fol.
Sarpius de Iure Aſylorum. 12
Tractatus Variorum Authorum de Inventarii Beneficio. fol.
——— de Tutore Curatore & Uſufructu Mulieri relicto Variorum Authorum fol.
Torre Tractatus de Pactis Futuræ Succeſſionis cum Deciſ. S. Rotæ Rom. & Mantiſſa fol. 1699.
——— Mantiſſa & Deciſ. ad Mantiſſam *ſeparatim* fol. 1699.
Theſauri Quæſtiones Forenſes. fol.
Urceoli Conſultationes Forenſes. fol.
——— Deciſiones. fol.
——— de Tranſactionib. f. 1700.
Valeron de Tranſactionibus fol.
Villegas Deciſiones Civiles Canonicæ & Crim. fol. 1715.

PETRI

Digitized by Google

PETRI MARCELLINI
CORRADINI
TRACTATUS
DE JURE PRÆLATIONIS.

QUÆSTIO PRIMA.

Quidnam ſit Prælatio, & in quod differat à Jure Protomiſeos, Jure Congrui, & à Jure Retractus, & Recompræ, ſive Redimendi.

SUMMARIUM.

1 *PRælatio eſt jus emendi rem alteri venditam pro æquali pretio, & cum iiſdem pactis, & conditionibus.*

2 *Prælationis termini, licet à multis confundantur cum jure recompræ, revocandi, retractus, & redimendi, tamen ab illis multùm differt.*

3 *Ius revocandi tunc competit quando venditio nulla eſt, è contra jus prælationis datur, quando venditio eſt valida.*

4 *Ius recompræ, recuperationis, ſive redimendi, competit ad effectum rem alienatam recuperandi, & actum anteà geſtum reſcindendi.*

5 *Retractus jus idem eſt ac remedium revocationis, ſive redemptionis.*

6 *Retractus jus competit ad effectum, ut res, quæ ex noſtra familia receſſit, iterum ad eandem redeat.*

7 *Retractus non competit, niſi poſt factam traditionem rei cum effectu.*

8 *Statutum, vel lex prohibens aliquibus ne vendant, vel permittens venditionem intra certum genus perſonarum tantùm; aut prohibens rem poſſe alienari, excepta aliqua perſona, longè differt à Statuto, quod dat jus prælationis.*

9 *Prælationis jus non dat jus cogendi aliquem ad vendendum.*

10 *Retractus, & Prælatio, licet quoad effectus aliquos differant, tamen in pluribus fraternizant, & DD. de retractu loquentes, applicantur materia prælationis, & è contra.*

11 *Ius Congrui, & Ius Protomiſeos deſcendunt ex quadam congruitate, ſive æquitate.*

12 *Ius Prælationis non adhæret æquitati, ſive conſanguinitati, ſed Iuriſcripto, & aliis cauſis.*

PRælationum materia, à pluribus inter creditores pertractata, à nemine tamen, quem perlegerim in venditionis caſu uſque adhuc diſcuſſa eſt adeò curioſa, & elegans, ut Ego in cauſa Romana Caſtri Porciliani in hac Curia famigerata, uſque ab initio Studens exoptaverim illius notitiam habere, poſtmodum verò in me eò major exarſit, appetitus, quò ſingularior viſus eſt tractatus; Unde habens præ manibus Parlador. *quotidian. diff. lib.* 109. §. 1. *n.* 1. *verſ. neque moror*, qui miratur quòd uſque tunc temporis, nemo ex profeſſo tractaverit de prælationis beneficio, de jure competente, quamvis plerique egerint de illo à Statutis, vel conſuetudinibus ſpecialibus locorum conceſſis, Amicorum ſuaſionibus, tractare materiam ſtabilivi, quæ licet pernecеſſe omnibus JJ. CC. grata eſſe debeat, evadet fortaſſe iiſdem moleſta, exiguique ponderis, niſi meæ imbecillitati audaciam condonent.

Incipiendo igitur à definitione, varia traditur à DD. definitio; Nam Marc. Mant. *in l. dudum in principio, C. de contrahend. empt.* ait, quòd hoc eſt jus prælationis conceſſum ſpecialiter aliquibus perſonis ex contractu emptionis, & venditionis.

M. Ant. Bard. *ad Bull. Iur. congr. in princip.* ait, Protomiſis, eſt jus affectionis, & intereſſe ad rem immobilem aſſequendam.

Benedell. *ad Conſtit. Sancimus*, ait, quòd eſt jus affectionis, & intereſſe ad rem immobilem ex legitima prælatione retrahendam.

Rendell. verò *de Iur. Protomiſ. in rub. nu.* 4. *verſ. ego*, ait, quòd eſt jus ordinatæ prælationis ad rem immobilem ex quibuſdam contractibus comparanda intra tempora conſtituta vicinorum gratia, fatetur tamen quòd quælibet ex iſtis definitionibus, impugnari facilè poteſt.

Ego verò dico, quòd prælatio eſt jus emendi, 1
vel habendi rem alteri venditam, aut alio æquivalenti titulo datam pro æquali pretio, & cum iiſdem pactis, & conditionibus intra tempus à lege definitum, ut notat Galleràt. *de renunc. cent.* 1. *renunc.* 42. *n.* 2.

qui licet dixerit eſſe jus redimendi, ſive redhibendi,
tamen in hoc erraſſe crederem, dum verè prælatio-
nem petens, non redimit, ſed emit, & in locum
emptoris ſubrogatur, & tunc demum prælatio com-
petere incipit, quando venditio ſtabilita eſt inter em-
ptorem, & venditorem, & res nondum tradita eſt,
ut in *quæſt.* 24. *quæſit.* 2.

Jus retractus eſt facultas quædam redimendi rem
Immobilem per venditionem alienatam intra certum
tempus pro æquali pretio certis perſonis ſpecialiter
conceſſa, ut notat Cruſius *de jur. offer. cap.* 18. *nu.* 8.
Armenzan. *deciſ. lan.* 44. *n.* 22. *in addit.*

Differentia maxima ideò eſt inter prælationis jus,
& jus recompræ, jus revocandi retractus, & redi-
mendi, ſive reluendi, licèt enim plures confundere
talia jura conati ſint, & ſignanter Tiraq *de utroque
retract. in præfatione à n.* 2. *ad* 8. Grevejus *præſt. concl.
lib.* 2 *cap.* 19. *nu.* 2. Carpan. *ad Stat. Mediol. lib.* 1.
cap. 417. *n.* 516. & plerique alii, tamen differentia
eſt manifeſta; Quoniam jus revocandi, tunc demum
competit, quando venditio nulla eſt, ut in *cap.* 1. *alien.
feud. patern.* ubi feudiſtæ communiter; Jus verò præ-
lationis, tunc demum datur, ſi venditio valida ſit,
3 ut præciſè diſtinguit Capic. Latr. *conſ.* 28. n. 17. *&
conſ.* 27. *n* 43. *& ſeq.*

Jus verò recompræ, recuperationis, redimendi,
ſive reluendi, competit ad affectum rem jam alie-
natam recuperandi, & actum ante geſtum reſcinden-
di, proinde ex prædictis, longè differt à prælatione
4 quæ venditionem jam factam non reſcindit, ſed com-
probat, & competit ante alienationem, ſive tradi-
ditionem, Capic. Latr. *de conſ.* 17. *n.* 43. & me-
liùs Rot. coram Amat. Dunoz. *deciſ.* 268. *num.* 4. *ad.
deciſ.* 95. *n* 4 apud Poſth. *de ſubhaſt.*

5 Jus tandem retractus, quia idem eſt ac remedium
redemptionis, Rot. *deciſ* 373. *num.* 74. *part.* 4. *tom.*
8. *recent.* differt pernecelle à prælatione, quia præla-
tio datur ad effectum, ut præferatur, & venditio
jam facta confirmetur, retractus verò, ut venditio
facta poſt traditionem revocetur, ut optimè pro-
bat Onate *de contract. tract.* 21. *de empt. diſp.* 72.
ſect. 2. *n.* 1. *& ſeq. & n.* 16. de quo tamen dubito
quia retractum petens, petit etiam confirmari ven-
ditionem; ideò meliùs dicendum eſt, quod ea eſt
differentia inter prælationem, & retractum, quia
prælatio datur ad effectum rem habendi, quamvis
ea nunquam fuerit in poſſe noſtrorum Majorum,
vel noſtræ familiæ, retractus verò datur, ut con-
ſanguineus rem, quæ à ſua familia, & conſangui-
nitate receſſerat, iterum in eadem reponat; Tiraq.
de utroque retract. in præfat. n. 5. Cap. Latr. *de con-
ſult.* 28. *n.* 26. Gallerat. de *renunc. d. renunc.* 42.
n. 4. Iterum alia eſt differentia, quia prælatio tunc
competere incipit, quando venditio ſtabilita eſt ſine
7 traditione, retractus verò non competit re ſimplici-
ter vendita, niſi facta conſignatione, ſive rei tradi-
tione cum effectu, Faber. *in* §. 1. *inſtit. de empt. &
vendit.* Tiraq. *de retract. lign. gloſſ.* 2. §. 1. *n.* 40.
in fin. Capic. Latr. *dict. conſult.* 28. *n.* 21. *& ſeq.*
& proinde jus retractus ejt jus redimendi, ut ſuprà
diximus, niſi tamen aliud conſuetudo caverit, quia
tunc impropriè ſumet retractus materiam, eamque
cum prælationis jure confundet.

8 Differentia etiam maxima eſt inter leges, & ſta-
tuta, prohibentia alicui generi perſonarum ne ven-
dant, & inter illa prælationem conferentia, prout
maxima differentia eſt inter legem prælationem dan-
tem, & inter aliam, quæ venditionem permittat
tantùm intra certum genus perſonarum, ut notat
Amaya. *in l.* 3. *nu.* 25. *C. de præd. Decurion. lib.*
10. Capic. Latr. *deciſ.* 168. *nu* 58. *& ſeqq.* prout lon-
gè differunt poſſe alienare in quemlibet excepto ali-
quo & non poſſe alienare niſi in aliquem, Odd. *de
fideicommiſſ. ob prohibit. alienat. quæſt.* 18. *num.* 56.

Differt etiam longè jus cogendi alium ad venden- 9
dum, & jus prælationem habendi, mediante qua,
quis non cogitur ad vendendum, Alciat *reſp.* 67.
ſub n. 6. *circa med. verſ. nec obſtat*, Franc. *deciſ.* 17.
n. 9. Capic. Latr. *deciſ.* 168. *n.* 58. *ad* 60. quia ha-
bens jus prælationis non poteſt cogere ad venden-
dum, Bertan. *conſ.* 196. *n.* 3. *lib.* Cavalc. *de tut. n.*
86. Brixian. *in ſuo repertorio poſt tom.* 3 *deciſ. Boronien.
n.* 14. *verſ. & ad hæc, cum ſeq.* E contra habens
jus coactionis poteſt præferri ex majoritate rationis
in voluntaria venditione, ut dictum eſt in *quæſt.* 48. 10

Verùm tamen eſt, quòd licet inter retractum, &
prælationem magna ſit differentia quoad effectus a-
liquos, tamen quia fraternizant inter ſe in reliquis;
ideò indubitatum eſt, quòd prælationis, & retra-
ctus quæſtiones, iiſdem regulis, & juribus regulen-
tur, adeo ut DD. de retractu loquentes, materiæ
noſtræ applicentur, & è contra, ut ex pluribus pro-
bat Barbos. *vot.* 81. *n.* 17 *lib.* 3. & cæteri DD ap-
probant, dum promiſcuè iiſdem regulis in utraque
materia utuntur, prout & Ego quoque pluries u-
ſus ſum DD. de retractu loquentibus, ſignanter in
quæſtionibus generalibus, quæ iiſdem prorſus regu-
lis definiuntur.

Jus tandem congrui, & protomiſeos, licet ſit e- 11
juſdem effectus, & nil differat à prælatione, tamen
à diverſa cauſa derivat, & à diverſa ratione deſcendit;
Etenim jus congrui introductum eſt ex quadam con-
gruitate, ſive æquitate; jus protomiſeos ex vicinitate,
ſeu conſanguinitate, ut plenè apud Tiraq. *in præfat n.* 2.
cum plurib. ſeqq. Afflict. Benedell. Rendel. Novel. & alios
in Conſt. Sancimus, jus autem prælationis non ad-
hæret æquitati, neque conſanguinitati, aut vicini-
tati, ſed aliis cauſis, & rationibus, atque juriſcri-
pto, ut in Tractatu ſæpiùs dicam.

QUÆSTIO II.

An prælationis materia ſit favorabilis, vel potiùs odioſa, & reſtringenda, & utrùm ſit pœnalis?

SUMMARIUM.

1 *Prælationis jus habuit initium à Iure Divino, & fuit poſteà introductum à Iure Civili, & comprobatum à Iure Canonico, & feudali, & à Conſtitutionibus Friderici, & Lecapeni.*
2 *Prælationis remedium non eſt introductum in odium venditoris, ſed favore publicæ utilitatis, & neceſſitatis, vel ad recuperandam rem Majorum.*
3 *Prælationis materia non dicitur odioſa, ſed favorabilis. Contrarium eſt verius, ut n.* 6. *& ſeqq.*
4 *Maximè ſi ſit introducta à lege, & non à ſtatuto.*
5 *Prælatio non tollit venditori facultatem vendendi, neque ipſi præjudicat in pretio, ſed tantum in electione potius unius, quàm alterius perſonæ.*
6 *Prælatio operatur quod venditor invitus vendat ei, quem non elegit, & cui nunquam vendidiſſet.*
7 *Et quod emptor non habeat liberam facultatem emendi.*
8 *Prælationis jus eſt odioſum, & ideò non ampliandum, neque ad caſus ſimiles, in quibus eadem ratio vigeat.*
9 *Prælatio venditori in pretio præjudicat, quia res minoris venditur, quando adeſt ejuſdem juris periculum.*
10 *Et ſummoperè præjudicat, quia venditor difficilè invenit emptorem.*
11 *Statuta, & leges dantes prælationem ſunt reſtringenda, quamvis reſpiciant favorem publicum.*
12 *Prælatio non habuit initium à Iure Divino.*
13 *Leges feudales prælationem dantes, utpotè introducta contra juris regulas, tantum in feudali materia locum obtinent.*

14 *Conſti-*

14 *Conſtitutiones Friderici, & Lotharii, & Romani Lecapeni, ſunt Conſtitutiones locales, nec poſſunt dici leges univerſales.*

15 *Prælationis remedium quando exercetur in venditione facta ſubhaſta, non videtur privare venditorem libertate diſponendi de re ſua, nec propterea cenſeri poteſt odioſum. Contrarium n. 16.*

17 *Prælationis Ius dari non debet, niſi adſit lex, quæ illud ſpecialiter concedat, vel aliqua ratio cauſativa prælationis, quæ ex lege ſcripta derivet.*

18 *Prælatio videtur remedium pœnale. quia exercetur contra voluntatem eorum, qui contrariunt. Contrarium nu. 22.*

19 *Pœna eſt quandequis privatur facultate negociandi, & conducendi ea, quæ publicè negociantur.*

20 *Remedium hoc non eſt pœnale, quia non fuit introductum in odium venditoris, ſed in favorem, & privilegium prælationem petentis.*

21 *Prælatio non privat quem abſoluta facultate diſponendi de re ſua, ſed conditionaliter, & non intercedente certa ſolemnitate, ideo non poteſt dici remedium pœnale.*

1 QUod prælatio ſit potius favorabilis, quàm odioſa, & potiùs amplianda, quam reſtringenda ſuadet initium ipſius introductionis, & finis ob quam introducta eſt: habuit enim principium à Jure Divino, ut legitur in lib. Ruth. *cap.* 4. & in lib. Levitic. *cap.* 25. & in Hierem. *cap.* 32. & poſtmodum à Jure civili ſæpè approbata, ut *in l.* 1. *ff. de privil. credit. cum ſimilibus*, à Jure Canonico quoque cognita, & ſtabilita ut *in cap. conſtitutus, de jur. integr. reſtit.* à Jure feudali confirmata, & introducta, ut in *cap.* 1. §. *Titius, ſi de feud. defunct. controv. ſit inter Domin. & Agn.* ac tandem ab Im-
2 periabilibus Conſtitutionibus Friderici in Occidente, & Lecapeni in Oriente comprobata, finis etiam ob quem introducta eſt favorem potiùs reſpicit, quam odium, non enim lex prælationis remedium introduxit in odium venditoris, ſed ut faveret aut publicæ utilitati, & neceſſitati, vel ut res Majorum ad familiam ex qua profecta eſt, rediret: Propterea odioſa dici non poteſt materia, de qua agitur, à Jure Divino introducta à legibus, & conſtitutionibus Imperatorum, & Pontificum comprobata,
3 publicumque favorem reſpiciens, ut cæteris antiquioribus cumulatis probat Marc. Mantua de *jur. protomiſ. fol. mihi* 7. *tota quæſt.* 1. Rub. Alexand. *conſ.* 92. *num.* 5. *circa fin. & ſeqq.* Amat *conſ.* 93. *num.* 4. Anna jun. *conſ.* 112. *n.* 14. Cloch. *conſ.* 42. *nu.* 94. *& ſeq. lib.* 2. Menoch. *conſ.* 709. *n.* 6. *&* 8. Ferron. *ad conſuet. Burd. tit.* 2. *de retract.* §. 2. Motla *in Empor. Iur. tit.* 9. *de contrahen. empt. q.* 11. *n.* 1. Scrader. *conſ.* 4. *n.* 99. Giurb. *deciſ.* 78. *n.* 12. Rovit. *deciſ.* 24. *n.* 19. *& ſeq.* & diſtinguendo inter jus
4 prælationis datum à ſtatutis, & illud datum à lege, Pariſ. *conſ.* 82. *n.* 16. *lib.* 3. Parlador. *differ.* 109. §. 4. *n.* 3. *& ſeqq.* Larath. *conſ.* 46. *num.* 1. *& ſeqq.* Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 13. *num.* 21. Donad *de renunciat. tom.* 2. *cap.* 26. *nu.* 7. *& ſeq. & num.* 9. *ad* 13.

Præterea mediante prælatione quis non cogitur vendere, neque tollitur facultas alienandi, & vendendi res ſuas; ſed tantùm dato caſu, in quo quis
5 vendat, & alienet, limitatur facultas vendendi, & alienandi, eaque reſtringitur ut potiùs uni, quam alteri fiat, propter quod non præjudicatur venditori in pretio dum ipſe habet tantum dum ab alio oblatum, neque ipſi præjudicatur quoad accidentalia, ideſt in electione potiùs unius, quàm alteriùs perſonæ, ut benè probat Jaſ. *conſ.* 211. *n.* 7 *lib.* 2. Albert. Brun. *conſ.* 67. *n.* 2. *verſ. primò quia, vol.* 4. Cloch. *d. conſil.* 42. *num.* 109. *& ſen. lib.* 2. Rub. Alex. *d. conſ.* 92. *num* 2. *verſ. & pro fundamento, & ſeq.* ubi quod leges tale jus concedentes non ſunt correctariæ juris, ſed limitatoriæ, Capyc. Latr. *deciſ.* 168. *nu.* 58. *ad* 60. unde dum non agitur de cor- 6
rectione juris, neque de tollendo facultatem alienandi, ſed de limitatione juris, & reſtrictione ipſius facultatis; non debent leges ita limitantes facultatem vendendi conſeri odioſæ, & reſtringendæ, ſed favorabiles, & ampliandæ, juxtà DD. præcitatos.

Verùm contrarium opinio eſt verior, ſtante aperta diſpoſitione Textus *in dudum, C. de contrahend. empt.* quæ non ſolùm gravem injuriam, damnum conſiderat, quando quis vendere cogitur, ſed etiam quando homines de rebus ſuis aliquid facere coguntur, inviti: etenim negari non poteſt, quod mediante prælatione duo reſultent, alterum contra venditorem, & alterum contra emptorem; venditor enim qui alias de jure facultatem haberet vendendi cuilibet ſibi benè viſo, atque emptorem amicum, ſive conſanguinem eligendi cogitur vendere potius alteri quem non elegit, & invitus cogitur rem ſuam a- 7
lienare illi cui numquam vendidiſſet, ut in *dict. l. dudum*, Cloch. *d. conſ.* 42. *n.* 4. *& ſeqq.* & latè Coccin. *deciſ.* 2229. *n.* 16. *& ſeq.* Tiraq. *de retract. lignag. in præſ. num.* 22. *& ſeqq.* emptor autem non habet liberam facultatem emendi, nam quamvis emat, aut inſtrumentum conficiat, tamen emiſſe non dicitur, dum ſtatim ejus contractus ipſius reſpectu evaneſcit, ut conſiderat Tiraquel. *in præfat. n.* 24. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 66. *n.* 15 Rot. apud eundem *deciſ.* 159. *nu.* 3. *& deciſ.* 71. *num.* 6 & coram Ubald. *deciſ.* 186. *n.* 2. ideoque clarè datè patet, quod leges, & conſtitutiones, quæ emptorem prohibeant emere in concurſu alterius, & venditorem cogunt ad faciendum de re ſua id, quod non vult, ſint apertè correctoriæ juris, & contradicant liberæ facultati cuilibet nobis benè viſo vendendi, & quærendi, vel probandi emptorem arbitrio noſtro, & conſequenter potiùs reſtringendæ, quam ampliandæ & tantùm ad caſum, de quo loquuntur, 8
reſtringendæ, imò nec ampliandæ ad caſus ſimiles, in quibus eadem ratio vigeat prout Bald. Angel. Salicet. Caſtrens. & alii *in d. l. dudum* uno ore fatentur, & ſignanter Barboſ. *ibid. n.* 17. *&* 18. Lucas de Penna *in l. Curiales n.* 4. *C. de præd. de Curial. lib.* 10. Portol. *de conſort. cap.* 9. *n.* 15. Corn. *conſ.* 29. *n.* 3. *& ſeq lib.* 3. Menoch. *conſ.* 666. *num.* 1. *cum ſeqq.* Hector Felic. *alleg.* 93. *n.* 1. *& ſeq.* Tiraq *de utroque retract. in præfat. num.* 61. *& ſeq. & n.* 65. Barboſ. *vot.* 81. *nu.* 18. *lib.* 3. Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *memb.* 2. *concluſ* 87. *in addit. lit. B.* Scrader. *eodem retract. part.* 8. *cap.* 8. *n.* 41. Lancellot. Gall. *conſ.* 76. *n.* 17. Capic. Latr. *conſult.* 96. *n.* 16. *& ſeqq.* Rendel. *de jur. protem. in rubr. n.* 27. Rumm. in Addit. ad Afflict. *de jure protom. in rubr. à nu.* 1. *ad fin. fol. mihi* 11. *&* 12. plenè Palm. *conſult.* 46. *n.* 4. *& ſeq.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Luc.* 52. *n.* 7. & plures quos refert. Giurb. *d. dec.* 78. *n.* 3. Rot. coram Buratt. *dec.* 6. *n.* 8. *& ſeq.* Adden. ad eundem *dec.* 6772 *lit. R.* Merlin. *deciſ.* 388 *n.* 4. *& ſeqq.* ubi plures alias congerit deciſiones Coccin. *d. deciſ* 2229. *per totam*, Ubald. *d. dec.* 18.. *num.* 6 *& deciſ.* 159. *n.* 3. *& deciſ.* 71. *n.* 6. apud Cenc. *de Cenſ.* 9

Ulterius tales leges venditori quoque in pretio præjudicant, abſolutum enim eſt, quod minoris res venditur quando adeſt periculum quod alius concurrat in emendo, & tem pernecelle obtineat, quamvis venditionis inſtrumentum ſit celebratum, ut conſiderat Tiraq. *ubi ſup. n.* 27. *& ſeq* Surd *conſ.* 34. *n.* 16. Ciroc. *diſcep.* 69. *n.* 40. *in med.* Rot. *dec.* 547. *n.* 3. *p.* 3. *rec.* coram Coccin. *in dec.* 2229. *n.* 24. & coram Bich. *dec.* 5.0 *n.* 32. & *ſeq.* imò maximum præjudicium generant, eò quia difficilè invenit venditor emptorem, qui ſciens pro eodem pretio poſſe ab alio repelli non tam facilè ad emptionem accedet, ut conſiderat Lanar. *in* §. *ſed etiam res n.* 27. 10

per quos ſiat inveſtit. in addit. ad Patruum, Novar. *de*
gravam vaſal. gravam. 19. *n.* 5. unde falſum detegi-
tur quòd ſolum præjudicium; quod mediante præla-
tione venditor habet, conſiſtat in electione emptoris.
Neque favorabiles poſſunt dici leges, & conſti-
tutiones prælationem dantes, ex quo moveantur ad
effectum evitandi rixas, & contentiones, & prop-
ter utilitatem, & neceſſitatem publicam, quoniam cùm
dictæ leges, & conſtitutiones ſint expreſsè correcto-
riæ juris, & maximum damnum venditori conferant,
& invitum quem cedant ad probandum, & inve-
11 niendum emptorem quamvis aliquando reſpiciant pu-
blicam utilitatem, non tamen exinde caſu ad caſum
extendendæ ſunt, ſed reſtringendæ quantum fieri po-
teſt, ut ferè omnes deciſiones Sac. Rotæ quas ſupra
allegavi concludunt, quæ loquentes de Conſtitutio-
ne Gregoriana; & de aliis favorem publicum reſpi-
cientibus, adhuc tamen illas non extendendas, ſed
reſtringendas eſſe concludunt.
Multò minus extendi poſſunt tales leges, & con-
ſtitutiones, ex quo initium habuerint à Jure Divi-
no; quoniam id falſum eſt quia leges illæ quæ ju-
diciales ſunt à Moyſe factæ non dicuntur Divinæ,
12 ſed Moſaicæ, & ſpeciales, ac particulares pro po-
puli guberuio, ut eleganter notat Tiraquel. *ubi ſu-*
pra num. 8. *& pluribus ſeqq.* proinde ultra Hebræos
non extenduntur, ut plenè defendit Theſaur. Jun.
quaſt. forenſ. lib. 1. *quaſt.* 39. *verſic. minuſque obſtat*;
Idemque dicendum eſt de legibus feudalibus, quæ
13 utpote habentes ſpeciales rationes, & introductæ ex
feudali conſuetudine contra juris regulas in materia
tantùm feudali locum obtinent, Scrader. *de feud. part.*
8. *cap.* 3. *n.* 2. *&* c. 8 *n.* 41. Roſenthal. *eod. tractat. dict.*
concluſ. 87. *nu.* 2. *& ſeq.* ubi latè Adden. *lit* B. The-
ſaur. *dict. quaſt.* 39. *n.* 6. Rot. *deciſ.* 417. *n.* 12. *part.*
12. *recent.*
Cæteræ autem Conſtitutiones Friderici Secundi Im-
peratoris de jure protomiſ. atque Lotharii, & Ro-
mani Lecapeni in Oriente, quas refert Gottifred. *l.*
14 5. *feud. cap.* 14. & Cujac. *de feud. lib.* 5 ſunt Con-
ſtitutiones locales, & particulares ex quibus proin-
de nullum poteſt trahi argumentum, ut dictum eſt
in *quaſt.* 33.
Sed hic eleganter quærendum eſt, utrum hæc ea-
dem procedant quando venditio non fit à parte, ſed
à Judice per viam ſubhaſtationis & quidem hoc
15 caſu videtur deficere ratio, Textus *in dicta leg. du-*
dum, quando enim quis ſponte rem ſuam alienat,
tunc verum eſt, quod mediante prælatione privatur
libertate diſponendi de re ſua ad libitum, quando
verò venditio fit per Judicem, hæc ratio ceſſat,
quia ipſe non habet præoculis voluntatem magis uni
quàm alteri gratificandi, ſed ſolam juſtitiam atque æ-
quitatem, ut notat Vela *diſſert.* 13. *n.* 34. *& diſſert.*
17. *n.* 10. Rot. in Romana Caſtri Porciliani 21. A-
prilis 1679. §. *non obſtat Textus*, confirmata die pri-
ma Aprilis 1680. §. *ſimiliter non relevat*, coram Re-
verendiſſimo Decano, & poſtea coram Rev. P. D.
Rondinino poſt *tract. deciſ.* 1. *& deciſ.* 5. contra
quod conſiderandum relinquo, quod non ſolum dam-
num, & injuria conſiſtit in iſta pura electione,
16 ſed etiam in aliis præjudiciis, quæ generat prælatio
ſupra conſideratis, nec non in injuria, quæ fit em-
ptori, qui liberè non poteſt rem emere, prout jura
concedunt, & ab alio ab emendo removetur, ut pa-
tet ex dicta *l.* *dudum* ibi: *Dudum proximis conſorti-*
buſque conceſſum erat, ut extraneos ab emptione remo-
verent, & notat Tiraq. *in præfat. numer.* 23. *&* 24.
ubi quòd verba *d. legis* æquè referuntur ad em-
ptorem.
Ex his omnibus ſumitur regula in hac materia
indubitata, quod jus prælationis dari non debeat,
niſi adſit lex, quæ ſpecialiter illud concedat, ut ipſe
17 Text. *in dict. l. dudum*, apertè probat, & notant Ca-

ſtrenſ. & Salycet. *ibid.* ac Barboſ. *n.* 16. & 17. Ma-
rans *diſp.* 8. *n.* 54. Ant. Gomez. *ad leg.* 70. *Taur. n.* 1.
Guttier *pract. lib.* 2. *qu.* 145. *nu.* 2. Farinac. *in ſuo*
repert. de contract. quaſt. 2. *ſub n.* 3. *verſ. ſecundo fa-*
cie fol. mihi 3. Lancellott. Gall. *conſ.* 76. *num* 1. *&*
ſeqq. Berlich. *concl.* 39. *de jur. protom. n.* 1. Roſen-
tal. *de feud. d. concl.* 82. *num.* 2. ſignanter in addit.
litt. B. Barboſ. *dicto vol.* 81. *nu.* 18. *lib.* 3. & ſæpè
apud alios, niſi tamen adſit aliqua ratio cauſativa præ-
lationis, quæ ex ipſa lege ſcripta deſcendat, ut in-
frà dicam in quæſt. 48.
An autem materia de qua agimus ſit pœnalis quæ-
ſtio eſt dubia, etenim videtur dicendum, quod præ-
latio pœnam irroget, quando enim quis privatur a- 18
liqua facultate, & beneficio ſibi aliàs de jure com-
petente pœnam patitur, ad Text. *in l. ſi quis major*,
C. de tranſact. Sord. *deciſ.* 216. *n.* 30. Gregor. *deciſ.*
226. *n.* 13. ubi Adden. *lit. F.* & ſunt Textus apertus,
in *l. moris.* 9. §. *ſunt autem*, *ff. de pæn.* ubi quod pœ-
na eſt, ſi quis privatur facultate negotiandi, vel con- 19
ducendi ea, quæ publicè negotiantur, & in *l. teſtamento*
51. § *cum ita in fin. ff. de manumiſſ. teſtament. & in l. non*
uſque adeo 2. *ff. ſi quis Parent. manumiſſ. fuerit*, à
ubi quòd pœna quis afficitur ſi libera facultate diſpo-
nendi de re ſua privatur, & ita in puncto tenuerunt
Corn. *conſ.* 39. *nu.* 5. *lib.* 3. Anton. Gomez. *ad leg.* 110.
Taur. n. 15. Niger. *de laud tom.* 1. *quaſt.* 28. *art* 5.
nu. 19. qui tamen ex alia ratione moventur, nempè
ex quo facultas iſta prælationis exerceatur contra vo-
luntatem eorum qui contraxerunt, & proinde affir-
mant inductam eſſe in pœnam.
Contrarium tamen eſt veriùs, quoniam licet qui
mediante prælatione privetur abſoluta, & libera fa-
cultate vendendi cuilibet ſibi beneviſo, iſta tamen pri- 20
vatio non fuit à jure inducta in odium venditoris ex
prædictis, quo caſu tantum privatio pœna eſſet, ex
Bald. *in l. non dubium* 5. *num.* 5. *C. de legib.* Dec. *in*
cap. cognoſcentes n. 15. *in fine*, *& ſeq. de conſtit.* ſed
inducta fuit in favorem, & privilegium prælationem
petentis, ideò reſpectu ipſius in cujus favorem, quis
privatus extitit facultate de re ſua liberè diſponendi
nulla pœna conſiderari poteſt, & quamvis hoc tendat
in præjudicium alterius partis, quæ privatur, id ta-
men venit in conſequentiam, & non ideò diſpoſitio di-
citur pœnalis, dum nulla culpa ſive delictum ejus, qui
privatus eſt concurrit, magiſtraliter declarat Dec. *dicto*
cap. cognoſcentes, *ſub num.* 17. *verſ. ſecundo caſu*, *&*
ſeq ubi affert exemplum minorum quibus à jure in-
terdicitur alienatio rerum ſuarum, & tamen hoc non
in pœnam, ſed in favorem minorum eſt inductum, li-
cet tendat in præjudicium contrahentium, qui quo-
que privati ſunt libera facultate contrahendi, quam de
jure habent, ſequitur Gut. *in leg. omnes populi*, *n.*
227. *verſic. ultima concluſio, ff. de juſt. & jur.* & benè
Rot. *deciſ.* 693. *nu.* 4 *part.* 1. *recent.*
Præterea mediante prælatione non privatur quia ab-
ſolutè facultate libera diſponendi, ſed ea privatur con-
ditionaliter. & non intercedente certo modo, & ſo- 21
lemnitate, ideſt requiſitione, & voluntate ejus cui
prælatio poteſt competere, adeò ut ſequuta interpel-
latione, & declaratione voluntatis non emendi, vel
lapſo tempore libere poteſt quis in quemlibet ſibi
benè viſum alienare: Diſpoſitio autem, quæ prohibet
alienationem rei propriæ non intercedente certa
forma, vel ſolemnitate non eſt pænalis, Bald. in
dicta l. non dubium, *num.* 5. *Cod. de legib.* quem ſe-
quitur Abbas *in dicto cap. cognoſcentes*, ubi plenè
Dec. *de conſtit.* Bero. *conſ.* 171. *num.* 30. *lib.* 1. Rot.
d. deciſ. 693. *num.* 5. *part.* 1. *recent.*
Multò minus diſpoſitio pœnalis dici poteſt eo
quia iſta facultas exercetur contra voluntatem tam em-
ptoris, quàm venditoris, ut ex Gomeſ. Nigr. &
Corn. notavimus; Etenim non omnia, quæ contra 22
voluntatem noſtram exercentur ſunt pœnalia, & ſi
hoc

hoc eſſet, pœna etiam dici poſſet, interventus ſolemnitatum requiſitarum à jure in alienatione bonorum minoris, nam ferè ſemper minoribus, & cùm eis contrahentibus diſplicet eas ſervare, cum exinde non habeant tam expeditum commercium, nec tam facilè contrahentes inveniant, & tamen ex firmatis id eſt falſum.

QUÆSTIO III.

An hoc Ius prælationem petendi ſit reale perſonale, vel in rem ſcriptum, & coram quo Judice lis circa hujuſmodi cauſas ſit tractanda.

SUMMARIUM.

1 *Actio pro prælatione habenda eſt tanquam realis.*
2 *Contrarium, quod ſcilicet ſit perſonalis.*
3 *Verius defenditur, quod ſcilicet ſit actio perſonalis in rem ſcripta.*
4 *Actio perſonalis, non ſequitur rem, & tertium poſſeſſorem, prout ſequitur actio prælationis.*
5 *Actio perſonalis ſequitur tantum perſonam obligatam.*
6 *Actio iſta non oritur ex Iure, quod quis habet in re, ſed ex facto alienantis, neque mediante hac actione quis conſequitur, ut declaretur Dominus.*
7 *Actio in rem datur contra poſſidentem, quia poſſidet, non quia eſt obligatus, ſed actio pro prælatione datur contra poſſeſſorem obligatum, quia rem poſſidet.*
8 *Actio perſonalis in rem ſcripta, quoad forum reputatur tanquam actio realis.*
9 *Actio pro prælatione intentari poteſt, tam in loco domicilii Rei, quàm in loco rei ſitæ.*
10 *Forus rei ſitæ inſpici debet in actione perſonali in rem ſcripta.*
11 *Hypothecaria exerceri poteſt in foro rei ſitæ.*
12 *Actoris eſt electio, an velit reum convenire in loco domicilii, vel rei ſitæ, quando intentatur actio in rem ſcripta.*
13 *Reus non poterit hoc caſu petere remitti cauſam ad locum domicilii, ſi conveniatur in loco rei ſitæ.*
14 *Actio iſta, ſive intentetur contra primum Emptorem; ſive contra alios, quibus primus Emptor rem vendidit, ſemper eſt in rem ſcripta contra diſtinctionem Tiraquell.*
5 *Actio perſonalis competens pro re immobili, intentari nequit in loco rei ſitæ.*
16 *Emptor primus non convenitur hac actione, quia ſe obligaverit, ſed quia poſſidet.*
17 *Actio iſta intentatur in loco rei ſitæ, ſive ſit tranſlata res in Emptorem, ſive non, dummodo ſit perfectus contractus contra diſtinctionem Merend.*
18 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
19 *Prælatio competit ſtatim, ac eſt perfectus contractus venditionis, etiam re non tradita, nec translato dominio.*
20 *Conſuetudines, & leges cujuſcumque loci, ubi res ſitæ ſunt attenduntur, non autem loci contractus quando fuerunt venditæ plures res ſubjectæ huic juri unico contractu.*
21 *Venditione facta plurium rerum ſubjectarum juri prælationis, ſi in omnibus ab una tantum perſona petatur prælatio, eſt adeundus Iudex domicilii rei conventi, vel loci, in quo major pars rerum ſita eſt, non autem quilibet Iudex loci rei ſitæ contra opinionem Tiraq.*
22 *Ampliatur concluſio quando plures petunt prælationem vigore ejuſdem qualitatis, & unius venditionis.*
23 *Continentia cauſarum dividenda non eſt.*
24 *Ampliatur quamquis actor, & Reus ſint diverſi fori.*
25 *Venditione facta plurium rerum in diverſis locis exiſtentium, ſi plures concurrant ex diverſo jure, & cauſa diſtincta, tunc quilibet proprium Iudicem rei ſitæ adire poteſt.*
26 *Prælationis fons, & cauſa eſt illa qualitas annexa eandem petenti, contractus verò venditionis, eſt quadam conditio ſine qua non.*
27 *Actio iſta tunc demum experiri poteſt in loco rei ſitæ, ſi reus ſit in eo loco præſens, vel ibidem habeat Procuratorem.*
28 *Forus rei ſitæ etiam in actione reali, non inſpicitur quando Reus ibidem non adeſt contra opinionem Caſtrenſ. & ſequacium.*
29 *Hypothecaria tanquam actio perſonalis in rem ſcripta, non experitur in loco rei ſitæ quando reus eſt abſent.*
30 *Poſſidere rem in aliquo loco, non poteſt plus operari, quam ibidem contrahere.*
31 *Actio realis, & in rem ſcripta æquiparantur quoad forum, & ſicuti realis ſecundum aliquos poteſt exerceri in loco rei ſitæ etiam reo abſente, ita quoque actio in rem ſcripta.*
32 *Rot. deciſ. 165. part. 7. recent. declaratur.*
33 *Actio realis reſpicit ipſam rem.*
34 *Eccleſiaſticus Iudex tantum eſt competens, quando venditor, & Emptor ſunt Clerici, ſive quando Emptor eſt Clericus, & venditor Laicus ſecus ſi emptor ſit laicus, & venditor Clericus, de quo tamen vide ibidem.*

Dicunt aliqui, quod hoc Jus eſt reale, ut per
Aſſlict. *de Iur. protom* §. 6. *n* 8. Neapodan. *ad* 1
conſuetud. Neap. tit. 27 *de Iur congrui verbo niſi. verſ.*
ſi ex uno latere num. 93. *& num* 94. Carpan. *ad*
Statut. Mediol lib. 1. *cap* 434. *num.* 167. *fol. mihi*
610 Cenc. *de cenſ. quæſt.* 66. *num.* 107. *& ſeq.* Rot. 2
coram Coccin. *dec.* 1680. *num.* 136.

Aliqui verò, quod eſt perſonale, & pro eo competat actio merè perſonalis, ut aſſirmat Marcus Man- 2
tua *in leg. dudum num* 33. *C. de contrahend. empt* plenè Anſald. *conſ.* 90. *num.* 20. ex auctoritate gloſ. *in l. ſi tertius* 6. *verb. in perſonam, ff. de aqua pluv. arcenda* quia eſt condictio ex lege, vel conſuetudine, Rendel. *de Iur. protom. in rub. num.* 46. Anſald. *d. conſ.* 90. *num.* 29. Caſſan. *ad conſ. Burg. rub.* 10. *de retract.* §. 1. *verſ. poteſt redimere, numer.* 2. *& ſeqq. fol.* 1552.

Sed veritas, quod hoc Ius eſt perſonale in rem ſcri-
ptum, & tribuit actionem perſonalem in rem ſcri- 3
ptam, Cepol. *conſ. Civil.* 43. *colum.* 3. *verſ.* 2. *prin-*
cipaliter, & conſil. 65. *verſ. primo, quia actio,* opti-
mè Tiraq. *de retract. lign.* §. 8. *gloſ* 5 *numer.* 6. *&*
ſeqq. fol. mihi 223. Rendel. *ad Conſtit. Sancimus, ver.* 1
habeat num. 18 *fol: mihi* 20. Parlador. *rerum quotid. diff.* 109. §. 6. *n.* 1 *& ſeqq.* Viv. *deciſ* 320. *nu.* 2. Mangil. *de evict. quæſt.* 136. *num.* 1. Franc. *deciſ.* 389. *num.* 3. *&* 4. Giurba *deciſ.* 75. *num.* 5. Rot. coram Duran. *deciſ.* 52. *num.* 5. *&* 6. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæſt* 99. *per tot.*

Non eſt ideò merè perſonale, tum quia nullus intervenit contractus inter venditorem, vel emptorem, & eum qui hoc iure vult uti, ut conſiderat Tiraqu. *dicta gloſ.* 5. *num.* 6. Tum etiam quia, ſi competeret tantùm actio perſonalis non ſequeretur rem, &
tertium, ac ſingularem poſſeſſorem, prout ſequitur 4
Marc. Mant. *de Iur protom. num.* 43. Menoch. *conſ.* 756. *numero* 19. Franc. *deciſ.* 389. *numer.* 4. plenè Giurba *deciſ.* 175. *n.* 6. *& ſeq.* ubi plures concordantes Carpan. *ad Statut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 426. Duran. *dicta deciſ.* 52. *numer.* 4. *&* 5, & ita arguit Tiraq. *d. gloſ.* 5. *nu.* 6. perſonalis enim actio ſequitur tantùm perſonam obligatam, & non rem ſi-
ve poſſeſſorem, *l. cum cui, C. de action. & oblig. l. prima* 5
C. de condict. indebit.

Neque eſt Ius reale, ſive quia non oritur ex Iure, quod quis habet in re, ſed ex facto, ideſt ex venditione alienantis, ut ſcribit Anſald. *de conſ.* 90. *num.*
22. Sive etiam quia is, qui hanc actionem experi- 6
tur non conſequitur, quod declaretur Dominus, vel

quod res ſibi reſtituatur, prout in reali, ſed
quod reus damnetur ad aliquid faciendum, ideſt
compellatur ad bona relaxanda, ad Text. in *l. qui
reſtituere ff. de rei vendicat.* Alberic. *in rubr. ff. ſi cer-
tum petatur num.* 1. & optimè Anſald. *dicto conſ.* 90.
90. *numero* 23. *&* 24. & licet competat con-
tra quemlibet poſſeſſorem etiam tertium, ut di-
ctum eſt, tamen contra eum non competit tan-
quam contra ſucceſſorem, prout eveniret in reali,
ſed tanquam contra poſſeſſorem obligatum ad ven-
dendum, vel retrovendendum.

Minuſque competit actio in rem, ſed perſonalis
in rem ſcripta, actio enim in rem datur contra poſ-
7 ſidentem, quis poſſidet, non quia eſt obligatus, ſed
actio iſta datur contra poſſeſſorem obligatum ad tra-
dendum rem, quia eam poſſidet, judicandum igi-
tur eſt de hac actione non ſecundum regulam rea-
lium, ſed perſonalium actionum, juxta doctinam Bar-
tol. *in l. & eadem* 14. §. *actionum num.* 17. *ff de ex-
cept. rei judicat.* melius Anſald. *dict. conſ.* 90. *num.*
27 *& ſeqq.* quæ tamen ſint in rem ſcriptæ, licèt
enim ſit actio perſonalis, tamen eſt in rem ſcripta,
& de ea quoad aliquos effectus, & præcipuè quoad
forum eſt quaſi judicandum, ac ſi eſſet actio realis,
ut benè notat Abb. *in cap. final numer.* 41. *verſ.
idem ſi conveniatur, de for. compet.* Antonel. *de loco
8 legal. lib.* 2. *cap.* 8. *quæſt.* 19. *num.* 67.

Prima parte quæſtionis abſoluta facilis videtur re-
ſolutio ſecundæ partis, quia ſi actio iſta perſonalis
in rem ſcripta intentari poteſt, non ſolum in loco
9 domicilii illius, qui hac actione convenitur, ſed in
loco ubi ipſa res controverſa eſt ſito, plenè Tiraq.
de retract. lign. §. 8. *gloſ.* 5. *num.* 5. 6. 9. *& ſeqq.*
Benedel. *de Iur. protom. in rubric. num.* 46. Parladot.
dict. diff. 109. §. 6. *num.* 2. *& ſeqq.* Nigr. *de laud.
tom.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 24. *& ſeqq. & præſertim n.*
39. Franc *deciſ.* 389. *per tot.* ibique Amendol. & de
Luc, in addit. ad Lom. Triviſ. *deciſ. Venet.* 34. *part.*
2. Ricc. *Collect.* 924. *in fin. part.* 4. Urſel. *verbo adi-
ficare concluſ.* 62. *num.* 53. *verſic. animadvertendo*, San-
felic. *in prax. ſect.* 12. *numer.* 3. *fol. mihi* 29. Carle-
val. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 151.
fol. 75. *tom.* 1. Antonel. *de loc legal. lib.* 2. *cap. primo
num.* 366. *& ſeq.* Quia forus rei ſitæ inſpici debet
in actione perſonali in rem ſcripta, Barboſ. *in l.* 3.
n. 9. *Cod. ubi in rem actio*, Alexand. Trentacinq.
10 *var reſol. lib.* 1. *tit. action. reſol.* 4. *num.* 5. non au-
tem locus celebrati contractus, Mangil. *de evict. q.*
136. *num.* 6.

Idemque dicimus de hypothecaria, quæ etiam eſt
in rem ſcripta, & in foro rei ſitæ exerceri poteſt,
gloſ. *in Auth. ut omnes obediant Iudicibus circa princ.*
§. *ver. hypotheca*, Bald. *in cap. nonnulli num.* 29.
11 *de reſcriptis* Tiraq. *ubi ſup. num.* 11. Barboſ. *in cap.
ſane* 7. *num.* 2. *verſ. procedit de for. compet.* Gratian.
diſc. 911. *n.* 30. Amat. *reſol.* 33. *num.* Franc. Marc
dec. Delph. 402. *n.* 2. *verſ. ubi tenet idem p.* 1. Franc.
dec. 177. *num.* 1. *verſ. & ibi Arnt.* Cancer. *var. reſol.
tit.* 11. *action. nu.* 69. *verſ. & etiam.*

Notandum tamen eſt, quod licet tam Judex do-
12 micilii rei conventi, quàm Iudex loci in quo res
ſita eſt ſit competens, tamen electio eſt actoris in quo
loco velit reum convenire, Roman. *conſ.* 197. *num.*
1. *verſ. conſequens eſt* Barbol. *in heret abſens in artic.
de foro rei ſitæ nu.* 13. *&* 15. *ff. de Iud.* alter Barboſ.
in cap. ſanè 5. *num.* 2. *verſ. data tamen de for. com-
pet.* Carleval. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.
gn.* 7. *num.* 186. *poſt med.* & in ſpecie Tiraq. *de gloſ.*
5. *num* 9. Mangil. *de evict. d. qu* 136. *n.* 20.

Si igitur actor conveniat reum hac actione in lo-
co rei ſitæ non poterit reus petere ſe remitti ad lo-
cum domicilii, ut notat Franc. *deciſ.* 389. *per tot.* &
hoc voluerunt dicere Ricc. *dicta collect.* 924. *in fin.*
Urſell. *dicta concluſ.* 62. *num.* 53. *verſ. animadvertendo*
qui notant, quod Judex loci rei ſitæ eſt competens ſu-
blato Judice domicilii, ideſt quando actor elegit forum
rei ſitæ alias ſecus.

Neque hic eſt inhærendum diſtinctioni, quam re-
fert Tiraq. *de gloſ.* 5. *num.* 13. *&* 14. ex doctr. Alberic.
in l. 3. §. *primo ff. ad exhiben.* dicens quod actio pro 14
prælatione, retractus ſi intentetur contra primum em-
ptorem, ſit merè perſonalis, ſi verò contra tertium,
cui primus emptor rem ceſſit, ſit actio in rem ſcri-
pta. Ideoque primo caſu non eſſe forum rei ſitæ com-
petentem, ſecundo verò eſſe: Nam licet cum eo
concurram in concluſione, quam ponit numer. 15.
quod ſcilicet actio perſonalis competens pro re im-
mobili intentari nequeat in loco rei ſitæ, uetiam
notant Canoniſtæ *in cap. ſanè*, præcipuè Hoſtienſ. *n.* 15
3. Ancaran. *nu.* 3. Ioan. de Anan. *in in fin.* Bella-
met. *num.* 6. *&* 12. Soccin. *ſub. num.* 5. *de for. com-
pet.* & plenè Giovagnon. *reſp.* 2. *num.* 7. *lib.* 2.

Nego tamen, quod iſta actio ſive intentetur con-
tra primum, ſive contra quoſcunque ſit unquam merè
perſonalis, ſed ſemper perſonalis in rem ſcripta,
quia inſeparabiliter dependet à facto ſuper re, & ſic
à venditione ipſius rei, quæ ſive in primum empto-
rem alienetur ſive in ſecundum, ſemper tranſit cum
eo onere eodem modo, & ſi primus emptor ad re-
vendendum, hoc non evenit; quia ipſe ita ſe obli-
get, ſed quia poſſidet, & conſequenter contempla- 16
tione ipſius rei obligatus, remanet, ut ſupra dixi, &
propterea ipſe Tiraq hujus concluſionis inſufficientiam
agnoſcere videtur *num.* 14. *&* 15. ubi dicit, quod multi
huic diſtinctioni diſſentiunt, & præſertim ipſe Albet.

Minuſque abſolutè tenenda eſt doctrina Merend.
contr. Iur. lib. 24. *cap.* 19. *n.* 51. *& ſeq.* affirmantis tunc 17
demum actionem pro prælatione ſive retractu obti-
nendo exerceri poſſe in loco rei ſitæ tanquam ſit actio
in rem ſcripta, ac tribuens Ius in re, ſi jam ſit à
venditore translata poſſeſſio, & dominium in empto-
rem, quod ſic nec ſit tradita res vendita; vel domi-
nium non ſit translatum, puta quia venditor illud ſi-
bi reſervaverit, eo caſu (inquit) actio non eſt exer-
cenda in loco rei ſitæ, quia non eſt in rem ſcripta, nec
ullum Ius in re habet prælationem prætendens, quia
nondum nata eſt actio, neque factus eſt locus retractui.

Quia hoc non eſt diſtinguere doctrinam Franc. 18
deciſ. 389. & aliorum quos adduximus *n.* 3. ut ipſe
prætendit, ſed eſt tollere protinus actionem ipſam, qua
ſublata certum eſt; quod nec in foro rei ſitæ poteſt ulla
actio exerceri, cùm non entis nullæ ſint qualitates, ut in
l. ejus, qui in provincia verſ. quoniam ff ſi cert. petatur.

Et reperiuntur multi caſus in quibus prælatio con- 19
ceditur ſtatim, ac eſt facta venditio, nec tradita eſt
poſſeſſio nec dominium, imò hoc eſt de natura ipſius
prælationis. ut in *quæſt.* 24. *quæſit.* 2. diximus. &
tunc quia ſtatim facta venditione nulla expectata tra-
ditione oritur actio pro prælatione petenda, quinam
negabit eam actionem in loco rei ſitæ poſſe exerceri.

At ſi venditæ ſint plures res, in quibus præten-
datur prælatio ab uno ex eodem Iure, exiſtentes 20
in diverſis iuriſdictionibus, & territoriis unico pre-
tio, & uni perſonæ, tunc licet teneam ſervandas eſſe
leges, & conſuetudines cujuſque loci, ubi res ſitæ
ſunt, autem non contractus ex plenè traditis per Tiraq.
de retract. §. *primo gloſſ.* 1. *nu.* 2. *& ſeqq.* quem ſequi-
tur Laſſart. *de decim vend. cap.* 4. *poſt num.* 39. *cir-
ca fin.* Mangil. *de evict d. quæſt.* 1. 36. *num.* 4. Nigr.
de laudem. tom. 1. *quæſt.* 56. *nu.* 39. ubi alia ad ma-
teriam ea ratione, quia leges illæ, vel conſuetudines
rem ipſam reſpiciunt, & quælibet rem poſitam in
proprio Territorio ſibi ſubdito afficit & non ultra,
Tiraq. *dicta gloſ. prima num.* 1. *&* 2. Non tamen con-
curro cum opinione, quod etiam hoc caſo quilibet Iu- 21
dex loci, in quo ſitæ res ſit adeundus, quam tenet ipſe
Tiraquel. *dicto* § 8 *gloſſ* 5 *n.* 5. *in fin.* Sed vel adeun-
dum eſſe puto Iudicem domilii rei conventi, ut dixi
ſupra

ſupra, vel Judicem loci in quo major pars rerum venditarum ſita eſt, ad Text. *in l. fideicommiſſum* 50. *in princ. & §. primo, ff. de Iudic. l. unic. C. ubi fideicom. peti oport. gloſ. in l. cum res verb. petitur ff. de leg. primo, & in l. quod legatur* 37. *verſic. etiam ibi ff. de Judic.* Tiraq. *de retract. §.* 36. *gl.* 3. *nu.* 6. *& ſeqq.* vel Judicem Superiorem, ubi adſit aliqua ex rebus ſitis ſi res ſint ſitæ ſub diverſis. Juriſdictionis inferioribus, Mangil *dicta q.* 136 *n* 10. *verſ. ita quod*, alias enim uterque ſcilicet tam actor, quam reus ſingulis ſingularum rerum Judiciis vexarentur, contra Text. *in l. etiam* 15. *§. quam ſi quis hereditatem ff. de petit. hered.* & quia ſi alias eveniret, poſſent plures proferri ſententiæ contrariæ altera ſcilicet, quod illi competat prælatio, altera verò quod non, quod omni Iure eſt evitandum, *l. cognitio* 8. *ff. de liberal. cauſ.* ibi: *Neque enim timore, ne variè in Judicio judicetur*, melius igitur eſt ſub uno Iudice hujuſmodi cauſam, quàm ſub diverſis terminari, *d. leg. nulli C. de Judic. & l. fundi, quem ff. de except.* niſi tamen io unoquoque loco diverſa adeſſet conſuetudo, vel ex diverſo Iure quis intenderet prælationem petere, quia tunc Tiraq. opinio verior eſſet.

Quòd plures ſint, qui concurrant ad prælationem
22 petendam in emptione plurium rerum in diverſis Juriſdictionibus ſitarum unico contractu venditarum, tunc hanc diſtinctionem ſervandam eſſe putarem; Aut enim plures ſunt, qui volunt admitti ad prælationem eodem Jure, & vigore ejuſdem qualitatis in ipſius reſidentis, & tunc omnes ad eundem Iudicem ſunt mittendi domicilii, ſcilicet rei, vel majoris partis rerum venditarum, ut in ſimili adeſt Theorica Bald. ibi *leg. edicto* 3. *number.* 54 *C. de edict. Div. Adrian. tollen.* ibi: *Sed omnes ad eundem Iudicem ſunt mittendi*, & eſt Text. *in dicto l. cognitio* 8. *ff. de liberal. cauſ.* ibi: *Si plures ſibi dominium ſervi vendicent dicentes eſſe communem ad eundem Iudicem mittendi erunt*, & hoc, quia quando adeſt identitas actionis, quæ ex uno fonte derivat, quamvis ſit diverſitas perſonarum, cauſæ tamen dicuntur inter ſe continentes, plenè Carleval. *de Iud. tom.* 2. *lib.* 1. *diſp.* 2. *tit.* 2. *nu.* 3. *verſ. quarto ubi identitas fol. mihi* 20. & alii relati per Capic. Latr. *deciſ.* 180. *num.* 19. *& ſeqq.* Ne igitur continentia cauſarum dividatur, &
23 plures fiant proceſſus, cauſa ſub uno Iudice eſt decidenda *dicta l. nulli C. de Judic. dicta l. cognitio ff. de liber. cauſ. cap.* 1. *de cauſ. poſſeſ. & propriet. cap.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Carleval. *dicta diſp.* 2. *num* 2. *in fin. & ſeq.* Capic. Latr. *dicta deciſ.* 180. *nu.* 17. Menoch. *de arbitr. caſ.* 371. *per tot.* Maximè ne oriatur ſententia contra ſententiam, ut ſupra.

Et hoc verum exiſtimo licet reus, & actor ſint
24 diverſi fori, & Iuriſdictionis, quia licet quando actor, & reus ſunt diverſi fori, cauſarum continentia poſſit dividi, ut per Text. *in cap. ſignificaverunt ult. de Iudiciis*, ubi gloſſ. communiter tenent, Menoch. *de arbitr. caſu* 371. *num.* 21. Cephal. *conſil.* 387. *num.* 28. *lib.* 3. Alex. Trentacinq. *var. lib.* 2 *tit. de Judic. reſolut.* 3. *num.* 8. tamen hoc debet intelligi, quando alias ſi cauſarum continentia non divideretur, reus eſſet conveniendus coram Iudice in competenti, ut notat Carleval. *de Iudic. dict. diſput.* 2. *nu.* 15. & iſte eſt caſus Textus *in d. cap. ſignificaverunt*, agitatus à Canoniſtis, dum cogebatur Clericus reſpondere coram Laico; quod non eveniret in hoc caſu in quo conveniretur reus in foro competenti, ſcilicet vel ejus domicilii, vel majoris partis rerum venditarum; qui forus ut hactenus diximus tam ex parte Rei, quam actoris eſſet competens.

Si verò plures ſint, qui concurrunt ad obtinendam
25 prælationem ſuper rebus in diverſis locis exiſtentibus unico contractu venditis, in ſingulis conſtituto certo pretio, & poſtea omnibus ſummis in unum coacervatis, ut in caſu Malvaſ. *conſil.* 96. *per tot.* Sed concurrunt ex diverſo Jure, & cauſis omninò diſtinctis; & ſeparatis puta quia alter ſit Dominus directus, alter ſit Creditor, & Agnatus; vel habeat jus petendi prælationem alio diverſo Iure, & tunc ſi unuſquiſque concurrat ad prælationem petendam in una re ſingulari, non dubito quod quilibet intentare poſſit ſuam actionem in foro rei ſitæ, dum non ab eadem, ſed à diverſa cauſa eorum ius pendet, nec cauſę ullam unionem, & connexitatem inter ſe habent, ut notatur in *l. prima C. de conſort. ejuſd. lit. & in l. fundum atque in l ſed ſi ante ff. de exception.* Coccin. *deciſ.* 308 *toto num.* 6. Cravet. *conſ.* 818. *n.* 7. ubi ad ſaturitatem, nec adeſt timor, quod diverſæ oriantur ſententiæ in eadem cauſa, dum cauſæ ſunt diſtinctæ, & in qualibet poteſt proferri ſententia tam pro admiſſione, quàm pro excluſione prælationis, & licet oriantur iſtæ plures prælationes ab eodem contractu, non tamen proveniunt ab eodem fonte, & cauſa; cùm fons, & cauſa prælationis ſit illa qualitas annexa eandem petenti ad ; quæ notat Caldas *conſ.* 40. *num.* 49 Olea *de ceſſ. Iur. tit.* 2. *quæſt.* 26
num. 2. 21. *verſ. deficiente*, melius Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 26 *gloſ. prima num* 40. contractus verò eſt quædam conditio ſine qua non, Ideſt, ſine qua non poteſt prælatio peti, nec actio exerceri, ut in ſimili dicimus de evictione, quia licèt fons ex quo provenit illa actio ſit ipſe emptionis, & venditionis, contractus, tamen exerceri non poteſt; niſi ipſa evictione ſequuta, Peutinger. *deciſ.* 70. *nu.* 8.

Non omittendum putavi, quod tunc demum actio iſta experiri poteſt in loco rei ſitæ, ſi is contra quem 27
petitur prælatio ſit in eo loco præſens, vel ibidem habeat Procuratorem, nam licèt magna ſit contentio an forus rei ſitæ ſit competens, quando reus eſt abſens, & affirmativam quando agitur actione reali quoad effectus concernentes rem, negativam verò quando agitur actione perſonali quoad effectus concernentes perſonam, tenuerint Caſtrenſ. *in l. quod legatur* 38. *num.* 1. *&* 2. *in med. ff. de Iudic.* Salicet. *in l. unic. num.* 3. *verſ. in hoc eſt differentia, C. ubi fideicom. peti oport.* Fagnan. *in cap. licet* 2. *num.* 15. *& ſeqq. de for. compet.* Amat. *reſol.* 33. *num.* 17. *&* 19. Boſſ. *de citat. num.* 33. Trentacinq. *var. reſol. lib* 2. *tit. de action. reſ. fol.* 4. *num.* 8. plenè de Luca ad Franc. *deciſ.* 177. *nu.* 1. *& ſeq.*

Imò indiſtinctè; quod nunquam forus rei ſitę inſpiciatur etiam ſi fuerit intentata actio reali, ſed ſemper 28
habeatur in conſideratione locus domicilii quando reus eſt abſens, firmarunt Cephal. *conſ.* 163. *n* 9. *&* 11. Surd. *conſ.* 168. *num.* 2 Barboſ. *in cap. ſanè* 3. *num.* 2. *in fin. de for. competenti*, Franc. *deciſ.* 177. *num.* 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 53. *num.* 7. Carleval. *de Iudic. diſp.* 2. *quæſt.* 5. *tit.* 11 *n.* 358. *tom.* 1. *fol. mihi* 163. Giovagn. *conſil.* 2. *num.* 9. *&* 11. *lib.* 2. Turret. *conſil.* 166. 13. *& ſeq. lib.* 3 Sanfelic. *in prax. ſect.* 12. *num.* 1. *fol. mihi* 20. Marcabrun. *conſ.* 69. *nu.* 15. *& conſ* 70. *num.* 84. Oliva *de for. Eccleſiæ part.* 3. *q.* 23. *nu* 8. de Marinis ad Revert. *in obſerv ad deciſ.* 191. *num.* 8.

Tamen quidquid ſit de iſta quæſtione, certum eſt, quod quando agitur actione perſonali in rem ſcriptam 29
ut poſſit ipſa actio in loco rei ſitæ exerceri, opus eſt, quod ibidem reus reperiatur, ut in terminis hypothecariæ; quæ eſt actio in rem ſcripta, eſt doctrina Innoc. *in cap nonnullis num.* 3. ubi latius Bald. *num* 9. *de reſcript.* quando enim agitur actione perſonali in rem ratione ipſius rei; nullo modo poteſt reus conveniri in loco rei ſitæ, niſi ibi reperiatur, plenè Giovagnon. *d. reſp.* 2. *n.* 12. *lib* 1.

Atque evidenti ratione id comprobatur, quoniam non poteſt plus operari poſſidere rem in eo loco, quam 30
ibidem contrahere, ſed ſi ibidem contraxiſſet nullo modo conveniri potuiſſet, niſi in eo loco inventus eſſet, ergo nec in eodem foro conveniri valet ex eo ſolum, quia poſſidet rem obnoxiam prælationi ſi non reperitur, ita pulchrè explicat Bald. *in d. cap. nonnulli* *num.* 29.

Digitized by Google

num. 29. *de reſcript.* ubi etiam quòd licèt ſit præſens animo, quia animo poſſidet, tamen hoc non ſufficit cùm non dicatur præſens in eo loco, ſed habere animum ad eum locum, quia alias haberet animum in loco ſeparato à corpore, Caſtrenſ. *in d. l. quod legatur ff. de Iudic.* de Marin. ad Revert. *d. decif.* 191. *num.* 8.

31 Sed obſtare videtur, quod actio realis, & in rem ſcripta æquiparantur quoad forum, plenè Rot. *decif.* 165. *n.* 24. *part.* 7. *recent.* Sed agens actione reali poteſt in loco rei ſitæ agere etiam reo abſente ex deductis *nu.* 27 ergo & agens actione in rem ſcripta, & ita videtur tenere Rot. *dicta decif.* 165. *forè per tot. part.* 7. *recent.* & Jure merito, quia iſtæ actiones videntur quodammodo Ipſi rei cohærere, *ſ. omnibus inſtit. de action. l. non alias § fin. de Iudic.* Rot. *d. decif.* 165. *num.* 8. *part.* 7. *recent.* qui igitur eam rem defendere vult, tenetur eam tueri in loco ubi ſita eſt, Rot *d. decif.* 165. *num.* 9. Et ideò Specul. *tit. de compet. Iud. ad §.* 1. *n.* 4. *verſ. idem eſt, & num.* 5. defendit quod agens actione reali, vel hypothecaria, quæ eſt in rem ſcripta, poſſit agere in loco rei ſitæ etiam reo abſente, dum dat cautelam, quod iſto caſu debeat Iudex illius loci mittere litteras Iudici in cujus juriſdictione reus reſidet, ut ad ſe veniat, qui ſi non veniat, poteſt ponere actorem in poſſeſſionem.

32 Sed non recedas à ſupra firmata opinione, quia eſt communis, & in caſu Rot. *d. decif.* 165. *part.* 7. *recent.* licet reus abeſſet; & ageretur actione in rem ſcripta, tamen habebat in loco rei ſitæ Procuratorem conſtitutum, ut patet ex *numer.* 26. ideoque ipſe reus dicebatur præſens mediante perſona Procuratoris, qui eum repræſentabat, Franc. *decif.* 177. *nu.* 5. *& ſeqq.* quo caſu neque ego negativi ritè Iudicium fieri, ut ſupra.

33 Inſuper magna adeſt differentia inter actionem realem, & iſtam, quia ideò forſan agens actione reali poteſt agere in loco rei ſitæ, etiam abſente reo, quia dicitur ipſam rem convenire, Tiraquel. *d.* §. 8. *gloſſ.* 5. *num.* 11. *in princ.* & Bald. *in l. tuum virum* 53. *num* 4. *in fin. C. de decurion. lib.* 10. & propterea qui venit ad defenſionem ipſius rei non poteſt abſentiæ cauſam deducere, cùm in eo loco, ubi eſt, teneatur ipſam rem defendere, ut dixi, ſed in caſu noſtro actor debet convenire non principaliter rem, ſed poſſeſſorem contemplatione rei, quam tradere eſt obligatus, & ſic non poteſt cogi ad tradendum, ſi in eo loco non reperiatur.

Doctrina autem Specular. vel loquitur dubio modo, neſcitur enim, an voluerit ſuam doctrinam adaptare actioni reali, vel hypothecariæ, dum de utraque diſcurrit, vel non poteſt præponderare doctrinæ Bald. & tot rationibus pro noſtra concluſione militantibus.

34 Notandum tamen eſt, quòd ſi venditor, & emptor ſunt Clerici, tunc actio, prælationis, ſi quæ competit intentari debet coram Eccleſiaſtico, idemque evenit ſi emptor Clericus ſit, & venditor Laicus, nam cùm actio contra emptorem inſtituenda ſit, & in Clericum emptorem nullam habeat Laicus Iuriſdictionem, eo ſequens eſt, ut coram Iudice Eccleſiaſtico actio intentari debeat; Si verò emptor Laicus ſit, & venditor Clericus, tunc coram Laico procedi poteſt, Azebed. *ad l.* 7. *tit.* 12. *lib.* 5 *nova collect. nu.* 25. Caſtropal. *de Iuſt. commutati. diſp.* 1. *punct.* 18. §. 3. *num.* 14. Tiraq. *d.* §. 8. *num* 15. Rendell. *de Iur. protimiſ.* §. *eſt autem numer.* 2. *fol. mihi* 541. & reprobatis Gint. *decif.* 25. *num.* 10. *ac obſ.* 2. *num.* 3. & Triviſ. *decif.* 34. *num.* 2. *lib.* 1. probat de Marin. *quotid. lib.* 2. *reſol.* 44. *per tot.* Rumm. in add. ad Afflict. *de Iur. protomiſ. in princ. fol. mihi* 70 *num.* 3. *&* 4. de Luc. ad Franc. *decif.* 285. *n.* 2 *in fine*, Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 71. *num.* 2. *in fine*, *verſ. licet idem auctor*, de qua concluſione in materia prælationis multum dubito, licèt vera ſit materia Retractus, quia is qui perfecto contractu non adhuc tradita re agit contra emptorem, neceſſe quoque habet convenire venditorem, qui poſſidet, qui cùm ſit Clericus coram Iudice ſuo conveniendus eſt, ſed poteſt reſponderi, quod perfecto contractu ſatis ſit agere contra emptorem, ac prælationem petere eo citato, dum ſtatim ac eſt obtenta prælatio ſubrogatur eam petens in locum emptoris, ac ſi Inſtrumentum cum eo factum eſſet, proindeque idem poſtea, ſicut poterat emptor, poterit agere contra venditorem pro traditione coram Iudice venditoris, ſed conſiderandum hoc relinquo, & videnda, quæ diximus *quæſt.* 12.

QUÆSTIO IV.

An illi, cui competit prælatio, denunciari debeat venditro.

SUMMARIUM.

1 *Denunciatio neceſſaria eſt quotieſcumque lex diſponit rem vendendam eſſe potius uni, quam alteri.*

2 *Denunciatio facta illi, cui non competit prælatio, an & quando præjudicet.*

3 *Denunciatio non ſufficit, quod ſit ſimplex juxta opinionem Iaſ. & Chaſſan. ſed facienda eſt cum inſertione pactorum, & conditionum, quibus alter emere vult.*

4 *Limita quando fuiſſet confecta minuta, vel ſtipulatum Inſtrumentum, cùm tunc ſatis ſit, quod denunciatio fiat cum relatione ad dictum Inſtrumentum, & declaratur opinio Cencii de Cenſib.*

5 *Denunciatio facta cum expreſſione pretii majoris, & alterati habetur, ac ſi non eſſet facta.*

6 *Denunciatio facta pro pretio juſto non ſpecificato eo, quod inventum fuerit, non ſufficit.*

7 *Denunciatio facta pro minori pretio, & omiſſis aliquibus conditionibus, & pactis expreſſis in Inſtrumento eſt nulla, niſi tamen re integra denuò ſit facta alia denunciatio cum expreſſione veri pretii, & omnium pactorum.*

8 *Denunciatio facienda eſt pupillo, & ejus tutori, minori, & ejus Curatori juxta opinionem Afflict. ſed verius eſt, quod ſufficiat ſoli Tutori, vel Curatori denunciare.*

9 *Et quid ſi pupillus, aut minor careat Tutore, vel Curatore, vel Tutoris, aut Curatoris copia haberi non poſſit.*

10 *Denunciatio ſufficit, quod fiat marito quando prælatio competit uxori, & è contra.*

11 *Denunciatio tunc ſufficit, quod fiat marito, quando ſola ſcientia ſufficeret, ſecus quando denunciatio requiritur pro forma juxta opinionem Rendell.*

12 *Denunciatio facienda eſt omninò uxori, quando ipſi prælatio competit, nec ſufficit, quod fiat marito juxta veriorem opinionem, niſi in caſu quo lex diſponeret, quod quævis ſcientia etiam generica ſufficeret.*

Declaratur Text. in l. aut qui aliter §. ſed & Servius ff. quod vi aut clam.

13 *Denunciatio facienda eſt marito quando competit prælatio occaſione rei datæ in dotem æſtimatæ ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, cùm tunc prælatio ſpectet ad maritum, non autem ad uxorem.*

14 *Maritus bonorum dotalium habet plenam adminiſtrationem, & durante matrimonio eſt quaſi Dominus eorundem bonorum.*

15 *Denunciatio facienda eſt marito quando prælatio datur occaſione rei dotalis, quia tunc ad ipſum ſpectat prælationem petere.*

16 *Marito diſſentiente uxor non poteſt petere prælationem debitam*

debitam occaſione rei dotalis, & è contra ipſo volente uxor non poteſt contradicere.

17 Dotalis fundi dominium verè eſt apud uxorem nec unquam naturaliter tranſit in virum.

18 Denunciatio quando fit occaſione prælationis, quæ competit occaſione rei dotalis facienda eſt tam uxori, quam marito juxta veriorem opinionem Ioan. de Amicis.

19 Res acquiſita jure prælationis à marito propter rem dotalem ſoluto matrimonio reſtitui debet mulieri, vel ejus hæredibus, etiamſi vir propria pecunia illam quæſiverit, cùm tantùm ei remaneat actio ad pretium.

20 Præſentatus ab uxore præferendus eſt illi præſentato à marito quotieſcumque Juſpatronatus ſpectat vigore rei dotalis.

21 Uxoris conſenſus, vel diſſenſus præponderare debet illi mariti, quotieſcumque jus uxoris eſt potentius illo mariti.

22 Limita quando uxor in evidentem perniciem ſuæ dotis conſentire, vel diſſentire vellet, quia tunc maritus poteſt adire Judicem.

23 Denunciatio Uxori tantùm facienda eſt, quando prælatio competit ratione bonorum paraphernalium, in quibus maritus ſolum habet adminiſtrationem.

Imò ſi Viro, & Uxori hoc caſu facta ſit denunciatio, & ambo concurrant prævalere debet conſenſus, vel diſſenſus Uxoris.

24 Denunciatio facienda eſt uxori non autem marito, quando prælatio competit occaſione bonorum extradotalium.

Maritus in bonis extradotalibus nullum habet mandatum.

25 Denunciatio facienda eſt proprietario non autem uſufructuario, qui nec prælationem petere poteſt nomine proprietarii quidquid dicat Rendell.

26 Denunciatio facta Procuratori generali etiam habenti mandatum cum libera non ſufficit, licet ſecus ſit, ſi facta ſit Procuratori ſpeciali.

27 Denunciatio facta à Procuratore habente mandatum procura generale ſufficit juxta opinionem Afflict. & Cald.

28 Sed contraria opinio Tiraq. verior oſtenditur.

29 Procurator Generalis tunc poteſt denunciare, & facere ea, quæ utilia ſunt, quando non agitur de præjudicio Tertii, & Dominus non habet liberam facultatem utendi, & non utendi dicto actu, ſecus contra.

30 Denunciatio ob lapſum decem annorum juncta ſcientia, & patientia Domini directi præſumitur juxta opinionem Jaſ.

Alii credunt ſufficere ſolum lapſum decem annorum.

Alii credunt neceſſarium eſſe lapſum triginta annorum.

31 Verior opinio eſt, quod ſufficiat inter præſentes lapſus 10. annorum, & inter abſentes lapſus 20. annorum.

32 Denunciatio neceſſariò facienda eſt etiam illi, qui eſt pauper.

33 Denunciatio iſta facienda eſt tempore & loco congruo, & quodnam ſit tempus, & quinam locus congruus ibi vide.

34 Denunciatio iſta quomodo facienda ſit, quando denunciandus non invenitur.

35 Denunciatio habetur pro facta ſi dolo, aut alia culpa denunciandus impediverit illam fieri, aut quocumque modo per eum ſteterit, quo minus facta fuerit

36 Perempta re poſt factam denunciationem cuinam pereat, & quod pereat emptori, vel venditori abſolutum eſt, quando prælationem petens ſuam voluntatem non declaraverat.

37 Perempta verò re poſt factam denunciationem, & petitam prælationem eſt quæſtio inter Ferronium, & Tiraq. an pereat Domino, vel prælationem petenti.

38 Diſtinguitur caſus, in quo fuerit facta denunciatio, petita prælatio, & ſolutum pretium, ab altero, in quo non fuerit ſolutum pretium, & in primo caſu dicitur rem perire prælationem petenti, in ſecundo verò rem perire emptori, aut venditori.

39 Denunciatio non ſuppletur per ſcientiam aliundè habitam, quando requiritur à ſtatuto, vel lege pro forma.

40 Denunciatio ſuppletur per ſcientiam aliunde habitam, quando lex mandat quem præferri, & nil de denunciatione dicit juxta opinionem Dec. Gratian. & aliorum.

41 Contrarium eſt verias.

Denunciatio, quæ requiritur non ad ſolum finem certiorandi, ſed ad effectum reſtringendi tempus, vel ut quis faciat aliquid, ad quod non eſt de jure obligatus non ſuppletur per ſcientiam aliundè habitam.

42 Venditio facta ſine tali denunciatione non eſt nulla reſpectu omnium, ſed tantùm eſt imperfecta reſpectu ejus, qui prælationem habet.

Denunciatione non facta perpetuatur actio ad prælationem petendam uſque ad 30. annos.

43 Denunciatio iſta non eſt neceſſe, quod fiat in ſcriptis, & judicialiter, ſed ſufficit, quod fiat extrajudicialiter juxta opinionem Bart. & ſequacium.

Contrarium defendit Chaſſan. & Tiraq.

44 Author putat ſententiam Bart. de rigore juris eſſe veriorem, & ſufficere denunciationem extrajudicialem coram teſtibus factam.

45 Sed in praxi ſequendam putat ſententiam Tiraq. tamquam minus periculoſam, & magis practicabilem.

46 Denunciatione facta denunciatus expectari debet duobus menſibus, ut poſſit deliberare juxta opinionem Bart.

Sed juxta opinionem Bald. debet expectari per ſpatium anni.

Alia fuit opinio Raphael. qui putavit denunciatum expectandum eſſe intra terminum arbitrio Iudicis ſtatuendum.

Alia fuit opinio Cavalcan. diſtinguentis inter emptorem extraneum, & proximum, vel confinantem.

Alia fuit opinio Novell. putantis expectandum eſſe ſpatio 30. annorum.

47 Author diſtinguit inter prælationem conceſſam in fructibus venalibus, in qua termino arbitrio Iudicis ſtatuendo denunciatus expectari debet, & inter prælationem conceſſam in aliis rebus, in qua ſi non præceſſit denunciatio ſpatium 30. annorum conceditur, ſi verò præceſſit, & tunc putat veriorem opinionem Bart: credentis denunciatum ſpatio duorum menſium expectandum eſſe.

48 Denunciatio non requiritur quando lex non dat prælationem expreſſè, ſed nos eam deducimus ex majoritate rationis, vel ex aliqua ratione æquitatis.

49 Proximiores, qui in conceſſione emphyteuſis petunt præferri, non ſunt denunciandi.

50 Denunciatio iſta requiritur, quando Teſtator mandavit præferri aliquos de familia in venditione rerum ſuarum.

51 Denunciatio an poſſit omitti, quando conſtat, quòd is cui competit prælatio, non poterat emere cum illis conditionibus, & pactis, quibus emit Tertius, vide etiam num. 52. & 53.

54 In denunciatione iſta non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ.

Minor

Minor aut mulier in denunciatione, quam tenetur facere prælationis jus habenti non tenetur ſervare ſolemnitates ſtatutarias.

55 *Denunciatio iſta, an facienda ſit à Venditore, an potiùs ab emptore.*

Breviter reſpondendum puto, quòd quotieſcunque lex diſponit, rem vendendam eſſe potius u-
1 ni, quàm alteri, quamvis nihil de denunciatione dicat, adhuc denunciatio neceſſaria ſit, exemplum enim ſpeciale habemus in *l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. oblig.* ubi, cùm Scevola propoſuiſſet caſum cohæredum, qui in diviſione appoſuerant pactum, quod in caſu venditionis deberet res, aut portio diviſa vendi potiùs cohæredi, quàm alteri abſque ſpeciali pacto, quòd præcedere debuiſſet denunciatio, reſpondet, adhuc denunciationem neceſſariam eſſe in caſu, quo onus ex cohæredibus intendat portionem ſuam alienare, ſequitur laté ibidem Caſtr. *num. 4. in fine, & ſeqq.* Bart. *num. 1. verſ. hic facio, & ſeqq.* Angel. *num. 3. & 4.* Alex. *num. 3. & ſeqq. & num. 12.* qui caſum ipſius legis ſpecialiter extendunt ad hunc, de quo agimus, & laté ſequitur Bero. *conſil. 171. num. 13 lib. 1.* Palm *conſult. 46. num. 42.* Bonden. *collect. 45. num. 5. & num. 36. & ſeq.* Cald. *de jur. emphyt. lib. 4. cap. 13. per tot.* ſignanter *num. 12. & ſeq.* ubi quod unica tantùm denunciatio ſufficit, Gulielm. *Onciae Academic. quæſt. lib. 1. c. 40. num. 2.* Mangil. *de evict. quæſt. 135. num. 1.* plené de Marin. *quotid. lib. 2. cap. 117. num. 10.* Franc. *deciſ. 17. num. 9.* & laté de Luc. ad eundem qui teſtantur, de natura prælationis eſſe, quod antequam quis vendat, debeat requirere eum, cui prælatio competit, an velit emere, concordat Marcian. *diſp. 63. num. 27. & diſput. 97. num. 13 & 18. tom. 2.*

Probatur hoc quoque in *l. fin. C. de jur. emphyt.* ubi conceditur Domino directo prælatio, & proinde diſponitur, *atteſtationem Domino transmitti, & prædicere quantum pretium ab alio re vera accipi poteſt*, idque etiam habetur in *cap. potuit de locat.* & quidem optima ratione, cùm enim effectus prælationis ſit, quod is, cui competit, cæteros omnes emptores pro eodem pretio valeat repellere, & è contra venditor neceſſe habeat potiùs vendere prælationem habenti, quàm extero, congruum quoque videtur, quòd tam pro ſecuritate venditoris, quàm ad effectum, ut prælationem habens poſſit ſuam intentionem declarare, denunciatio debeat præcedere, ut Paulus ait *in l. licet, & in l. neceſſe ff. de in diem addict.*

Quærendum primò, an quis ſibi præjudicet denun-
2 ciando alteri rem prælationi non ſubjectam, & verius mihi videtur, quod aut denunciatio iſta præceſſit ex errore, & tunc nemini præjudicet per text. *in l. re tua 18. ff. de rei vindicat.* Carpan. ad Statut. Mediol. *cap. 417. num. 776. & ſeq.* Rot. *deciſ. 783. in fin. part. 2. recent.* Aut ex certa ſcientia, & tunc ſi ſolus venditor denunciavit, clarum eſt, quòd non potuit tale jus tertio concedere, ac emptori præjudicare. Si verò ex certa ſcientia tàm emptor, quàm venditor denunciaverunt venditionem ad effectum, ut ille potuiſſet prælationem petere, & eo caſo videntur gratuitò concedere illi tertio Ius prælationis ad Text. *in l. Campanus ff de oper libert.* & ita intelligendus eſt Alex. *conſ. 63. num. 5. lib. 7.* ubi ſolus emptor denunciaverat, & Tiraq. *de retract. lignag. §. 36 gloſſ. 1. num. 48. ad 54.* & Carpan. *ubi ſupra quos vide.*

3 Quærendum ſecundò quomodo talis denunciatio ſit facienda, controverſum admodum eſt, nam in *l. fin. C. de iure emphyt.* diſponitur, ſufficere denunciare ſolam venditionem cum pretio, & ibidem gloſſ. Bald Bart. Salicet. Odof. & laté Jaſ. *num. 13.* idem aſſerunt, & plené etiam Caſſan. *ad conſuetud. Burgund. rubr. 10. de retr. §. 5. num. 5. in fin. fol. mihi 1569.* Alii verò concludunt, denuncianda quoque eſſe pacta, & conditiones cum quibus alius emere vult, cùm enim pacta, & conditiones augeant, & diminuant pretii, & valoris quantitatem, & qualitatem juxta Text. *in l. ubi autem §. melior autem, & in l. ſi prædio §. ſi fundus ff. de in diem addict.* merito, ut prælationem petens valeat deliberare an ei proſit, vel obſit emere, debet quoque conſcius eſſe de pactis, atque conditionibus, alias enim non diceretur factum ſcire, cùm illius modum, & qualitatem ignoraret ad Text. *in Clement. 2. in fin. ut lite pendent. l. 1. §. edere ff. de edend* Bald. *de jur. protom. col. 6 verſ. his ſic præmiſſis*, Afflict. *eodem tit. § 2. num. 3.* Tiraq. *de retr lignag. § 36 gloſſ. 2. num 31. & pluribus ſeqq* Rendell. *de jur. protom. §. ſancimus verbo denuncietur num. 10.* Cald. *de jur. emphyt. lib. 4. cap. 13 num. 8. & num 15.* ubi etiam, quòd debet exponi Domino id, quod uxori vendentis fuit datum, ut conſentiret Palm. *conſult. 47. num. 43. & ſeqq.* Card. Otthòb. *deciſ 168. num. 1. & ſeqq.* Duran. *deciſ. 58. num. 1. & ſeqq.* Royas *deciſ. 229 num. 5.*

Atque id verius exiſtimo, niſi jam eſſet confecta minuta, aut ſtipulatum inſtrumentum, in quo pre- 4
tium, & cætera pacta erant deſcripta, tunc enim ſufficit denunciare venditionem cum relatione ad d. minutam, ſeu inſtrumentum, ut notat Lancellott. Gall. *conſ. 36. num. 5. in fin.* quamvis ſint qui credant denunciationem faciendam cum inſertione totius inſtrumenti, ut apud Cenc. *de cenſ. quæſt. 64. n. 29. & 30.* quod de æquitate verum non eſt quoties facilè inſtrumenti relati copia, & notitia haberi valeat, ut tradit etiam Rendell. *verb. denuncietur num. 3. fol. mihi 92.*

Hinc eſt, quod ſi denunciatio ſit facta cum expreſ- 5
ſione pretii majoris, & alterati, habetur ac ſi non eſſet facta ad Text. *in l. ſicut §. nominetur in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolu.* Speculat. *in §. nunc aliqua quæſt. 92. numer. 115. de locat.* Imol. *in cap. potuit. num. 1. & ibidem* Hoſtienſ. *col. 1. de locat.* Salicet. *in d. l fin. num. 23.* ubi Jaſ. *num. 13. & 21.* Bald. *n. 13. in 2. lect. C. de Iur emphyt.* Bertrand. *conſ. 115. ante fin. lib. 1.* Tiraq. *de retract. §. 4. gloſſ. 2. num. 1.* Gozadin. *conſ. 47. num. 7.* Redoan. *de reb. Eccl. non alienan. tit. de conducit. ob rei alienat. num. 47. fol. mihi 523.* Corbul. *de cauſ. privat. ob alien. irrequiſit. Domin. ampl. 20. fol. mihi 188. & ſeqq.* Mangil. *de evict. quæſt. 135. num. 11.* Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de alienat. quæſt. 1. num. 338.* Celſ. *deciſ. 163. n. 6. & 7.*

Idemque evenit, ſi quis denunciaverit, ſe vendi- 6
turum pro juſto pretio, nam hoc modo prælationem petens non videtur eſſe certus, & cautus, ſi enim venditor non invenit juſtum pretium, ſed minus, utique prælationem potens poterat illud minus offerre, & rem habere, & proinde ſi non obtulit, & res minoris fuit vendita, denunciatio habetur pro non facta, ut probat Corn. *conſ. 193. numer. 1. lib. 3.* Corbul. *tract. de quo ſupra ampl. 21. fol. mihi 189.* & in his caſibus prælationem petens uſque ad 30. annos poteſt inſtare, Carpan. *d. cap 417. num. 794.* Hinc
quoque eſt, quòd ſi contingat, denunciationem fie- 7
ri pro minori pretio, vel ſine aliquibus conditionibus, & pactis expreſſis in inſtrumento, puta quia aliqua pacta ſint expreſſa, aliqua verò non, prælationem petens tenetur tantùm rem habere cum pactis, & pretio adjectis in denunciatione, ut deciſum teſtatur Sandè *in theatr. pract. lib. 3. tit. 5. def. 11. de utroq. retr. per tot.* ubi etiam notat, quòd aut contra emptorem, vel venditorem, cui incumbebat onus denunciationem faciendi, competit hoc caſu alteri Jus ad intereſſe. Verùm tamen eſt, quod licebit re integra pœnitere, & verum pretium cum pactis Domino ſignificare, Cald. *de emphyt. extinct. cap. 13. num. 35. ante verſ. ſubjicit.*

Tertiò quærendum eſt, cuinam facienda ſit denun-
ciatio, quando Jus prælationis, competit Uxori, Pu- 8
pillo,

pillo, aut Minori, & dicendum eſt, quòd Tutor ſive Curator unà cum Pupillo ſive Minore requirendus eſt per Text. *in l. ſed ſi ex ſtipulatu ff. de verb. ſignific.* Afflict. *de Iur. Protom.* §. 2. *ſub n.* 15. *verſ. ſed quid*, Franc. de Aret. *conſ.* 26. *num.* 1. Carpan. *ad Stat. Mediol. c.* 417. *num.* 778. Mangil. *d. quæſt.* 135. *num.* 32. ſi tamen Pupillus Tutorem habeat, & ipſe Tutor præſens ſit, ſi enim Tutorem non habeat, vel ipſius copia haberi non poſſit. tunc videtur ſufficere ſoli Pupillo denunciare per Text. *in l. ſi dictum* 56. §. *Pupillo ff. de evict.* ut notant præcitati. Sed ego opinor pro veritate concluſionis, diſtinguendos eſſe plures caſus, Primus eſt, quando Pupillus, aut Minor habent ſuos legitimos defenſores, & tunc ſufficit ſoli Tutori, vel Curatori denunciare, Text. eſt *in d. l ſi ex ſtipulatu* 24. *ff. de verb. oblig.* Carpan. ſibi contrarius *d. cap.* 417. *num.* 579. latè Rendel. *de Iur. protom.* §. *in primis*, *verbo infra quatuor menſes numero* 13. & 15. *verſ. ſed nihil incommodi fol. mihi* 165. Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 48. *in med.* Secundus eſt, quando iſti carent legitimo defenſore, & tunc opus eſt adire Judicem, ut provideat de Tutore, vel Curatore Pupillo, aut minori cui rectè denunciari poſſit, ut latè probat Muſcatell. *in prax. part.* 2. *gloſſ. intimato num.* 37. *& ſeqq.* Rendell. *d.* §. *in primis*, *verbo infra quatuor menſes num.* 13. Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 4. *d. cap.* 11. *num.* 48. Tertius eſt, quando iſti habent Tutorem, vel Curatorem quorum tamen copia haberi non poteſt, & tunc videtur procedere diſpoſitio Text. *in d. l ſi dictum* §. *pupillo ff. de evict.* ubi diſponitur, quòd ſufficiat ſoli Pupillo, aut Minori denunciare, ut tenet expreſsè Carpan. *dicto cap.* 417. *num* 778. Afflict. *de Iur. protom.* §. 2. *nu.* 15. *verſ. ſed. quid*, quòd tamen in noſtro caſu verum non eſt, quoniam in *dicta leg. ſi dictum*, Ideò licet ſoli Pupillo litem denunciare quando Tutor non apparet, quia denuncians agit de damno vitando, cùm agere nequeat de evictione, niſi denunciatione facta, ut ponderat Roman. *in l. ſi ex legati num.* 16. *verſ. unde vult ff. de verb. obligat.* quòd non contigit in caſu prælationis, in quo denunciatio fit ad effectum, ut Pupillus, & Minor deliberent, an eis utile ſit emere, quòd ſine Curatore, aut Tutore facere nequeunt, & propterea diſpoſitionem *d. l. ſi dictum* extendere ad alios caſus, & præſertim ad hunc, de quo agimus, eſt valdè incongruum, ut ſpecialiter notat Franc de Aret. *d. conſ.* 26. *ſub num.* 1. *verſ. tamen ne emptor.* Rendell. *in d.* §. *in primis*, *verb. minor* 25. *annis in fin. fol. mihi* 162. Cald. *dict. cap.* 11. *num.* 47. *&* 48. ubi quòd etiam hoc caſu debeat à Judice peti, ut deputet Minori Curatorem, quidquid in contrarium dixerit Bart. *in l.* 1. §. *ſufficit de adminiſtr. Tutor.* cujus doctrina communiter reprobatur, ut notat Jaſ. *in l. ſi pupillus ff. de verb. obligat.* & Add. ad Bart. *in dict.* §. *ſufficit litt. E. in fin.*

Quando verò Jus prælationis competit Uxori, tunc
10 quidam putant, ſufficere denunciationem factam eſſe Marito, ut probat Jaſ. *in d. l. fin. num.* 120. *C. de Iur. emphyt.* Tiraq. *de retr. lignag.* §. 9. *gloſſ.* 1. *nu.* 1. *& ſeqq* Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 581. *& ſeq.* ubi è converſo tuetur, quòd ſi prælatio competat Marito, non ſufficiat denunciare Uxori, & idem ait *nu.* 780. *& ſeq.* ubi limitat ſi fiat ad domum Uxoris, tanquam ad Domum Viri, Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienat. tit. de caduc. ob rei alienat. numer.* 46. *fol. mihi* 523. Joſeph Ludovic. *commun. opin. tit. de procurator. verſ. Maritus*, & movetur per Text. *in l. aut qui aliter* §. *ſed & ſervius ff. quod vi, aut clam*, ubi Vulpian. ait, *ſed & ſervius rectè ait ſufficere fœmina Viro notum facere, opus ſe facturum, vel denique ſciente eo facere*, ubi gloſſ. addit rationem, quia Maritus Uxoris Jurium Procurator, & Adminiſtrator eſt, ſequitur etiam hanc opinionem Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr.* 4. *de retract.* §. 5. *numer. primo & ſeqq.* Rub. *in l. non ſolum* §. *morte num.* 324. *ff. de nov. oper. nunciat.* Gregor. Lopez. *in l. fin. tit.* 8. *partit.* 5. *verb. Al Sennor Roſental. de feud. cap.* 9. *membr.* 1. *concl.* 31. *n.* 6. *& ſeqq. & ſignanter n.* 9.

Rendell. autem *de Iur. protom.* §. *ſancimus*, *verbo* 11
habeat ſub num 14 *verſ cui opinioni*, diſtinguit, quòd quando per Statutum, ſeu Conſuetudinem quævis ſcientia ad hunc effectum noceret, tunc ſufficiat denunciare viro, cum veriſimile ſit, in notitiam uxoris veniſſe, quòd viro denunciatum eſt, quando verò denunciatio requiritur perneceſsè. neque ſufficit ſcientia, & tunc denunciandum eſt uxori, niſi uxor abſens, ſit, quo caſu ſufficere ait, Marito venditionem denunciari, quòd etiam ſequitur Clemens Aſcia *detern.* 31. *per tot.*

Verius tamen eſt, quòd (excepto caſu in quo quæ- 12
vis ſcientia etiam generica ſufficeret) ſemper denunciatio facienda eſt uxori, cùm enim Jus prælationis à voluntate uxoris dependeat, nec ex facto mariti procedat, nulla Iuris ratio patitur, poſſe maritum deliberare, an uxor debeat prælationem petere, & denunciationem fieri illi, qui nullum habet intereſſe, ut probat Rub. *in d.* §. *morte nu.* 328. Corbul. *de privat. ob alienat. irrequiſ. domin. limit.* 5 *per tot.* latè Cald. *d. cap.* 12. *à num.* 2. *ad.* 6. Rot coram Peutinger. *deciſ.* 449. *nu.* 1. 5. *&* 6. & coram Celſ *deciſ.* 163. *num.* 8. *uſque ad finem.* Et propterea non adaptatur, quod in *d. leg aut qui aliter* §. *ſed & ſervius* ſancitur, nam, ut illud interdictum; quod vi, aut clam non procedat, ſufficit ædificantem animum clam ædificandi non habuiſſe ibi: *quanquam illud ſufficiat celandi animum non habere*, quapropter juſta ratione placuit, ſufficere denunciationem factam Amicis, propinquis, aut marito, quæ nihil commune habent cum hoc caſu, in quo ex alia diverſa ratione indigemus denunciatione.

Sed hic eleganter quærendum eſt, utrum eadem procedant, quando prælatio peti poteſt ratione rei dotalis qua in re plures caſus diſtinguendi ſunt.

Primus eſt, quando res data eſt æſtimata ea æſti- 13
matione, quæ facit emptionem, & venditionem, & tunc, quia ipſius rei maritus Dominus eſt poſſeſſor, & commoda, atque incommoda ſuſtinet *l. plerumque ff. de Iur. dot. l. quoties C. eodem*, merito ipſi venditio denuncianda eſt, dum ad ipſum ſpectat petere Ius prælationis, ut probat Rendell. *de Iur. protom. verbo habeat num.* 12. *fol. mihi* 17. *& num.* 16. *verſ. ſecundam ex oppoſito fol.* 19. ubi defendit, quod ſoluto matrimonio non tenetur maritus rem illam reſtituere, cùm eam valeat pro ſe retinere, dummodò eligat reſtituere æſtimationem, non autem rem in dotem datam, ſequitur Rumm. *in Addit. ad Afflict. de Iur. Protomiſ. fol. mihi* 88. *num.* 5. Niger *de laudem. qu.* 30. *tom.* 1. *num.* 71. Corbul *ubi ſupra n.* 3.

Secundus eſt, quando res eſt data in dotem eo modo, aut pacto, ut fundus dotalis ſit, & permaneat, 14
& tunc variæ ſunt opiniones, nam Rub. *in d. l. non ſolum.* §. *morte ff. de nov. oper. nunciat. num.* 329. latè probat, quòd cùm Maritus durante matrimonio plenam bonorum dotalium habeat adminiſtrationem per Text. *in l. doce Ancillam C. de rei vendicat.* Sitque Dominus illorum pro eo tempore, ut voluit gloſſ. *in l. in rebus verbo jure naturali C. de Iur. dot.* ubi etiam Salicet *num.* 5. Iaſ *in* §. *fuerat n.* 2. *Inſtitut. de actio.* Palat. *in cap per veſtras* §. 43. *num.* 2. non eſt dubitandum, quin ipſe requirendus ſit, & ad ipſum ſpectet prælationem petere, ut notat Bald. *in Conſtitut. ſancimus in princip de Iur. protomiſ.* ubi etiam Afflict. *num.* 40 *verſ. item quæro an Uſufructuarius*, & Iacob. Novell. *num.* 134. Marc. Mantu. *in l. dudum* 15
verſ. item ſexto dubitare contingit C. de contrahen. empt. ſequitur latè Cald. *d. cap.* 12. *num.* 5. *& pluribus ſeqq.* Caball. *conſ.* 102. *n.* 7. *& conſ.* 112. *nu.* 4. *&* 8 Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 10. *gloſſ. unic. per tot.* Cenſal.

ad

ad Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 10. *num.* 4. *verſ. addo Marant. de multipl. alienat. num.* 126. *& ſeqq.* Nigr. *de Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 60. *& ſeqq. & ſignanter num.* 72.

Probatur etiam hæc concluſio ex quo denunciatio, ſi quæ neceſſaria eſſet in Uxore, fruſtratoria protinùs redderetur; Quoniam aut Vir denunciatus præferri peteret, & utique obtinere deberet, ſive Uxor vel-
16 let, ſive non; Aut Maritus nollet, & conſenſum ſuum præſtaret, & tunc etiam ſi Uxor contradiceret, velletque præferri, adhuc non poſſet, & Mariti conſenſui ſtandum eſſet, imò conſenſus Uxoris hoc caſu juſtè poſſet à Iudice ſuppleri, ut notat Cald. *d. cap.* 12. *num.* 10. *& ſeqq. ſignanter num.* 13. & ſequitur plenè Niger. *d. q.* 30. *numer.* 60. *& ſeqq.* ubi addit, quòd ſi vir etiam tacitè laudemium petendo renunciaſſet prælationis Iuri, uxor repellatur ab actione.

E contra verò videtur dicendum, marito, & uxo-
17 ri denunciari opus eſſe, nam fundi dotalis dominium verè eſt penès uxorem, neque unquam naturaliter tranſit in virum *l. in rebus C. de Iur. dot. l. Pomponius Philadelphus ff. famil. Erciſcund.* Arius Pinell. *in l.* 1. *part.* 13. *num.* 22. *C. de bon. patern.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 11. *num.* 19. Rot. *deciſ.* 10. *num* 27. *part.* 12. *recent.* licèt Juris quadam ſubtilitate dotis cauſa civiliter vir etiam Dominus dici poſſit diverſis reſpectibus, ut in *d. l. in rebus, & d. l. Pomponius*, Salicet. *in d. l. in rebus numer.* 5. Jo: de Amic. *conſ.* 20. *num.* 24. *& ſeqq.* Rendell. *dicto verbo habeat ſub num.* 11. *verſ. ſpem habet*; Ideoque ſi uxor naturalis, & vera Domina eſt, vir autem quoque Dominus, ſed civilis, ſequitur ipſi mulieri etiam licere actionem experiri ratione ſui intereſſe, & Iuris, quod adhuc penès eam remanet, & ipſam quoque requi-
18 rendam eſſe, ut in Text. *in l. quamvis* 75. *ff. de Jur. dot. diſponitur*, ibi: *& meritò placuit, ut ſi in dotem fundum in æſtimatum dedit, cujus nomine dupla ſtipulatione cautum habuit, iſque meritò evictus ſit, ſtatim eam ex ſtipulatione agere poſſe*, & ibidem J. C. addit rationem, quòd ſcilicet mulieris interſit agere, & latè explicat Jo: de Amic. *d. conſ.* 20. *num.* 22. *& plurib. ſeqq.* ubi reſpondet *l. dote Ancillam Cod. de rei vendicat.* Clemens Aſcia *d. determinat.* 31. *per tot.* Rendell. *d. verbo habeat numer.* 11. *&* 14. *verſic. cæterum*, Rumm. *in Addit. Afflict. de Jur. Protomiſ. fol. mihi* 89. *numer.* 12.

Probatur hæc concluſio ex pluribus; Et primò,
19 quia quidquid Peregr. *de fideic. art.* 10. *numero* 4. auſus fuerit firmare, certum eſt, quòd ſoluto matrimonio res Prælationis Jure propter rem dotalem acquiſita debet ab ipſo Viro reſtitui nullo eidem refuſo pretio à Muliere, vel ejus hæredibus, niſi Vir propriam, non autem dotalem pecuniam pro re habenda impenderit, ut notat Bald. *de Iur. protom. circa princ. ſub numer.* 1. *verſ. ſed utrum ſoluto matrimonio*, & latè Marc. Mant. *in d. l. dudum numero* 48. *&* 49. *verſ. ſeptimò dubitare contingit*, Tiraq. *de* §. 10. *gloſ. unic. numer.* 19. *& ſeq.* latè Marant. *de multipl. alienat. numer.* 126. *&* 129. ubi cæteris contrariis reſpondet Caball. *d. conſ.* 102. *numero* 7. *& conſ.* 112. *numero* 4. *&* 8. Cenſal. ad Peregr. *de fideicomm. d. art.* 10. *numero* 4. *verſ. addo*, Rumm. *in addit. ad Afflict. not.* 8. *fol. mihi* 89. *numer.* 1. *&* 2. & latè Rendell. *ubi ſupra numero* 15. *uſque ad fin. fol. mihi* 18. *& ſeqq.* ubi dat diverſitatem in hoc caſu inter Maritum, & hæredem gravatum, & licèt *in verſ. tertiam pono*, aliquid motivet in contrarium, tamen *numero* 10. *in fin.* ab hac opinione non eſſe recedendum teſtatur; Unde ſi Mariti utilitas, & intereſſe eſt momentaneum, illud autem Mulieris perpetuum, videtur abſonum, quòd ſolus Vir requiſitus poſſit ob ſuum temporaneum intereſſe in perniciem perpetui intereſſe Uxoris, ea reluctante, & aliud petente, operari, ad Text. *in l. Iulianus* 5. *ff. de fund. dot. & in l. æquiſſimum*, §. *fructuarius*, *ff. de uſufr.*

Secundò, quia quando Jus Uxoris, & Mariti eſſet æquale, tunc poſſet dici, conſenſum Mariri prævalere conſenſui uxoris; At quando jus uxoris eſt 20
potentius, & validius illo mariti, tunc certum eſt in jure, conſenſum uxoris prævalere; Et propterea Statutum habemus, quòd ſi data ſit in dotem Villa inæſtimata, cui ſit annexum Jus patronatus, & contingat uxorem, & virum diverſos præſentare, is debet præferri, qui præſentatus eſt ab uxore, ut notat Felin. *in cap. quoniam* 2. *numero* 5. *de teſtib.* Abb. *in cap. fin. numer.* 8. *in fin. de conceſſ. præbend.* Bertach. *in repert.* 3. *part. verſ. Maritus ratione dotis fol. mihi* 309. Caſſan. *conſ.* 61. *numer.* 3. Rocc. de Curte *de Iur. patronat. verb. competens numero* 15. *& verbo ipſe vel is numer.* 60. *& ſeqq.* Selva *de Beneſic.* 2. *part. quæſt.* 6. *col.* 3. Rot *deciſ.* 10 *in fin. de Iur. patronat. in nov.* Cald. *d. cap.* 22. *numer.* 17. quidquid defendere videatur in contrarium Roman. *in l. fin. numer.* 5. *ff. ſolut. matrim.* Vivian. *de Iur. patron. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 7. *ſub numer.* 8. *verſ. neque huic ſententiæ*, *& ſeq.* Cùm igitur mariti dominium, ſi quod adeſt in rebus dotalibus, ſit fi-
ctum juris ſubtilitate adinventum, illudque uxoris 21
ſit verum, naturale, & reale, & perpetuò duraturum, *ut in d. l. in rebus C. de Jur. dot. & l. Pomponius*, *ff. famil. erciſcund.* meritò præponderare debet conſenſus uxoris, ſi diſſentiat à marito, ideoque ipſa requirenda etiam eſt ex prædictis.

Animadvertendum tamen puto, quòd ſi viro, & uxore requiſitis, uxor in evidentem perniciem ſuæ
dotis vellet, aut nollet præferri, tunc putarem, 22
diſſenſum, vel conſenſum mariti præponderare, & adeundum eſſe Judicem ad effectum, ut ſuppleat uxoris conſenſum, ut tradit Tiraq. *d.* §. 10. *gloſſ. unic. numer.* 7. dum ſe remittit ad ea quæ dixerat *comment. ad ll. connub. gloſſ.* 8. *quæſt.* 25. *numero* 127. *& ſeqq. ſignanter numer.* 134. & ita intelligendus eſt Doctor Morgoviejo Inſignis olim Colimbricæ Academiæ Profeſſor, quem refert Cald. *d. cap.* 12. *num.* 11.

Tertius caſus eſt in bonis Paraphernalibus, in quibus maritus nullum habet dominium, neque
verum, neque fictum, ſed tantùm meram admini- 23
ſtrationem ſuo periculo induſtria, & diligentia juxta Text. *in leg. ſi ego*, §. *dotis*, *ff. de Jur. dot. l. de his C. de donat. inter vir. & uxor. l. fin. C. de pact. convent.* Bald. *conſ.* 278. *lib.* 5. Neguſan *conſ.* 304. *nu.* 4. latè Rot. coram Coccin *deciſ* 2103. *num.* 28. *& pluribus ſeqq.* & tunc certum eſt, maritum non eſſe requirendum, ſed neceſſariam eſſe denunciationem uxori faciendam, ut notat Cald. *d. cap.* 12. *num.* 14. *& ſeqq.* qui licèt *num.* 16. defendere conetur, requirendum etiam eſſe maritum habentem liberam adminiſtrationem talium bonorum, imò ipſum Procuratorio nomine uxoris poſſe conſenſum præſtare, & ſequitur Roſental. *de feud. d. cap.* 9. *concl.* 31. *nu.* 8. tamen credo, ejus doctrinam non eſſe admittendam, ut enim *in quæſt.* 8. latè probatum fuit, non poteſt Procurator etiam cum libera hoc Ius prælationis petere, dum illud dependet totaliter à declaratione voluntatis ipſius Domini, quæ neque per Procuratorem, neque per Conſanguineum, neque per Maritum poteſt fieri; Atque in hoc caſu, quatenus viro, & uxori, ſit facta denunciatio, & ambo concurrant, certè prævalere debet conſenſus uxoris ad Text. *in cap. ſi quem de Procurat. in* 6. ubi, quòd ſi Principalis concurrat cum Procuratore, attenditur id quod gerit Principalis, qui cenſetur hoc caſu revocare mandatum, ut notat Cald. *d. cap.* 12. *num.* 16.

Quar-

Digitized by Google

Quartus eſt caſus, quando agitur de bonis extra- 24 doralibus, quorum totale Jus, & adminiſtratio ſpectat ad mulierem, Decian. *conſ.* 84. *nu.* 45. *lib.* 4. Afflict. *deciſ.* 44. *numer.* 1. & tunc evidens eſt, nullo modo requirendum eſſe maritum, qui in his bonis nullum habet mandatum, Alex. *conſ.* 41. *numer.* 15. *lib.* Surd. *conſ.* 290. *numer.* 6. Rota coram Ubald. *deciſ.* 658. *n.* 2. *&* Roſenthal. *d. concluſ.* 31. *n.* 7.

Quartò quærendum eſt, an denunciandus potius ſit 25 uſufructuarius, an verò proprietarius, & dicendum eſt, denunciationem faciendam eſſe proprietario, cùm enim prælationis Jus ſit reale, & perpetuum, meritò non poteſt competere illi, qui habet temporaneam qualitatem uſusfructus, ſed debet ſpectare ad proprietarium, latè probat Caſtill. *de uſufr. cap.* 24. *num.* 39. *& ſeq.* Niger. *Laud. dicta quæſtione* 30 *numer.* 62. *& ſeqq. & num.* 72. Rendell. *de jur. Protom. §. per Emphyteuſim num.* 68. *& ſeqq. fol. mihi* 65. ubi tamen *nu.* 70. concludit, quòd ſi uſusfructuarius nomine proprietarii prælationem petat, eſt admittendus, quia eſt generalis Domini Procurator circa res fructuarias, quòd credo falſum ex his, quæ dicta ſunt *in d. quæſt.* 8.

Quintò quærendum eſt, an talis denunciatio poſſit fieri Procuratori, & diſtinguendum eſt, aut enim Procurator habet mandatum ſpeciale, & eſt abſolutum ſufficere denunciationem tali Procuratori factam, aut non habet mandatum ſpeciale, & denunciatio ipſi 26 facta nullius eſt momenti, ut videtur diſponere Imperator *in d. l. fin. C. de Iur. Emphyt.* ubi Jaſ. *nu.* 38. Afflict. *de Iur. protom. §.* 2. *poſt num.* 11. *& in cap* 1. *num.* 12. *&* 35. *de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 26. *ad* 32. *ſignanter num.* 31. Annot. ad Pairel. *expedit.* 17. *num.* 18. Nig. *de Laud. lib.* 1. *quæſt.* 31. *nu.* 20. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 307. *num.* 4. apud Ceuc. *de Cenſ.* Celſ. *deciſ.* 163. *num.* 10. & quamvis Tiraq. §. 1. *gloſ.* 13. *numer.* 31. *& ſeqq* ac Carp. *d. cap.* 417. *numer.* 578. credant ſufficere denunciare Procuratori generali cum libera, ſi ſit deputatus ad negocia, & non ad lites, tamen de hoc dubito per ea, quæ dixi *in q.* 8.

Sed an talis denunciatio poſſit fieri à Procuratore non habente ſpeciale mandatum, quæſtio non eſt modica, nam prima facie videtur dicendum poſſe fieri, cùm enim talis actus denunciationis ſit utilis venditori, aut emptori, pro quo fit denunciatio, videtur abſolutum, quòd poſſit geri etiam à Procuratore generali, per Text. *in l. Procurator, C. de procurat. l. ignorantis* 49. *ff. eodem.* Afflict. *de Iur. protomiſ. §.* 2. *poſt. num.* 11. *verſ. ſed quid è contra*, Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. §.* 13. *gloſ.* 11. *num.* 2. Cald. *d. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 14. *& ſeq.* ubi addit, quòd ſi denunciatus inſtet pro inſpectione mandati procuræ illud debeat oſtendi, & quòd talis denunciatio non poteſt fieri per negotiorum geſtorem.

Contrarium tamen puto veriùs non ſolùm, quia 28 non poteſt Procurator generalis ſine ſpeciali mandato denunciare, quando denunciatio concernit ea, quæ pendent à declaratione voluntatis ipſius Domini, & nonniſi ipſi Domino ſunt nota, ut probat *gloſ. in l.* 1. §. 1. ubi latiùs Bart. *ff. de liber. agnoſc.* Alex. *conſ.* 78. *num.* 14. *verſ. item. ſpecificè lib.* 5. Verùm etiam quia talis denunciatio non requiritur ſolùm ad inducendam notitiam, & ſcientiam genericam, ſed neceſſaria eſt ad certiorationem pretii, & pactorum, quæ deſiderantur apponi in contractu, ut poſſit denunciatus deliberare, utrum ei congruat emere necne, & ſe præparare ad emendum, & propterea non poteſt fieri per procuratorem non habentem ſpeciale mandatum, & ab eo facta nihil operatur, cùm poſſit dari caſus, quòd denunciatus ſe præparet ad emendum, ſumptusque faciat, & poſtea principalis neget eidem prælationis jus, negetque denunciationem à Procuratore ſuo factam ipſi obeſſe, ad quod abſurdum evitandum dicendum eſt, denunciationem faciendam eſſe à Procuratore ſpeciali, ut ita & prodeſſe, & obeſſe valeat Domino, ut plenè probat Tiraq *de retr. lignag* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 8. *& pluribus ſeqq. ubi etiam num.* 14. ait neque poſſe fieri talem notificationem à conjuncta perſona, *& num. ſeqq.* quæſtionem tractat, an talis denunciatio fieri poſſit à tertio, cujus tamen interſit eam, fieri, ſequitur Rumm. in Add. ad Afflict. §. 2. *verſ. item quære fol. mihi* 117. *numer.* 12. *& ſeqq.* ubi etiam quòd tenetur oſtendere mandatum, latè Rendell. *de Iur. protom ver. denuncietur num.* 2. *& ſeqq. fol. mihi* 92. Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 764. *& ſeqq.* ubi tamen ait, quòd emptor ſecundus poteſt validè denunciare ſine mandato primi emptoris.

Non relevat, quòd Procurator generalis poſſit de- 29 nunciare, & alia facere, quæ Domino ſunt utila, quia id non procedit, quando agitur de præjudicio tertii, & Dominus poteſt uti, & non uti d. actu in notabile præjudicium prælationem prætendentis ad tradita per Tiraquall. *ubi ſupra ſignanter numer.* 9. *verſ. ſed. illud.*

Sextò quærendum eſt, an talis denunciatio ex longo temporis intervallo præſumatur, & abſolutum eſt 30 apud inſraſcriptos DD. præſumi, ſed quantum tempus requiratur eſt controverſum, ſunt enim, qui defendunt, quòd ob lapſum decem annorum juncta ſcientia, & patientia Domini directi præſumendum ſit, denunciationem præceſſiſſe, atque Dominum Emphyteutæ licentiam alienandi conceſſiſſe, Jaſ. *in l.* 1. *num.* 16 *C. qui admit.* Dec. *conſ.* 409. *num.* 11. Alex. *conſ* 113. *num.* 10 *lib.* 4. Grat. *conſ.* 221. *num.* 11. *lib.* 2. Marcard. *de probat. concluſ* 417. *num* 4. Gutiez, *de contract. cap.* 11. *tit. de qualit. contract ſub. num* 17. *verſ. tertio infertur*, Corbul. *de Iur. emphyt. de cauſ. privat. ob alien. irrequiſ. Dom. limit.* 31. *fol. mihi* 295. latè Cald. *d. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 118. *& ſeqq.* Sunt & alii, qui generaliter concludunt ſolum lapſum decem ſatis eſſe in quocunque caſu prælationis ad denunciationem præſumendam, ut probat Soccin. Jun. *conſ.* 22. *num.* 12. *ad* 20. *lib.* 1. ubi etiam quòd ſufficit triennium, Magon. *deciſ. Flor.* 26. *num* 15 Marant. *de multiplic. alienat. num.* 132. *verſ. venio. ad ſecundam quæſtionem*, Cyriac. *contr.* 309. *num.* 11. *verſ quo verè, & ſeqq.* de quo tamen dubitavit Grat. *diſcept* 432. *nu.* 51. *& pluribus ſeqq. ſignanter num.* 58. Sunt tandem alii, qui lapſum triginta annorum ad talem ſolemnitatem præſumendam requirunt, Dec. *conſ.* 222. *num.* 6. *verſ. & date quòd*, Rendell. *de Iur. protom T.xt.* 6. § *tranſcurſe autem in adnot. num.* 2. *verſ. ſed iſta ratio, & ſeq. fol. mihi* 281. Tiraquell. *de retr. lignag.* §. 36. *gloſ.* 2. *n.* 36. *& ſeq.*

Sed veriùs eſt, lapſum triginta annorum neceſſarium eſſe ad præſcriptionem inducendam, ut dictum 31 eſt in quæſtione 24. ad denunciationem verò præſumendam lapſum longi temporis decem ſcilicet annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes ſatis eſſe exiſtimo, non enim agitur de tollenda poſt ſpatium d. temporis protinùs actione, ſed de præſumenda ſolemnitata, quod diverſiſſimum eſt, & non tam magnum infert præjudicium, cùm præſumptio iſta poſſit alia contraria præſumptione elidi, vel per confeſſionam ipſorum contrahentium, vel per alias probationes ignorantis, ad tradita per Rendell. *ubi ſupra numer.* 4.

Septimò quærendum, an talis denunciatio facienda ſit illi, qui eſt pauper, & affirmativè eſt reſpon- 32 dendum, Tiraq. *de retr. lignag. §.* 1. *gloſ.* 9. *numer.* 59. *uſque ad* 76. Oſaſcb. *deciſ.* 173. *numer.* 2. *verſ. nec obſtat*, Grat. *diſcept.* 432. *numer.* 83 Urſell. *concl.* 62. *numer.* 42. Belmont. *deciſ.* 154. *numer.* 15. *&* 16.

Octavò quærendum, quo loco, & tempore facienda ſit talis denunciatio. & dicendum eſt, quòd licèt, 33 hæc denunciatio, ut proſit, debeat fieri tempore &

loco congruo, per Text. *in l. ſi ſoluturus 39. ff. de ſolut. in l. obſignatione 9. C. eodem*, Afflict. *de Iur. protom. § 2. numer. 10. cum ſeqq.* tamen tempus congruum, & dies congruus, dicitur etiam feſtivus, Carpan. *d. cap. 417. numer. 798.* & locus congruus dicitur ille, in quo Dominus domicilium habet, & ubi conveniri poteſt, dummodò ſit honeſtus, puta, quia non ſit lupanar, vel taberna, niſi denunciandus ſolitus ſit eam frequentare, ut adnotavit gloſs. *in l. mora 32. ff. de uſur.* Afflict. *de Iur. protom. §. 2. numer. 10.* Tiraq. *de retr. ad fin. tit. numer. 82. & ſeqq.* ubi etiam, quòd poſſit fieri in Eccleſiis, latè Cald. *d. tit. 4. c. 13. n. 5.* Carpan. *d. cap. 417. numer. 803. & ſeqq.* ubi quòd licèt ſint venditæ plures res in diverſis locis ſitæ, tamen denunciatio facienda eſt in loco domicilii ubi edeſt agnatus, & tempus congruum dicitur illud, in quo Dominus non ſit aliquo juſto impedimento detentus, ut probat Cald. *d. cap. 13. num. 5* ubi ertcm cum Tiraquell. & Afflict. latè defendit poſſe talem denunciationem uti extrajudicialem fieri dic fetiato.

Sed quid dicendum, ſi denunciandus non inveniatur, vel impediverit, denunciationem fieri, & primo caſu concludendum eſt, quòd talis denunciatio de-
34 beat fieri avori, aut filiis habitantibus in ejus domicilio, & iſtis deficientibus ejuſdem denunciandi Procuratori, per Text. *in l. aut qui aliter §. & ſi fortè, ff. quod vi aut clam l. 4. §. Prater ait, ff. de damn. inf.* latè Tiraq. *§. 9. gloſs. 3. num. 8. & plures ſeqq. ubi etiam num. 17.* tradit, quòd ſi etiam contingat, denunciandum Procuratorem non habere, ſatis ſit adire Judicem, & coram eo proteſtari, per Text. *in l. ſi Creditors in fin. C. de uſur.* Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. lib. 1. §. 13. gloſs. 12. num. 6.* Afflict. *de Iur. protom. §. 2. numer. 15.* Rot. *deciſ. 388. num. 5. part. 3. recent.* ubi quòd hoc caſu requiritur denunciatio domi, vel per Edictum, Coccin, *deciſ. 27. numer. 2.* M ul *de evict. tit. 21. §. & talis denunciatio fol. mihi 378.* ubi tamen ait quòd veniente denunciando re integra, debeat ipſi fieri denunciatio.

Secundo caſu dicendum eſt, quòd ſi dolo, aut alia culpa denunciandus impediverit, ſibi fieri denuncia-
35 tionem, & per eum ſteterit quo minus denunciatus fuerit denunciatio habeatur pro facta, ad Text. *in l. Iure Civili 24. ff. de condit. & demonſtr.* Cald. *de cap. 13. num. 7.* ubi tamen ait, hoc caſu utile eſſe tranſmittere citationem ad domum ipſius, qui debet denunciari, quòd puto potiùs de conſilio, quàm de neceſſitate ſequendum, ſi enim per vim, & dolum quis impediverit ei denunciationem fieri, certè habebitur pro denunciato, per Text. *in l. 1. §. quid ſit vi factum ff. quod vi aut clam*, ibi: *ſed & Ariſtot. ait, eum quoque vi facere, qui cùm ſciret ſe prohibendum per vim molitus eſt, ne prohiberi poſſit*, ſi autem quocunque alio modo curaverit, aut per eum ſteterit, ſibi denunciationem non fieri, & pariter denunciatio habebitur pro facta, per Text. *in l. ſi idoò 55. in fin ff. de evict.* ibi: *ſive autem abſit, ſive præſens ſit, & per eum fiat quo minus denuncietur, committetur ſtipulatio. & in l. ſi dictum. 56 § ſi præſento ff. eod.* ibi: *ſimili modo tenetur, & qui curavit, ne ſibi denunciari poſſet*, ſequitur Maſcard. *de probat concl. 614. num 20.* Barboſ. *in cap. fin. numer. 18. de empt. & vend.* Gomez. *var tit. de empt. & vendit. cap. 2. numer. 39. verſ. item adde*, Mangil. *de evict. quæſt. 4. num. 47. & ſeqq.* ubi etiam tutiùs putat, denunciationem fieri ad domum.

36 Nonò quærendum eſt, an ſi contingat, denunciationem fieri illi, cui competit prælatio, & poſt denunciationem rem perire, pereat ne denunciato, an denuncianti, & pro veritate quæſtionis plures caſus diſtinguendi ſunt; Primus eſt, ſi denunciatio ſit facta à venditore, vel emptore, & tunc ſive res pereat in termino dato pro prælatione petenda, ſive poſtea, res peribit Domino, cum enim prælationem prætendens requiſitus nil dixerit, neque præferri declaraverit, evidens eſt, quod ipſe conſideratur hoc caſu uti extraneus non Dominus rei, cui certè res nullo tempore poteſt perire, *l. neceſſariò ff. de peric. & comm. rei vend.* & ita intelligendus eſt Tiraq. *de retr. lignag. ad fin. tit. num. 31.* Carpan. *ad Stat. Mediol. part. 1. cap. 417. num. 451.* ubi etiam quòd ſi emptor fuerit in mora, & ex ſua culpa res perierit, teneatur ad æſtimationem, & intereſſe erga agnatum.

Secundus caſus eſt, quando poſt denunciatio- 37
nem prælatio fuit petita, & voluntas præferendi patefacta, & eo caſu quæſtio eſt dubia, nam pro parte prælationem petentis facit concluſio, quòd quotieſcunque ipſe non fuit in mora, res perit ei, qui eſt Dominus non autem ipſi qui quouſque ſubrogatus non fuit in locum emptoris, & rem non habuit, non poteſt dici Dominus, ut probat Cenc. *d. Cenſ. quæſt. 65. num. 1.* Tiraq. *ad fin. tit. d. numer. 31.* Mangil. *de evict. quæſt. 98. num. 20. & ſeq.* durante autem tempore dato ad petendam prælationem, non poteſt dici is, qui declaravit ſe velle præferri, in mora conſtitutus, *l. ſi pupillus ff. de verb. oblig.* Alex *in l. quoties ff. eodem*, Beto. *conſ. 176. num 80 & 84. lib. 1.* & proptereà ipſi res non poteſt perire; Pro parte verò denuncianti adſtipulatur alia concluſio, Ferron. *ad conſuet. Burdigall. tit. de retract. cap. 1.* Papon. *lib. 11. tit. 7. arreſt. 7.* & aliorum apud eos dicentium, quòd poſt factam denunciationem, & acceptatam oblationem non liceat ampliùs à petitione recedere, & pœnitere, quamvis res pereat, cùm teneatur prælationem petens adhuc emere, & pretium ſolvere, non obſtante quòd res perierit, quòd etiam videtur admittere contra Tiraq Mangil. *d. quæſt. num. 98. 22.* in caſu quo quia declaraſſet, aut denunciaſſet ſe velle præferri, & venditor, aut emptor rem ſtatim offerrent.

Ego verò opinor, quòd aut fuit ſolutum pretium 38
pro prælatione obtinenda, & tunc non liceat recedere etiam re perempta, cùm res non ſit ampliùs integra, & contractus perfectus, & abſolutus, Cenc. *de Cenſ. quæſt. 65. num. 1.* Rot. *deciſ. 326. num. 1. & ſeq.* apud eundem melius Rot. *deciſ. 24. num. 16. ad 18.* aut prælationem prætendens ſimpliciter præferri petivit, & declaravit ſuam voluntatem atque oblationem ſibi factam denunciatus acceptavit, & tunc ſi contingat rem perire non teneatur amplius emere neque res ipſi pereat, non enim ipſe per ſimplicem declarationem ſuæ voluntatis evaſit Dominus, neque Dominii Jus fuit à priori Domino per oblationem ſublatum, neque in mora poteſt dici conſtitutus durante, aut finito tempore dato pro prælatione, non eo durante ut ſupra probatum eſt, non eo finito, quia liberum remanebat arbitrium venditori elapſo tempore vendendi illam rem cuilibet, & benè valet recedere is, qui prælationem petivit à ſua petitione, ſuperveniente tam juſta cauſa recedendi, qualis eſt rei peremptio, ut plenè in durioribus terminis probat Tondut. *quæſt. Civil. lib. 1. capit. 66. num 7. & ſeqq.* & optimè Rovit. *d. deciſ. 24. num. 16. & 17.* & dictum eſt *in q. 21. ſignanter in fin.*

Decimò quærendum eſt, an talis denunciandi ne- 39
ceſſitas ſuppleatur per ſcientiam habitam, & ſanè quæſtio eſt obſcura, quoniam ſi quæratur, an ſcientia ſufficiat, quando Statutum, aut lex mandat denunciationem faciendam eſſe pro forma, & tunc evidens eſt, quòd ſine denunciatione formali ſcientia non nocet, ut notat Bald. *de Iur. protom. col 5. verſ. ſed pone Iure municipali*, Afflict *de Iur. protom. §. 2. num. 1. & num. 13.* Alex. *conſ. 27. num. 1. & ſeqq. lib. 6.* Tiraq. *de retr. lignag. §. 36. gl 2. num. 26. & pluribus ſeqq.* Marent. *de multipl. alien. num. 131. & conſ. 84. num. 6. & ſeqq.* Rendell. *de Iur. protom. in princ. verba denuncietur num. 7. & ſeqq.* Palm. *conſult. 46. num. 43.*

Annor.

Annor. ad Paitell. *d. expedit.* 17. *num.* 15. *& ſeqq.* & plenè deciſum fuit à Rota coram Peutinger. *deciſ.* 466. *n.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 449. *num.* 7. & videndus eſt Thor. *in compend. deciſ. verbo prælatio part.* 2. *fol. mihi* 492. *& ſeq.* ubi advertit, quòd ſi concurrat abſque denunciatione, & per multum temporis lapſum quia tacuerit re jam tradita, prælatio ampliùs emptori non competit, Rumm. in add. ad Afflict. *de Iur. protomiſ. fol. mihi* 98 *num.* 13. *& ſeqq.* ubi quòd nec præſentia nocet Cenc *de Cenſ. quæſt.* 64. *numer.* 19. *& ſeqq.* ubi pariter quòd nec præſentia nocet.

Si autem quæritur, an ſimplex ſcientia ſufficiat, quando à Jure prælatio tribuitur, ſed ſine expreſſa denunciandi neceſſitate, & tunc videtur prima facie negativè reſolvendum, licèt enim lex, quæ prælationem ſimpliciter tribuit, videatur etiam inferre neceſſita-
40 tem denunciandi, ut ſupra dictum eſt, tamen in dubio præſumendum eſt talem neceſſitatem non induci pro forma, ſed tantùm ad effectum ſcientiæ habendæ, cùm denunciationes fiant ad certiorandum, propterea dicendum eſt, quòd ſi ſcientia aliundè habeatur, ceſſet finis, & mens ipſius legis, neque alia requiratur denunciatio, ad tradita per Alex. *d. conſ.* 27. *num.* 1. *lib.* 6. *& conſ.* 138. *per tot. lib.* 7. Dec. *conſ.* 222. *ſub. n.* 7. *verſ. tertiò principaliter*, Amad. de Ponte *quæſt. laudem.* 13 *num.* 3. *&* 4. Corbul. *de privat. ob alien. irrequiſ. dom. limit.* 17. *num.* 2. Cyrac. *controv.* 309. *num.* 13. *& ſeqq.* Poſth. *reſ.* 78. *num.* 12. *&* 26. Carpan. *ad Statut Mediolan. cap.* 417. *num.* 358. *part.* 1. qui reſpondent, quòd ſi venditio ſit facta ſub haſta publicè, & palàm, aut per cridas, & proclamata, denunciatio non neceſſaria, Donade. *de renunciat. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 21. *& ſeqq.* Grat. *diſc.* 544. *num.* 55. & Scace. *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 245. *verſ. minùs obſtat*, ubi id verum dicit, quando denunciatio pro forma non requiritur.

Sed contrarium puto veriùs, & moveor, quia præſuppoſito, quòd in hoc caſu pro indubitato requiratur denunciatio, videndum eſt, an ſit neceſſaria ad excludendam ignorantiam, vel potiùs ad limitandum, &
41 coarctandum Jus perpetuò competens ad breviorem terminum, & quidem videtur apertum, quòd denunciatio requiratur non ad ſolum finem certiorandi, ſed ad effectum reſtringendi tempus, & ut is, qui denunciatur, facit, ad, quod non eſt de Jure obligatus, neque aliquo modo compelli poteſt, ideſt ut declaret, an velit præferri, & rem emere, ideoque denunciatio iſta non eſt certificatoria, ſed incitatoria, quæ non ſuppletur per ſcientiam aliundè habitam, ut notatur, *in l. qui Roma* §. *coheredes, ff. de verbor.* ubi Angel. *num.* 1. *&* 4. Alex. *num.* 2. *&* 3. quam allegat Bart. *in l. non ſolùm*, §. *morte*, *num.* 61. *in med. verſ. aut nullo modo peterat*, *ff. de oper. nov. nunciat.* & eleganter Mantua *in l. dudum. in* 2. *addit. num* 30. *C. de contrahen. empt.* Bero. *conſil.* 171. *num.* 8. *ad* 17. *ſignanter num.* 13. *lib.* 1. qui magiſtraliter loquitur Riminald. *conſ.* 207. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 2. Rendell, *dicto verbo denuncietur num* 8. Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 13. *toto num.* 3. Mangill. *de evict. quæſt.* 135. *num.* 10. ubi rejicit Dec. & ſequaces contrarium dicentes, Gratian. *diſcept.* 742. *num.* 3. *&* 4. Rot. coram. Royas *deciſ.* 109. *num.* 5. & plenè Cenc. *de cenſ. d. quæſt.* 64. *num.* 20.

XI. Quærendum eſt, an venditio ſine tali denunciatione ſit nulla, & quidquid aliqui dicant, certum
42 eſt, quòd venditio actualiter non eſt nulla reſpectu omnium, ſed tantùm imperfecta, & nullius momenti reſpectu illius, qui prælationem habet, cùm ipſe non denunciatus valeat prælationem petere, ac ſi non eſſet deventum ad veram rei traditionem, ut probat Honded. *conſ.* 3. *in fin. & num.* 34. *& per tot. lib.* 1. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 66 *num.* 40. *& ſeqq.* Duard. *eodem tract.* §. 4. *quæſt.* 15. *&* 16. *per tot.* Donad. *de ren. tom.* 2. *cap* 26. *num.* 53. *& ſeqq.* ubi quòd iſta venditio transfert dominium, & titulum, nec declaratur imperfecta, niſi inſtante prælationem petente, & ſequuta ſententia Judicis, Spada *conſ.* 186 *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1474. *per tot.* Grat. *diſc.* 752. *num.* 45. *& ſeq.* ubi addit, quòd etiam ſi ſtatutum, aut lex nullam declararet venditionem, adhuc tamen iſta nullitas nonniſi ab eo, cui prælatio competit, poſſet allegari, quod ſequitur Mangil. *de evict. quæſt.* 135. *num.* 14 & eſt punctualis deciſio Putei 8. *lib.* 2, quam refert Marta *digeſt. noviſs. to.* 3. *tit. Retractus cap.* 15. *per tot.* Et propterea Grat. *diſcep.* 742. *num.* 12. *& ſeqq.* Reverendiſs. Antonell *de temp. legal lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 9. Cardin. Orthobon. *deciſ.* 268. *num.* 6. concludunt, quòd facta venditione ſine tali denunciatione perpetuetur actio ad prælationem petendam uſque ad triginta annos, niſi lex, aut Statutum contrarium diſponant, quod etiam plenè antea defendit Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 36 *gloſ.* 2. *n.* 56. *& pluribus ſeqq.* Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 31. *& ſeq.*

XII. Quærendum eſt, an talis denunciatio ſit facienda in ſcriptis, & judicialiter, an potiùs ſufficiat
extrajudicialis, & quidem quæſtio non eſt modica, 43
ſunt enim inter ſe contrarii Doctores, & ipſæ leges inter ſe pugnare videntur, Vulpianus enim *in l. denunciaſſe*, *ff. ad leg. Iul. de adulter*, ait, *denunciaſſe qualiter accipiamus? utrum ad Iudicem, an verò ſimpliciter? ego, & ſi non denunciavit ad Iudicem, ſufficere credo*, idque etiam probarunt Bart. *in l. qui Roma*, §. *coheredes*, ubi etiam Caſtrenſ. *ſub. num.* 5. *verſ. item nota*, Alex. *num.* 6. qui adhærentes gloſ. *in dicto* §. *coheredes*, *verbo ſapiat teſtat.* defendunt, denunciationem extrajudicialem ſatis eſſe, ut is, qui promiſit potiùs uni, quàm alteri vendere, poſſit exteriorem ſuam alienare liberè, & ſequitur Salicet. *in l fin. n.* 3. *verſ. item nota*, *C. de Iur. emphyt.* Bero. *dicto conſ.* 171. *num.* 13. *lib.* 1. Afflict. *de Iur. protom.* §. 2. *num.* 10. 14. *& ſeq.* Joan. de Amic. *conſil.* 145. *per tot.* Paris. *conſ.* 123 *num.* 11. *lib.* 4. Pancirol. *conſ.* 16. *num.* 9. *lib.* 1. Bou. *ad Statut. Urb. de præſcript. gloſ.* 16. *nu.* 9. *lib.* 5. Camill. Borell. *conſ.* 69. *ferè per tot.* Clemen. Aſcia *determinat.* 30. *in fin.* Rendell. *de Iur. protom.* § *In primis, verbo vocentur num.* 2. *& ſeq.* ubi reſpondet Tiraquell. *d.* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 56. *& ſeqq* loqui in terminis conſuetudinis requirentis Judicialem denunciationem, & omnium latiſſimè hoc probat Mangil. *de evict. dicta quæſt.* 135. *num.* 3. *uſque ad* 11. ubi aſſerit ſufficere, quòd per teſtes talis denunciatio probetur.

E contra autem in Clement. *Caſam de elect.* ſtatuitur denunciationes, ſeu intimationes, quando requiruntur neceſſarias eſſe in ſcriptis, quando ex parte denunciati eſt aliquid faciendum, in d. *in dicta l. fin. C. de Iur. emphyt.* ubi ſpecialiter agitur de hac quæſtione, Imperator diſponit, *atteſtationem Domino tranſmitti*, & ibi gloſ. *verbo per atteſtationem notat*, neceſſariam eſſe ſcripturam, idque latè ſequitur Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rubric.* 11. *de cenſib.* §. 4. *in Text. denunciata erit venditio numer.* 1. *& pluribus ſeqq. fol. mihi* 1658. Tiraquell. *de retract. lignag. dicto* §. 36 *gloſ.* 2. *num.* 56. *& ſeqq.* Maſtrill. *deciſ.* 50. *num.* 12. Thomat. *deciſ. Macerat.* 40. *num.* 13. *& ſeqq.* qui addunt, quòd ſi quis extrajudicialiter requiſitus declaraverit nolle emere, adhuc poſtea poſſit prælationem petere, ſequitur Rota coram Peutinger. *dicta deciſ.* 466. *num.* 2. *& deciſ.* 451. *num.* 1. & conſonant adducta per Cald. *dicto cap.* 13. *num.* 5. *& ſeqq.*

Pro reſolutione quæſtionis crederem de rigore Ju-
ris, veriorem eſſe ſententiam illorum, qui putarunt, 44
denunciationem extrajudicialem coram Teſtibus factam ſufficere, quoniam dicta opinio pro ſe habet Text. *apertum in dicta l. denunciaſſe. ff. ad leg Iul. de adulter.* ubi Bart. *in* §. *quid ergo ſub numer* 2. *verſ. quandoque denunciatio* defendit, quòd denunciatio

in caſu illius legis requirebatur expreſſè, adeò ut non ſufficeret ſcientia, cùm neceſſaria eſſet, ut Uxor ſe abſtineret à onbendo, ponendo, regulam, quòd quando requiritur, ad hoc, ut quis faciat, vel non faciat aliquid propter id, quod ſcit, denunciatio omninò ſit neceſſaria, & tamen ſufficit. ibidem, quòd Maritus id denunciat extra Iudicium, ut conſiderat etiam Bart. *idem in d. l. qui Uxore n. 1. ff. eod.* Neque Text. *in d. l. fin. C. de Iur. emphyt.* contrarium decidit in illis verbis, *diſponimus atteſtationem Domino tranſmitti*, nam nil dicit circa Iudicialem, vel extrajudicialem interpellationem, & ibidem gloſs. verbo, *per atteſtationem* non diſcurrit de hoc, ſed de alio diverſiſſimo caſu, Tiraquell. autem loquitur de Statuto Iudicialem requirente, & alii loqui videntur de denunciatione expreſſè à Statuto requiſita pro forma, & proindè ſunt extra caſum, cùm verè caſus noſter ſimilis ſit Textui *in d. §. coheredes*, ubi DD. extrajudiciali requiſitione contenti ſunt.

In praxi tamen omnimò judicialem requiſitionem puto neceſſariam, tum quia ut dixi talis denunciatio
45 fieri debet cum notitia pretii, pactorum, & conditionum, quibus alius emere vult, quod quidem difficile eſt practicari poſſe extrajudicialiter, cùm facilè ita denunciatus poſſet negare, aut quantitatem pretii, aut circumſtantias omnes ſibi denunciatas eſſe, ideoque maximo cum diſpenſio opus eſſet ad teſtes recurrere, tum etiam quia idem facilè poſſet contingere ex parte denunciantis, qui varias fraudes poſſet committere, & jus prælationem petentis eludere, ideoque tutius exiſtimo ſequi opinionem eorum, qui judicialem interpellationem requirunt. quam etiam videtur amplecti Carpan. *ad Statut. Mediolan. part. 2. cap. 417. num 800.* & ita in praxi ſervatur, ſi tamen quis minus ſolemniter denunciatus compareat & petat prælationem, tunc ſufficiat talis denunciatio, Carpan. *d. cap. 4 7. n. 797.*

46 XIII. Quærendum eſt quanto tempore debeat denuncias expectare poſt denunciationem factam, quando lex prælationem concedens nil de hoc dicit, & plures ſunt DD. ſententiæ, Bart. enim *in dicta l. qui Roma, §. coheredes numer. 2. adhærendo dicta l. fin. C. de Iur. emphyt.* reſpondet denunciatum per duos menſes expectandum eſſe, quòd ſequitur ibidem Angel. *numer. 3.* Alex. *numer. 9. verſ. extra gloſſam*, Ioan. de Imol. *numer. 2.* Salicet. *dicta l. fin. numer. 16.* ubi Adden. *lit. A* ubi etiam Angel. & Iaſon. *numer. 24. Cod. de Iur. emphyt.* Roman. *ſingul. 765.* ubi latè Adden. *& conſ. 27. numer. 4. ac conſ. 182. in fin.* Angel. *conſil. 243. numer. 1. circa fin.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. numer. 114.* ubi plures allegat concordantes, Rovit. *conſil. 94. numer. 4. lib. 2.* Donad. *de renunciat. tom. 1. cap. 30. num. 36. & ſeqq.* ubi quòd poſt lapſum duorum menſium cenſeatur renunciatum huic juri, Stracch, *de decoct. 5. part. num 10.*

E contra autem Bald. *in cap. 1. §. ſi Titius num. 2. verſ. item nota ſi de feudo defuncti controverſ. ſit. &c.* reſpondit per d. Text. per anni ſpatium poſſe prælationem habentem ſuum animum declarare, & præferri, idemque argumento Text. *in cap. conſtitutus de reſtitut. in integ.* defendit Alex. *in l. ſi mihi, & Titio numer. 21. ff. de verbor. obligat.* Roman. *in l. 1. ff. in jus vocat. & conſ. 22. in fin.* Iaſon. *conſ. 92. nu. 19. & 20. lib. 1. & conſ. 159. numer. 7. & ſeqq. lib. 2.* Hippolyt. de Marſil. *ſingul. 64. numer. 2. & de bann. verbo, alienata numer. 112.* Gozadin. *conſ. 71. ſub. numer. 1.* Bald. *de præſcript. in 4. parte quarta partis princip. col. ult. quæſt. 30.* & plures alii, quos refert Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. numer. 3. & ſeqq.* quibus addo Gaill. *lib. 2. obſervat. 19. numer. 12. & ſeq.* Mſinger. *cent. 3. obſervat. 58. numer. 2.* ubi latè Marta *digeſt. noviſſ. tom. 3. tit. Retractus cap. 17. per tot.* Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rub. 10. de retract. §. 1. in Text. intra annum, & diem numer. 1. & ſeqq. fol. mihi 1554.* Cloch. *conſ. 57. numer. 19. tom. 2.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. part. 1. cap. 417. numer. 215. & ſeqq.* quod & notavit. Hunn. *part. 3. var. reſolut. tit. 15. de retract. fol. mihi 313. numer. 30. & ſeqq.* Koppen. *deciſ. German. 52. numer. 27. verſ. ſciendum*, de Mario. *reſolut. 329. num. 12. & ſeq. lib. 1.*

Alia fuit opinio Raphael. *in d. §. coheredes*, quam referunt Alex. *in eodem §. ſub. numer. 9. circa fin* & plerique ex præcitatis in princip. hujus plerique ex præcitatis in princip. hujus quæſtionis, quòd ſcilicet totum remittatur arbitrio Iudicis, quòd ſequitur Capoblanc. *de Baron. tom. 2. pragmat. 1. cap. 3. numer. 13.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 37. num. 5. verſ. ſecunda fuit*, ubi de veriori teſtatur.

Alia fuit opinio Cavalc. *deciſ. Fiviz. 19. numer. 82.* dicentis, quòd ſi emptor ſit extraneus, quis admittatur intra 30. annos à die ſcientiæ, ſi verò ſit proximus, vel confinans, aut de vocatis à Statuto, tunc agendum ſit intra annum, ſi verò contra tertium poſſeſſorem agi debeat, tunc decem annis inter præſentes, & 20. inter abſentes expectandus ſit, ſequitur Grevtjus *pract. lib. 2. concl. 19. conſ. 1. n. 3.*

Alia fuit opinio eorum, qui putarunt ſpatio 30. annorum expectandum eſſe, Tirequell. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. numer. 10.* Novel. *de jur. protom. §. 7. num. 81.* Spad. *conſ. 212. n. 8. & 9. lib. 3.*

In hac Doctorum contrarietate diſtinguendos puto aliquos caſus; Primus eſt, quando agitur de dan- 47
da prælatione à Statuto, vel conſuetudine conceſſa in fructibus venalibos, & tunc licet, Frecc. *de ſub. feud. tit. de auctorit. Baron. auctorit. 38. col. 1. verſ. tertiò intellige*, quem ſequitur Surd. *conſ. 205. num. 19.* Gratian. *diſcept. 149. numer. 22. & ſeq.* tenuerit, ſpatium unius hebdomadæ, imò aliquando unius diei juxta facti circumſtantias conceſſum eſſe prælationem habenti ad emendum, tamen verior videtur, Capoblanc. jam citati, ſententia dictans ad Iudicis arbitrium recurrendum eſſe; Secundus caſus eſt, quando nulla eſt facta denunciatio, & tunc quidquid dicant Bald. Alexan. Hippolyt. de Marſil. aliique mox citati *in verſ. è contra*, qui verè loquuntur in his terminis, verior eſt ſententia, quòd talis actio perpetuetur uſq; ad ſpatium triginta annorum, quam latè tuetur Tiraquell. *de retract. lignag. dicto §. 36. gloſſ. 2. numer. 36. & pluribus ſeqq. & dicto. §. 1. gloſſ. 10. num. 8. & ſeqq.* ubi reſpondet legibus feudalibus, & aliis, quæ in contrarium adducuntur, & ſequitur Marc. Mantua *de jur. protomiſ. in 2. Add. numer. 33.* Gratian *diſcept. 742. numer. 12. & ſeqq.* Reverendiſs. Antonell. *de tempor. leg. lib. 3. cap. 2. num. 9.* Rot. coram Eminentiſs. Ottbon. *deciſ. 268. numer. 6.* Tertius eſt caſus, quando præceſſit denunciatio, & verior videtur opinio Bart. *in dicto §. coheredes*, & ſequacium dicentium, expectandum eſſe ita denunciatum per duos menſes, quia hoc definitum habemus *in d. l. fin. C. de Iur. emphyt. & in cap. potuit de locat.* quæ Iura licèt reſtringantur ad propriam materiam, de qua agunt, nobis tamen maximum præbent argumentum illorum diſpoſitionem ad ſimiles caſus extendendi, in quibus lex ſpecialiter non providit, ad Text. *in l. non poſſum, C. de legib. cap. tranſlatum de conſtitut.* Alex *in dicto §. coheredes n. 9. fin.* & ſanè in Iure alias leges non habemos præter præcitatas, quæ hunc caſum definiunt, nam Text. *in d. cap. conſtitutus* de annili tempore à ſpeciali conſuetudine tributo loquitur, Text. autem *in d. §. Titius* multò minùs poteſt adduci, dum annale tempus concedit ad revocandam alienationem Agnatis proximioribus non denunciatis à die ſcientiæ, quando alienatio fuit facta in remotiorem, ſecùs quando fuit facta in extraneum, quia tunc lapſus triginta annorum requiritur, imò habet ſpecialem rationem, quæ non poteſt aliis caſibus applicari, ut ſubtiliter Tiraquell. *d. gloſſ. 10. num. 8. & 9.* conſiderat, ſequitur Ludovic. Motor. *conſ. 89. n. 2.* Grevejus *pract. concl. lib. 2. concl. 19. conſ. 1. n. 3.*

XIV. Quæ-

Google

XIV. Quærendum an denunciatio requiratur quando lex prælationem non concedit expreſſè, ſed nos eam deducimus ex majoritate rationis, aut ex aliqua
48 ratione æquitatis, & neutro caſu denunciatione requiri dicendum eſt, quoniam quando prælatio deducitur ex majoritate rationis, putà quia lex alicui det facultatem certo caſu cogendi alium ad vendendum; tunc debemus reſtringere prælationem ad limites, & circumſtantias rationis, à qua derivat, unde ſicuti is, qui habet facultatem alium cogendi ad vendendum, non debet inſtigari, neque denunciari, ut cogat, ſed ipſe idem ſi vult, debet aut jure actionis, aut implorando officium Judicis cogere quem ad vendendum, ita eodem modo ſi præferri vult in caſu venditionis voluntariæ opus eſt, quod ſpontè compareat, & petat præferri abſque eo quod opus ſit et venditionem denunciari, ad tradita *in quæſt.* 48. per Covarr. *var. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. *ſignanter in verſ. tertiò mihi probatiſſimum*, Gratian. *diſcept.* 546. *numer.* 15. Rot. *deciſ.* 783. *nu.* 3. *part.* 2. *deciſ.* 173 *numer.* 17. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* Eodemque etiam modo reſpondendum eſt, quando prælatio conceditur contra Jus ſcriptum, ex aliqua ratione æquitatis, prout contingit in pro-
49 ximioribus, qui petunt præferri in conceſſione emphyteuſis aliis extraneis ex æquitate contra rigorem Juris ſcripti, juxta doctrinam Bart. *in l.* 1. §. *permittitur n.* 1. *ff. de aqu. quotid. & aſtiv.* de qua latè dictum eſt *quæſt.* 42. nam neque ipſi à Domino denunciandi ſunt, benè tamen debent à Domino petere renovationem, aliique eorum prætenſionem denunciare, & Domino renuente ad Superiorem recurrere, juxta eandem theoricam Bart. *in d.* §. *permittitur*, Roman. *conſil.* 70. *ſub. num* 3. *verſic. non obſtant notata per Bartolum*, Alex. *conſil.* 10. *n.* 12. *lib.* 3. Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 3. *& ſeqq.* intra annum latè Tiraquell. *de retr. lignag* §. 1. *gloſ.* 10. *n.* 4.

XV. Quærendum eſt, an denunciatio requiratur
50 quando Teſtator mandavit in venditione præferri aliquos de familia, in qua quæſtione Altograd. *conſ.* 90. *num.* 71. *& ſeq. lib.* 2. defendit, quòd nulla requiratur denunciatio, quodque illi de familia ſpontè debeant concurrere ad emendum ſequendo doctrinam Roſenthall. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 93. *n.* 11. & aliorum, quos ipſe adducit, quod quidem eſt contra caſum in *d.* §. *coheredes*, ubi Bart. Alex. Angel. Imol. & cæteri ſupra adducti concludunt, denunciationem, in ſimilibus caſibus eſſe neceſſariam; neque doctrina Roſenthall. & ſimilium applicari poteſt huic caſui, illi enim agunt de caſu ſpecialium legum feudalium, quæ Agnatis anni ſpatium pro revocatione feudi à die ſcientiæ conceſſerunt, unde verum eſt tunc nullam requiri denunciationem, cùm ſufficiat ſcientia; nos autem loquimur, quando Teſtator ſimpliciter mandavit Agnatos præferri abſque limitatione temporis, & præcepto, quòd ſcientia ſufficeret, unde applicatur doctrina Bart. & aliorum *in d.* §. *coheredes*, dicentium denunciationem requiri

XVI. Quærendum eſt, an denunciato poſſit omitti, aut venditionem non reddat imperfectam, quando con-
51 ſtat, quòd is, cui competit prælatio non potuiſſet emere cum illis conditionibus, quibus emit tertius, & ſanè conſiderando rationem, ex qua videtur talis denunciatio introducta, dicendum eſt, denunciationem hoc caſu non vitiare, cùm enim denunciatio introducta ſit non ſolùm, ut quis ſciat venditionem fieri, ſed etiam, ut incitetur ad emendum, & declarandum animum ſuum, ut ſe præparet ad emendum cum omnibus conditionibus, quibus alius emere vult congruum proindè eſt, quòd ſi prælationis jus habens cum conditionibus illis emere non poteſt, idque poſt factam venditionem appareat, omiſſio denunciationis, quæ erat fruſtratoria, non reddat imperfectam venditionem, ut præter generales regulas videtur admittere Rot. coram Ubal. Jun. *deciſ.* 241. *n.* 7. & 8.

Sed fortè contrarium verius eſt; Quoniam denunciatio facienda eſt pauperi, & qui aliàs ob paupertatem pretium exponere non poteſt, non enim debet eſſe in poſſe venditoris judicare, an prælationem ha-
beat facultatem emendi nec ne, & denunciationem 52
omittendo legis formam, & jus alterius deludere, nam quis divinavit, quòd tempore dato ad deliberandum durante non potuiſſet pauper ille effici dives, aptus ad emendum, vel ad conditiones implendum? proindeque ſi pauperi denunciatio facienda eſt, ut notat Olaſch. *deciſ.* 173. *ſub. num.* 2. *verſ. non obſtat*, aliquos *n.* 30. adduxi, illi quoque qui cum conditionibus, quibus emere vult tertius, rem habere non poteſt, venditio denuncianda eſt.

Prætereà denunciatio requiritur, ut coarctetur is, qui prælationem habet, ad deliberandum intra tempus ſtatutum, ut dictum eſt *n.* 41. unde denunciatione omiſſa prælationem habens habet tempus triginta annorum, intra quod poteſt prælationem petere, atque habere poteſtatem conditiones omnes adimplendi; Propreteà, ut cautus tam emptor, quàm venditor exiſtant; talis denunciatio hoc caſu omittenda non eſt.

Ut autem verum fatear, quæſtio videtur diſtinctio-
ne abſolvenda, aut enim moraliter uſque ab initio ap- 53
paret impoſſibile eſſe, prælationem habentem poſſe rem obtinere cum iiſdem conditionibus, quibus quis vult in tertium alienare, & ſpernenda eſt denunciatio tanquam fruſtratoria, ut videmus in caſu, quo quis vult donare, aut permutare rem cum alio, nam tunc poteſt contrahere abſque eo, quod contractum denunciet, quia ab initio apparet, quòd denunciatio eſt fruſtratoria, quia non poſſunt concurrere in habente prælationis jus illæ qualitates, & conditiones, quæ concurrunt in tertio contrahente, ut notat Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 10. *numer.* 2. *&* 7. Rub. *in annot. ad deciſ.* 131. *numer.* 142 *ad* 152. *part.* 8. *recent.* Aut ab initio conſtare non poteſt, quòd is, qui habet prælationem conditiones adimplere non poteſt, ſed dubitatur, aut ex poſt facto id apparet, non verò tanquam impoſſibile; ſed tanquam difficile, & tunc ſi omiſſa eſt denunciationem habens uſque ad triginta annos poterit prælationem petere, ſi valeat intra d. tempus conditiones adimplere.

XVII. Quærendum eſt, an quando denunciat mi- 54
nor, aut mulier quibus à ſtatuto prohibitum eſt alienare ſine ſolemnitatibus ſolemnitates neceſſariæ ſint, & verius eſt eas non requiri, cùm hæc denunciatio ſit neceſſaria; ut plenè probat Rot. coram Ubald. *deciſ.* 40. *per tot.*

XVIII. Quærendum eſt, an talis denunciatio fa-
cienda ſit ab emptore, vel potius à venditore, & ſa- 55
nè legis, aut ſtatuti verba prius inſpicienda eſſe putatem, quæ ſi dirigantur ad venditorem, certè ad ipſum tale onus denunciandi ſpectabit, & è contra; ſi verò verba ſint imperſonalia, tunc tale onus ad emptorem potius, quàm ad venditorem pertinere tuentur, Cenc. *dicta quæſt.* 64. *numer.* 31 Rot. *deciſ.* 156. *n.* 10. apud eundem putantes, quod ſtatutum dirigat onus in eum cujus magis intereſt, unde cùm magis interſit emptoris, quàm venditoris rem non retrahi, cùm venditor retracta ad nihilum teneatur, meritò emptor potius, quàm venditor denunciare tenebitur. Quæ tamen digna ſunt conſideratione, quia lex, vel ſtatutum mandans venditionem denunciari conſiderat potius actum venditionis faciendum à venditore, qui dat cauſam exercitio juris prælationis, & qui melius informatus præſumitur de oneribus, quæ res ſua habet, & de juribus, quæ ſuis conſanguineis, ſeu Vicinis ſuper rebus ſuis competunt. Ideoque veriſimile admodum eſt, quòd voluerit denunciandi onus imponere venditori, ne alias emptor ipſe non informatus, & onera rei ignorans denunciationem facilè omittat, & ſine culpa paria-

Digitized by Google

tur damnum abſque eo, eo quòd de evictione agere veleat contra venditorem, qui ſi non denunciavit, ex quo non tenebatur nil emptori refundere teneretur, 2 & ita tale onus venditori injiciendo, venditor ipſe diligens erit in denunciando ſciens, quòd ſi denunciationem omiſerit, de evictione tenebitur, ut dictum eſt in *quæſt.* 5. *num.* 27. *& ſeqq.* & notant Honded. *conſil.* 3. *num.* 74. *lib.* 1. Mangil. *de evict. quæſt.* 135. *num.* 12. *& ſeqq.* & Doctores præcitati potius concludunt quòd poteſt emptor etiam denunciare; quod & nos non negamus, ut præcisè probant Afflict. *ad Conſtit. Sancimus*, §. *Scriptum num.* 17. *verſ. decimà nota* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 36. *gloſſ.* 2. *num.* 18. Rendell. *de jur. protom. ver. denuncietur num.* 1. *fol mihi* 91 *&* 92. etiam Benedell. *num.* 55. quidquid dixerit Camill. Borell. *conſ* 55. *in princ.*

QUÆSTIO V.

An mediante prælatione venditio, & emptio jam contracta reſcindatur, & novus fiat contractus, vel potius idem confirmetur, & proinde tam emptor, quàm venditor in eodem ſtatu debeant permanere.

SUMMARIUM.

1 *Venditio obtenta prælatione non reſcinditur ſed potius eo firmatur.*

Prælationem petens ſubrogatur in locum primi emptoris, ac ſi ipſe ab initio emiſſet, & Instrumentum ejus nomine ſtipulatum fuiſſe.

2 *Emptionis contractus poſt obtentam prælationem, ipſo jure reſolvitur quoad emptorem.*

Emptor obtenta prælatione debet manere à contractu liberatus, ac ſi nunquam emiſſet, & ſicuti ex illo contractu non poteſt reportare commodum, ita neque ſentire debet incommodum.

3 *Actio eadem, quæ competit contra primum emptorem, competit contra eum, qui obtinuit prælationem*

4 *Oblationis nova periculum, quod ſubire debebat emptor, ſubire quoque tenetur prælationem petens.*

5 *Prælationes jus habens tenetur pretium ſolvere eodem modo, quo illud ſolvit emptor.*

Compenſationem allegare non poteſt prælationem petens, ſi primus emptor pretium ſolvit in pecunia numerata.

6 *Emptore offerente pretium majus, ſed cum longa dilatione, non admittitur prælationem petens offerendo minus, licèt in præſenti.*

7 *Onera, quæ ſubire tenebatur emptor, ſubire tenetur prælationem petens.*

Servitutem, quam ſibi reſervavit ſuper re vendita venditor, ſufferre quoque tenetur prælationem petens.

Amplia ut teneatur etiam ſubjacere pacto reſolutivo facto inter emptorem, & venditorem.

8 *Dilatione, quam habuit primus emptor pro ſolutione pretii, gaudere quoque debet prælationem petens.*

Venditor expectare tenetur ſolutionem in tempus dilatam, tam reſpectu prælationem petentis, quàm reſpectu emptoris.

Sed ſi prælationem petens non ſit æquè idoneus, ut erat emptor tunc ſufficit quod præſtet cautionem de ſolvendo finita dilatione.

9 *Uſufructuarius qui tenetur cavere, ſi ob paupertatem non poſſit, admittitur ad juratoriam cautionem, ſi ſit bona fama.*

Contrarium plures affirmant ibidem.

Alii concludunt, quod hoc caſu poſſeſſio eſt relaxanda hæredi, qui ſatiſdare cogatur dare uſufructuario omnes fructus.

10 *Dilatione data primo emptori idoneo, frui non debet prælationem petens minus idoneus, ſi non poſſit cautionem præſtare.*

11 *Melioris conditionis ille eſt, qui dilationem habet, quam is, qui non habet.*

Vendere rem dilata pretii ſolutione, eſt vendere minori pretio.

12 *Dilatione data non ex ſolito contractus, ſed ex affectione & animo liberali, quem voluit venditor erga emptorem oſtendere, non debet gaudere prælationem petens.*

13 *Prælationem petens tenetur eadem ſummam mutuare venditori, quam ultra juſtum pretium illi mutuavit emptor.*

14 *Contrarium defenditur, & numer.* 15 *&* 16. *in quibus etiam contra Tiraq. & ſequaces probatur, quod neque ratione lucri ceſſantis, aut damni paſſi teneatur prælationem petens idem mutuare.*

17 *Inſtrumentum, & contractus cum prælationem petente debet fieri cum iiſdem pactis conditionibus, modis, & circumſtantiis, cum quibus fuit factus primus contractus, & primum Inſtrumentum cum emptore.*

18 *Prælationem petens admittitur ad ſolvendum partem pretii, & in ſo attollandum tot cenſus, vel debita venditoris pro reliqua parte, ſi eodem modo fuit admiſſus primus emptor.*

19 *Prælationem petens non admittitur in ſubintratione Cenſus venditi ab emptore favore venditoris contra opinionem Giurba.*

20 *Emptor obtenta prælatione, non tenetur erga proximum, vel vicinum de evictione, neque ad damna, & intereſſe, niſi evictio ſequatur ex propria culpa, vel calliditate.*

21 *Venditor obtenta prælatione, non tenetur favore primi emptoris de evictione provenientæ ex hoc capite.*

22 *Amplia, quamvis venditor promiſiſſet de evictione verbis effrenatis, & Generalibus, cùm in hoc caſu promiſſio ſpecialis requiratur, ut num.* 23.

24 *Limita, ſi venditor emptore dixiſſet, quod res non erat prælationi ſuppoſita.*

Sublimita, ſi emptor ſciviſſet, quod res erat prælationi obnoxia, quia tunc ſi ſpecialiter ſibi de hac evictione non caverit, non poteſt agere de evictione, etſi venditor contrarium aſſeruiſſet.

25 *Amplia ſublimitationem, quamvis emptor non ſciret ſed deberet, aut teneretur ſcire.*

Contrarium verius defenditur contra opinionem Tiraquel. ut videre eſt etiam num 26. *ubi vide.*

27 *Venditor tenetur de evictione ſequuta ex capite prælationis, ſi ex ſua culpa res fuerit emptori ablata.*

28 *Limita, quando tam emptor, quam venditor fuerunt in culpa.*

29 *Emptor ſecundus, qui emit à primo emptore, an & quando agere valeat de evictione contra primum emptorem.*

30 *Prælationem petens, tenetur reficere emptori omnes ſumptus, & expenſas occaſione rei empta factas.*

31 *Amplia, ut teneatur etiam ad expenſas Inſtrumentorum, & alias factas pro recuperando Inſtrumentum.*

32 *Ampliatur ſecundò, ut debeat emptor ſervari indemnis pro eo, quod poteſt petere Notarius pro extractu tradito, vel tradendo.*

33 *Item debent emptori refici expenſa facta proxeneta, dummodo tamen fuerint neceſſaria, & non ſint exceſſivæ.*

34 *Item expenſa acta pro colenda fundum, & pro cuſtodiendo agrum à latronibus.*

35 *Item alia facta ut uxor, aut creditores ratificarent contractum, vel ut Iudex interponeret Decretum.*

36 *Item, & illa facta pro ſolutione vectigalis, vel Gabella.*

37 *Item illa facta pro redemptione bonorum ſub haſta venditorum.*

38 *Item*,

Digitized by Google

38 *Item, & munera, quæ fuerunt data illis qui venditorem faciliorem ad vendendum reddiderunt.*
39 *Item, & expenſa facta pro obtinendo Conſilio pro forma, & ſecuritate venditoris.*
Intelligendo tamen, dummodo expenſa non fuerint facta in fraudem, & fuerint utiles, & neceſſaria.
40 *Expenſas, quas debebat facere emptor, ſed non fecit propter exemptionem perſonalem quam habebat, prælationem petens reſtituere non tenetur*
41 *Amplia quamvis voluerit uti exemptione, & expenſas, à quibus erat immunis, facere voluerit.*
42 *Limita in expenſis emptori donatis, quas tenetur reficere prælationem petens, ſive donata fuerint gratuito, ſive in remunerationem, vide tamen n. 43.*
44 *Laudemium quod emptor Domino directo ſolvere debebat, & fuit ipſi à Domino donatum prælationem petens non Domino, ſed emptori donatario refundere tenetur, & n. 46.*
45 *Laudemia plura non debentur, quamvis tres, aut quatuor unus poſt alium prælationem petierint, vigore ejuſdem contractus emptionis.*
47 *Laudemium ex particulari Privilegio non ſolutum ab emptore, non tenetur prælationem petens refundere emptori, ſed tantùm Domino directo.*
48 *Contrarium defendit Baldus*
49 *Verior tamen eſt prima opinio.*
50 *Privilegium, quo quis uti non poteſt, communicare non valet alteri.*
51 *Privilegia, quæ proveniunt ex contractu emptionis, & ex voluntate partium, communicantur prælationem petenti, illa verò, quæ tributa ſunt à lege emptoris perſonæ, vel à Statuto, non ſunt communicanda prælationem petenti.*
52 *Laudemium, vel Gabellam, quam emptor privilegiatus, & immunis ſpontè ſolvit Domino, licèt recta via non teneatur prælationem petens emptori reſtituere, tamen ad evitandum inanem circuitum, debet emptori refundere.*
53 *Donatio non præſumitur quoties ſubeſſe poteſt alia cauſa, quam donandi.*
54 *Expenſas, quas fecit emptor pro defenſione litis motæ contra rem, non tenetur prælationem petens reficere, ſi lis ex culpa emptoris fuerit mota.*
55 *Si verò nulla culpa emptoris adſit, tenetur prælationem petens expenſas litis reficere, ſi emptor eam vicit.*
56 *Amplia, quamvis emptor ſuccubuerit, ſi tamen bona fide litigaverit, & calumnioſum litem non defenderit.*
57 *Amplia, quamvis lis non fuerit finita, ſed ad bonum ſtatum victoria reducta.*
58 *Amplia, quamvis emptor tranſegiſſet abſque ſententia, ſi negotium bona fide, & utiliter fuerit geſtum.*
59 *Limita, quando emptor idem erat Advocatus, quia tunc expenſas Advocationis præſtita non repetit.*
60 *Contrarium verius defenditur, & n. 61.*
62 *Expenſas quas fecit emptor pro habenda Cedula à publico Mercatore, tenetur reficere prælationem petens, contrarium num. 64 & ſeqq.*
63 *Damnum quod paſſus eſt emptor, qui occaſione deferendi pecunias ad venditorem incidit in latrones reficiendum eſt à prælationem petente, juxtà opinionem Carpani. Contrarium n. 65.*
64 *Expenſas, quas emptor fecit ſpontè nulla neceſſitate ductus non poteſt repetere à prælationem petente.*
65 *Socius univerſalis tenetur erga Conſocium ad refectionem damni illati à latronibus pro ſua rata.*
Limita in Sociis particularibus, nec non in aliis contractibus.
66 *Intereſſe quod paſſus eſt emptor in retinendo pretium otioſum, reficiendum eſt à Prælatione petente.*
67 *Prælationem petens tenetur ſolvere emptori id, quod ipſe dedit alteri proximiori, ne rem retraheret.*
Diſtingue ut n. 68.
69 *Proximior petens prælationem, & excludens remotiorem qui illam obtinuit, non tenetur ſolvere expenſas factas à remotiore, ſed tantùm illas factas à primo emptore.*
70 *Prælationem petens ſubrogatur in locum primi emptoris quoad ea tantum, quæ ex natura contractus emptionis reſultant, non verò quoad, quæ extranea ſunt à contractu prædicto, & quæ diverſimodè contemplantur in perſona emptoris.*
71 *Dominus directus prælationem obtinens, rem liberam, & exemptam ab omni obligatione & onere ab emphyteuta impoſito habere debet.*
72 *Expreſſio ejus quod tacitè ineſt, nil operatur.*
73 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*
74 *Læſionis remedium, quod competebat emptori, competit etiam prælationem petenti.*

QUoad venditionem breviter dico, quòd illa non
reſcinditur, neque annullatur mediante præla- 1
tione, quinimò potius confirmatur, & comprobatur
contractus, & in locum primi emptoris ſubrogatur
prælationem petens, ac ſi ipſe ab initio emiſſet, & in-
ſtrumentum ejus nomine ſtipulatum fuiſſet, nam ideò
prælatio competit; quia facta venditio eſt, alias enim
ſi venditio facta non eſſet, nec prælatio competeret,
prælatio igitur transfert potius jus emptori compe-
tens in eam petentem, quàm contractum reſcindat,
ut probat Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 18.
num. 8. & §. 29. *gloſ.* 3. *numer.* 1. *verſ. Sed ad nihil,*
& *gloſſ.* a. *ſub. num* 2. *verſ.* & *alias,* Gutierez *pr. ct.*
quaſt. lib. 2. *q.* 158. *num.* 4. Alba *conſ.* 107. *num.* 1. &
a.Gumea, *ad l.* 70 *Tauri. n.* 35. Capic. Galeot *reſp. fiſcal.* 29. *n.* 25. *verſ.* & *quoniam,* & *ſeqq.* Margil *de*
ſubhaſt. q. 119. *n.* 5. & *ſeqq.* Grat. *diſc. for.* 876. *n.* 2.
& *ſeq. in fin.* Gregor. Ganavet *conſ.* 2. *nu.* 87. & *ſeqq.*
poſt ſuat deciſ. Neapol. Donatd *de renunc. tom.* 2 *cap.*
36. *num* 51. & *ſeqq.* & plenè Giurba *deciſ.* 55. *numer.*
1. & *ſeqq.* & *num* 6. *verſ.* & *ſi reſpectu alienationis,*
De Ponte *deciſ* 11. *num.* 79 & *plurib. ſeqq.* Rot.
coram Amat. Dunozett. *deciſ.* 849. *num.* 3. *circa finem,* & *ſeqq.* & *in recent. deciſ.* 414. *num.* 8. *part.* 4.
ac *deciſ.* 395. *num.* 7. & 8. *part.* 18.

Quo verò ad emptionem dico, quòd contractus
ipſe reſpectu primi emptoris poſt obtentam prælatio- 2
nem ipſo Jure eſt reſolutus, & habetur primus em-
ptor, ac ſi nunquam emiſſet, & dominium habuiſſet,
ac pro emptionis effectibus, nunquam obligaſſet bo-
na ſua, & adeò manere debet ab emptione exutus,
ut nec commodum ullum, nec damnum ex ea ſen-
tiat, ad Text. *in l.* 4. §. *ſive autem ff. de manumiſſ.*
Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 29. *gloſſ.* 2. *num.* 4. Donad. *de renunc. tom.* 2. *cap.* 16. *num.* 7. *verſic. ac etiam,*
Gregor. Ganavet. *dicto conſil.* 2. *num.* 89. ubi concor-
dantes Giurba *dicta deciſ.* 55. *num.* 6 ubi etiam abſo-
lutè tenet, quòd prima emptio reſolvitur à die con-
ceſſæ prælationis, ut nunc, non autem à die primæ em-
ptionis, Aponte *de poteſt. Proreg. tit. de diverſis pro-*
viſionibus, §. 1. *num.* 16. *uſque ad* 59. *fol. mihi* 478.
ubi tamen probat, quòd et ex tunc contractus reſol-
vatur, non ex nunc, Rot. *deciſ.* 82. *num* 8 poſt Cenc.
de Conſ. & *deciſ.* 292. *numer.* 2. & 3. *part.* 17.
recent. ubi quòd dominium, ac poſſeſſio cenſetur
prælationem petenti acquiſita; non ſecùs, ac ſi ab
initio ad ejus commodum celebrata eſſet, Ca-
pic. Galeot. *contr.* 61. *num.* 29. & *ſeqq. lib.* 1 ubi de-
clarat hoc procedere, quando emptor ex neceſſitate
rem relaxata, ſecùs quando voluntariè rem cedit, vel
ſententiæ injuſtæ patet, & *num.* 22. addit, quòd ſi em-
ptor relaxat rem ei, qui non eſt facilis exactionis ſine
idonea cautione non liberetur.

His firmatis notandum eſt primò, quòd ex quo præla-
tionem petens ſubrogatus eſt in locum primi emptoris, 3
ideò eadem actio, & via quæ contra primum empto-
rem competebat, eadem etiam competit contra præla-
tionem petentem, ut eſt deciſ. Amat. Dunozet. *dicta*
deciſ. 849. *n.* 3. & *pluribus ſeqq.*

Secundò, quòd ſi primus emptor tenebatur ſubire periculum novæ oblationis, idem quoque ſubire tenetur prælationem petens, de quo eſt caſus Ganaver.
4 *dicto conſ.* 2. *numer.* 87. *ad* 91. & latiùs dixi in *quæſt.* 47. *in fine*

Tertiò. quod ſi primus emptor ſolvere obtulit pretium in pecunia numerata, nequit prælationem præ-
5 tendens illud aut illius partem cum credito, quod habet cum vendente compenſare, ipſe enim abſque compenſationis exceptione totum pretium, ſi vult prælationem, ut primus emptor obtulit exburſare, ut plenè Rot. *deciſ.* 571. *per. tot. part.* 1. *& deciſ.* 620. *n.* 1. *part.* 2. *recentior.* poſt. Cenc. *de Cenc. deciſ.* 71. *numer.* 7. *&* 8. poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 59. *num.* 4. *&* 5. Duard. *de Cen.* §. 4. *quæſt.* 17. *numer.* 1. *cum ſeqq.* Cenc. *eod. tract. quæſt.* 66. *nu.* 55. *cum ſeqq.* Giurba *d. deciſ.* 55. *nu.* 5. & dictum eſt in *q.* 22. *quæſit.* 13

Et è contra ſi emptor velit dare per terminos longos multo plus, unde poſſit omnibus creditoribus ſatisfieri, prælationem verò petens minus, ſed in præ-
6 ſenti, admittendus non eſt, ut judicatum refert Coppen. *pract. obſer. lib.* 2. *obſerv.* 40. *n.* 13. *circa finem,* & ita è contra Berlich. *d. quæſt.* 41. *n.* 11.

Quartò, quòd ſi primus emptor in venditionis Inſtrumento obligabatur aliqua onera ſubire, eadem ſubire teneatur prælationem petens, Uveſembec. *conſ.* 73. *num.* 74. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 460 *num.* 43.
7 Mangil. *de evict. quæſt.* 135. *num.* 22. Rot. *deciſ.* 414. *numer.* 8. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 25 ubi quòd ſi favore venditoris ſit reſervata ſuper re vendita ſervitus eamdem ſufferre tenetur is, qui prælationem petit, licèt videatur admittere poſſe ſuppleri oneris æſtimationem, quod tamen ex prædictis non poteſt ſubſiſtere, & quòd teneatur ſubjacere pacto reſolutivo facto cum emptore in caſu terminationis lineæ, Eminentiſſimus da Luc. *de ſervit. diſc.* 103. *n.* 14.

Quintò, quòd ſi emptor partem pretii ſolverit præſentaliter, & actualiter & alia verò parte dilationem habuerit, vel fidem de pretio, idem quoque jus præ-
8 lationem petenti competit poterit enim partem exburſare, & alterius partis dilationem datam habere, Ferron. *in ſuis comment. tit. de retract.* §. 1. *circa finem,* Tiraquell. *eodem tract.* §. 1. *gloſſ.* 18. *num* 32. *& pluribus ſeqq.* Carpan. *ad Stat. Mediolan. part.* 1. *cap.* 417. *numer.* 323. Alba *conſ.* 107. *per tot. lib.* 1. Uveſembec. *conſ.* 73. *numer.* 75. *&* 77. Giurba *deciſ.* 55. *num.* 5. *& obſervatione Sicula* 25. *per tot.* Rovit. *deciſ.* 96 *num.* 8. Berlich. *concl.* 41. *e.* 28. *part.* 2. *ubi etiam numer.* 29. ait, quòd emptor non remanet ad aliquid obligatus, ſed venditor expectare tenetur ſolutionem in tempus dilatam, Carpzov. *ad Conſtit. Saxon. part.* 2. *conſt.* 33. *n.* 7. Si tamen ſit æquè idoneus, & non ſuſpectus, ſi verò æquè idoneus non ſit, tunc nec privabitur tali beneficio ſed adſtrictus erit cautionem dare de ſolvendo finito tempore, Guidopap. *conſ.* 61. *per tot.* Tiraqu. *dicta gloſſ.* 18. *numer. n* 47. Alba *dicto conſ.* 107. *num.* 6. *in fine,* & Giurba *dicta obſervatione Sicul.* 25. videndus.

Sed ſi talem cautionem præſtare non poſſit, tunc nec
9 Tiraq. nec Guidopap. quæſt. decidunt, ſed Tiraq. ſe remittit adnotate per DD. *in l.* 4. *C. de uſufruct.* qui multum diſputant an uſufructuarius, qui pernecеſſe tenetur cavere ſi ob paupertatem non poſſit, adhuc habeat uſumfructum, inter quos magna adeſt contentio, dum multi dicunt, quod tunc admittatur ad juratoriam cautionem ſi ſit bonæ famæ, ſecus ſi talis non ſit, ut diſtinguit Bartol. *in dicta l.* 4. *numer.* 6. *in fin.* quem multi ſequuntur quos refert Reverendiſſimus Antonell. *de tempor. legal. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 11. *&* 12. Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 78. *C. de bon. matern.* de Marin. ad Reverter *deciſ.* 208. *nu.* 3. multi dicunt, quòd nunquam poteſt ad talem cautionem admitti, Salicet. *in dicta l.* 4. *n.* 1. & alii ibidem quos refert Caſtill. *de uſufruct. cap.* 18. *per tot.* Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 20. *n.* 218. *& ſeqq.* multas referens Senatus deciſiones, multi concludunt, quod hoc caſu poſſeſſio eſt relaxanda hæredi, qui ſatis dare cogatur dare uſufructuario omnes fructus, detractis expenſis neceſſariis, vel quod poſſeſſio poteſt ſequeſtrari apud virum idoneum, qui uſufructuario fructus porrigat, ut per Caſtill. & Cancer. *ubi ſupra,* & Franc. *deciſ.* 497. *per tot.* de Marin. ad Reverter *dicta deciſ.* 208. *nu.* 3. Hodier. ad Surd. *deciſ.* 141. *per tot.* Peckius *de Teſt. conjug. lib.* 5. *cap.* 24. *num.* 4. *verſ. hinc exiſtimant. in med.* Multi id relinquunt Judicis arbitrio, ut Salic. & Bald. *in dicta l.* 4. Caſtill. *dicto cap.* 18 *in fin.* de Marin. ad Reverter. *deciſ.* 141. *n.* 2. *in fin.*

Crederem tamen hoc caſu non eſſe recurrendum ad tales diſtinctiones DD. de uſufructuario loquentium, quia iſtorum opiniones juratoriam cautionem, aut 10
ſequeſtrum admittentes, ideò ſunt in praxi receptæ, quia alias voluntas Teſtatoris non exequeretur, & ob maximam difficultatem dandi cautionem, quæ impoſſibilitati æquiparatur, privaretur hæres uſufructuarius à teſtatore dilectus contra omnem æquitatem uſufructu ſibi relicto, ut benè explicant DD. *in dict. l.* 4. & ſignanter Salicet. *numer.* 2. *circa finem, ante verſic. non obſtat.* Hic verò ubi extra nos terminos verſamur alio niti debemus fundamento, & proinde talem dilationem primo emptori idoneo datam ſine fidejuſſoria cautione negare opus eſt prælationem petenti, quia ceſſant proinde rationes ob quas talis dilatio ipſi concedenda eſſet, licèt enim ſubrogetur prælationem petens in locum primi emptoris, nec pejoris conditionis illo debeat eſſe, tamen nec melioris conditionis eſſe poteſt, quando verò prælationem petens eſt æquè idoneus, tunc eam dilationem ipſi negare non debemus, ne alias plus ipſe, quàm emptor gravetur, dilatio enim data cujuſdam pretii diminutionis vim obtinet, & commodum non modicum debitori dat, & melioris conditionis ille eſt, qui dilationem habet, quàm is, qui non habet, *l. circa legem, & l. in quantitate,* §. *in diem, ff. ad leg. falcid. lege ſi conſtante,* §. *quo-*
ties, ff. ſolut. matrim. l. melior, §. *ſi hæres, ff. ad Tre-* 11
bell. l. an prætor §. *ſi cum in diem, &* §. *pactum, & l. omnes,* §. *ultimo, ff. quæ in fraud. cred. l. cum qui,* §. *melior, ff. de in diem addict.* & vendere rem dilata pretii ſolutione, eſt vendere minori pretio, Bart. *in l. à Divo Pio,* §. *ſed. ſi emptor, ff. de re judic.* Sald. *in l. in vendic, circa med. ff. de rei vendic.* Quando verò talis non eſt, nec valet cautionem dare, ſi ad talem dilationem admitteretur, eſſet melioris conditionis, quàm Emptor, & plus Venditer gravaretur cum eo, quàm cum emptore, juxta Text. apertum *in d. l. cum qui,* §. *melior. ff. de in diem addict.* quòd cùm ex prædictis nequeat evenire, proinde talem dilationem habere non poteſt.

Hæc omnia intelligenda ſunt, niſi talis dilatio ſit emptori data non ex ſolito contractus emptionis, & uti quid ab ea dependens, ſed ex affectione, & animo liberali, quem voluit venditor erga Emptorem oſten-
dere, hoc enim caſu venditor non teneretur pati ta- 12
lem dilationem erga prælationem petentem ſecundum Modern. Pariſienſ relatum. à Tiraq. *de retractu d. gloſ.* 18. *num.* 48. Nigr. *de laud. quæſt.* 23. *nu.* 212. *tom.* 1. *fol.* 369. Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 13. *nu.* 18. non obſtante, quòd prælationem habens ſubrogetur in locum primi emptoris, quia ſubrogatur quoad omnia, non autem quoad illa, quæ emptor ex grato animo, & donatione habuit à venditore, ut in *q.* 16. *quæſit.* 19 ne alias ſequatur quòd qui invitus cui non vult cogatur donare, contra Text. *in l. Invitus nemo in princ. ff. de regul. Iur. l. Tutori, C. de negot. geſt.*

Sextò, idem dicendum videtur de emptore, qui ultra juſtum pretium, quid mutuavit venditori, nam &

præ-

13 prælationem petens tenetur etiam eandem ſummam
venditori mutuare, Carpan. *ad Statut. Mediolan.
part. 1. cap.* 417. *num.* 322. Berlich. *concl. Iur. part.* 2.
concl. 41. *num.* 23. *fol.* 197. Sed hoc non eſt verum,
nam cùm mutuum debeat eſſe gratuitum, non præ-
ſumitur, quòd venditor voluerit minoris vendere ha-
bita conſideratione ad mutuum, & turpè crimen
commiſiſſe, propterea allegare non poteſt ſe minoris
14 ob id vendidiſſe, & quod prælationem petens tenea-
tur mutuare, ut notat Tiraq. *de retract. lignag.* §. *pri-
mo, gloſ.* 18. *num.* 69. *& ſeqq.* Nigr. *de laudem. tom.*
1. *quæſt.* 23. *num.* 217. *fol. mihi* 370. qui tamen limi-
tant ſi probari poſſet cum requiſitis ratione lucri ceſ-
ſantis vel damni emergentis emptorem aliquid po-
tuiſſet ob intereſſe à venditore ex mutuo exigere, quia
tunc habendus etiam eſt talis reſpectus favore vendi-
toris contra prælationem petentem, ne alias venditor
remaneat in damno, quod etiam notavit Carolus Ta-
pis *de Iur. Regn. Neap. tom.* 6. *tit.* 9. *de demanio, &c.
quæſt. ultima, verſ. ſed his non obſtantibus ultra
med. fol. mihi* 9. Moleſ. *deciſ. Neap. eod. tit.* §. 24.
quæſt. 5. *numer.* 15. *& ſeq. fol. mihi* 292. quòd ut ve-
rum fatear vix intelligo, nam utendo argumento ejuſ-
dem Tiraq. ubi ſupra, aut emptor mutuavit, ut eme-
ret minoris, aut nullo habito reſpectu ad venditio-
nem, ſed ex grato animo, primum non poteſt dici,
quia uſurarius eſſet, & licèt verum ſit, quòd petere
Intereſſe ex mutuo cum ſolitis requiſitis Caſtreſ. non
15 ſit prohibitum, juxta *conſ.* Bald. 179. *ſub. numer.* 1.
verſ. in contrarium. lib. 1. id tamen eſt extra rem, cum
non præveniat ex principio, & origine contractus mu-
tui, ſed ex mora ſubſequenti, ut eſt notum, & docet
Dec. *in cap. cùm venerabilis n.* 61. *in fin. de except.* niſi
id fiat ratione damni paſſi, neque operatur, quòd poſſit
excludi uſura, ſi uſque ab initio contrahentes mutuum
dediſſent, ut venderetur res minoris; ſecundum ſi
eſt oportet dicere, quòd mutuum ſit diverſiſſimus con-
tractus ab illo venditionis, nec ab illo dependeat, ne-
que habito reſpectu ad illum fuerit contractum, quod
ſi eſt ſolvat, ſive non intereſſe venditor, prælationem
petens nunquam tenebitur, quia licèt venditor in
damno ex prælatione obtenta nequeat remanere, Rot.
deciſ. 571. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* id tamen intelligen-
16 dum eſt de damno proveniente ex venditione facta, &
non ex alio contractu.

Septimò, quòd Inſtrumentum, & Contractus cum
prælationem petente debet fieri cum iiſdem ferè pa-
17 ctis, conditionibus, modis, formis, & circumſtantiis
quibus primum Inſtrumentum, & venditionis contra-
ctus fuit cum primo emptore initus, Andr. Georg.
allegat. 9. *num.* 7. *&* 8. Grat. *diſcept.* 460. *num.* 431.
& ſeq. Caſtrenſ. *conſ.* 74. *num.* 4. *lib.* 2. Tuſch. *litt. I.
concl.* 583. *n.* 15. Capic. Galeot. *reſp. fiſcal.* 29. *num.* 26.
& ſeqq. Giurb. *dicta deciſ.* 55. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 571.
nu. 1. *part.* 1. *& deciſ.* 396. *numer.* 4. *part.* 18. *recent.*
ſive pacta, & conditiones ſint præjudiciales, & one-
roſæ, ſive ſint favorabiles, Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 72.
num. 10. *in fine.*

18 Octavò, quòd ſi emptor partem pretii ſolvit, pro
alia verò parte in ſe tot Cenſus, vel debita accollavit,
prælationem petens quoque idem facere poteſt, & in
ſe accollare Cenſum, ſolvere fructus, & non exburſ-
ſare capitale, ita Maſtril. *deciſ.* 148. *n.* 4. *& ſeqq.* Rovit
d. deciſ. 96 *n.* 9. Gratian. *diſc.* 546. *n.* 14. *& pluribus ſeqq.*

Et quid ſi emptor pro reliqua parte pretii, non ſo-
luti creavit cum venditore Cenſum, an prælationem
19 petens in eodem ſubintret? Giurba *deciſ.* 55. *numer.*
5. *in fin. & ferè per tot*, videtur affirmativam tueri,
ſed hoc vix unquam poteſt ſubſiſtere, nam aut Cen-
ſus creatus eſt ex pretio, quod emptor debebat, & eſt
contra formam Bullæ, & conſequenter nullus, Lu-
dovic. Lopez *de contract. lib.* 1. *cap.* 59. *verſ. ſe-
cundum Corrolarium*, Cenc *de cenſ. qu.* 48. *numer.*
81, Rot. poſt eundem *deciſ.* 122, *numer.* 2. *& de-
ciſ.* 2. *numer.* 8. & hoc caſu ſemper remaneret de-
bitum non ſolutum, quòd cùm emptor teneretur
ſolvere cenſu nullo reddito, Cen. *dicta quæſt.* 48.
numer. 25. ita etiam prælationem obtinens, aut Cen-
ſus fuit præſente pecunia conſtitutus, & tunc etiam
integrum pretium ſolvere tenetur prælationem petens
nulla habita conſideratione talis Cenſus, ut contra-
ctus diverſi, ut ſupra.

Nonò, quòd emptor damnum pati non tenetur
Ideoque favore prælationem petentis non tenetur de
ulla evictione rei emptæ, nec tenetur cavere, &
ad id ſe obligare, nec ad damna, & intereſſe 20
niſi ſua propria culpa, facto, vel calliditate evicto,
ſit ſuborta, aut quem ad rem habendam ſeduxerit,
Tiraq. *de retract. lignag. ad finem tit. num.* 42. *ad* 52.
Carpan. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *n.* 451. *& ſeq.*
Mangil *de evict. quæſt.* 11. *numer.* 42. *& ſeq. & quæſt.*
134. *eodem numer.* Anna *alleg.* 78. *numer.* 3. Arias
de Meſa *var. lib.* 1. *cap.* 16. *numer.* 34. *in fin.* Ne-
guſ. *de pignor. part.* 5. *memb.* 1. *numer* 44. *verſ.
& propterea*, Merlin, *eodem tract. lib.* 5. *quæſt.* 13.
numer. 6. Peregrin. *deciſ. Patav.* 72. *ſub. numer.* 4.
verſ. 3. *adducebam*, Rovit. *deciſ.* 96. *numer.* 11. *&
deciſ.* 24. *n.* 41. Rot. coram. Bich. *deciſ.* 321. *n.* 29.

Sed quid è contra, an ſcilicet ipſe venditor tene-
atur favore primi emptoris de evictione provenien- 21
te ex ablatione rei facta mediante prælationis peti-
tione; Concluſio eſt, quod non teneatur, tum quia
evictio provenit ex ipſa natura rei, tum quia cauſa-
ta eſt lege permittente, tum quia non eſt originata
ex facto culpoſo venditoris, ſed ex lege favorem
emptoris reſpiciente, & proinde non debemus ex
hoc venditorem arctare ad evictionis actionem pa-
tiendam, tum etiam quia, cùm quilibet ſcire te-
neatur leges, & ſtatuta præſumitur Emptor habuiſſe
de tali periculo ſcientiam, & ob id non poteſt de
evictione, agere, & hoc etiamſi evictio ſit promiſ-
ſa cum clauſulis generalibus per Text. ſatis notos,
quos plenè refert Tiraq. *de retract. lignag.* §. *pri-
mo, gloſ.* 9. *numer.* 34. *& ſeq. ad fin. tit. numer.* 98.
Afflict. *de Iur. protom.* §. 2. *numer.* 37. Caballin. *de
evict.* §. 5. *numer.* 52. Vermigliol. *conſ.* 482. *numer.
numer.* 1. *& ſeqq.* ubi quòd nec tenetur ad intereſſe,
Mangil. *de evict. quæſt.* 134. *num.* 1. *& pluribus ſeqq.
& per tot.* ubi ampliat etſi venditor promiſiſſet fa-
cere conſentire omnem perſonam, & quod nec te-
neatur ad damna, intereſſe, ad expenſas litis, fru-
ctus perceptos, ante vel poſt litem cœptam, quod
nec teneatur fidejuſſor, neque hæres ipſius fidejuſſoris,
ſequitur Gratian. *diſcept.* 205. *per tot.* Rot. coram Man-
tic. *deciſ. numer.* 2. & alibi paſſim.

Sed eleganter quærendum eſt, an ſi venditor pro-
miſiſſet de evictione quomodocunque, vel qualiter-
cumque, & effrænatiſſimè teneatur de hac materia
evictione, & videtur affirmandum, dum ita tenuit 22
Tiraquel. *de retract. lignag. ad fin. tit. numer.* 98.
Honded. *conſ.* 3, *numer.* 75. *lib.* 1. Carpan, *ad Sta-
tut. Mediol. d. cap.* 417. *numer.* 756. *& ſeq.* Mangil.
de evict. d. quæſt. 134. *numer.* 11. concordant Ma-
reſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 19 *numer.* 32. *& ſeqq.* Rot.
deciſ. 152. *num.* 5. *part.* 2. *div.*

Contrarium tamen videtur verius, quòd defen-
dunt contra Tiraq. & cæteros Ruginel *pract. quæſt.* 23
cap. 31. *numer.* 21. *pluribus ſeqq. & numer.* 37. *&
ſeq.* Gratian. *diſcept.* 205. *numer.* 10. *&* 23. *& ſeqq.*
Nigr. *de laud. q.* 18. *numer.* 34. *& ſeq. lib.* 1. *fol.
mihi* 235. Roſental. *de feud. cap.* 9. *memb. concl.* 98.
in fin. Giurb. *deciſ.* 59. *in fin.* dicentes, hoc caſu re-
quiri ſpecialem promiſſionem in caſu evictionis
provenientis ex prælatione, nec ſufficere has clauſu-
las generales, videndus tamen eſt Ciroc. *diſcept. fo-
renſ.* 29. *numer.* 68. qui teſtatur primam opinionem
eſſe veriorem, ſed hanc ſecundam tenet etiam Capan.
d. cap. 417. *num.* 757.

Verùm

Verùm tamen eſt, quòd ſi venditor emptori dixe-
24 rit, quòd res non erat prælationi ſuppoſita, tunc cer-
tè tenebitur de hac evictione etſi non promiſiſſet,
Tiraq. *ad fin. cap. tit. num.* 99 Mangil *d. quæſt.* 134.
numer. 12. Carpan. *dicto cap.* 417. *numer.* 758. niſi
tamen emptor id ſciviſſet, nam ſi ſciebat eſſe præla-
tionis Iuri obnoxiam, tunc agere nec poterit, etſi
venditor contrarium enunciaverit, niſi etiam ex-
preſsè de hac evictione ſibi caverit, non enim
enunciativa venditoris cenſetur emptor non ignarus
ſeductus, & dum, ſciebat rem tali oneri obnoxiam, ſi
ſibi cavere volebat, non tenebatur ſimplici enunciati-
væ, quam falſam ſciebat, ſed ſpeciali promiſſioni ad-
hærere, hoc tenuit Bartol. *in l. ſi familia* 14. *nu.* 2. *in
fin. C. famil. Erciſ.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 12. *gloſ.*
1. *n.* 7. & 8. Mangil. *de evict. quæſt.* 11 *num.* 45. & eſt
Text. apertus *in cap* 1. *de Inveſtit. de re aliena facta
in uſibus feud.* ubi quòd inveſtituram rei alienæ, vel
alteri obligatæ ſcienter recipiens de evictione agere
nequit, etſi inveſtiens id ſciviſſet, & callidè tacuiſſet,
niſi feudatarius per ſpeciale pactum ſibi providerit, &
in *l. de tutela C. de in integr. reſtit.*

Idem videretur dicendum de eo, qui ſcire debe-
25 bat, & tenebatur conſuetudinem ſive ſtatutum omni-
bus notum ſecundum allegata per Tiraquel. *d.* §. 12.
gloſ. 1. *num.* 7. & *ſeqq.*

At in hoc caſu in admittendum non eſt, poſſum
enim ego credere, & ſcire, quod res illa ſubjecta eſt
favore Sempronii prælationis Iuri, & poſſum una ſi-
mul credere, quod illud Ius amplius Sempronio non
competat, ſive quia renunciaverit, ſive quia in fa-
cto, quid ſimile adſit, quod ſuadeat certo Sempro-
nium agere non poſſe, ad quod credendum juſtè me
inducit venditoris aſſertio dicentis, rem prælationi
obnoxiam non eſſe, ex deductis per Vermigliol. *conſil.*
482. *ſub num. primo, verſ. nec obſtat,* & *num.* 4. Si
igitur contrariam ſcientiam præciſam in facto non ha-
beam junctam cum dicta aſſertione, licèt rem præla-
tioni obnoxiam ſciverim, aut ſcire debuerim poſſum
adhuc de evictione agere, ut dicimus de vendente
rem feudalem evictam poſtea ab agnatis ſuccedentibus
vi inveſtituræ, qui utique de evictione tenetur, etſi
Emptor rem eſſe feudalem ſciviſſet, ſed ignoraſſet
venditorem agnatos feudi ſucceſſionis capaces habe-
re, idque eo magis, ſi venditor nullos agnatos ha-
26 bere affirmaverit, ex quo tunc potuit emptor indu-
ci ad id juſtè credendum, & emendum, ut plenè
probat Hartman. Piſtor. *lib.* 1. *var. quæſt.* 10. *num.*
29. Mangil. *de evict. quæſt.* 118 *numer.* 26 & *ſeqq.*
juncto num. 31. ubi plenè, & latè etiam Roſental. *de
feud. cap.* 9. *memb.* 2, *concl.* 99. *numer.* 2. & 5.
ubi Add. *lit.* E. non enim intereſt an Emptor,
aut ſcientia, aut ignorantia, aut calliditate vendi-
toris decipiatur, Text. *eſt in l. ob quæ* 4. §. *in ſumma,
ff. de ædilit. Edict.* Alvarot. *in cap primo, numer.* 3.
in fin. de inveſtit. de re aliena facta. Niſi talis facti
ignorantia redderetur improbabilis, finge enim quod
prælationis Ius competat in eo loco Conſanguineis,
& quis habeat innumeros conſanguineos, quos em-
ptor non ignoret, quomodo hoc caſu poteſt emptor
juſtè ſeduci ad credendum aſſertioni venditoris, quòd
res non ſit prælationi obnoxia, potuit fortaſſe crede-
re, quòd renunciaverint omnes, abſque eo quòd id
in notitiam non veniſſet; unde eo caſu cum Ulpiano
in l. nec ſupina 6. *ff. de Iur. & fact. ignorant.* dice-
rem quòd iſte, rem eſſe retractabilem, ſciverit, quis
aut fuit in craſſa negligentia, aut nimia ſecuritate,
quibus modis ſcientia exiſtimanda eſt, ſed his obſtant
multa, quæ ponderat Roſental. *d cap.* 9. *membr.* 2.
concl. 99. *per tot. ſignanter num* 2. & 3.

An autem venditor de evictione teneatur, ſi res
27 ſit à prælationem petente ablata extra tempus ad præ-
lationem petendam ex culpa tamen venditoris, puta
quia venditor nulla facta denunciatione prælationis
Ius habenti, vendidit, ob quod extra tempora ſta-
tuta potuit Dominus, ſeu Agnatus ad prælationem
admitti, & rem auferre; Concluſio eſt, quod evictio
debeatur, dum enim venditor fuit in culpa, ea, quæ
emptorem tuebantur non agendo, & contractum
nullitatis periculo ſupponendo, merito de evictio-
ne, ad quam alias obligari non poterat, tenebitur,
Text. *eſt in l. ſi Servus,* §. *fin.* & *l. hoc Iure enim ſeq.
ff. de evict.* & in puncto Honded. *conſ.* 2. *numer.* 74.
lib. primo, Mangil. *de evict. quæſt.* 135 *numer.* 12 &
ſeqq quatenus tamen ipſe tenebatur denunciare, de
quo vide in *quæſt.* 4. *in fin.*

Si autem tam emptor, quàm venditor fraudem
commiſerunt, & in culpa fuerunt, puta quia emptor 28
ſuaſerit venditori, ne denunciaret tunc non videtur
dubitandum, quòd venditor non teneatur, nam dum
emptor ipſe fuit cauſa ipſius evictionis non curan-
do, & ſuadendo, denunciationem non fieri, non
poteſt de evictione agere, per Text. *in l. hoc Iure
numer* 27. *ubi gloſs. in verbo objectè, ff. de evict.*
Cror. *in l. qui Roma,* §. *duo fratres numer.* 78. *ff. de
verb. oblig.* Surd. *conſ.* 15. *numer.* 24. Rota *deciſ.* 337.
n. 16. *part.* 5. *ac deciſ.* 53. *n.* 9. *part.* 9. *recent.* & benè
etiam Afflict. *de Iur. protom.* §. 4. *n.* 21. & *ſeq.*

Sed quid dicendum, ſi Emptor, antequam præ-
latio ſit petita, alteri vendiderit, qui poſtea re ſpolia- 29
tus mediante prælatione de evictione agere præ-
tendit, diſtinguendum puto nam aut res fuit ven-
dita Titio, & à Titio poſtea fuit vendita Cajo ma-
jori pretio, & tunc ſi petatur prælatio pro eodem pre-
tio, quo res fuit primum vendita Titio, poterit Cajus
contra Titium, actione ex empto agere pro eo, quod
majus primo pretio illi dedit, & ita intelligendus eſt
Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ. prima, num.*
6. ubi limitationes ponit *num. ſeqq.* Mangil. *de evict.
quæſt.* 11. *n.* 44. Aut Titius Cajo vendiderat rem mi-
noris eo, quo ipſe emit, & tunc quia is, qui præfer-
ri vult, ſolvit pretium à Titio in prima emptione ſo-
lutum, cùm ſubrogetur in locum ejuſdem Titii me-
rito non poterit Titius agere contra Cajum, cui ven-
didit pro minori pretio, & cui prælationem petens in-
tegrum pretium ſolvit pro reſiduo, cùm ipſe ſciens
rem pluris valeret pro minori vendens cenſeatur illud
plus remiſiſſe, & Cajo donaſſe, & ita credo intelli-
gendum eſſe Tiraq. *d.* §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 13. *uſque ad
fin* ſed latius de hoc in *quæſt.* 21.

Decimò, quòd ex hac ratione teneatur is, qui præ-
latione ſui Iure retrahendi vult uti, reficere emptori 30
omnes ſumptus, & expenſas occaſione rei emptæ fa-
ctas, ita Gall. *pract. concl. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 8. *in
fin.* Mangil. *dicta quæſt.* 135 *numer.* 23. Carpan. *ad di-
ctum cap* 417. *num.* 669. & *ſeqq* Coſta *de ratione rata
quæſt* 100. *num.* 3. Capic. Latr. ad expenſas Inſtru-
mentorum Notariis datas, Tiraqu. *de retract. lignag.*
§. 29. *gloſ.* 3. *num.* 1. & 2. ubi idem tenet in expenſis
factis ab Emptore ad effectum recuperadi Inſtru-
mentum, Palador. *diff.* 109. § 5. *num.* 16. Iſtè Ber-
lich. *concl. Iur. d. part.* 2. *concl.* 41. *numer.* 31. &
ſeqq. Tondut. *reſol. civil.* 23. ubi quòd debet ſervari 31
indemnis erga Notarium eorum etiam, quæ Notarius
petere poſſet pro extractu tradito, vel tradendo, ſe-
quitur Rota *deciſ.* 174. *numer.* 5. & 6. *part.* 15. *re-
centior.* ad expenſum pro Proxeneta, ſi tamen ven- 32
ditor id voluerit, vel alias ex more regionis ne-
ceſſarium fuerit, dummodo non fuerit expenſum ul-
tra legitimum modum, per Text. *in l. debet* 26.
ubi gloſ. Bartol. Angel. & Bald. *ff. de ædilit. Edict.* 33
Tiraq *dicto* §. 29. *gloſ.* 4. *num* 8. Palador. *dicto* §. 5
numer. 16. Berlich. *part.* 2. *concl.* 41. *numer.* 38
Cyriac. *contr.* 63. *numer.* 8. *juncto numer.* 5. *verſ. ſed
ſi quis ex contrahentibus,* Geſtian. *diſcept.* 343. *num.* 34
1. Tondut. *dicto cap.* 23. *numer.* 24. & *ſeq.* & ad ex-
penſas factas pro colendo fundo, pro cuſtodiendo
agrum à latronibus; pro eo quod ſolutum eſt Cre-
dito-

35 ditoribus vendituris, vel ejus uxori ne contra rem ve-
nirent, aut conſentirent pro remiſſione ſuarum hypo-
thecarum, pro eo quod datum fuit illi, qui debebat
ratificare contractum, & ſine certa pecunia nolebat,
pro eo quod fuit datum Iudici, & aliis ſecundum con-
ſuetudinem, ut decretum in contractu interponeret,
36 & pro gabellis, & vectigalibus ſolutis, & ſimilibus,
ut plenè probat Carpan. *ad Statut. Medeolanen. dicto
cap. 417. à numer. 669. ad 686.* & etiam Tiraq. *d.* §.
29. *gloſ.* 2. *numer.* 10. *in fin. & ſeqq.* Tondut. *d. cap.*
23. *numer.* 26. 27. *& ſeqq.* reficiendæ quoque ſunt
37 expenſæ ſolutæ pro redemptione bonorum ſub haſta
venditorum, Gratian. *diſcept.* 343. *numer.* 1. Tondut.
38 *d. reſol.* 23. *numer.* 25. necnon munera, quæ data fue-
runt illis, qui venditorem faciliorem ad vendendum
reddiderunt, Caſſan. *ad conſuet Burgund. tit.* 10. *de re-
tract.* §. 1. *numer.* 5. Gaill. *lib. primo obſerv.* 19. *numer.*
10. *verſ.* 2. *requiritur,* Tondut. *d. cap.* 23 *numer.* 27.
ubi etiam *numer.* 28. ait, reſtituendas quoque eſſe ex-
penſas factas pro obtinendo conſilio pro forma, & ſe-
39 curitate venditionis, ſed id quod dictum eſt de mune-
ribus datis mediatoribus procedit juxta ea, quæ dixi-
mus de Proxenetis; & prædicta omnia intelligenda
ſunt dummodo in fraudem emptor modum ſumptuum
non exceſſerit, quia tunc conſuetum ſolvi debet, Ber-
lich. *dict. concl.* 41. *numer.* 33. & dummodo ſint uti-
les, & neceſſariæ, Carpan. *d. cap.* 417. *n.* 686. *& plu-
ribus ſeqq.*

Sed hic primò quærendum eſt, an teneatur præla-
tionem petens, vel retrahens ſolvere expenſas, quas
40 debebat Emptor facere, ſed non fecit, puta quia ipſi
fuerunt donatæ, aut alius ipſius conſideratione fecit,
diſtinguendi ſunt plures caſus.

Primus eſt, ſi talis non ſolutio proveniſſet ex privi-
legio ſpeciali dato emptori, puta quia emptor erat
Clericus, aut de Magiſtratu, aut perſona, quæ per ſta-
tutum non tenebatur ſolvere gabellam, expenſas No-
tarii, aut Iudicis, & tunc prælationem petens nil ex
his reſtituere tenetur, Bald. *de Iure protomiſ. colum.
d. nu.* 4. *verſic. ſed pone, quot res,* Igneus *in leg. du-
dum, pag. penultima verſic. ad extenſionem, Cod. de
contrahend. empt.* Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.
primo,* §. 25. *numer.* 5. Tiraquel. *dicto* §. 29. *gloſ.* 4.
numer. 3. *& ſeqq.* Carpan. *ad dictum cap.* 417. *numer.*
44. *fol. mihi* 415. *tom. primo,* Hieron. Laurent. *deciſ.
Aven.* 56. *numer.* 3. Imò ſi ſpontè ſolviſſet adhuc
nec Emptor repetere poſſet, quia privilegium ipſum
videtur eſſe communicatum, Bald. *in leg. numer.* 10
verſic. ſed ſi omiſſo, & numer. 15. *Cod. de fruct. & lit.
expenſ.* ſequitur Scrader. *dicta ſect.* 2. *numer.* 44. *in
fin.* & eſt notabilis Theorica gloſ. *in* § *triplici verò,
verbo in libello circa finem, verſ. ſed quæro, Inſtit. de
41 actiſ.* ſive melius quia emptor ſtultè renunciavit Iuri
ſuo, & non potuit ſpontè ſolvendo arctare ad id præ-
lationem petentem, juxta Text. *in l. debet.* 26. *ff. de
edilit. Edict.* aliàs ſi omnia, quæ ſpontè ſolvit emptor,
ſolvere quoque teneretur prælationem petens, actum
eſſet.

42 Secundus eſt, ſi emptor id, quod impendere tene-
batur non ſolvit, puta quia ipſi fuerit donatum, aut à
Domino, aut à vendente, aut à Principe, Notario, &
ſimilibus, & tunc ea omnia prælationem petens re-
ſtituere tenetur emptori, ut contra Bald. *de Iur. pro-
tom.* tenuit Tiraquel. *d. gloſ.* 4. *numer* 5. *& ſeqq.* Ca-
rol. Molin. *dicto* §. 15. *in fin.* Carpan. *d. cap.* 417. *nu.*
675. Scrader. *dicta ſect.* 2. *numer.* 41. *& ſeqq.* ubi id
ampliat, ſive donatum ſit in remunerationem, ſive
gratuito, contra Ferron. & cæteros ſequitur Berlich.
concl. 41. *numer.* 36. *part.* 2. apud quem alii.

43 Circa hoc tamen inquirendum eſt, utrum quis em-
ptori voluerit donare, utrum venditori, & utrum in-
tuitu ſolius rei, ad quam ob oblectamentum accede-
bat, & in qua propterea aliquas expenſas fecit, nam
ſi pro Emptore motus fuit ad donandum, prælatio-
nem petens illi refundere tenetur, ſi pro venditore, &
ipſi talis refuſio eſt facienda, ſi pro re, & tunc illi reſi-
ciendæ ſunt expenſæ, qui de tempore, quo fuerunt fa-
ctæ erat proprietatis Dominus, & poſſidebat, ita Scra-
der. *ubi ſupra n.* 42. *in fin. & ſeqq.*

Tertius eſt caſus, quando emptor ſolvere debebat 44
laudemium Domino directo, quòd ſi eſſet ſolutum à
prælationem petente refici omnimò ipſi deberet, ut
infra, & tunc ſi Dominus illud donavit emptori di-
cendum eſt, quod eidem ſit reſundendum, & non
Domino qui donavit, quia ſicut ſi laudemium verè
ſolutum eſſet ab emptore, ipſi refici deberet, Bur-
gund. *de laudem. part.* 2. *inſp.* 5. *numer.* 3. Aponte
eodem tract quæſt. 26. *numer.* 3. Fontanel. *deciſ. Catal.*
278. *numer.* 22. *& ſeq. tom.* 1. cùm non aliud diver-
ſum Domino ſit ſolvendum, etſi tres, aut quatuor unus
poſt alium prælationem pro eodem pretio, pactis, ac
modis intra tempus congruum peterent, & obtine- 45
rent vigore ejuſdem Contractus, ex quo plura deberi
nequeunt laudemia, Molin. *de Iuſt. & Iur. diſp.* 371.
numer. 15. *verſic. ego verò. & numer.* 16. *verſ. a.* Bur-
gund. *de laud. part.* 2. *inſp.* 5. *numer.* 4. *& ſeqq.* Fon-
tanel. *d. deciſ.* 278. *numer.* 21. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 274.
numer. 5. *& 6. part.* 55. *recent.* quidquid contra tenue-
rint Nigr. *de laud. quæſt.* 18. *numer.* 40. *ad fin. tom.*
2. Carpan *ad d. cap.* 417. *numer.* 677 *& ſeqq.* qui
contra omnem rationem probare intendunt multiplices
eſſe venditiones, & emptiones, & plura deberi lau-
demia.

Unde ſicuti ſi ab emptore, ut dixi, laudemium ſo- 46
lutum eſſet, ipſi refici deberet, ita etiam ſi ſit dona-
tum, ut ſupra dictum eſt de aliis expenſis, & notat.
Tiraq. *d. gloſſ.* 4. *n.* 7.

Siverò ex particulari privilegio laudemium ab em- 47
ptore ſolutum non fuit, & tunc dicendum eſt, quod
prælationem petens nil emptori teneatur refundere ex
prædictis.

Sed an Domino directo quæſtio eſt controverſa,
nam Carol. Molin. *ad. conſuet. Pariſ. tit. primo* §. 15.
numer. 5. reſolvit, quòd prælationem petens teneatur
Domino laudemium, vel gabellam ſolvere, etiamſi
emptor privilegiatus non teneretur, & ſequitur Ti-
raq. *d. gloſſ.* 4. *numer.* 3. *in fin. & ſeq.* Carpan. *ad di-
ctum cap.* 417. *numer.* 676. Boet. *deciſ.* 231. *numer.* 3.
& ſeqq. Berlich. *dicta concluſ.* 41. *numer.* 35 ubi etiam
idem dicit de Tributis, & gabellis, à quibus erat
exemptus emptor.

E contra verò militant Bald. & Scrader. ſupra ci-
tatorum rationes, nempè quod detur talis privilegii 48
communicatio in ſubrogato, & aliæ generales, nem-
pè quòd idem Ius, & omnia privilegia, & diſtiones
datæ emptori competunt prælationem petenti, qui
in ejus locum ſubrogatur.

Sed ego indiſtinctè Molin. & Tiraquel. ſequen-
das puto doctrinas, nam prælatione obtenta, novus,
ut dixi non conficitur contractus, ſed jam factus
confirmatur, & de medio tollitur emptor, ac in ejus
locum ſubſtituitur prælationem obtinens, proinde cùm
non amplius perſona Emptoris conſideretur, ſed præ 49
lationem petentis, qui non eſt privilegiatus, & ven-
ditio habetur, ac ſi cum eo principaliter facta fuiſſet,
& fingatur, Emptorem retro nunquam emiſſe, proin-
de non eſt amplius de medio privilegium, quòd præ-
lationem petentem reddat Immunem à ſolutione lau-
demii, quòd ex emptione ſolvit debet, ut benè Gra-
diſcept. 460. *num.* 65. Burgund *de laud. part.* 2. *inſ-
pect.* 5. *num.* 4. *cum ſeqq.* Fontanel. *dict. deciſ. Catal.*
278. *numer.* 22.

Nec prodeſt objectum communicationis hujus pri- 50
vilegii, quia ceſſat communicationis ſubjectum, com-
municati enim non valet privilegium, quo nec is qui-
debet eſſe communicans, uti poteſt ad Text. *in l. nemo
plus iuris, ff. de regul. Iur.* benè Gregor. *deciſ.* 115. *n.* 5.
& in recent. deciſ. 540. *n.* 2. *part.* 2. cùm autem emptor
evenen-

eveniente prælationis caſu hoc privilegio uti nequeat,
eùm non ſit amplius emptor, & non detur in eo ſub-
jectum ſolutionis, proinde nec valet communicare
privilegium cujus uſum non babet.

Et quamvis omnis pacta, conditiones dilationes,
& privilegia data à venditore emptori, competant præ-
lationem petenti, id tamen intelligendum eſt de pri-
51 vilegiis datis in contractu, & ee voluntate partium;
ſecus de illis datis à Jure illius perſonæ, vel illi datis
à tertio, quæ cùm non egrediantur perſonam illius,
alios cauſam ab eo non habentes juvare non poſſunt,
l. ſi quando in princip. Cod de Inoff. teſtam. l. cum Pa-
tronus, ubi latè Jacob. de Aten. ff de legat. 2. Spe-
cul. de Conſ. §. 2. verſ. quid ſi Univerſitas, Berlich.
ubi ſupra.

Hinc eſt, quòd ſi ſpontè emptor privilegiatus, &
immunis ſolverit gabellam, aut laudemium Domino
directo, licèt recta via pro teſtitutione contra præla-
tionem petentem agere non poſſit, ut ſupra dictum
52 eſt, tamen ad evitandum inanem circuitum, ne ſcili-
cet is ſolveret Domino, & Dominus pluta laude-
mia retinere non valens, teneretur reſtituere empto-
ri, benè poterit Judicis officio cogi prælationem
obtinens ſolutum emptori reſtituere vocato tamen
ipſo Domino, qui ſi fortaſſe Ius aliquod retentionis
contre emptorem haberet, eo uti impediendo ſolu-
tionem, licèt etiam, hoc caſu actione utili negotio-
rum geſtorum emptorem contra prælationem peten-
tem agere poſſe æquum videatur, ne ſit in damno,
juſta Text. in l qua utiliter 47. §. Titius. ff. de negot.
geſt. & ita intelligendus eſt Tiraq d. gloſſ 4. numer.
4. in fin. Carpan. ad dictum cap. 417. numer. 676.
nec per hoc, quòd ſolvit nulla neceſſitate cogente
videtur donaſſe ad terminos legis Campanus 47. ff.
oper. libert. quia aut prætenditur, quod donaverit
prælationem petenti, & non eſt dicendum, quia eum
is adhuc non veniſſet, & eſſet incognitus non poteſt
adeſſe voluntas illa donandi, quæ nunquam fertur in
incognitum, aut prætenditur donaſſe Domino, & tune
53 dicendum eſt, quod ſi ſciens ſe nullo modo teneri ex
certa ſcientia, & nulla alia exiſtente cauſa ſolverit, do-
natum cenſeatur id quod ſolutum eſt, alias ſecus, ut
per Caſtienſ. in l. hoc Iure 19. n. 2. in fin. ff. de donat.
Alexand conſ. 4 n. 9 lib. primo, Mantic. de tacit. lib.
13. tit. 10. n. 18 hic autem vix unquam non reperietur
alia Cauſa ſaltim colorata proveniens ex credulitate,
quod ſolvere teneretur.

Secundò quærendum eſt, an teneatur ed expenſas
litis motæ contra rem, quam ipſe emptor defen-
dit, & diſtinguendum eſt; Nam aut lis mota mo-
54 ta fuit es ſua culpa, ex aliqua prætenſione, cui ipſe
emptor cauſam dedit, & expenſæ non ſunt reficien-
dæ, Rot. deciſ. 18. num. 16 §. In ſubſiſtentiam, & ſeq.
part. 17. recent. nec culpa emptoris in hoc caſu repu-
tari valet, ut culpa prælationem petentis, quia culpe
non pertranſit ſuum actorem, nec de une ed
aliam perſonam egreditur, ad Text. in l. unic. C. ne
ex delicto defuncti, &c. l. prima in principio, ff. de pri-
vat. delic.

Aut lis mota fuit contra rem ſine ulla culpa empto-
ris, & ſubdiſtinguendum, eſt aut enim vicit emptor,
& repetit ita Caſſan. ad Conſuet Burgund. rub. 10. de
retract. §. 2 ad finem, Carpan. ad dictum cap. 417. nu.
671. Berlich. dicta concl. 41. num. 39. per Text. in leg.
ubi purè 19. § qui in diſtrahendis, ff. ad Trebel. l fin. §.
in computatione, C. d. Iur. deliberan.

Aut ſuccubuit, & idem ſecundum Papon in comment.
tit. de retract. §. 430. verſ. & eſt notandum circa finem,
56 Carpan. ubi ſupra Berlich. d concl. 41. n. 39. Tiraq. d.
§. 19. gloſſ. 4. n. 11. & 16. ſi tamen calumnioſam litem
non defenderit, & bona fide litigaverit, ad tradita per
Peregrinum de fideicom. art 50. num. 11. in med. Fuſar.
de ſubſtitut quæſt. 670 numer. 8. Mietez. de majorat.
part. 4. qu. 26. numer. 29. verſ. & ſufficit, Urſell.
concl. 62. num. 120. in fin. Gregor. deciſ. 197. num. 4.
& 6. Adden. ad Burat. deciſ. 401. numer. 17. in fin. &
deciſ. 517. num. 7. part. 4 diverſ. & in puncto Ti, q.
d. §. 29. gloſ. 4 num 12. & 26. Berlich. dicta concluſ.
41. nu. 39. etſi difficultates prævenire non potuerit,
quòd ſi prævenire potuiſſet difficulterem, quæ poſtea
apparuit ante quam litigaret, nec feceris ſuffi.ientes
diligentias pro detegenda Iuſtitie, vel iniuſtitia tune
repetere expenſas non eſſe putarem cum Mietcz d. q.
26. toto n. 30. ubi latè.

Amplie has concluſiones etiam ſi lis non fuerit fi- 57
nita, ſed ad bonum ſtatum victoriæ reducta, Fuſar.
d. q. 670. n. 6. Add. ad Molin. de Primog. lib. 1. cap.
27. in fin. ante verſ. hac ſententia, Seraphin. deciſ.
225. per tot.

Amplia ſecundò etiamſi tranſegiſſet abſque ſenten- 58
tia, ſi tamen negotium bona fide, & utaliter fuerit
geſtum, Urſel. d. concl. 62. nu. 120. verſ. licet, Fuſar.
d. q. 670. num. 13. Molin. de Prim. lib. 4. n. 22. & ſeq.
& n. 27 & ſeq. 55. Ferentil. ed Burat. dec. 401 nu. 17.
& dec. 517. nu. 7. p. 4. div.

Et quid emptor idem erat Advocatus, & cauſam
motam contra rem defendit acriter, & vicit, an ex-
penſas advocationis præſtitæ contra prætendentem
prælationem valeat repetere, & negativè videtur re-
ſpondendum, dum enim propriam defendit Cauſam, 59
& nullas ſolvit expenſas, proindè quod non expen-
dit recuperare nequit, Bartol. in l. ſi. num. 7. C. de
fruct. & lit. expenſ. & in l. ſtipulatus num. 3 ubi etiam
Caſtienſ. numer. 2. ff. de fidejuſſor. Gail pract. obſerv.
tit de expenſ. & earum taxat obſerv. 151. numer. 10.
Bald. in dicta l fin. num. 12. & ſeqq. ubi id defendit
etiam ſi propter iſtam cauſam amiſiſſet lucrum alterius
patrocinii, circa quod communiter reprobatur à Mi-
ſinger. Gaill. Surd. & aliis, quos magiſtraliter, quæ-
ſtionem ſolvendo refert Zacchia de ſalar. quæſt. 109.
num. 7. & ſeqq.

Sed veritas eſt in contrarium, non ſolùm quia ſi con-
ſiderentur rationes magis concludentes videbimus ve-
riorem eſſe opinionem eorum, qui talium expenſa- 60
rum repetitionem Advocato concedunt, quas ne re-
peram videre liceat apud Alvar. Valaſc. conſult. 25.
num. 21. Zacchia dicta quæſt. 109. nu. 16. & plurib.
ſeqq ſed etiam quia ceſſat principale fundamentum, 61
cui contraria adhæret DD. opinio, illi enim contra-
rium reſolvunt ex quo ſalarium eis tantum debeatur
qui eliena, & non propria gerunt negotia, in noſtro
verò caſu, quando ſcilicet prælatio alteri conceditur,
emptor, qui quoque Advocatus erat, non dicitur pro-
priam, ſed prælationem habentis litem defendiſſe, cùm
ipſe à contractu ſubtrahatur, & fingatur nunquem
emiſſe ex prædictis.

Tertiò quærendum eſt, an ſi emptor pecuniam
promptam non babens ſumpſerit à mercatore cedu-
lam ipſius quantitatis, cui (id quod ſolet talibus mer-
catoribus dari) pro haberda dicta Cedula ſolverit, 62
poſſit etiam à prælationem petente talem ſummam re-
petere, & videtur dicendum, quod poſſit, quia ſi vera
eſt concluſio, quam Carpan. ad Statut. Mediolan. dicto
cap. 417. numer. 673. prætendit deprehendere, à Ti-
raq. d. gloſ. 4. num. 15. nempè quod prælationem pe-
tens teneatur ad reſarcimentum damni paſſi ab em-
ptore, qui occaſione faciendæ emptionis, & pecuniæ 63
ad venditorem deferendæ incidit in latrones, & dam-
nificatus, eſt multò fortiùs debet eſſe vera hæc con-
cluſio, cùm in hoc caſu magis proxima cauſa ſolutio-
nis illius ſummæ fuerit emptio ipſa.

Contrarium tamen verius crederem, quia id quod
expenditur non repetitur ab emptore, ſi non fue-
rit neceſſarium vel ſecundum naturam contractus, vel
ſecundum voluntatem venditoris, qui alias vendere
nolebat. vel ſecundum neceſſitatem ex poſt facto
provenientum, ſi enim ſpontè ſolviſſet emptor, 64
utique ſolutum nullo modo eſſet repetibile, juxta
Text.

Text. *in leg. debet* 26. *verſic. cæterum ſi quis ſua ſponte ff. de ædilit. Edict.* Gratian. *diſcept.* 346. *num.* 11. *verſ. jeans ſi ſponte*, & *num.* 17. *ac ſeqq.* Tondut. *dictu reſol. civil.* 13. *num.* 24. & *ſeqq.* & Carpan. *idem ad dictum cap.* 417. *num.* 669. Cùm enim id quod emptor ſolvit pro pretio ab extero hebendo nullo modo fuerit neceſſarium, neque ex natura contractus, cujus eſſentiale licèt ſit pretium certum, & determinatum, non tamen eſt ipſa ſolutio, § *pretium*, & § *cum autem emptio*, ubi plenè gloſ. *in figur. cauſ*, & DD. Communiter *Inſtit. de empt. & vend.* neque ex voluntate venditoris, qui voluit pretium, ſed non neceſſario in Cedula, & eodem modo vendidiſſet ſi in numerata pecunia illud habuiſſet, neque ex alia neceſſitate, quæ urgeret juſtè emptorem juxte formam contractus illud pretium ſic ſolvere, proindè ad ipſius refuſionem prælationem petens non tenetur, & ſibi id debet emptor imputare, qui ſi pecuniam non habebat emere nec debebat, ad tradire per Ancarao. *conſ* 17

Nec relevat id quod Carpan. eſſirmavit, nam Tiraquel. ab eo citatus nunquam id ſomniavit, ſed irre-
65 ſolutam quæſtionem reliquit, & quidquid ſit inter ſocios inter quos cum lucrum, & damnum debeat eſſe commune, juſtè prætendi poteſt medie compenſatio damni illati à latronibus occaſione ſocietatis univerſalis tamen, non particularis, per Text. *in l. cum duobus* 52. §. *quidam Sagarium*, *ff. pro Soc.* Bald. *conſ.* 187. *lib.* 5. Rocc. *de Societ. not.* 37. *numer.* 74. in aliis procedit contrarium præſertim in emptorem, nam magis caſibus, quàm emptionis contractui hæc damna imputari oportet, ideoque non reficienda, ut ait Text. *in l. inter cauſas* 26. § *non omnia*, *ff mandat* & Iac. de Arena *de expenſ. numer.* 20. *inter tract. to.* 3. *part.* 2. *fol.* 395. *à tergo.*

Et ita etiam intelligendum eſt id, quod dicit Moles *deciſ. Neap. tit. de Deman.* §. 24. *quæſt.* 5. qui de-
66 fendit, quòd prælationem petens teneatur ad ſolvendum emptori intereſſe, quòd habuit in retinendo pretium otioſum, de quo tamen vide in *quæſt.* 27. *circa finem.*

Quartò quærendum eſt, utrùm is, qui prælationem vult, teneatur ad ſolvendum id, quod emptor dedit
67 emptionis alteri proximiori, ne rem retraheret, aut ſuper ea prælationem peteret, quod ſæpè contingere ſolet, & affirmativè reſolvit Papon. *rubric. de retract.* §. 430. *verſ. Sextum*, Boer. *eadem rubr.* §. 4. *verſ. quid cum proximior*, & *deciſ.* 76. *num.* 7. *verſ. ſed benè.* Negativè verò reſpondet Tiraqu. *d.* §. 29. *gloſ* 4. *numer.* 14. *verſ.* & *Feron.* Carpan. *ad dictum cap.* 417. *numer.* 681. *verſ. verum contrarium.*

In hac quæſtione dicendum eſt, quod aut ſolvit remotiori, & nullo modo ipſi ſuccurrendum eſt, quia
68 poterat inquirere, prout debebat an alius adeſſet proximior, juxta *conſ.* 170. *num.* 7. Ancaren. & ea quæ tradit Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 12. *gloſ.* 6. *numer.* 3. & 4. & eſt Text. *in l. bona fide*, §. *cum inter*, ubi Bald. *ff. de damn. infect.* Aut ſolvit proximiori, & ob id venit, & potuit prælationem petere, quam aliàs habere nequiviſſet, cùm potuiſſet excludi à proximiori, & tunc libenter adhærerem opinioni Boer. & Papon. quia dum prælationem petens remanſit tutus, & cautus adverſus illum, qui ipſum antecedebat in prælationis Jure, & illud remiſit, & ob id non potuit amplius pœnitere, ſecundum Boer. & alios, & auctum propterea eſt pretium ipſius rei emptæ cum ſecuritas, quod aliis cui jus prius competit, non poſſit eo uti, non modici æſtimetur, valorem rei augeat, juxta Text. *in l. cum qui* 7. §. *melior autem*, *ff. de in diem Addict* meritò prælationem obtinens id debet ſolvere tanquam partem pretii rei emptæ, & non tanquam expenſas.

Notandum tamen eſt, quod ſi proximior veniat excludendo remotiorem, qui jam obtinuit prælationem
69 non tenetur eidem expenſas Inſtrumenti, cæteraſque ſolvere, ſed tantùm expenſas factas à primo Emptore,

Caſſan. *ad conſuetud. Burgund. rubr.* 10. *de retract.* §. 3. *verſ condi. ſed quæro*, *fol. mihi* 1563.

Notandum quoque eſt, quòd licèt prælationem petens ſubrogetur in locum primi emptoris, ejuſque 70
conditionis debeat eſſe qualis eſt Emptor, id tamen intelligendum eſt reſpectu conventionum in ipſo contractu expreſſatum, vel eorum, ad quæ ex vi, & natura contractus emptionis, & venditionis conveniri actione ex empto quiſque emptor poteſt, non verò quoad cætera, quæ extranea ſunt à contractu emptionis, & quæ diverſimodè contemplantur in perſona Emptoris, & in illa prælationem petentis, vel quæ deſcendunt ex Jure Dominicali, ut optimè notat Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 13. *num.* 36. Propterea, licèt Dominus directus prælationem petens ſubrogatus dici debeat in locum Emptoris, tamen non intelligitur ſubrogatus quoad ea, quæ ex Jure directo proveniunt, quia quamvis emptor emphyteuticam rem habeat obnoxiam oneribus, & hypothecis à venditore impoſitis, tamen Dominus directus prælationem obtinens rem liberam, & exemptam ab omni obligatione, & onere ab emphyteuta impoſito obti- 71
nebit, dum id ex natura inveſtituræ, & ex Jure Dominicali profluit, ut notat per Text. *in l. lex vectigali*, *ff. de pigner.* Bertrand *conſ.* 3. *in fin. lib.* 3 Guid. Pap. *deciſ.* 575. *num.* 3. Franch. *deciſ.* 226. *num.* 3. Cacherea. *deciſ.* 156. *num.* 4. & *ſeq.* Cavalcan. *deciſ.* 8. *numer.* 35. *part.* 4. Hodieru. *contr. Iur. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 27. & 36. Capic. Galeot. *controv. lib.* 2. *cont.* 46. *numer.* 48. & 88. plenè Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 13. *num.* 35. *verſ. ſubjicit præterea*, & *num* 36. ubi id limitat, ſi emphyteuta vendidiſſet rem cum pacto præciſo, quod hypothecæ, & aliæ onera à ſe injuncta emphyteuſi ſalva eſſent, tunc enim quia dicta exceptio, & onerum tranſlatio videtur eſſe pars pretii, Dominus quoque ad onere obligatus exiſtet, quod vix ſubſiſtere poteſt, niſi res expreſsè in Inſtrumento dicerut minoris vendi contemplatione onerum, & hypothecarum in Inſtrumento expreſſarum, quia tunc conſiderari poteſt onerum tranſlatio pars pretii; Si autem nulla appareat facta pretii diminutio contemplatione d. expreſſionis onerum, tunc Dominus non teneбitur, quia quamvis talis expreſſio non eſſet facta, adhuc in Emptorem hypothecæ, & onera rei affixa tranſlata eſſent, unde aut talis expreſſio ejus, quod tacitè
inerat, nihil operari poteſt, per Text. *in l. non rectè* 72
3. *verſ. nam*, & *cum hoc non adjicitur*, *C. de fideiuſſ.* ubi Bald. cæteriſque Scribentes, Caſtrenſ. *conſ.* 338. *num.* 2. *lib.* 2. Ruin *conſ.* 28. *num.* 13. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 84. *num.* 50. *lib.* 2. cùm ſi talis expreſſio produxerit effectum tranſlationis onerum in Dominum directum, eumdem protinus effectum producet tacita 73
tranſlatio per regulam Text: *in l. cùm quid*, *ff. ſi cert. pet. l. ſi filius familias*, *ff. eodem*, *l. fin. ff. de legat.* 2. *l. ult. C. qui bon. cedere poſſ.* quod quidem eſſet contra communem DD. theoricam ſupra adductam.

Notandum etiam eſt, quod ſicuti Emptori oſtenſa læſione competit remedium *l.* 2. *C. de reſcind. vend* 74
ita quoque talis exceptio datur prælationem petenti poſtquam ſubrogatus fuit loco emptoris, & poſtquam cùm effectu habuit rem, non autem antea, ut ex Afflict. Bald & aliis notat. Rendel. *de Iur. protomis.* §. *in primis*, *verb. juſtum pretium num.* 3. *fol. mihi* 137. ſed circa id recurren. eſt ad *q.* 22. *quæſit.* 1.

QUÆSTIO VI.

An Jus prælationis poſſit ex conſuetudine induci.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudine introduci poteſt jus prælationis.*
2 *Conſuetudo æquiparatur ſtatuto.*
3 *Conſuetudo auferens Domino liberam adminiſtrationem rei ſuæ, prout eſt iſta, de qua agitur, videtur*

repugnare jurì naturali contra num. 4.

4 *Facultas diſponendi liberè de rebus ſuis, poteſt à jure, & conſuetudine limitari, & reſtringi.*

5 *Conſuetudo introducens jus prælationis, excepta eſt in l. dudum, C. de contrahen. empt.*

6 *Statutum contra jus non poteſt condere populus ſubditus ſine Principis ſpeciali approbatione.*

Amplia ut nec ipſe Princeps poſſit illud condere, ſi Superiorem recognoſcat.

7 *Conſuetudinem introducentem jus prælationis, populus ſubditus introducere non poteſt ſine Principis approbatione.*

8 *Confirmatio Principis intervenisſe præſumitur quando conſuetudo eſt longæva.*

Declara, ut hæc confirmatio præſumatur in forma Communi, non autem in forma ſpecifica.

9 *Conſuetudo, de qua agitur, indiget confirmatione Principis in forma ſpecifica.*

10 *Conſuetudo non inducens Ius prælationis, ſed interpretativa ſervanda eſt, quamvis confirmatio Principis non intervenerit.*

11 *Conſuetudo iſta introducitur ſpatio 40 annorum contra opinionem Gaill. & Mareſc.*

12 *Conſuetudo inducens prælationem, non prodeſt forenſibus.*

13 *Forenſis non poteſt uti Statutorum, vel conſuetudinis beneficio contra Civem*

14 *Forenſis ſicuti non ligatur ſtatuto, nec conſuetudine, ita nec eis uti poteſt.*

15 *Forenſis uti non poteſt Statuto de paſcendis gregibus in alieno Territorio*

16 *Amplia, ut nec utatur beneficio ſtatuti de detinendis, aut carcerandis debitoribus debitoris.*

17 *Amplia, ut nec uti valeat ſtatuto de continuanda poſſeſſione.*

18 *Amplia, ut nec utatur Statuto deficiente lucrum dotale.*

19 *Amplia, ut nec frui poſſit Statuto concedente paratam exequutionem Apocis privatis.*

20 *Item de Statuto introducente ſolemnitates.*

21 *Et de Statuto moderante dotes.*

22 *Item nec gaudet beneficio Statuti mandantis ex ſtipulatione Notarii acquiri jus abſenti.*

23 *Forenſis receptus in Civem, gaudet beneficio Statuti, aut conſuetudinis dantis Ius prælationis.*

Declara, ſi in Civitate inhabitet, & Civium onera ſubſtineat, ſecus contra.

24 *Forenſis ſubſtinens onera in loco quoad bona, quæ poſſidet, non gaudet beneficio conſuetudinis, niſi etiam ſubſtineat onera perſonalia, vel mixta.*

25 *Forenſis contra quem habet locum conſuetudo de Iure congrui propter res, quas poſſidet, poteſt uti eadem conſuetudine, ſi ſit conſors, vel vicinus.*

26 *Forenſis habens prædium in loco ubi viget conſuetudo Iuris congrui, tenetur ſervare in venditione formam à conſuetudine præſcriptam.*

27 *Conſuetudo illius loci, in quo bona ſita ſunt, non autem loci contractus eſt ſervanda in hac materia.*

28 *Conſuetudo, vel Statutum tribuens Ius prælationis non extenditur ad bona ſita extra Territorium.*

29 *Conſuetudo iſta comprehendit minores, & Mulieres.*

30 *Conſuetudo tribuens Ius congrui, non comprehendit Dominum Caſtri, vel Civitatis, in qua introducta eſt ſive ante, ſive poſt Dominium obtentum introducta ſit.*

Amplia, ut nec comprehendat illum, qui emit à Supremo Principe.

31 *Amplia, quamvis Dominus Caſtri uſus ſit commodo hujus conſuetudinis, quia adhuc eadem non ligatur.*

32 *Clerici, quamvis non teneantur ſervare conſuetudinem laicalem tribuentem jus prælationis, adhuc tamen ea uti poſſunt.*

33 *Conſuetudo inducens jus prælationis, habet locum ſive venditio fiat Civi, ſive extero, & forenſi.*

Et quamvis contractus fiat extra Territorium.

CONcluſio eſt affirmativa, & probatur apertè in *cap. conſtitutus 8. de in integr. reſtitut.* ubi communiter Canoniſtæ Tiraquell. *de retr. lign. ag. §. 33. gloſſ. unic. num.* 2. Grat. *diſcep.* 400. *num.* 25. Gomez. *var. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. *in fin.* Miſinger *cent.* 4. *obſervat.* 23. *num.* 4. Boer. *deciſ.* 107. *num.* 4. Gallerat. *de renunt. renunciat.* 42. *num* 3. Grat. *deciſ. March.* 169. *num.* 9. Donadæ. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 36. *num.* 90. *& tom.* 2. *cap.* 26 *num.* 1 *& ſeqq* & hoc eſt indubitatum, ſi enim prælationis Jus poteſt à Statuto induci, poterit etiam induci à conſuetudine, quæ æquiparatur Statuto, ad Text. *in l. de quibus, ff. de leg.* Bald. *in l.* 2. *num.* 3. *C. quæ ſit long. conſuetud.* Alex. *conſ.* 173. *num.* 11. *lib.* 6. Rot. *deciſ.* 177. *numer.* 55. *& ſeq. part.* 5. *recent.* 1 2

Neque obſtat, quod talis conſuetudo, uti auferens Domino rei ſuæ liberam adminiſtrationem, videatur eſſe contra naturalem rationem, ut dixit Rota *deciſ.* 64. *num.* 4 *part.* 2. *diverſ.* & coram Buratt. *deciſ.* 6. *num.* 8. *verſ. imò etiam*, ideoque non poſſit Juri naturali prævalere, & potius dicenda ſit corruptela, juxta Text. *in c. p. cùm tanto, ubi gloſſ. de conſuet.* 3

Quoniam non reperitur à Jure naturæ per peculiare præceptum ſtatutum, quod quis ſit rei ſuæ moderator, & arbiter, Jure naturæ dicitur, quòd quis ſit arbiter rei ſuæ partim negativè, eò quia non reperitur hoc à Jure naturæ prohibitum, partim poſitivè, quia omnibus conceſſa eſt ex naturali ratione libera rerum ſuarum adminiſtratio, ut benè tradit Leſſ. *de Juſt. & Jur. lib* 2. *cap.* 5. *dub.* 2. *numer.* 4. & proindè talis facultas diſponendi liberè de rebus ſuis benè poteſt à Jure limitari, & tolli, ut exempla plurima habemus *in toto tit. ff. de Minor. & reb. eor. & C. de curat. furioſ.* in quibus Minoribus, atque furioſis limitatur facultas libera diſponendi; Plurima quoque ſcimus adeſſe ſtatuta talem facultatem limitantia, & prælationem concedentia, de quorum validitate eſſet ſtultitia dubitare. 4

Minùs obſtat Text. *in l. dudum, C. de contrah. empt.* qui videtur tales conſuetudines reprobare, quia contrarium ex eadem lege apparet in illis verbis, *niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hæc facere prohibuerit*, ex quibus patet, quòd ille Text. permittere voluerit, quòd talis conſuetudo poſſet introduci, ut expreſsè probat gloſſ. *in d. l. dudum, verbo niſi lex*, Afflict. *de jur. prothimis. in rubric. num.* 8 Palma *conſult.* 46. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 173. *numer.* 12, *ultra med. part.* 4. *rec.* Burst. *deciſ.* 677. *num.* 16. *&* 17. 5

Quærendum primò eſt, an talis conſuetudo poſſit introduci à Subditis abſque expreſſa Principis confirmatione, & approbatione, reſpondendum eſt negativè, quia Populus Supremo Principi Subditus non poteſt Statutum condere ſine Principis ſpeciali approbatione, quando ſtatutum eſt contra Jus, prout eſt illud, quod prælationem concedit, juxta doctrinam Bald. *in l. omnes populi num.* 14. *verſ. & hæc opinio, ff. de Inſt. & Iur. &* cont. 407 *in princip. lib.* 2. & in his terminis latè Rota coram Buratt. *deciſ.* 6. *num.* 1. *& ſeqq. & per tot.* Imò nec ipſe Princeps, ſi Superiorem recognoſcat, Burſtt. *dicta deciſ* 6. *num.* 6. unde pariter nec conſuetudinem iſtam, ſine Principis approbatione poteſt introducere, dum conſuetudo æquiparatur Statuto, ut dictum eſt, & benè notat Bero. *conſ.* 28. *num.* 31. *lib.* 3. Merlin. *deciſ* 353. *num.* 15. *verſ. etiam, & conſuetudinem*, *& in recent. deciſ.* 479 *num.* 4. *part.* 3. & optimè Soccin ſen. *conſ.* 272. *num.* 7. *&* 8 *lib.* 2. ubi diſcurrit etiam in his terminis de conſuetudine introducta à Dominis Superiorem recognoſcentibus. 9 7

Rot.

Rot. coram Merlin. *deciſ.* 698. *num.* 4. *& ſeqq.* Reverendiſſ. Antonell. *de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 1. *numero* 378.

8 Et quamvis, quando conſuetudo eſt longæva, & diuturna, ac per longæva tempora obſervata, ſervanda videatur etiam ſi non conſtet de Principis confirmatione, cùm illa interveniſſe præſumatur, ut latè probat Bondeo. *collect. leg* 14 *num.* 156. tamen quia iſta præſumitur interveniſſe tantùm in forma communi, & non ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica, ad Text. *in cap. perrectum, de confirm. util. vel inutil.* Amat. *reſ.* 100. *num.* 18. Rot. *deciſ.* 159 *num.* 39 *part.* 9. *recent.* Buratt. *d. deciſ.* 6. *num.* 4. ideò non eſt apta ad validandum Statutum, aut conſuetudinem iſtam, quæ 9 tanquam odioſa, & contra jus, ut dixi in *quæſt.* 2. indiget confirmatione in forma ſpecifica, Surd. *conſ.* 330. *numer.* 19. Poſth. *reſ.* 130. *numer.* 18. *&* 39. Grat. *deciſ. March.* 238. *num.* 4. Add. ad Gregor. *deciſ* 267. *ſub num.* 14. Rota coram Celſo *deciſ.* 125. *num.* 9. *& in recent. deciſ.* 438. *num.* 39. *part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 84. *num.* 7. *& ſeqq. part.* 7. & in puncto Reverendiſſ. Antonell. *de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 19. *num* 358. *ad* 379. Merlin. *dicta deciſ.* 698. *numer.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 740. *num* 2. Buratt. *dicta deciſ* 6. *num* 4. *ubi etiam num.* 3. quòd iſta longæva obſervantia probari debet cum expreſſa Principis ſcientia, & patientia, ut valeat induci præſumptio confirmationis.

Si autem conſuetudo iſta non eſſet inductiva præ- 10 lationis, ſed interpretativa Juris, vel alicujus validi Statuti retractum, vel prælationem concedentis, tunc omninò putarem eſſe ſervandam; quamvis Principis confirmatione eſſet deſtituta, ea plenè traditis per Bonden. *d. collect.* 14. *numer* 159. *&* 160. ubi concordantes.

Quærendum ſecundò, quantum tempus exigatur ad 11 introducendam talem conſuetudinem contra Jus, & dicendum eſt, quòd de Jure Civili decem anni ſufficiunt, ut plenè probat Gaill. *pract. obſervat. lib.* 2. *obſer.* 31. *num.* 3 *in fin.* ubi etiam quòd hoc tempus decennii incipit à tempore primi actus, Mareſcott. *var. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 24. *& ſeqq.* & eſt doctrina gloſſ. Bart. Alex. Jaſ. & aliorum *in l. de quibus, ff. de leg. & gloſſ. in l. prima, § fin. verbo dico*, ubi Bart. & alii *ff. de aqu. pluv, arcen.* quòd aliqui putant ſufficere de Jure Canonico, dum agitur de introducenda conſuetudine circa Jura temporalia, & Civilia, & non circa Jura Eccleſiæ, Mareſcott. *d. cap.* 100. *num.* 30. *& ſeqq.* ſed verius eſt in hac materia ſaltem quadragenariam neceſſariam eſſe juxta veriorem opinionem, de qua gloſſ. *in cap. fin. verb. legitimi*, & ibi DD. *de conſuetud.* Buratt. *deciſ.* 8 0. *num.* 9. ibique Add. *lit. A. & deciſ* 3. *num.* 15. *& in recent. deciſ.* 222. *num.* 32. *part.* 15.

Quærendum tertiò; An iſtæ conſuetudines introdu- 12 centes prælationem in aliqua Civitate proſint forenſibus, & negativè reſpondendum eſt, Carpan. *ad Stat. Mediolan. tom.* 1. *cap.* 434. *num.* 180 Vermigliol. *conſ.* 490. *num.* 6. Zaſ. *conſ.* 194. *num.* 1. *lib.* 2. atque apertiſſimè Natt. *conſ.* 388. *num.* 1. Anſald. *conſ.* 95. *à num.* 15. *ad* 18. Surd. *conſil.* 204. *num.* 3. *ante fin* Cumia *ad rit Magn. Cur. Sicil. cap.* 107. *numer.* 2. Lancellott. Gail. *conſ* 76. *& conſ.* 41. *ferè per tot.* ſed vide Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 417. *num.* 5. ubi quòd ſi Emptor pariter ſit forenſis conſuetudine conſanguineus uti poſſit.

Ratio eſt evidens, quia, ut dixi, conſuetudo æqui- 13 paratur Statuto, ſed Statutorum beneficio non poteſt uti forenſis contra Civem, Caſtr. *conſ.* 150. *num.* 3. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 46. *num.* 5. Rol. *conſ.* 79. *num.* 3. *lib.* 3. Honded. *conſ.* 29. *num.* 5. 16. *&* 17. *lib.* 2. Peregrin *conſ.* 90. *num.* 17. *lib* 1. plenè Giurb. *de ſucceſſ. feud. § 1 gloſſ.* 6. *à num.* 3. *ad* 5. *fol.* 105. ergo nec conſuetudine uti poteſt, præſumptio enim eſt, quòd Cives conſuetudinem introduxerint ad commoditatem Concivium ſubjectorum, ad Text. *in l. C. de Summ. Trinit.* Honded. *d. conſ.* 29. *numer.* 15. non autem in commodum forenſium, quibus damnum inferre non poterant, Honded. *d. conſ.* 29. *num.* 15. Giurb. *dict. gloſſ.* 6. *num.* 1. Rota *deciſ.* 295. *numer.* 3. *& deciſ.* 673. *num.* 3 *part.* 1 *diverſ.* & quia ſicuti conſuetudo forenſes non ligat, ipſis non debet prodeſſe, Angel. *conſ.* 73. *numer.* 1. *&* 2. ſi enim ipſos ligaret, benè etiam ipſis prodeſſe deberet, Surd. *conſ.* 345. *num.* 27. Natt. *conſ.* 149. *numer* 10 Theſaur. *quæſt. for. lib* 2. *quæſt.* 4. *num.* 13. Anſald. *d. conſ* 65. *num. &* 10. Alex. *conſ.* 111. *num.* 4. *lib*, 7. ac plenè Alb. *conſ.* 50. *num.* 10. *& ſeqq.* ubi quod ſi Statutum ſaltem aptitudine noceat forenſi, ipſi quoque debeat prodeſſe.

Bene igitur dixit Dec. *conſ* 550. *num.* 8. Surd. *conſ.* 15 104. *num.* 3. *verſ. ne dicatur*, quòd forenſis non gaudet Statuto de paſcendis gregibus in dicto Territorio, ac Marſil. *ſing.* 233. Roman. *conſ* 224. *num.* 5 *in fin. & num.* 6 Rol. *de lucr. dot. quæſt* 36. *num.* 14. Soccin. jun. 16 *conſ.* 8 1. *num.* 6. *lib.* 4. quòd nec utatur beneficio Statuti de detinendis, & carcerandis Debitoribus Debitoris, & Caſtrenſ. *conſ.* 156. *num.* 2. *lib.* 1. quòd Statuto mandante emendari per Communitatem damna data, non fruatur forenſis.

Sic quoque Rota apud Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 17 1. *fol. mihi* 9 8. *num.* 5 & coram Eminentiſſ. Othobon. *deciſ.* 117. *num.* 4. *&* 5. decidit, Statutum de continuanda poſſeſſione non prodeſſe Forenſi.

Idemque prorſus de Statuto deferente lectum do- 18 tale, Pariſ. *conſ.* 34. *numer.* 14 *lib.* 3. Rot. *deciſ.* 1 4. *num.* 7. *part.* 4 *tom.* 2. *recent.* & de Statuto, quòd 19 credatur Juramento alicujus, Surd. *d. conſ.* 204. *num.* 3 *verſ ne dicatur in fin.* & de Statuto concedente paratam exequutionem Inſtrumentis, aliiſque apochis ſive publicis, ſive privatis, Soccin. Sen. *conſ.* 120. *num.* 12. *lib.* 1. Honded. *d. conſ.* 39. *num.* 13. *&* 17. *lib.* 2. contra quos eſt deciſio Rot Genuenſ. *in* 100. Rocc. *de aſſecurat. not.* 100. *num.* 394. 20

Et de Statuto circa ſolemnitates, Natt. *conſ.* 46. *numer.* 5. ubi tale Statutum non extenditur nec in præjudicium, nec in commodum forenſis, Theſ. Jun. *quæſt. for. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 18. *verſ frequentius*, licet contra teneat Alex. *conſ.* 44. *num* 20. *lib.* 5. de Sta- 21 tuto, ſeu Conſtitutione Apoſtolica moderatoria dotium, quòd non includat forenſem, Eminentiſſimus de Luc. *de dot. diſc.* 3. *num.* 1. *in fin.* Rot. *deciſ.* 172. *num.* 13. *uſque ad* 15. *part.* 8 *& deciſ.* 175. *à num.* 3. *uſque* 22 *ad* 8. *part.* 9. *recent.* ac tandem quòd Forenſis non gaudeat beneficio Statuti mandantis ex ſtipulatione Notarii acquiri Jus abſenti, Angel *conſ.* 73. *numero* 1. *&* 2.

Et quid ſi Forenſis aliquis receptus eſſet in Civem, 23 Anſal. *d. conſ.* 95. *ſub num.* 27. *verſ. forenſibus, & extraneis*, motus authoritate gloſſ. *in Conſtit Federic.* dicit, quòd iſte gaudere deberet beneficio talis ſtatuti, vel conſuetudinis.

Dicendum tamen eſt, quòd ille Forenſis, qui in Civem eſt receptus, ſi in Civitate non inhabitet, neque Civium onera ſubſtineat, nullo Jure frui poteſt beneficio talis conſuetudinis, aut Statuti, quia hic non differt à forenſi, plenè Rot. coram Eminentiſſ. Otthobon. *d. deciſ.* 2 7. *num.* 7. *& pluribus ſeqq.* ad quam recurras.

Et bona ratio eſt, quòd cùm iſte talia non ſubeat onera loci non debet frui beneficio, & favore conſuetudinum, & Statutorum ejuſdem loci, ita Peregr. *conſ.* 90. *num.* 11. *lib.* 1.

Et quid ſi forenſis ſubſtineat onera in eo loco, quo- 24 ad bona quæ poſſidet? Lancell. Gall. *d. conſ* 76. *num.* 26. *& ſeqq.* reſpondet, quòd non gaudeat talis conſuetudinis beneficio, niſi etiam ſubſtineat onera perſonalia, vel mixta.

Ego verò puto inſpiciendum eſſe, utrùm poſſit conſuetudo forenſi habenti bona reſpectu ipſorum bonorum obeſſe, & præjudicare, adeout ſi ipſe venderet, prælationis Jus ſufferre teneretur; Quoniam, ſi oc-

24 caſione ipſarum rerum, purà conſortii, vel viciuitatis prælatio vigore conſuetudinis compereret, illa non eſſet forenſi, contra quem pariter locum haberet, denegandi, Alba *conſ.* 50. *numer.* 10. *& ſeqq.* Auſald. *d. conſ.* 95. *num.* 9. *&* 10. & alii ſupra citati, & benè Menoch. *conſ.* 600. *per tot.*

Proindè cùm forenſis habens Prædium in aliquâ
25 Civitate, ubi talis viget conſuetudo, ſi velit dictum prædium vendere, teneatur ſervare conſuetudinem, atque prælationem concedere, ut notat Afflict. *de Iur. protom. in princ. col.* 15. *vers. item pono, quòd in Terra, & § ult. col. penult.* Tiraq *de retr. lignag.* §. 1. *tit.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Mierez. *de Majorat. part.* 1. *quæſt.* 58. *nu.* 61. *in med. & ſeqq.* videtur quoque con-
26. ſonum, quòd prælationem habeat occaſione ejuſdem prædii à conſuetudine conceſſam, ſed hæc cogita, quia videatur contra dictum DD. quos edduximus.

Quærendum quartò, quænam conſuetudo ſit ſervanda, & reſpondendum eſt, quòd ſervari debeat conſuetudo illius loci, in quo bona ſita ſunt, non autem
27 contractus, Afflict. *de Iur. protom.* §. *ſancimus num.* 20. *in fin. verſ. item pono in* 6. *Notab.* ibione plenè Rummus *num.* 1. *& ſeqq & in fin. fol. mihi* 76. Petr. Greg. *Syntagm. Iur. lib.* 26. *part.* 3. *cap.* 19. *per tot.* Tiraq. *d.* §. 1. *gloſſ.* 1. *numer.* 1. *& ſeqq.* Nigr. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 2. *num.* 20. *fol.* 31. Mangil *de evict. quæſt.* 836. *num.* 4. Unde ſi extet Romæ conſuetudo, quod
28 domus non vendatur irrequiſito Conſorte, poterit Romanus vendere Domum, quam habet Piſis, ubi talis non viget Conſuetudo conſorte minimè requiſito, talis enim Conſuetudo non extenditur ad bona alibi ſita, Iaſ. *conſ.* 194. *ſupervacuo videtur per tot. lib.* 1. Tiraq *de gloſſ.* 1. *num* 2. Mierez. *de majorat. part.* 1. *dict. quæſt.* 58. *num.* 61. *in med. & ſeqq.* Socc. Sen. *conſ.* 74. *num.* 18. *verſ. Et ideò aliàs fuit concluſ.* Berlich. *concluſ.* 39. *num.* 46p *art.* 2. & videndus eſt Lancellott. Gall. *conſ.* 75. *& conſ.* 41.

Quærendum quintò; An hæc Conſuetudo comprehendat Minores, & Mulieres, concluſio eſt affirmativa, Blanc. *de compromiſſ. quæſt.* 3. *num.* 29. Benintend *deciſ.* 21. *num.* 11. *& ſeqq* Cirocc. *diſcept.* 29. *num.* 48. ubi etiam videas, an opus ſit adhibere ſolemnitatea.

Quærendum ſextò; An talis conſuetudo comprehendat Dominum Caſtri, vel Civitatis, in qua intro-
30 ducta eſt, & negativè reſpondendum eſt, ſive ante, ſive poſt dominium obtentum introducta ſit, ad Text. *in l. penult. ff. de Arbitr.* Cardinal. *conſ.* 2. *ad fin.* Lamberteng. *de contract. cor. fol.* 450. *&* 451. *à num.* 94. *ad* 97. Gregor. *deciſ.* 279. *num.* 9. & optimè in his terminis Guiell. *de donat. tract.* 2. *diſc.* 2. *ſpecial.* 22. *num.* 13 *& ſeqq.* ubi etiam latè probat, quòd neque ia qui emit à Supremo Principe poteſt occaſione talis Iuria provenientis à Statuto inquietari, Ciroce *dicta diſcept.* 19. *num* 47. *& ſeq.* ubi tamen *num.* 15 *& ſeq.* latè probat comprehendi ſub hac conſuetudine filiam Domini loci.

Sed quid dicendum ſi ipſe Dominus loci aliquando uſus fuerit de conſuetudine, aut eo uti prætendat, videtur dicendum, quòd ſi Dominus velit uti commodo hujus conſuetudinis, teneatur eam ſervare, ut ſicuti ipſius ſentit commodum, ita quoque ejuſdem incommodum ſufferre teneatur, ad Text. *in l. ſecundum naturam, ff. de reg. Iur.* Menoch *conſ* 250. *numero* 18 *& conſ.* 126. *numer.* 36. quem ſequitur Canuncul. *deciſ. Bonon.* 44. *&* 94. Sed veritas eſt in contrarium, non enim repugnat, quòd Dominus uti non ſubditus tali conſuetudine non afficiatur; & quòd in favorabilibus eadem conſuetudine uti valeat, ut videmus in Clericis, qui pariter hujuſmodi conſuetudine laicali uti non ſubjecti, non ligantur, cum tamen
32 ea uti non prohibeantur, ut optimè probat Surd. *conſ.* 262. *numero* 57. *in fin. & ſeq.* Beltramin. ad Gregor. *deciſ.* 279. *numero* 23. *& ſeq.* Ciroc. *d. diſcept.* 29. *numero* 47. *& ſeqq. & numero* 49. *& ſeqq.* apud quem concordantes.

Quærendum ſeptimò; An habeat locum quando venditio fieret forenſi, & concluſio eſt affirmativa, cùm enim actio pro prælatione petenda ſit in rem ſcripta, & detur contra quemlibet poſſeſſorem, & detentorem, ideò ſive prædium ematur à 33
Cive; & ſubdito, ſive ab Extero, & Forenſe ſemper poterit prælationis jus habens vigore conſuetudinis legis: vel ſtatuti vigentis in loco rei ſitæ, quòd debet attendi, ſuam actionem experiri, maximè ne aliàs ſequatur abſurdum, quòd ſcilicet melioris conditionis ſit forenſis, quàm Civis ipſe, ut notat Iaber. *in l. cunctos populos numer.* 15. *verſ. in* 3. *caſu, de C. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. *gloſſ.* 1. *numer.* 4. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 417. *numer.* 4. plenè Menoch. *conſ.* 756. *num.* 19. *& pluribus ſeqq.* imò etiamſi venditio fiat à forenſe, & quamvis contractus fiat extra Territorium, ut plenè notat Carpan. *ad Statut. Mediol. d. cap.* 417. *numer.* 4. *&* 5.

QUÆSTIO VII.

An Jus prælationis per pactum induci poſſit.

SUMMARIUM.

1 *Prælationis jus per pactum induci poteſt.*

2 *Pacta, quæ contra leges, aut bonos mores ſiunt; ſunt nulla.*

3 *Pactum mediante quo quis privatur libera rerum ſuarum adminiſtratione videtur iniquum.*

4 *Pactum, quòd quis non poſſit prædium alienare invito vicino, eſt nullum.*

5 *Limita quando eſt adjectum favore illius, qui habet jus in re juxta diſtinctionem Parlador.*

6 *Parladori diſtinctio impugnatur.*

7 *Pacto induci poteſt, quòd locator teneatur potiùs finita locatione locare antiquo Conductori, quàm aliis.*

8 *Pactum prælationem conferens non improbatur in l. dudum, C. de contrahen. empt. ſed potius præſervatur.*

9 *Pacta quæ ſimpliciter prohibent rei ſuæ alienationem, ſunt nulla, illa verò quæ limitant in certis caſibus facultatem alienandi, ſunt valida.*

10 *Pactum, quod quis alienare non poſſit vicino invito improbatur in d. l. nemo paciſcendo, ff. de pact ſed non improbatur illud, quòd quis aſtringatur potius mihi, quàm alteri vendere.*

11 *Pactum per quod quis non poteſt alienare niſi in aliquem, multum differt à pacto, per quod quis poteſt alienare in quemlibet excepto aliquo.*

12 *Pactum, conferens prælationem multum differt à pacto mediantè quo quis cogitur vendere.*

13 *Promiſſio non vendendi alteri, niſi Tertio non obligat abſolutè ad vendendum, nec tollit facultatem alienandi, ſed eam tantum modò limitat.*

Ideò & promiſſio valet, & eſt obſervanda ab herede.

14 *Pactum tribuens jus prælationis, non operatur, quòd ſi Dominus alteri vendiderit, poſſit res prælationis jure vindicari.*

15 *Promittens vendere, poteſt rem ipſam alteri vendere, & tenetur tantùm ad intereſſe.*

Contrariam opinionem defendit Decian. putans quòd actio deſcendens ex tali pacto, utpotè in rem ſcripta, ſequatur tertium poſſeſſorem.

Guidopap. diſtinguit, quòd ſi ſit dictum, quòd ſi res alteri vendatur, Titius præferatur, pactum ſequatur tertium Poſſeſſorem, ſi verò ſit dictum, quòd ſi quis alte-

alteri vendiderit. Titius præferatur, pactum contra tertium exerceri nequeat, ſed hæc diſtinctio uti verbalis improbatur.

16 *Prima opinio quæ docet, quòd pactum iſtud exerceri non poſſit contra tertium, qui emit uti verior defenditur.*

17 *Actio prælationis introducta à lege, vel Statuto, eſt in rem ſcripta; illa verò, quæ deſcendit ex pacto prælationem dante, eſt perſonalis.*

18 *Pactum prælationem tribuens, eſt perſonale, nec tranſit ad hæredes ſecundum opinionem aliquorum.*

19 *Contraria opinio defenditur, niſi adſit aliqua dictio taxativa, vel perſonalis.*

20 *Res alienata, poteſt ab eo, cui eſt facta promiſſio prælationis vendicari, ſi non ſit proceſſum ad actualem traditionem, juxta opinionem Carpzov.*

Contrarium verius defenditur.

21 *Pactum tribuens prælationis jus juramento vallatum poteſt exerceri contra tertium emptorem juxta opinionem Berlich.*

Contraria opinio eſt verior.

22 *Facta promiſſione rem vendendi alicui cum juramento, non poteſt is, cui fuit promiſſum contra Emptorem agere, niſi pro obſervantia pacti, adſit hypotheca, & ita declaratur deciſio Seraph. 805.*

23 *Promiſſa prælatione, poteſt res alteri vendita vendicari, quotieſcunque Emptor ſciebat bona illa ſubjecta eſſe pacto prælationis.*

Contrarium tamen Auctor defendit contra Berlich. & Carpzov.

24 *Res obnoxia pacto prælationis, interim vendita, poteſt jure prælationis vindicari, ſi is cui fuit, promiſſa prælatio, fuerit interpellatus ad prælationem dandam vel contra eum fuit aliquo modo intentata lis, juxta opinionem Tiraq.*

Contraria opinio defenditur, & declaratur Tirraq. & ſequaces.

Litigioſa res non efficitur, quando intentatur actio perſonalis.

25 *Promiſſa prælatione, poteſt is, cui eſt promiſſa impedire venditionem alteri faciendam recurrendo ad Iudicem, petenda immiſſionem.*

Immiſſionis remedium competit ei, cui fuit promiſſa prælatio, ſed de hoc dubitat Auctor.

26 *Denunciatio facienda eſt illi, cui fuit promiſſa prælatio, & venditor expectare eundem debet ſpatio duorum menſium.*

27 *Pactum tribuens prælationis Ius, non afficit Viduam, quæ habuit illa bona ex diſpoſitione Statuti, quòd certam bonorum viri portionem Viduis defert.*

1 CONcluſio eſt affirmativa, & probatur *in l. qui Roma §. cohæredes ff. de verb oblig.* ca Bald. *in l. 1. nu. 3. verſ. item fallit, Cod. commun. divid.* Iaſ. *in l. nemo pacis. ff. de pact. & conſ.* 111. *n. 7. lib. 2.* Tiraq. *de detract. lignag. in præfat. num. 15. verſ. nam ſi valet*, Donede. *de renunc. tom. 1. cap. 30. nu. 89.* Boer. *decis. 107. num. 3. vers. item fallit*, Gutierez, *pract. lib. 2. quæſt. 167. nu. 1.* Decian. *reſp. 69. num. 1. lib. 4.* Cenc. *de cens. quæſt. 64. num. 17.* Cirocc *disc. 69. num. 3. lib. 1.* & diximus *in quæſt. 32.* ubi concordantes.

Sed contrarium videtur dicendum, quia pacta, quæ contra leges, & conſtitutiones, aut contra bonos mo-
2 res fiunt nullam vim habent, *l. pacta 6. Cod. de pact.* pactum autem iſtud eſſet contra *l. dudum, C. de contrah. empt.* boniſque moribus repugnaret, iniquum enim exiſtimat Cajus *in l. 2. ff. ſi à Parent. quis manumiſſ.*
3 *fuerit*, non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem, & juſtum eſt cuique ſua committere, *l. nemo exterus, C. de Iudæ.* merito igitur ſtatutum eſt, quòd nemo paciſcendo efficere poſſit ne vicino invito prædium alienet, per Text. expreſſum *in l. nemo paciſcendo, ff. de pact.* ideoque nec prælationis beneficium inducere, per quod quis libera rei ſuæ adminiſtratione privatur

d. l. dudum, & vendere cogitur, Rodoer. in eddit. ad de Marin. *cap. 108. num. 163. & ſeqq.*

Et propterea conciliare quæſtionis diſſonantiam conatur, Parlador. *differ. 109. §. 7. num. 17. & 18.* di- 5
ſtinguens inter hujuſmodi pactum adjectum favore illius, qui habet Jus in re, & inter illud appoſitum favore ejus, qui Jus in re non habet, & primo caſu aſſerit, pactum valere, ſecundo verò non, & quamvis ipſe, nec contraria referat, nec abſolvet, poteſt tamen cum ejus diſtinctione reſponderi *dicta l. qui Roma, §. cohæredes*, in quo videtur approbatum tale pactum, quia erat appoſitum favore cohæredum, prædium commune retinentium, qui non adhuc diviſione ſequnte habebant Jus in re; Ideoque è converſo *in d. l. nemo paciſcendo* improbatur ſimile pactum, quia erat adjectum favore vicini nullum jus in re habentis.

Sed hæc diſtinctio non eſt recipienda, quia videtur verbalis, non autem juridica, quoniam ſi quis habet Jus in re, & habet de jure prælationem, pactum ad- 6
nil inſervit, ſi verò etſi habeat Jus in re, non tamen habeat prælationem prout denegatur *in d. dudum*, conſortibus jus in re habentibus, tunc nulla eſſe poteſt diſtinctio inter iſtum, & eum, qui nullum jus in re habet, nam eodem modo neutri iſtorum prælatio competeret, nec dicatur habentis jus in re intereſſe, ut tale pactum apponatur, ob quod intereſſe jure ſtipulationis pactum ſubſtineri, dixit Alberic. *in d. l. nemo numer, c. verſ. & tunc aut quæritur, circa fin.* quia reſpondetur, quòd iſtud eſt intereſſe nimis remotum, neque illud, quod conſideret Alberic. & eodem modo intereſſe poteſt jus in re habentis prælationis beneficio de jure non competente, quòd res ipſo invito non alienetur, quo intereſſe poteſt vicini rem eo invito non alienari, & tamen *in d. l. nemo*, vicino id non permittetur.

Ideoque affirmativa opinio ſimpliciter ſumpta verior videtur, quæ probatur etiam *in l. ne cui, C. locat.* 7
in qua Zeno Imperator ſancivit, quòd licèt liberum debeat eſſe hominibus res ſuæ, quibus velint locandi, tamen mediante pacto, quo diſponatur Dominum potiùs conductori finita locatione teneri locare, quàm cæteris, talem libertatem tolli poſſe non dubitavit, ut notat ibidem gloſſ. *verbo pactam*, & DD. communiter, & ſignanter Bald. & Salic.

Nec obſtant in contrarium adducte; Nam Text. *in d. l. dudum*, potiùs videtur excipere, quàm improbare talia pacta, ut patet ex lectura, & gloſſ. *in d. l. dudum, verbo niſi lex*, quidquid pleriqne DD. per Amayam *in lib. 10. Cod. de Decurion. num. 24. fol. mihi 470.* adducti eſſerant, credentes dd. verba, *niſi lex in d. l. dudum*, non eſſe Imperatoria, ſed eſſe adjecta à Juris Conſulto; Quòd autem iſta pacta ſint contra bonos mores non eſt verum, quia illa pacta, quæ ſimpliciter prohibent rei ſuæ alienationem, & liberam Adminiſtrationem, non eſt dubium, quin bonis moribus obſtent, illa verò, quæ ſunt limitativa, potà, quòd caſu, quo Dominus vellet alienare fundum ſuum tenebitur potiùs mihi, quam alteri pro eodem pretio vendere, non ſolùm non adverſantur bonis moribus, ſed valent, & à Jure ſunt ap- 9
probata, ut non obſcurè reſpondet Iaſ. *in d. l. nemo paciſcendo numero 1. verſ. ſecunda melior ratio juncto numero 2.* Alciat. *cons. 13. lit. F. verſ. non obſtat, lib. e.*

Eodemque modo reſpondetur, *d. l. nemo paciſcendo*, quæ prohibet hæc pacta ſimpliciter prohibitoria, puta quòd quis non poſſit rem ſuam vendere ali- 10
quo invito, ut ibidem notat gloſſ. & Angel. *numero 2. col. 1. verſ. ſi verò pactum circa fin.* Secùs ea, quæ tantùm ſunt limitativa, ut reſpondet Imol. *in d. l. qui Roma, §. cohæredes*, ubi etiam Alex. *col. 6. ff. de verb. obl.* Iaſ. *in d. l. nemo n. 2 & d. conſ. 211. n. 7. l. 2.* Mambæjus in eddit. ad Guidopap. *decis. 569.* Albert. Brun. *conſ. 67.*

Corrad. de Jure Prælat. C 3 *num. 2.*

num. 2. *verſ. primo quia vol.* 4. Cloch. *conſ.* 42. *nu.*109.
& ſeqq. lib. 2. & meritò, quia multum differunt pro-
miſſo non vendendi aliquo invito, & pactum venden-
11 di potiùs uni, quàm alteri, & aliquo requiſito, ſi-
cuti etiam multum differunt prohibitio venditionis
niſi inter certas perſonas, & diſpoſitio, quòd pro eo-
dem pretio alius præferatur, ut notat Amaya *in l.* 3. *n.*
25. *Cod. de præd. Decurion. lib.* 10. & multum differunt
poſſe alienare in quem libet excepto aliquo, & non
poſſe alienare, niſi in aliquem, *l. hoc modo*, *ff. de con-
dit. & demonſtr.* Odd. *de fideicomm. ob prohibit. alienat.*
12 *quæſt.* 18. *nu.* 56. & maxima adeſt differentia, quòd quis
cogatur ad vendendum, & quòd pati teneatur præla-
tionem, qua mediante non cogitur ad vendendum, ut
benè explicat Franch. *deciſ.* 17. *num.* 9. Capic. Latr.
deciſ. 168. *num.* 58. *ad* 60.

Proindeque valet promiſſio non vendendi alteri, ni-
ſi Titio, quia non tollit poteſtatem vendendi, nec mi-
13 nus obligat abſolutè ad vendendum, ſed tantum quòd
ſi promittens voluerit alteri vendere, tenetur potiùs
vendere Titio, per Text. *in l. ſi ſterilis*, §. *penult. ff. de
act. empt.* Bald. *in cap. cùm acceſſiſſent, num.* 19. *de con-
ſtit.* Bart. *in l. actione* 4. *num.* 2. *circa fin. de tranſact.*
Seraph. *deciſ.* 805 *num.* 1. *& ſeqq.* ubi etiam, quòd hæc
promiſſio ſervanda eſt ab hærede, Amat. Dunoz *de-
ciſ.* 760. *num.* 10.

Quærendum primò, an pactum iſtud ſit adeò efficax,
ut operari valeat, quòd res contra illius tenorem alteri
14 vendita valeat ab emptore vendicari, & prima facie
videtur negativè reſpondendum; Quoniam cùm tale
pactum videatur quid minus importare ipſa promiſſio-
ne vendendi, quia mediante hoc pacto non poteſt quis
cogi ad vendendum, & non vendendo nil præſtare
tenetur, ut jam dictum fuit, mediante autem promiſ-
ſione vendendi quis poteſt cogi, vel ad vendendum,
15 vel ad præſtandum intereſſe, ut dictum eſt *in quæſt.* 20.
meritò ſicuti vendere promittens poteſt rem ipſam al-
teri vendere, & diſtrahere, abſque eo quod valeat ab
emptore res auferri, Roland. *conſil* 69. *ferè per tot. lib.*
3. Palm. *conſult.* 13. *num.* 7. *& ſeqq. & numer.* 13. 15. *&*
16. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 7. Capic. Latr.
conſult. 29. *num.* 3. *& ſeqq.* Cloch. *conſ.* 41. *num.* 69. *&
multis ſeqq. lib.* 2. Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.*
37. *num.* 7. Seraph. *deciſ.* 805. *num.* 2. eò magis id po-
terit facere is, qui tale pactum inivit.

Affirmativè tamen reſpondent Molin. *de contract.
p.* 2. *diſp.* 372. §. *quando autem*, *per tot.* Guttierez *pra-
cticab. lib.* 2. *quæſt.* 167. *num.* 2. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 64.
num. 18 & plenè Decian. *reſp.* 69. *num.* 1. *lib.* 4. & ra-
tio videtur evidens, cùm enim ex hoc pacto oriatur
jus prælationis; meritò ſicuti actio pro prælatione pe-
tenda ſequitur rem, & tertium poſſeſſorem, Giurb. *de-
ciſ.* 75. *num.* 6. *& ſeqq.* Duran, *deciſ.* 52. *num.* 4. *&* 5. *&
latius in quæſt.* 3. ita quoque tertium poſſeſſorem ſequi
debet actio deſcendens ex hoc pacto dante prælatio-
nem, ſequitur Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 32. *nu.* 4. quem
refert Rot. *deciſ* 413. *num.* 30. *part.* 16. *recent.* Diſtin-
guit Guidopap. *deciſ.* 569. *num.* 2. inter caſum, in quo
ſit dictum quòd ſi rem alteri quis vendat Titius præ-
feratur, & inter illum, in quo dictum ſit, quòd ſi
quis alteri vendiderit Titius præferatur, quæ diſtin-
ctio uti verbalis rejicitur per Add. ad eumdem *litt. B.*
& Baron. in addit. pariter ad eumdem *verſ. ad ver-
ba.*

Sed ego veniam petendo à tot inſignibus DD. con-
16 trarium opinor verius, & adhæreo opinioni Capzov.
Jur. prudent. forenſ Saxon. part. 2. *conſtit* 32. *definit.* 8.
ubi definit. 9. id extendit etiam ſi tale jus competat ex
diſpoſitione Teſtatoris, Berlic. *part.* 2. *concl.* 40 *nu.*
56. *& ſeqq. apud quem etiam nu.* 61. *& ſeqq. vide alia*,
& concluſ 39. *num.* 100. *& deciſ.* 98. *nu.* 16. *part.* 1 Can-
cer. *var par* 2. *cap.* 8. *de juram. num.* 110. *& plurib.
ſeqq.* qui in hac ſpeciali quæſtione pro veritate con-
ſultus reſpondit; quòd mediante tali pacto nullum
lum Jus reale acquiritur contra rem, aut contra
emptorem, ſed tantum perſonale contra promitten-
tem, qui tenebitur quidem pactum non ſervando ad
intereſſe, ſed non impedietur in alium transferre do-
minium, niſi pactum ſit juramento, atque hypothe-
ca ſpeciali vallatum, & niſi is, cui fuit promiſſum
reperiretur in poſſeſſione ipſius rei, quia tunc exci-
piendo poterit repellere promittentem ipſumque em-
ptorem, & allegat Fabr. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 36. *de pact.
inter empt. & vendit. definit.* 1. Idque præſertim, quia
facta promiſſione de vendendo, quæ eſt majoris effica-
ciæ tali pacto, non prohibetur promittens alteri ven-
dere, ita quoque impediri non poterit is, qui pro-
miſit præferre alterum extraneo vendere, ut ſupra di-
ctum eſt, & Cancer. ſequitur Capic. Latr. *conſul.* 109.
num. 20. *lib.* 2. & hanc opinionem contra Guttierez
non intercedente tamen hypotheca, tenuit Molin. *d.
diſput.* 372. §. *quando autem*, ubi requirit expreſſè ad-
jectionem hypothecæ pro obſervantia pacti.

Non obſtat, quòd actio deſcendens ex tali pacto
ſit in rem ſcripta, quoniam fateor, quòd actio pro
prælatione à lege, vel Statuto conceſſa poſſit exer-
ceri contra quemcumque rem prælationi ſuppoſitam 17
detinentem, ex quo prælationis jus afficit ipſam rem,
nego autem, quòd mediante tali pacto, & promiſſio-
ne acquiratur jus in re, nam verius eſt, quòd com-
petat tantùm actio in factum perſonalis, dum pro-
miſſio continet factum admixtum, ut in promiſſione
de vendendo dixi *in quæſt.* 20. & notat Carpzov. *d. de-
finit.* 8.

Quærendum ſecundò, an tale pactum egrediatur
perſonam promittentis, & ſtipulantis, & videtur di-
cendum, quòd tale pactum ſit perſonale, quòd non
egrediatur perſonam promittentis, & ſtipulantis, cùm
enim tale pactum ſit ſpecies ſervitutis, ideò regulan-
dum eſt juxta regulas ſervitutis, quæ regulariter quo-
tieſcunque non eſt pro ſervitio certæ rei conventa di-
cuntur perſonalis, ad Text. *in l. pecoris*, *ff. de ſervit. ru-
ſtic. præd. & in l. pater filia*, *ff. de dot. prælegat.* & latè
Capic. Latr. *conſult.* 109. *num.* 1. *& ſeqq. & numer.* 22.
quem videtur ſequi bo. mem. Eminentiſſ. de Luca *de
ſervit. diſc.* 85. *num.* 8 *&* 9. *circa fin.*

Contrarium tamen videtur dicendum, nam regula- 19
riter tales promiſſiones tranſeunt ad hæredes activè,
& paſſivè, licèt de eis non ſit facta mentio, per Text.
in l. 2. ubi gloſſ. *in verbo hæredes*, *Cod. de pact. inter
empt. & vendit.* Bornin. *deciſ.* 16. *num.* 27. Larrea *al-
legat.* 120. *ferè per tot.* Berlich. *part.* 2. *d. concl.* 40. *nu.*
70. *& ſeqq.* ubi etiam quòd ſi plures ſunt hæredes,
& aliqui nolint portiones nolentium aliis accreſcant,
Capic. Latr. *d. conſult.* 109. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 2. Rot.
coram Seraph. *deciſ.* 805. *num.* 1. *verſ. & hæc promiſſio*,
quam opinionem veriorem puto, quando in promiſ-
ſione non adeſt aliqua dictio taxativa, ſeu perſonalis,
putà dictio, *ipſe*, aut aliæ ſimiles, quæ denotent
pactum non tranſire ad hæredes, ut plenè probat Ti-
raq. *de retr. convent.* §. 2. *gloſſ.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* Me-
noch. *conſ.* 143. *num.* 25. Larrea *d. alleg.* 120. *numer.* 17.
Borgnin. *d. deciſ.* 16. *num.* 3. plenè bo. mem Eminen-
tiſſimus de Luca *de ſervit. diſc* 85. *à num.* 8. *uſque ad*
15. Rot. in Tiburtina Caſtri S. Angeli 26. Januarii
1654. §. *eoque minus*, coram Meltio, & latè etiam
Cancer. *var. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 120. Capzov. *add.
conſtit.* 32. *part.* 2. *definit.* 31. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quærendum tertiò, an res alienata poſſit ab eo,
cui eſt facta promiſſio prælationis vendicari, ſi tan-
tùm fuerit proceſſum ad actualem venditionem, non 20
autem ad traditionem, & licèt Carpzov. *ad d. con-
ſtit.* 32. *definit.* 10 latè defendat, quòd talis res ita
vendita, ſed non tradita poſſit vendicari agendo ex
Jure prælationis conventionalis ad complementum
conventionis, & ad faciendam venditionem ea ra-
tione, quòd nulla alia de cauſa videatur prohibita
vendicatio, quam quod re aliqua duobus vendita
ſemper

ſemper præferatur is, cui tradita fuic, per Text. *in l. quoties, Cod. de rei vendicat.* tamen contrarium verius exiſtimo, nam quotieſcunque pro obſervantia promiſſionis, & pacti non adeſt hypotheca, tunc currente illo, qui actualiter emit cum illo, in cujus favorem tale pactum adjectum eſt, præferendus eſt is, qui emit, quoniam non ex motivo *dictæ l. quoties* prohibita eſt talis vendicatio facta traditione tertio, ut præſupponit Carpzov. ſed ea ratione, quia is, cui eſt facta talis promiſſio nullam habet actionem realem, aut Jus in re, ſed tantùm actionem perſonalem ad intereſſa, quæ actio non afficit rem ipſam, ſed tantùm perſonam promiſſoris; Unde concurriente in eadem re emptore, qui habet actionem realem, & Jus in re, & è contra illo, cui fuit prælatio promiſſa, debet præferri emptor, qui habet potentius, Jus, Oldrad. *conſ.* 127. *numer. ſecund.* Gabr. *de emphyt. & vendit. concl.* 2. *numer.* 4. maximè, quia ſi is, qui promiſit vendere, etſi habeat facultatem rei tradendæ vendere non cogitur, nec alteri vendere prohibetur, ac præſtando intereſſe liberatur, ut dictum eſt in *quæſt* 20. fortius is qui promiſit alterum præferre poterit extraneo vendere, & quamvis non pervenerit ad traditionem, habeatque facultatem rei tradendæ nonniſi actione ad intereſſe conveniri poterit, & proindè dum præſtando intereſſa liberatur, evidens eſt, quòd non poterit ille, cui prælatio eſt promiſſa, agere pro rei vendicatione, & pro reſciſſione venditionis alteri factæ, quidquid dicat Carpzov. qui tamen loqui videtur in terminis ſpecialis Conſtitutionis id diſponentis.

21 Quærendum quartò, an competat tale Jus vendicandi rem alienatam in tertium quotieſcunque quis promiſit prælationem cum juramento, & videtur affirmativè reſpondendum, quia ita tenuit in ſpecie Berlich. *part.* 2. *d. concl.* 40. *numer.* 69. Rot. coram Seraphin. *decis.* 805. *numer.* 3. *& deciſ.* 58. *numer.* 6. *& ſeqq. part.* 6. *recent.* Add. ad Gregor. *deciſ.* 241. *numer.* 71. In contrariam tamen Sententiam venit Menoch. *conſ.* 122. *numer.* 22. *& ſeqq.* Gabr. *de empt. & & vendit. concl.* 2. *numer.* 4. Palma *conſult.* 13. *numer.* 7. 16. *& ſeqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 4 *tit.* 3. *numer.* 7. Cloch. *conſ.* 42. *numer.* 71. *tom.* 2. Gamma *deciſ. Luſit.* 371. *per tot.* & in ſpecie Rub. *conſ.* 146. *num.* 4. *& ſeqq.* Guidopap. *deciſ.* 569. *numer.* 6. *juncte numer.* 2. *& ſeq.* cui inclino, quia quando ita promittens alteri vendidit, & tradidit, tunc non habet amplius poteſtatem præſtandi factum, & vendendi, ideoque quamvis juraverit non poteſt præcisè co-
22 gi ad factum præſtandum, neque is, cui fuit promiſſum, poteſt agere contra poſſeſſorem rei, ut optimè diſtinguit Tondut. *quæſt Civil. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 4. *&* 5. Annot. ad Paitall. *expedit.* 74. *num.* 20. & Add. ad Gregor. videtur hanc concluſionem admittere, non obſtante deciſ. Seraphin. in cujus caſu concurrebat ſpecialis hypotheca adjecta pro obſervantia promiſſionis, & alia fuerunt conſiderata, quæ arctabant promiſſorem ad factum præcisè præſtandum.

Quærendum quintò, an idem dicendum ſit, ſi
23 emptor ſciviſſet bona illa ex pacto ſubjecta eſſe juri prælationis, & tali caſu bona ita alienata revocari poſſe tanquam in fraudem vendita putavit, Berlich. *part.* 2. *concl.* 40. *numer.* 64. *& ſeq.* Carpzov. Carpzov. *ad d. conſtit.* 32. *definit.* 12. *num.* 1. *& ſeq.* adhærendo communi opinioni DD. qui diſpoſitionem *l. quoties, C. de rei vendic.* limitant, quando ſecundus emptor, cui fuit res tradita conſcius erat venditionis alteri factæ, eo caſu dando actionem primo emptori ad revocandam emptionem in fraudem factam, ut probant Græve. Covarr. Mozz. adducti à Carpzov. & plures, quos allegat Caſtill. *controv. lib.* 5. *cap.* 80. *numer.* 24. *verſ. ſecundò neque*, Cald, *de empt. cap.* 27. *numer.* 30. Barboſ. *in d. l. quoties numer.* 18. ubi cordantes; Sed ego contrarium puto verius, quoniam termini d. limitationis, quam DD. *dictæ l. quoties* non benè conveniunt cum noſtris, illo enim caſu datur revocatoria, quia ſecundus emptor, qui ſciens rem primo alteri venditam eamdem emit, ac ſibi traditam accepit, cenletur fraudis particeps cùm ſciat per hanc traditionem venditorem omninò impediri ad tradendam rem venditam primo emptori, prout præcisè tenebatur habendo ejuſdem poſſeſſionem, & ex ea cauſa facultatem rei tradendæ, ideoque concludunt ob iſtam participationem fraudis competere revocatoriam, ut reaſſumptis antiquioribus, optimè explicat Covarr. *var. lib.* 2. *cap.* 19. *ſub numer.* 5. *verſ. cæteri autem Doctores*, in noſtro autem caſu ex tali ſcientia nulla poteſt conſiderari fraudis participatio, licèt enim ſciat emptor promiſſam alteri fuiſſe prælationem quia tamen ſcit, quod per iſtam promiſſionem nullam habet ſtipulator actionem ſuper re, nec poteſt cogere promiſſorem præcisè ad factum præſtandum, ſed tantùm agere actione perſonali ad intereſſe, nullam videtur committere fraudem, ſi emit ſciendo talem promiſſionem, dum ab illo, cui fuit promiſſum, non aufertur actio perſonalis, quam adhuc habet ad intereſſe, neque realis, quam nunquam habuit. nec actio præcisè compellendi promittentem ad factum, quia uſque ab initio iſta actione caruit, ceſſante igitur ratione fraudis, ceſſare quoque debet revocatoria, ut notum eſt, & latè explicat Covarr *ubi ſupra.*

Sed an tale pactum impediat alienationem, quæ fit per teſtamentum, vel aliam ultimam voluntatem, vel mediante ſucceſſione ab inteſtato, vel diviſione, aut venditione, quæ fit à promittente ſuis liberis videndus eſt Carpzov. *ad d. conſtit.* 32. *à definit.* 16. *uſque ad* 22. ubi latè

Quærendum ſextò, an ſi venditor fuerit interpellatus ad præferendum eum, cui competit prælatio ex pacto, aut contra cum fuit intentata lis pro prælatione obtinenda, poſſit is qui præferri vult contra empto- 24
rem, cui fuit res tradita, actionem dirigere, & poſſe, firmat Tiraquell. *de retract. convent.* §. 3. *gloſſ* 10. *numer.* 2 Cald. *de renovat. emphyt. lib* 1. *quæſt.* 7. *n.* 35. Afflict. *de jur. prot miſ.* §. 5. *nu.* 2. Rot. *deciſ.* 413. *numer.* 35. & 36. *part.* 16. *recent.* credentes, quòd ob vitium litigioſi habeatur traditio pro attentata, ac nullius momenti reſpectu prælationem petentis; Quæ opinio non videtur admittenda, etenim vitium litigioſi non cadit, niſi quando intentata eſt actio realis, aut illis ſimilis, non autem quando intentatur actio perſonalis, ut eſt communis opinio DD. *in l. fin. C. de litigioſ.* Cùm autem mediante tali pacto, ut dictum eſt, ſimplex actio perſonalis acquiratur meritò ipſa actione intentata vitium litigioſi adeſſe non poteſt; Nec obſtant DD. allegati qui contrarium affirmare videntur, quia Tiraq. diſcurrit de venditore cum pacto de retrovendendo qui interpellavit emptorem ad retrovendendum, cum oblatione pretii, hic enim certè poterat uti ſua actione contra Tertium qui emit, dum actionem in rem ſcriptam, & rei perſequutoriam habet. Afflictus verò loquitur de prælatione data à Lege, vel Statuto, cujus vigore actio in rem ſcripta conceditur, Caldas verò, & Rota loquuntur de prælatione danda proximioribus in renovatione emphyteuſis, cujus intuitu datur immiſſio,
& ſic actio ferè realis, ut plenè declarat Card. de Lu- 25
ca *de ſervit. diſc.* 105. *num.* 5. *& ſeq. & nu.* 10. *& ſeq.* Verum tamen eſt, quòd poteſt impedire venditionem faciendam non tantùm interpellando, ſed recurrendo ad Judicem petendo immiſſionem, quæ ei deneganda non eſt, ut notat Berlich. *deciſ.* 123. *per tot.* Armenzan *deciſ. Jan.* 44. *n.* 39 de quo etiam dubito, cùm immiſſio non poſſit peti ſola actione perſonali, ideò cogitandum relinquo.

26 Quærendum ſeptimò, quanto tempore debeat expectari poſt denunciationem is, cui ex pacto prælario competit, & concluſio eſt per duos menſes expectandum eſſe, ut plenè Berlich. *concl.* 40. *numer.* 55. apud quem concordantes, de quo tamen vide *in qu.* 4. *numero* 46.

27 Notandum eſt, quòd tale pactum non afficit viduam, cui ex Statuto certa bonorum Viri portio defertur, ipſa enim ſi fundum ob d. portionem aſſequuta fuit, poterit illum cuicunque vendere non obſtante pacto alium præferendi, quod non adſtringit ipſam, quæ jure Statutario, & non hæreditatio fundum recepit, ut plenè probat Carpzov. *ad d. conſtit.* 31. *definit.* 22. *per tot.*

QUÆSTIO VIII.

An Procurator poſſit Jus Prælationis petere, & an ad hoc Jus obtinendum requiratur ſpeciale mandatum.

SUMMARIUM.

1 *Procurator generalis non poteſt prælationem petere, cùm ad hoc requiratur ſpeciale mandatum.*

2 *Procurator ſine ſpeciali mandato, non poteſt explicare ea, quæ latent in animo principalis.*

3 *Procurator ſine ſpeciali mandato, non poteſt declarare libellum obſcurum à Domino productum.*

4 *Procurator Generalis, non poteſt adire hæreditatem, nec poteſt comparere nomine principalis uti hæredis.*

5 *Procurator Generaliter conſtitutus ad vendendum non poteſt habere fidem de pretio.*

Amplia quamvis habeat mandatum cum libera.

6 *Limita, ſi ſit Conſtitutus ad vendendum cum ampla facultate apponendi pacta, & conditiones ſibi benè viſas.*

Sublimita, ſi ſit Conſtitutus ad vendendum cum dicta ampla facultate, ſed pro certo, & limitato pretio.

7 *Ea quæ ſunt perſonalia, & pendent à libera alicujus voluntate, non poſſunt per alium expediri, nec alteri cedi.*

8 *Procurator ſpecialis poteſt exercere ea, quæ ſunt perſonalia, & cedi non valent.*

9 *Nominandi facultas eſt perſonaliſſima.*

10 *Amplia ut cedi non poſſit.*

11 *Imo quod nec tranſit ad hæredes.*

12 *Nec per Procuratorem exérceri poteſt.*

13 *Limita quando adeſt ſpeciale mandatum.*

14 *Eligendi facultas alicui ab homine conceſſa, nec cedi poteſt, nec ad hæredes tranſit.*

15 *Declara, nam per Procuratorem ſpecialem talis facultas exerceri poteſt.*

Imò Procuratore tali eligente, jus eligendi conſumitur, ac ſi per Dominum facta eſſet electio.

16 *Exequutor Teſtamenti, non poteſt cedere, aut committere alteri officium ſuum, nec illud ad hæredes tranſit.*

17 *Poteſt tamen ſpecialem ad exequendum conſtituere Procuratorem, niſi appareat electam fuiſſe exequutoris induſtriam.*

18 *Procurator cum libera poteſt facere ea omnia, quæ exigunt ſpeciale mandatum.*

19 *Procuratori cum libera, poteſt fieri ſolutio.*

Amplia ut talis Procurator poſſit terminum ſolutionis prorogare.

20 *Procurator cum libera abſque ſpeciali mandato, non poteſt petere prælationem.*

21 *Prælationis petitio, eſt poſita in pura voluntate Domini.*

22 *Declaratio animi, vel voluntatis, non poteſt fieri niſi à Procuratore ſpeciali.*

23 *Caducitas non poteſt remitti à Procuratore etiam cum libera.*

Declara quando fuit tali Procuratori facta ſolutio Canonis, & Dominus ſciens incurſam eſſe caducitatem, à Procuratore d. Canonem recepit.

24 *Caducitas incurſa ob Canonem non ſolutum, vel ob aliam Cauſam, declarari non poteſt à Procuratore etiam cum libera.*

Niſi talis declaratio eſſet evidenter utilis Eccleſiæ.

25 *Ratificare poteſt Principalis petitionem prælationis factam à Procuratore Generali.*

Ratificatio æquiparatur mandato, etiam in iis, quæ ſpeciale mandatum requirunt.

26 *Ratificatio retrotrahitur ad diem petitæ prælationis.*

27 *Ratificatio facta poſt quam eſt lapſum tempus datum pro prælatione petenda, non retrotrahitur.*

28 *Ratificatio non retrotrahitur poſt jus parti quæſitum.*

29 *Ratificatio tunc retrotrahitur, quando fit tempore, quo actus geri poterat.*

30 *Procurator habens mandatum Procuræ ſpeciale, illo non oſtenſo ante lapſum temporis dato pro prælatione petenda, præjudicat Domino, ita ut ipſe amplius non admittatur, declara ut num. 32.*

31 *Procurator petens prælationem nomine Domini, obligatus eſt oſtendere Inſtrumentum mandati Procuræ.*

32 *Declaratur opinio Tiraq. §. 1. gloſſ. 10. num. 92.*

33 *Conjunctus petens prælationem pro alio conjuncto amente, prodigo, vel furioſo, eſt admittendus.*

34 *Contrarium defenditur, cùm ſimiles perſonæ ſoleant habere Curatores ad quos ſpectabit prælationem petere.*

CONcluſio eſt indubitata, quòd Procurator Generalis non poteſt prælationem petere, Procurator verò ſpeciale mandatum habens benè poteſt Jus prælationis petere, ut latè tuetur Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 10. *num.* 97. *& ſeqq.* & *gloſſ.* 9. *num.* 264. Mantiens *l.* 8. *gloſſ.* 19. *num.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *nova recopilat.* Barboſ. *de claus. claus.* 35. *num.* 52. Gratian. *diſc. for. cap.* 957. *num.* 17. Uſell. *verbo ædificare, consl.* 62. *ſub. nu.* 53. *vers. & illud hic in fin.* Nigr. *de laud. tom.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 19. & 20. ubi quòd nec ſufficit mandatum datum à lege, *pag. mihi* 499. Carpan. *Stat. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 288 *& ſeqq.* 1

Quia ad prælationem obtinendam animi declaratio requiritur, & propterea quæ latent in animo per Procuratorem ſpeciale mandatum non habentem explicari non poſſunt, Angel. *in l. ſi quis intentione ambigua, ff. de iudic.* Alex. *cons.* 78. *num.* 14. *lib.* 5. Gregor. *decis.* 546. *num.* 13. Bich. *decis.* 500 *num.* 10. & *decis.* 377. *num.* 1. *in fin. part.* 1. *recent.* 2

Sic videmus, quòd Procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt declarare libellum obſcurum à Domino productum, Bald. *in l. idem Pomponius la* 2. *num.* 1. *ff. de rei vendic.* Alex. *in l. inter ſtipulantem* 83. §. 1. *nu.* 9. *ff. de verb. oblig & d. cons.* 78. *num.* 14. *vers. ideò libellum*, Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 35. *num.* 50. Rol. *cons.* 19. *num.* 3. *lib.* 3. 3

Ita etiam Procurator Generalis nequit tranſigere, ſpecialis verò poteſt. *l. mandato* 60. *ff. de procurat.*

Et per Procuratorem generalem non poteſt adiri hæreditas, nec ulla fieri comparitio nomine principalis uti hæredis, per ſpecialem verò Procuratorem hoc fieri non prohibetur, ad Tex. *in l. procuratorem* 89. ubi Bart. *num.* 1. & 2. & *l. ſi quis mihi bona*, §. *juſſum*, *ff. de acquir. hæred.* Alex. *d. cons.* 78 *num.* 15. *lib.* 5. Gregor. *decis.* 460 *num.* 2. Cavaler. *decis.* 272. *num.* 4. ubi etiam, quòd non ſufficit Notarium aſſerere ſe mandatum procuræ vidiſſe, & legiſſe, niſi aliundè appareat de eodem mandato. 4

Et Procurator conſtitutus ad vendendum non poteſt habere fidem de pretio, quamvis habeat mandatum, 5 cum libera, gloſſ. *in l. ſi Procurator* 5. *in fin. verbo ſoluto, ff. de Iur. Fiſc.* Bart. *in l. à Divo Pio*, §. *ſed ſi emptor nu.* 2 *ff. de re judic.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 319. *num.* 32. & 33.

6 *&* 33. ubi concordantes; Specialis verò poteſt, licèt etiam ſufficiat hoc caſu, quòd Procurator ſit conſtitutus ad vendendum cum ampla facultate apponendi pacta, & conditiones ſibi benè viſas, dummodò ooo ſit conſtitutus ad vendendum præſente pecunia, vel pro certo, & limitato pretiu, Bero. *cons.* 274. *num.* 3. *lib.* 1. Socin. Iun. *cons.* 21. *num.* 2. *lib.* 3. Leoncill. *decis.* 183. *num.* 4 Gregor. *decis.* 23. *num.* 4 *& dec.* 259. *num.* 8. *&* 9. apud Zacchi *de oblig. Camer.*

Sed obſtare videtur, quòd hoc Jus prælationis cedi non poteſt, & eſt perſonale, ut dixi in *quæſt.* 10. & proptereà per alium, quàm per eum cui datur, exerceri non
7 poteſt, cùm ea quæ ſunt perſonalia, & pendentia à libera alicujus voluntate non poſſet per alium expediri, juxta doctrinam Bart. *in l. per procuratorem* 89. *vers. item per meam voluntatem, ff de acquir. hæred.* ea enim, quæ conſiſtunt in animo, & ſunt voluntaria, ad alios tranſire non poſſunt, Gratian. *diſcept. for. cap.* 937. *numero* 17

8 Reſpondendum tamen eſt, quòd ea, quæ ſunt perſonalia, & cedi non valent, per ſpecialem procuratorem ad id conſtitutum exerceri poſſunt, *l. qui ita, § ff ad Trebell. l. ſi is, qui* 66. *ff. de procurat.* qui optimus eſt Text. ad hoc probandum, Igneus *in l. dudum num.* 36. *&* 40. *Cod. de contrahen. empt.* Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 2. *quæſt.* 6. *numer.* 22. *vers. quod licèt verum ſit.*

9 Proindè licèt nominandi facultas ſit perſonaliſſima, Cald. *d. q.* 3 *num.* 21 Rot *decis.* 38. *numero* 6 : . *part.* 6. *recent.* Coccin. *decis.* 2125 *num.* 1. *vers. deceſſit*, Olea *de ceſſ. Iur. tit.* 3. *quæſt.* 1. *numero* 42. latè Caſtill. *contr. Iur. lib.* 5. *cap.* 83. *num.* 8. *& ſeqq.*

10 Adeò ut nec cedi poſſit, ad Text. *in l. ſi ſtipulatus fuerim, ff. de verb. oblig* Molin, *de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *numera* 62. *&* 63, Caſtill. *d. cap.* 83. *numer.* 8. *& ſeqq* Cancer. *var. res p.* 3. *cap.* 21. *numero* 254 Mierez. *de Majorat. pars.* 1 *quæſt.* 44. *num.* 9. *& quæſt.* 48. *num* 187. *&* 190. *& ſeqq.* Gregor *decis* 456. *num.* 4. *& ſeqq* cum declarationibus per iſtos DD. adductis, Antunez. *de don. reg. cap.* 27. *part. numera* 2. *&* 3. ubi de facultate nominandi conceſſa in inveſtitura, quæ abſque dubio non poteſt cedi, nec ad hæredes tranſit.

11 Nec tranſeat ad hæredes, Sord. *decis.* 326. *num.* 3. *&* 7. Rim. *cons* 591. *per tot.* Caſtill. *d. cap.* 183. *nu.* 8. 9. 10. *&* 11, Mierez. *dict. quæſt.* 44. *numer.* 97 *& ſeqq.* 48 *numer.* 191. 192. 19. *& multis ſeqq.* ubi etiam declarationes, & limitationes.

12 Nec per Procuratorem exerceri poſſit, latè Celd. *de Iur emphyt, lib.* 2. *quæſt.* 6. *numero* 20. *&* et. Rot. *decis.* 38. *numer.* 62 *p.* 6. *recent.* *& decis.* 22, *numer.* 1. *&* 3. *part.* 16. *recent.*

Tamen per Procuratorem ſpeciale mandatum ha-
13 bentem benè poteſt fieri nominatio, latè Cald. *dict. quæſt. numera* 12. *& ſeqq.* Olea *de ceſſ Iur. tit.* 3. *quæſt. ſub* 42. *vers. qui aſſerit.*

Ita quoque licèt intelligendi facultas elicui ab ho-
14 mine conceſſa cedi non poſſit, neque ad hæredes tranſeat, cùm ſit perſonaliſſima, ad Text. *in l. cùm quidam* 24. *& l. unum ex familia, §. Sed etſi, ff. de legat.* 2. Molin. *dicto cap.* 4. *numer.* 60. *&* 93. Mierez. *d. quæſt.* 44. *numero* 97. *& ſeqq.* Ripolt *var. reſ. cap.* 13. *numer.* 523. Caſtill. *d. cap.* 183. *numer.* 8. *&* 9. ubi diſtinguit, & plenè Antunez *de donat. reg. part.* 3. *cap.* 27. *per tot. ubi ampliat. & limitat. ad hanc regulam.*

Tamen per Procuratorem ſpecialem hæc facultas
15 poteſt exerceri, quo Procuratore eligente, jus eligendi conſumitur, ac ſi per Dominum facta eſſet electio, Text. *cum optimo Summario in l. ſi is, qui ſtic um* 66. *ff de procurat* Igneus *in l. dudum num.* 40. *C. de contrah. empt.* Olea *de ceſſ Iur. d quæſt.* 1. *numer.* 42. *verſ qui aſſerit.* Cald. *d. q.* 6. *num* 27. ubi plenè.

Si etiam Exequutor Teſtamenti cedere non poteſt,
16 aut committere officium ſuum alteri, cùm ſit perſonaliſſimum, nec ad hæredes tranſeat, ad Text. *in l. nulli, §. etſi quidem, C. de Epiſc. & Cleric.* Carpio *de exequutor. lib.* 1. *cap.* 19. *per tot.* Noalis *de tranſmiſſ. caſu* 51. ubi plenè Merlin. *contr.* 84. *cent.* 1. *lib.* 1. *ubi ampliat. & limit.* quas etiam effert Giurb. *ad conſ. Meſſan. cap.* 2. *gloſſ.* 10. *part.* 1. *num.* 45. *& ſeqq.*

Tamen quando non apparet electam fuiſſe à Teſtatore ipſius Exequutoris induſtriam, poteſt Exequutor 17
ſpecialem ad exequendum conſtituere Procuratorem, Caſtr. *conſil* 13. *num.* 4. *lib* 1. Maſull. ad Capyc. *decis.* 205. *num* 3. Giurb. *d. gloſſ.* 10. *cap.* 2. *num.* 46. *ubi nu.* 55. dicit, quòd ſi talis Exequutor habeat à Teſtatore facultatem ſubſtituendi, & Procuratorem eligat, iſte Procurator dicitur Procurator Teſtatoris, & non ſubſtituentis, qui ideò etiam poſt mortem ſubſtituentis revocari non poteſt, & ita remanet probata noſtra concluſio.

Sed dubium ſuboritur, an Procurator habens mandatum cum libera poſſit hoc Jus prælationis petere; Et concludendum videtur, quòd poſſit, quia mandatum 18
cum libera æquiparatur mandato ſpeciali, ad Text. *in l. Procurator, cui generaliter* 58. ubi quòd talis Procurator poteſt exigere, & aliud pro alio permutare, *ff de procurat.* Covar. *var lib* 1. *cap.* 6. *num.* 3. *verſ. quintus*, Mart. *de clauſ. clauſ.* 26. *num.* 3. & Procurator cum libera poteſt facere ea, quæ exigunt ſpeciale mandatum, Magon. *deciſ. Lucens.* 51. *num.* 7 Grat. *diſcept. cap.* 56 *numero* 12. Andreol. *contr.* 183. *numero* 4.

Et proptereà poſſe ſolvi tali Procuratori, per Text. 19
in l. verò Procuratori, & l. qui hominem, §. ſi Titium, ff. de ſolut. concludunt Mart. *de claus. clauſ.* 26. *num.* 2. Cald *de empt. & vendit. cap.* 23. *num.* 6. & poſſe cum ſolutionis terminum prorogare dixi idem Cald. *de empt. cap.* 23. *num.* 5 ubi cætera.

Sed veritas eſt, quòd talis Procurator cum libera non poteſt petere prælationem abſque ſpeciali manda- 20
to, ut in puncto concludit Tiraquell. *de retract. lignag. d. gloſſ.* 10. §. 1. *num.* 101. *verſ. nec tamen omittendum*, ubi tamen contrarium firmare videtur Mantienſ. *l.* 8. *gloſſ.* 9. *num.* 13. *titul.* 11. *lib.* 5. *nova recopilat.* Barboſ. *dicta clauſ.* 33. Nigr. *de laudim. tom.* 1. *q.* 31. *num* 15. *& ſeqq. & num.* 27. *& ſeqq. ac num.* 30. Caſtropal. *de Iuſt. commut. diſput.* 3. *punct.* 31. § 3. *numer.* 21. *oper. tom.* 7. *fol.* 417.

Quia cùm petitio prælationis ſit poſita in pure vo- 21
luntate volentis eo Jure uti, ut dixi, & probat idem Barboſ. *d. clauſ.* 35. *num.* 52. Niger. *de laud. d. q.* 31. *nu.* 19 utique iſtius voluntatis, animique declaratio non-
niſi à Procuratore ſpeciali fieri poteſt. Bart. *in inter* 22
ſtipulantem, §. 1. *verſ. item dica, ff. de verb. obligat.* Natta *conſ* 230. *num.* 8. Rol. *conſ.* 19. *num.* 2. *vol.* 3. Surd. *decis.* 89. *num.* 10.

Et videmus in ſimili quòd Procurator etiam cum li- 23
bera non poteſt remittere caducitatem, ad quam remittendam requiritur ſpeciale mandatum, Menoch. *conſ.* 460. *num.* 14. Grat *deciſ. March* 4. *nu.* 28 Surd. *dec.* 161. *n.* 15. Barboſ. *d clauſ* 35. *nu.* 44. de qua re videndus Hodiern. ad Surd. *d. decis.* 181. *per tot.* Quidquid ſit quando Dominus recepit à Procuratore Canonem ipſi ſolutum poſt jam incurſam caducitatem, quia tunc dicitur ratificaſſe, Grat *diſc.* 673. *numer.* 41. *& ſeqq.* Anno. ad Paitell. *expedit.* 10. *num* 76.

Nec eam, ob Canonem non ſolutum, aut ob aliam 24
cauſam commiſſam eſſe declarare poteſt, cùm etiam ad hoc declarandum ſpeciale exigatur mandatum. Bero. *conſ.* 131. *n.* 18 *lib.* 1. Burſatt. *conſ.* 253. *n.* 20. *& cons* 233. *n.* 9. Surd. *d. deciſ.* 181. *n.* 14. Verall. *decis.* 301 *pars.* 1. Barboſ. *d. clauſ.* 33. *nu.* 43. *&* 45. Andreol. *contr.* 183. *nu.* 5. quidquid dixerit Grat. *diſcept. for. cap.* 738. *n.* 23. 24. *&* 25 Actolin. *reſ. for.* 91. *numer.* 31. *&* 32. *& ſeqq* cujus tamen dicta poſſent habere locum, quando declaratio eſſet evidenter utilis Eccleſiæ, ut ipſe Actolin. ſubjungit.

Sed

25 Sed difficultas ſuboritur, an ſcilicet poſſis principalis, & ille, ad quem ſpectas prælationem petere, ratificare geſta per Procuratorem ſine mandato, & ſic per iſtam ratificationem petitio convalidetur.

Reſpondeo, quòd permittitur ratificatio geſtorum per talem Procuratorem, Tiraq *d. gloſſ.* 10 *num.* 99. Menoch *conſ.* 736. *num.* 14. *&* 15. Duard. *de Cenſ.* § 4. *q.* 14. *num.* 3. Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 289 *& ſeqq.* Quia ratificatio æquiparatur mandato, etiam in iis, quæ ſpeciale mandatum requirunt, ad Text. *in l quod ſi ſpeciale* 26. *ff de minor.* Gabr. *conſil* 194. *num.* 5 *lib.* 4. Surd. *deciſ.* 150. *num.* 12. Add. ad Gregor. *deciſ.* 295. *num.* 6 Dunoz. Jun. *dec.* 733. *numer.* 6. *& dec.* 478. *num.* 25.

26 Et ſicuti ſi ſpeciale mandatum ab initio præceſſiſſet, nulli dubium eſſet, quin petitio valeret, ita etiam intercedente poſt petitionem ratihabitione, quæ retrotrahitur ad diem factæ petitionis, juxta reſponſum Vulpiani *in l. licèt verum* 56. *ff de Iudic.* & apertam Juſtiniani ſanctionem *in l. fin. C. ad S. C. Maceden.*

Adverte tamen, quòd talia ratificatio fieri deberet, antequam tempus datum à lege ad petendam
27 prælationem labi contigerit, nam ſi petatur poſt tempus; tunc non retrotrahitur, ut videtur tenere Tiraquell. *d. gloſſ.* 10. *num.* 88 *&* 99. & optimè concludit Grat. *diſcept. for. cap.* 957. *num.* 18 Mantienſ. *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat. gloſſ.* 14. *num.* 16. ubi etiam Azebed *num* 21, Caſtropal. *oper. mor. tom.* 7. *de Iuſtit. diſp.* 5. *punct.* 31. §. 3 *num.* 22. Carpan. *ubi ſupra.*

Quia hæc ratificatio ſi retrotraheretur eſſet in præju-
28 dicium ementia, qui jam poſt lapſum temporis jus quæſivit, quo caſu non eſt admittenda retrotractio, Alex. *conſ.* 78. *num.* 20. *lib.* 5. Surd. *conſil.* 8. *num.* 18. *lib.* 1. *l.* 1. *& deciſ.* 245. *num.* 8. Grat. *d. cap.* 957. *numero* 18.

Sive quia res non eſt ampliùs integra, nec in eo ſtatu in quo geſtus fuit actus, qui ratificatur, quando ratificatio fit extra tempus ſtatutum, ac proindè retrotrahi non debet, Alex. *d. conſil.* 78. *num.* 25. Si-
29 ve tandem, quia tunc ratificatio retrotrahitur, quando fit tempore, quo actus, geri, & petitio fieri poterat, juxta Text ſingularem *in l. bonorum poſſeſſionem* 23 *ff. rem. rat. haberi*, ſed poſt tempus elapſum datum ad prælationem obtinendam, certum eſt, quòd non potuiſſet admiti is cui debetur prælatio ad eam petendam, ergo nec admittitur ratificationis retrotractio, ut benè probat idem Text. *in l. bonorum poſſeſſionem.*

Major inſurgit difficultas, an ſcilicet ſi qui habeat mandatum Procuræ ſpeciale ad prælationem petendam, & intra tempus præfixum prælationem petat, ſed de mandato non doceat, valeat talis petitio, ſi poſt tempus datum ad prælationem obtinendam de mandato doceat.

30 Et Tiraquell. *d. gloſſ* 10. *num.* 92. reſpondet, quòd non poteſt petitio ſuum effectum operari, quia paria ſunt non facere, aut minus ſufficienter facere intra tempus Statutum.

Præſertim quia is, qui uti Procurator comparet ad prælationem petendam non ſolùm eſt obligatus oſtendere Inſtrumentum mandati, ſed etiam illud legere, ſive ad legendum dare, vel ipſius exemplum
31 tradere ſi id emptor poſtulet, ut etiam tenet Tiraquel. *dict. gloſſ.* 1.. *num.* 105. *&* 106. & ſequitur Carpan. *dict. cap.* 417. *num.* 291. ubi quòd nec ſufficit promiſſio de rato ipſius procuratoris.

Melius eſt diſtinguere, nam aut quæritur an Judex, qui ſine mandato procuratorem admiſit, validè judicaverit, & dices, quod ſi poſtea de mandato conſtet
32 verè contracto antequam prælationem obtinuiſſet, admiſſio eſt valida, cùm in Judicialibus ſufficiat quandocunque de mandato docere, aut quæritur, utrum poſſit conqueri is, qui ſine mandato fuit à Judice repulſus, & non potuit poſtea amplius lapſo termino obtinere, & concludas quod non, ita Azebed. *ad d. l.* 8. *num.* 23. Caſtropal. *dict.* §. 3. *num.* 21. *circa fin. ſed vide*, Alex. *conſil.* 78. *num.* 8. *ad* 12. *lib.* 5, cujus dicta contrarium decidere videntur, ſcilicet quod non valeat.

Sed ſi conjonctus ageret pro conjuncto amenti: tamen, prodigo, vel furioſo ad prælationem obtinendam; quòd poſſit concludunt Mantienſ. *ad l.* 5. *recollect. legum Hiſpan. tit.* 11. *de empt. & vent. l.* 8. *gloſſ.* 14. *num.* 13. *in fin.* Niger. *de laud. tom* 1. *quæſt.* 31 *num.* 21. *fol. mihi* 499. Tiraq. *de gloſſ.* 10. *numer* 98. *&* 99. *ac ſeq.* 33

Sed concludas negativè per Text. *in l. Patri juncta l. illud, ff. de minor.* Caſtropal. *d.* §. 3 *num.* 22. quia ſi eſt prodigus, vel furioſus conjunctus, ſpectabit ad ſuum Curatorem prælationem petere, ſi verò talis non eſt quomodo unquam dicere valemus, quod animi declaratio poſſit per organum alterius conjuncti explicari. 34

QUÆSTIO IX.

An admittatur quis ad prælationem petendam pro alio, & an prælatio locum habeat quando ſubeſt præſumptio, quod quis eam petat pro alio.

SUMMARIUM.

1 *Prælatio non poteſt peti pro alio neque ad alterius beneficium.*

2 *Prælationem qui vult, in uſum ſuum eam debet petere, non autem in utilitatem alterius.*

3 *Prælatio deneganda eſt ei qui vere ſimiliter non pro ſe, ſed pro alio eam petit.*

4 *Prælationem petens admittendus non eſt, quando apparet, quòd res non eſt in poſſe prælationem petentis longo tempore permanſura.*

5 *Prælationis jus eſt annexum perſonæ, nec unquam cedi poteſt.*

6 *Dominus directus non eſt admittendus ad prælationem petendam pro alio.*

7 *Amplia in Barone, in Agnatis prælationem petentibus in re feudali, in vicino, & aliis ſimilibus.*

8 *Amplia ut nec iſti admittantur ad prælationem petendam pro Amico.*

9 *Fraus non poteſt fieri lege de perſona ad perſonam.*

10 *Prælationem an quis petat pro ſe, vel in alterius commodum dignoſcitur ex conjecturis.*

Et ad hoc dignoſcendum qualitas perſonarum rerum, & loci conſiderari ſolet.

Imò ſufficit unica conjectura.

11 *Iudicis arbitrio relinquitur dignoſcere, utrum quis prælationem petat ad ſui commodum, vel ad alterius utilitatem.*

12 *Sententia admittens quem ad prælationem non obſtantibus conjecturis pro fraude adductis, ſi non eſt nulla, ut tenuit Caſtillus, ſaltem eſt injuſta.*

13 *Fraudis conjectura deducitur, ſi is qui prælationem obtinuit, alteri ipſam rem conceſſit.*

14 *Amplia ſignanter ſi per breve tempus hoc fecerit.*

Simulatio, & colluſio præſumitur ex brevitate temporis.

15 *Fraude detecta is qui paſſus eſt prælationem habet jus recuperandi rem.*

Quamvis rem relaxaverit ſine ulla proteſtatione, vel præſervatione jurium.

16 *Fraudis vel colluſionis timore exiſtente, poteſt ferri ſententia ſub conditione prælationem concedendo pro perſona petentis tantum.*

17 *Declara quando iſte timor fraudis viget tempore quo litigatur, vel quando quis prius ceſſit prælationis jus alteri, & poſtea pro ſe petit ut num 18.*

Cedens prælationis beneficium alteri poteſt poſtea pro ſe petere, ſi ceſſio ſit nulla.

19 De-

19 *Declara id precedere, quando ceſſio fuit facta ante petitum, & conceſſam prælationem, ſecus ſi fuit facta poſt jam conceſſam prælationem, & conſignatam rem.*

20 *Prælationem obtinens non prohibetur poſt aliquod tempus conſiderabile rem alteri vendere, ſi ab initio non appareat de fraude.*

21 *Fraudis, & colluſionis præſumptio deducitur ſi prælationem petens ſit pauper, & neceſſe ſit, quod ab alio mutuò pecunias recipiat pro ſolutione, & numero 22.*

23 *Ampl. præ'ertim ſi Procuratores, & Advocati immunitis compareant in cauſa pro prælationem petente, mutuante tamen expenſas ſubminiſtrante.*

24 *Ampl. ſi probetur pecuniam mutuò recepiſſe ab eo, qui rem illam habere exoptaret,*

25 *Ampl. ſignanter ſi is, qui mutuavit confine habebat prædium cum prædio vendito.*

26 *Declara hoc procedere quando ultra mutuum aliqua alia circumſtantia ex prædictis accederet nam ſolum mutuum ad fraudem detegendum, & prælationem petentem repellendum non ſufficit.*

27 *Fraudis, & colluſionis præſumptio deducitur, quando quis depoſuit pecunias pro eo cui competebat jus prælationis, & ejus nomine prælationem petebat, expenſas litis de proprio ſubminiſtrans.*

28 *Fraudis etiam conjectura deducitur ex nimia inveriſimilitudine.*

Prælationem, quod quis petat pro alio, & non pro ſe probatur ex publica voce, & fama, vel ex extrajudiciali confeſſione, vel ex teſtibus ſingularibus, vel ex unico teſte junctis adminiculis.

29 *Prælationem petens antequam admittatur, tenetur, jurare, ſe ad ſui commodum, & non in alterius favorem prælationem petere.*

30 *Ampl. ut etiam hoc juramento præſtito, adhuc Reus admittatur ad probandum, quod quis petit præferri in alterius utilitatem.*

31 *Contrarium, quòd ſcilicet nullo modo teneatur jurare verius defenditur.*

Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.

32 *Declarantur Tiraquel. Parlador. & alii ſimiles, qui loquuntur de regibus tale juramentum exigentibus.*

Opinio Cald. declaratur procedere in caſibus, in quibus adeſt magnus fraudis, & colluſionis timor, quibus caſibus poteſt Iudex vi ſui arbitrii præcipere quod prælationem petens juret.

1 EXploratì Juris eſt, quòd nemo eſt admittendus ad prælationem petendam pro alio, DD. *in l. ad officium*, ubi Albeiic. *num. 3. C. commun. divid.* Rendell. *jur. protomiſ. fol.* 320. *num.* 11. Intriglioi. *ſingul.* 339. *tom.* 11. de Luca ad Franch *deciſ.* 226. *num.* 10. Coſta *de ration. rat. quæſt.* 100. *num.* 3. Lattea *alleg.* 12. *num.* 35. Prat. *diſ. for. com.* 2. *cap* 1. *num.* 44. Giurba *ad conſuet. Senat. Meſſan. gloſſ.* 9 *part.* 1. *cap.* 1. *nu.* 25. Olea *de ceſſ. Iur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 10. *verſ. nemo namque*, & Add. ad eundem *num.* 29. Parlador. *quotid. diff.* 109. §. 5. *num.* 18. *& ſeqq.* plenè Ciarlio. *contr.* 121. *num.* 44. *& ſeqq.* de Marin. *quotid. reſol. lib.* 2. *cap.* 116. *num.* 47. *& alleg.* 127. *num.* 19. *&* 20. Didac. de Mar. in addit. ad Gizzarel. *decis.* 6. *num.* 25. *& ſeqq.* Peregrin *decis. Patav.* 19. *numer.* 14. *cum ſeqq.* Oſaſc. *decis.* 156. Aponte *decis.* 3. *num.* 28. *& decis.* 28. *num.* 12. Giurba *decis.* 51. *num.* 5 *& ſeqq.* Capyc. Latr. *decis.* 57. *num.* 51. *& ſeqq.* Neque ad alterius Beneficium, Didac. de Marin. in Addit. ad. *d. decis.* 6. *num.* 25. *& ſeqq.* Aponte *dicta decis.* 28. *num.* 12. & alii præcitati; is enim qui prælationem vult ad ſui commodum,
2 & in uſum ſuum eam debet petere, non autem in utilitatem alterius, ac in fraudem emptoris, Caſtil. *decis.* 89. *num.* 16. unde in hac re perniciosè peccari inquit Gail. *pract. obſerv. lib.* 2. *obs.* 19. *num.* 10. & propterea denegandam eſſe prælationem ei qui veriſimiliter non pro ſe, ſed pro alio eam petit, dixerunt Prat. *diſcept. dicto cap.* 1. *num.* 44. Add. Oleam *dicta quæſt.* 2. *tit.* 3. 3
num. 29. Iacob. Novel. *de jur. protomiſ.* §. 5 *num.* 49. Capyc. Latr. *dicta decis.* 57. *num.* 43. Quando enim res 4
ſuper qua petitur prælatio non eſt in poſſe petentis longo tempore permanſura, rejiciendus eſt eam petens, Guidopap. *decis.* 411. Urſil. ad Afflict. *decis.* 238. *num.* 6. de Marin. *dict. cap.* 116. *num.* 47. *& d. alleg.* 127. *numer.* 20.

Et meritò, quia cùm hoc Ius ſit annexum perſonæ prælationem petenti, nec valeat ullo modo cedi ut di- 5
ctum eſt in quæſt. 10. nec debet permitti, quòd quis pro alio prælationem petat, ne eveniat quod concedatur mediante modo fraudulento, & indirecto id, quod non conceditur mediante modo directo, & directo contra omnes Iuris regulas, quidquid dixerint Boer. *deciſ* 139. & ejus ſequaces, cum contra eos vigeat communis opinio.

Unde Dominus directus non eſt admittendus ad prælationem petendam pro alio, ſed pro ſe tantum, 6
Iaſon. & alii *in l. final C. de Iur. emphyt.* Guidopap. *d. decis.* 411. Oſaſc. *decis.* 156. Franc. *decis.* 226. *num.* 2. Aponte *decis.* 3 *num.* 28. Giurba *d. decis.* 51. *num.* 6. Urſil. ad Afflict *decis* 238. *num* 6. Cald. *de Iur emphyt. lib.* 4 *cap.* 13. *num* 34. *vers. ubi reſolvit.*, Gizzarel. *decis.* 6. *num.* 16.

Idem de Barone plerè probat Capoblanc. *de Ba-* 7
ron. tom 1. *prag.* 1. *num.* 157 *fol.* 47. Giurba *ad conſuet. Senat. Meſſan. cap* 1. *glos.* 9. *num.* 25. *in fin.* Lanar. *in addit ad patruum in §. ſed etiam vos per quos fiat inveſtitura num.* 31. *fol. mihi* 327. & de Agnatis feudum retrahere prætendentibus, Capyc. Latr. *dicta decis.* 57. *num.* 41. *& ſeqq.* de Marin. *dicto cap.* 116. *& alleg.* 127. & de Vicino retractum pro alio petente Gizzarel. *decis.* 6. *num.* 12. Ciroc. *diſcept.* 29. *numer.* 71. Hieron. Palma *alleg.* 8. *num.* 35.

Adeo nec pro Amico admittatur quis ad prælatio-
nem petendam, Guidopap *d. decis.* 411. Oſaſc *dicta* 8
decis 156. Urſil. ad Afflict. *d. decis.* 238. *num.* 6. Capiblanc *dicta pragm.* 1. *num.* 157. Sola *ad Conſuetud. Saband tit. de Iur. emphyt.* §. *in caſibus gloſſ* 1. *ſub. num.* 7. *verſ. ubi tamen Dominus*, *fol. mihi* 59. Nigr. *de Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 59. *num.* 34. *fol. mihi* 294.

Et quidem Iure optimo quia alias fieret fraus legi 9
de perſona ad perſonam, quod fieri prohibetur. Giurba *dicta decis.* 51. *num.* 7. Didac. de Mar. in addit. ad Gizzarel. *de decis.* 6. *num.* 16. *in fin.*

Sufficit itaque ut quis repellatur à petitione talis Beneficii per præſumptiones, & conjecturas probare, quod ad ſui commodum, ſed in alterius utilitatem
præferri petat, & ſic fraudulenter in Iudicio compa- 10
reat, ad quod dignoſcendum qualitas perſonarum rerum, & loci conſiderari ſolet Afflict. *de Iur. protom.* §. 4. *num.* 8. Benedel. *eodem tract* §. *ideoque illi*, *num.* 6. Parlador. *diff.* 109. §. 5. *numer.* 19. *in fin.* Giurba *d. deciſ.* 51. *num.* 11. ubi quòd unica tantum conjectura ſufficit, de Marin. *d. cap.* 116. *num.* 47. *verſ. id quod etiam*, *in medio*, *& dicta alleg.* 127. *num.* 20. *verſ. & omnium*, Caſtil. *dicta deciſ* 89. *numer.* 18. *&* 19. ubi
quòd ſufficit unica conjectura, & quòd totum id re- 11
linquitur Iudicis arbitrio, Hieron. Palma *alleg.* 8. *num.* 36. Eminentiſs. Otthubon. *deciſ.* 268 *num* 10.

Et ſi ſententia non obſtantibus conjecturis pro frau-
de adductis proferatur, ſi non erit ipſo Iure nulla, ut 12
tenuit Caſtil. *d. deciſ.* 89. *num.* 12. ſaltem ab Iniuſtitiæ evidentis nota ſalvari non poteſt.

Optima igitur erit colluſionis conjectura ſi is, qui
prælationem petiit, & eam obtinuit alteri ipſam rem 13
conceſſerit, Urſil. ad Afflict. *dicta deciſ.* 238. *numer.* 6. qui ſic deciſum refert Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 5. *gloſſ. unic. num.* 4. *fol. mihi* 213 de Marin. *dict. cap* 116. *num.* 47 Olea *de ceſſion. jur. dict. quæſt.* 2. *numero* 12.

Roc

Rot. coram Mantic. *deciſ.* 10. *num.* 9. præſertim ſi poſt
14 breve tempus hoc fecerit, ex brevitate enim tempo-
ris colluſio, & ſimulatio præſumitur, Tiraq, *d. tract.*
§. 1. *gloſ.* 7. *num.* 77. *& ſeqq.* Caſtil., *d. deciſ.* 89. *num.*
21. Capyc. Latr. *d. decis.* 57. *num.* 47. Et iſto caſu ſal-
15 va erunt Iura prælationem patientis fraude iſta dete-
cta rem recuperandi, ut dixit Rip. *in l.* 1. *num.* 10. *ff*
de privil. credit. Mantienſ. *l.* 5. *recopil. glos.* 12. *tit.* 11.
num. 2. Tiraq. *d.* §. 5. *glos. unic. num.* 3. ubi quòd non
requiritur alia proteſtatio, ſive præſervatio Iurium, Urſil.
ad Afflict. *d. deciſ.* 238 *numer.* 6. de Marin. *d. cap.* 116.
num. 47. Capyc. Latr. *d. deciſ.* 57. *num.* 47. Mantic. *d.*
deciſ. 10. *num.* 9. quòd apertiſſimè probatur per Text.
in §. *ſed etiam res per quos fiat inveſtit.* ubi prius diſpo-
nitur, quòd certis caſibus in quibus Agnati extraneis
præferuntur in emptione, non præferantur in conceſ-
ſione in feudum, & poſteà dicitur: *niſi fiat in fraudem*
noſtræ conſuetudinis, vel leges novæ, bo. me. Lotharii, &c.
tunc enim reſciſſa inveſtitura reddito à te. vel ab alio
pretio quod dederit is qui inveſtituram accepit, compel-
latur rem tibi reſtituere, qui Text. mirificè congruit
ad probandum quòd detecta fraude ſalva ſunt Iura præ
lationem petentis; unde eodem modo illæſa manere
debent Iura prælationem patientis, ut ſervetur æqua-
litas.

Et quamvis Capyc. Latr. *d. deciſ.* 57. *numer.* 48. &
16 Caſtill. *d. deciſ.* 244. dixerint, quòd quando adeſt
timor fraudis, & colluſionis proferri poſſit ſententia,
vel ſub conditione, vel condemnans poſſidentem ad
relaxandam rem, atque prælationem concedens pro
petentis perſona tantùm; Tamen hoc procedit quan-
do iſte timor fraudis viget eo tempore quo litigatur,
vel quando quis priùs ceſſit prælationis beneficium ali-
17 cui, & poſteà pro ſe petat, quòd poſſe fieri tanquam
ſit nulla ceſſio, neque Iuris impeditiva non dubita-
runt Cyriac; *controv.* 254. *num.* 21. *& ſeqq.* Ciarlin
controv. cap. 121. *num.* 56. *verſic. Et quamvis*, tunc
enim etſi verè quis pro ſe petat, nec adſint indicia,
18 & conjecturæ ſufficientes pro oſtendenda fraude,
cumque repellendo à petita prælatione poteſt profer-
ri ſententia ſub conditione, vel beneficium conce-
dens petenti tantùm, & non alteri præcedente illo
timore fraudis, dum prius alteri beneficium illud ceſ-
ſerat, quod licèt poſteà nullam ſufficientem colluſio-
nis conjecturam inducat, non poteſt dubitari quin
ſummum, & timorem magnum fraudis arguat.

Quòd ſi jam ſit facta venditio, & conceſſa prælatio,
ac poſteà non multo elapſo tempore is qui prælatio-
nem obtinuit rem alteri ceſſerit, tunc ut dictum eſt
19 competit facultas illi qui paſſus fuit prælationem rem
recuperandi. nec poterit cedens clypeo nullitatis ceſ-
ſionis ſe tueri, nam licèt ceſſio nullius ſit roboris, ta-
men non eſt qui neget, quòd ex illa arguatur animus,
& voluntas ejuſdem cedentis, rem pro ſe non retinen-
di, Dec. *conſil.* 407. *num.* 25. Gregor. *deciſ* 476. *num.* 3.
Penia *deciſ* 45. *num.* 6. Merlin. *deciſ.* 447. *numer.* 16.
Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 27. *&*
alibi paſſim, qui animus ſufficiebat, ut ipſe uſque ab
initio excluſus eſſet à prælationis beneficio, ac ſi pe-
tiiſſet prælationem in re quæ non erat in ejus poſſe lon-
go tempore permanſura, ut jam probatum fuit, ſive
melius, quia comperto quòd in fraudem quis præla-
tionem petierit competit jus rem redhibendi ex præ-
dictis.

Non tamen nego, quòd ceſſante ab initio fraude,
20 puta quia non poſſit apparere quòd quando quis petiit
& obtinuit, prælationem habeat animum eam pro alio
obtinendi valeatis, qui eam obtinuit rem poſt aliquod
tempus alienare, Amad. à Ponte *de laudem quæſt.* 16.
num. 6. *& ſeqq* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 26. *gl.* 1. *nu.*
43. Nigr. *de laudem. tom.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 34. *in fin.*
mihi 9. Lanar. *in addit. ad* §. *ſed etiam res num.* 32.
per quos fiat inveſtit. fol. mihi 377. de Luca ad Franc.
obſerv. 226. *num.* 4. *verſic. revocat*, Ciarlin. *dicto cap.*
121. *num.* 56. Cyriac. *dict. contr.* 254. *num.* 24. *& ſeq.*
quòd quidem tempus elapſum poſt obtentam præla-
tionem, & factam ceſſionem non niſi recti Iudicis
arbitrio relinqui poteſt, ut dignoſcat juxta facti con-
tingentiam, an verè cadere poſſit fraus, vel non.

Maxima etiam erit colluſionis, ac fraudis præſum-
ptio, ſi is qui prælationem petit ſit pauper & inhabilis 21
ad ſolvendum pecunias neceſſarias pro talis beneficii
uſu, adeout neceſſe ſit, quod ab alio pecunias mutuo
recipiat pro ſolutione, hoc enim caſu excludendum
eſſe prælationem prætendentem conſuluit Veral. *decis.*
141. *part.* 1. cujus fuit tanta auctoritas, ut eum clauſis
oculis ſequuta fuerint plura Tribunalia, ut per Giurb.
d. decis. 51. *num.* 12. Capyc. Latr. *d. decis.* 5 *num* 44. 22
50. *& ſeqq.* ubi de muliere quæ modicam habebat do-
tem, & ſi volebat prælationem obtinere neceſſe ha-
bebat pro pretio deponendo vendere ſtabilia, ſequi-
tur Hieron. Palm. *alleg.* 8. *numer.* 40. *& ſeq* Olea *de*
ceſſ. jur. tit. 3. *quæſt.* 2. *num.* 11. de Marin. *d. alleg.* 127.
num. 10. *& ſeq. & d. cap.* 116. *num* 47. *circa fin.* Capyc.
Latr. *d. decis.* 57 *num.* 45. *& ſeqq.* Franc. Recc *reſp.* 6. 23
num. 4. *tom.* 2. Caſtil. *d. decis.* 59. *numer.* 16. *in med.*
Giurba *obſerv.* 46. *numer.* 12. de Luca ad Franc. *decis.*
226. *numer.* 4. Eminentiſſ. de Luca *de feud. diſcurſ.* 36.
num. 15. præſertim ſi jam mutuo pecuniam acceperit.
& probetur quòd Procuratores, & Advocati mutuan-
tis comparebant in cauſa pro prælationem petente mu- 24
tuante tamen expenſas ſubminiſtrante, Giurba *dict.*
decis. 51. *num.* 12. *&* 13. Caſtil. *dict. decis.* 89 *num.* 16.
verſic. ex multis, vel probetur pecuniam recepiſſe ab 25
eodem, qui veriſimiliter rem illam habere exoptaret,
Hieronym. Palma *dicta alleg.* 8 *num.* 41. Eoque
magis ſi is qui mutavit pecuniam, ea fine habebat
prædium cum prædio vendito, tunc enim clarius pa-
tebit inſtantem non pro ſe, ſed pro mutuante præla- 26
tionem petere, Paclador. *rer. quot. ad d. diſſ.* 109. § 5.
num. 20. Putarem proinde quòd tunc demum poſſit
adduci pro ſolidiſſima conjectura fraudis, quòd quis
pecuniam mutuo recipiat, quando aliqua alia circun-
ſtantia ex prædictis, aut ſimilis accederet, alias enim
non eſſet repellendus quis à prælationis petitione ex
eo ſolum quòd ab alio pecuniam accipiat, quia ex hoc
non inducitur animus fraudandi, & rem pro alio
obtinendi, cum æquè ſimul ſtare poſſint quod ego
ob ſpecialem affectionem, & commoditatem præfer-
ri petam, intendendo rem ſemper pro me retinere, &
quòd pecuniam non habeam; & eam mutuo acci-
piam, ut evenit in Cauſa Romana Caſtri Porcilliani
in Sacra Rota coram Reverendiſſimo Albergato apj-
tata poſt *tract. à decis,* 1. *ad* 4. in qua fuit data præ-
latio Baroni Aloyſio del Nero, quamvis ipſius Ad-
verſarii ſæpiùs adduceret, quòd dictus Baro pecu-
niam mutuo accepiſſet, de quo nunquam Rota cu-
ravit, & non obſcurè id animadvertit Franc. Rocc.
dict. reſp, 6. *num.* 4. §. *Et ſi dictus.*

Probatur etiam colluſio quando quis depoſuit pe- 27
cuniam pro alio jus prælationis habente, qui tamen
erat pauper, & ejus nomine prælationem petebat ex-
penſas litis de proprio ſubminiſtrans, ut refert deci-
ſum Veral. *dicta decis.* 143. *per totam, part.* 1.

Et in veriſimilitudine quoque non parva capi poteſt
conjectura; puta quia vir ille erat pauper, & ſub uſu- 28
ris gravibus pecuniam acceperit ad effectum præla-
tionem habendi in bonis ſtabilibus, quòd eſt inveri-
ſimile, ut latè probat Palma *dict. alleg.* 8. *numer.* 41. *in*
fin. & ſeqq. ubi etiam numer. 42. quòd ſufficit publica
vox, & fama, vel quod extrajudicialiter ita con-
feſſus fuerit prælationem petens, quòd ait poſſe pro-
bari ex Teſtibus ſingularibus, imò ex unico Teſte,
junctis adminiculis.

Harum colluſionum, & fraudum timore multi DD.
non abſque optima intentione, & fundamento pro- 29
barunt, quòd antequam quis ad prælationis benefi-
cium admittatur teneatur jurare ſe ad ſui commo-
dum

dum, ac non in fraudem ſive alicujus tertii favorem prælationem petere, inter quos ſunt Tiraqoel, *de retract. lignag. dict.* §. 5. *gloſſ. unic. per tot.* Petledor. *d. diff.* 109. §. 5. *num.* 18. *& ſeq.* Gail. *pract. obſerv. lib.* 2. *obſerv.* 19. *num* 10. *verſ. & plerumque*, Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 34. *verſic. ex quorum ſanè fol. mihi* 174. obi ita practicatum vidiſſe ſefert, & multos Hiſpanos referens de prædictis nulla facta
30 meotlone Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *nu.* 10. *verſ. quæ licet*; Imò etiam juaemeoro præſtito edmittendum adhuc eſſe ſeum ad probandum quod in frendem, ac io alterius utilitatem quis peret præferri concludunt Tiraquel. *d. tr.* §. 4. *gloſ.* 1. *per tot. & §.* 5. *gloſ. unic. num* 5. Afflict. *de jur. protom.* §. 4. *num.* 1. *& ſeqq.* Parladoi. *d. diff.* 109. §. 5. *num.* 19.

Sed quòd nullo modo teneatur Actor qui petit
31 præferri jurare ſe velle eam rem pro ſe retinere, nec ad alterius commodum prælationem petere, non abſque ratione defenduot Amad. è Ponte *de laudem. qu.* 13. *num.* 6. *&* 7. Cyriac. *d. contr.* 254. *num.* 34. Ciarlin. *d. cap.* 120. *n.* 56. de Luca ad French. *in obſerv. ad d. deciſ.* 226. *num.* 4. *verſic. nec conſtringitur*, Dexart. *deciſ. Sard.* 12. *ferè per tot. & numer.* 3. *in fine*, idem Fraoch. *d. deciſ.* 216. *in fin.* Quia ſi lex, vel ſtatutum prælationem concedeus hoc expreſsè non dicit, ità quoque nec nos dicere debemus, *l. non diſtinguemus*, *ff. de recept. arbitr. l. præſes*, *ff. de offic. præſ.* noo enim ab homine præſumendum eſt id, quòd lex ooo præcipit, *cap. illa* 2. *in med. ne Sede vacante*, *&c.* Surd. *conſil.* 219. *num.* 21. & cùm id lex facilè exprimere potuiſſet, & noo expreſſerit id noluiſſe potiùs cenſendum eſt, *l. unic.* §. *ſin autem ad deficientis*, *in fin. Cod. de caduc. tollen. cap.* 2. *de tranſact.* Menoch. *cons.* 30. *num.* 8. Uode ſi ſtatutum, vel lex alicui prælationis beneficium dat, & oon dicit quòd jurare debeat, noo debemus ex oostro capite hoc onus eidem imponere, ut ait Text. *in l. ſi ſervum* 70. §. *Prætor ait*, *verſ. non dixit Prætor*, *ff. de acquir. vel omit. hæred.*

Nec mirandum eſt, ſi Tiraqu. affirmaverit juramentum eſſe præſtandum, quia ita diſponuot conſuetudines ſoper quibus ipſe ſcripſit; Paladot etiam de le-
32 gibus Hiſpeoiarum hoc juramentum requireotibus loquitur, ita quoque Olea; Gail. verò tantum affirmat, quod ſoleat per ſtatuta exigi iſtud juramentum.

Caldas eutem licèt de jure hoc juramentum exigi concludat, tamen dicit quòd ſæpiùs ita vidit practicatum, & ſic poteſt verificari ejus dictum in caſibus in quibus aderat magnus fraudis, & colluſionis timor, quo caſu oon erit extraoeum arctari quem ad jurandum, quòd tamen noo per modum exceptionis, vel juris reo competentis eſt accipiendum, ſed hoc mandaſſe Judicem, cujus arbitrio oeceſſaria pro fraude hac tollenda demandare eſt relictum, potius eſt præſumendum.

QUÆSTIO X.

An Jus Prælationis cedi poſſit.

SUMMARIUM.

1. *Ceſſio juris prælationis alteri facta eſt invalida.*
Prælationis jus cedi non poteſt alicui, imò nec Amici, nec Fiſco, neque gratis, neque pretio recepto.
2 *Prælationis jus competens Domino directo cedi poteſt juxta opinionem Caſtren.*
3 *Contrarium defenditur uti verius.*
4 *Prælationis jus quod competit Domino directo, ipſi non datur propter privilegium perſonale, ſed propter qualitates, quas habet ratione rei, & Domini directi.*
5 *Dominus directus licèt poſſit jus ſuum directum alteri vendere, non tamen poteſt jus prælationis à Dominio directo ſeparare, & illud retento Dominio alteri cedere.*

6 *Prælationis jus quod habet Princeps, vel Rex ſupremus non poteſt alteri cedi.*
7 *Prælationis jus cedi non poteſt, etiam cum ipſa qualitate prælationem dante, quotieſcumque qualitas eſt perſonalis.*
8 *Limita quando qualitas eſt realis, quia tunc cum ipſa re cedi poteſt.*
9 *Imò eo caſu tranſit in emptorem, vel ceſſionarium ſine alia ceſſione.*
10 *Prælationis jus adhærens perſonali qualitati non tranſit ad hæredem qui dictam qualitem non habet*
11 *Limita ſi fuiſſet ab auctore jam contextata lis pro prælatione obtinenda.*
12 *Prælationis jus ſeparatum à re non poteſt relinqui, nec legari, ſi verò legetur, vel tranſeat in hæredem ipſa res, tunc etiam in eumdem tranſit jus prælationis.*
13 *Ceſſio juris prælationis facta favore creditorum ex cauſa neceſſaria eſt valida.*
Creditores in cauſam judicati capere poſſunt jus prælationis, quod competit debitori.
14 *Prælationis jus favore creditorum dari poteſt in ſolutum.*
15 *Declara id procedere quando debitor eſt decoctus, vel eſt poſitus in præciſa neceſſitate, ita ut alium modum ſolvendi non habeat.*
Sed hoc etiam putat Auctor eſſe contra juris principia.
16 *Ceſſio juris prælationis facta ad commodum cedentis ſubſtinetur.*
17 *Declara, nam non dicitur facta ceſſio ad commodum cedentis, ex eo ſolum ut ex dicta ceſſione habeat majus pretium.*
18 *Prælationis jus poteſt alteri cedi, ſi is cui competit ſit pauper.*
Contrarium eſt verius.
19 *Pauper qui ab aliis mutuò ſuſcipere cogitur pecuniam excluditur à jure prælationis propter præſumptionem fraudis.*
20 *Prælationis jus, quod competit vigore pacti cedi poteſt.*
Contrarium num. 21.
21 *Pactum redimendi, quòd fuit ſtipulatum intuitu perſona, & qualitatis cedi non poteſt alteri.*
22 *Declaratur concluſio, quòd ſcilicet tunc prælationis jus competens vigore pacti ſit ceſſibile, quando fuit facta ſtipulatio, nulla habita conſideratione qualitatis perſonalis, aut realis, ſecus contra.*
23 *Prælationis jus cedi poteſt alteri proximo, vicino, aut jus prælationis habenti.*
Contrarium num. 24 *& ſeqq.*
24 *Ceſſio juris prælationis facta alteri proximiori tollit de medio cedentem.*
25 *Si verò alii proximiores ſint, quibus primo competat jus prælationis, tunc talis ceſſio nihil operatur.*
26 *Ceſſio facta, eaque declarata nulla, poteſt cedens pro ſe prælationem petere.*
Contrarium defendit Tiraq. cujus tamen dicta declarantur.
27 *Declara ſi ceſſio ſit facta extraneis, nam ceſſione facta remotiori, qui poterat jure proprio præferri remoto obſtaculo cedentis, ceſſionis nullitas à cedenti allegari non poteſt.*
28 *Ceſſionis nullitatem allegare tantum poſſunt agnati, vicini, vel alii, quibus poſt cedentem prælatio competebat, non autem emptor.*
29 *Contrarium uti verius defenditur.*
30 *Tempus datum pro prælatione petenda currit, tam cedenti, quàm ceſſionario.*

QUidquid tenoerint plerique epod Barbat. *de diviſ. fruct. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 14. Cierlin. *controv.* 1
121. *num.* 34. Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 75. indubitatum eſt jus prælationis cedi non poſſe, ex retionibus, quas plenè congerit Igneus, *in l. dudum col.* 14. *verſ. his adde unum articulum*, *& ſeqq. C. de contrah. empt.* Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 26. *gl.* 1.

num. 45. *& ſeqq.* Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *fol. mihi*
47. *num.* 157. ubi quòd nec Amici cedi poteſt, Grat.
diſcept. 149. *num.* 10. *& ſeqq.* Arias de Meſa *var. l.* 1.
cap. 21. *num.* 9. *& ſeq.* Caſſan. *ad conſuet. Burg. rub.* 10.
de retract. §. 6. *num.* 3. ubi quòd nec Fiſco cedi po-
teſt, Ciarlin. *d. contr.* 121. *num.* 38. *& ſeqq.* ubi etiam
de jure petendi renovationem, de quo etiam Add.
Oleam *in qu. infra citan. num.* 25. Uſſel. *concl.* 62. *n.*
29. *num.* 29. Niget. *de laud. tom.* 1. *qu.* 19. *num.* 34. *&*
37. ubi quòd neque gratis, neque pretio accepto ta-
lis ceſſio fieri valet, Cald. *cons.* 30. *num.* 47. *& ſeqq.*
Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *qu.* 2. *num.* 2. *& plurib. ſeq.* de
Luca ad Franch. *deciſ.* 242. *num.* 1. *&* 2. Capyc. Latr.
decis. 168. *num.* 51. & hæc eſt communis opinio.

Sed hìc primò quærendum eſt, an idem dicendum
2 ſit de jure prælationis, quòd Domino directo, vel
ſupremo competit, & quidem quæſtio eſt admodum
controverſa, nam quòd Dominus directus tale jus
cedere poſſit tenuerunt Caſtren. *cons.* 335. *lib.* 1. Ti-
raq. *d.* §. 26. *gloſ.* 1. *num.* 44. ubi ita judicatum te-
ſtatur latè Roſental. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *concl.*
92. *num.* 6. *& plurib. ſeqq.* Cyriac. *controv.* 254. *n.* 13.
Latrea *alleg.* 110. *num.* 10. Grivel. *decis. Dolan.* 45. *n.*
4. *verſ. verum his non obſtantibus, & ſeqq.* & plures
quos allegat, & ſequitur Donad. *d. cap.* 30. *num.* 75.
ad 81. moventur autem iſti primo, quia tale jus in-
troductum eſt ſolum pro beneficio, & ſavore Domi-
ni directi, qui ſavor non eſt reſtringendus, ſed am-
pliandus, & tamen reſtringeretur, ſi talis ceſſio pro-
hibita eſſet, cùm nulla lex eam prohibeat, ſecundo
quia ſicuti Dominus directus poteſt jus ſuum directum
unicuique vendere quod eſt majus, ita etiam poterit
cedere jus prælationis quod eſt minus, tertio tandem
quia tale jus prælationis provenire dicitur potius ex
conventione, quàm ex jure cùm inſit primæ con-
ceſſioni, & ſit de natura ipſiusmet feudalis, vel
emphyteuticæ conceſſionis, unde videtur ceſſibile.

Quibus tamen non obſtantibus contrariam ſenten-
3 tiam tenuit Guidopap. *decis.* 411. Cancer. *variar. lib.*
1. *cap.* 11. *num.* 48. pleniſſimè Amat. *reſol.* 16. *num* 6.
ubi pro hac opinione judicatum teſtatur Cald. *dicto*
cons. 30. *numer.* 49. *& de jur. emphyt lib.* 4. *cap.* 13. *n.*
34. Arias de Meſa *dicto cap.* 21. *num.* 11. Latrea *dicta*
allegat. 110. *num.* 17. *& per tot.* Capyc. Galeota *in ad-*
dit. ad contr. 53. *art.* 1. *num.* 17. *tom.* 1. Hodiern. ad
Surd. *dec.* 39. *num.* 5. Olea *d. q.* 2. *num.* 21. *& ſeqq.*
Amad. *de laudem quæſt.* 13. *num.* 5. *& ſeqq.* Intrigl.
de feud. contr. 2. *art.* 5. *num.* 998. Niger. *de Laud. d.*
quæſt. 19. *num.* 34. ubi plenè Novar. *tom.* 1. *gravam.*
22. *per tot.* Barboſ. *in d. l. dudum num.* 4. de Luca
ad Franch. *dicta decis.* 242. *num.* 2. Caſtil. *decis.* 89.
4 *num.* 16. Giurb. *decis.* 51. *num.* 8. & ratio eſt evidens,
nam tale jus non datur ſimpliciter Domino propter
favorem, & privilegium ipſius perſonæ imparti-
tum, ſed propter qualitates quas ipſe habet ratio-
ne rei, & dominii directi quod obtinet, cùm au-
tem tale jus ſit inſeparabile à dominio directo, me-
ritò non poteſt Dominus retinendo dominium dire-
ctum jus prælationis alteri cedere, & multò minus
ceſſionarius poterit agere, quia ipſe non eſt Domi-
nus cui ſolum à jure data eſt facultas prælationem
habendi, nil mirum igitur, quòd Dominus poſſit
5 jus ſuum directum alteri vendere, & tamen nequeat
ſeparare, & dividere jus prælationis illud cedendo al-
teri abſque dominio directo. Falſum autem eſt, quòd
tale jus proveniat à conventione, dum provenit *à*
l. fin. Cod. de jur. emphi. & licèt conceſſiones, quæ non
repugnant formæ traditæ *in dicta l. final.* intelligi de-
beant prout de jure, non tamen exindè dici valet
omnia à jure diſpoſita eſſe in pactum deducta.

Atque hæc omnia procedere affirmandum eſt in
6 Rege, & Principe ſupremo, qui quamvis habeat po-
teſtatem legis condendæ, ac liberè diſponendi de re
ſua, non tamen poteſt jus prælationis, quod habet,
retento penes ſe dominio, alteri cedere, ex rationi-
bus præcitatis, ut notat Amat. *dicta reſol.* 16. *per tot.*
ſignanter in fin. Camil. de Curte *in ſuo diverſ. fol. mi-*
hi 9. *num.* 50. *& ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.*
cap. 10 *num.* 47. *verſ. item quod hujuſmodi*, Capic.
Latr. *d. deciſ.* 168. *num.* 51.

Secundò quærendum eſt, an tale jus cedi valeat
cum ipſa re, aut cum ipſa qualitate prælationem 7
dante, & quæſtio diſtinctione abſolvitur, aut enim
qualitas, propter quam datur prælatio eſt perſona-
lis puta ſanguinis neceſſitudo, affectio in re majorum,
aut quidquam ſimile, & clarum eſt, quod ſicuti ta-
les qualitates non ſunt ceſſibiles, dum à nobis ipſis
amoveri nequeunt, ita quoque impoſſibile ſit cedi
poſſe jus prælationis unà cum ipſis qualitatibus, ut
latè probat Olea *dicta quæſt.* 2. *nn.* 2. *& pluribus ſeqq.*
Arias de Meſa *dicto cap.* 21. *num.* 10. aut qualitas eſt
realis puta quia propter rem, propter vicinitatem, 8
propter dominium, propter conſortium communio-
nem, & ſimilia prælatio conceſſa ſit, & eo caſu in-
dubitatum eſt cum re ipſa, aut qualitate ipſa reali jus
prælationis cedi poſſe, imò ſine alia ceſſione ad
emptorem rei tranſire abſolutum eſt, Tiraq. *dicto*
§. 26 *gloſſ.* 1. *num.* 39. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.*
417. *num.* 375. Ciarlin. *controv.* 121. *num.* 37. Reveren-
diſſ. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 19.
vers. uno tamen caſu, & ſeqq. Cenc. *de Cenſ quæſt.* 66. 9
num. 122. *& pluribus ſeqq.* ubi quòd transfertur in
quemlibet Ceſſionarium, ſive ſecundus, ſive ulterior,
Giurb. *decis.* 84 *numer.* 15. Capyc. Galeot. *contr. lib.* 2.
controv. 47. *num.* 37. *& ſeq.* Thoro *vot.* 23. *num.* 10.
in fin. Roſenthal. *de feud. dicta concluſ.* 92. *num.* 11. *lit.*
K. de Luca ad Franch. *dicta decis.* 242. *numer.* 2. Rot.
deciſ. 121. *num.* 2. *& ſeqq part.* 17. *decis.* 120. *num.* 2.
& ſeqq. ac decis. 143. *num.* 4. *& pluribus ſeqq. part.* 19.
recent. Belmont. *deciſ.* 32. *num.* 9. *& ſeqq. ac nu* 13.
Spad. *cons.* 213. *num* 6. *&* 7. *lib.* 3. ubi quòd poteſt
cedi cum ipſa re quamvis ſit litigioſum.

Eademque diſtinctione reſolvendum eſt tranſire ad
hæredes, quoniam ſi adhæreat perſonali qualitati, 10
tunc ad hæredes, qui dictam qualitatem non habent
jus prælationis non tranſit, Tiraq. *dicto* §. 26. *gloſſ.* 1.
num. 4. ubi id extendit ad caſum, in quo per defun-
ctum jam fuiſſet contextata lis pro prælatione, Af-
flict. *de jur. protomiſ.* §. 12. *numer.* 51. Hermoſil. Car- 11
pan. & alii quos allegat Olea *dicta quæſt.* 2. *num.* 9.
ubi tamen melius defendit tranſire in hæredem, ſi
lis à defuncto fuerit contextata, prout probat etiam
Marta *digeſt. noviſſ. tom.* 3. *tit. retract. cap.* 21. Gerard
Maynard. *decis. Toloſan.* 81. *&* 82. *part.* 2. Si verò
adhæret reali qualitati, & tunc aut ſimpliciter ali-
cui legatur, vel relinquitur jus prælationis ſine re,
& certum eſt non poſſe id fieri, aut ipſa res lega-
tur, vel in hæredem tranſit, & tunc quoque jus 12
prælationis tranſire certum eſt, Afflict. *dicto* §. 12. *n.*
52. Bald. *de jur. protomiſ. num.* 5. Pariſ. *conſ.* 82. *lib.*
3. *n.* 26. Olea *dicta quæſt.* 2. *n.* 29. de Luca ad Franch.
dicta decis. 242. *num.* 2. Donad. *de renunc. tom.* 2. *cap.*
26. *num.* 63.

Tertiò quærendum eſt, an valeat ceſſio juris præ- 13
lationis facta favore creditorum ex cauſa neceſſaria,
& concluſio eſt affirmativa, cùm enim creditores in
cauſam judicati capere poſſent jus prælationis com-
petens debitori, juxta conſ. Caſtrenſ. 1. *in fin. vol.* 1.
Burat. *decis.* 937. *num.* 5. *vers. & in ſpecie*, *& deciſ.*
504. *num.* 5. apud Cenc. *de Cenſ.* conſonum quoque 14
eſt, quòd tale jus quamvis alias non ceſſibile favo-
re creditoria dari poſſit in ſolutum, ut probant plu-
res apud Carpan. *ad Stat. Mediol. dicto cap* 417. *n.* 374.
Capyc. Galeot. *controv. forens. tom.* 2. *controv.* 46. *n.* 40.
Thomat. *decis. Macerat.* 49. *nu.* 40. Sed hæc intelli-
genda ſunt quando debitor eſt decoctus, vel alias
non ſolvendo, vel quando quis poſitus reperitur in
præci-

præciſa neceſſitate, quia tunc licitum eſt à rigore
Juris recedere ſequendo æquitatem, ut ſcilicet poſſit
15 debitor tale jus cedendo ſuæ neceſſitati aliqualiter ſub-
venire, & valeant creditores, qui alias non poſſent
ſatisfieri aliquid habere ex bonis debitoris tale jus in
ſolutum capiendo, ut expreſsè notat Tiraquel. *di-
cto* §. 26. *gloſſ.* 1. *num.* 13. & *num.* 31. *in fin.* & con-
cordant Stracc. *de decoct. part.* 7. *num.* 9. Rocc. *eod.
tractat. notab.* 51. *num.* 161. quòd etiam abhorret à
principiis Juris, alias enim non poterit creditor in
cautam judicati abſque eo quod habeat rem capere
jus prælationis conceſſum intuitu, & contemplatio-
ne ipſius rei, ideoque Thomat. Capyc Galeot. &
cæteri præcitati loquuntur expreſsè de ſubhaſtatione
rei unà cum jure prælationem obtinendi.

Quartò quærendum eſt, an valeat ceſſio talis juris
facta ad commodum cedentis, & non eſt dubium
16 talem ceſſionem valere, quia ceſſionarius hoc caſu
agit tanquam Procurator cedentis, & ejuſdem peri-
culo, ac nomine, & ex perſona ipſius cedentis præla-
tionem petit, ut plenè notat Arias de Meſa *var.
lib.* 1. *dicto cap.* 21. *nu.* 10. & 11. Itaque non au-
diendi ſunt Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *auctorit.* 38. *de-
clarat.* 4. Dexart. *deciſ. Sardin.* 12. *num* 2. *uſque ad*
17 *fin.* de Luca ad Franch. *deciſ.* 226. *in fin.* qui tenue-
runt, quòd valeat talis ceſſio facta ad commodum
cedentis, ut ſcilicet ipſe habeat majus pretium; Ete-
nim aut talis ceſſio fit ab habente jus prælationis
certo ſtatuto pretio, & non valet. *ut ſupra*; aut
fit poſtquam jam prælationem habens rem obtinuit,
quam alteri poſtmodum pro majori pretio ceſſit,
& tunc niſi concurrant conjecturæ pro fraude oſten-
denda certum eſt valere talem ceſſionem, nec dici-
tur jus prælationis, ſed ipſa res, & ita loquitur Frecc.
ut explicat Nigr. *dicta quæſt.* 19. *num.* 34. Franch *di-
cta deciſ.* 226. *num.* 5. & dictum eſt in *quæſt.* 9. *num.*
20. qui termini certè impropriè adaptantur huic
quæſtioni.

18 Quærendum quintò, an poſſit tale jus habens al-
teri illud cedere, & alium ſupponere ſi ſit pauper,
& poſſe per Text. *in l. ad officium, C. commun. di-
vid.* tenuit Dexart. *d. deciſ.* 12. *num.* 2. quem ſequi-
tur de Luca ad Franch. *d. deciſ.* 226. *ſub numer.* 4.
verſ. revocat in dubium, circa fin. quod quidem ſub-
ſiſtere haud poteſt, quoniam Text *in d. l. ad offi-
cium*, utpotè loquens in terminis diviſionis, ac di-
verſæ rationi adhærens non poteſt extendi ad caſum
de quo agitur, ibidem enim conceditur facultas con-
ſorti extraneum licitatorem ſupponendi ſi ſit pauper
ne defraudetur circa juſtum pretium, in caſu autem
noſtro non poteſt pauper alium ſupponere, ne fraus
fiat legi de perſona ad perſonam, imò quod magis
eſt plerique tenuerunt, pauperem, qui mutuò pe-
cunias recepit ad effectum prælationem obtinendi ex-
cludendum eſſe à tali jure ob præſumptionem frau-
dis, quòd ſcilicet velit rem obtinere pro mutuante,
19 ut latè apud de Marin. *alleg.* 127. Capyc. Latr. *de-
ciſ.* 57. Giurb. *obſerv.* 46. *num.* 12. Ciarlin. *dicto cap.*
111. *num.* 45. & *ſeqq.* & latiùs dictum eſt in *quæſt.*
9. *num* 21.

Quærendum ſextò, an jus prælationis competens
20 ex pacto, cedi poſſit, & quæſtio quidem eſt ſolem-
nis, plerique enim apertè defendunt tale jus ex pa-
cto proveniens cedi poſſe, ut plenè apud Alex. *conſ.*
218. *num.* 1. & *ſeqq.* & *conſ.* 322. *poſt princip. lib.* 6. Ber-
lich. *de Jur. protomiſ. concluſ.* 39. *num.* 52. Arias de
Meſa *dicto cap.* 21. *num.* 9. Oleam *d quæſt.* 2. *num.* 39.
de Luca ad Franch. *d deciſ.* 226. *num.* 4. §. *revocat. in
fin.* Roſenthal. *de feud. cap* 9. *membr.* 2. *concluſ.* 92. *nu.*
9. & *ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 172. *per totum*, credentes quòd
pactum magis operari debeat quàm lex, ſed omnes
attentè perlecti, vel loquuntur de retractu conventio-
nali, Ideſt pacto de retrovendendo, aut firmant
ſuam opinionem allegando, & adhærendo DD. de

eodem pacto præcisè loquentibus, proinde ſunt qui
credunt eorum opinionem non eſſe ſequendam; Nam
pactum de retrovendendo non opponitur in contra-
ctu contemplatione perſonæ, aut qualitatum, ſed
ob merum privilegium, & jus, quod ſibi reſervat
venditor recuperandi rem venditam ob id minoris 21
vendendo, cæterum ſi tale pactum fieret intuitu per-
ſonæ, & qualitatis cedi nec poſſet, ut plenè probat
Olea *d. quæſt.* 2. *num* 41. Cùm autem jus prælationis
conceſſum ſit propter qualitates, inde inſurgit, quòd
illi qui dictas qualitates non habet cedi nequeat, ut
expreſsè notat Molinæus *ad conſuet. Pariſ.* § 13. *gloſſ.*
1. *num.* 23. quem refert licet ſequi, nec reprobare au-
deat Roſenthal. *d. concluſ.* 92. *lit. H.* & ante eos Ao-
gel. *in l. ad officium* 3. *num. ult. circa fin. C. commun.
divid.* Ruin. *conſ.* 72. *num.* 3. & *ſeqq. lib.* 1. Verùm ta-
men eſt, quod neque hæc opinio poteſt ſubſiſtere,
nulla enim vera adeſt inter pactum de retrovendendo,
& prælationem acquiſitam ex pacto quoad tranſmiſ- 22
ſionem, & ceſſionem, & ſicuti facultas, & jus ac-
quiſitum ex pacto poteſt cedi cuilibet, qui ad retro-
vendendum cogere poteſt, ita quoque jus prælatio-
nis, quòd quis ex contractu, & pacto adeptus eſt
in alium transferre poterit, ſi tamen acquiſitum fuit
nulla habita conſideratione perſonæ, aut rei quam
quis poſſidet, unde, ſi quis per pactum gratis, aut
pretio dato nullam rem poſſidens occaſione cujus ſi-
bi prælationem dari dubium ſit, jus prælationis ac-
quiſiverit; poterit abſque dubio illud alteri cedere,
niſi tamen ex verbis appareret de facultate reſtricta
ad perſonam ſtipulantis tantùm, ut in *quæſt.* 7. di-
ximus.

Quærendum ſeptimò, an valeat tale jus ce- 23
di alteri proximo, vicino, aut jus prælationis ha-
benti; & poſſe tenuerunt Ruin. *conſ.* 47. *column.* 4.
verſ. nec obſtat dum dicebatur, lib. 4. Boet *deciſ.* 139.
in fin. Thomat. *deciſ.* 46. *num.* 31. & *ſeqq.* Giubt. *ad
conſuet. Senat. Meſſan. cap.* 10. *gloſſ.* 9. *à num* 7. Ci-
roc. *diſcept.* 29. *nu.* 4. quòd tamen falſum eſt, quia
aut ille proximior, vel alias prælationis jus ha-
bens poterat ſolus concurrere, & prælationem ob-
tinere remoto illo qui ceſſionem fecit, & tunc ceſ- 24
ſio ad hunc effectum non inſervit, ſed tantum ope-
ratur ad tollendum cedentem de medio, ut notat
Berlich. *concluſ.* 39. *de Jur. protomiſ num* 47. & *ſeq.*
Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 417. *num.* 375 *verſ. quin-
tò declaratur*, aut is cui fuit facta ceſſio erat remo-
tior, & alii aderant qui ipſi præferebantur, & eo
caſo certum eſt ceſſionem non ſubſiſtere in præju-
dicium eorumdem, quia non poteſt proximior aliis
gratificando, vel cedendo ſupprimere jus cæterorum,
ut plenè dictum eſt in *quæſt.* 14. *num.* 20. & *ſeqq.* &
notat. Tiraq *de retract. lignag.* §. 26. *gloſſ.* 2. *num.* 2. 25
& *ſeqq.* Olea *de ceſſ. d. quæſt.* 2. *num.* 15. ubi plenè
Berlich. *ubi ſupra num.* 50. Carpan. *ad Stat. Me-
diol. dicto cap.* 417. *num.* 371. & *ſeqq.* Cald. *de re-
novat. Emphyt. quæſt.* 13. *num.* 1. *ad* 6. *conſil.* 30. *num.*
47. & 48. Pereyra *deciſ.* 31. & 128. *per tot.*

Quærendum octavò, an poſt factam ceſſionem al- 26
teri, eaque declarata nulla poſſit cedens pro ſe re-
tinere, quæſtio eſt obſcura, quoniam affirmativam
ſententiam defendit Cyriac. *controv.* 124. *num.* 22. &
ſeqq. qui probat quòd quando id quod creditur in
alium non transfertur ob aliquam cauſam impedi-
tivam remanet penes cedentem, qui nulliter ceſ-
ſit, ſequitur de Luca ad Franch. *dicta deciſ.* 226. *ſub
num.* 4. *verſ. ad hæc Cyriacus*, Ciarlin. *controv. cap.*
121. *num.* 56. *verſ.* & *quamvis*, negativam verò la-
tè defendit Tiraq. *d.* §. 26. *gloſſ.* 2. *num.* 7. *uſque ad
fin.* ubi per plures leges, & multa Juris exempla
docet talem ceſſionem obſtare cedenti, itaut nequat
amplius jus prælationis petere illudque tranſire af-
firmar in alios remotiores, cujus opinio rectè pro-
cedit in ſuo caſu, in quo conſuetudo eodem pro-

hibet fieri tales ceſſiones, unde videtur apertum,
quòd ſi quis prohibitione non obſtante voluerit ce-
dere, in pœnam removeatur à Jure prælationem
obtinendi, quamvis ceſſio nulla ſit, neque in id
tendunt omnia exempla, omneſque leges, quas Ti-
raquel. adducit; Cæterum ſi nulla lex, aut ſtatutum
adſit, quòd tales ceſſiones prohibeat, ſed ceſſio non
27 teneat ex impoſſibilitate cedendi prælationis Jus ſine
qualitatibus, aut re, tunc clarum eſt, quòd ceſſio-
ne nulla exiſtente, valeat is, qui ceſſit, admitti ad
prælationem obtinendam, niſi ceſſerit remotiori,
qui poteſt prælationem obtinere remoto obſtaculo
proximioris cedentis, quia eo caſu in præjudicium
ceſſionarii non poterit hanc nullitatem allegare ut
ſupra, & latè Carpan. *ad d. cap. cap.* 417. *nu.* 376.
ubi etiam defendere conatur, quòd ceſſio teneat ad
hoc ut aperiatur locus cæteris remotioribus, qui
poſt cedentem admittebantur ad Jus prælationis,
quòd directè pugnat cum prædictis.

Quærendum nunc, an hæc exceptio nullitatis
28 ceſſionis poſſit allegari ab emptore, & non poſſe
tenuit Boer. *deciſ.* 139. ubi plenè probat quòd tan-
tum prohibitum reperitur, quòd tale jus cædi ne-
queat in præjudicium aliorum quibus idem jus præ-
lationis competit, propterea ipſi ſolum hanc exce-
ptionem allegare poſſunt, non autem emptor, ſequi-
tur Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 369. ubi id extendit
quamvis exiſtant alii agnati, qui tamen requiſiti di-
xerunt nolle præferri, Papon. *lib.* 11. *tit.* 7. *arreſt.* 3.
& 4. Marta *Digeſt. noviſſ. tom.* 3. *tit. retractus cap* 29.
per totum, à quibus non diſſentit Cloch. *conſ.* 57. *nu.*
29 35. *lib.* 2. Quorum ſententia nititur erroneo funda-
mento, exiſtimant enim iſti quod jus prælationis
nullo alio proximiore, aut prælationem habente
exiſtente cedi poſſit, quodque prohibitio cedendi
proveniat ab exiſtentia, & præjudicio aliorum, quòd
quidem falſum eſt, nam probibitio provenit ex quo
tale jus oti conceſſum perſonæ, aut intuitu qualita-
tum ſine dictis qualitatibus in alios transferri ne-
queat, unde hanc exceptionem juſtè poterit dare
emptor, aut venditor cujus intereſt tale jus non poſ-
ſe cedi ſive alii ſint, qui pariter pro prælatione con-
currant, ſive non, ut plenè probat Theodor. *de
retract. conſangu. quæſt.* 2. *num.* 451. Mat. Mut. *ad con-
ſuet. Panorm. cap* 16 *num.* 178. & rejiciendo Boer.
Carpan. & cæteros ſequaces Olea *d. qu.* 2. *num.* 13. *&*
14. ubi optimè.

Advertendum eſt, quòd tempus datum ad præla-
30 tionem petendum currit tam cedenti, quàm ceſ-
ſionario, & neuter poſt tranſactum tempus admitti-
tur. Rumm. in Addit. ad Afflict. *de Jur. protomiſ. in
ultim. not. fol. mihi* 91. *num.* 21.

QUÆSTIO XI.

An Princeps poſſit Jus Prælationis dare, & tollere.

SUMMARIUM.

1 *Princeps non poteſt Jus prælationis pro propria commo-
ditate prætendere.*
2 *Princeps non poteſt jus prælationis aliis concedere.*
Contrarium num. 6. *& ſeqq.*
3 *Princeps non poteſt quem cogere ad rem ſuam alteri
vendendam.*
4 *Princeps debet propriis legibus obtemperare.*
5 *Princeps poteſt ſervum alterius Domino invito manu-
mittere, juſta cauſa urgente.*
6 *Princeps poteſt jus prælationis alteri concedere juxta
veriorem.*
7 *Quidquid Principi placet, legis habent vigorem.*
*Princeps quidquid poteſt facere per legem, poteſt etiam
facere per ſimplicem conceſſionem.*
8 *Declaratur concluſio quando tam lex, quàm conceſſio
eſſet generalis ſecus quando lex, ſive conceſſio re-
ſpiceret præjudicium unius.*
*Princeps non poteſt condere legem, quæ unius præjudi-
cium reſpiciat.*
9 *Princeps ex cauſa publica, & urgenti, res privato-
rum auferens, non tenetur reſtituere pretium, ſi id
faciat per viam legis.*
10 *Declara id procedere, quando Princeps per viam
legis generalis id faceret, ſecus quando diſponeret
contra certas perſonas.*
11 *Statutum conditum in præjudicium particularium per-
ſonarum tantum, non valet.*
12 *Princeps quidquid poteſt per legem generalem, poteſt
etiam per generalem conceſſionem.*
13 *Princeps poteſt ex ordinaria poteſtate in modico jus ter-
tii lædere.*
14 *Prælationis Jus, quòd non tribuitur à lege, vel ſta-
tuto omnibus noto, ſed per ſpeciale Principis reſcrip-
tum, non generat ea præjudicia, quæ ſolet gene-
rare prælatio inducta à lege.*
15 *Princeps poteſt concedere id, quod Juri repugnat,
ſed æquitati conſonat.*
16 *Princeps non poteſt ſine juſta cauſa quem cogere ad
vendendum.*
17 *Princeps non poteſt ex ordinaria poteſtate rem pri-
vati auferre, & aliis dare etiam pretio ſoluto.*
18 *Declarantur Neguſant. Caſtil. & Andreol. qui te-
nuerunt poſſe Principiplo reſcripto quem cogi ad
vendendum, vel emendum.*
19 *Declarantur Text. Sac. pagina, & aliæ leges in con-
trarium adducta in principio.*
20 *Princeps ex ordinaria poteſtate poteſt prorogare tem-
pus datum ad prælationem petendam, & percipere
quod poſt lapſum temporis admittatur ad emendum
is, cui competit prælatio.*
*Jus alicui ex lapſu temporis miniſterio Juris quæſitum,
poteſt tolli mediante reſcripto Principis aliqua ac-
cedente Cauſa.*
31 *Principis reſcripto poteſt cogi ad retrovendendum is, qui
emere recuſaverat, & ob publica incommoda fuit
impeditus emere.*
22 *Princeps poteſt alicui concedere, quòd in venditione
ab illo privato facienda, nulli competat prælatio.*
23 *Prælationis jus, eſt purum, & radicatum, non au-
tem conditionale, licèt effectus illius ſit ad certum
tempus dilatus.*

Quòd Princeps Jus prælationis dare non poſſit vi-
detur in Jure tam communi, quàm veteris
Teſtamenti veritas, compertum enim ſatis habemus 1
in Sacra pagina *lib.* 3. *Reg. cap.* 21. de quo etiam
eleganter Divus Ambroſius *in Can. convenior.* 23. *qu.*
8. Achab Regem non potuiſſe ullo Jure cogere Na-
bot ad ſibi vendendam Vineam, licet vicinam, unde 2
ſi hoc non licet, ipſi Principi pro propria commo-
ditate, & re ſua amplianda, plenè Sanfelic. *deciſ.*
135. *num.* 5. *&* 6. ubi quòd nec præferri poteſt, quan-
tò minus poterit id aliis Princeps concedere? ut ar-
guit Rendel. *de Jur protomiſ.* §. *eſt autem, numer.* 14.
pag. mihi 353. & in ſimili latè Capic. Latr. *deciſ.* 192.
num. 42. 43. *& ſeq.*

Sancitum etiam eſt in Juris codicibus, quòd quis
invitus non cogatur rem ſuam alteri vendere, aut 3
aliquid facere etiam Principis accedente reſcripto,
ut in *l. de contractu* 3 *C. de reſcind. vendit. l. Incivi-
le* 12. *C. de rei vendic. l. nec Avus, C. de emancip* Ma-
ſtril. *in conſ. unic. numer.* 38. *&* 39. *juncto numer.* 36.
poſt 1. *tom. ſuarum deciſ.* Nec poteſt Princeps rem
privati, eo invito vendere, *l.* 4. *&* 5. ubi optimè
gloſ. *verſ. non ergo poteſt, ff. de natalib. reſtituen.*

Cùm enim componatur Orbis Principis ad exem-
plum gloſſ. *in can. ex merito, verbo cadant* 6. *quæſt.* 1.
juſtum eſt Principem legibus obtemperare, ut tunc

Jure

4 Jura ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando, & ipſe illis reverentiam præbet, Can. *Juſtum diſt.* 9. juxta illud Solonis Athenienſis: *Impera ubi prius didiceris parere regi enim cum didiceris ſcies regere*, & illud Senec. epiſt. 34. *Si tibi vis omnia ſubjicere ſubjice te rationi; Multos Reges ſi ratio regat*, & allegans illud Claudiani de quarto Honorii Conſulatu ſic ſcribentis:

Primus juſſa ſubit, tunc obſervantior æqui
Fit Populus, nec ferre vetat, cùm viderit ipſum
Authorem parere ſibi, componitur Orbis
Regis ad exemplum.

& vulgatis eſt Text. *in l. digna vox, C. d. legib.* ubi quòd majus eſt imperio ſubmittere legibus Principatum, & digna eſt vocis illius Principis authoritas, qui legibus ſe alligatum profitetur, & ſi quòd Populis prohibet, ſibi licere non patiatur, unde Text. *in l. nec avus* 4. *C. de emancipat.* apertè dicit, quòd non debeat Princeps beneficentia uti in alterius injuriam, & Auguſtin. *lib.* 4. *de Civit. Dei*, ait, *remota Juſtitia quid ſunt Regna, & Dominia, niſi magna latrocinia*, & Leo Papa *in Can. licèt non unquam diſt.* 45. ſic de dominantibus, ait, *dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis placet, honor inflat in ſuperbiam, & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam.*

5 Et licèt aliquando poſſit ſervum alterius manumittere, & natalibus reſtituere etiam Domino invito, *l. quæris* 3. *ff. de natal. reſtit. gloſſ. in l. fin. verbo beneficio Principis, verſ. in dic. ff. de adoption.* id tamen tantum ei permiſſum eſt juſta cauſa urgente, ut tenent gloſſ. *fin. in l. Barbarius in fin. ff. de offic. Prætor.*

6 Sed contra tenet Afflict. *de Jur. protom in rubric. num.* 10. *verſ. octavò Princeps, fol mihi* 3. Rumm. *in addit. ad eumdem fol.* 6. Theſaur. *deciſ.* 91. *num.* 3. *& ſeqq.* Marius Cutel. *de donat. tract.* 2. *diſc.* 1. *ſpec.* 22. *num.* 11. *fol. mihi* 135. & ita vidi conſuluiſſe D. de Rubeis C. A. Advocatum celeberrimum in quadam Romana Juris congrui pro Barlocciis, licet Theſaur. & Cutel. non relatis.

7 Et ratio videtur evidens, nam ſi id poteſt facere lex, Statutum, & conſuetudo ex relatis in quæſt. 6. & in qu. 7. ita & Princeps hoc poteſt concedere quidquid enim Princeps per legem poteſt facere, id etiam ei permittitur per ſimplicem conceſſionem, cùm legis habeat vigorem quidquid Principi placet, *l.* 1. *ff. de Conſtit. Princip.* & benè Megal. *var. reſol. tom.* 1. *reſ* 150. *num.* 3. relatus in ſpecie à D. de Rubeis, *ubi ſup.* & Theſaur. *de deciſ.* 91. *num.* 3.

8 Sed hæc ratio non ſatisfacit, nam ſi Princeps per generalem legem, vel conceſſionem id ſtatueret de eo non dubitarem, quando autem Princeps id ſtatuit contra certam perſonam evidentiſſimum eſt, quòd non poſſit, non enim Princeps poteſt condere legem, quæ unius præjudicium reſpiciat, ut latè probat Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 93. *& multis ſeqq.* nam lege nihil oportet eſſe communius, alias eveniet id, quòd Græcus ille ſapiens dixit, quod ſcilicet nihil aliud ſint leges, quàm caſſes aranearum, quos majores aves facilè perrumpunt muſcis dumtaxat irretitis, ut ſcripſit Valer. *lib.* 7. & Philip. Beroald. *de Inſtit. Princip.*

9 Et optimè congruit veriſſima illa concluſio, quòd licet Princeps res privatorum auferens per viam legis ex cauſa, pretium reſtituere non teneatur, Pariſ. *conſ.* 1. *num.* 47. *& ſeq. lib.* 1. Surd. *conſil.* 313. *num.* 10. *& conſil.* 210. *num.* 65 Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 52. *verſic. niſi Princeps*, Cyriac. *controv.* 75. *num.* 22. *ubi concord* & de communi Cancer. *d. cap.* 3. *num.* 98. Capyc. Galeot. *reſp. Fiſcal.* 23. *num.* 75. Capic. Latt. *deciſ.* 188. *num.* 112. *lib.* 2. quidquid dixerit Jaſ. *in l. Barbarius num.* 44. *ff. de offic. Prætor.* Afflict. *deciſ.* 321. *numer.* 28. Maſtrill. *de Magiſt. lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 356. *& lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 38. & multos tam pro negativa, quàm pro affirmativa referens Græveſus *pract. concl. lib.* 2. *concl.* 56. *conſid.* 2. *num.* 8.

10 Id tamen verum eſt, ſi per viam legis generalis eveniat, ſi autem Princeps aliquid per viam legis diſponat contra certas perſonas, tunc omninò pretium reſtituere tenetur, Jaſ. *in d. l. Barbarius numer.* 44. Alexand. *conſ.* 190. *ſub num.* 16. *lib.* 2. Dec. *conſ* 520. *num.* 10. *verſ. & prædicta concluſioni*, Surd. *conſ.* 311. *num.* 99. & 100. Roland. *conſ.* 69. *num.* 44. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 103. *nu.* 28. Capic. Latt. *d. deciſ.* 188. *num.* 113.

11 Et ſic etiam evenit in ſtatuto, quòd ſi ſit conditum in præjudicium particularium perſonarum non valet, Covar. *in reg. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 4. *num.* 7. *&* 9. Becc. *conſil.* 3. *num.* 69. *& ſeqq.* ubi latè Decian. *tract. crimin. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 33. Pariſ. *conſ.* 27. *num.* 62. *& ſeq. lib.* 2. Rot. *decis.* 41. *num.* 13. *decis.* 30. *per tot. part.* 2. *divers.* & apud Poſth. *de manut. decis.* 147. *num.* 6.

12 Unde & vera concluſio, quòd quidquid poteſt lex, vel Princeps per legem generalem, poſſit etiam per generalem conceſſionem, ſecus per particularem in odium, vel præjudicium certæ perſonæ ex ſupradictis.

13 Alia, & verior eſt ratio, quòd ſcilicet permiſſum ſit Principi ex ordinaria poteſtate in modico jus tertii lædere, Jaſ. *in l. quoties num.* 3. *C. de precib. Imper. offeren.* ubi alii Lucas de Penna *in l. quæcumque num.* 4. *C. de fid. inſtrum. lib.* 10. Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum num.* 119. *de conſtit.* ubi etiam Abb. & Felin. ac cæteri Canoniſtæ, Becc. *cons.* 56. *num.* 43. Surd. *cons.* 203. *num* 19. ubi concordantes, modicum autem eſt præjudicium, quod venditori ſit à Principe alium præferri mandante, dum enim ipſi venditori, idem pretium ſolvitur, nec ejus proprium patrimonium diminuitur, præjudicium tantum conſiſtit in electione emptoris, quod modicum reputatur ab Afflict. & Theſaur. ac de Rubeis, ubi ſupra.

14 Atque hic advertendum eſt, quòd non obſtant rationes ſæpè ſæpiùs adductæ in ipſo tractatu, quòd ſcilicet graviſſimum ex prælatione reſultet venditori præjudicium, cùm ipſe difficiliter invenire poſſit emptorem, qui ſciens, ſe poſſe ab alio removeri prælationis remedio, non tam libenter accedet ad emendum, aut minus pretium ſolvet; Etenim differentia multa eſt inter caſum, in quo prælatio de Jure, vel generali aliquo Statuto omnibus ſaltem Juriſpetitis, & Conſulentibus noto competit, & inter iſtum, iſto enim caſu cum Princeps id concedat ex ſpeciali gratia poſtquam jam evenit caſus ipſius prælationis, & ex privato reſcripto non noto extraneis, ceſſat ratio tam enormis præjudicii ex ſcientia prælationis provenientis, ut patet ad ſenſum, & non obſcurè in ſimili videtur notare Novar. *ad pragm. Regn. tit. de Baron. collect.* 3. *num.* 10. *&* 11. *fol.* 123.

15 Et hæc eo magis procederent, ſi Princeps Jus prælationis concederet illi, qui licèt de rigore Juris nequeat præferri, de æquitate tamen poteſt, ut in ſocio, conſorte fideicommiſſario, & aliis ſimilibus dictum eſt in Tract. quia juxta Text. *in l.* 1. *C. de legib.* Principi licet propter æquitatem à rigore Juris recedere, & concedere, id quod Juri repugnat, ſed æquitati conſonat.

16 Iſta opinione retenta non relevat Text. Scripturæ Sacræ; Tum quia loquitur de Principe, qui abſolutè cogere quem volebat ad vendendum, quo caſu non admitterem, Principem poſſe id facere ſine juſta cauſa, ex gloſ. *in l.* 5. *verbo non ergo poteſt*, *ff. de natal. reſtitut. & in leg. Barbarius in fin. ff. de offic. Prætor.* non enim poteſt Princeps ex ordinaria poteſtate rem privati inviti auferre, & aliis dare etiam 17 pretio ſoluto, ut plenè notat Cancer. *var. reſol. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 29. *& multis ſeqq. & num.* 110. *& ſeq.*

Maſtril. *de Magiſtr. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 418. 419. *& ſeqq.* Actolin. *reſ. prima num.* 75 *& ſeqq.* Soloizan. *de Jur. Indiar. tom. primo, lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 61. *& pluribus ſeqq.* & optimè probat Text. *Sacra pagina lib. primo Reg. cap.* 8. ubi Samuel ad retrahendum populum ab electione Regis futuri, ſic dixit: *agros quoque veſtros, & vineas, & oliveta optima tollet, & dabit ſervis ſuis.* Tyrannum potius iſtud facientem deſignans, quàm Regem, ut explicat ibi Nicol de Lyra *litt. G verſ. verumtamen*, dicens, quòd iſta à Samuele expreſſa ſunt de Jure Regis poſiti in neceſſitate, & publica utilitate, id ſuadente, & ſunt etiam de Jure Tyranni, qui nulla neceſſitate, aut publica utilitate urgente vellet ſubditos propriis bonis ſpoliare.

Et ita intelligas Neguſ. *conſ.* 165. *num.* 17. Caſtil.
18 *deciſ.* 134. *num.* 20. Andreol. *contr.* 290. *num.* 17. dicentes, poſſe Principis reſcripto, quem cogi ad vendendum, nam in eorum caſibus aderat juſta cauſa, nempè utilitas publica ſecundaria, ſcilicet rixarum evitatio, Doctoris neceſſitas, vel aperta æmulatio, & pertinacia vendentis cum periculo rixarum, alias enim ſine juſta cauſa, & quidem ultra ſimplicem coloratam non tuto poteſt princeps, quem ad vendendum, vel emendum cogere, Petra *de poteſt. Princ. quæſt.* 4. *nu.* 39. *fol.* 194. Capiblanc. *pragm.* 1. *de Baron. n.* 167. *&* 169. *fol.* 48. *tom* 1.

Tum etiam, quia Text. loquitur de Principe, qui Jure privato, & non Regio uti volebat, ut
19 explicat Rendel. *de Jur. protom. in princ. relatus ante fin.* & D. de Rubeis *ubi ſupra*, qui minus rectè ad id adducit Text. ſacrum ſupra explicatum, cùm Text. numquam dicat Principem poſſe ſine cauſa, quem cogere ad vendendum, ſed benè ſi id agat, Principatum in Tyrannidem converſum eſſe demonſtrat juxtà gloſſ. Lytanam, & propterea iſta reſponſio non eſt tuta.

Tum tandem, quia Text. habet plures alias reſponſiones, quas ne repetam, fas ſit videre apud Caren. *reſ.* 3. *per tot.*

Leges autem civiles pariter aguot de coactione, & de reſcriptis grave præjudicium inferentibus, non autem de prælatione in illo præciſo caſu parvum, & modicum præjudicium producente, ut ſupra, & ex quadam æquitate conceſſa.

Hæc de prælatione, ſed quid dices de eo, qui competebat prælatio intra certum tempus, an eo
20 elapſo, & prælatione non petita poſſit à Principe obtinere, quòd adhuc præferatur non obſtante lapſu temporis, credo quòd poſſit, ſi juſta cauſa etiam privatam reſpiciens utilitatem concurrat, nam illud Jus prælationem non patiendi acquiſitum eſt Venditori ex lapſu temporis miniſterio Juris, quod ſic diſpoſuit, & propterea juſta aliqua cauſa accedente poteſt per Principem tolli, ex plenè traditis per Cravet. *conſ.* 135. *numer.* 22. *& de antiquit. Tempor. part. prima in princip. à num.* 17. *uſque ad* 21. Cancer. *var. reſol. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 46. *&* 47. & conſonat id, quod notat Theſaur. *dicta deciſ.* 91. *numer.* 2. *&* 5. ubi teſtatur deciſum, quòd ſi Senator, vel alius in Principis negotiis occupatus, fuerit præventus in emptione alicujus rei, quam jam antea ipſe emere exoptaverat, & ad eumdem affectum
21 mediatore uſus fuerat, poſſit Principis implorare auxilium, qui cogere juſtè poterit emptorem ad retrovendendum, quòd eſt multò fortius, & mirabile, nam alibi hoc dictum non reperies, & latè Giurb. *deciſ.* 58. *num.* 1. ubi etiam quòd poteſt prorogare tempus.

Ex his etiam abſoluta remanet quæſtio, an ſcilicet poſſit Princeps concedere, quòd in venditione facienda ab aliqua privata perſona non poſſit peti
22 prælatio, neque ea competat etſi à Jure, vel Statuto ſit inducta, quam affirmativè reſolvunt Afflict. *de Jur. protomiſ. in rubric. num.* 10. *&* 11. qui teſtatur ita diſpenſaſſe duos Reges Aragoniæ, de quo etiam Franc. *deciſ.* 383. *per tot.* ubi de Luc. *num.* 1. de Meilln. *reſol.* 56. *numer.* 15. *lib.* 1. Amendol. ad eumdem Franc *deciſ.* 346. *num.* 4. Cutel. *de donat. tract.* 2. *ſpecial.* 22. *num.* 11. & latè Rot. *deciſ.* 357. *num.* 59. *& ſeqq. part.* 11. *recent.* ex ratione, quòd Princeps id ſtatuens in modico tertio præjudicet, & quia etiam Princeps tollit tantùm parti Jus quæſitum, vel quærendum Juris Civilis miniſterio, quod ut dixi juſta aliqua cauſa concurrente poteſt à Privato auferre.

Adducitur etiam ab aliquibus pro confirmatione,
quòd iſtud ſit Jus condirionale, nec perfectè ac- 23
quiſitum, ſed tantùm quærendum, in quo non habet locum regula de Jure quæſito non tollendo, ſed Cenc. *de cenſ. q.* 65. *nu.* 14. reſpondet, imò eſſe jus purum, & radicatum, non autem conditionale, licèt effectus illius ſit ad certum tempus dilatus.

QUÆSTIO XII.

An Jus Prælationis poſſit obeſſe, & prodeſſe Clericis, & Eccleliæ.

SUMMARIUM.

1 *Leges Civiles quæ non ſunt favorabiles, ſed odioſæ non ligant Eccleſiam, aut Clericos.*

2 *Clerici ligantur jure Civili Romanorum, dummodò illud non adverſetur Juri Canonico.*

Prælationis Jus, reperitur potius approbatum, quàm reprobatum à Jure Canonico.

3 *Clerici, & Eccleſia tenentur ſervare leges Civiles dantes, vel negantes prælationis jus.*

4 *Clerici aſtringuntur ad obſervantiam legis Civilis, quæ æque poteſt commodum, & incommodum ipſis afferre.*

5 *Leges prælationem dantes æquè poſſunt commodum, & incommodum Clericis afferre.*

6 *Clerici tenentur ad obſervantiam legum Civilium prælationem dantium, vel negantium, quæ tamen ſint clauſæ in corpore Juris, & univerſaliter receptæ, ſecus ſi non ſint communiter receptæ, ſed tantùm in aliquibus locis.*

7 *Clerici ligantur tam activè, quàm paſſivè conſtitutione* Sancimus *de Jure protomiſeos.*

8 *Contrarium verius defenditur.*

9 *Conſtitutio Sancimus de Jure protomiſeos eſt lecalis, & tanquam lex, aut conſtitutio Principis laicalis Clericos non ligat.*

Statutum laicale prælationem introducens, non afficit Clericos.

10 *Refertur diſtinctio Maranta, & Perlador, qui putarunt, quòd Statutum de Jure congrui non afficiat Clericos, quando Clericus vendit alteri Clerico, ſecus verò quando Clericus vendit laico, aut laicus Clerico.*

11 *Alia fuit opinio Tiraq. diſtinguentis inter Statutum dirigens verba in rem, & inter illud dirigens verba in perſonas ementis, vel vendentis, & num. 12. & 13.*

14 *Refertur opinio aliorum, qui tenuerunt, quòd indiſtinctè Clerici tam activè, quàm paſſivè conveniri poſſint in vim conſuetudinis, vel Statuti laicalis jus prælationis dantis.*

Statuta prælationem concedentia, continet id, quod Civili, & Canonico juri conforme eſt.

15 *Opinio eorum, qui tenuerunt, quòd Clerici non ligantur Statuto, vel conſuetudine jus prælationis dante, verior defenditur.*

16 *Statuta, & conſuetudines prælationem introducentes, non reperiuntur ſpecialiter, & in genere approbata à Jure Canonico.*

17 *Clerici*

17 *Clerici ſi prætendunt non poſſe conveniri Iure congrui inducto à Statuto laicali debent quoque pati quòd nequeat allos eadem actione convenire.*

18 *Contrarium eſt veriùs, dum Clerici licet non ligentur tali ſtatuto, tamen illo non prohibentur.*

19 Text. in l. dudum, C. de contrah. empt. *tollit conſuetudines prælationis Ius introducentes, niſi ſint à lege, aut à ſtatuto, aut alias legitimè approbata.*

20 Text. in d. leg dudum *permiſit, quòd ſtatuta, & conſuetudines prælationem inducentes potuiſſent legitimè introduci, ſed talibus ſtatutis, & conſuetudinibus, nil addit.*

21 *Clerici non ligantur ſtatuto laicali, ſive ſtatutum dirigat verba in rem, ſive in perſonam, ſive prohibeat actum alienationis, & ſive Clericus ſit emptor, ſive ſit venditor*

22 *Clericus venditor ſi ligaretur ſtatuto prælationem dante per indirectum læderetur, dum non ita de facili inveniret poſſet Emptorem, vel ob id, minoris rem ſuam vendere.*

23 *Statutum concedens Ius prælationis, quamvis ſit laicale, habet locum in alienatione Iurispatronatus juxta opinionem Caſtrenſ.*

Contrarium eſt verius.

24 *Amplia, ut nec tale ſtatutum habeat locum quando laicus vellet Eccleſiæ vendere decimas, ſive jus decimandi.*

25 *Amplia in Capellano, qui emit fundum pro inveſtienda certa ſumma relicta ad effectum celebrandi Miſſas.*

26 *Clerici ligantur ſtatuto laicali prælationem tribuente, ſi Statutum ſit confirmatum à Papa in forma ſpecifica.*

DIſtinguendum eſt inter Jus prælationis à jure communi datum, & inter illud conceſſum à Statuto, vel conſuetudine; Primo enim caſu quæſtio non videtur eſſe ſine controverſia, quando agitur contra Clericum; Quoniam cùm dubitari nequeat quin Leges civiles in hoc caſu gravent, & laqueum Privatorum rebus injiciant, videtur poſſe defendi, quòd
1 leges iſtæ uti præjudiciales, potuerint quidem eorum Subditis præjudicare, non autem Eccleſiæ, aut Clericis, juxta Text. *in can. dignum 3. quæſt.* S. Hoſtien. & Joan. Andr. *in c. fin de ſolut.* Capra *de regul. Iur. concluſ.* 15. *num.* 7. Maril. *in tractat. de Bannit. verb. Eccleſia num.* 97.

Veritas tamen eſt in contrarium, quia Statutum
2 eſt, quod Clerici, & Eccleſia jus civili Romanorum ligentur, dummodò illud non adverſetur juri Canonico, ut *in c. ut requiris il 2. de appellat. c. 1. de juramen. calum c. 1. de nov. oper. nunciat. c. veniens de jurejur.* cum aliis apud Surd *conſ.* 301. *num.* 9. *lib.* 1. Vulpell. *in tractat. de libert. Eccleſ. part.* 2. *num.* 35. Marant. *diſp.* 8. *numer.* 17. 20. *&* 21. Graſs. *de effect. Cler. effect.* 2. *num.* 223. *& ſeqq.* Cùm autem Jus prælationis reprobatum nunquam ſit à jure Canonico, imò potiùs toleratum, & præſuppoſitum, ut *in c. conſtitutus de in integrum reſtitut.* pernecesſè fatendum eſt, quod leges tale jus concedentes, vel ne-
3 gantes ſervandæ ſint, inter Clericos, & Eccleſiam, tam activè, quàm paſſivè, ita Caput. *ad conſtitut. ſancimus de jur. protomiſ. Gloſſ. Eccleſia*, quem refert, & ſequitur Rendell. *ad eandem conſtitut* §. *eſt autem*, *fol. mihi* 342. *num.* 2. Joan. de Amic. *conſ.* 14. *nu.* 6. *& ſeqq.* Honded *conſil.* 3. *num.* 35 *lib.* 1. Gutriet. *practic lib* 2. *qu.* 151. *&* 152. Gomez. *ad leg.* 7. *Taur. in* 7. *quæſt. num.* 7. *fol. mihi* 288. & plenè Molin. *de contract. tract* 2. *diſput.* 370 §. *Eccleſiaſtici*, *fol. mihi* 510. Tiraquèll. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 13. *num* 11.

Nec obſtat, quòd tales leges ſint præjudiciales, quia lex illa quæ æquè poteſt commodum, vel incommodum Clericis afferre, non reprobatur à Jure
Canonico, neque deſcribi poteſt inter præjudiciales 5
Eccleſiæ, nam alias nulla lex civilis inter Clericos ſervanda eſſet, niſi Clericorum favore, quod tamen eſt falſum, juxta theoricam Abbatis *in c. Eccleſia S. Mariæ n.* 17. *de conſtitut.* Graſs. *dict. effect.* 2. *nu.* 240. leges autem iſtæ poſſunt æquè commodum Clericis afferre emendo, & recuperando rem ab aliis, & prælationem petendo, ideoque præjudiciales Eccleſiæ dici nequeunt, ut notat Joan. de Amic. *de conſ.* 14. *num.* 16. *& ſeqq.*

Quæ tamen vera ſunt quando agitur de legibus
civilibus in corpore Juris clauſis, & univerſaliter re- 6
ceptis, nam ſi lex promulgata ſit ab Imperatore, ſed communiter recepta non ſit, ac vim legis obtineat in aliquibus locis, in aliquibus verò non tunc maxima difficultas ſuboritetur; Etenim exemplum ſingulare habemus in terminis Conſtitut. *ſancimus de jur. protomiſ.* quæ quamvis ab Imperatore condita, tamen vim univerſalis legis non habuit, ut dictum eſt *quæſt.* 33. & tamen quidquid dubitaverit Bald. *ſuper ea ſcribens col.* 5 *verſ. ſed pone, quòd res ſuis vendita* adhuc apertè Afflict. *ibid. numer.* 10. defendit
dicta conſtitutione ligari Clericos tam activè, quàm 7
paſſivè, ſequuntur Napodan. Boer. ac alii quos refert, & ſequitur Marant. *diſput.* 8. *ferè totam ſignanter num.* 35. *uſque ad* 51. Tiraquell. *dicta gloſſ.* 13. *n.* 4. Joan de Amic. *dicto conſ.* 14. *à num.* 6. *uſque ad fin.* Mantua *lib.* 2. *Dialog. Iur. Dialog.* 39. *in fin.* Gutriet. *pract. lib.* 2. *dicta quæſt.* 152. *& quæſt.* 156. *num.* 1. Giurb. *deciſ.* 25. *num.* 10, *& obſervat. nu.* 1. Trivil. *deciſ.* 34. *part.* 1. Rumm. in addit. ad Afflict. *de jur. protomiſ. in princ. fol.* 70. *num.* 3. *&* 4. Ciarlin. *controver.* 18. *n.* 3. *lib.* 2. Camill. de Larat. *conſ.* 46 *à num.* 18. *uſque ad fin.* Benedell. *de jur. protomiſ.* 2. *ultimo num.* 15. *fol. mihi* 93. de Luc. ad
Franch. *deciſ.* 285. *num.* 2. Quæ quidem opinio ſe- 8
quenda non eſt, plerique enim ex præcitatis, & ſignanter Joan. de Amic. & ſequaces id firmant cum præſuppoſito, quòd dicta Conſtitut. *ſancimus de jur. protomiſ.* ſit lex univerſalis, quo caſu nec nos dubitavimus de Clericorum comprehenſione, Afflict. verò ubi ſupra, §. *fin. num.* 15. *& ſeqq.* ſibi apertè contradicit fatendo, quòd Clerici non teneantur dicta conſtitutione ut advertit Marant. *dicta diſput.* 8. *in princip.* alii tandem, vel obiter loquuntur, vel debili adhærent fundamento, quoniam licèt verum ſit, quod leges civiles, quæ non repugnant ſacris Canonibus inter Clericos ſervandæ ſint; non tamen inde ſequitur, quod Statuta, & leges ſpeciales etiam à Principe ſupremo, & Imperatore conditæ, quæ tamen vim univerſalis legis non habeant adſtringant Clericos quamvis non obſtent Juri Canonico, ut infra probabimus, unde dum dicta Conſtitutio *Sanci-*
mus eſt localis, & ligat tanquam merum Statum, 9
lex, aut conſtitutio Principis Laicalis Clericos pernecesſè ligare non poteſt, & ita deciſum refert Franc. *deciſ.* 285. Thor. *in compend. decis. Neapol. verb. Clericus an poſſit convenire in fin.* Molfeſ. *conſil.* 27. *num.* 13. Squillant. *de privil. Cleric. cap.* 7. *à num.* 96. Topia *in d. conſtit. ſancimus num.* 66. Honded. *dicto conſ.* 3. *num.* 35. *verſ. prætereà*, & egregiè Anton. Caput. *in dicta gloſſ. Eccleſia*, quem refert, & ſequitur Rendell. *dicto* §. *eſt autem num.* 2. *in fin. ante verſ. non refero fol mihi* 342.

Secundo verò caſu ſunt qui diſtinguunt caſum in quo Clericus vendat Laico, aut Laicus Clerico, & alium caſum in quo Clericus vendat Clerico, & in
hoc ultimo prælationem à Statuto inductam locum 10
non habere fatentur, in aliis verò Statutum locum obtinere concludunt, ut videre eſt apud Mantienſ. *ad leg* 7. *tit.* 8. *lib.* 5. *gloſſ.* 2. *n.* 11. Marant. *dicta diſput.* 8. *per tot* Parlador *quotid. differ.* 109. §. 3. *n.* 19. Sunt & alii qui differentiam magnam faciunt inter Statutum verba ad rem dirigens, & inter illud

quod verba dirigit ad ementem, vel vendentem, &
primo caſu ſemper, & indiſtinctè Statuti formam ſer-
vandam eſſe etiam in venditione Clerico, vel à Cle-
rico facta contendunt, ut videre eſt apud Tiraquell.
dicta gloſſ. 13. *num.* 10. *& ſeqq.* Marant. *dicta diſput.*
8. *num.* 50. Honded. *dicto conſ.* 3. *num.* 8. Graſs. *d.*
effect. 2. *nu.* 388. Gratian. *diſcept.* 742. *nu.* 16. Giurb.
obſerv. 2. *num.* 19. Secundo caſu diſtinguunt dicen-
do, quòd ſi Clericos emit à Laico Statutum lo-
12 cum non habeat, ſi verò Laicus emit à Clerico, tunc
teneatur Laicus ſervare Statuti formam, Maſull. in
addit. ad Capic. *deciſ.* 66. *num* 1. Marant. *dicta diſ-*
put. 8. Joan. de Amic. *dicto conſil.* 14. *num.* 3. Craſs.
dicto effect. 2. *num.* 389. *& ſeq.* Tertio tandem caſu,
13 ſi venditor ſit Clericus quidam putant emptorem quo-
que licèt Laicum non teneri ad denunciandum vici-
no, & conſanguineo eo quia ita per quandam viam
indirectam Statutum afficeret perſonam Clerici ven-
dentis, qui non ita de facili invenire poſſet empto-
rem, & privaretur per indirectum facultate rem
ſuam cuilibet vendendi, quidam verò putant contra-
rium, ut apud Marant. *dicta diſp.* 8. *num.* 8. 35. 38.
44. 50. *&* 51. Graſs. *dicto effect.* 2. *numer.* 391. *&*
pluribus ſeqq. Giurb. *obſervat.* 2. *num.* 19. Carol. An-
ton. de Luca ad Franch. *deciſ.* 383. *num.* 3.

Sunt demum alii qui indiſtinctè fatentur Clericos
tam activè, quam paſſivè conveniri, & convenire poſſe
14 in vim conſuetudinis, vel Statuti Laicalis jus prælatio-
nis dantis inter quos eſt Tiraquell. *dicta gloſſ.* 13. *nu.*
4. *& ſeqq.* Capic. *deciſ.* 98. *num.* 2. Boer. *deciſ.* 231.
numer. 2. Triviſan. *deciſ. Venet.* 34. *part.* 2. & plenè
de Marin. *reſol.* 55. *per tot lib.* 1. *& reſol.* 44. *pariter*
per tot. l. 2. de Luca ad Franc. *de deciſ.* 185. *nu.* 2. *&*
nu. 3. *verſ. concordare*, Molfeſ. *ſuper conſuet. Neapol.*
part. 3. *q.* 34. Rumm. in addit. ad Afflict. *de jur.*
protomiſ. in princip. fol. mihi 70. *num.* 3. *&* 4. & in-
finiti apud Graſs. *dict. effect.* 2. *num.* 383. *& ſeqq.* Mo-
ventur autem iſti ex quo tale jus licèt à Statuto Lai-
cali inductum reperitur, tamen à jure Civili, & Ca-
nonico approbatum, jus enim Civile in pluribus
locis hoc jus concedit, jus verò Canonicum in dicto
c. *conſtitutus de in integr. reſtitut.* illud apertè approbat,
unde cùm Statutum contineat id quod Civili, & Ca-
nonico Juri eſt conforme, Clericos comprehendere
debet non tanquam Statutum Laicorum, ſed quia
à Civili, & Canonico Jure confirmatum eſt, & non
vi Coactiva, ſed vi directiva.

Sed contraria opinio indiſtinctè recepta nullam ad-
mittendo diſtinctionem verior eſt, & magis confor-
15 mis Eccleſiaſticæ Immunitati, quam defendunt Hon-
ded. *dicto conſil.* 3. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 1. Squillant.
de privileg. Cleric. dicto cap. 7. *num.* 96. Mart. *de jur.*
part. 4. *caſu* 30. *num.* 8. *cum ſeqq.* Dian. *part.* 3. *tract.*
5. *de immunit. Eccleſ. reſolut.* 42. *per tot.* ubi reprobat
Graſs. materiam tot diſtinctionibus involventem, *&*
part. 4. *tract. de immunit. reſolut.* 111. Vulpell. *in tract.*
de libert. Eccleſ. part. 5. *num.* 9. Surd. *cons.* 2. *num.*
54. *& ſeqq.* Cardin. de Luca *de ſervit. diſc.* 71. *num.*
4. *& pluribus ſeqq. & diſc.* 104. *num.* 29. *& ſeqq.*
Zipæus *de juriſd. Eccl. cap.* 11. *tit. de retract. per tot.*
Sperell. *decis.* 11. *num.* 11. ubi reprobat Marant. del
Bene *de immunit. Eccleſ. cap.* 8. *diſp.* 17. *num.* 1. *&*
ſeqq. Duard. *in Bull. Cœna Domini lib.* 2. *can.* 15.
quæſt. 17. *num.* 10. *&* 11. Rot. coram Cavaler. *decis.*
657. *n.* 1. *& dec.* 157. *num.* 27. *& ſeqq. part.* 11. *recent.*
& eſt originalis theorica Abbatis *in dicto cap. conſti-*
tutus numer. 4. *de in integr. reſtitut.* ubi etiam Imol.
& cæteri ſcribentes, & ratio eſt evidens, quia
Laicale Statutum quamvis rationabile, & favora-
16 bile ex defectu juriſdictionis, numquam ligare
poteſt Clericos, aut eorumdem jus imminuere,
uet contrarium evenire debet ex quo tale jus à jure
Civili, & Canonico approbatum reperiatur; Quo-
niam ſi attentè conſideremus Textum. *in dicto cap.*
conſtitutus facilè erit diſcernere, quòd ille Textus num-
quam approbavit in genere ſimilia Statuta Laicalia,
ſed tantum præſuppoſita validitate cujuſdam conſue-
tudinis Municipii Paroſinenſis mandavit dicta conſue-
tudine Clericos uti poſſe, non igitur exindè trahi
poteſt argumentum, quòd jus Canonicum approba-
verit talia Statuta Laicalia, aliud enim eſt præſup-
ponere eorundem validitatem, aliud verò illa ap-
probare, & confirmare, & de Laicalibus Papalia
facere, ut neceſſe eſt pro Clericorum comprehenſione,
multoque minus Text. *in dicto cap. conſtitutus* man-
davit tacitè ſub dicta conſuetudine Paroſinenſi Laica-
li Clericos comprehendi dum diſpoſuit eadem 17
Clericos uti poſſe ut ſervetur æqualitas, prout
prætendit Tiraquell. *dicta gloſſ.* 13. *num* 6. cujus ti-
more Anna *cons.* 112. Molfeſ. *ſuper conſuetud. Nea-*
pol. part. 2. *quæſt.* 34. Maſull. in addit. ad Capic.
decis. 66. *n.* 1. *verſ. an Clerici ligentur*, Borell. *ſuper*
pragmat. Odia litium, §. 1. *gloſſ.* 3. *num.* 238. Capyc.
Latr. *decis.* 66. *num.* 23. tenuerunt, quòd ſi Clerici
prætendant non poſſe conveniri actione juris ron-
grui introducti à Statuto debent quoque pati, quòd
nequeant, alios eadem actione convenire. Quia eſt
nimis trita hodie concluſio, quòd Clerici licèt non
ligentur Statuto Laicali, poſſint tamen eodem uti ad
eorum commodum, & hanc opinionem tantùm ap-
probavit. Text. *in dicto. c. conſtitutus*, ubi Abbas *num.* 18
4. Imol. & cæteri Canoniſtæ communiter Surd. *di-*
cto cons. 2. *num.* 14. *& ſeqq.* & plures alii quos re-
fert Graſs. *dict. effect.* 2. *num.* 56. Maria *de juriſdict.*
cent. 1. *caſu per totum*, Dian. *dicta reſolut.* 43. *poſt*
princip. Del Bene *d. cap.* 8. *dubit.* 17. *num.* 5. Molfeſ.
cons. 23. *num.* 7. Franch. *dicta decis.* 285. *ſub num.* 4.
in fin. & ſeqq. Flamin. de Rub. *cons.* 2. *num.* 26.
& ſeqq. lib. 1. Sperell. *dicta decis.* 11. *num.* 11. ubi
miratur de Tiraq. quod argumentum ita impro-
prium ex *dicto cap. conſtitutus* ſumpſerit contra com- 19
munem Canoniſtarum ſententiam; Si verò jus Ci-
vile conſideremus apparebit, quòd in *l. dudum*, *C.*
de contrahen. empt. ſimiles conſuetudines uti odioſæ
tolluntur, niſi ſint ſpecialiter aut à Statuto, aut alias
legitimè approbatæ, ex hoc autem nulla oritur con-
ſequentia, quòd Statuta introducentia jus prælatio-
nis diſponant id quod jus Civile diſponit, quodque
proindè ſicuti Clerici tenentur ſervare jus Civile,
ita quoque ex ratione naturali ejuſdem juris Civi-
lis vi directiva ligentur talibus Statutis, quinimò ar-
gumentum contrarium ex *d. l. dudum* potiùs eruitur,
quia jus Civile indiſtinctè negat jus prælationis, ap- 20
probando autem Leges ſpeciales, aut Statuta, ta-
le jus conferentia, toleravit quidem & permiſit in-
ductionem talium Statutorum, nihil tamen illis addi-
dit, ſed potiùs eadem condi voluit cum ſolemnitati-
bus omnibus, quæ requirunt cætera Statuta Laica-
lia, ut in quæſt. 6.... dictum eſt, & uti Statuta,
non autem uti Jus univerſale eadem ſervari man-
davit.

Cæterum ſive Statutum dirigat verba in rem ſive
in perſonam, ſive probibeat actum alienationis ſine
denunciatione præcedenter facta habenti jus congrui,
ſive tandem Clericus ſit venditor, ſive ſi emptor ſem- 21
per, & indiſtinctè Statutum hoc ex defectu juriſdi-
ctionis locum habere non poteſt, quia ſemper per
indirectum Clericis præjudicatur, tum quia actus alie-
nationis non poteſt ſeparari à perſonis, ut probat
Cyriac. *controv.* 205. *num.* 58. *&* 160. Rot. *dicta dec.*
157. *num.* 25. *ad* 29. *part.* 11. *recent.* ubi rejicitur
talis diſtinctio Statuti dirigentis verba in rem, vel
in perſonam, tum etiam quia ſi Clericus eſt emptor
non poterit directè moleſtari vigore Statuti quod
ipſum non afficit, ſi verò ſit venditor per indire-
ctum læderetur ſi adſtrictus eſſet ad ſervadam formam
Statutariam, dum non ita de facili invenire poſſet
emptores, vel ob id minoris rem ſuam venderet ut
conſi-

ut conſiderat Franciſcus Ripa *reſp.* 2. *col.* 3. *lib.* 1. Tiraquall. *dicta gloſſ.* 13. *nu.* 13. *verſ. quamquam potuiſſet,* Graſſ. *dicto effect.* 2. *num.* 392. *verſ. quæ opinio*, Rendell. *de jur. protomiſ.* §. *eſt autem num.* 12. *verſ. ſed contrarium*; *& ſeqq. fol. mihi* 396. Card. de Luca *de ſervit dict. diſc.* 7. *ſub num.* 6. §. *quidquid ſit*, *verſ. niſi caſus daret*, licèt ipſe videatur parum ſibi conſtans.

Ex his autem videri poterit quantum fallax ſit thorica, Caſtrenſ. *conſ.* 194. *lib.* 1. qui tenuit, quòd
23 Statutum jus prælationis concedens habeat locum in allenatione Juris Patronatus, contra quem meritò ſcripſit Gemin *conſ.* 67. *per totum*, Coſt. *de judic. in Rubr. num.* 212. *inter ſuos tractat. fol. mihi* 341. Rota apud Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. §. 2. *tit. de appellat. in poſſeſſ.* Salvian. *fol. mihi* 1024. *num.* 13. ubi juſtè reprobat Caſtrenſ. dum tam ex defectu voluntatis, quam ex defectu juriſdictionis Statutum Cleri-
24 cos, & res Eccleſiaſticas comprehendere non poteſt; Idem propterea reſpondendum eſt in venditione decimarum quas ſi Laicus juſto titulo poſſideat velitque Eccleſiæ vendere jus prælationis à Statuto conceſſum, locum obtinere non poteſt, ut notat Rebuff. *de decim. quæſt.* 10. *num.* 28. Cabed. *deciſ. Luſit.* 27. *nu.* 8. *part.* 2. quidquid dixerint Tiraq. §. *gloſſ.* 7. *num.* 33. Rol. *conſ.* 1. *num.* 129. *lib.* 3. Carpan. *ad ad Stat. Mediol. lib.* 1. *cap.* 417. *num.* 28. Idemque de Capellano cui fuit relicta certa ſumma reinveſtienda ad effectum celebrandi tot Miſſas, qui ſi emerit fundum jus prælationis à Statuto inductum locum non habebit, de quo videndus eſt Urſill. *concluſ.* 62. *nu.* 40. Rendell. *de jur. protomiſ. in d.* §. *eſt autem ſub nu.*
25 17. *in fin. & ſeqq. fol. mihi* 347. *& ſeqq.* ubi quòd Prælatus emens pro ſua Eccleſia non poteſt conveniri tali actione.

Tandem hæc omnia vera ſunt, ſi Statutum ſit Lai-
26 cale, ſi verò ſit Eccleſiaſticum, & à Papa factum, vel in forma ſpecifica confirmatum, tunc Clerici tam activè, quàm paſſivè ligantur talibus Statutis, ut notat Surd. *conſ.* 2. *num.* 28. *& per tot. lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 742. *num.* 16. *&* 17. Card. de Luca *dicto diſc.* 71. *num.* 5. §. *qui termini*, *verſ. hæc pro abſoluto*, Rot. coram Cavaler. *deciſ.* 657. *num.* 1.

QUÆSTIO XIII.

An in venditione plurium rerum, vel unius rei poſſit quis, vel debeat ſuper omnibus rebus, vel ſuper tota re prælationem obtinere, aut potiùs partem petere.

SUMMARIUM.

1 *Prælationis Jus habens, venditis pluribus rebus quarum aliqua ſit prælationi obnoxia, aliæ verò non, poteſt ſuper re illa præferri aliis omiſſis etiam reluctante emptore.*

2 *Et pretium hoc caſu, debet determinari à Judice habito reſpectu ad omnes res venditas.*

3 *Venditione plurium rerum facta, non debet impoſſibilitari facultas prælationem obtinendi in re illa particulari ſubjecta prælationis Juri.*

4 *Venditis pluribus rebus etiam unico pretio, ſi res ipſæ ſint diverſæ, & ſeparatæ plures venditiones dici poſſunt.*

5 *Venditis pluribus rebus, ſi ſuper una tantum competat prælatio, emptore nolente, tenetur is, qui vult præferri, aut omnes res emere, aut totum relinquere.*

6 *Venditione unica facta, plurium rerum pro unico pretio, non poteſt quis ſuper una re præferri, alteris omiſſis.*

7 *Diſtingue, nam ſi res ſint inter ſe adeò conjunctæ, & connexæ, ut damnoſa ſit illarum ſeparatio, vel una res ſit pars alterius, tunc prælationem petens, aut omnes emere, aut omnes relinquere debet, ſecus verò ſi ſint totaliter inter ſe ſeparatæ, & diſtinctæ.*

8 *Res non poteſt dici acceſſoria, & cohærens alteri ſimul vendita, ſi commodè ſine altera vendi, aut ſeparari poteſt.*

9 *Venditionis contractùs tunc dicitur individuus, quando venditio plurium rerum fuit facta unico pretio, & conſtat evidenter emptorem partem alias non emiſſe, nec tantam utilitatem potuiſſe habere in quolibet prædio, quantam habuiſſet in omnibus ſimul venditis.*

10 *Venditis pluribus rebus, quæ omnes juri prælationis favore unius ſunt obnoxiæ, non poteſt ſuper una re prælatio peti aliis relictis.*

Amplia quamvis res ſint omninò ſeparatæ, & diſtinctæ

11 *Contraria tamen opinio Molin. & Ferrer. defenditur.*

12 *Conſanguineus non poteſt aliqua bona avita, ſignanter ſertilia retrahere, cæteris aliis unico pretio, & in eodem contractu venditis omiſſis.*

13 *Prælatio ſi competat pluribus ſuper una re, uno venditionem approbante, cæteri pro eorum rata admitti nequeunt.*

14 *Contraria opinio Alber. verior defenditur.*

Domini plures directi, ſi adſint, poteſt unus pro ſua rata prælationem petere, quamvis alii contractum approbaverint.

15 *Et tunc Dominus, qui prælationem obtinuit, tenetur aliis ſolvere ratam Laudemii.*

16 *Vendita re emphyteutica ſubjecta pluribus Dominis, poteſt unus ex Dominis cæteris nolentibus ſuper tota re præferri, etiam emptore diſſentiente.*

17 *Condomini Jura ſunt tota in toto, & tota in qualibet parte prædii Emphyteutici.*

18 *Contrariam opinionem tenuerunt Alberic. & ſequaces putantes Condominum non poſſe præferri, niſi pro ſua rata.*

19 *Emphyteuſis natura, tam activè quàm paſſivè dividua eſt.*

20 *Diſtinguitur inter caſum, in quo fundus Emphyteuſis ſit ſeparatus per partes, cujus quælibet pars certum Canonem ſingulis Dominis reſpondeat; & tunc quilibet Dominus præfertur pro ſua rata tantum, & inter caſum, in quo plures ſunt Domini, omnes pro indiviſo dominium directum habentes, & tunc cæteris nolentibus, unus poteſt totam rem obtinere.*

22 *Dominus pluribus exiſtentibus, partes renunciantium, vel nolentium aliis accreſcunt.*

22 *Pluribus prælationem habentibus præferri poteſt unius rei, nolentibus aliquibus præferri, poteſt unus ſuper parte ad ipſum ſpectante invito emptorem prælationem petere.*

24 *Conſanguineus habens Jus retractus partes rei venditæ poteſt partem illam retrahere alia omiſſa.*

Contrarium tenuit Alberic. & Oldrad. putantes, quod Emptore diſſentiente, tota res retrahi debeat.

25 *Contractus dicitur individuus quando pars non offert eandem utilitatem, quantam affert in toto reſpectu totius.*

26 *Text. in cap. Conſtitutus de in integ. reſtit. declaratur*

27 *Alberici opinio declaratur procedere quando res commode non eſt dividua, & quando diviſa in partes non affert tantam utilitatem in parte, quantam afferebat tota in toto.*

28 *Cuilibet ex Dominis directis competit prælatio in parte quando ex inveſtitura dignoſcitur, quænam ſit pars cujuſcunque.*

Declaratur hoc procedere quando res eſt diviſibilis, ſecus quando propter diviſionem deformaretur, quia tunc nemo præferri poteſt, & ibi vide.

29 Pone

29 *Venditione facta plurium rerum pretio diviſo in ſingulas res, poteſt prælatio peti ſuper una re tantum cæteris dimiſſis.*

30 *Datione in ſolutum facta plurium rerum, non poteſt una res retrahi ſine aliis, quamvis res à Debitore Creditori data ſint in ſolutum, ſeparatim, & diverſo pretio æſtimato, ſed pro unico debito.*

31 *Datio in ſolutum eſt individua, & pro parte revocari nequit.*

Contrarium num. 3?. & 22.

34 *Datio in ſolutum tunc eſt individua, quando eſt individua is.*

35 *Datio in ſolutum non revocatur pro parte mediante prælatione data ſuper una re, imò potius confirmatur, & approbatur.*

36 *Prælationis Ius exerceri non poteſt etiam ſuper prælationi obnoxia, cæteris bonis dimiſſis, quando quis vendidit univerſum ſuum Patrimonium.*

Contrarium verius defenditur.

QUæſtio iſta eſt difficillima tum ob varietatem
opinionum, tum etiam ob vim rationum hinc
inde militantium; Ideoque plures caſus diſtinguemus,
ut facilior, & magis clara pateat reſolutio: Primus
itaque caſus ſit de venditione plurium rerum inter
quas aliqua ſit prælationi obnoxia, aliqua verò non,
& hoc caſu putant aliqui quò poſſit is cui competit
1 prælatio obtinere rem prælationi obnoxiam, & alias
omittere, ſive emptor offerat omnes res ſimul emptas
reſtituere, ſive non, ut videre eſt apud Bald *de jur.*
protomiſ num. 20. quem de verbo ad verbum refert.
& ſequitur Afflict. *eod. tract.* §. 6. *in* 4. *notab. num.*
6. *verſ. in contrarium, & ſeqq* ubi Rumm. *in addit.*
in 4. *notab. fol. mihi* 218 Gutier *practic. lib.* 2. *quæſt.*
162. *per totam*. Rendell. *in eod. tract.* §. *ſcriptum eſt.*
verb. de circuitu ſub num 1 *verſ. contrarium videtur*
fol. mihi 301 ubi quòd hoc caſu Judex habito reſpe-
2 ctu ad omnia prædia exiſtimare debebit, quodnam
pretium pro illa re particulari ſolui debeat, Roſen-
thal. *de feud. cap.* 9 *membr.* 2. *concl.* 91. *num.* 1. &
ſeq. Anton. Gomez. *ad leg.* 50. *Taur. quæſt.* 39. Joan-
nes Matienſ. *ad leg.* 7. *gloſ.* 7. *ex num.* 21. *tit.* 11.
§. *recopilat. fol mihi* 169. *à terg.* Molin. *de contract.*
tract. 2 *diſp* 3 0. §. *dubium tamen eſt*, Salgad. *in La-*
byrint credit part. 2. *cap.* 11. *num.* 57. Franch. *deciſ.*
17 *num.* 22. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 66. *num.* 105. &
ſeqq Gomez. *var tom* 2 *cap.* 2. *num.* 49. *verſ. du-*
bium autem eſt, plenè Harpreckt. *in* § *fin. à num.* 291.
uſque ad num. 100 *de empt. & vendit* Moventur au-
tem iſti ex duabus præcipuè rationibus, primò quia
non debet mediante hac venditione plurium rerum
adimi jus, & facultas prælationem obtinendi ſuper
3 illa re, quæ de jure alicui competit, prout adime-
retur, ſi neceſſe haberet prælationem petens empto-
re id poſtulante omnes res inſimul venditas obti-
nere, ita enim fraudaretur ſæpè ſæpius lex ipſa, quæ
ob affectionem ſpecialem, vel ob aliquam juſtam
cauſam, & commoditatem percutientem rem parti-
cularem prælationem conceſſit, ac proindè gravare-
tur nimis is, qui beneficio legis ſuper illa re parti-
culari vult uti, ſi non poſſet rem illam particula-
rem obtinere, niſi quoque alias res ſimul venditas,
in quibus nullam habet affectionem emeret; Secun-
dò, quia licet unica ſit venditio, & unicum pretium
ſtabilitum, tamen habito reſpectu ad ipſa corpora
diverſa, & ſeparata plures venditiones dici poſſunt,
4 juxta Text. *in l. ſi uno*, *ff de act. empt. l. ſcire debe-*
mus, *ff de verb. oblig. l neminem*, *ff de leg.* 2. *l. ſi*
fundo 5 . *& l. duos ſervos* 47 *ff. de evict.* nil mirum
igitur, ſi poſſit quis ſuper una prælationem habere
cæteris omiſſis, ac ſi diverſa confecta eſſent inſtru-
menta

Aliqui verò defendunt ex doctrina originali Petri
5 de Belutio *in l. ſcire debemus in princip. ff. de verb.*
obligat. quod quamvis non poſſit prælationis jus habens
petere prælationem ſuper omnibus rebus, ſi tamen
emptor offerat omnes res revendere, & non patia-
tur partem rerum emptarum retinere, alia vero par-
te privari, teneatur omninò is qui præferri vult om-
nes res quamvis diviſas, & ſeparatas, & prælationi
non obnoxias emere, ut videre eſt apud Surd. *conſ.* 442.
num. 36. Boer *deciſ.* 251. *num.* 1. *verſ. tunc etiam pro-*
ximior, Tiraq. *de retract. lignag.* §. 23. *gl.* 1. *num.* 1.
& multis ſeqq. & gloſſ. 2. *ſub. num* 9. ubi reproba-
te Bald. & Afflict. Carpan *ad Statut. Mediolan. lib.*
cap. 4 9. *num* 2. *& ſeqq.* Colla *de ration. rata quæſt.*
100 *per tot. ſignanter num.* 15. *& ſeqq* apud quem
etiam videre potestis quomodo taxare Iudex debeat
pretium, ſi quem admittat ad retrahendam rem par-
ticularem, omiſſis aliis, Farinacc. *in repertor. de con-*
tract. verb retractus num. . Benedell. *de jur. protomiſ.*
in rubr. 55. *& in* §. *item de ipſa num.* 3. *verſ. contra-*
rium tamen, Pyrr. *ad conſuet. Aurel. tit de retract. ſen-*
vendit. cap. 30. *in princip. fol. mihi* 106. Cenc. *de cenſ.*
dicta quæſt 66. *num.* 109. *juncto n.* 105. *& ſeqq.* plenè
Palma nepos *alleg.* 8 *n.* 1. *& pluribus ſeqq.* & moven-
tur per Text. *in l. quidam elogio* 20. C. *de jur. deliber.*
In quo habetur, quòd aut totum quis debet obtine-
re, aut totum repudiare, & *in l. Tutor*, §. 1. *ff.*
de minor. ubi Scævola reſpondit eatenus admitti re- 6
ſciſſionem venditionis fundi communis pro parte,
niſi emptor velit diſcedi à toto contractu, eo quòd
partem empturus non eſſet, & quia cùm unica & in-
dividua fuerit emptio, & venditio facta unico pre-
tio, & in uno eodemque inſtrumento non poteſt quis
partem rerum habere, aliam verò repudiare, neque
emptor debet duplici onere gravari, ut ſcilicet invi-
tus partem revendere. & aliam partem retinere coga-
tur; Atque nullum propterea ex hoc infertur præju-
dicium retrahenti, cùm ipſe non privitur jure ſuo,
ſed tantùm adſtringatur, vel in totum acceptare, vel
in totum reſpuere inſtrumentum venditionis, ex quo
jus ſuum emanet, & tunc demum fraudaretur lex,
ſi talis cumulatio rerum in unico inſtrumento fieret
in fraudem, adeout numquam poſſet dari caſus in
quo prælatio obtineri valeret.

Itaque timore hujus contrarietatis aliqui mediam
opinionem ſequuti ſunt, concludendo, quòd ſi res
ſint totaliter ſeparatæ, & diſtinctæ, tunc prælatio 7
competat ſuper re ſola illam patiente, ſi verò res ſint
inter ſe taliter vel ratione acceſſionis, vel ra-
tione officii conjunctæ, ut damnoſa prorſus ſit
illarum ſeparatio, vel ſint pars, aut membra rei
venditæ, tunc diſſentiente emptore non admitta-
tur quis ad prælationem obtinendam in una re dum-
taxat, ſed vel omnes relinquere, aut omnes eme-
re teneatur, prout probat Gomez. *var. part.* 2.
cap. 2. *numer.* 49. *prope fin verſ. ſi verò res vendita*,
Natt. *conſ.* 479. *num.* 24. Bard. *de jur. protomiſ.* §. 5.
num. 4. *verſ. nihilominus diſtingue*, Benedell *eod. tra-*
ctat. in rubr. numer. 55. *verſ. ſed tamen*, Cenc. *d q.*
66. *num.* 102. *& ſeqq. & nu.* 110. Magon. *deciſ. Flo-*
rent. 29. *per tot.* ubi connexionem deducit ex quo
paterfamilias ſemper inſimul omnes res locare con-
ſueverat ſequitur Matt. *Digeſt. noviſs. tom.* 3. *tit. re-*
tractus cap. 15. *per tot.* Vermigliol. *conſ.* 486. *num.*
4. & 5. in quam opinionem videtur inclinare Rot.
coram Seraph. *deciſ.* 174. *num* 1. & 2. coram Bu-
ratt. *deciſ.* 761. *num.* 5. ubi quòd acceſſoria, & co-
hæredes non poteſt dici ea res, vel pars quæ com-
modè vendi poteſt ſine alia re inſimul vendita, &
hanc ipſam diſtinctionem admittit Rendell *in ſcri-* 8
ptum eſt, verb. de circuitu numero 1. *verſ. contra-*
rium videtur, Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 31. *numero* 12.
cum ſeqq. part. 6. & idem Palma *alleg.* 8. *numero*
17. Marius Muta *in cap. Regni Siciliæ cap.* 20.
numero 31. & 35. *verſ. ubi ſubdit*, *tom.* 3. Coſta
d. q. 100. *numero* 8. & 16. de Marin. in addit

ad

ad Revetter. *decis.* 278. Ricc. *in addit. ad d. decis.* 17. Franch. de Luca *pariter ad eumdem num.* 6. Novat. *ad pragmat. Reg.* 6:. *num.* 4. *in fin. & nu.* 5. Cardin. de Luca *de ſervit. diſc.* 74. *num.* 12. *&* 13. ubi plenè demonſtrat quando nam adſit talis unio, & connexio, Caſtill. *decis.* 89. *num.* 11. *& ſeqq.* Antonell. *de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 19. *nu.* 379. *& ſeqq.* Duard. *de cens. tom.* 1. §. 4. *quæſt.* 16. *num.* 13. *fol. mihi* 601. Tondut. *reſol. civil.* 91. *num.* 15. *& ſeqq* Et quidem
9 hæc diſtinctio mihi verior videtur, quoniam eatenus dicitur individuus contractus, & venditio facta unico pretio, quatenus conſtat evidenter emptorem partem aliàs non emiſſe, nec tantam utilitatem potuiſſe habere in quolibet prædio, ideoque facta venditione rerum prorſus ſeparatarum, & diſtinctarum concedenda eſt prælatio in una re tantùm, quia tunc non conſtat emptorem alias res quoque empturum ſine illa non eſſe, dum natura ipſius contractus initi ſuper pluribus rebus prorſus diviſis, quæ nil commune habent inter ſe indicat potiùs contrarium, unde non poteſt conqueri emptor, & prælationem petens admittetur ad dividendum contractum quem partes ipſæ pro diviſo quoque exiſtimarunt, facta verò venditione rerum connexarum, quarum altera ſine alia non tantam affert commoditatem, vel commodè vendi, aut locari non poteſt, ideò prælationem petens, debet aut totum relinquere, aut totum habere, quia ex natura ipſarum rerum connexarum, aut inter ſe ratione majoris commodi unitarum apparet emptorem aliàs non acceſſiſſe ad emendum, nec tantam utilitatem eum percepturum fore ex parte, quantam percipere poteſt ex tota re unita, proindeque tam ex æquitate, quàm ex rigore juris hoc caſu individuitatem contractus inducentis, non debet quis admitti ad unam rem habendam, & alias reſpuendas, & ita reſpondetur principali fundamento DD. inter ſe contrariorum cùm verè jura hinc inde adducta non faciant ad propoſitum, illiſque ſatis reſpondeat Harpreɛt. *in d.* §. *fin. num.* 299. *& ſeqq.* aliique præcitati.

Secundus caſus fit de venditiòne plurium rerum juri prælationis ſubjectarum, purà quia adſit Dominus directus, qui habet plures fundos ſuo dominio
10 directo ſubjectos, qui omnes inſimul venditi ſunt, & hoc caſu ferè communis eſt opinio, quod non admittatur quis emptore diſſentiente unam ex pluribus rebus ita diſtractis jure prælationis retinere cæteris emptori dimiſſis, ut notat Tiraq. *de gloſſ.* 2. *num.* 3. Gomez. *ad leg. Taur.* 70. *num.* 15. Molin. *d. diſp.* 570. *d.* §. *dubium tamen eſt*, Boer. *decis.* 251. *ſub num.* 1. *poſt med. vers. tum etiam*, Petrus Gregorius Toloſ. *ſyntagm. iur. part.* 3. *lib.* 26. *cap.* 2. *numer.* 15. Roſenthal. *de feud. d. cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 91. *nu.* 3. Giurb. *decis.* 52. *n.* 21. *vers. ſed contrarium*, Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 12. *ſub num.* 20. *vers. quod in fortioribus.*

11 Sed contrarium latè defendit Molinæus *ad conſuet. Pariſ.* §. 13. *gloſſ.* 1. *num.* 54. *& ſeqq.* Ferret. in addit. ad Guidopap. *decis.* 411. *ante med. verſ. ſed quæritur unus eſt Dominus*, & quidem optima ratione, negari enim non poteſt, quòd bona emphyteutica, aut feuda ſunt diverſa, diverſi quoque Canones, diverſæque actiones, proindeque impediri non poteſt Dominus reſpectu unius rei exercere jus ſuum, & reſpectu alterius dimittere, & poteſt beneficium ſibi de jure competens reſpectu unius rei intentare de aliis non curando, aliàs ſi in hoc ſpeciali caſu ſingulariter contra Dominum introduceremus, quòd ipſæ res prorſus ſeparatas, & diviſas, & inter ſe non connexas neque dependentes teneretur mediante prælatione obtinere illum efficeremus deterioris conditionis aliis habentibus jus protomiſeos, qui ut diximus non adſtringuntur ad emendum omnia corpora diviſa; Nec dicatur illos non adſtringi ad omnes res emendum ex quo lex eos non admittit ad præ- 12
lationem petendam in omnibus rebus venditis, ſed tantùm in aliquibus, cujus oppoſitum evenit in hoc caſu, quoniam reſpondetur, quòd poteſtas prælationem obtinendi ſuper omnibus rebus eſt beneficium à jure introductum favore Domini, & proindè non debet retorqueri in ejus odium, & id quod voluntarium eſt, non debet fieri neceſſarium; Minuſque opponatur, quòd tale jus prælationem habendi eſt individuum, dum continet rem tradi, unde dum competit in omnibus rebus ſimul venditis non poteſt dividi, ut plerique ex præcitatis affirmant, quia quidquid ſit de hoc, nos non verſamur in jure prælationis proveniente ex eodem ſonte, ſed ex diverſo, & prorſus ſeparato, ideoque dum non eſt idem jus prælationis, ſed plura, & diverſis cauſis, & fontibus promanantia non poſſunt omnia ſimul in unum unita dici quid individuum, adeout neceſſariò inſimul exerceri debeant in rebus prorſus ſeparatis, & diviſis quidquid ſit rebus connexis, aut dependentibus, aut ſub eadem Curia, feudo, aut fundo emphyteutico exiſtentibus, quæ ut ſupra dictum eſt aut omnes emi, aut omnes relaxari debent, prout etiam tuetur Tondut. *reſolut. civil. d. cap.* 91. *à num.* 15. *ad* 20. prout quoque evenit in conſanguineo aliqua tantùm bona avita retrahere volente ſignanter fertilia, relictis aliis ſterilibus unico pretio, & in eodem contractu venditis, qui non poteſt id facere, Berlic. *concl.* 39. *de iur. protomiſ. num.* 87. *& ſeqq.* ubi concordantes, Molin. & Gomez *ubi ſupra*, eo quia ejus actio ex unico fonte derivat.

Tertius caſus ſit de re vendita, quæ ſit ſubjecta favore plurium juri prælationis, & tunc quæſtio eſt acerba inter DD. Ideoque plures quæſtiones figurandæ ſunt pro reſolutione; Prima eſt, an admittatur unus ad prælationem petendam, ſi alii plures conſentiant venditioni, atque Jus prælationis nolint, ſecunda an is admitti poſſit ad totam rem, vel potiùs ad partem, & ratam ſuam emendam, tertia tandem an ſuam ratam tantum emere valeat diſſentiente Emptore, qui dicat aut totam rem emendam, aut totam relaxandam eſſe.

Quoad primam quidquid aliqui concludant di- 13
centes, conſenſum aliorum in numero plurium prævalere adeout unus ex Dominis directis nequeat prælationem petere etiam pro rata ſua poſtquam alii approbarunt, ut videre eſt apud Nigrum *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 28. *art.* 1. *per totum fol. mihi* 429. *& ſeqq.* Ronchegal. *in l. eamdem in princ. nu.* 72. *ff. de duob. reis*, indubitatum eſt, quòd alter alteri in hoc caſu præjudicare non poteſt in jure prælationis, & ille præferendus eſt, qui vult retinere ſaltem pro ſua rata etiam aliis Dominis contradicentibus, juxta theo- 14
ricam Alberic. *in l. per fundum ſub num.* 6. *verſ. contrarium obtinui*, *ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* Oldrad. *cons.* 34. & plurium aliorum, quos refert Tiraq. *dicta gloſſ.* 2. *nu.* 5. Corbul. *de cauſ privat. &c. ampliat.* 25. *circa fin.* Giurb. *decis.* 52. *num.* 8. *&* 16. *cum ſeqq.* ubi conſiderat, quòd ſemper ſalvum eſt jus aliorum Dominorum laudare volentium, quia Condominus 15
retinere volens contingentem laudemii partem illis ſolvere tenetur, ſequitur Guidopap. *dec.* 411. *& dec.* 508. Roſenthal. *dicta concluſ.* 91. *num.* 2. qui aſſerunt leges apertas in ſimilibus terminis id diſponentes, Mura. *decis. Panorm* 85. *ferè per tot.* Tondut. *reſol. civil.* 23. *num.* 18. *& ſeqq.*

Quoad ſecundam ſciſſæ ſunt DD. ſententiæ, ali- 16
qui enim defendunt, quòd poſſit unus ex Dominis totam rem emphyteuticam jure prælationis etiam invito emptore retinere, & ſignanter Rip. *in l. quo minus num.* 144. *ff. de flumin.* Alberic. *in l. quòd ſi uno, ff. de in diem addict. num.* 2. Joan. Barber. *in ſua prax. tit. de locat. num.* 56. Pyrr. *ad conſuet. Aurel. tit. de feud. cap.* 3. *circa fin. verſ. memini*, Renat.

Cop-

Coppin. ad leg. Adium. lib. 1. cap. 4. num. 3. verſ. in-
ter duos, Arnold. Ferron. ad conſuet. Burdegal. tit. de
retract. §. 2. verſ. & ſi plures, Joan. Mantienſ. lib. 5.
tit. 11. l. 13. recollect. gloſſ. 2. & plenè Niger. de lau-
dem. quæſt. 28. artic. 6. num. 12. & pluribus ſeqq. & per
tot. Muta deciſ. Panorm. 85. num. 6. ubi quamvis cæ-
teri Domini non concurrant, quia adhuc acquiri-
tur, & communicatur alteris Jus pro eorum parte
per acquiſitionem factam ab uno Condomino, &
iſtos ſequitur Carpan. ad Stat. Mediol. part. 2. dicto
cap. 419. num. 8. & ſeqq. qui quidem plures alle-
gant rationes, primò quia Text. in l. fin. C. de jur.
emphyt. aliæque leges prælationem dantes non di-
ſtinguunt, an res ſit unius, vel plurium Domino-
rum; unde nec nos diſtinguere debemus, ſecundò
quia ſicuti non poſſet is cui competit prælatio par-
tem retrahere emptore diſſentiente, & dicente, quòd
nolit emiſſe niſi totum, ita quoque ut ſervetur æqua-
litas, ipſe idem poteſt excludere emptorem volen-
tem retinere partem dicendo, quòd nolit retrahere
totum, tertiò quia eadem res diverſo jure cenſeri non
debet, nec pro parte dici ſua, & in reliquo aliena,
17 cùm jura Condomini ſint tota in toto, & tota in
qualibet parte prædii emphyteutici, l. communis li-
bertas, ff. de in jus vocando, l. illud, ff. de ritu nupt.
quartò tandem, quia ſicuti exiſtentibus pluribus,
qui prætendant jus protomiſeos partes nolentium,
vel renunciantium cæteris accreſcunt, ut dictum eſt
in quæſt. 30. ita quoque partes aliorum Dominorum
nolentium uti jure prælationis accreſcere debent il-
li, qui non vult conſentire, ſed pro prælatione in-
ſtat.

18 Aliqui verò contrarium protinus concludunt, &
ſignanter Alberic. idem in dicta l. per fundum num. 6.
ff. de ſervit. ruſtic. prædior. & in l. ſi duo Patroni, ff. de
jure jur. num. 5. & in l. penult. §. 1. num. 3. ff. locat. Ti-
raq. de retr. lignag. §. 23. dicta gloſſ. 2. nu. 10. Ferret.
in addit. ad Guidopap. dicta deciſ. 411. verſ. ſed con-
tra quæritur, ubi ita judicatum teſtatur Molinæus ad
conſuet. Pariſ. §. 13. gloſſ. 1. num. 52. Roſental. de feud.
d. concl. 91. numer. 2. ſignanter in addit. lit. C. §.
ſic in molendinis, verſ. ego tamen in ſolidum, & latè
Giurb. dicta deciſ. 52. num. 13. & ſeqq. Cald. de emphyt.
extinct. dicto cap. 12. num. 24. ea ducti ratione, quòd
cùm res emphyteutica dividua ſit, imò ipſius emphy-
teuſis natura tam activè, quàm paſſivè dividua cen-
ſeatur, meritò is, qui habet dominium directum in
parte rei emphyteuticæ non habet jus in aliis parti-
19 bus ipſius rei, quæ ideò uti exemptæ à dominio di-
recto ipſius, qui præferri petit, non poſſunt ab eo-
dem retrahi.

Sed diſtinctionis fœdere has opiniones concilian-
das putarem, nam aut plures ſunt Domini directi
unius fundi ſeparati per partes cujus quælibet pars
certum Canonem ſingulis reſpondeat, & clarum eſt
20 quòd prælatio partis, & ratæ ſuæ tantùm cuilibet
concedatur ſive alii velint, ſive nolint concurrere
in emendo ex rationibus prædictis, aut plures ſunt
Domini, omnes pro indiviſo dominium directum
habentes, & tunc aliquibus nolentibus uti jure præ-
lationis, & venditionem approbantibus, Alter qui
vult præferri totam rem obtinere poteſt, non ſolùm
quia ſicuti dominium, quod eſt cauſa prælationis ab
ipſis retentum pro indiviſo efficit, ut jus ipſum præ-
lationis à dominio cauſatum etiam pro indiviſo cui-
libet competat; verùm etiam, quia ſicuti juxta verio-
rem opinionem plures vicini, aut aliis jus prælatio-
nis habentes, qui omnes concurrentes admitterentur
pro rata renunciantes, tamen eorum juri, vel ap-
probantes, & nolentes eo jure uti, alteri, qui nolit
approbare, ſed præferri petat ſuper tota re, accreſ-
cunt, ut in d. quæſt. 30. ita quoque dicendum eſt
in hoc caſu, in quo rationem diſparitatis non vi-
21 deo.

Quoad tertiam pariter DD. inter ſe diſcordant;
defendunt enim aliqui, quòd pars tantùm etiam in-
vito emptore retrahi poſſit ſequendo Alber. in l. per 22
fundum num. 6. ff. de ſervit. ruſtic. prædior. & conſ. Ol-
drad. 34. Caſſan. ad conſuet. Burgund. rubr. 11. de
cenſ. §. 1. verb. retentionem ſub num. 4. fol. mihi 614.
Jaſ. in l. fin. num. 124. C. de jur. emphyt. Corbul. de
cauſ. privat. ob alienat. irrequiſit. Domin. ampliat. 25.
circa fin. Roſentad. de feud. cap. 9. concl. 91. num. 2.
de Ponte de laudem. quæ 23. verſ. ad hanc, Molinæus
ad conſuet. Pariſ. §. 13. gloſſ. 1. num. 52. Ferrer. in ad-
dit. ad Guidopap. deciſ. 411. paulò poſt princip. verſ.
Molineus, Silveſt. Aldobrandin. conſ. 61. lib. 2. fere
per tot. latè Niger. de laudem. tom. 1. dicta quæſt. 28.
art. 5. à numer. 7. uſque ad fin. Guttier. practic. lib. 2.
quæſt. 162. ferò per tot. quam opinionem videtur etiam
ſequi Giurb. dicta deciſ. 52. num. 8 & ſeqq. ſignanter
num. 11. Tiraq. dicto §. 23. gloſſ. 2. num. 6. Muta
deciſ. Panorm. 85. num. 3. & ſeqq. & moventur tum
ob dividuitatem, ac facilem diviſionem portionis,
ſuper qua competit prælatio, tum etiam ob Text. in 23
cap. conſtitutus de in integr. reſtitut. in fin. in quo aper-
tè ſtatuitur, quòd conſanguineus habens jus præla-
tionis poſſit illud exercere ſuper parte rei venditæ
in unico contractu, & unico pretio, quamvis aliam
partem jure prælationis obtinere nequeat, & no-
lit.

Alii verò contrarium protinus opinati ſunt aſſe-
rendo, quòd Alberic. & Oldrad. numquam hanc 24
quæſtionem diſcuſſerunt ſed tantùm voluere, quòd
pluribus exiſtentibus Dominis directis poſſit unus,
qui nolit conſentire, pro ſua rata prælationem ha-
bere, ſed hanc facultatem habeat emptore diſſen-
tiente, & volente, quòd aut totum dimittatur, aut
totum retrahatur non quæſiverunt, quin imò Albe-
ric. in d. l. ſi duo patroni ſub num. 5. verſ. ſed pone, ff. de
jur. juran. contrarium apertè tenuit, quando emptor
diſſentiat, & hanc opinionem amplectitur Caſſan. ip-
ſe ad conſuet. Burdegal. rubr. 10. de retract. ſub nu. 16.
verſ. contrarium tamen credo, Cur. Jun. de feud. lib.
4. quæſt. 6. num. 95. in fin. Rip. in l. quo minus numer.
142. cum ſeq. ff. de flumin. & in l. 1. num. 41. ff de pi-
gnor. Tiraq. de retract. §. 11. gloſſ. 7. in fin. & dicto §.
23. gloſſ. 2. numer. 9. ubi de veriori teſtatur, & alii
plures, quos allegat Natt. conſ. 479. num. 24. Alex.
conſ. 143. num. 2. lib. 7. Bero. conſ. 172. num. 10. lib. 1.
Grivell. deciſ. 116. num. 2. Ludovic. Bell. conſ. 136.
num. 3. Tondut. reſol. 23. num. 18. Giurb. dicta deciſ.
52. num 3. & ſeqq. & num. 11. verſ. verum poteſt Do-
minus, Cald. de emphyt. extinct. dicto cap. 12. numer.
24. Carpen. ad Statut. Mediolan. part. 1. dicto cap. 419.
num. 2. lib. 1. Virmigliol. dicto conſ. 486. num. 2. &
ſeq. & plures alii in principio hujus quæſtionis ad-
ducti, qui plures allegant rationes, & ſignanter,
quòd res illa in unico contractu, & unico pretio 27
empta non tantam affert utilitatem in parte, quan-
tam in toto reſpectu totius, unde contractus debet
cenſeri reſpectu contrahentium individuus, quia aliàs
non eſſet emptor partem empturus, vel ob difficul-
tatem locandi unam partem ſine alia, vel ob dimi-
nutionem penſionis, vel quia invitus emptor incide-
ret in communionem cum prælationem petente, quæ
quidem rationes magis ſatisfaciunt in hoc præciſo
caſu, in quo non agitur, ut in primo de pluribus
rebus venditis, ſed de una tantùm, quæ in partes
diviſa non tanti extimatur, nec tanti valet, & dif-
ficilitet atque incommodè dividi poteſt. Nec huic
opinioni adverſatur Text. in d. cap. conſtitutus, ibi- 26
dem enim agebatur de venditione unius fundi, cu-
jus medietas erat materna, alia verò medietas pa-
terna, qui fundus cùm totus venditus fuiſſet à Patre,
ipſius filii petierunt (non partem ſolam obtinere,
ſed totum fundum) medietatem ſcilicet maternam
nullo refuſo pretio, attento, quòd venditio illius
portionis

Digitized by Google

portionis à Patre facta erat nulla, alteram verò medie-
tatem jure prælationis vigore conſuetudinis, quæ ta-
le jus conſanguineis concedebat, ut ibidem explicat
Gloſſ. *in figuratione caſus*, & cæteri Canoniſtæ affir-
mant, proindè non poteſt idem Text. adduci ad pro-
bandum, quòd conſanguineus partem tantùm rei in-
vito emptore obtinere poſſit, & aliam reſpuere; Id
27 autem procedit, ſi agatur de re, quæ commodè non
ſit dividua, & quæ diviſa in partes tantam non af-
ferat utilitatem in parte, quantam afferebat tota in
toto, ſecus verò è contra, ut plenè probat Niger.
d. quæſt. 28. *art.* 7. *num.* 19. *& ſeqq.*

Quartus caſus, quando venditur unica domus, ſeu
unicus fundus ſub directo dominio plurium Domino-
rum quorum quiſque particulare ſolum cum ſuis fini-
bus conceſſit, & quiſque prætendit præferri, & hoc
28 caſu diſtinguendum eſt; Aut enim agitur de fundo,
aut domo diviſibili, & ex finibus deſignatis in inve-
ſtitura dignoſci poteſt quænam ſit pars cujuſcumque,
& certè cuilibet in ſua portione tantùm danda eſt
prælatio, & quamvis major pars laudet emptorum,
adhuc tamen qui præferri voluerit ſuam partem obti-
nere debet; Aut domus, vel palatium conſtructum in
ſolo emphyteutico plurium non eſt diviſibile, ve-
propter diviſionem difformaretur, & eo caſu nemo
præferri poteſt, quia ſi unus præferri peteret in ſua
parte, alii verò emptorem laudarent, abſque dubio
is obtinere non poſſet, ſtante incommoda, imò ferè
impoſſibili diviſione ipſius partis à toto, ſi verò unus
vellet totum, nec poſſet quia jus dominii, quod eſt
cauſa prælationis percutit tantùm unicam partem,
quam à principio diviſibilem cum ſuis finibus ipſe
conceſſit, unde emptor poſſet renuere juſtè totum
revendere; Idemque evenit ſi rerum confines am-
plius dignoſci non poſſent, quia tunc nemo Dominis
in ſua parte præferendus eſt, juxta punctualem diſtin-
ctionem, de qua Giurb. *dicta deciſ.* 52. *à numer.* 27.
uſque ad fin. ſequitur Tondut. *d. reſol.* 23. *num.* 19.

Quintus caſus ſit, quando plures res ſunt venditæ,
ab initio pretio diviſo in ſingulas res, licèt poſtea in-
29 ſimul in eodem contractu coacervato, vel quando
plures res ab initio venditæ ſunt uno pretio, ſed po-
ſtea eodem contractu in ſingulos res diviſo. & hoc
caſu, quia plures cenſentur Venditiones ſuper una re
tantùm benè poteſt peti prælatio, cæteris omiſſis Ti-
raq. *de retract. lignag.* §. 23. *gloſſ.* 1. *num.* 20. *ſeqq. &*
num. 26. Boer. *deciſ.* 251. *per tot.* Berlich. *d. concluſ.*
39. *num.* 89. *& ſeqq.* plenè Anton. Malvaſ. *cauſ.* 96 *per*
tot. ubi egregiè.

30 Sextus caſus ſit, quando plures res ſeparatim, &
diverſo pretio extimatæ à debitore creditori in ſolu-
tum dantur pro unico debito, & eo caſu una res ſine
alia retrahi non poteſt, & aut omnes retrahi debent,
aut omnes omitti, tum quia conſiderata cauſa primæ-
va pro qua res dantur inſolutum, unum erat debitum
individuum, in quo debitor non potuiſſet invito cre-
ditore pro parte ſolvere, ideoque ex poſt facto non
debet admitti diviſio, & particularis redemptio, tum
etiam quia datio in ſolutum eſt individua, proinde-
que pro parte revocari nequit, juxta theoricam ſpe-
cialem Petri de Belluno *in l. ſcire debemus ad fin. prin-*
cip. ff. de verbo. obligat. quam ſequitur Jaſ. *in l. ſtipu-*
lationes non dividuntur 72. *ſub num.* 21. *ſub. fin. verſ.*
ad iſtam etiam. ff. eodem, Tiraq. *dicto* §. 23. *gloſſ.* 1.
num. 22. *& ſeqq.* Berlich. *dicta concluſ.* 39. *numer.* 91.
part. 2. Sed illorum opinio quamvis ob eorum aucto-
ritatem plurimi exiſtimanda ſit, tamen ratione de-
ſtituta videtur, ſi enim res datæ in ſolutum ſint di-
31 viſibiles, nec una ab altera dependeat aut connexa
ſit, tunc nil eſt, quod poſſit obſtare, cur quis præ-
ferri nequeat in una re tantùm altera omiſſa, non
32 quidèm unitas debiti, pro quo res data fuit in ſolu-
tum, quia ſicuti unitas pretii ab initio ſtabiliti, quan-
do res ſunt diviſibiles non impedit, quòd poſſit una

retrahi ſine alia ex prædictis, ita nec id impe-
dire poteſt unitas debiti, pro quo res in ſolutum da-
tur, neque ratio quòd debitor ab initio non poterat
pro parte ſolvere quidquam prodeſſe poteſt tunc 33
enim talis ratio obſtaret quando etiam ex poſt,
facto creditor obtenta prælatione ab alio in una re
pro parte ſatisfactus aſſet, & pro alia non, cùm au-
tem id ſit falſum, dum ipſe conſequitur plenariam ſa-
tisfactionem mediante una re, quæ ipſi remanet, &
pretio alterius rei, quòd ipſi ſolvitur, meritò ratio
prædicta nil concludit reſpectu extranei prælationem
petentis, quidquid ſit reſpectu ipſius debitoris in ca-
ſu quo cum pacto redimendi dediſſet dicta res in ſo- 34
lutum, de quo loquuntur DD. contrarii; Neque
tandem alia ratio, quòd ſcilicet datio in ſolutum ſit
individua, nam ultra quod ad procedit in judiciali
tantùm ditione in ſolutum juxta doctrinam Aretin.
& Soccin. Jun. *in l. certi condictio*, §. *quoniam*, *ff. ſi*
certum petat. & aliorum, quos videtur ſequi Tiraq.
in dicto §. 23. *gloſſ.* 1. *num.* 24. argumentum deductum
à dicta ratione non ſatisfacit, quoniam datio in ſolu- 35
tum non revocatur pro parte mediante prælatione da-
ta ſuper una re, quin imò contractus confirmatur, &
approbatur, & prælationem petens ſuccedit in locum
creditoris cui fuerunt res illæ in ſolutum datæ, ut di-
ctum eſt in *quæſt.* 5. *num.* 1. *& ſeqq.* & adempta una
re mediante prælatione non dicitur diviſa datio in ſo-
lutum, ſed quidem firma, & eadem prout prius erat,
ac ſoluto pretio partis ſubrogatus in eadem prælatio-
nem petens, cui non potuit præjudicari per prædictam
dationem in ſolutum à debitore creditori factam, ut
in *quæſt.* 17 *in ſecundo caſu*, *verſ. ex his itaque.*

Septimus, & ultimus caſus ſit, quando quis ven-
ditur univerſum ſuum patrimonium in quo adſit, ali- 36
quis fundus juri prælationis obnoxius, & tunc non
poſſe, quem præferri in illo fundo tantùm cæteris bo-
nis dimiſſis ob ſingulare privilegium univerſitatis bo-
norum venditorum, tenuit Coler. *deciſ.* 229. *num.* 1.
& ſeqq. & per totam part. 2. ſequitur Berlich. *dicta*
concluſ. 39. *num.* 94. Contraria verò opinio verior vi-
detur, quam ſequitur Bald. *de jur. prothomiſ. numer.* 23.
verſ. item pone, quòd quis vendidiſſet omnia bona, Ren-
dell. *eadem tractat.* §. *ſcriptum eſt*, *verſ item pone in*
fin. fol. mihi 302. Afflict. aliique plures in princip. ad-
ducti, & ratio eſt evidens, quia nullibi tale ſpeciale
privilegium reperitur tributum, neque venditio uni-
ſi patrimonii efficere poteſt, quòd prælationis jus im-
mutetur, imò impoſſibili teneretur, nam ſtante tali pri-
vilegio vendita univerſitate bonorum, quæ tamen
ſint prorſus ſeparata, & diſtincta, ſi quis vellet uti
prælationis jure ſuper uno fundo ſibi ſubjecto nun-
quam poſſet, niſi quoque totum patrimonium vendi-
tum emeret, quod quidem ſæpè impoſſibile redderet
exercitium talis juris, videndum tamen relinquo ea,
quæ dicta ſunt in *q.* 16. *num.* 42. *& ſeqq.*

QUÆSTIO XIV.

Quid faciendum ſit quando concurrunt ad prælationem petendam plures, quibus tale jus competit.

SUMMARIUM.

1 *Concurrentibus pluribus ad prælationem petendam, is præferendus eſt cæteris, qui fortius privilegium, & qui plures, & majores qualitates habet.*

2 *Inter plures præferendus eſt is, qui habet majorem partem, tanquam habens majus privilegium.*

3 *Inter plures creditores, creditor, cui major pecunia debetur, præferri debet.*

4 *Contrarium defendit Bald. cujus opinio defenditur tanquam verior.*

5 *Privilegia per plus, & minus inter ſe differre non dicuntur.*

6 *Declara quando lex non aſſiſtis ei, qui habet majorem partem, ſecus contra, quia tunc plus, & minus faciunt differre privilegium in ſubſtantia.*

7 *Ex pluribus concurrentibus ad prælationem, qui nam preferendus ſit deciditur in l. 1. ff. de privil. credit. quæ ſingulariter in hac materia attendenda eſt.*

8 *Text. in l. 1. ff. de privileg. credit. continet caſum ſpecialem, & minimè ad alios caſus extendendus eſt.*

9 *Declaratur Text. in l. 1. & in l. ſancimus, §. ne autem, C. de donat.*

10 *Inter plures prætendentes prælationem, is preferendus eſt, qui habet plures qualitates, ſi illæ ſint paris potentiæ, & effectus.*

Plura vincula magis ligant, quàm unum.

11 *Qualitates plures, quæ non ſunt paris potentiæ, & effectus nec dant jus prælationis, non tribuunt majus privilegium.*

12 *Inter plures vicinos, is debet præferri, qui habet duas aut plures adjacentias, & majorem numerum vicinitatum.*

13 *Inter plures Conſortes, is præfertur, qui inſimul Conſors eſt & Conſanguineus, juxta opinionem Alex.*

Contrarius verius defenditur.

14 *Inter plures, qui præferri petunt, is fortius dicitur habere privilegium, qui remedium prælationis intentare poteſt contra Emptorem, quamvis venditio facta eſſet Conſanguineo, aut vicino, ſi alii id facere nequeunt.*

15 *Ille, qui poteſt adimplere cauſam finalem legis, vel Statuti, pinguius, dicitur habere potiora jura, & cæteris præferri debet.*

Primo nominatus, in concurſu aliorum præfertur, quando lex pluribus concedis prælationis jus.

16 *Præoccupationi locus eſt, quando plures habent idem, & æquale privilegium prælationis.*

17 *Contrarium ſcilicet, quod nulla habita conſideratione præoccupationis, vel præventionis omnes pro rata admittantur, tenuerunt alii.*

18 *Alii putarunt locum eſſe gratificationi.*

19 *Alii diſtinguentes tenuerunt, quòd ſi res ſit dividua, omnes admittantur pro rata, ſi verò ſit individua, ſit locus præoccupationi etiam in provocando, & ſi omnes ſimul provocaverint locus ſit gratificationi, aut ſorte lis dirimi debeat, & hæc diſtinctio comprobatur.*

20 *In vendentis poteſtate, non eſt gratificare cui vult, quando jus omnium eſt æquale, & certum.*

21 *Præoccupationi locus non eſt, quando unus habet potentius jus cæteris.*

22 *Ius prælationem petendi eſt individuum, dum continet rem tradi, quod eſt individuum.*

23 *Declaratur quando res eſt dividua, & jus prælationis competit pluribus, quia tunc quilibet aliis concurrentibus poteſt petere tantùm prælationem pro ſua rata, & aliis nolentibus poteſt præferri ſuper tota re per jus accreſcendi.*

Ius accreſcendi datur in portione illorum, qui prælationem petere nolunt.

24 *Venditione facta uni ex conſortibus, aut vicinis, quibus prælatio competit, cæteri conſortes, vel vicini, prælationem petere non poſſunt.*

25 *Contrarium tenuerunt plures in caſu quo res vendita ſit alteri, qui minus privilegium habet, vel remotior eſt cæteris.*

26 *Imò, quòd etiam ſi plures exiſtent in æquali gradu, & habeant æquale privilegium, facta venditione uni, cæteri admittantur pro eorum rata, tenuerunt Bald. & plures ſequaces.*

27 *Statuto diſponente domum non poſſe alienari extra conſortes, facta venditione uni ex conſortibus, alii admitti non poſſunt.*

28 *Statuto diſponente, quod facta venditione penitus extraneo, conſors præferatur, non poſſunt alii conſortes præferri pro eorum rata, facta venditione uni ex conſortibus.*

29 *Fendo vendito à Vaſſallo uni ex Agnatis poſſunt cæteri Agnati æque proximi pro portionibus ſuis rem retrahere, ac prælationem obtinere.*

30 *Declaratur Rota coram Pan. deciſ. 1214.*

HAnc quæſtionem abſolvit Text. *in l. 1. ff. de pri-* 1
vil. credit. ubi Cajus J. C. præferendum eſſe putat eum qui fortius, & majus jus cæteris habet, & qui plures, & majores qualitates habet prælationem dantes; Sed quia tota difficultas pendet ex cognitione majoritatis privilegii, ideò breviter diſtinguendi ſunt plures caſus ad effectum diſcernendi, quando ſit majus, & potentius privilegium unius ex pluribus concurrentibus ad prælationem obtinendam.

Primus caſus eſt, quando concurrunt plures, quo- 2
rum unus præferri cæteris prætendit ratione majoris partis, & tunc quæſtio eſt difficillima; Quoniam Ancharanus *conſ.* 370. & Florianus de Sanct. Petro *inter conſ. Ancharan.* 371. præferendum eſſe putant eum, qui majorem partem habet, eoſque ſequitur Caipag. *ad Statut. Mediol. capit.* 434. *num.* 183. *& cap.* 417. *num.* 558. Mut. *ad conſuet. Panorm. cap.* 28. *num.* 1. Grat. *diſcept.* 742. *in fin.* Rumm. in addit. ad Afflict. *de jur. protomiſ. in princip. num* 9. *& fol. mihi* 90. *num.* 7. *& ſeqq.* de Luca ad Franc. *deciſ.* 550. *n.* 4. *verſ. ex capite,* Bard. *de jur. protom.* §. 5. *in* 2. *not. ab. ſub numer.* 2. *verſ. ſi verò unus,* quorum ſententia probatur evidenter non ſolùm per Text. *in dicta l.*
1. *ff de privil. credit. in fin.* ubi dicitur, quòd inter 3
creditores is cæteris præfertur cui major pecunia debetur, ſed etiam per Text. *in l. ſancimus* 34. §. *ne autem, C. de donat.* ubi majorem partem rei habens præfertur habenti minorem.

Contrarium verò probat. Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *verſ.* 4
non obſtat, quòd ſi alius, C. *de commun. ſerv. manumiſſ.* quem eleganter ſequitur, & explicat Ruio. *conſ.* 27. *num.* 5. *&* 12. *lib.* 4. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 11. *gloſſ.* 6. *n.* 11. *&* 17. Decian. *reſponſ.* 15. *num.* 51. *verſ. non obſtat quartum, lib.* 4. Rot. coram Dunozet. Sen. *deciſ.* 173. *num.* 12. *& pluribus ſeqq.* Adden. ad Buratt.
deciſ. 520. *num.* 11. qui moventur ex quo ratione ma- 5
joris partis privilegium ejus non dicatur potentius altero, dum in ſubſtantia, & in ſpecie per plus, & minus privilegia inter ſe differre non dicantur; ideoque data paritate privilegii nulla ſubeſt ratio, quæ majorem partem habenti prælationem conferat.

In hac quæſtione opinio, quam ſequuta eſt Sac. Rota mihi videtur optima ratione fulcita, & verior ob fundamentum quod plus, & minus non mutant ſubſtantiam privilegii, neque illud faciunt differre ſpecie conſiderando præſertim, quod Ancharanus, & Florian. de Sanct. Petr. loquuntur in diverſis terminis, ut Rot. coram Dunozet. Sen. ubi ſupra ponde-
ravit; Verùm tamen eſt, quòd hæc opinio videtur 6
pugnare cum Text. *in dicta l.* 1. *ff. de privil. credit.* ubi inter plures creditores prælatio datur illi, qui majus creditum, & conſequenter majorem partem habet, unde reſponderi poſſet, quòd dum lex ei qui habet majorem partem aſſiſtit adverſus eum, qui habet minorem, plus, & minus faciant differre privilegium in ſubſtantia, *l. græcè,* §. *illud, ff. de fidejuſſor. l. ſcio, ff. de in integ. reſtit.* Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.* 3. *gloſ.* 7. *num.* 16. *part.* 1. Nec dici poteſt Text. *in dicta l.* 1. intelligendum eſſe ſtrictè, neque extra caſum ſuum ſpecialem protrahendum, quoniam in hac materia, ubi in jure nihil circa id, de quo agimus ſtatutum reperitur, nonniſi ad Text. *in dicta l.* 1, ubi tractatur de hac quæſtione recurrere poſſumus, ut in principio dictum eſt, &

notat

notat Alexand. *conſ.* 27. *num.* 8. *lib.* 6. idrὸque ſicuti Text. contemplavit majoritatem partis inter creditores, & ex majoritate crediti majus privilegium deduxit, ita quoque in cæteris ex majoritate partis arguere debemus efficacius privilegium.

Sed ſe vera ſatis apertè conſtat, quὸd nimis fallax eſt argumentum ex *dicta l.* 1. deductum, & verius eſt
8 caſum dictæ legis eſſe ſpecialem, & minimè ad alios extendendum, ut notat Franch. *deciſ.* 81. *numer.* 3. Gratian. *diſcept.* 978. *numer.* 11. *in fin.* & Cuman. *in dicta l.* 1. *num* 1. Si enim liceret arguere ex diſpoſitis *in dicta l.* 1. ad alios caſus ſimiles, incideremus in aliud abſurdum communiter à DD. reprobatum; Etenim ſi inter plures idem privilegium prælationis habentes adeſſet aliquis venditoris agnatus, certè vi-
9 gore *dicta l.* 1. fateri oportet talem Agnatum potentius privilegium habere, & cæteris anteponendum eſſe, quὸd tamen falſum eſt, & abſurdum, cùm enim vigore qualitatis agnatitiæ in jure nullum detur prælationis privilegium, ut in *quæſt.* 46. . . . . . ſequitur, quὸd ipſa qualitas in concurſu uti extranea, & ad materiam prælationis non pertinens non ſit habenda in conſideratione, ut infra; Proindè cùm Text. *in dicta l.* 1. tantum affirmet, quὸd concurrentibus in licitatione rei debitoris pluribus Creditoribus, qui æquale pretium offerant, illi adjudicanda res ſit, qui habet majus creditum, quia poteſt faciliùs cæteris ſatisfacere, & majus jus habet ſuper ipſa re, non eſt extendendus extra ſuos terminos ex prædictis; Text autem in dicta *leg. Sancimus* neque extenditur extra ſuum caſum, ut in *quæſt.* 52.

Secundus caſus eſt, quando concurrunt plures,
10 quorum unus habet plures qualitates, & tunc diſtinguendum eſt, aut enim omnes illæ qualitates ſunt paris potentiæ, & effectus, & prælationis jus conferentes, & tunc cæteris anteponendus eſt, dum habet potentius privilegium, quia plura vincula magis ligant, quàm unum, Florian. inter conſilia Anchatan. *conſ.* 171. *num.* 3. *verſic. ſed magis*, Dec. *conſ.* 619. *num.* 7. Decian. *dict. reſpon.* 15. *nu.* 26. *verſ. nam duo vincula lib.* 4. Gratian. *diſcept.* 526. *num.* 2. *& ſeq.* Rot *deciſ.* 475. *num.* 14. *&* 15. *part.* 1. *diverſ.* & coram Merlin. *deciſ.* 386. *num.* 8. Aut illæ qualitates de jure nullum dant prælationis beneficium, & eo caſu, quia non ſunt paris potentiæ, & effectus
11 non poſſunt ſtrictiùs ligare, neque majus privilegium tribuere, juxta theoricam Baldi *in l.* 1. *ſub num.* 3. *C. de legit. hered.* & optimè Rot. coram Dunozzet. ſen. *dict. deciſ.* 173. *n.* 22. *& ſeq.* conſonant Cirocch. *diſcept.* 29. *ſub num.* 25 *verſ. nec facit, & ſeqq juncto nu.* 24. *& ſeq.* Merlin *deciſ.* 386. *in finem.*

Atque ex hac diſtinctione inſurgit veritas doctrinæ
12 Baldi *de jur protom. num.* 9. & Afflicti *eodem tract.* §. *ſeptimo in alio quoque nu.* 4. qui dixerunt, quὸd ſi ſtatutum prælationem concedat vicino, & plures concurrant vicini quorum unus habeat duas, aut plures adjacentias, & majorem numerum vicinitatum, is cæteris præferatur, cùm enim numerus diverſus vicinitatum prælationes diverſas contuliſſet, ſi res apud diverſos eſſet, ita quoque fortius, & majus privilegium tribuere debet, ſi apud unum uniatur, & ſequitur Anſald. *conſ.* 98. *num.* 35. Roland. *conſ.* 16. *nu.* 40. *lib* 3. Dec. *conſ.* 619. *num.* 7. Cirocch. *d. diſcept* 19. *n.* 24. *& ſeqq.* * In hoc ſenſu forraſſe procedunt DD. quos allegat de Luc. ad Franch. *deciſ.* 551. *num.* 5.

Es his etiam inſurgit inſubſiſtentia opinionis Ale-
13 xandri *conſ.* 27. *num* 8. *& ſeqq.* cujus dicta obiret videtur admittere Cirocch. *dicta diſcept.* 29. *numer.* 24. qui dixit, quὸd exiſtente ſtatuto prælationem dante conſorti inter plures conſortes is præferatur, qui inſimul conſors eſt, & conſanguineus venditoris, quὸd eſt falſum, nam dum ratione conſanguinitatis de jure nulla datur prælatio, non poteſt dicta qualitas potentius privilegium tribuere ex prædictis.

Tertius caſus eſt, quando concurrunt plures, qui 14
præferri petunt, ſed unus vigore ſtatuti, aut conſuetudinis prælationis remedium intentare poteſt contra venditorem aut emptorem, quamvis venditio facta eſſet conſanguineo, aut vicino, cæteri autem facta venditione conſanguineo, aut vicino à prælationis jure repelluntur, & tunc quamvis venditio ſit facta extraneis, in concurſu præferendus eſt ille, qui vigore ſtatuti prælationem habuiſſet etiam facta venditione vicinis, aut conſanguineis, quia habet potentius privilegium, juxta caſum conſ Ruin. 27. *num* 12. *lib.* 4.

Quartus caſus eſt, quando veniunt plures vigore 15
conſtitutionis, aut legis prælationem dantis, quorum unus magis adimplere poteſt cauſam finalem ipſius legis, & huic tanquam potiora jura habenti prælatio concedenda eſt contra cæteros concurrentes, Dec. *conſil.* 619. *num.* 7. Gratian. *diſceptat.* 742. *num.* 79. Bard. *de jur. protomiſ* §. 4. *in* 3. *notab. ſub num.* 6. §. *unde licet, verſic. & ex hoc deciditur illa quæſtio*, Grivel. *deciſ. Dolan.* 40. *num.* 34. *&* 35. Veral. *deciſ.* 78. *part.* 1. Mirta *digeſt. noviſſ. to.* 3 *de retract. cap.* 3. prout etiam ſi lex plures admittat primo nominatus in concurſu aliis præfertur, Thoro *vot.* 7. *numer.* 5. *&* 6. *part.* 1. Rimm in addit. ad Afflict. *in ultim. not. fol. mihi* 83. *&* 90 *num.* 4. *uſque ad* 11. ubi etiam de eo qui habet majorem indigentiam, quam tamen conſideraverit lex.

Quintus caſus eſt, quando plures concurrunt, qui 16
idem prorsùs jus habent, & æquale privilegium, & eo caſu quæſtio eſt ſolemnis; Sunt enim, qui putant locum eſſe præoccupationi, & præferendum eſſe illum qui prius provocavit, ut notat Bald. *de jur. protom. column.* 3. *verſ ſed quid ſi ſunt æquales*, Caſtrenſ. *conſ.* 221. *num.* 2. *lib.* 1. Alexand. *conſil.* 27. *numer.* 9. *lib.* 6. Tiraquel. *de retract. lign.* §. 11 *gloſſ.* 10. *nu.* 2. Igneus *in l. dudum column.* 28. *verſic. adde tamen unum, C. de contrahen. empt.* Gratian. *diſcept.* 526. *num.* 9. *& diſcept.* 542. *num.* 74. *& diſcept.* 745. *numer.* 9 *& ſeqq.* Franc. *deciſ.* 550. Mar. Mut. *ad conſuetud. Panorm. cap.* 27. *&* 28. *in fin.* Cirocch. *diſcept.* 29. *n.* 23. *& ſeqq.* Anſald. *conſ.* 90. *ante numerum primum, & numer.* 48. Rot. *deciſ.* 475. *num.* 16. *& num* 12. *& ſeqq. & deciſ.* 853. *in fin. part.* 4. *diverſ.* & coram Dunoazet. ſen. *deciſ.* 173. *num.* 18. *& ſeqq.* atque hanc opinionem obſervare Tribunal Cameræ in terminis Gregorianæ teſtatur Cardin. de Luca *de ſervit. diſc.* 77. *num.* 4.

Sunt & illi, qui nulla præoccupationis, vel præ- 17
ventionis habita ratione omnes pro rata admittendos eſſe exiſtimant, ut notat Neapodan. *in conſtitut. de jur. congr. in fin. in conſuet. ſi ex uno verb. unus tantum num.* 82. Benedict. *in cap. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelaſiam numer.* 608. *de teſtam.* Afflict. *de jur. protom.* §. 1. *col.* 21. *verſ. ultimo nota*, Ferron. *ad conſuet. Burdegal.* §. 3. *verſ. admittitur, & verſic. propone*, Nigr. *de Landem. tom.* 1. *quæſt* 28. *artic.* 2. *num.* 22. *& art.* 3. *numer.* 30. Cald. *de Emphyteuſ. extinct. cap.* 12. *num.* 18. Guidopap. *deciſ.* 411. *num* 3. Anton. Gomez *ad leg.* 70. *Tauri num.* 13 Rendel. *de jur. protomiſ. in textu* 2. *gloſ. parentes num.* 23. *in fin. fol. mihi* 108. Giurb. *deciſ.* 5 *numer.* 8 *& ſeqq.* Coccin. *deciſ.* 1164. *per tot. ſignanter num.* 4. *& plurib ſeqq.*

Sunt quoque illi qui putant locum eſſe gratifica- 18
tioni, ut tradit Ioannes Andreas in Addit. ad Speculat. *tit. de locat* § *nunc aliqua num.* 77. Iaſon. *in l.* 2. *ad fin. num.* 208. *verſic tenendo hanc partem, Cod. de jur. Emphyteut.* Pariſ. *conſ.* 22. *num.* 36. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 7. *num.* 7. *lib.* 1. Cald. *de renovat. Emphyt. q.* 17. *num.* 31. *&* 32. *& pluribus ſeqq.* ubi latè id probat Barz. *deciſ. Bonon.* 113. *n.* 4. *ad* 8.

Sunt tandem illi, qui diſtinguunt inter caſum in 19
quo res vendita ſit dividua, & inter caſum quo ſit

individum, reſpondendo quod primo caſu omnes ad-
mittantur, ſecundò verò locus ſit præoccupationi
ſe provocando, quòd ſi ſimul provocaverint locus ſit
gratificationi, aut forte lis dirimi debeat, ut notat Af-
flict. *tract. de quo ſupra* §. 1. *column*. 21. *nu*. 42. *ver. ſic*.
item pone quod pluribus, & ſingulariter diſtinguit Tira-
quel. *dicto* §. 11. *gloſſ*. 10. *numer*. 3 & 4. *juncto numer*. 1.
& idem Cald. *dicta quaſt*. 17, *numer*. 31. Grivel, *decis*.
Dolan. 40. *numer*. 25 & Rum. ad Afflict. *de jur*.
protomiſ. *pag*. 90. *numer*. 4. De Luc. ad Franch. *dicta*
decis. 59 *de jur protomiſ*. *num*. 26. 27. & 28. Cardin. de
Luca *de ſervit. diſc* 77. *num*. 4. Nigr. *dicta quaſt*. 18.
artic. 2. *num*. 82. *verſ. retenta diſtinctione tamen*, quæ
diſtinctio ſequenda videtur, uti æquior, & verior;
Etenim ſi res eſt dividua neque gratificationi Domi-
20 ni, neque præoccupationi locus eſſe debet, non enim
quando jus omnium eſt certum, & æquale debet eſſe
in poteſtate vendentis gratificari cui vult, & ſic tolle-
re jus alterius partis, ut in ſpecie contrarios removen-
21 dò dixit Jacob. Novel. *de jur. congr*. § 3. *per tot*, Rot.
coram Coccin. *dicta deciſ*. 1164 *per tot. ſignanter in*
fin. & multò minùs poteſt alter præoccupando & præ-
veniendo præjudicare aliorum juri, ſicuti enim præoc-
cupationi locus non eſt, quando unus habet potentiùs
jus, ut dixit Rot. *dicta decis*. 463. *in fin. part*. 1. & *de-*
cis. 833. *pariter in fin. part*. 4. *decis*. Anſald. *dicta con-*
ſil. 91. *numer*. 48 Caroccb. *dicta diſcept*. 29. *numero*
23 & *ſeqq*. Rum. *ubi ſupra num*. 3. 6. & 7. ex ea ra-
tione, quia non poteſt ob ſimplicem præventionem
præjudicari juri illius, qui habet fortiùs privilegium,
ita etiam ob ſimplicem præoccupationem præjudica-
ti non debet juri illorum, qui habent æquale privi-
legium, & poſſunt eodem jure obtinere portionem
ſuam, quia tunc quiſque habet in ſua portione fortiùs
privilegium ceteris, ſi res commodam patiatur divi-
ſionem ſecus ſi res ſit indviſibilis, quia cum eo caſu
plurium eſſe non poſſit, non abſque ratione introdu-
ctum eſt, quòd is qui fuit diligentior in prævenien-
do, & præoccupando cæteris præferendus ſit.

Nec obſtat, quòd tale jus prælationem petendi
ſit individuum dum continet rem tradi, quòd eſt in-
22 dividuum, & datur cuilibet in ſolidum, juxta dict.
conſ. Caſtr. 221. *numero* 2. *verſ. ſimiliter lib*. 1. quia
quando competit pluribus jus prælationem petendi
tunc quilibet in ſua portione dividua jus habere di-
23. citur, & actionem ſuam intentare poteſt, neque
alter jure proprio poteſt aliis concurrentibus prælatio-
nem petere ſuper tota re, niſi per jus accreſendi, qua-
tenùs ſcilicet alii nolint partes ſuas habere, ut notat
idem Caſtren. *in fin*. Surd. *conſ*. 415. *numer*. 7. Mut.
decis. 85. *numer*. 6. *vers. quod confirmatur*, *Franc. de-*
cis. 550. *in Princ*. de Luca adeundem *num*. 4. *in fin*.
Berlich. *p* 2. *concl*. 39. *num*. 36. Tiraq. *de retr. li-*
gnag. §. 12. *glos*. 7. *num*. 1. & *ſeqq*. Bellon. *de jur. ac-*
creſc. part. 2. *cap*. 6. *quaſt*. 33. *num*. 82. & 83. & be-
nè Rumm. in Add. ad Afflict. *fol. mihi* 91. *in add. ad*
num. 46. *vers. item pone*, & latiùs dictum eſt in quæſt.
13. ubi tamen vide.

24 Sed quid dicendum ſi unus ex iſtis qui prælationem
prætendit actu emerit à venditore, & in poſſeſſione
rei reperiatur; Quæſtio quidem eſt obſcura; Quo-
niam plures DD. tenuerunt indiſtinctè, quòd facta
venditione uni ex conſortibus, aut vicinis, quibus
ex diſpoſitione ſtatuti prælatio competat, cæteri con-
ſortes, aut vicini prælationis jus experiri nequeant
ut dixit Pett. Gerard. *ſingul*. 26. *num*. 4. Cephal *cons*.
179. *numer*. 15. *lib*. 2. Tiraquel. *de retract. lignag. in*
præfat. n. 73. & §. 11. *gloſſ*. 7. *num*. 2. Honded. *cons* 7.
num. 7. & 13. *lib*. 1. Gratian. *diſcept*. 745. *num*. 7. &
ſeqq. & *diſcept*. 732. *numer*. 43. Vermigliol. *cons*.
414. *numer*. 7. Mulphel. *ad conſuet. Neapol. tom*. 3.
part. 12. *quaſt*. 21. *numer*. 6. de Luc. ad Franch.
decis. 550. *numer*. 4. & *ſeqq*. Eminentiſſ. de Luca.
de ſervitut. diſc. 70. *numer*. 21. & *diſc*. 72. *numer*.
5. Rot, *decis*. 378. *numer*. 12. & *ſeqq. part*. 5. *recent*.
& coram Pænia *decis*. 1114. *numer*. 2. & latè etiam
Barz. *decis. Bonon*. 113. *num*. 4. *ad* 8.

Sed hanc concluſionem quando res vendita eſt al- 25
teri qui minus privilegium habet, vel remotior eſt
cæteri non admittit, Benedet. *de jur. protom*. §. *in*
primis numer. 4. & *in principio tractatus numer*. 194
vers. 7. *limita circa med* Anſald. *dicto cons*. 90. *num*.
44. & 48. plenè Tiraquel. *de retract. lignag*. §. 11.
gloſſ. 6. *num*. 15. & *ſeqq*. Anton. Gomez. *ad leg*. 70.
Taur. numer. 14. & *ſeqq*. Parlador. *quotid. differ. diſ*.
109. §. 3. *tota num* 3. ubi teſtatur de veritati, & con-
traria removet Carpan. *ad Stat. Mediol. part*. 1 *cap*.
417. *numer*. 8. 4. Bard. *de jur. protom*. §. 4. *in* 3. *not. ab*
ſub num. 6. § *und. licet*, *vers*. & *ex hoc deciditur alia*
quaſtio, & ſunt conſ. Decii 619. Ancharan 370. & Flo-
tian. de Sanct. Petr. inter conſ. ejuſdem Ancharan.
cons. 371. quod etiam tenuit Io. Faber *in* §. *ita tamen*
demum Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Et opti-
ma quidem ratione, quia is, qui inter plures minus
privilegium habet, vel remotior eſt in comparatione
proximioris, aut fortiùs pribilegium habentis dicitur
extraneus, & proinde poterit prælatio peti, ac ſi res
extraneo vendita eſſet.

Aliam quoque concluſionem etiam pluribus exi-
ſtentibus in æquali gradu, & habentibus æquale pri-
vilegium impugnant Bald. *cons*. 38. *lib*. 1. Tira- 26
quel. *d. gloſſ*. 6. *numer*. 20. & *ſeqq. juncto numer*. 20.
Anton, Gomez *ad d. leg. Taur*. 70. *num* 13. Parlador.
d. differ. 109. §. 3. *numer*. 4. Roudal. *de jur. proto-*
miſ. text. gloſſ. parentes. numer. 23. *fol. mihi* 108. &
gloſſ. ſocii num. 10. *fol. mih*. 112. qui reſpondent, quòd
facta venditione habenti æquale privilegium prælatio-
nis, ſi res ſit dividua poſſit ab aliis pro rata prælatio
peti, & conſonat Rot. coram Coccin. *deciſ*. 1164.
num. 31. & *per tot*. quorum opinioni videntur opti-
mæ rationes aſſiſtere, Quoniam ſicuti re exiſtente di-
vidua præoccupationi locus non eſt, neque gratifi-
cationi Domini, cùm neque venditor valeat aliorum
juri præjudicare gratificando, neque alter cui com-
petit prælatio obſtare valeat æqualibus præoccupan-
do, dum in cujuslibet portione dividua ſemper pri-
vilegium cujuscumque eſt efficacius, ita quoque ne-
que venditor cæteris præjudicare poteſt electione uni-
nius uni vendendo, neque emptor alius obſtare de-
bet præoccupando, & emendo, cùm enim omnium
æquale ſit jus in toto, & fortiùs cujuslibet privile-
gium in ſua rata, non poteſt illud diminui ex facto
venditoris, neque ex præventione in emendo, aut
poſſeſſione ipſius rei obtenta ab uno ex pluribus præ-
lationis jus habentibus; Atque hac opinione reten- 27
ta facilè reſponderi poteſt omnibus argumentis, &
Doctoribus contrariis; Bald. enim in *l*. 1. *num*. 5.
C. de commun. ſerv. manumiſſ. quem adducit Rot. *d*.
decis. 378. *part*. 5. & coram Pænia *d. decis*. 1114.
loquitur in caſu ſtatuti prohibentis domum alienari
extra conſortes, & jure optimo defendit ſatis eſſe
alienationem fieri uni ex conſortibus etiam minimæ
partis, ut alii majorem partem habentes conquæri
nequeant ex ea ratione quam conſiderat Rot. coram
Dunoz. ſen. *dicta decis*. 173 *num*. 12. & *ſeqq*. quòd ſci-
licet æquale habeat privilegium conſortii is, qui ha-
bet minimam partem, cum plus, & minus non dif-
ferant ſpecie, Gratian. verò de Luca, & alii ſimiles
loquuntur in terminis ſtatutorum, & conſtitutionum
exorbitentium loquentium de venditione facta peni- 28
tùs extraneo, unde optimè firmant, quòd ſtrictè de-
beant intelligi, neque valeant extendi ad caſum in
quo venditio facta ſit non penitùs extraneo, ſed uni
ex conſortibus. ſeu vicinis, ejuſdemque farinæ ſunt
deciſiones ſupra citatæ; Doctores tandem quos Ti-
raquel, ubi ſupra contra ſe refert, loquuntur in ter-
minis Domini directi, vel plurium in eadem in-
veſtitura comprehenſarum, quo caſu ſicuti introdu-
ctum

ctum eſt, quòd poſſint dicti comprehenſi inter ſe alienare abſque ullo Domini conſenſu, ita quoque abſolutum videtur, quòd directò prælatio non com-
29 petat, quòd non ſpectat ad hanc quæſtionem, ſed benè alia concluſio à Feudiſtis recepta, qui tenent quod ſi vaſſallus in unum ex pluribus qui ipſum æquali linea attingunt alienaverit, cæteri agnati æquè proximi poſſint pro portionibus ſuis rem retrahere, ac prælationem obtinere, juxta theoricam Baldi *in cap. 1. §. hoc quoque column. ult. verſ. ſeptima concluſio de ſucceſſ. feud. & conſ. 38. ac conſ. 309. lib.* 1. Ruin *conſ.* 8. *numer.* 6. *lib.* 1. Joan. de Lignan. inter conſ. Albert. Brun. *conſ.* 67. idem Alber. Brun. *conſ. feudal.* 38. *tota col.* 1. & plenè Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *numere* 18. *vers. quarè hac concluſio.*

30 Ideòque hæc opinio mihi verior videtur in ſimplicibus terminis juris communis præciſo caſu, in quo ſtatutum, conſuetudo, aut lex loquatur de venditione facta extraneis, juxtà ſenſum deciſ. Sacr. Rot. coram Pæn. & Merlin. Et quamvis plerique ex Doctoribus pro hac parte adductis id affirment vigore legum Hiſpaniarum, ut videre eſt apud Parlodor. *ubi ſupra,* tamen cùm ratio aſſiſtat, & plures ex Doctoribus præcitatis in terminis juris communis loquantur, ab hac opinione recedendum non putarem.

QUÆSTIO XV.

An Contractus factus in fraudem illius cui competit prælatio reſcindatur an verò validus ſit, itaut obſtet prælationem habenti.

SUMMARIUM.

1 *Contractus factus ad effectum effugiendi prælationis jus certo modo, & forma non reſcinditur niſi conſtet Iudici de præciſo animo fraudandi clarè, & concludenter.*

Prudens init conſilium, qui quærit effugere verba legis, & utilitatem propriam quærat, & augeat.

2 *Contractus non obſtat prælationem habenti, ſi ſit factus animo præciſo fraudandi, & tantum verbis, non autem re ipſa ſit adhibita cautela*

Cautela, an, & quando adhiberi poſſit ad effugiendum prælationis Ius.

3 *Vendens majorem partem prædii, vel domus à parte ubi non eſt vicinus, reſervata ſibi portiuncula cum qua confinat prædium vicini, an, & quando poſſit id facere in præjudicium vicini prælationem habentis, vide ibidem.*

4 *Vendens partem prædii, quæ confinat cum vicino, & aliam partem retinens, quæ non confinat, ſi pars retenta ſit utilis, & per aliquod juſtum temporis intervallum, pars retenta, eidem emptori non vendatur, non dicitur contraxiſſe in fraudem.*

5 *Vendens prædium, & reſervans ſibi fruſtrum terræ circumcirca prædium venditum, an & quando cenſeatur id feciſſe in fraudem, vide ibidem.*

6 *Venditio facta cum conditione, quatenus Dominus directus, vel prælationis Ius habens approbaverit venditionem, non dicitur facta in fraudem, quamvis pactum reſolutivum ſit adjectum, ad effectum Dominum directum à prælatione excludendi.*

Declara id procedere, dummodo ſtatim ac Dominus non approbaverit, contractus reſolvatur, ſecus ſi adhuc contrahentes in contractu perſiſterent.

7 *Venditio facta cum conditione, quòd nulla ſit veniente prælationem petente non dicitur facta in fraudem.*

Dummodo ſtatim, ac prælationem petens venerit nulla declaretur.

Corrad. de Iure Prælat.

8 *Declara, id procedere, quando fuit facta venditio ſub conditione impeditiva, vel reſolutiva contractus, quatenus Dominus veniret, ſecus ſi venditio ſit pura, & contrahentes dixerint, quòd nemo poſſit ſuper revendita prælationem petere.*

9 *Vendens Domum, quæ facilè poteſt ſeparari muro intermedio cum apertione alterius januæ an poſſit licitè vendere ſolam partem non vicinam, quam antea ſeparaverat cum muro intermedio, ad effectum evitandi prælationem.*

10 *Permutatio inter contrahentes, an, & quando licita ſit, quamvis ſit facta ad prælationis Ius effugiendum.*

11 *Pignorare poteſt Dominus rem, etiam tanti, quanti valet, ut prælationis Ius effugiat, ſi ea res ſit ſuorum majorum, vel in ea habeat ſpecialem affectionem.*

12 *Prælationis Ius habens poteſt cogere emptorem, & venditorem ad declarandum medio Iuramento an contractum inierint ſine fraude, vel potius ſimulatè, & fraudulenter.*

13 *Contrarium ut verius defenditur.*

APud antiquiſſimos Juris Conſultos præſertim in Inſigni Peruſinæ Academia degentes quæſtio iſta diſceptata fuit, & cum aliqui ipſorum tenuiſſent partem affirmativam, alii verò negativam, inde moderni in contrarias ſciſſi ſententias varias tradiderunt in hac materia opiniones, breviter tamen illis reaſſumptis conclusio ſit, quòd ſi conſtet Judici de animo præciſo fraudandi ex concludentibus conjecturis deſumpto contractus ſubſtineatur quamvis contrahentes actu contractum verum tamen, non fictum inierint eo modo, & forma ad effectum effugiendi retractum, 1
vel jus prælationis, quando enim quis quærit effugere verba legis, ut utilitatem propriam quærat, & augeat non fraudat, ſed potius prudens init conſilium, juxta Text. *in l. at qui natura, §. ſed cum me abſente, ff. de negot. geſt. l. cum pater, §. Titio in fin. ff. de legat. 2. l. qui autem, §. ſciendum, ff. de iis quæ in fraud. credit. l. ſi in ſumma. §. ſed ſi alii, ff. de pecul.* Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. numer.* 68. *& ſeqq. & numere* 80. Dec. *conſ.* 23. *numere* 20. *& ſeq.* Rendel *de Iur. protomis. §. Cauſa verò dotis, verb. ſimulatè donaverit, numer.* 8. *& ſeqq. & numere* 28. *& ſeqq. fol. mihi* 232. *& ſeqq.* Nigr. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 9. *numer.* 36. *&* 81. Honded. *conſ.* 7 *numer.* 7. *& pluribus ſeq. lib.* 1. Rota coram Burat, *deciſ.* 6. *numer.* 10. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 413. *numer.* 2. *part* 2. Si verò de tali animo fraudandi conſtet, puta quia non re ipſa, ſed tantum verbis ſit adhibita cautela, & verè appareat contractum principaliter initum eſſe in fraudem, tunc fraude detecta contractus ille non obſtat prælationem habenti, & res auferenda eſt ab emptore eidemque pro prælatione venienti adjudicanda, Text. 2
eſt ad hunc effectum non perpenſus in *cap. unico, §. ſed etiam ris*, ubi Gloſſ. *verb. proximiori per quos fiat inveſtit.* Corn. *conſ.* 23. *numer.* 17. *& ſeqq. lib.* 3. Afflict. *de jur. protom. §.* 4. *ſub numer.* 2. *verſ. primo nota, & ſeq. & n.* 13. *& ſeq.* ubi Ruin. *in addit. ad.* 1. *not. ab numer.* 8. *& ſeqq. & ad* 2. *notab. num.* 2. *& ſeq.* Novel. *eod tract.* §. 2. *numer.* 175. *& ſeq.* Capyc. *dec.* 38 *num.* 2. *in fin.* Thor. *in compend. deciſ. Neap. verb. Ius congrui fol. mihi* 199. Cirocch. *diceptat.* 29. *num.* 21. *& ſeq.*

Hinc facilè eſt definire quæſtionem quam excitat Petr. Gerard, *ſing.* 26. *nu.* 4. an ſcilicet vendens majorem partem prædii, vel domus à parte, ubi quis non ſit 3
vicinus reſervata ſibi portiuncula, cum qua confine eſt prædium vicini, ſi poſtea illam portiunculam eidem prælatio in toto vicino, aut conſorti competat, in qua quæſtione dicendum eſt, quod ſi venditio alte-

 rius

ritus portiunculæ fiat illicò, vel poſt brevo tempus, aut portiuncula illa non vendita remaneat venditori inutilis, aut nun poſſit à parte vendita ſeparari, tunc pro indubitato prælatio competat, quia cenſetur verbis tantum adhibita cautela non autem re ipſa, & quia fraus principaliter fuit adhibita, tum ob brevitatem temporis, quæ ſatis demonſtrat uſque ab initio inter contrahentes actum eſſe de venditione portiunculæ illius, tum ob inutilitatem rei non venditæ, quæ obſtendit ideò para reſervatam fuiſſe partem illam inutilem ut ſtatim ea quoque venditioni accedat, ſi verò pars illa reſervata ſit utilis venditori tunc prælatio non competit, quamvis poſt aliquod intervallum eidem emptori portiuncula illa quoque vendita fuerit, hoc etenim caſu venditio non dicitur facta principaliter in fraudem, dum te-
4 tentio partis utilis per aliquod juſtum temporis intervallum facit præſumere reſervationem illam factam fuiſſe propter utilitatem venditoris, & ut illa pars perpetuò apud eundem remanere, ut videre eſt apud Corn. *conſ.* 29. *num.* 6. *& ſeqq. & num.* 17. *& ſeqq. lib.* 3. Ancharan. *conſil.* 160. *ſub num.* 4. *ſignanter in verſic. contrarium ſentio*, Afflict. *d.* §. 4. *ſub num.* 15. *&* 16. ubi egregiè, & Rumm. *in addit. ad eumdem ad* 1. *not. numer.* 9. Tiraq *de retract. lignag. in præfat. num.* 72. *&* 73. Jacob. Novel. *d.* §. 2. *num.* 175. *& ſeqq.* Cephal. *conſ.* 179. *num.* 15 *& ſeqq.* Honded. *to conſ.* 7. *lib.* 1. Capyc. *decis.* 38 *per tot.* Vivium *comm. opin.* 832. *num.* 10. *& ſeq.* Papon. *arreſt.* 14. *tit.* 7. *lib.* 11. Tuſch. *verb. Ius congrui concl.* 183. *num.* 32. Molfeſ. *ad conſuet. Neap. tit. de jure congr. tota q.* 30. Tapiam *ad conſtit. ſancimus num.* 92. Thor. *in compend. decis. Neap. verb. Ius congrui fol.* 199. Paſchal. *de patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 102. de Luca ad Franch. *decis.* 550. *numer.* 3. Ciroech. *d. diſc.* 29. *num.* 10. *& ſeqq.* Burat. *d. decis.* 6. *num* 10. *&* 13. qui etiam concludunt quòd ſi venditor quoddam fruſtrum terræ circum circa rem venditam ſibi reſervaverit competat prælatio, ſi venditio partis reſervatæ poſt breve tempus fiat eidem emptori, vel
5 ea pars venditori remaneat inutilis, ſecus ſi eidem ſit utilis, & venditio dictæ partis eidem emptori poſtea fiat ex intervallo.

Ex his quoque colligitur, quòd poſſint contrahentes rem emphyteuticam vendere, & emere ſub ea
6 conditione ſi Dominus emptorem laudare voluerit, quamvis id fecerint ad effectum Dominum directum à prælatione excludendi, dum tamen ſtatim ac Dominus laudare noluerit emptorem, ac prælationem petierit contractus reſolvatur, quoniam ſi adhuc contrahentes in contractu perſiſterent prælatio denegandà non eſſe, ut probat Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 11. *glos.* 2. *num.* 57. *&* 58. Guidopap. *dec.* 47. *num.* 2. ubi allegat Bart. qui tamen nihil protinus dicit Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rub.* 11. *de cens.* §. 1. *in textu præſentionem num.* 3. *verſic poſſunt tamen facere fol. mihi* 1614. Boer. *ad conſuet. Bituricens. de feud.* §. 1. *vers. item etſi, & verſic. tamen conſilium*, Nigr. *de laudem. quæſt.* 9. *num.* 21. *& ſeqq. tom.* 1. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 33. Franc. Mar. *decis. Delphin.* 368. *num.* 13 *in fin. part.* 1.

Sequitur etiam ex prædictis quòd poſſint contractu venditionis, & emptionis convenire contrahentes,
7 quòd venditio ſit nulla, ſi veniet prælationem petens, ſi tamen actu poſtquam ipſe compareat venditio nulla declaretur, ut notat Afflict. *de Iur. protom.* §. 6 *n.* 13. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *dicta glos.* 2. *num.* 58. *&* 59. Harpreſt. *in* § *fin. num* 301. *& ſeqq. Inſtit. de empt. & vendit.* Niger. *de laud. tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 2. *numer.* 26. *&* 27. de quo etiam videndus eſt Eminentiſſ. de Luca *de ſervit. diſc.* 98. *& de cent. diſc.* 40. *numer.* 4. *&* 7. licèt venditio facta eum pacto quòd prælatio non competat non per viam
8 reſolutivam, aut impeditivam contractus nil officiat quo minus is cui prælatio competit ſuam electionem experiri valeat, ut notat Caſſan. *ad conſuetud. Burgund. tit. de retract. rub.* 10. §. 10. in Text. *venditor, & emptor numer.* 1. *fol. mihi* 1587. ſed de his recurrendum eſt ad quæſt. 16. numer. 52. …

Ex his quoque oritur, quòd ſi is qui habet do- 9
mum, quæ facilè poteſt ſeparari muro intermedio cum apertione, alterius januæ velit vendere, poſſit juſtè, & licitè ad effectum effugiendi prælationem vendere ſolum eamdem partem non vicinam, nec prælationi ſubjectam, quam janua, & muro diverſo ſeparavit, & poſtmodum tranſacto aliquo temporis intervallo eidem emptori aliam partem vendere, ut defendit Alciat. *in l. recte dicimus in fin. ff. de verbor. ſignif.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 434. *num.* 102. *& ſeqq.*

Infertur pariter, quòd ſi duo volentes effugere jus 10
prælationis ad hunc præciſum effectum verè non autem ſimulatè permutent inter ſe prædia poſſint id juſtè, & licitè facere quamvis poſtea alter ipſorum permutantium ſtatim prædium, quòd permutatione habuit alteri prompto emptori reperto ab alio permutante etiam antequam ad actum permutationis veniſſet vendiderit, quamvis enim iſto caſu videatur facta venditio, & interveniſſe pretium dum uſque ab initio promptus aderat emptor alterius prædii, qui pretium ſtatim ſequuta permutatione perſolvit, adhuc tamen nulla fraus dicitur commiſſa, & licita, ac juſta pluries declarata fuit iſta cautela, ut plenè probat Tiraq. *de retr. lignag. in præfat. num.* 78. *& ſeqq.* conſonat. Rendel. *d. verb. ſimulatè donaverit numer.* 8. *& ſeqq. ubi numer.* 28. *& ſeqq.* alios addit caſus ſimiles Rot. *deciſ.* 413. *per tot. part.* 2. *recent.* de quo etiam videnda ſunt, quæ diximus in *q.* 16. *quæſit.* 15.

Prout etiam dicendum eſt, quòd poſſint contrahentes ad effectum effugiendi prælationis jus non vendere, ſed pignorare rem etiam tanti quanti valet, ſi tamen 11
ea res ſit ſuorum Majorum, vel in ea habeant quamdam ſpecialem affectionem, & niſi fingatur contractus pignoratitius, & verè ex pactis, vel aliis expreſſis, aut deductis probetur contractus alienationis, ut dictum eſt in *q.* 19.

Sed ad effectum fraudes, & ſimulationes in hac 12
materia evitandi non ſine ratione plerique defendunt, quòd poſſit is, qui habet prælationis jus cogere contrahentes ad declarandum medio juramento utrum contractum inierint ſimulatè, & fraudulenter, ut probat Afflict. *de jur. protomiſ.* §. *quarto ſub numer.* 4. *verſic.* 4. *nota & ſeqq.* ubi Rumm. *in addit.* qui latè probat ex quibus conjecturis, & præſumptionibus poſſit talis fraus deſumi, & hanc opinionem ſequuntur plures quos retuli *q.* 9. *num.* 30. ubi tamen contrariam opinionem defendi, & quidem in praxi non ſervatur opinio Afflicti, niſi quando lex, aut ſtatutum ſpecialiter dicit, quòd venditor, aut emptor jurare teneatur, ut etiam latè probat Caſſan. *ad conſuetud. Burgun. rubr. de retract.* §. 11. in Text. *poſtea redimunt. num.* 1. *fol. mihi* 1592.

QUÆSTIO XVI.

In quibus nam contractibus, & rebus habeat locum prælatio.

SUMMARIUM.

1 *Prælationis Ius non competit quando bona devolvuntur ad fiſcum uti bona vacantia, aut ob tributa non ſoluta, ſecus quando res venditur fiſco.*

2 *Prælationis Ius competit quando fiſcus vendit res fiſcales, vel debitor fiſci dat pro certo pretio in ſolutum fiſco aliqua bona pronexa, aut pœna.*

3 *Fiſcus*

3 Fiſcus quando vendit bona ſui debitoris, indiſtinctè in dicto contractu competit prælationis jus.

4 Prælationis jus competit in venditione facta à non Domino, quem emptor Dominum fuiſſe credebat, ſi verus Dominus ſciens, & non clamans paſſus eſt emptorem uſucapere.

5 Declara id procedere in venditione perfecta uſucapione ſicut in donatione facta à non Domino, quem Donatarius Dominum eſſe credebat.

6 Venditione facta à non Domino prælatio competit illis, qui habent cauſam à vero Domino.

7 In venditione facta à non Domino, conſideranda eſt perſona Venditoris, non autem illa veri Domini.

8 In materia prælationis non eſt quærendum, ad quem ſpectet dominium rei venditæ, ſed ſolum inſpiciendum, qui nam ſit venditor.

9 Venditione facta rei alienæ à non Domino, prælatio debet competere habentibus cauſam à vero Domino, qui tacitè conſentit venditioni mediante uſucapione.

10 Declara id procedere quando venditio fuit facta à non Domino nomine veri Domini, & vendens habebat mandatum ab homine, vel à lege, aut ſubſequuta eſt veri Domini ratihabitio.

11 Quando vero non Dominus vendit rem alienam nomine proprio nec reperiebatur in poſſeſſione rei venditæ, nemini prælatio competit.

Si vero non Dominus poſſidebat, & tunc, non completa uſucapione, prælatio non poteſt illis, qui habent cauſam à vero Domino, uſucapione verò completa, prælatio danda eſt cauſam habentibus à vero Domino.

12 Hoc tamen medio tempore, quo uſucapio completur, prælationis jus dari debet illis, qui habent cauſam à vendente, ſi venditor poſſidebat, & verus Dominus non concurrat nec inhibeat.

Emptor non poteſt excipere de deficientia dominii vendentis neque ſub hoc prætextu negare prælationis jus illis, qui cauſam habent à vendente.

13 Donata re aliena cauſa mortis, verus Dominus eam condicere non poteſt, ſed tantum donans ſi convaluerit.

Emptor, aut Donatarius recognoſcit dominium ab illo, à quo res ei tradita fuit, & à quo habuit cauſam uſucapiendi, non autem à vero Domino, qui paſſus eſt uſucapionem.

14 Declaratur Text. in l. Indebiti §. ſed & ſi ff. de condit. Indebit.

15 Venditione facta à non Domino, etiam præſcriptione, vel uſucapione completa, competit actio vero Domino adverſus venditorem pro repetitione pretii.

16 Prælationis Ius non tollitur mediante cautela fraudulenta.

17 Prælationis jus non competit in venditione rei mobilis, quando lex, aut Statutum habet verba, quæ comprehendunt tantum rem immobilem.

Amplia quamvis mobilia eſſent pretioſa.

18 Amplia etiam quando lex, aut Statutum habet in ventre rationem, quæ non adaptatur rebus mobilibus.

19 Limita quando lex, aut Statutum generaliter loquitur, nec habet in ventre rationem, quæ ſolis immobilibus adaptetur, & multò magis quando ratio, ob quam lex movetur, æquè congruit immobilibus, mobilibus, & ſemoventibus.

20 In venditione molendinarum datur prælatio, ſi ratio, & verba legis ſint generalia, & indiſtincta.

Si verò verba legis comprehendant tantum immobilia, prælatio dabitur, ſi molendina ſint ſolo fixa, ſecus verò ſi ſint ſuper flumina ad inſtar navium.

21 Item procedit in venditione navium.

22 Prælationis jus datur in venditione columnarum, ſive Inſtrumentorum bellicorum, ſi columnæ ſint ſolo fixæ, aut Inſtrumenta bellica cum ipſo Caſtro vendantur.

Si verò columnæ non ſint ſolo fixæ, aut Inſtrumenta bellica cum Caſtro non vendantur, prælatio non competit, ſi lex de venditione immobilium loquatur.

23 Idem procedit in ſtatuis venditis.

24 Prælationis jus, competit in venditione Piſcinæ, Stagni, Columbarii, Leporarii, & ſimilium locorum, in quibus continentur ſilveſtres animantes.

Amplia etiam in piſcibus & animalibus in ipſis locis exiſtentibus, quæ faciunt unum, & idem corpus, & ſunt pars fundi.

Declara id procedere quando piſces, & animalia in hujuſmodi loco repoſita ſunt, ut multiplicarentur, & creſcerent, ſecus ſi ibidem ſint cauſa donandi, aut alibi transferendi.

25 Laudemium debetur in venditione Piſcinæ, Stagni, Columbarii, & ſimilium.

26 Prælationis jus non habet locum in venditione ſervitutis, ſive lex loquatur de mobilibus, ſive de immobilibus, cùm ſervitutes conſtituant tertiam ſpeciem.

27 Contrarium defendunt alii, ſi ſervitutes ſint prædiales, & adhæreant rei immobili.

28 Qui ampliant idem procedere in venditione ſervitutis uſusfructus, aut aliis ſimilibus.

29 Declara id procedere quando lex, aut ſtatutum generaliter loquitur, & ſe non reſtringit ad res immobiles, ſecus ſi verba reſtringantur ad immobilia juxta veriorem opinionem, quæ defenditur.

30 Vendito fundo, cum ipſa ſervitute, competit prælatio, tam in fundo, quàm in ſervitute.

31 Vendito fundo cum mobilibus ibidem exiſtentibus, vel venditis mobilibus deſtinatis ut perpetuò eſſent in fundo, acceſſoriè ad ipſum fundum prælatio competit.

32 Actione reali vendita, competit prælationis jus.

33 Contrarium defenditur quando ſtatutum loquitur de rebus immobilibus.

Idemque dicendum eſt, quando fuit venditum ſervitium, quòd debetur ratione rei immobilis.

34 Tiraquel, de retract. lignag. §. primo, gloſſ. 5. declaratur.

35 In venditione annui redditus, & Cenſus, competit prælatio, dummodo ſint perpetui ſaltem habitu, & non ſint temporales, vel brevi tempore duraturi.

36 Contrarium, & verius tenuerunt plures alii, ſi ſtatutum, vel lex de immobilibus loquatur.

37 Annus redditus, & Cenſus, ſunt Iura incorporalia abſtracta, & ſeparata de per ſe, nec ſunt res immobiles, ſed tantum pro immobilibus reputantur.

In venditione Cenſus, competit prælatio, quando lex habet verba apta ad comprehendendum talia Iura incorporalia, vel quando contractus cenſualis eſſet palliatus.

38 In venditione fructuum pendentium, competit prælatio, quando tunc temporis non erant à ſolo ſeparati.

39 Et quando fructus non eſſent capti colligi, & quando quis emit fructus pendentes indiſtinctè, ſecus quando quis emit fructus alicujus fundi ad vitam ſuam.

40 Contrarium verius indiſtinctè defendunt alii, quatenus fructus pendentes per ſe principaliter ſine fundo vendantur, ſecus ſi vendantur cum fundo ipſo.

41 In venditione Silvæ Cæduæ id eſt arborum, quæ caduntur, vel quæ jam fuerunt caſæ, non datur prælatio, niſi ipſa ſelva vendatur.

42 Hæreditate vendita, non datur prælatio, ſi lex de immobilibus loquatur.

43 Hæreditate vendita, non cenſentur venditæ ſingulæ res in ea comprehenſæ, ſed potius jus univerſale, & incorporale ſub ſe complectens omnes ſpecies.

44 *Contrarium tenuerunt plures credentes, quòd prælatio competat in ſtabilibus comprehenſis ſub hæreditate cum hoc tamen, quod ſi Emptor velit, quòd prælationem petens emat quoque mobilia, non poſſint mobilia ab immobilibus ſeparari.*

45 *Hæreditas pro parte, quæ reſpicit immobilia, habetur verè, & propriè tanquam res immobilis.*

46 *Opinio, quæ defendit, quòd in hæreditate vendita non competat prælatio eſt verior, contraria verò eſt magis communis.*

47 *Manſuer. opinio declaratur procedere, quando quis vendidit quotam partem hæreditatis, in qua nonniſi ſtabilia comprehenſa erant, & juris quadam inefficacia, & modici momenti.*

48 *In venditione conditionali competit prælatio.*

Venditio conditionalis ſtatim eſt perfecta, etiam antequam conditio extiterit.

49 *Alii defendunt, quòd ſi conditio ſit caſualis prælatio non competat, ſi verò ſit poteſtativa, vel arbitraria, prælatio detur.*

50 *Alii concludunt, quòd prælatio negetur ſi conditio ſit concepta ſub conditione, ſecus verò ſi ſit pura ab initio reſolvenda tamen ſub conditione.*

51 *Verior opinio defenditur, quæ dictat quod prælatio danda non ſit, ſive conditio ſit caſualis, ſive poteſtativa, ſive mixta.*

52 *Venditione facta cum conditione, quòd veniente eo, qui prælationem petit, venditio ſit nullius momenti, prælatio non competit.*

53 *In venditione conditionali prælatio non competit, quamvis adeſſent clauſulæ* precarii, & Conſtituti, *& quamvis deventum eſſet ad traditionem.*

54 *Limita ſi contrahentes perſiſtant in contractu etiam poſtquam conditio non eveniſſet, vel reſoluta fuiſſet, vel quando Emptor ſolviſſet pretium. & ipſius poſſeſſio eſſet diutina, de quo tamen dubitat auctor.*

55 *Prælatio non competit quotieſcumque res vendita fuit pro pretio, quòd Titius arbitratus fuit, & Titius non declaraverit.*

Quando verò perſona, quæ debebat pretium arbitrari non fuit determinata, vel quando electus fuit alter ex contrahentibus, tunc etiam mortuo illo, qui debebat pretium ſtatuere, ſupplebit judex, & prælatio dabitur.

56 *Prælatio non datur quando verba contractus reſpiciunt ipſius perfectionem futuram.*

57 *Vel quando verba præſentis temporis ſunt unita cum conditione, quæ in futurum verificari debeat.*

58 *Prælatio datur ſi verba contractus demonſtrent venditionem jam eſſe perfectam, licèt adſint verba reſolutiva, in caſu non evenientis, vel evenientis conditionis.*

Venditio facta cum pacto, quòd liceat ab emptione diſcedere, ſi alius meliorem attulerit conditionem intra annum vel cum pacto, quòd res reſtituatur alicui, ſi Conſul factus fuerit, aut cum ſimilibus, eſt perfecta.

59 *Venditio ſub conditione reſolutiva eſt pura, & perfecta, & transfert Dominium.*

60 *Prælationem petens facta venditione cum pacto reſolutivo, poteſt frui re, quouſque reſolvatur venditio eodem modo, quo illa poteſt eſt frui facta venditione cum pacto de retrovendendo, quouſque non ſit facta retrovenditio.*

61 *Venditione facta cum pacto legis Commiſſoriæ, vel addictionis in diem non competit prælatio.*

62 *Declara id procedere quotieſcumque iſta pacta ſunt concepta ſub conditione, ſecus ſi purè facta ſint, ſub conditione tamen reſolvenda.*

63 *Dominus directus facta venditione ſub pacto legis Commiſſoriæ, vel addictionis in diem, ſine ejus conſenſu non poteſt caducitatis remedium intentare, ſignanter reſoluta venditione.*

Sed non impeditur interim quouſque reſolvatur venditio prælationem petere.

64 *Facta venditione cum pacto legis Commiſſoriæ poteſt is, qui prælationem obtinuit ſolvere pretium intra ſtatutum diem, & ita impedire reſolutionem contractus, venditore tamen volente.*

65 *Si autem venditor contradicat, aliqui tenuerunt, quòd non poſſit prælationem petens ſolvendo pretium impedire reſolutionem contractus, & numero 66.*

67 *Contrarium verius defenditur.*

68 *Emptor cum pacto legis commiſſoriæ, poteſt alteri vendere cum eodem pacto, & cum facultate ſolvendi pretium priori venditori.*

69 *Text. in leg. licet ff. de in diem addict. declaratur.*

70 *In venditione facta cum pacto, quòd ſi diſplicuerit, res ſit inempta, prælatio competit.*

Venditio facta cum pacto, quòd ſi diſplicuerit res ſit inempta eſt pura, & perfecta, ſub ea tamen conditione reſolvenda.

71 *Venditione facta cum pacto, quòd ſi diſplicuerit, res ſit inempta, data diſplicentia reſolvitur contractus, & fructus interim percepti reſtituuntur.*

Declara iſtam diſplicentiam dependere ab arbitrio boni viri, & à juſta Cauſa.

72 *Et non determinato tempore diſplicentiæ, admittitur emptor tantum intra ſexaginta dies ad cauſas ſuæ diſplicentiæ adducendas.*

73 *Limita quando venditio fuiſſet facta cum libera, & abſoluta facultate diſplicentiæ non regulanda ab arbitrio boni viri.*

74 *Prælatio competit quando eſt facta venditio ſub conditione, quæ de ſui natura ineſt contractui, vel quæ neceſſario extitura eſt.*

Contractus non eſt conditionalis, quando conditio tacitè ineſt, vel neceſſario prorſus extitura eſt.

75 *Venditio, quæ habet in ventre tacitam, & neceſſariam conditionem faciendæ menſuræ eſt pura, & perfecta.*

76 *Prælatio debetur in venditione concepta ſub conditione, quæ abſque dubio futura ſit.*

77 *Prælatio debetur ſi contractus erat purus, & conditio etiam ſuſpenſiva, fuerit addita ex intervallo, vel fuerit jam adimpleta.*

78 *In venditione modali prælatio competit etiam antequam modus ſit adimpletus.*

79 *Declara id procedere, quando modus adimplendus poteſt æquè benè per prælationem petentem adimpleri, ſecus contra.*

80 *In venditione facta cum pacto retrovendendi prælatio non competit quando ex conjecturis contractus reputatur potius pigneratitius.*

81 *Quando verò contractus eſt verus, & venditio eſt facta realiter cum pacto retrovendendi, tunc prælatio neganda non eſt.*

Concurrente illo, qui habet prælationis jus, & venditore, qui vendidit cum pacto retrovendendi, eſt præferendus venditor.

82 *Emptor non poteſt prorogare tempus datum ad redimendum in præjudicium prælationem habentis.*

83 *In venditione cum pacto, quòd dominium non tranſeat, niſi pretio ſoluto. prælatio locum habet.*

84 *Amplia etiam in venditione facta cum pacto, quòd dominium non tranſeat, niſi debitore mortuo.*

85 *Pactum, quòd dominium non tranſeat in venditione eſt contra naturalem effectum contractus emptionis.*

86 *Contrariam opinionem, quòd ſcilicet in venditionibus factis cum tali pacto non habeat locum prælatio, quando non fuit habita fides de pretio tenuerunt alii.*

87 *Venditio facta cum pacto reſervationis dominii, nullum transfertur in emptorem dominium, imo neque poſſeſſionem, ſed tantum nudam detentationem, quamvis partes devenerint ad traditionem.*

88 *Emp-*

Digitized by Google

88 *Emptor cum pacto reſervationis dominii, nullum jus acquirit ſuper re, nec poteſt ſuper re empta ſervitutem, cenſum aut hypothecam conſtituere, neque fructus ſuos facit.*

89 *Pactum reſervationis dominii perpetui in contractu emptionis vitiatur, non autem pactum per quod reſervatur dominium uſque ad ſolutionem pretii.*

90 *Dominium non transfertur in emptorem niſi pretio ſoluto, quando nulla fuit habita fides de pretio.*

91 *Prælationem obtinens, cenſetur ſubrogatus in locum emptoris, & idem onus ſufferre tenetur, nec poteſt ipſe plus juris, quam emptor prætendere.*

92 *Emptor cum pacto reſervationis dominii, nullum prorſus jus ſuper re empta acquirit.*

93 *Venditione ſimpliciter facta purè adjecto poſtmodum pacto, quòd donec, vel ſi pretium non ſolvatur, liceat venditori redire ad dominium rei venditæ, prælatio competit.*

94 *Amplia in venditione facta cum dicto pacto, quando tamen fuit habita fides de pretio, vel adſunt in inſtrumento clauſula* ad habendum conſtituti, *& ſimiles, indicantes tranſlationem dominii.*

Reſervatio dominii reſolvitur in ſpecialem hypothecam, quando vel fuit habita fides de pretio, vel in Inſtrumento adſunt clauſula conſtituti ad habendum, *vel aliæ ſimiles indicantes tranſlationem dominii.*

95 *Venditio facta cum pacto reſervationis dominii, quando non fuit habita fides de pretio, reſolvitur in contractum locationis ſemper, & quandocunque ad nutum venditoris revocabilis.*

Et ideo dicta venditione non habet locum prælatio, niſi pretium fuerit die Statuto ſolutum.

96 *Alii tenuerunt, quod contractus reſolvatur in pignoraticium, & jus prælationis conceſſerunt.*

Contrarium tamen verius defenditur.

97 *In venditione facta cum pacto reſervationis dominii, aut ſtante alio pacto, quòd donec pretium non ſolvatur, fructus recompenſativus, vel aliquid annuum venditori præſtetur prælatio competit.*

Amplia quando venditor ſibi reſervavit cenſum redimibilem ſuper illa re, quouſque pretium ſolveretur.

Amplia quamvis venditor proteſtatus ſit, quòd ſibi reſervabat dominium directum, & ſolum utile transferebat.

98 *In venditione ad vitam, non habet locum prælatio.*

99 *Contrarium tenuerunt plures alii, credentes quòd hæc ſit vera venditio.*

100 *In venditione ad vitam non competit prælatio, quando verba aut ratio legis talis venditioni non congruunt.*

101 *Aut quando lex utitur verbis, quæ perpetuam alienationem, & continuum dominii diſtractionem reſpiciant.*

Secus quando lex generaliter prælationem concedit, & ratio æquè congruit venditioni ad vitam, & venditioni perpetuæ.

Limita quando venditio eſt facta ad modicum tempus duratura.

102 *Prælationis jus non competit quando contractus eſt nullus vel ex defectu ſolemnitatum, vel ex incapacitate emptoris, vel ex aliis cauſis.*

103 *Sententia declaratoria nullitatis inter emptorem, & venditorem, an, & quando noceat prælationis jus habenti.*

Declara, quòd ſi nullitas ſit inducta favore venditoris, non poſſit eam allegare venditor in præjudicium prælationem petentis.

Amplia etiam ſi venditor agat pro nullitate, quam tamen incontinenti non probaverit, cùm tunc prælationem petens poſſit rem habere, ac litem defendere, illiuſque periculum ſufferre.

104 *Amplia eo magis ſi venditor velit ſtare contractui.*

Limita quando nullitas eſt inducta primario, & indiſtincto favore publico, quia tunc poteſt à quocunque, & ab emptore allegari.

105 *In venditione facta vi dolo, aut metu competit prælatio, quando tam emptor, quàm venditor fuerunt doli participes, &c. ſi verò venditor ſolus fuit particeps, tunc emptor poterit allegare nullitatem, & è contra.*

106 *In venditione imperfecta, nulla, vel facta ſine pretio, non competit prælatio.*

107 *In venditione ſimulata, prælationis jus non datur.*

108 *In venditione, quæ verò non eſt venditio, ſed contractus pignoris, vel alius ſimilis, non competit prælatio, & è contra in contractu pignoris, vel alio, qui verè talis non ſit, ſed contractus emptionis, prælatio datur.*

109 *Prælatio datur quotieſcumque ſimulatio incontinenti non probatur, vel ea probata, alius contractus verè factus fuerit, in quo prælatio debetur.*

110 *In venditione rei litigioſæ prælatio competit.*

Alienatio rei litigioſæ quoad alienantem & inter ipſos contrahentes eſt valida, licèt ſit nulla favore collitigantis.

111 *Contrarium eſt verius, ſcilicet quod alienatio ſit ipſo jure nulla etiam inter ipſos contrahentes.*

112 *Litigioſi vitium ceſſat quando alienatio eſt neceſſaria, & facta lege jubente.*

113 *Prælationis jus habet locum in conceſſione in Emphyteuſim, quando inveſtitura eſt facta ſub modico Canone vel benemerito, aut amico, vel conſanguineo.*

114 *Quando verò conceſſio eſt facta alicui ad certas generationes ſub Canone magno, & ferè correſpectivo fructibus, & tunc nec locus eſt prælationi, ut plures affirmant.*

115 *Agnati non præferuntur, ſi res non fuit vendita ſed fuit data in feudum.*

116 *Contrariam opinionem, quòd ſcilicet in conceſſione in Emphyteuſim competat prælatio, quando conceſſio eſt facta ſub Canone ferè correſpectivo fructibus probarunt alii.*

117 *Text. cap. 1. § ſed etiam res per quos fiat inveſtit. declaratur.*

118 *Diſtinguitur inter caſum, in quo verba, aut ratio legis non congruant conceſſioni Emphyteuticæ, & inter alium, in quo congruant.*

119 *Conceſſa re in Emphyteuſim perpetuo pro omnibus, & quibuſcumque hæredibus etiam extraneis, & cum obligatione ſolvendi Canonem fructibus correſpondentem prælatio datur.*

120 *Prælatio datur quando conceſſio Emphyteutica eſt facta cum pacto francandi, ſi francatio fieri debeat in pecunia, aut in tot aliis rebus functionem recipientibus, ſecus ſi fieri debeat in tot bonis in ſpecie ſpecificatis, quia tali, vel tali prædio, quia tunc non datur prælatio.*

Limita ſi conceſſio ſit facta benemerito, & pactum francandi ſit pro parvo pretio, adeout potius prævaleat donatio, quia tunc non conceditur prælatio.

121 *In conceſſione in Emphyteuſim datur prælatio, quando contractus eſt ſimulatus, & palliatus, & ex circumſtantiis conſtat contractum eſſe emptionis.*

122 *Prælationis jus datur quando quis rem propriam pecunia recepta, ſupponit in Emphyteuſim favore certi.*

123 *In locatione ad modicum tempus facta, prælatio non habet locum.*

124 *Et quid in contractu ad gaudendum ibi vide.*

125 *Si verò locatio ſit ad longum, ſive longiſſimum tempus tunc plures defendunt prælationem locum non habere.*

126 *Statuta loquentia de venditione, & alienatione, non habent locum in locatione.*

127 *Contrariam opinionem tenuerunt alii.*

128 *Præcipuè quando locatio eſt facta pro viginti, aut triginta annis, & pro univerſo illo tempore conductor unicum tantum pretium ſolvat.*

129 *Verior de rigore Iuris defenditur opinio, quæ negat prælationem in locatione ad longum tempus, niſi lex habeat in ventre rationem, vel talia verba, quæ etiam congruant talibus contractibus*

130 *In ceſſione rei facta certo dato pretio, prælatio locum habet, ſecus ſi ſit ceſſa una res contemplatione alterius recepta, aut gratuito.*

131 *In ceſſione rei facta nullo dato pretio, ſed reſervato cenſu ſuper re ceſſa, prælatio negatur.*

Limita quando adeſt pactum francandi, vel redimendi cenſum, vel conſtat de fraude.

132 *In ceſſione rei cum onere ſolvendi ſua debita cedentis ſpecificata, & æquivalentia pretio rei, prælatio competit.*

133 *Limita quando debita non ſunt ſpecificata, ſed tantum in genere expreſſa.*

134 *Sublimita quando prælationem petens certificaret debita, aut actu à ceſſionario illa ſoluta ſint.*

Et quid ſi debita ſint incerta ibi vide.

135 *In diviſione prælatio non habet locum, ſi ita fiat, ut prædium cum prædio compenſetur.*

136 *Dominus directus non præfertur in diviſione rei Emphyteuticæ, ſi loco partis uni adiudicatæ fuerit data res allodialis.*

137 *In diviſione ita facta, ut alteri prædium alteri vero pretium detur, competit prælatio.*

138 *Rendella diſtinguit, quòd in diviſione hereditatis non competat prælatio in diviſione verò aliarum rerum, quæ commodam recipiunt diviſionem competat, in diviſione verò rerum, quæ incommodam recipiebant diviſionem, non competat, cum diviſio cenſeatur neceſſaria & num. 139.*

140 *Berlich. verò credidit, quod ſi partes inceperint à venditione prælatio locum habeat, ſecus ſi inceperint à diviſione, ſed hæc diſtinctio reprobatur, ut num. 141.*

142 *In permutatione rei ſtabilis cum alia re ſtabili inæſtimata, prælatio non competit.*

143 *Permutare licitum eſt contrahentibus etiam ad excludendum Jus prælationis habentem.*

Limita quando fuit prius facta venditio, & poſtea permutatio.

144 *In permutatione facta unius fundi cum alio, competit prælatio, ſi res fuerint æſtimatæ.*

145 *Contrarium ut verius defenditur.*

146 *Res una non poteſt eſſe pretium alterius.*

147 *Prælatio negatur in permutatione propter ſpecialem affectionem, quam contrahentes habent in rebus hinc inde datis.*

In permutatione locum habet prælatio quando partes prius convenerunt de pretio certo, & poſtea ſpeciem in ſolutum dederunt.

148 *In permutatione habet locum prælatio, quando prædium permutatur cum re mobili, quæ recipit æſtimationem, vel functionem.*

149 *Amplia ſive res datæ fuerint æſtimatæ, ſive inæſtimatæ, & num. 150.*

151 *Amplia quamvis pro prædio fuerint data mobilia pretioſa.*

152 *Limita quando in illis rebus mobilibus poſſet veriſimiliter conſiderari ſpecialis affectio contrahentis.*

153 *In permutatione non habet locum prælatio, quando pro re permutata, ſolvitur alteri certa ſumma pecuniæ ad æqualitatem alterius rei datæ inducendam, ſi pecunia, quæ refunditur eſt minor valore rei.*

154 *Si verò pecunia, quæ refunditur excedit valorem rei aliqui defendunt quod prælatio non datur, niſi exceſſus ſit in tertia parte.*

155 *Aliqui contrarium probant indiſtinctè, quamvis exceſſus ſit modicus.*

156 *Alii dicunt id procedere quando partes nec permutare nec vendere dixerunt, quod ſi vendere dixerint aut principaliter pretium detur, & species acceſſoriè, prælatio competat ſi autem permutare declaraverint, & res ſit data principaliter, pretium verò acceſſoriè, tunc prælatio non competat, niſi conſtet de fraude.*

157 *Hæc diſtinctio defenditur.*

158 *Deciſio Vbald. 89. Declaratur, & num. 159.*

160 *Si verò pecunia ſit æqualis ſtatur declarationi partium.*

161 *In dubio verò præſumitur contractus permutationis, in quo non habet locum prælatio.*

Alii credunt contractum ſimul eſſe venditionis, & permutationis pro media parte.

162 *Alii credunt contractum potius eſſe Emptionis, & venditionis in quo habet locum prælatio.*

163 *Auctor defendit circumſtantias cujuslibet caſus eſſe inſpiciendas, & multum poſſe jus Iudicis arbitrium.*

164 *In permutatione ita facta, ut loco rei dentur tot annui Cenſus, non in ſolutum, ſed verò, & propriè in permutationem, non competit prælatio, & num. 165.*

166 *Amplia ut nec prælatio competat quando res corporalis permutatur cum re incorporali, idest cum aliquo jure reali.*

167 *In permutatione habet locum prælatio, quando res permutata non diu apud permutantes remanent, ſed ſtatim rurſus vendita ſint, propter præſumptam fraudem.*

168 *Amplia idem procedere quando res permutationis titulo tradita, ſtatim fuit à tradente recuperata vel empta, vel quando conventum fuit inter partes, quod aliter potuiſſet rem pro tanto pretio recuperare.*

169 *Contrarium putavit Tiraquel. cedens hoc eſſe prudens Conſilium, & eſſe licitam cautelam permutare, quamvis ſtatim ſequuta permutatione ex intellectu antecedenti, fundus alteri vendentur.*

170 *Refertur opinio Tiraquel.*

171 *In permutatione non habet locum prælatio quamvis competat ex pacto contra opinionem Berlich.*

172 *In permutatione non habet locum prælatio, quamvis permutatio ſit facta ad effectum excludendi jus prælationis habentem.*

173 *In contractibus innominatis, & in aliis, in quibus quis dat fundum, & alius præſtat aliud, in quo induſtria hominis requiritur, non viget prælatio.*

174 *Limita quando fuit datus alicui fundus, ut reficiat domum, vel Inſulam, quia tunc prælatio debetur, & per extimationem pretium certificari poteſt.*

Sublimita ſi etiam in hac refectione conſiderari poſſet induſtria perſonæ.

175 *In compenſationibus non habet locum prælatio, niſi conſtet de fraude, aut præceſſerit alius contractus in quo ſolet dari prælatio, & pro parte pretii Emptor velit compenſare.*

176 *Prælationem petens poteſt ſolvere etiam valorem annui redditus, quem emptor ſuper re empta habebat, juxta opinionem Caſſan.*

Contrarium defenditur, num. 177. & ſeqq.

177 *Servitus extincta remanet per acquiſitionem prædii ſervientis.*

178 *Declara id procedere quando Dominus ſervientis evaſit Dominus fundi ſervientis irrevocabiliter ſecus ſi revocabiliter.*

179 *Amplia idem procedere in annuis redditibus, nam ſi acquiſitus fuerit fundus irrevocabiliter annui redditus extinguuntur, ſicut ſi revocabiliter.*

180 *In tranſactione non habet locum prælatio, quando res remanſit apud eum, qui eam poſſidebat & ad ſe eximendum à lite, alteri certam quantitatem dedit.*

Secus verò ſi res transferatur in alium, qui eam non

poſſi-

poſſidebat, qui dedit compenſationem in pecunia numerata.

181 *Alii credunt indiſtinctè, quòd ſemper in tranſactione prælatio concedatur, ſive res vendatur, ſive dimittatur.*

182 *Alii indiſtinctè defendunt, quòd in omni tranſactione facta ad ſedandas lites, & pro bono pacis prælatio locum non habeat.*

183 *In tranſactione habet locum prælatio, ſi is, qui intentavit actionem realem, habuit ſententiam in Iudicatum tranſactam, & dimiſit rem penes detentorem extimatione in pecunia recepta.*

184 *Amplia, quando res immobilis data, non erat liti ſubjecta, & fuit translata in alium titulo tranſactionis pecunia recepta.*

185 *Limita, quando is, qui nullam habebat actionem ſuper re accepta, habebat alias prætenſiones Iuridicas, & ad ſedandas lites recepit rem immobilem, & vice verſa renunciavit liti, & ceſſit omnes ſuas prætenſiones collitiganti.*

186 *In tranſactione habet locum prælatio, quando præceſſit tractatus de lite ſuper aliqua removenda, & demum reſtituenda per modum tranſactionis.*

187 *In tranſactione regulariter prælationis jus exerceri non poteſt.*

188 *Recedere à contractu non licet contrahentibus poſtquam ille perfectus fuerat, in præjudicium prælationem habentis.*

Amplia, ut nec valeant contrahentes in præjudicium juris prælationis ex intervallo apponere pactum, vel conditionem ullam.

189 *Amplia, ut nec contrahentes poſſint in præjudicium talis juris declarare, quòd contractus ſit nullus, niſi id concludenter probaverint.*

190 *Limita, ſi contractus fuerit conditionalis conditione impediente perfectionem, nam eo caſu licitum eſt contrahentibus conditione pendente recedere, quamvis poſtea conditio eveniſſet.*

191 *In diſtractu habet locum de novo prælatio.*

192 *Concurrentibus tamen illo, cui competebat prælatio in contractu, qui non renunciavit, & illo, cui competit prælatio in diſtractu, præferendus eſt is, qui prætendit prælationem in contractu, ſi adhuc non ſit lapſum tempus congruum.*

193 *In diſtractu facto mediante tranſactione, non competit prælatio, ſi res redeat ad primum venditorem.*

194 *Amplia, quamvis res remaneat penes poſſeſſorem.*

195 *Alii putarunt, quòd in nullo caſu diſſolutionis venditionis factæ per tranſactionem detur prælatio.*

196 *Auctor diſtinguit plures caſus, & vide etiam numerã 197. 198. 199. & 200.*

201 *Prælationis jus ceſſat, ſi venditor antequam fuerat à Conſanguineo interpellatus, vel antequam fuerat pretium oblatum rem redimat.*

202 *Contraria opinio eſt verior.*

203 *Exercitium juris prælationis acquiſitum ex venditione perfecta, non tollitur ex contractu redemptionis facto inter Emptorem, & venditorem, nec ex pacto redimendi adjecto ex intervallo inter eoſdem.*

204 *Vendita re cum pacto redimendi infra annum, contrahentes poſſunt prorogare tempus redimendi, ſi hoc faciant antequam agnatus offerat pretium.*

Contrarium eſt verius.

205 *Contrahentes non valent prorogare, vel dilatare tempus datum ad prælationem petendam.*

Declara id procedere quando talis dilatio præjudicarit alteri, qui habebat jus prælationis ſucceſſivo, ſecus ſi præjudicaret tantùm contrahentibus.

206 *In donatione competit prælatio, & poteſt prælationem petens ſolvere æſtimationem rei donatario juxta opinionem Iaſon.*

207 *Contrarium uti verius defenditur.*

208 *Amplia, ut nec competat prælatio in donatione cauſa mortis, nec in legato.*

209 *Amplia ſive fiat donatio filio familias cum conſenſu Patris, ſive à Marito Vxori, ſive aliis, ſive donatio fuerit ſimplex, ſive cum cauſa.*

210 *Ampl. etiam in donatione cauſa dotis, & propter nuptias.*

Declara ſi concurrat ſimulatio, & fingatur donatio quando verè contractus eſt talis in quo competit prælatio.

211 *In donatione reciproca, onéroſa, aut remuneratoria, competit prælatio.*

212 *Contrarium defenditur, & num. 213.*

Donationes remuneratoriæ, vel reciprocæ aſſimilantur contractui permutationis.

214 *In donatione facta ſub conditione, quòd res alteri vendatur, prælatio competit.*

Declara id procedere, quando conditio executioni mandatur, ſecus contra.

215 *Prælationis jus non viget, quando hodie ego emo, & cras antequam compareat vicinus, vel conſanguineus ulteri dono.*

216 *Alii putant, quòd prælatio competat, ſi donatio ſit facta conjuncta perſona, vel poſſeſſio remanſerit penes donantem.*

217 *Contrariam opinionem, quòd ſcilicet ſemper concedatur prælatio, auctor defendit.*

Actio, & jus quæritur prælationem habenti ſtatim ac eſt perfectus contractus, non autem à die petitione, vel oblationis.

218 *In donatione competit prælatio, quando res partim venditur, & partim donatur, ſi pretium quod ſolvitur prævaleat ſummæ donatæ.*

219 *Si verè valor donatus prævaleat pretio quod ſolvitur, prælatio non competit.*

220 *Vendita re cum clauſula, quòd ſi plus valet donat, prælatio locum habet, & prælationem petens tenetur ſolvere tantum pretium ſolutum.*

221 *Limita, quando ex Inſtrumento apparet de præciſo animo venditoris illud plus donandi, quia tunc illud plus quoque refundi debet.*

222 *Limita ſecundo, ſi res vendita fuerit vili pretio cum clauſula, quod illud plus donatur in remunerationem ſervitiorum, quia tali caſu nulla competit prælatio.*

223 *Limita tertiò, ſi venditor ſciens, prudenſque quod pluris eſt emptori donavit ob aliquam cauſam, quia tunc illud plus refundi debet.*

224 *Prælationem petens, non tenetur ſolvere ſummam ab Emptore venditori donatam in Inſtrumento venditionis.*

Limita, ſi venditor aliàs non vendidiſſet, vel hujus ſumma donatio facta fuerit reſpectivè ad diminutionem pretii.

225 *In donatione facta cum conditione, quòd vice verſa donatarius ſolvat debita donantis, non competit prælatio, ſive debita ſint certa, ſive incerta, dummodò non adſit fraus, & non ſit in Inſtrumento ſpecificatum pretium.*

Contrarium defendit Auctor.

226 *Prælationis jus competit, etiam ſi res vendita tranſiverit ad mille manus per alios intermedios contractus quocumque titulo res illa in alios ſit tranſlata.*

227 *In renunciatione, & repudiatione rei facta gratuitò, vel correſpectivè ad aliud jus, vel aliam rem è contra dimiſſam, prælatio non datur.*

Limita quando fuit renunciata, ſive repudiata res pretio recepto.

228 *Amplia limitationem, quamvis non fuerit renunciata, aut repudiata res, ſed actio, vel Ius reale.*

229 *Contrarium uti verius defenditur, niſi lex, aut ſtatutum habeat verba, quæ includant alienationem Iurium realium.*

230 *Prælationis Ius locum habet, quando verus Dominus qui poſſidebat, conſenſit alienationi rei ſuæ.*

231 *Limita, ſi is, qui conſenſit, non erat Dominus.*

232 Am-

232 *Amplia limitationem, quamvis poſſideret.*
233 *Prælationis Ius competit, quando verus Dominus ratificavit venditionem ſuo nomine factam.*
Venditione facta cum promiſſione de faciendo ratificare alios habentes partem domini, illis nolentibus ratificare prælatio non competit.
234 *Sed an prælatio competat in illa parte vendita à vero Domino, ibi vide.*

INnumeræ ſunt quæſtiones, quas ſub ſe continet
præſens quæſtio: Ideò breviter omnes ſub hac
unica quæſtione complectendo.
Quærendum eſt primò, an prælatio locum habeat in
venditionibus, & alienationibus, quæ fiunt per Fi-
1 ſcum, vel favore Fiſci, & reſpondendum eſt, quòd
eut bona venduntur Fiſco certo ſtatuto pretio, & non
eſt dubium quin prælatio locum habeat, aut bona de-
volvuntur ad Fiſcum, uti bona vacantia, aut ob tri-
buta non ſoluta, & tunc quidquid dicat Ferron. *ad
conſuet. Burdigal. tit. de retract.* §. 18. *ad fin.* clarum
eſt, quòd prælatio non competit, quia Fiſcus ea bona
habet, vel tamquam hæres, & ſucceſſor univerſalis, vel
tamquam Dominus ratione Commiſſi nullum expo-
nens pretium, & quamvis ſint qui putent, quòd poſſit
proximior ſolvere tributum Fiſco, & in familia rem
retinere, id tamen non poteſt per viam prælationis,
ſed potiùs quando id verum eſſet per viam purgatio-
nis moræ, aut bona confiſcantur à Fiſco propter de-
2 lictum, & multò minus prælatio locum habet; Aut
bona pro certo pretio pro noxa aut pœna Fiſco dan-
tur in ſolutum, & prælatio locum habet; Aut Fiſcus
3 vendit res Fiſcales, & tunc eſt locus prælationi; Aut
tandem vendit bona ſui debitoris; & eo caſu indire-
ctè prælatio locum habet, & ita intelligendi ſunt
Afflict, *de ju. protomis.* §. 4. *numer.* 24. Boet. *decis.*
179. *numer.* 1. *ſeqq.* Carpan. *ad Statut. Mediol. part.* 1.
cap. 417. *num.* 844. Ferron. *dicto* §. 18. *ad fin.* Peregrin.
de jur. Fiſci lib. 6. *tit.* 4. *num.* 19. *vers quo circa*, Mar-
ta *digeſt. noviſſ. tom.* 3. *tit. de retract. toto cap.* 31.
Quærendum ſecundo, an prælatio habeat locum in
alienatione, quæ fit per uſucapionem, vel præſcrip-
4 tionem; Et ſanè iſta quæſtio diſtinctione abſolvenda
eſt; Si enim quis vendidit rem, quam emptor venden-
tis credebat, & verus Dominus ſciens, nec clamans
paſſus eſt, emptorem rem uſucapere, aut præſcribere
clarum eſt prælationi locum eſſe, dum abſoluta eſt
venditio, nec ampliùs uſucapione, vel præſcriptione,
perfecta revocari poteſt, ut plenè probat Igneus *in l.
dudum num* 103. *C. de contrahen. empt.* Tiraquell. *de
retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 246. *& pluribus ſeqq.
ſing.* 251. *& ſeqq.* Carpad. *d. cap.* 417. *num* 845. Si ve-
rò quis donavit, aut legavit rem quam Donatarius do-
nantis eſſe credebat, & verus Dominus ſciens paſſus
5 eſt donatarium rem uſucapere, & præſcribere certè
prælationi locus non eſt, nam ut dictum eſt *infra
num.* 206. *& ſeqq.* prælatio locum non habet, quando
res titulo Legati, donationis, aut alio gratuito alie-
natur.
Sed quibuſnam iſto caſu prælatio competat, an
ſcilicet illis qui habent Jus prælationis in venditione
facta à non Domino vendente, atque ab eo Cauſam
habent, an verò à Domino uſucapionem & præſcrip-
6 tionem permittente. Quæſtio quidem eſt ſolemnis,
quòd enim prælatio competat illis, qui cauſam habent
à ſolo venditore, tenuit Afflict. *de jur. protomis. num.*
118. *col.* 15. *verſic. ſed juxta hoc quare, alias* §. 1. *num.*
30. quem ſequitur Rendell. *eodem tractat. in* §. *ſcrip-
tum eſt, vers. in venditione conjuncti num.* 2. Benedell.
eodem tractat. in princip. num. 110. *ſeq.* Niget. *de lau-
dem. tom.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 4. *& ſeqq. ubi numer.* 14. *&
ſeqq.* id ſignanter procedere affirmat, ſi ex jure ſuper-
venienti venditor fiat rei venditæ Dominus, vel rei
ex intervallo ſit futura vendentis, & moventur ex
pluribus rationibus, primò, quia non eſt prohibi-
tum rem alienam vendere, ideoque cùm fundus li-
cèt alienus tamquam ipſius venditoris diſtractus ſit abſ- 7
que dubio ejuſdem venditoris perſona conſideranda
eſt, non autem illa veri Domini; qui non intervenit
nec vendidit, ad Text. *in l. magis puto*, §. *ſi pupillus,
ff. de rebus eorum*; ſecundò, quia in hac materia præ-
lationis non eſt quærendum ad quem ſpectat domi- 8
nium rei venditæ, ſed ſolùm inſpiciendum eſt, quis
ſit venditor, & ſicuti emptor emendo perſonam ven-
ditoris approbavit illum in venditorem recognoſcen-
do, ita nec audiendus eſt, ſi excipiat contra prælatio-
nem petentem, quòd res non ſit vendentis, ſed alie-
na, ex quibus rationibus reſolvendum eſt, quòd ſive
ſequuta ſit, ſive non uſucapio, & præſcriptio indiſtin-
ctè prælatio competat, illis qui cauſam habent à ven-
ditore.
E contra autem plures aſſiſtunt rationes; Etenim 9
facta venditione rei alienæ, certè non poteſt cogi
venditor ad tradendum, ſed tantùm ad pretium & in-
tereſſe, cùm igitur res ille uti aliena, & à non Do-
mino vendita non exiverit propter id è dominio veri
Domini, neque ſit facta venditoris aut emptoris me-
ritò nec ullum poteſt dici acquiſitum jus prælationis
illis, qui habent cauſam ab ipſo venditore, nec ul-
lum dici valet ablatum jus à perſona agnatorum, &
eorum, qui habent cauſam à vero Domino, proin-
deque ſive Dominus tacitè conſentiat dictæ venditio-
ni, ſive expreſsè id agat, ſemper ipſe vendidiſſe dici-
tur, ac prælatio competere debet illis, qui ab eo cau-
ſam habent, propter quas rationes irreſolutam quæ-
ſtionem reliquit Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.*
2. *num.* 17. *& ſeqq.* & contra Afflict. plenè reſolvit Bel-
mont. *decis.* 134. *num.* 42. *&* 59. *cum duobus ſeqq.*
Sed diſtinctionis fœdere has contrarias opiniones
conciliandas eſſe putarem; Nam aut venditur res à
non Domino nomine tamen veri Domini, & tunc in-
dubitatum eſt, nullam competere prælationem illis, 10
qui cauſam habent à vendente, ſed potiùs illis, qui
cauſam habent à Domino cujus nomine res venditur,
ſi tamen is qui vendidit mandatum habeat ab Homi-
ne, vel à Legè, aut ſubſequatur veri Domini ratiha-
bitio, ut notat Belmont. *d. decis.* 134. *num.* 60. con-
ſonat Cald. *de extinct. emphyt. capit.* 16. *nu.* 81. Niger.
de laudem. tom. 2. *quæſt.* 9. *numer.* 50. & dictum eſt *in
quæſt.* 8. *& in fin. hujus quæſt.* Aut qui vendidit rem
alienam nomine tamen proprio, & tunc ſi vendens
non poſſidebat rem, nec ullum titulum putativum habe- 11
bat, prælatio nemini competeret; aut is qui vendidit
rem poſſidebat, & eo caſu ſi nondum completa ſit
uſucapio, nulla prælatio dari poteſt illis, qui habent
cauſam à vero Domino, dum ipſe non vendidit, nec
venditioni conſenſit, ſi verò completa ſit uſucapio,
aut præſcriptio, & tunc quia res alienata dicitur ex in-
terpretativo veri Domini conſenſu cauſam habenti-
bus ab ipſo prælatio danda eſt, ut probat Tiraquell.
dicto §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 251. *& ſeq.*
Hoc tamen medio tempore, quo ſequatur uſucapio, 12
& præſcriptio, an prælatio peti poſſit ab illis, qui
cauſam habent à venditore eſt admodum controver-
ſum, ſed verius eſt, quòd dum non concurrit inhi-
bitio veri Domini, aut concurſus aliorum, qui à
vero Domino cauſam habent, Emptor non poſſit ex-
cipere de deficientia Domini vendentis, neque ſub
hoc prætextu negare prælationem illis, qui cauſam
habent à vendente, cùm ſufficiat ad hoc, ut præla-
tio ipſis detur, quòd venditor poſſideret rem, eamque
diſtraxerit uti Dominus, quamvis comparente poſt-
modum vero Domino, ac venditioni conſentiente ta-
citè, vel expreſsè, aut interpretativè mediante per-
miſſione uſucapionis, aut præſcriptionis, ut lo-
quar cum Bald. *in l.* 1. §. *ſi quis actionem poſt prin-
cip. ff. de dol. mal.* res auferenda ſit ab eis, & dan-
da prælatio illis, qui à vero Domino cauſam ha-
bent, ut ſupra dictum eſt, & probant in ſimilibus
pluri-

Digitized by Google

plures quos refert Niger. *d. quæſt.* 8. *num.* 20. *&* *num.* 43. *ad num.* 49. *&* 52.

Neque obſtat Text. *in l. ſi alienam in princip. ff. de do-*
13 *nat. cauſ. mort.* in quo habetur, quòd ſi res alienata donata ſit, & interim uſucapta vetus Dominus eam concedere non poterit, ſed tantum donans ſi convaluerit, ex quo textu Caſtren. *ibidem* notavit, quòd ab illo dicitur recognoſcere dominium donatarius, aut emptor à quo res ei tradita fuit, & à quo habuit cauſam uſucapiendi, quod etiam expreſsè habetur *in l. indebiti*, *§. ſed etſi poſſeſſionem, ubi gloſſ. in verb. agerem, ff. de condit. indebit.* Quoniam ideò removetur verus Domi-
14 nus à vindicatione rei, quia per uſucapionem, & præſcriptionem jam intelligitur alienaſſe, & traditioni factæ conſenſiſſe, atque à ſe omnem actionem pro rei repetitione amoviſſe, & quamvis emptor dominii cauſam habeat à traditione, quæ fuit origo uſucapionis, tamen quia negari non poteſt venditionem confirmari mediante præſcriptione, quæ operatur ac ſi veri Domini conſenſus intervenerit ſive interpretativus ſit, ſive fictus, proindè non attenditur in præjudicium prælationem habentis, quidquid ſit in perniciem Domini veri uſucapionem permittentis, traditio facta à non Domino, quæ fuit cauſa præſcriptionis, ſed confirmatio ipſius venditionis facta mediante interpretativo conſenſu veri Domini, aliàs enim facilè fieret fraus prælationis juri per colluſionem Domini, emptoris & venditoris, & poſſet evitari prælatio colludendo, quòd ſimplex poſſeſſor vendat, & verus Dominus præſcriptionem patiatur brevi manu, & ſe ceteris conditionibus prius recipiendo pretium, maximè dum ſemper ipſi etiam poſt præſcriptionem remanet actio adver-
15 ſus venditorem pro reparatione pretii, ut habetur *in l. Mater tua, C. d. rei vendicat. ubi gloſſ. verb. vel alio modo*, *& in l.* 1. *ubi pariter gloſſ. in verb. facti*, *C. de rebus alien. non alienan.* Unde data cautela venditoris, qui ſecretò poſſet ſe præcavere. data quoque cautela veri Domini, qui brevi manu poſſet habere ſuum pretium, aut ſemper illud contra vendentem reperire poſt uſucapionem, nec non cautela Emptoris, qui mediante venditione acquiſivit uſucapiendi cauſam, mediante præſcriptione ſecuritatem, ac mediante tali modo cautus remanſit contra eos, quibus prælatio competebat, ſi verè fuiſſet facta venditio à verò Domino, eſſet fraudulenta cautela
16 excogitata ad effectum fraudandi prælationis Jus habentem, quod quidem tolerandum non eſt, præſertim contra tot rationes ſupra perpenſas. ut idem Tiraquell. *d. gloſſ.* 9. *num* 252. ponderat, & dictum eſt *in quæſt.* 15.

Quæreodum tertiò, an prælatio competat in re
17 mobili vendita, & quidem in hac quæſtione verba legis, ſive ſtatuti, & rationem ex qua movetur conſiderandum eſſe putarem, ſi enim lex habeat verba, quæ rem immobilem tantùm comprehendant, certè ad venditionem mobilis trahenda non eſt, ut ex Afflict. *de jur. protomis. in* 3. *notabil.* & Tiraquell. *de retract. in præfati num.* 35. *&* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 58. ubi ita explicat. Alex. *conſ.* 52. *lib.* 1. *& numer* 87. *& nu.* 101. *&* 102. ubi id extendit etiam ſi mobilia ſint pretioſa, probat Rota *decis.* 637. *num.* 2. *&* 3. *part.* 3. *divers.* Rondell. *de jur. protomis. verb. rem immobilem num.* 1. *& ſeqq. fol. mihi* 27. Capan. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 48. Thoro *vot.* 27. *nu.* 24. *uſque ad finem*, *part.* 1. Eodemque modo reſpondendum eſt, ſi lex habeat in ventre expreſſam, vel tacitam rationem, quæ tantum in venditione immobi-
18 lium vigeat exemplo legum & conſtitutionum Agnatis jure ſanguinis prælationem concedentium, quæ cùm moveantur ex ratione conſervandi bona in familia, certè ad rem mobilem trahi non poſſunt, cùm iis memoria, & continuatio familiæ aut numquam, aut ratò perpetuari queat, ut plenè probat Tiraquell. *dicta gloſſ.* 7. *numer.* 85. *& pluribus ſeqq. & numer.*

101. Mintienſ. *lib.* 5. *nova recopilat. lib.* 7. *tit.* 1. *gloſ.* 1. *numer.* 1. optimè Caſtill. *de uſufruct. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 27. *& ſeq* Ripoll. *var. cap.* 11. *num.* 253. *&* 257. *ac ſeq.* ſequitur Seſſe *decis. Aragon.* 122. *numer* 2.. *&* 21.

Si autem lex, aut Statutum generaliter loquatur, 19
nec ad immobilia ſe reſtringat. neque habeat tacitam aut expreſſam rationem, quæ non adaptetur venditioni rei mobilis, tunc indiſtinctè prælationi locus eſt, ſive vendantur immobilia, ſive mobilia & ſemoventia, maximè ſi ipſa ratio, ex qua lex movetur vigeat æquè in immobilibus, mobilibus, & ſemoventibus, ut in terminis legum, & ſtatutorum ſociis, conſortibus, & ſimilibus prælationem dantium, probant Molin. *diſput.* 271. *numer.* 2. *& ſeq.* plenè Fenzon. *ad Statut. Vrb. lib.* 1, *cap.* 110. *à num.* 9. *ad* 12. Rota *dicta deciſ.* 637. *per totam part.* 3. *diverſ.* Caſtill. *dicto cap.* 74. *num.* 27. *& ſeq.* Ripoll. *dicto cap.* 11. *numer.* 256. *cum tribus ſeq.* Donad *de renunciat, tom.* 2. *cap.* 26. *numer.* 114. *& ſeq.* ubi plures allegat hanc tamen concluſionem non firmantes, Parlador. *quotid. different.* 109. *§.* 2. *num.* 7.

Ex his itaque reſolutio plurium quæſtionum depen- 20
det, & primò an prælatio vigeat in venditione molendinorum, & quidem ſi ratio legis, & ſtatuti, ac verba congruant indiſtinctè prælatio dabitur, ſi verò ad immobilia lex aut legis ratio ſe reſtringat tunc diſtinguendum eſt, inter molendina ſolo fixa, & conſtructa, Ripis Fluminum adhærentia, quæve ampliùs moveri non poſſunt, & inter illa quæ inſtar navium ſunt & ſuper flumina meant, & remeant, veluti ambulant, ideout primo caſu competat prælatio, ſecundo verò caſu non, aliud ſuadeat conluedo, quæ 21
etiam iſta molendina pro re immobili reputet, ut plenè probat Tiraquell. *dicta gloſ.* 7. *numer.* 91. *& pluribus ſeqq. & numer.* 88 *& ſeqq.* ubi negat prælationem in venditione navis, quæ eſt res mobilis, ſequitur Grat. *diſcept.* 564. *num.* 2. *& ſeqq. & num.* 36. *& ſeqq.* Guttier. *practic. quæſt. lib* 5 *quæſt.* 21 *numer.* 6. *& ſeq. & quæſt.* 91. *ſignanter numer.* 7. *& ſeq.* Urſell. *concl.* 62. *numer.* 19. *in fin.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 417. *num.* 42.

Secundò, an prælatio competat in venditione co- 22
lumnarum, ſive inſtrumentorum bellicorum, quæ ſunt in Caſtro, & pariter diſtinguendum eſt, quòd ſi columnæ ſint ſolo fixæ, aut inſtrumenta bellica unà cum ipſo Caſtro vendantur, prælatio danda ſit, ſi verò columnæ à muris, & parietibus ſeparatæ per ſe vendantur, & inſtrumenta bellica ſine Caſtro alienentur, tunc prælatio non competat, ſi lex, aut Statutum de venditione immobilium loquatur, juxta theoricam Afflict. *de jur. protomiſ. col.* 13. *not.* 3. *ſub num.* 40. *verſ. ſubſequente quæro*, quam ſequitur Caſſan. *ad conſuet.* 23
Burgund. rub. 10 *de retract.* §. 1. in Tex *ſuum hæreditagium numer.* 15. *fol. mihi* 1545. qui loquitur etiam de ſtatutis venditis, quibus accedit licèt non tam libenter Tiraquell. *dicta gloſſ.* 7. *num.* 96. *ad numer.* 100. *& num.* 115. *&* 116. Niget *de laudem. tom.* 2. *quæſt* 23 *n.* 83. *in fin.* Carpan. *ad Stat. Mediol. dicto cap.* 417. *n.* 39. Rumm. in Add. ad Afflict. *in* 3. *not. n.* 10. *& ſeqq. fol.* 54. & ita intelligendi ſunt Napodan. & Rendell à Rum. citat.

An detur in venditione Piſcinæ, Stagni, Columbarii, Aviarii, Leporarii, & ſimilium locorum ad continendas ſilveſtres animantes? & ſanè in hoc caſu di- 24
cendum eſt prælationem indiſtinctè competere, quia prædicta inter bona immobilia computantur, & quamvis Piſces, & Animantia, quæ in eis continentur non ſint immobilia, tamen quia faciunt unum, & idem corpus, & ſunt pars fundi, non ſunt à ſuo toto diſtinguendi; & ſecundùm totum regulari debent, dummodò tamen Piſces & alii Animantes in Piſcina Columbario, & ſimilibus repoſiti ſint, ut multiplicentur, & creſcerent, ſecus verò ubi tantùm cuſtodiæ cauſa pro donando, aut alibi transferendo in

fundò exiſtant, plenè probat Guido pap. deciſ. 91. nu.
5. Alex. ad Bart. in l. Julianus 14. §. fin. ff. de act.
empt. & plenè Niger. de laudem. dicta quaſt. 23. à nu.
25 91. ad num. 107. ubi latè defendit ea hacmet ratione
laudemium in venditione talium rerum deberi, ſequi-
tur Carpan. ad Statut. Mediolan. dicto cap. 4 7. nu.
41. & ſeq. & numer. 38. ubi quòd talia ſtagna, &
& piſcinæ & etiam Inſulæ Maris appellatione im-
mobilium veniunt, & ſub lege retractum dante com-
prehendantur.

Quærò, an prælatio detur in venditone ſervitutis
26 piſcandi, adaquandi, irrigandi fundum, paſcendi
pecoris, & ſimilium, dicendum videtur, quòd præ-
latio non competat, ſi ſtatutum de immobilibus, imò
etiam mobilibus loqoatur, cùm enim ſervitus nec in-
ter res mobiles, nec inter immobiles computetur, ſed
tertiam quamdam ſpeciem conſtituat, meritò ſub le-
ge, aut ſtatuto, ut ſupra loquente comprehendi non
poteſt, ut præcisè probat Iaſ. cons. 194. num. 4. verſ.
ego ultra adducta lib. 2. ſequitur Mura ad conſuet. Pu-
27 norm. cap 32. num 37. Verius tamen eſt, quòd ſi
ſervitutes ſint prædiales, vel adhæreant rei im-
mobili, reputentur inter bona immobilia, & com-
prehendantur ſub lege, aut ſtatuto prælationem dante,
ſi tamen ratio ſtatuti, vel legis id patiatur, quòd ſi ſer-
vitutes rei mobili adhæreant, tunc ſub dicta lege, &
ſtatuto de immobilibus loquente non comprehen-
dantur, ut tradit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 5.
per totam. Carpan. d. cap 417. num. 43. & ſeqq Grat.
diſceptat. 842. num. 34. & ſeqq. Tapia ad Conſtitut.
Sancimus calumn. 2. num. 16. fol. mihi 83. Gutier. pra-
ctic. lib. 2. quaſt. 165 num. primo, verſ. qua ratione,
Novarr. quaſt. forenſ. lib. primo, quaſt. 29 num. 5. Cu-
28 tell. de donat tract. 2. ſpecial. 22. num 8. & ſeq. viden-
dus Oter. de paſc cap. 37. num. 12. Ee quibus etiam
idem judicandum eſt de ſervitute uſusfructus, & aliis
ſimilibus, ut probat Gutier. Gratian. ſupra adducti,
quibus addo Caſtill de uſufruct. cap 74. nu. 8. & ſeqq.
Niger. de laudem. tom. primo, quaſt. 36. num 62. & 63.
& plores alios refert Tiraq. dicta gloſſ. 7. numer. 55. &
ſeqq. Quæ tamen admittenda opinor, ſi ſtatutum ge-
neraliter loquitur, & ſe non reſtringat ad res immo-
biles, ſecus contra, nam cùm talia ſtatuta, & leges
ſint odioſæ, & quantum fieri poteſt reſtringi debeant,
pro indubitato eſt, quòd ſi loquantur de prælatione
danda in bonis immobilibus nunquam extendi poſſint
ad venditionem ſervitutis, quæ eſt jus incorporale, &
29 numquam verè, ac propriè inter immobilia computa-
ri poteſt ſive prædialis ſit, ſive non, maximè ſi ſtatu-
tum, aut lex moveatur ex ratione, quæ in talibus ſer-
vitutibus non verificetur, & ultra Jaſonem; & Mu-
ram ſupra allegatos optimè concludit Alex. cons. 52.
ſub num. 2. verſ. tertio moveor uſque ad num 4. lib. 1.
ubi Molinæus in addit. lit. B. qui compendiusè loqui-
tur, & idem tenuiſſe fatetur in ſuo commen. ad conſue-
tud. Paris. § 81. Molin. de contract. tract. 2. diſp. 371.
Rumm. ad d. 3. num. verſ. ſi venditur uſusfructus, fol.
mihi 58 ſequitur Tiraq. dicta gloſſ. 7. num. 58 & ſeqq.
ubi præſertim id firmat ſi contingat, quòd tales ſer-
vitutes vendantur ipſi Domino prædii ſervientis, cùm
tunc ſuppreſſæ extinctæ, ac conſolidatæ illico rema-
neant, conſonat Rendell. de jur. protomis. verb. rem
immobilem num. 12. fol. mihi 31. Padill. in l. num. 86. &
87. Cod. de ſervit. & aqua Carpan. d. cap. 417. num.
34. Cumia ad Rit. Mag. Cur. cap. 99. num. 3. & ſeq.
ſeq Ripolt. var. d. cap. 11. num. 259. junctis numero
præcedentibus, niſi venditus ſit fundus cum ipſa
30 ſervitute, quia tunc ſervitus tamqoam acceſſoriè ven-
dita debet ſequi naturam ſui principalis, ut plenè pro-
bat. Niger. de laudem. tom. 1. d. quaſt. 23. num 83. &
84. cum ſeqq. ubi etiam defendit; quòd venditis mo-
bilibus deſtinatis, ut perpetuò eſſent in fundo, vel mem-
bris ejuſdem fundi unà cum ipſo fundo competat præ-
latio indiſtinctè in fundo vendito, & in ipſis mo-

bilibus tanquam partibus ipſius fundi, quòd etiam
plenè defendit Pyrrh. ad conſuet. Aurel. tit. de retra- 31
hen vendit. cap. 24. in fin. Seſſe deciſ. Arag. 122. nu.
21 in fino, Rendell. dicto verb. rem. immobilem num. 2.
§. conſumitur in fin. Carp. d. cap. 417. num. 25. & ſeqq.
ubi etiam in mobilibus acceſſoriis ad rem immobilem,
Rumm. ubi ſupra, Joannes Papon. ad conſuet. Borbonia,
§. 72. verſ. diximus, Tiraquell. d. gloſſ. 7. num. 95. &
ſeqq. licèt ipſe numer. 86. videatur reſtringere
conclusionem ad caſum, in quo Emptor patiatur
nec ſegregari petat mobilia, ſed quia loquitur de hæ-
reditate, vel univerſitate bonorum vendita, ideò non
applicatur caſui, in quo vendatur fundus una cum
mobilibus deſtinatis, ut perpetuò ibi eſſent.

Unde diſcernere quis poterit in quibus terminis ad- 32
mittenda ſit opinio Tiraquell. de retract. §. primo,
gloſ. 14. numer. 72. & ſeq. Cutell. deciſ. 8. numer. 22.
Urceol. de tranſact. quaſt. 78 num. 33. & 34. Gutier.
practic. quaſt. lib. 2. dicta quaſt. 165. num. 1. verſ. qua
ratione, quem ſequitur Gratian. dict. diſcept. 842. nu.
num 45. qui dicit, quòd prælationis jus habeat lo-
cum in venditione actionis, quamplures habent ad fun-
dum, adeout ſi unus vendat actionem ſuam extraneo
præferendi ſint conſortes illius juris, & actionis, cùm
enim tales actiones inter immobilia connumerari ne-
queant propriè, & juxta connaturalem earum eſſen-
tiam, quamvis eſſent mixtæ, & reales, ſed utpotè in- 33
incorporalia jura aliam ſpeciem diverſam conſtituant,
meritò comprehendi nequeunt ſub lege, aut ſtatuto
in venditione rei immobilis alium præferente, ut
plenè probat Rendell. in dicto verb. rem immobilem à
num. 5. ad 13. fol. mihi 19. & ſeqq. ubi plenè id de-
fendit Parlador diff. 109. §. 2. num. 8 & 9. Et quam-
vis Tiraquell. de retr. d. §. 1. gloſſ. 5. num. 4. & gloſſ. 34
7. num. 8. & 9. & ſeqq. tuatur jus retractus locum ob-
tinere quando venditur actio realis, vel ſervitium,
quod debetur ratione rei immobilis, illumque ſequa-
tur Carpan. d. cap. 417. num. 26. & ſeq. Seſſe dictu de-
ciſ. 122. num. 27. circa fin. §. hac tamen regula, ipſius
tamen opinio procedit in terminis conſuetudinis ſu-
per qua idem Tiraquell. ſcribit. quæ poſtquam retra-
ctum conceſſit in venditione immobilium addidit
verba comprehendentia res, quæ pro immobilibus
cenſentur, ut ipſemet ſe declarat in dictu gloſſ. 7. nu.
38 verſ. noſtra autem conſuetudo.

Ex his quoque pendet reſolutio quæſtionis inter DD. 35
agitatæ, an ſcilicet prælatio competat in venditione an-
nui redditus, & cenſus, in qua quæſtione affirmati-
vam opinionem tenet Afflict. de jur. protomiſ. col. 11. ſub.
num. 98 verſ. item quaro quid ſi vendantur, Jo: Fabr.
in §. ultimo col. ultim. verſ. ſed ego moveor, Inſtit. de
duob. reis. Tiraquell. dicto §. 1. gloſſ. 6. num. 3. & ſeq. 36
ubi tamen id firmat, ſi tales cenſus, & annui redditus
ſint perpetui ſaltem habitu, ſecus ſi ſint temporales, &
brevi tempore duraturi, ſequitur Federic. Martio. de
cenſ cap. ultim. num 158. uſque ad fin. Bendell. de jur.
protomiſ. in princip. num. 62. & ſeq. & latè Seſſe dicta
deciſ. Aragon. 122. à num. 20. uſque ad fin. qui move-
tur ea ratione, quòd tales cenſus inter immobilia
connumerentur, quod etiam probat Rot. deciſ 85. num.
7 penes Cenc. de cenſ. negativam verò opinionem te-
nuit. Gutier. pract. lib 2. cap. 126. num. 2. & lib. 5.
cap 85. numer. 6. & 7 Molin. de contract. p. 2 diſput.
372. Roderic. de annuis reddit. lib. 1. quaſt 14. ſub.
numer. 7. verſ. ultimo, Avendan. de cenſ. hiſpan.
cap. 89 numer. 22. Cenc. de cens. quaſt. 20. numer.
2. & 3. latè Rendell. dict. verb. rem immobilem à
numer. 5. ad 12. fol. mihi 28. & 29. Cumia ad Ri-
tus cap. 89. numer. 21. & 34. plenè Lancellott. Gall.
toto conſ. 84. ubi idem exiſtimat in juribus gabel-
larum ſive vectigalibus, de quo etiam Rumm. in
addit ad Afflict. in 3. not. d. verſ. ſed juxta hoc
numer. 5. & ſeqq. fol. mihi 55. & melius fol. mi-
hi 59. numer. 25. & ſeqq. ubi concordantes de Ma-

ſin-

rin. *reſol.* 28. *num.* 6. Curell. *de donat. tract.* 2. *dicta ſpecial.* 22. *num.* 9. *&* 10. conſonat Caſtill. *quotid. lib.* 6. *cap.* 40. *num* 10. putantes, quòd tales cenſus, & redditus ſint jura quædam incorporalia abſtracta,
37 & ſeparata de per ſe, & ad ſummum non ſint verè res immobiles, ſed tantum pro talibus reputentur, ideoque ſub ſtatuto, vel lege, quæ de venditione immobilium loquatur, aut rationem habeat in ſe, quæ non niſi immobilibus congruat, exiſtimant, non poſſe comprehendi, maximè quando prout hic leges ſunt non ſolùm ſtrictæ, ſed etiam odioſæ, & quantum fieri poteſt reſtringendæ, quorum opinionem veriorem puto niſi lex concepta ſit per verba generalia etiam talia jura comprehendentia, quo tantùm caſu DD. contrariorum opinio admittenda eſt.

38 Subſequitur etiam ex iiſdem principiis id quod reſolvi debeat, quando venduntur fructus pendentes, in qua quæſtione licèt plures, & magnæ auctoritatis DD. reſolvant, quòd in venditione fructuum pendentium prælatio indiſtinctè competat, ex quo tales fructus ſunt pars fundi, & inter bona immobilia recenſentur, licèt ſecus ſit, quando eſſent à ſolo ſeparati, ut notat Afflict. *de jur. protomiſ. in princip. in* 3. *notab.* Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr.* 10. *de retract.* § 1. in Text. *ſuum hæreditagium numer* 9. *fol. mihi* 544. plenè Rendell. *de jur. protomiſ. dicto verb. rem immobilem à num.* 13.
39 *uſque ad fin. ſignanter numero* 24. ubi tamen ſuam concluſionem limitat, quando quis emeret fructus alicujus fundi ad vitam ſuam pro certa ſumma computata ſua ætate, juxta Text. *in l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* item quando fructus capti eſſe colligi, ſequitur Jacob. Novell. *eod. tractat.* §. 2. *num.* 107. Benedell. *eod. tractat. ad princip. conſtit. ſub numer.* 127. *in princip. & verſus finem*, Beſſian. *ad conſuet. Avern. tit. de Retract. cap.* 23. *art* 25. *in*
40 *princip* Barbatt *de diviſ. fruct. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 21. *& ſeq.* Attamen verior opinio eſt, quòd ſi vendantur fructus pendentes de per ſe principaliter ſine fundo ipſo, prælatio non competat, eo quia tales fructus tunc ſunt pars fundi, quando cum ipſo fundo alienantur, ſi verò de per ſe ſine fundo vendantur, tunc tanquam deproximo recolligendi non reputantur pars fundi, neque verè dicuntur res immobiles proindeque ſub lege, aut ſtatuto de immobilibus loquente, vel habente rationem, quæ venditione dictorum fructuum non competat comprehendi nequeunt, ut eleganter probat Tiraquell. *dicta gloſſ.* 7. *numer.* 42. *& pluribus ſeqq. ſignanter numero* 55. Carpan. *dicta cap.* 417. *num.* 35. Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 64. *& ſeqq.* Joannes Soyſon *ad conſuet. Turon. tit.* 15 §. 51. *in fin.* Annæus Robert. *lib.* 3. *rerum Iudicat. cap.* 9 *verſ. qui tamen falſum*, Vicont. *conſuet. Iur verb. Ius congrui col.* 3. *verb. an jus congrui habeat locum*, Gratian. *diſcept.* 811, *numer.* 25. *& ſeq.* & plenè omnibus contrariis reſpondens Jo: Baptiſta Thoro *vot.* 7 *per tot. ſignanter à num.* 24. *uſque ad fin. part.* 1. ubi ita pluries judicatum teſtatur Rumm. in addit. ad Afflict. *ad* 3. *not. verſ. ſed juxta hoc quæro, fol. mihi* 53. *num.* 4.

Idemque prorſus reſpondendum eſt in caſu quo vendatur ſilva cædua, cùm enim arbores, quæ cæ-
41 duntur ſint in fructu, meritò talis venditio, quæ tantum fructus, & non proprietatem percutit debet eſſe exempta à jure prælationis introducto à lege de immobilibus loquente, maximè ſi vendantur arbores, quæ fuerunt cæſæ, ut probat Robert. *rer. judic. dicto lib.* 3. *cap.* 9. *verſ. qui tamen falſum*, Thoro *dicto vot.* 7. *num.* 14. *verſ. ubi refert deciſum*, & ita intelligendus eſt Papon. *lib.* 11. *tit.* 7 *arreſt.* 10. *per totum*, ibique latè addentes, niſi ipſa ſilva vendatur.

42 Ita etiam dicendum eſt in caſu, quo ſit vendita hæreditas, quæ cùm ſit res incorporalis non comprehenditur ſub lege de immobilibus loquente, quamvis certo pretio vendita ſit, ut notat Manſuet. *de retract. toto* §. *item ſi hæres.* Beſſian. *ad conſuet. Alvern. tit. de retract. cap.* 23. *art.* 23. & plenè Rendell. *de jur. protomiſ.* §. *cauſa verò dotis*, *verb. ex teſtamento à num.* 2. *ad* 4. *fol mihi* 204. & quamvis hæreditas in ſe con-
tineat ſtabilia ſi quæ adſunt, tamen quia complectitur 43
quoque mobilia credita, & jus univerſale, & talis venditio non operatur, quòd ſingulæ res cenſeantur eſſe venditæ, juxta Text. *in l.* 1. *C. de evict. & notabilem*
gloſſ. in l. 1. §. 1. *verb. univerſa, ff. de uſucap. pro dot.* 44
ideò non eſt facienda diviſio, & ſegregatio ſtabilium, ſed tantùm contemplanda ipſa venditio, quæ non niſi jus univerſale, & rem incorporalem complectitur; Contra quos inſurgunt Tiraq. §. 1. *dicta gloſſ.* 7. *numer.* 82. *& pluribus ſeqq.* Carpan. *dicto cap.* 417. *numer.* 35. Jacob. Novell. *de jur. protomiſ. in princip. conſtit. num.* 123. Mantiça *ad leg.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat. gloſſ.* 7. *num* 47. Parlador. *differ.* 09. §. 2. *num.* 7. *in fin. & ſeq.* Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 30. *numer.* 62. credentes, quòd ſi hæreditas contineat ſtabilia, & mobilia, prælatio danda ſit in ſtabilibus inſpecta conſuetudine, & lege uniuſcujuſque loci, in quo bona ſita ſunt, niſi etiam emptor velit dare, & offerat reſtituere quoque mobilia, quo caſu prælationem petens debet mobilia, & ſtabilia recipere, & moventur ex quo non ſolum hæreditas ſit jus incorporale, quod inter mobilia collocatur, quamvis comprehendat ſub
ſe mobilia, jura, & immobilia, cùm immobilia tam-
quam magis digna trahant ad ſe jura, & mobilia, & 45
faciant illa reputare uno, & eodem jure, verùm etiam quia ex natura propriæ aptitudinis hæreditas pro parte,
quæ reſpicit immobilia habetur verè, & propriè tam 46
quam res immobilis ut probat Bald. *in l. bonorum* 7. *num.* 6. *C. qui admit.* ac proindè in venditione illius partis non eſt deneganda prælatio; Quorum opinio non eſt tuta, adhæret enim fundamento, quod corruit, quando lex, aut ſtatutum de prælatione danda in immobilibus loquitur; Etenim negari non poteſt, quòd venditio hæreditatis non ſit propriè, & verè venditio rerum ſtabilium, ſed tantum alienatio Juris univerſalis, & incorporalis ſub ſe complectentis ſtabilia, mobilia, jura, & actiones, ideoque comprehendi nequit appellatione immobilium in talibus ſtatutis, & legibus odioſis, nec aliud dicit Bald. *dicta l. bonorum* 7. qui ratione aptitudinis tenet repudiationem hæreditatis æquiparari alienationi ſtabilium, nec contrarium concludunt rationes adductæ à Tiraquell. cujus opinio in ſuo caſu ſpernenda non eſt, dum lex ſuper qua ſcribit apertè loquitur de alienatione illarum rerum, quæ pro immobilibus reputantur. Verùm licèt de rigore Juris hæc opinio ſit verior, illa verò Tiraquell. & ſequacium, eſt magis communis.

Manſueti tamen doctrinam eo magis reſtringen- 47
dam crederem, quando quis venderet quotam partem hæreditatis, in qua non niſi aliqua bona ſtabilia comprehenſa eſſent, & jura quædam inefficacia, & modici momenti, tunc enim talis venditio, quæ propriè, & verè ſub ſe continet bona ſtabilia ſubjecta debet eſſe prælationis juri, ne aliàs facile ſit verbis tantùm fraudem inire, & hoc modo vendere ſub nomine quotæ ſtabilia, quæ eſſent ſubjecta retractui, ut dictum eſt in quæſt. 15 & quæſt. 13. prout quoque prælatio danda eſt, ſi quis unica venditione omnia ſua bona vendidiſſet, ut dictum eſt in quæſt. 13. in fin. ubi etiam habetur, an prælationem petens poſſit cæteris rebus omiſſis fundum prælationi obnoxium retrahere.

Quærendum quartò, an prælatio competat in vendi- 48
tione conditionali, in qua quæſtione varia fuit DD. opinio, aliqui enim putarunt, quòd prælatio in venditione conditionali detur, cùm talis venditio ſtatim perfecta ſit, etiam antequam conditio extiterit, juxta Text. *in l. neceſſariò.* §. *ſi ita r. s, ff. de pericul. & commod rei vendit.* ut videre eſt apud Tiraq *de retract.* §. 1. *gloſſ.* a.

num. 26. Alberic. *de ſtatut. lib.* 1. *quæſt.* 97. *numer.* 5. Bertrand. Argent. *ad conſuet. Briton. art.* 205. *cap. de actib. transfer. poſſeſſ. num.* 27. Aliqui verò prælatio-
49 nem negant in venditione facta ſub conditione caſuali, eamque concedunt in illa facta ſub conditione poteſtativa, ſeu arbitraria credentes, quòd venditio ſub poteſtativa conditione facta habetur pro puta, ut apud Napodan. *ad conſuet. Neap. de jur. congr. numer.* 10. Afflict. *de jur. protomiſ.* §. *licèt enim num.* 22. *verſ. ſed an ſi*; Aliqui verò exiſtimarunt prælationem concedendam eſſe, quando venditio concepta eſt à principio purè, ſed reſolvenda ſub conditione, & negan-
50 dam quando venditio ſub conditione concepta eſt, quorum anteſignanus fuit Tiraq. *dicto* §. 1. *gloſſ.* 8. *n.* 27. ſequitur Franciſc. Claper. *in ſuis centur. cauſ. fiſcal. centur* 1. *cauſ.* 16. *num.* 12. Bertrand. de Argent. *ad conſuet. Briton. art.* 64. *numer.* 12. & plures alii apud Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 1. *numer.* 49. *& pluribus ſeqq. & num.* 77. ſed veritas eſt, quòd in ven-
51 ditione conditionali nulla danda ſit prælatio ſive conditio ſit caſualis, ſive poteſtativa, ſive mixta, prout plenè probant Galganett. *de condit. & demonſtrat. part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 99 *num.* 7. *uſque ad fin.* Laſſart. *de decim. cap.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.* Gutier. *de gabell. q.* 8. *ferè per tot. ſignanter num.* 5. Tiraquell. *dicto* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 21 *& ſeq* Urſell *concluſ.* 62. *num.* 30. Carpan. *ad d. cap.* 417. *num.* 159. Berlich. *concluſ. part.* 2 *concl.* 40. *num.* 21. *&* 22 Molin. *de contract. diſp.* 370. *tract.* 2. § *dubium præterea eſt quidquid dicas in* §. *petes quid ſi conſanguineus* *l*ic. C. ubi concludit, quòd eſt admittendus, ſi velit res ſub eadem conditione qui intelligendus eſt, ut infra, Mangil. *de evict. quæſt.* 139. *n.* 16. *& ſeqq.* Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 54. *& ſeq.* Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 33. Rot. coram Millin. *deciſ.* 446 *num.* 17. *& ſeqq.* Addent. ad Buratt *deciſ.* 937. *num.* 14. *&* 15. latè Niger. *de laudem. dicta quæſt.* 7. *art.* 1. *num.* 39. *uſque ad num.* 64. apud quem hujus opinionis ſolida fundamenta videri poterunt, ne illa de verbo ad verbum tranſcribam.

Hinc eſt, quòd ſi ſit facta venditio cum conditio-
52 ne, quòd veniente eo qui prælationem petat, venditio ſit nullius momenti pra io non competit, prout etiam quando vendita eſt r. ſub ea conditione, ſi D minus emptorem laudare voluerit, vel prælationem non petierit, ut plenè probant adducti in quæſtione 15 per tot. ubi limitationes hujus concluſionis habentur.

53 Atque hæc concluſio habet locum quamvis in inſtrumento venditionis adeſſet clauſula præcarii, & conſtituti, imò quamvis deventum eſſet ad traditionem, quidquid enim dixerit Tiraquell. *dicta gloſſ.* 2. *num.* 8. *& ſeqq.* quem ſequitur Cyriac. *controv.* 254. *num.* 50. clarum eſt, neque hoc caſu prælationem competere, quia clauſulæ prædictæ atque ipſamet traditio habent in ventre ipſam conditionem ſub qua venditio concepta eſt, ut plenè probat Laſſart. *de decim. dict. cap.* 5. *num* 4. eleganter Gomez. *var. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 29. *circa fi:*. Gutier. *de Gabell. d. quæſt* 8. *num.* 4. Molin. *de contract. diſp.* 357. *num.* 10 *circa med. & tract.* 2. *d. diſp.* 370. §. *dubium præterea eſt verſ. Tiraquellus circa finem*, Niger. *dicta quæſt.* 7. *num.* 71. *& ſeqq.* Rot. coram Millin. *dicta deciſ* 446. *num.* 23. *&* 24. Addent. ad Buratt. *dicta deciſ.* 937. *num.* 16. *&* 17. niſi tamen contrahentes perſiſtant in contractu, quamvis conditio non evenerit,
54 vel reſoluta ſit ipſa venditio, quia tunc appareret contractum initum eſſe fraudem prælationem petentis, ut dictum eſt in d. quæſt. 15. poſt med & niſi emptor ſ lviſſet pretium, & ipſius poſſeſſio eſſet diuturna, ut probat ex Bertrand. *ad conſuet. Briton.* Niger. *dicta quæſt* 7. *numer.* 77. *& ſeqq.* quod tamen cogitandum relinquo, dum tam poſſeſſio, quàm ſolutio pretii cenſetur facta ſub eadem conditione,

quæ niſi evenerit contractus non habet ſuam perfectionem totalem ex prædictis.

Sed ut verum fatear ſententiam Ulpian. *in l.* 2. *ff.*
de in diem addict. ſequendam puto, ideoque quid 55
actum ſit inter Partes videndum eſt, ſi enim verba conditionalia ſubſtantiæ contractus appoſita ſunt, puta quia dictum ſit vendo pro pretio quod Titius arbitratus fuerit, & tunc quia pretium certum eſt de ſubſtantialibus emptionis, contractus eſt conditionalis, & imperfectus quouſque à Titio pretium ſtatutum non ſit, §. *pretium, inſtitut. de empt. & vendit. l. fin. C. de contrahen. empt.* Rot. *deciſ.* 172. *num.* 5. *& ſeqq. & per tot. p.* 6. *rec.* ac proindè quouſque Titius pretium certum non ſtatuerit nulla prælatio danda eſt, quidquid dicant Caſſan. & Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 120. eum referens, qui intelligendi ſunt, quando perſona electa non eſt certa, vel quando eſt electus alter ex contrahentibus, quia tunc etiam mortuo illo antequam ſtatuat pretium de æquitate Canonica ſupplere poteſt Judex, & prælatio dabitur, ſequitur Armenzan. *deciſ. Ianuen.* 44. *numer.* 8. *ad* 10. 56
Idemque dicendum eſt, ſi verba contractus ipſius perfectionem reſpicerent, puta quia dictum ſit, vendam ſi tale quid eveniat, vel venditio perficiatur, niſi quis meliorem conditionem attulerit, quia eo caſu venditio non eſt perfecta, ſed perficienda, juxta gloſſ. *in dicta l.* 1. *verb. conditionalis, ff. de diem addict.* Azo. *in*
ſumm. C. de pact. inter empt. & vendit. num. 9. *in* 57
med. Menoch. *conſ. num.* 19. Cald. *de empt. cap.* 28. *num.* 16. Belmont. *deciſ.* 134. *numer.* 74. *in fin. & ſeqq.* Idemque pariter ſi dictum ſit, vendo vel res ſit empta, ſi Titius Conſul fuerit, vel ſi tibi, aut Sempronio placuerit, & tunc quia verbum, *vendo*, quamvis præſentia temporis unitum cum hac conditione, quæ in futurum verificari debet reſolvitur quoque in futurum, & contractus perfectionem ſuſpendit, ideò nulla prælatio danda eſt, §. *emptio inſtitut. de empt. & vendit.* ubi gloſſ. & Aretin. *numer.* 1. *& in l. hæc venditio* 7. *ff. de contrahen. empt.* Gloſſ. *in l. ſi res* 3. *verb. diſtracta, ff. eodem*, Pote. *in* §. *cùm autem numer.* 3. *inſtitut. de empt. & vendit.* Tiraquell. *de retract. convent.* §. 2. *gloſſ.* 1. *numer.* 77. *in fin.* Niger. *de laudem. dicta quæſt.* 7. *art.* 2. *numer.* 6. *& ſeqq.*

Si verò verba revocationem, ademptionem, vel
reſolutionem contractus demonſtrent, & præſuppo- 58
nant contractum venditionis tam ſtabilitum & perfectum, illumque eveniente conditionis caſu reſolvant, puta quia dictum ſit, vendo cum pacto, quòd liceat ab emptione diſcedere ſi alius meliorem attulerit conditionem intra annum, vel cum pacto, quòd res reſtituatur alicui ſi Conſul factus fuerit, aut cum ſimilibus, & tunc quia contractus eſt perfectiſſimus, ac dominium tranſlatum licèt reſolubiliter, & emptoris lucro cedit quidquid rei emptæ accedit, ipſiuſque periculo res perierit, & in deterius vergit, juxta Text. *in l.* 1. *& in l. cum qui* 7 *ff. de in diem addict. & in l.* 2. §. *ſi in diem, ff. pro emptor.* Menoch. *dicto conſ.* 388. *num.* 16 *& ſeqq.* Cald. *de empt. dicto cap* 28 *num.*
26. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 28. *num.* 8. Seſſe *deciſ.* 59
Aragon. 51. *num.* 14. dicendum eſt, quòd prælatio locum habeat, dum venditio eſt pura & perfecta, licèt ſub conditione reſolvi poſſit, ut probat Afflict. *de jur. protomiſ.* §. *licèt enim ſupra numer.* 31. *in med. verſ. quia venditio pura eſt*, & optimè diſtinguit Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 10 *num.* 55. *verſ. ſed unum hic diſcrimen, & de retract. convent.* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 59. *&* 60. & ita intelligendus eſt Berlich. qui cum allegat. *part.* 1. *concluſ.* 40. *de jur. protomiſ. num.* 22. idque probant alii plures, quos refert, & ſequitur Niger. *de laudem. d. quæſt.* 7. *art.* 1. *num.* 49. *& ſeqq. juncto num.* 77. Salernian. *allegat.* 35. *numer.* 4. *&* 5. *poſt ſuas deciſiones*, & ratio eſt evidens, quia ſicuti facta venditione cum pacto de retrovendendo, ad certum

Digitized by Google

60 tum tempus poteſt prælatio peti, & res retineri do-
nec tempus revendendi veneri, & conſanguineus valet
uti ea commoditate, quam emptor ipſe habebat, ut
infra probabimus, ita quoque dicendum eſt, facta
venditione pura ſub conditione tamen reſolvendi, &
ita admittanda aſt opinio Molen. *dicta diſp.* 37. *§. petes,
utrum ſi conſanguineus*, referens Gutt. Azaved. & Ti-
raquell. dum venditio cum pacto de retro quamvis à
principio ſit pura, ſub conditione tamen reſolvitur, ut
probat Seſſe *dicta decis.* 31. *ſub num.* 14. *vers. & idem
ego*, aliàs enim poſſet venditio reſolvi poſt multos an-
nos, imò nunquam, aut rarò propter naturam con-
ditionum appoſitarum, & ita fraudari prælationis Jus
habentes.

Propterea theorica Angel & Petr. Jacob. *in praxi fol.
mihi* 12. *col.* 1. *in fin.* quam ſequitur Jaſon. *in l. fin. n.* 137.
61 *C. de jur. emphyt.* dicentis, quòd emphyteuta tradens
emphyteuſim ſub pacto legis commiſſoriæ, aut addi-
ctionis in diem non teneatur exquirere conſenſum
Domini, ex quo talis venditio nil ponat ineſſe, & ſu-
perveniente caſu reſolvitur ipſo jure, quaſi numquam
fuerit initus contractus, & ſequuntur Curt. ſen. *conſ.*
8. *num.* 8. Ferdin. Loazes *in l. filiusfamilias*, §. *Divi
num.* 195. *ff. de legat* 1. Tiraquell. *de retract. convent.*
§. 1. *gloſſ.* 6. *num.* 4. Redoan. & alii quos affert Cor-
bul. *de caus. privat. ob alien. &c. limit.* 34. Cald. *de
emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 37. *& cap.* 7. *num.*
9. & innumeri quos affert Niger. *de laudem. tom.* 2.
quaſt. 6. *art.* 1. *num.* 23. *& pluribus ſeqq. ubi num.* 60.
id limitat quando talia pacta fuiſſent appoſita ex inter-
vallo, Belmont. *decis.* 134. *numer.* 76. *& ſeqq.* ubi
proindè negat in talibus venditionibus jus prælationis,
idemque defendit Boer. *decis.* 112. *num.* 1. putans, quòd
dum non eſt conſanguineus certus de venditione ſta-
bilia non poſſit præferri. Hæc inquam Theorica; &
opinio admittenda tantùm eſt, quando hujuſmodi
pacta concepta ſunt ſub conditione, ſecus ſi purè fa-
cta fuerint ſub conditione tamen reſolvenda, ut di-
62 citur *in dicta l.* 2. *ff. de in diem addict. & in l.* 2. *ff. de
leg. commiſſ.* & applicant Tiraquell. *d. gloſſ.* 10. *num.*
55. *d. vers. ſed unum hic dixerimus*, & aliis ſu-
pra allegari, & ratio diſparitatis eſt evidens, quia
primo caſu dominium non dicitur translatum, nec
periculum, nec augumentum rei venditæ ſpectat ad
emptorem, ſecundo verò caſu dominium jam empto-
ri acquiſitum cum ſua cauſa, & periculum, atque
augumentum ad eundem pertinet, atque ob id prælatio
neganda non eſt.

63 Nec dicatur dominium eſſe translatum reſolubi-
liter, adeout ipſo jura abſque aliquo hominis mini-
ſterio reſolvatur venditio, & lex fingat nunquam con-
tractum initum eſſe quando aut emptor pretium non
ſolverit, aut alius meliorem conditionem attulerit, ut
præcitati fatentur, hæc enim ratio poteſt quidem im-
munem reddere Emphyteutam alienantem irrequiſito
Domino, qui reſoluta venditione conquæri non poteſt,
cùm emphyteuta non alienaverit, ita lege fingente,
poſtquam reſoluta fuit venditio, ut præcisè loquun-
tur Doctores prædicti in his terminis, quidquid ſit
quando verbis obliquis talia pacta eſſent concepta,
de quo vide apud Niger. *dicta quaſt* 6. *artic.* 1. *num.* 62.
& ſeqq. & Covar. *var. lib* 3. *cap.* 8. *ſub num.* 1. *toto* §.
ſecundo eadem concluſio, nunquam autem impedire po-
terit, quin Dominus directus prælationem petere poſ-
ſit quando venditio fuit pura, & perfecta, reſolvenda
tamen ſub conditione, ipſe enim dicto medio tem-
pore poterit præferri, ac frui re vendita, ac ſubro-
gari in locum emptoris, qui interim verus emptor eſt,
& Dominus, quidquid reſoluta poſtmodum vendi-
tione lex fingat reſpectu retrotranslationis Dominii,
ut dicitur *in l. ubi autem, ſed & Marcellus in fin.
cum §. ſed ff. de in diem add.*

Sed hic eleganter diſputandum eſt, utrum vendi-
tiona facta cum pacto Legis Commiſſoriæ poſſit, is 64
qui prælationem obtinuit pretium ſolvere intra ſta-
tutum diem, & hoc modo reſolutionem venditionis
impedire, & ſanè ſi venditor velit pretium reci-
pere ab eo qui prælationem obtinuit nulla dubita-
tio ſupereſſe videtur, invitus enim venditor hoc pacto,
uti non tenetur, & ſi ipſe vult pretium recipere, &
in venditionis contractu perſiſtere, jure optimo poteſt,
ut *in l.* 2. *&* 3. *& in l. de lege* 6. *ff. de Leg. Commiſſor.*
Si autem venditor nolit, tunc quæſtio videtur an- 65
ceps, is enim qui vendidit Titio cum tali pacto ſo-
lùm perſonam ipſius Titii contemplavit, & pretium
ab ipſo ſolvendum eſſe voluit, & ſicuti facta vendi-
tione cum pacto addictionis in diem ſolus prior emptor
poteſt plus offerre, & extraneum oblatorem, qui me-
liorem attulit conditionem ſuperare, non autem alius,
qui locum prioris emptoris velit habere, cui vendi-
tor majorem oblationem denunciare non tenetur, jux-
ta Text. *in l. licèt* 7. *cum l. ſeq. ff. de in diem addict.* ita
quoque dicendum eſt, in hoc caſu, maximè dum
plurimum intereſt venditoris alium non admitti ad
ſolvendum pretium, quia poteſt dari caſus, quòd is 66
qui emit dederit arrhas, vel partem pretii, ac perce-
perit fructus, quodqua proindè eo emptore non
ſolvente, aut impotente ad ſolvendum venditor ac-
quirat arrham, & partem pretii, recuperet rem &
fructus, juxta Text. *in l. lege fundo cum l. ſeq. ff. de leg.
commiſſor.* quæ omnia perderet ſi prælationem petens
admitteretur ad ſolvendum pretium, & ad impedien-
dum reſolutionem contractus, quòd quidem eſt con-
tra Text. *in l. non debet, ff. de regul. jur. & in l. debi-
torum pactionibus, Cod. de pact.*

Contrarium tamen puto verius, cùm enim præla- 67
tionem obtinens ſubrogetur in locum prioris empto-
ris, adeout tam ipſe teneatur ſervare omnia pacta in
inſtrumento venditionis ſtabilita, quàm è contra ven-
ditor eadem pacta cum prælationem obtinente ne-
ceſſè habeat ex equi, ut dictum eſt *in quaſt.* 5. *num* 1. *&
ſeq.* meritò ſicuti pacto legis commiſſoriæ obſtrictus
aſt, is qui prælationem habuit, ita quoque debet poſ-
ſe illud adimplere eodem modo, quo poterat prior
emptor, & cogere venditorem ad perſiſtendum in
contractu pretium ſolvendo, prout idem emptor po-
terat. Imò ſi contingeret, quòd emptor cum tali pa- 68
cto, alteri venderet cum facultate ſolvendi pretium
priori venditori, ut reſolutioni venditionis locus non
eſſet, certè poſſet per regulam Text. *in l. ſi eum, §. qui
injuriam, ff. ſi quis cantion. & in l. ſiva, §. Titia, ff. de
condit. & demonſtrat.* ut probant Laſſart. *de decim. cap.*
14. *num.* 24. Niger. *de laudem. dicta quaſt.* 6. *artic.* 1.
num. 59. quamvis affirment, quòd non ſoluto pretio,
vel allata meliori conditione reſolvatur jus tam prioris,
quàm ſecundi emptoris, unde eò magis poteſt hoc
facere lex, vel ſtatutum, quod ſubrogat prælatio- 69
nem petentem in locum prioris emptoris, nec con-
trarium ſuadet Text. *in dicta l. licèt cum l. ſeq. ff.
de in diem addict.* qui ad hanc quæſtionem non
deſcendit.

Ex quibus facile erit affirmare, quòd in venditione 70
facta cum pacto, quòd ſi diſplicuerit res ſit inempta
prælatio danda ſit, cùm enim talis venditio ſit pura, &
perfecta ſub ea tamen conditione reſolvenda, juxta
Text. *in leg. ſi res ita diſtracta, ff. de contrahen.
emption. & in l.* 2. §. *ſi in diem addictio in fin. ff. pro
emptor.* ubi dicitur, *ſed & alia emptio pura eſt ub
convenit, ut ſi diſplicuerit intra diem certum inempta ſit*,
Seſſe *deciſ* 31. *num.* 14. *in fin.* meritò prælatio competit
ex prædictis; Et quamvis videatur ſupervacanea præla-
tio cum data diſplicentia reſolvatur venditio, & fru-
ctus interim percepti reſtituantur, ad Text. *in l. quòd
ſi nolit, §. ſi quid ita, & in l. cùm autem, §. redhibe-
tur, ff. de ædilit. edict.* adhuc tamen quia iſta diſplicen- 71
tia ab arbitrio boni Viri, & à juſta cauſa pendet, ut

probate videtur Angel. *in dicta l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita in fin.* & Niger. *dicta quæſt. 7. art. 2. num.* 10. *& ſeqq.* Laſſart. *de decim. vendit. cap.* 14. *num.* 30 Guttier. *de gabell. quæſt.* 10. *num.* 15. *& ſeq.* & ſi certum tempus determinatum non ſit tantùm intra 60. dies admittetur
72 emptor ad cauſas ſuæ diſplicentiæ adducendas, & ſuam voluntatem declarandam, ut dicitur *in d. §. ſi quid ita*, de quo magnum feſtum facit Petr. Ravenn. *ſing.* 788. ideò non eſt fruſtratoria prælatio dum facile eſt, quòd contractus non reſolvatur, ſive quia cauſæ diſplicentiæ non approbentur à Judice, ſive quia intra dictum tempus emptor ſuam voluntatem non declaraverit, ac proindè venditionis contractus in ſuo robore permaneant; Quòd ſi venditio fuiſſet facta cum libera, & abſoluta facultate diſplicentiæ non regulanda ab arbitrio boni Viri, prout fieri poſſe nulli dubium eſt, tunc prælatio neganda eſſet, & expectanda prius eſt declaratio emptoris, ne contingat penſus fruſtratoriam reddi prælationem imò cautus debet eſſe prælationem petens ne fama ſui juris ac ſuæ prætenſionis perveniat ad emptorem, quem iſto modo
73 incitaret ad declarationem diſplicentiæ, & conſequenter ad venditionem reſolvendam, ut ea tunc, ac ſi nunquam facta fuiſſet ex traditis ab eodem Niger. *dicta quæſt. 7. art. 2. num* 15.

Iterum eleganter quærendum eſt, an facta venditione cum conditione, quæ de ſui natura inſit contractui, vel quæ neceſſariò ſit eventura prælatio debeatur,
74 & utroque caſu prælationem dandam eſſe exiſtimarem, nam iſtæ conditionum ſpecies quamvis habeant conditionis figuram, & imaginem carent tamen conditionis vi, & natura, & potiùs purè contrahere videtur quàm conditio aliter is qui promittit ſub conditione, quæ neceſſariò extitura eſt, vel quæ tacitè promiſſioni ineſt, ut ſunt Text. *rotundi in l.* 3. *ff. de leg. primo, l. ſervum meum, §. ſi in non faciendo ff. de hæred. inſtit. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione, ff. de novat.* Gomeſ. *var. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 30. Gargauett. *de condit. cap final. num.* 21. Noval. *de tranſmiſſ. caſ.* 1. *num.* 9. *& ſeqq.* ideòque ſi vendatur res conſtituto pretio ſingulis jugeribus prælationi locus eſt, quamvis talis venditio habeat in ventre tacitam, & neceſſariam conditionem faciendæ menſuræ, & poteſt
75 prælationem petens vendentem urgere ad menſuram, ex traditis ab eodem Laſſart. *de decim. vendit. cap.* 5. *num.* 21. *& ſeq.* Nigr. *dicta quæſt.* 7. *art.* 1. *num.* 84. *&*
76 *ſeqq.* Pari modo prælatio debetur, ſi venditio concepta ſit ſub conditione, quæ abſque aliquo dubio futura ſit, quia talis conditio non ſuſpendit perfectionem venditionis, *ut in l. neceſſario* 8. *§. ſi ita venerit, ff. de pericul. & commod. rei vendit.* & plenè Niger. *dicta quæſt.* 7. *art.* 1. *num.* 88. qui plura allegat exempla, & rationes hanc opinionem confirmantes; Ita etiam ſi conditio fuerit addita contractui ex intervallo, vel fue-
77 rit adimpleta, prælatio neganda non eſt, Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 10 *num.* 48. Bertrand. *conſ.* 221. *lib.* 1. Amid. de Puni. *de laudem. quæ* 36. *num.* 5. Guttier. *de gabell. dicta quæſt.* 8. *num.* 15. Laſſart. *de decim. vendit. d. cap.* 14. *num.* 28. Niger. *dicta quæſt.* 7. *art.* 2. *numer.* 90. *uſque ad fin.* & latè id probant adducti *in quæſt.* 24. *quæſt.* 5. qui defendunt, quòd tunc tempus datum pro prælatione petenda incipit currere, cùm conditio adjecta purificata erit.

Demum quid dicendum eſt de venditione ſub mo-
78 do, quæ cùm non ſuſpendat, nec impediat acquiſitionem fieri ab initio, ſitque pura, & ſimplex, meritò ſtatim videtur tribuere jus agendi pro prælatione, quantumvis modus adimpletus non ſit, ut contra Neapodan. & Afflict. tenuit Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 2. *numer.* 34 *& ſeq.* Niger. *de laudem. dicto tom.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 21.

Tutius tamen eſt diſtinguere inter modum adje-
76 ctum venditioni, qui poſſit etiam à prælationem petente adimpleri, & inter modum qui perſonalis ſit, & à prælationem petente adimpleri nequeat, primo enim caſu abſque dubio prælatio dabitur, ſecundo verò caſu nolente venditore prælatio concedenda non videtur, nedum quia repelletur prælationem petens ex venditoris voluntate in ipſo inſtrumento venditionis explicata, ſed etiam quia ſi compulſus aut interpellatus prælationem petens ad modum adimplendum id facere nequeat, certè omni commodo venditionis privabitur, juxta theoricam Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero n.* 2. *& in l. quibus diebus, §. fin numer.* 13 *ff. de condit. & demonſtrat.* Emanuel à Coſta *lib.* 2. *ſelect. cap.* 21. *numer.* 11. Paul Dutan. *de condit. & mod. impoſſib.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 7. *& num* 11.

Quærendum quintò, an prælatio competat in ven- 80
ditione facta cum pacto retrovendendi, & quidem dicendum eſt, quòd aut contractus habet præſumptiones validas pro ſimulatione, itaut potiùs ex communibus regulis cenſendus ſit pignoratitius, & prælatio non habebit, juxta deciſ. 139. Afflict. quam ſequitur Berlich. *part.* 2. *concl.* 39. *de jur. protomiſ. nu.* 76. Marta *digeſt. noviſſ. tom.* 3. *tit. retractus cap.*
6. *per tot.* aut contractus eſt verus, & eo caſu præla- 81
tio concedenda eſt, & jam petens habebit eamdem commoditatem quam habet emptor, itaut durante tempore pacti fruatur re habeatque omnes acceſſiones, commoda, & incommoda, quæ habuiſſet ipſe emptor, & redemptionis caſu non eveniente abſolutus Dominus remaneat, eoque eveniente teneatur rem reſtituere, adeout ſi ſimul concurrant venditor, qui velit redimere, & conſanguineus, venditor præferendus ſit, ut eſt communis DD. theorica, de qua Afflict. *de jur. protomiſ. §. licet enim numer.* 31. *per tot.* Urſill ad Afflict. *dicta deciſ.* 338. *num.* 1. Donad. *de renunciat. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 66. *in fin.* Berlich. *ubi ſupra num.* 75. Tondut. *quæſt. civil. lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 2. 10. *&* 11. Jo: Baptiſta Silvat. *conſ.* 48. *num.* 19. *&* 20. *fol. mihi* 372. Tiraq. *de retract. convent. §* 2. *gloſſ.* 1. *num.* 1. Capyc. Latr. *conſult* 109 *n.* 24. Amie. *de jur. emphyt. quæſt.* 55. *num.* 8. Cirocch. *d ſceptat.* 29. *num.* 42. *& ſeqq* Salernitan. *alleg.* 35. *nu* 2. *& ſeqq.* Guttierez. *pract. part.* 2. *quæſt.* 161. *verſ. ad primum*, Molin. *de contr. d. diſp.* 370. *§. dubium etiam eſt*, & alii plures apud eoſdem, quidquid ſine fundamento dixerint Koppen. *deciſ. German.* 52. *in fin.* Moles *deciſ. Neapol. tit. de Deman. quæſt.* 7. *fol. mihi* 299. qui tenuerunt, quòd non poſſit intentari actio pro
prælatione petenda, niſi quando retrovenditionis caſus 82
evenerit, & quòd in præjudicium prælationem habentis non poſſit emptor prorogare tempus datum in contractu ad redimendum defendit Carp. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 880.

Quæritur ſextò, an prælatio locum habeat facta ven-
ditione cum pacto, quòd dominium non transeat, 83
niſi pretio ſoluto, & affirmativè reſpondet Afflict. *de jur. protomiſ. §.* 3. *num.* 17. *& deciſ.* 338. *per tot.* quem ſequitur Tiraq *de retract. lig. §.* 1. *gloſſ.* 2. *num.* 36. *&* 37. *& gloſſ* 10. *num.* 112 *& ſeqq.* Nigr. *de laudem. tom.* 2. *quæſt.* 35. *num.* 8. *& ſeq. fol. mihi* 389. Berlich. *concl. jur. part.* 2 *de jur. protom concluſ.* 39. *num.* 53. Barbar. *de diviſ. fruct. part.* 2. *cap.* 6. *numer* 15. *fol. mihi* 156. Rumm. in addit. ad Afflict. *fol. mihi* 159. *numer.* 17. Carpan. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 141. Carlevel. *de judic. tit.* 3. *ſect.* 5. *num.* 66. *fol. mihi* 197. *tom.* 2. Capyc. Latr. *deciſ.* 142. *num.* 36. *& ſeqq.* Quinimò etiam in venditione facta cum conditione, quòd
dominium in emptorem non transeat, niſi venditoris 84
mortuo, quia pura interim venditio eſt, & jus dominii in tempus mortis fuit tantùm dilatum, ut ſcripſit Tiraq. *dicto §.* 1. *gloſſ.* 10. *numer.* 118 *& ſeqq.* Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 236. Giurb. *deciſ.* 80. *num.* 14.

Moventur autem iſti ex quo nequeant partes facere, quòd ſtipulatio non ſit ſtipulatio, & quòd vendi-
tio

tio non ſit venditio, quamvis minuere valeant effectum ſtipulationis, & venditionis, unde cùm partes vendiderint non potuerunt contrahentes mediante tali pacto efficere, quòd talis venditio non ſit venditio dominium non transferendo; Præterea tale pactum videtur eſſe contra naturalem effectum contractus emptionis, nec transfunditur ob id in alium contractum de jure validum, ſed omninò ipſum contractum annullaret, ac de vento redderet, proindeque debet potiùs idem pactum annullari, ac remaneret contractus ſine dicto pacto; Tandem in præjudicium habentis jus congrui tale pactum non tenet, eodem modo, quo non obſtante pacto de retrovendendo poteſt vicinus petere prælationem, aliàs enim viam fraudibus aperiremus, dum is qui vicinum jure congrui vellet excludere, emeret cum eodem pacto, & poſtea clam ſolveret pretium, & ita numquam prælationi locus eſſe poſſet.

Contrariam tamen opinionem idem Afflict. ſuæ opinionis oblitus *in dicto tract. de jur. protomiſ. §. in prin-*
85 *cip. col 15. verſ. ſed ponamus* quòd quis venditur apertiſſimè defendit, dicens, quòd ſi habita fuit fides de pretio, prælatio locum habet non obſtante tali pacto, ſecus ſi nulla fuerit habita fides de pretio, cùm tunc nullum ſit translatum dominium, & contractus ſit imperfectus, & totaliter periculo venditoris res perire debeat, & hanc opinionem ſequitur Boer. *deciſ.* 112. *num.* 1. & refert etiam Urſil. ad Afflict. *dicta deciſ.* 338. *num.* 1. & plenè Merend. *controv. jur lib.* 14. *cap* 19. *num.* 22. *& ſeqq. & numer.* 52. *& ſeq.* Capyc. Latr. *d. deciſ.* 142. *num.* 36. *& ſeq.*

Et quidem hæc opinio de rigore juris melius fun-
87 data videtur; Quoniam quando eſt facta venditio cum tali pacto reſervationis dominii, dominium non tranſit in emptorem, ſed remanet penes venditorem, adeout neque poſſeſſio transferatur non obſtante rei traditione, ſed tantum nuda detentio, *l. cum manu, §. nemo ff. de contrah. empt.* ubi quòd cenſetur res potius locata, quàm vendita Bald. *in l. creditores num.* 8. *C. de pignor.* Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 41. *num.* 53. *ad* 60 Rovit. *deciſ.* 7. *num.* 1. *& ſeqq.* ubi probat quòd tunc res poteſt licitè alteri vendi, Cyriac. *controv.* 164. *num.* 3 *& ſeqq.* Rub. *in annotat. ad deciſionem* 666. *à num.* 114. *ad* 122. *part.* 4. *tom.* 1. *& in recent. deciſ.* 118. *num.* 2. *part* 8 *deciſ.* 272. *num.* 1. *& 2. part* 11. *& deciſ.* 368. *num.* 4. *part.* 17. & plenè coram Coccin. *deciſ.* 2235. *num.* 1. *ad* 6. Propter quòd
88 emptor nullum jus ſuper re empta habere videtur, ac proindè nequit ſuper re empta ſervitutem, cenſum, aut hypothecam conſtituere, neque creditoribus emptoris nllum jus acquiritur, neque ſuos fructus Emptor ipſe facit, Franc. *deciſ.* 506. *numer.* 12. *& ſeqq.* Cyriac. *controv.* 325. *num.* 67. Gratian *deciſ. Marchi.* 53. *per tot.* Rub. *ad d. deciſ.* 666. *num.* 121. *& pluribus ſeqq.* Rot. *deciſ.* 135. *num.* 21. *& ſeqq. part.* 6. & plenè Merlin. *d. lib.* 4. *quæſt.* 41. *num.* 64. *&* 98.

Facillimè propterea reſponderi poteſt rationibus in contrarium adductis, quia licèt non ſit permiſſum venditori ſibi perpetuò reſervare dominium, illud tamen poteſt licitè ſibi reſervare, donec pretium ſit
89 ſolutum, & pactum erit validum, & contractus toleratur, ut ex prænarratis patet, & latè Cyriac. *dicta controv.* 164. *num.* 2 *& ſeqq.* & benè Nigr. *de laudem. tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 1. *num.* 41. ubi quod dominio perpetuò reſervato eſt locus prælationi, quia pactum vitiatur, imò hoc pactum videtur ſequi juris principia, cùm ſciamus in jure ſtabilitum eſſe, ut non transferatur in emptorem dominium niſi pretio ſoluto, quan-
90 do nulla de pretio fuit habita fides, *l. quod vendidi* 19. *ff de contrah. empt. §. vendita inſtit. de rer. diviſ. cum ſimilibus.*

Falſum autem eſt, quòd tali pacto non ligetur habens jus congrui, cùm enim is qui vult prælationem cenſeatur in locum emptoris ſubrogatus, idemque onus, & jus ſufferre teneatur, *ut in quæſt.* 5. *num.* 1.
& ſeqq. merito ſi pactum operatur, quòd dominium 91
non ſit translatum in præjudicium emptoris fortius operari debet eundem effectum in præjudicium habentis jus congrui, & ſufficit reſpondere, quòd tale præjudicium conſiderari nequeat, dum habenti jus congrui nullum quæſitum eſt jus, aut actio, antequam contractus fuerit perfectus.

Nec æquiparatio emptoris cum pacto de retro ſatisfacit, quia ille acquiſivit dominium, & jus quamvis reſolubile per exercitium pacti. Emptor verò cum
tali pacto reſervationis dominii nullum prorſus jus, 92
nullumque dominium quærit; Timor demum fraudis eſt alienus, & probata fraude prælatio dabitur, alias ſub hujus timoris prætextu in omni ferè contractu, in quo prælationem negamus, eamdem dare deberemus, ac proinde Afflicti opinio non videtur ſequenda eò magis dum Neap. conſil. ſecundum eamdem non judicavit, ut ipſe idem in fin. deciſionis teſtatur.

Ideò pro concordia aliquos caſus diſtinguendos eſſe putarem; Primus eſt quando venditio fuit ſimpliciter facta, & poſteà venditor dixit, quòd donec, vel
ſi pretium non ſolvatur liceat ipſi redire ad dominium 93
rei venditæ, & tunc quia iſta venditio eſt pura, ſub conditione tamen reſolvenda, ut plenè *in deciſ.* 190. *num.* 4 *& ſeqq. part.* 3. *recent.* ideò habet locum prælatio ut ſupra.

Secundus caſus eſt, quando vel fuit habita fides de pretio, vel in inſtrumento adſunt clauſulæ *ad habendum conſtituti*, & aliæ indicantes translationem dominii, & eo caſu quia dominium cenſetur translatum, nec poteſt venditor ſine conſenſu emptoris à
contractu reſilire, & reſervatio dominii in eodem in- 94
ſtrumento facta ad tollendam contradictionem, & plura incommoda tam emptoris, quàm venditoris reſolvitur in ſpecialem hypothecam, plenè Merlin. *d. quæſt.* 41. *à num.* 61. *ad* 70. *ſignanter numer.* 67. *& ſeqq.* Grivel. *deciſ. Dolan.* 56. *numer.* 4. Lattea *deciſ. Granat.* 42. *numer.* 6. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 627. *numer.* 31. *ad* 36. apud Cenc. *deciſ.* 539. *num.* 16. *&* 17. apud Merlin. *de pignor. deciſ.* 117. *num.* 9. *& in recent. deciſ.* 135 *num.* 23. *& ſeqq. part.* 6. *deciſ.* 411. *num.* 6. *& ſeqq. part.* 13. & in Veliterna Salviani 24. Jan. 1680. *§. quo vero*, coram Eminentiſſ. Vicecomite, ideò prælatio competit, ut probat optimè Covar. *var. lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 5. Theſaur. *quæſt. for. lib* 4. *quæſt.* 51. *num* 6. Nigr. *de laudem. tom.* 2. *dicta q.* 8. *num.* 33. *& ſeqq. fol. mihi* 137. Molin. *de contract. tract.* 2. *diſp.* 372. *§. circa ſequentem.*

Tertius eſt, quando nulla fuit habita fides de pretio, nec clauſulæ prædictæ concurrunt, & tunc
quia potius cenſetur contractus locationis ſemper, 95
& quandocumque ad nutum venditoris revocabilis, nullumque jus emptori acquiritur præter ſimplicem, & nudam detentationem, Merlin. *dicta quæſt.* 41. *numer.* 67. *verſ. ſi verò*, propterea nulla competit prælatio ut ſupra, niſi pretium ſit die ſtatuto ſolutum, Nigr. *dicta quæſt.* 8. *numer.* 44. & niſi venditor egerit pro ſolutione pretii contra emptorem, & ſuper alii rebus ſatisfieri curaverit, Theſaur. *dicta quæſt.* 51. *num.* 6.

Et quamvis ſint qui putent hoc caſu contractum
reſolvi in pignoratitium inde arguentes, quòd præ- 96
latio dari debeat, ex quo res pignoratur pro vero valore rei, & pro tanto pretio, ut non ſit ſpes luitionis, ut videre eſt apud Nigr. *dicta quæſt.* 8. *num.* 39. *& ſeq.* adhuc tamen contrarium verius eſt, quia termini non ſunt æquales, quando enim res pignoratur pro vero valore pretium ſolvitur pignoranti, & ex interpretativo ejuſdem conſenſu lex fingit dominium rei habitum pro derelicto, & translatum eſſe, in caſu autem noſtro pretium non eſt ſolutum, & quouſque illud ſolvatur dominium non transfertur, neque

res poreſt dici habita pro derelicta dum ſtatim, &
ſemper recuperari poteſt ſine pretio.

Quartus eſt, quando conventum fuit, ut donec
97 pretium ſolvatur fructus recompenſativi, vel aliquid
annuum venditori præſtetur, & tunc quia ratione
iſtius annuæ præſtationis idem eſt, ac ſi pretium em-
ptor percepiſſet, vel ſaltem negari nequit, quin con-
tractus reſolvatur in locationem perpetuam ad arbi-
trium emptoris, ideò prælatio locum habet, Nigr.
ubi ſupra num. 42. & idem quando venditor ſibi
reſervavit Cenſum redimibilem ſuper illa re quouſ-
que pretium ſolveretur, probat Covar. *pract. part.* 3.
toto cap. 11. Guttierez. *pract part.* 2. *qu.*145. *num.*6. Mo-
lin. *dict. diſput.* 372. §. *rem hanc lit. B.* ubi etiam
ſi proteſtatus eſſet, quod ſibi reſervabat dominium
directum, & ſolum utile transferebat.

98 Quæritur ſeptimò, an prælatio locum habeat in
venditione ad vitam & quæſtio eſt ſolemnis, quia ne-
gativam tenuit Gerard. Bagoil. *in quadam ſua diſputa-
tione retractus*, quem ſequitur Boer. *ad Conſuet. Bitu-
ric. de retract.* §. *primo, column.* 4. *vers. item non
habet locum*, Tiraq. *eodem tract.* §. *primo, gloſſ.* 14. *nu-
mer.* 89. Nigr. *de laudem. tom.* 2. *quaſt.* 11. *num.* 12. *&
ſeqq.* Rendel. *de jur. protomiſ. verb. per emphyteuſim,
num.* 45. *verſ in terminis, fol. mihi* 60. licèt infra vi-
deatur de hoc dubitare Card. de Luca *de retract. diſc.*
74. *num.* 2. *& ſeqq. ſignanter num.* 5.

Contrariam verò opinionem tenuit Spad. *conſ.* 282.
99 *per tot. lib.* 2. juxtà cujus conſ. judicavit Rota coram
Millin. *decis.* 446. *per totam, ſequitur decis.* 613. *part.*
4. *tom* 3. *recent.* Ferentil. ad Burat. *decis.* 937. *num.*
18. *& ſeqq.* Grat. *diſc.* 460. *numer.* 39. *& ſeqq.* Mangil. *de
evict. q.* 105. *num* 3. *& ſeqq.* Reverendiſſ. Antonel. *de
temp. legal. lib. cap.* 2. *num.* 21. Urſel. *concl.* 62. *num.*
30. credentes quòd hæc ſit vera venditio, dum con-
currit res, pretium, & conſenſus, & quamvis re-
ſolvatur finito tempore, adhuc tamen non exinde
negari poterit prælatio, quia conditio, vel pactum
reſolutivum non impedit perfectionem contractus,
neque dominii translationem.

Iſtæ tamen contrariæ ſententiæ in ſuo caſu receptæ
100 ſunt veriſſimæ; Quoniam aut legis verba, vel ſtatuti
ratio non congruit venditioni factæ ad vitam, & tunc
prælatio non competit, fingamus enim quòd ſtatu-
tum prælationem concedat ad hoc, ut res non exeat
de familia, vel ut perpetuò maneat apud vicinum,
vel ob ſimiles cauſas publicæ utilitatis, aut decoris
publici, quæ verificari nequeunt in venditione ad
vitam, qua finita, res ſine alio miniſterio reddit ad
familiam, vel non poteſt reddi decoroſa, ut ſta-
tutum exigit, certè prælatio negabitur, & in hoc
caſu procedit opinio Boer. Tiraqu. & ſequacium.

Aut lex, ſive ſtatutum utitur verbis, quæ tan-
101 tummodò perpetuam alienationem, & continuam
dominii diſtractionem reſpiciant, & pariter præla-
tio deneganda eſt; Aut tandem ſtatutum generali-
ter prælationem concedit, & ratio æquè congruit
venditioni ad vitam, & venditionis perpetuæ, & eo
caſu prælatio dabitur, ut diximus in *quaſt.* 33. *no-
tab.* 1. & eſt caſus dictæ deciſionis Millini, niſi
venditio ſit facta ad modicum tempus duratura,
Nigr. *dicta quaſt.* 11. *in fin.*

Quærendum octavò, an prælatio locum habeat,
102 quando venditio, & contractus eſt nullus, vel ex
defectu ſolemnitatum, vel ex cauſa antecedente, vel
ex concomitante, vel ex incapacitate emptoris, aut
ex aliis circumſtantiis, & non competere defen-
dunt Caſtr. *in conſ.* 74. *numero* 1. *verſ. ſi verò, &
numero* 7. *lib* 2. Alberic. *in l. fin. numer.* 7. *C. de
legat.* Afflict. *decis.* 339. Decian. *reſp.* 112. *numer.*
2. *lib.* 3 Roland. *conſ.* 41 *num.* 33. *lib.* 3. Tiraqu.
de retract. lignag. §. *primo, gloſſ* 2. *numer.* 3. *& ſeqq.
& numer.* 10. Pechius *de ammortizat. cap.* 12. *circa
med. verſ. eam*, Nigr. *de laud. tom.* 2. *quaſt.* 38. *à
numer.* 44. *& pluribus ſeqq.* apud quem plures am- 103
pliationes, & limitationes, ubi etiam *in fin. num.* 90.
& ſeqq. tractat an ſententia declaratoria nullitatis no-
ceat prælationis jus habenti, Urſell. *concl.* 62. *num.*
48. *&* 53. Grat. *diſcept.* 526 *num.* 15. *& ſeq.* Graſſ.
de effect. cleric. effect. primo numer. 315. Carpan. *ad
Statut. Mediol. d. cap.* 417. *numer.* 136. Donad. *de
renunc. tom.* 2. *cap.* 26. *numer.* 46. Reverendiſſimus
Antonel. *de tempor. legal. lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 16.
Rota coram Duran. *dec.* 83. *numer.* 2. *& in rec. dec.*
73. *numer.* 2. *p.* 5.

Sed quid ſi nullitas allegetur ab emptore, non au-
tem à venditore, vel ab aliis, qui ab eo habeant cau-
ſam, concluſio eſt, quòd ſi nullitas ſit inducta favore
venditoris, quouſque ipſe non alleget eam, prælatio
peti poteſt, nec emptor poteſt petentem præferri cum
hac exceptione repellere, imò ſi venditor egerit pro
nullitate, quam tamen incontinenti non probaverit,
poterit is qui vult præferri, comparere, rem jure
prælationis obtinere, ac litem defendere, illiuſque
periculum ſufferre, ut ſequendo Molin. probat Ro-
ſenthal. *de feud. cap.* 9. *concl.* 89. *litt. L. verſ. Et Mo-
lin.* Tiraq. *dicto* §. *primo, gloſſ.* 2. *num.* 10. *&* 11. ubi
etiam diſſerit à quo tempore incipiat hoc caſu curre-
re terminus datus à lege ad retrahendum, ſequitur
Jo. à Sandè *in theatr. pract. lib.* 3. *tit.* 5. *deſin.* 4.
verſ. & hoc. Ideoque eo magis procedit ſi ipſe ven-
ditor velit ſtare contractui, ut probat Gut. *de gabel.* 104
q. 9. *num.* 7. *in fin.* 8. *&* 16. Laſſart. *de decim. ven-
dit. cap.* 14. *numer.* 57. *& ſeqq.* Nigr. *dicta q.* 38.
num. 85. niſi nullitas inducta ſit primario, & indiſtin-
ctè favore publico, quo caſo poteſt à quocumque
allegari, Grat. *diſcept.* 234. *num.* 31. *& ſeq.* & ſequu-
to effectu nempè abdicatione rei ab emptore, præla-
tio amplius non competit, ut ex prædictis.

Et quid ſi alienatio fuerit doloſa, vel vi, ac me- 105
tu facta, dicendum eſt, quod ſi dolus ex parte utri-
uſque tam venditoris, quàm emptoris concurrit, neu-
ter talem nullitatem adverſus prælationem petentem
allegare poteſt, cum non permittatur quis propriam
detegere turpitudinem, ſi verò dolus aut metus tan-
tum ex parte venditoris provenerit, ipſe talem nul-
litatem allegare, nec poterit, ſed ſolus emptor, &
è contra, quia ſi dolum paſſus, aut cum metu con-
trahens velit ſtare contractui nec de nullitate excipiat,
debetur ex contractu laudemium, gabella, ac præla-
tio, ut plenè Laſſart. *de decim. vend. cap.* 14. *num.*
64. Bertrand. Argent. *ad conſuet. Britur. art.* 59. *not.*
4. *num.* 3. plenè Nigr. *dicta quaſt.* 38. *numer.* 75. *&
ſeqq.* ubi idem dicit de eo, qui fuit cauſa nullitatis,
& quaſt. 41. *&* 42. *per tot.*

Atque ideò ſi venditio ſit imperfecta, vel ſit ſine 106
pretio certo, & conſequenter nulla, nulla quoque
debetur prælatio, ut plenè apud Nigr. *de laud. tom* 2. *q.*
51. *per tot.* & plenius dictum eſt *in q.* 24. *quaſit.* 4. *&*
9. & notat etiam Donad. *de renunc. tom.* 2. *cap.* 26.
num. 45. *& ſeqq.*

Quærendum nonò, an prælatio locum obtineat in 107
venditione ſimulata, & quidem affirmandum eſt ven-
ditionem eſſe nullam, ac proindè prælationem negan-
dam, ut probat Caſtr. *dicto conſ.* 74. *lib.* 2. Alex. *conſil.*
197. *lib.* 7. Tiraq. *dicta gloſſ.* 2. *num.* 12. *& ſeqq* Afflict. *di-
cta decis.* 339. *per totam*, Viv. *com. opin* 832 *nu.* 1. *& ſeqq.*
apud quem plures præſumptiones videas pro ſimula-
tionis probatione, Rendel. *ad Conſtit. Sancimus*, § *ſcri-
ptum eſt, numer* 3 Joan. Papon. *ad conſuet. Borbon.* §.
397. *materia verſ. quartum*, Nigr. *de laudem. d. tom.* 2.
q. 33. *num.* 20 *& ſeqq. & to.* 2. *quaſt.* 47. *num.* 17. *& ſeqq.* 108
Carpan. *ad d. cap.* 417. *numer.* 136. Add. ad Gipſ. *de-
ciſ. Bonon.* 113. *in med.* proindè ſi contrahentes dixe-
rint vendere, & tamen apparet contractum non eſſe,
venditionis, ſed pignoris, nomenque venditione fictum,
ac

Digitized by Google

ac ſimulatum fuiſſe, prælatio negabitur. ut diximus in *quæſt. 19. circa fin.* prout è contra ſi contractus diverſus, in quo habeat locum jus congrui verè factus ſit, ac ſimulatus alius contractus in quo prælatio non vigeat, prælationis jus competit, ut dixi in *d. quæſt. 19. & quæſt. 25.* & notat Benedel. *de jur. protom. in §. ideoque, num. 3. & ſeqq.* poſt Rendal. *tract. pariter de jur. protom. fol. mihi* 387.

Sed ſi ſimulatio non probetur adfuiſſe ab initio
109 contractus, & unus tantum, emptor ſcilicet, aut venditor contractum ſimulatum fuiſſe affirmet, ac ſimulationem probet concurriſſe ex parte ſua tantum, & non ex amborum conſenſu, & ſcientia, vel oppoſita ſimulatio incontinenti non probetur, aut tandem etiam ea probata alius contractus verè factus fuerit, in quo prælationis jus debetur abſque dubio prælatio dabitur, ut planè probat Nigr. *dicta quæſt. 39. numer. 53. ad 59.*

Quærendum decimò, an prælatio competat facta venditione rei litigioſæ. & videtur affirmativè reſpondendum, cum enim talis venditio quoad ipſum alie-
110 nantem, atque inter ipſos contrahentes ſit valida, & perfecta, & tantùm remaneat ſubjecta retractationi favore collitigantis, cui præjudicium gignitur, proinde ſi ipſe nolit venditionem annullare, venditio valida eſt, & prælatio dabitur, neque valebit emptor, aut venditor de nullitate opponere, prout ex Tiraquel. & Afflict. *de jur. protomiſ. §. 6 num.* 12. probat Cardin. da Luca *de ſervit. diſcurſ. 96. num. 17. verſ. attamen,* Sallernitan. *alleg. 35. per totam.* Quæ vera non exiſtimo, venditio enim rei litigioſæ eſt nulla ipſo jure,
111 juxta Text. *in l. cenſemus, C. de litigioſ.* & adeò nulla cenſetur à jure, ut ipſemet venditor poſſit venditionem retractare, & ipſamet rem venditam vendicare, qui cum venditio ſit nulla ipſo jure, & inutilis, poteſt venditor hanc nullitatem allegare, ut latè, & eleganter pluribus relatis probat Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib. 4. tit. 6. à num. 29. ad 33.* ubi cæteris contrariis reſpondet, imò nec emptor poteſt contra venditorem agere pro rei traditione, & pro exequutione promiſſorum, ſtante quod contractus eſt nullus, ut notat Bart. *in dicta l. cenſemus*, & Peregrin. *de Iur. Fiſc. d. tit. 6. num.* 32. venditore igitur excipiente de nullitate contractus nulla prælatio dari poteſt ut ſupra, dummodò actu ipſe venditor tradere emptori recuſaverit, & talem nullitatem allegaverit, nec aliter ſilente venditore, & nil dicente collitigante, emptor qui fruitur commodo venditionis repellere poteſt prælationem petentem ſub hoc prætextu, ut ſupra dictum eſt.

Neque aliquid obſtant quæ allegat Cardinalis de Luca, quia Tiraq. & alii tale quid in meo Codice non affirmant, & videtur talis concluſio prorſus contra Text. *in d. l. cenſemus.*

Salernitani opinio in ſuo caſu recepta veriſſima apparet, ipſe enim affirmat, quòd vendita re, & intro-
duċta lite inter emptorem, & venditorem, vel inter
112 alios, & emptorem, aut venditorem ſuper re vendita, adhuc prælatio peti valeat, & res abſque litigioſi vitio concedi poſſit prælationem petenti ſub eadem incertitudine litem amittendi, vel vincendi, ſtante quòd iſta alienatio, vel eſt neceſſaria tamquam facta lege jubente, quo caſu vitium litigioſi non obſtat, Cancer. *var. part. 2. cap. 12. n. 48.* Intriglial. *deciſ. 46. num.* 60. Giorb. *deciſ. 62. num.* 20. Burat. *deciſ.* 133. *num.* 10. *verſ. præſertim*, Merlin. *deciſ.* 847. *num.* 8. *& ſeqq. & deciſ.* 170. *num.* 3. poſt Add. ad Poſth. *de ſubhaſt.* vel dici non poteſt alienatio, ſed potiùs ſubrogatio prælationem petentis in locum emptoris, ut ſæpiùs dictum eſt in tractatu, & proindè hanc opinionem ſequutus eſt Benedel. *de jur. protomiſ. §. prohibemus numer.* 1. poſt Rendal. *fol.* 389.

Quæres undecimò an habeat locum prælatio quando res non venditur, ſed in emphyteuſim conceditur, & pro veritate plures caſus diſtinguendi ſunt.

Primus caſus eſt, quando conceſſio temporalis,
vel perpetua ſit ſub modico canone, adeout potiùs 113
redoleat beneficium, & donationem, vel ſit benemerito, aut amico, vel conſanguineo, vel ſit aliquibus conſideratis certis circumſtantiis, quæ non concurrant in aliis, & tunc prælatio locum non habet, ut egregiè probat Bero. *in cap. potuit numer.* 112. *verſ. & ideò ac ſeq. de locat.* Bertrand. *conſ. 7. num. 1. & ſeqq. lib.* 1. Tiraqu. *de retract. lignag. §. 33. gloſſ. unic. num.* 1. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de diverſ. quæſt. 21. per tot. fol. mihi* 809. Card. da Luca *de ſervit. diſc.* 103. *num.* 16.

Secundus eſt, quando emphyteuſis conceditur ali- 114
cui uſque ad certas generationes ſub canone tamen magno, & ferè correſpectivo fructibus, & eo caſu quæſtio eſt acerrima; ſunt enim qui putant hoc caſu locum non eſſe prælationi, quia non ex quo penſio correſpondet fructibus poteſt dici re vendita, ſed ſemper conceſſio remanet emphyteutica, de qua ſi leges, & ſtatuta non loquuntur expreſsè, nec nos earum diſpoſitionem ad eam extendere debemus, maximè quia ita fraudari poſſet concedens, qui alium invitus teneretur in emphyteutam accipere, & generationes prælationem petentis poſſent eſſe longiores, & protrahi ultra generationes illius, cui res fuit in emphyteuſim conceſſa, quòd quidem permittendum non eſt, ut latè probant Bertrand. *d. conſ.* 7. Guttier. *practic. lib. 2. cap. 145. per tot.* Fulgin *d. quæſt. 21. & tit. de emphyt. alien. quæſt. 1. num.* 313. Imol. *in d. cap. potuit n. 20. de locat.* Patr. Jacob. *in ſua prax. rubr. 4. num.* 34. Muta *ad conſ. Panorm. poſt cap. 28. ſuper nov. declar. num. 27. cum ſeqq. fol. mihi* 243. Mantienſ. *ad l. 7. Taur. gloſſ. 1. num. 10. cum ſeq.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap. 433. num. 16. 24. & 25.* Urſil. ad Afflict. *deciſ. 72. num.* 12. Franc. *deciſ. 392. num.* 9. ibique de Luca *num.* 6. Urſal. *concl. 62. num. 33. & ſeqq. & num.* 35. Covar. *var. lib. 3. cap. 12. numer.* 3. Nigr. *de laudem. quæſt. 10. art. 1. num. 15. & ſeqq. & num. 17. tom.* 1. Maſtril. *deciſ. 50. num. 1. & ſeqq.*

Probatur quoque hæc opinio per Text. *in c. 1. §. ſed* 115
etiam res per quos fiat inveſtit. ubi dicitur, quòd licèt Agnati præferantur in venditione & alienatione feudi, ſi tamen res datur in feudum non præferuntur, niſi fiat conceſſio in fraudem, cùm autem hoc caſu conceſſio ſit verè emphyteutica, nec dici valeat in fraudem, meritò prælatio locum non habet.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium potius 119
defendunt Rot. *deciſ. 1. de locat. in antiq.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt. 13 num. 11. & ſeqq.* Nigr. *de laud. d. quæſt. 10. art. 1. num. 17. 20. & 22. ac per tot.* Gratian. *diſceptat. 460. num. 48. & ſeqq.* ubi plures allegat, quorum plerique nil firmant, *& num. 43. & ſeqq. & num. 80. ac ſeqq. & per tot.* Ferron. *ad conſuet. Burdig. lib. 2. tit. 2. de retr. §. 25. col. 2. in princ. verſic. ſed ſi res in emphyteuſim fol. mihi* 83. Intrigl. *ſing.* 328. Cenc. *de Cenſ. q. 66. num. 30. & ſeqq.* Benedel. *de jur. protom. in princ. conſt. num.* 283. *in fin.* Afflict. *eod. tract. in 8 not. num. 25. & 26.* Barbat. *de divis. fruct. part. 2. cap. 6. num. 21. & ſeqq. fol. mihi* 157. Reverendiſſ. Antonel. *de temp. legal. lib. 3. cap. 2. num.* 20. *&* 26. Urſal. *d. concl. 62. num.* 35. Card. de Luca iſtis non relatis *d. diſc. 103. num.* 14. Bero. & alii in primo caſu citati, qui moventur ex quo iſte contractus transfert omninò utile dominium, atque æquiparatur in omnibus. & per omnia alienationi, dum canon correſpondet fructibus, vel ſaltem venditioni ad vitam, vel ad certas generationes, in qua nulli dubium eſt quin prælatio locum habeat, neque ullum gignitur incommodum concedenti, quia ſub periculo generationum primi conceſſionarii rem habebit prælationem petens, adeout illis extinctis, quamvis vigeant illæ prælationem petentis conceſſio expirabit, neque abſurdum eſt,

erit, quòd concedens habeat diverſum emphyteutam invitus, quia id provenit ex jure prælationis, quòd ſicuti in omnibus venditionibus operatur, quòd vendens habeat diverſum emtorem invitus, ita quoque non eſt abſonum, quòd idem operetur in conceſſione ad emphyteuſim.

Neque Text. *in d. cap. 2.§. ſed etiam res*, quidquam
117 operatur, quia ex ſpeciali ratione, & conſuetudine feudali introductum eſt, quòd vaſſallus poſſit indiſtinctè alteri ſubvaſſallo ſubfeudare abſque ullo conſenſu Domini, aut Agnatorum ipſis prælationem negando, dummodo fraus non adſit, quia vaſſallus ſubfeudans non deſinit eſſe vaſſallus, & Domino eadem ſervitia præſtare tenetur, imò non ſolùm per ſeipſum ſed etiam mediante perſone ſubinveſtiti, unde Dominus conqueri nequit, ſi plures perſonas habet obligatas, ec proinde evenit, quòd talis feudalis conſuetudo habens in ventre ſpecialem rationem quæ non adaptatur aliis caſibus ad iſtum caſum extendi nequeat, ut plenè probat Allogtad. *conſ. 5. numer. 12. & pluribus ſeqq. lib. 2.*

Crederem tamen omninò inſpiciendum eſſe, qui-
118 bus verbis prælationem lex concedit, & qua ratione moveatur, quia ſi ratio, aut verba non congruant conceſſioni emphyteuticæ, certè prælatio denegabitur, ſi enim lex Agnatis, & ſimilibus prælationem det ne res exeat de familia, vel ut non tranſeat ad extraneos, prælatio negabitur quia mediante conceſſione emphyteutica res non exit de familia, cùm directum dominium ſemper in illo de familia permaneat, nec res perpetuò apud extraneum tranſibit, dum finita conceſſione redibit ad directum de familie, ut egregiè videtur notare Covar. *var. diſt. lib. 3. cap. 11. num. 3.* ſi verò, & verba, atque ratio non repugnent, prælatio dabitur, quoties tamen canon correſpondeat fructuum valori, vel ſit inſolitus, itaut appareat contractum potiùs eſſe ſpeciem locationis, & venditionis, quàm emphyteuſis, in qua canon datur in recognitionem dominii directi, & non in recompenſationem fructuum.

119 Tertius caſus eſt, quando res fuit in emphyteuſim perpetuò conceſſa pro omnibus, & quibuſcumque hæredibus, & ſucceſſoribus etiam extraneis, nullo habito reſpectu ad perſona inveſtitorum, cum obligatione pariter ſolvendi canonem fructibus correſpondentem, & tunc prælatio quoque dabitur, quia talis conceſſio æquipollet procſus venditioni, & ità procedunt dicta per Gratian. *diſc.* 460. & Card. de Luca *dicto diſc.* 103. *num.* 13. cum diſtinctione tamen de qua ſupra.

Quartus caſus eſt, quando conceſſio eſt facta ſub
120 canone redimibili in pecunia ad rationem tot pro centenario, ideſt cum pacto francandi, & tunc aut francatio fieri debet in pecunia, aut in tot aliis rebus in genere, & prælatio abſque dubio locum habebit, quia revera talis contractus importat emptionem, & venditionem, vel francatio fieri debet in tot bonis in ſpecie ſpecificatis, puta in prædio tali, & tali, & eo caſu negabitur, quia æqoipollebit contractus permutationi, & intrabunt regulæ de permutatione loquentes. quas infrà ponemus, ita Crot. *conſ. 75. num. 47. & ſeqq.* Ceph. *conſ.* 329. *num. 55. & ſeqq. & num.* 79. Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. nu.* 139. Franc. *decıſ. 392. numer. 1. & ſeqq. & deciſ. 590. per tot. & deciſ. 610. per tot.* Gut. *pract. quaeſtionum lib. 5. dict. quaeſt 145. num. 6.* quem ideò malè reprobat Molin. *d. diſp.* 172 *in fin.* Urſil. ad Afflict. *deciſ. 72. num. 10. & ſeq.* Covar. *d. cap. 11. num. 3. ad med. verſ. ego verò* Benedel. *ubi ſupra num.* 268. Rendel. *de jur. protomiſ. verb. per loca venem num.* 4. Cenc. *dicta quaeſt. 66. num. 36.* Card. de Luca *d. diſc.* 103. *nu.* 11. alter de Luca ad Franch. *dicta deciſ.* 392 *num.* 7. ubi tamen ſubtiliter inquirit de veritate, & dubitat unà cum Marſcian. *diſp. 98. n. 34. & ſeqq.* Rota coram Merlin *deciſ. 210. numer. 5. & ſeqq.* conſonat quoque latè de hoc agens Marius Freccia ad Neapodan. *de jur. congr. verb. omni num. 4. fol. mihi* 325. quidquid dixerit Grat. *diſcept. 885. num. 27. & 28.* quem rejicit Rumm. in add. ad Afflict. *de not. 3. n. 10. & ſeqq. fol. 65. ubi num.* 17. limitat ſi ſtatutum non habeat verba ampla, & hoc niſi canon ſit modicus, conceſſio facta benemerito, & pactum francandi ſit pro parvo pretio, adeout potius prævaleat donatio, quia tunc non conceditur prælatio ex præditis DD. & ſigniter ea Bero, *in dicto cap. potuit.*

Quintus caſus eſt, quando partes dixerunt in em-
phyteuſim concedere, ſed conſtat contractum eſſe ſi- 121
mulatum, & verè emptionis, & venditionis contractum initum eſſe, puta quia ingens pretium ſolutum ſit pro re habende, quod pariter reſtitui debeat in caſum finitæ emphyteuſis, vel eodem die concedens eidem emphyteutæ, aut uxori ejuſdem directum dominium vendiderit, vel ex aliis conjecturis, & indiciis conſtet contractum eſſe ſimulatum, & tunc prælatio locum habebit, ita Cephal. *conſ.* 703. *per tot.* Maſtril. *deciſ. 50. per tot.* Marta *digeſt. noviſſ. tom. 3 tit. retractus, cap. 7. & cap. 12. per totum,* Tiraq. *de retr. lignag. §. 33 gloſſ. unica num. 1. verſ. quod ſi modica,* Afflict. *deciſ. 72. num 9. & 10.* ibique Urſil. *ad eumdem num. 3. & ſeq.* Franc. *dicta deciſ. 392. num. 2. decıſ. 600. num. 5.* de quo vide Parl dot. *diff.* 109 §. 4. *num.* 10.

Sextus eſt caſus, quando quis rem propriam pecu- 122
nia recepte, ſupponit in Emphyteuſim favore alterius, aliumque recognoſcit in Dominum, & tunc quia prius interveniſſe dicitur contractus venditionis, & poſtea Emphyteuſis, ideò dari debet prælatio non in emphyteuſi, ſed in tali ſuppoſitione facta mediante pretio, Menoch. *conſ.* 372. *num.* 28. de Luc. ad Franch. *deciſ. 392. num. 12. & in fin.*

Quærendum duodecimò, an prælatio locum habeat 123
in locatione, & quidem aut locatio eſt ad modicum tempus, & clarum eſt prælationem locum non habere, ut plenè probat Viv. *deciſ. 596. per tot.* Marta *digeſt. noviſſ. tit. retractus tom. 3. cap. 10. per tot.* de Marin. *quot. lib. 1. cap. 133. num. 34. & ſeq.* & ibidem Rodoer. *in addit. num* 3. idem de Marin. in obſerv. ad Revert. *deciſ. 22. numer. 4. verſ. imò quod eſt fortius,* ubi ita pluries deciſum teſtatur Afflict. *controv. Iur. cap.* 2... latè Roſa *conſult. 27. à num. 1. ad 7.* quidquid dixerit Franc. Rocc. *conſult. 2. per tot. to. e.* Sanfelic. *deciſ.* 106. & 107. Capyc. Latr. *deciſ. 57.*
num. 6. & 7. & deciſ. 168. numer. 29. & 30. No- 124
var. *ad pragm. 63. de effic. procurat. Caſ. numer. 3.* ubi etiam firmavit, quòd prælatio locum habet in contractu ad gaudendum, de Luca ad Franch *deciſ. 17. num. 5.* Marſcian. *conſil. 44 numer. 52. & ſeqq.*

Aut locatio eſt ad longum, ſive longiſſimum
tempus, & quæſtio eſt anceps, ſunt enim qui de- 125
fendunt in hoc contractu locum non habere prælationis jus, ut ſunt Imol. Bero. Iaſ. Redoan. Covar. Nigr. & alii adducti in *quaeſt* 31. *quaeſit.* 20. & de Marin. *reſ. jur. lib 2. cap. 161. numero 8. in fin.* Tiraq. *de retract lignag. §. 33. gloſſ. unica numero 1. & ſeqq. & §. 1. gloſſ 14. numero 84. & ſeqq.* Afflict. *deciſ. 72. numero 1. & ſeqq. & per totam,* Ama. *reſ. 54. numero* 24. Rumm. in add. ad Afflict. *de jur. protomiſ. fol. mihi 82. numero*
28. & pluribus ſeqq. quia cùm ſtatutum, & lex lo- 126
quantur de venditione, & alienatione meritò locum non habet in locatione, quia mediante res non alienetur, nec venditur, ſed tantum mera, & ſimplex fructuum commoditas conceditur.

Quorum opinio rejicitur ab Alex. Ruin. Cald. Cor- 127
bul. Bero. Roc. & aliis adductis in dicta *quaeſt. 31. d. quaeſit.* 20. Marta. *vot.* 110. *num.* 1. Franc. Rocc. *dicto reſp. 2. num. 3. & ſeqq* Sanfelic *deciſ.* 106. *num.* 8 Viv. *dicta deciſ.* 596. Marta *digeſt. noviſſ. dicto tit. retractus cap. 10. & 11.* ubi quid habeat locum prælatio in locatio

catione facta de novennio in novennium cum clauſula ad renovandum, quod etiam tenuit Maſtril. *deciſ. num.* 1. *& ſeqq.* Carpan. *ad Statut. Mediol. lib* 2. *cap.* 398 *num.* 65. *& ſeqq.* Roſental. *de feud. concluſ.* 90. *litt. O. poſt med. verſ. & in locatione*, latè Roſa *dicta conſult* 27. *num.* a apud quem plures concordan- Cal. *de Emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 4. *num* 38 *& ſeq.* Grat. *dicta diſcept.* 460. *num.* 37. *& ſeqq.* ubi eò magis in locatione ad vitam, vel in locatione perpetua, Rendel. *de jur. protomiſ. verb. per locationem num.* 5. *fol. mihi* 08. ubi etiam in locatione facta creditori ad gaudendum, Benedel. *cod. tract. in princ. conſt. num.* 185. *in fin* Cenc. *dicta quaſt.* 66. *numer.* 30. *& pluribus ſeqq.* Merlin *deciſ.* 210. *num.* 4 *& ſeqq.* ubi de locatione perpetua, & plenè pluribus rationibus adductis Berlich. *concluſ* 39. *tit. de jur. protomiſ. numer.* 7 4. *& ſeq. part.* 2 *fol. mihi* 281. credentes, quòd locatio ad longum, ſive longiſſimum tempus transferat jus in re poſſeſſionem, ac utile dominium, & ſapiat ſpeciem alienationis, in qua locum habet prælatio, & ſignanter fiat locatio pro viginti annis, aut triginta annis, itaut pro univerſo illo tempore conductor unum tan-
128 tum pretium ſolvat, verb. gr. mille aureos, aut quid ſimile, quia tunc nihil intereſt inter iſtam locationem, & venditionem temporalem fundi, Tiraq. *de retract* §. 1. *d. gloſſ.* 14. *num.* 86.

Credo hanc quæſtionem abſolvi non poſſe communibus regulis, & ita indefinitè lucando, &
129 quando, rationes librare vellemus, major fortaſſe erit vis earum quas adducunt DD. negantes prælationem in locatione ad longum tempus, quidquid ſit in perpetuis, præcipuè quia plerique Doctores diſcurrunt in terminis Conſtitutionis Sancimus, quæ expreſsè prælationem dat in locatione, ut notat Ro.anahal. *d. concl.* 90. *num.* 13. *litt. O.* ubi ait, quòd in multis locis non datur prælatio in locatione ad longum tempus, proindè recurrendum eſt ad verba, cauſam motivam, & rationem legis ſive ſtatuti, quæ ſi congruant locationi ad longum tempus certè prælatio in ea danda, erit, ſi verò repugnent abſque dubio eam negare opus eſt, ut diximus ſupra de emphyteuſis conceſſione, & ſpecie præ cæteris egregiè id probat Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *dicta gloſ.* 14 *num.* 84. 85. 88. *&* 89. qui proindè firmat, quòd cum conſuetudo, ſuper qua ſcribebat, præferebat conſanguineos, ne res exiret de familia, meritò locum non habebat quando fiebat locatio etiam ad longiſſimum tempus, cùm certum eſſet, quòd res eo finito abſque ullo miniſterio ad familiam redire debebat, niſi fieret locatio cum pacto frandandi, ut ſupra.

130 Quærendum decimotertiò, an habeat locum prælatio in ceſſione rei, & diſtinguendum eſt, aut enim ceditur res contemplatione alterius receptæ & tunc intrant regulæ de permutatione, aut ceditur gratuitò, & tunc negatur prælatio, quia eſt potius donatio, quàm venditio, aut ceditur res certo ſtatuto, & dato pretio, & eo caſu quia hæc ceſſio eſt vera venditio, & tantum nomine non autem ſubſtantia à venditione differt, ideò habet locum prælatio. juxta theoricam Cyni *in leg. ad officium numer.* 1. ubi etiam Angel, Caſtrenſ. *in fin.* & Alberac. *pariter in finem*, &
331 Salicet. *in* 3. *quæſtione num.* 4. *Cod. commun. divid* plenè Patiſ. *conſ.* 83. *per tot. lib.* 3. quidquid dixerit *in conſ.* 82. *num.* 8. *ad* 31. *eodem lib.* Comuncul. *deciſ. Bonon.* 9. *num.* 5. Aut ceditur res nullo dato pretio, ſed reſervato cenſu ſuper re ceſſa, & tunc prælationem negandam eſſe credidit Armenzan. *deciſ. Genuen.* 44. *per tot.* motoi ex quo potius iſte eſt contractus emphyteuſis, vel cenſus reſervativi, quàm venditionis, in quo propterea prælatio locum non habet, idque verum niſi conſtet de fraude, & niſi adſit pactum francandi, & redimendi cenſum pro certo pretio, ut. plenè Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *d. gloſſ.* 14. *num.* 129. Gattiet. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 145. *per tot.* Franch *dicta deciſ.* 392. *numer.* 1. *& ſeqq. & per tot.* Ful- 132
gio. *de jur. emphyteuſis tit. de diverſ. q.* 21. *numero* 4. *&* 5 Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 70. *numero* 17. *& dicto diſc.* 103. *per tot.* de quo etiam videndus eſt Molin. *de contract. diſput.* 372. *per tot. fol. mihi* 531. qui de hoc plenè diſſerit; Aut tandem ceditur res onere ſolvendi tot., & tot debita cedentis ſpecificata, & æquivalentia pretio ipſius rei, & eo caſu quoque prælatio debetur, Tiraquel. *dicta gloſ.* 14. *numer.* 114. Franch. *dicta deciſ.* 392. *num.* 3. Nigr. *de Laudem. tom.* 1. *quæſt.* 20. *numer.* 98. *& ſeqq.* Salgad. *in Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 26. *nume.* 23. *& ſeqq.*

Sed ſi debita non eſſent ſpecificata, & in gene- 133
re dictum ſit, quòd ceſſionarius teneatur ſatisfacere creditoribus cedentis, tunc videtur Tiraquel ubi ſupra dubitare, an prælatio competat, quia juxta theoricam Fabr. *in* §. *item pretium, circa med. Inſtit. de empt. & vendit.* non videtur hoc caſu facta venditio quia pretium non eſt certum, neque poterit prælationem petens quid certum ſolvere. ſequitur Caſſaneus. *ad conſuetud. Burgund. rubr.* 10. *de retract.* §. 9. *numero* 18. Crederem, quòd ſi prælationem petens certificaret debita, eaque quæ ſolvi debent, probaret 134
verè adeſſe, aut actu à ceſſionario ſoluta fuiſſe, prælatio danda ſit, quia pretium poteſt ex debitis verè exiſtentibus, vel actu ſoluta certificari, & ita contractus perfectus judicatur ad Text. *in l. hoc verum*, §. *hujuſmodi*, *ff. de contrah. empt.* Gomez *de empt. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Aryus Pioell. *in l.* 2. 2. *part. cap.* 3. *numer* 10. *& ſeqq. Cod. reſcind. vend.* Cald. *de empt. cap.* 18. *numer.* 11. D. Pacion. *d. locat. cap.* 17. *num.* 63. & optimè reprobato Fabr. Nantic. *de tacit. lib.* 4. *tit* 19 *numero* 47. & plenè Niger *de laudem. tom.* 1. *dicta quaſt.* 20. *à numer.* 107. *uſque ad numer.* 118. ubi tamen affirmat, quòd ſi debita eſſent incerta, ſub conditione, vel in diem, vel illiquida, tunc fiat æſtimatio talium debitorum habita ratione incertitudinis, & conditionis.

Quærendum decimoquartò, an habeat locum in diviſione, & quidquid pleriqne dixerint indubitatum 135
eſt, quòd ſi diviſio fiat, ut prædium cum prædio compenſetur, itaut alteri certa bona, alteri verò aliæ rei dentur prælatio locum non habeat, quia hæc diviſio non eſt emptio, nec venditio, & multum à tali contractu differt, & potius vicem permutationis obtinet, ut tenuit Afflict. *de jure protomiſ.* §. *licet enim ſupra num.* 36. *& ſeqq.* Caſſan. *ad conſuetud. Burgund. tit. de retract. rubr.* 10. §. 9. *verſ. item alii.* Hartman. Piſt. *obſerv.* 138. *num.* 1. Berlich. *pract. part.* 2. *concluſ* 39. *de jur. protomiſ. numero* 69. & hanc opinionem in terminis emphyteuſis tenuit etiam Ripa *in l. qui Roma*, §. *Duo fratres*, *numer.* 86. ubi etiam Crot *numer.* 136. *verſ. ſecundus caſus ff. de verb. oblig.* & Jaſ. *in l. fin. numer.* 114. *verſ. quod oſtendo C de jur emphyt.* Gabr. *conſ.* 84. *numer.* 7. *&* 8. *& ſeqq lib.* 1. Corbul. *de jur. emphyt. tit. de Can. privat. ob alien irrequiſ. Dom. lim.* 7. *numer.* 6. *circa fin & ſeq. fol. mihi* 259. Giurb. *ad conſuet. Senat. Meſſan. cap.* 1. *gl.* 9. *part.* 1. *numer.* 25. *fol. mihi* 136
160 dicentes, quòd ſi fiat diviſio rei emphyteuticæ inter plures emphyteutas, re uni adjudicata, data alteri re allodiali locum non habeat prælatio, quæ alias competeret Domino directo in parte rei emphyteuticæ alteri adjudicata, & hanc opinionem defendere videtur etiam Carpzov. *ad Conſt. Saxon. part.* 2. *conſtit.* 32. *deffin.* 17. *&* 18. *per tot.* Si verò diviſio ita fiat, ut alteri prædium, alteri verò pretium detur, & eo caſu prælatio danda eſt, quia iſte æquipatatur contractui emptionis & venditionis, ut notant Rip. *in dicto* § *duo fratres*, *numero* 86. & Crot. *numer.* 136. Gabr. *conſ.* 84. *numer. numer.* 8 *in princ. numer.* 12. *verſ. nam quod lib.* 1. Corbul *dicto.*

limit,

limit. 7 *num* 9. *&* 10. & in hanc inclinat Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.* 76. *& ſeqq.* ut etiam, probat Benedel. *ad princ. Conſtit. num.* 73.

Aliter tamen reſolvit Rondel. *de jur. protomis.* §. *cau-*
138 *ſa verò dotis à num.* 9. *uſque ad fin. fol. mihi* 227. putans quòd ſi diviſio fiat de hæreditate, ſive ejus quota, ceſſet jus protomiſeos, cùm tale jus ceſſet in incorporalibus, ſed de hoc vide, quæ dicta ſunt ſupra *num.* 42. *& ſeq.* Si verò diviſio fiet de rebus corporalibus, & tunc, aut diviſio fit ſponrè, & opinatur quod ſi res commodam recipiebat diviſionem prælatio locum habeat, ſecus ſi talem commodam diviſionem non recipiebat, eum eo caſu videatur neceſſarie alienatio, & Partes exequutæ videantur, ad quod à Judice cogi poterent..
139 Aut fit coactè, Judicis autboritate, & pariter negandam putat prælationem, quæ non habet locum in alienatione neceſſarie, de qua opinione dubitat Tiraquel. *dicta gloſſ.* 14. *numero* 78. Sed de his ad ſatuitatem diſſeruimus in *quæſt.* 17. *per tot.* ubi varios caſus diſtinximus ad effectum videndi quandonam alienetio neceſſaria dicatur.

Aliter etiam diſtinguunt Hartman. Piſt. *dicta ob-*
140 *ſerv.* 138. *numer.* 4. *& ſeqq.* Berlich. *dicta concluſ.* 39. *numer.* 70. *&* 71. credentes, quòd ſi Partes incœperint à venditione, tunc prælatio locum babeat, ſecus ſi incœperint à diviſione. Sed hæc eſt upinio quæ adhæret formalitati verborum, & non ſubſtantiæ actus, qui geritur, proindè non ettendenda quamvis dictorum DD. concluſionem admittendam credam in eorum caſu, in quo cum vigore ſtatuti tertia pars bonorum Mariti prædefuncti deberetur uxori, data in diviſione eidem integra re pro tota ſua tertia parte, prælatio non viget, quia licèt in illa ſe uxor ſolum tertiam partem vigore ſtatuti baberer, alteræ tamen partes totam rem conflantes non jure venditionis devolvuntur ad uxorem, ſed jure diviſionis, & tranſactionis ſimplicis, ex quo uxor aliae partes, quas pro ſua tertia habebat in qualibet re, penes hæredem dimitit, dummodò non ſit facta extimatio cæterarum partium, & pro ea extimatione tota res uxori adjudicata, quia eo caſu prælatio locum habebit, ut ſupra, & infrà dicemus, maximè ſi Partee incœperint à venditione, & datione in ſolutum; Cæterum ſi incipiant à diviſione, & verè contractus ſit vendi-
141 vel ejus naturam ſapiat, prælatio dabitur, & è contra ſi ſi incipiant à venditione, & verè contractus ſit diviſionis, re alia data, prælatio negabitur, ut ſæpè in ſimilibus dictum eſt in tractatu, ex quo non formalitatem varborum, ſed ſubſtantiam actus in hac materia inſpicere debemus, ut in *quæſt.* 19. *circa fin.*

Quærendum decimoquintò, an habeat locum prælatio in permutatione, in qua quæſtione plures caſus pro veritatè diſtinguendi ſunt.

142 Primus caſus eſt, quando permutatur res ſtabilis cum re ſtabili inæſtimata, & eo caſu abſolutum eſt apud omnes prælationem non vigere, tum quia leges loquentes de venditione non vigent in permutatione, tum quia nihil præjudicatur conſanguineis, & aliis habentibus jus prælationis, cùm in locum rei alienatæ ſuccedat res permutata cum iiſdem oneribus retractus in caſum alienationis (quæ ratio indiſtinctè non eſt vere, ut in fine hujus quæſtionis dicam;) Tum tandem quia non poteſt is, qui præferri vult eamdem rem dare, nec ſatisfacere voluntati permutantis, qui in tantum contraxit in quantum ad rem illam ſpecificè permutatam ſpecialem habebat affectionem, ut probat Afflict. *de jur. protomiſ.* §. 3. *not.* 9 *num.* 11. *cum ſeqq.* ubi plenè Rumm. *in addit. ad eumdem fol. mihi* 152. & Bald. *eod. tract. num.* 9 Jaſ. *in l. fina numer.* 102. *verſ. ergo C. de jur. empt.* Bero. *in cap. potuit. num.* 96. *de locat.* Bald. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres num.* 8. *ff. de verb. oblig* GuidoPap *decis.* 92. *&* 508. Tiraquel. §. 1. *dicta gloſſ.* 14. *numer.* 28. *& ſeqq.* Berlich. *part.* 2. *concl.* 39. *numer.* 55. *& ſeqq.* Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *in membr.* 2. *concl.* 90. *num.* 11. *lit.* O. Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 58. Gratian. *diſc.* 885. *numer.* 9. *& ſeqq.* Caſſan. *ad conſuet. Burgund. tit. de retract. rubr.* 10. §. 9. *num* 10. *in fin. verſ. iſtud eſt magnum, fol. mihi* 1342. Rendel. *de jur. protom.* §. *cauſa verò dotis, verb. ex permutatione, num.* 1. *& ſeqq. fol. mihi* 208. *& ſeqq.* Bard. *eod. tract q.* 12. *numer.* 3. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 13. *numer.* 33. *in fin.* Corbul. *tit. de cauſ. privat. ob alien. irrequis. Dom. limit.* 12. *num.* 2. 3. *& ſeqq. fol. mihi* 262. ubi infinitos refert Add. ad Burat. *decis.* 937. *num.* 20. *& ſeqq.* Rub. *in annot. ad. decis.* 131. *num.* 153. *& ſeqq. part.* 8. *recent.* Rota coram Pænia *decis.* 88. *num.* 13. coram. Burat. *decis* 6. *num.* 12. coram Ubald. *decis.* 89. *num.* 2. in quibus etiam
habetur, quòd licitum ſit permutare etiam ad exclu- 143
dendos prælationis jus habentes, & in *rec. decis.* 322 *numer.* 12. *verſ. ſecundo, quia*, *p.* 4. niſi tamen prius ſit facta venditio, & poſtmodum permutatio Rumm. in addit. ad Afflict. §. 2. *not.* 9. *numero* 2. *fol.* 152,

Secundus caſus eſt, quando pro fundo avito, vel vi- 144
cino datur res extimata, & è contra, & eo caſu acertima eſt quæſtio; Sunt enim qui putant prælationi locum eſſe credentes hoc caſu potiùs venditionis, quàm permutationis eſſe contractum, quia cùm permutantes fundos extimaverint videntur invicem vendidiſſe, & pro pretio inſolutum fundum tradidiſſe, ut notat Boer *decíſ.* 144. *num.* 1. *in med. vers. quia in caſu*, Tiraq. *de gloſſ.* 14. *num.* 19. 20. *& ſeqq.* Berlich. *d. concl.* 39. *num.* 58. Marant. *in tract. de multiplic. alienat. num.* 141. ubi proindè conſulit contrahentes, quòd caveant ab appretio rei permutatæ, Maxilla *ad conſuet. Bars. tit. de jur. protom.* §. *in permutationibus*, *numer.* 6. *verſ. quid enim ſi aliquis*, Bard. *d. quæſt.* 12. *num.* 3. *verſ. ſecundo limita*, Corbul. *d. limit.* 12. *num.* 8. Novet. in add. ad Frauch. *decis.* 392. *verſ. in permutatione*, pariter Rumm. *in ad dict. not.* 9. *numer.* 3. *fol. mihi* 153.

Sunt alii, qui totum oppoſitum defendunt opinan- 145
tes, quòd prælatio non detur, quodque venditio facta non ſit, cùm enim Partes contractum permutationis facere voluerint, æſtimatio facta dicitur, non ad effectum contractum diverſum nempe emptionis faciendi, ſed ad effectum ſciendi valorem prædiorum permutatorum, ut dignoſcere permutantes potuiſſent, quipnam teneretur alteri refundere; Prætereà dum ab initio conventum eſt de dandis invicem rebus licet æſtimatis, una res non poteſt eſſe pretium alterius, ne alias contingat, quòd res pro re vendatur, contra Text. *in* §. *pretium inſtitut. de empt. & in l. empti fides, Cod. de contrah. empt.* & hanc opinionem ſemotis præſumptionibus fraudis, tenuit Rendel. *de jur. protomiſ.* §. *cauſa verò dotis, verb. ex permutatione num.* 25. *& ſeqq. fol mihi* 213. Afflict. *eodem tract.* §. 3. *num.* 14. de Luc. ad Frauch. *d. decíſ.* 392. *nu.* 9. *verſ. adſunt tamen*, Rota coram Pæn. *decis.* 88. *num.* 13. & egregiè coram Ubald. *d. decis.* 89. *num.* 5. quae in praxi ſequendas eſſe putat Cardinalis de Luce *de ſervit. ad mat. retract. diſc.* 76. *num.* 11. qui tamen credit huic opinioni legales rationes non aſſiſtere, ſed fallitur, quia ultra præcitatas alia adeſt ratio concludens; Principalis enim ratio propter, quam in permutatione locum non obtinet prælatio, eſt, quia non poteſt, is qui præfer-
ri vult, eamdem ſpeciem dare, aut æquivalentem in 147
qua moraliter eadem adeſſe valeat affectio permutantis; Cùm autem hæc eadem ratio æquè vigeat facta permutatione rerum æſtimatarum, quia prælationem petens dando pretium, & æſtimationem, non dat permutanti eam ſpeciem propter quam permutavit alias non contracturus, meritò prælatio non habet locum, niſi quando Partes priùs convenerint de pretio certò; & poſtea ſpeciem in ſolutum dederint, ut præcipuè benè explicat idem Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 73 *num.* 5. *in fin.* vel niſi incœperint à venditione, ut ex Molin.

& Piſtoc

& Piſtor. obſervat. Berlich. *d. concl.* 39. *num.* 57. de quo vide *num.* 150. *& ſeqq.*

148 Tertius eſt caſus, quando prædium permutatur cum re mobili, puta mobilibus, equis, frumento, vino, oleo, cum marca argenti, panno ſcarlatæ, & ſimilibus, & hoc caſu prælationem locum habere, defendunt Boer. *ad conſuet. Bituric.* §. 1. *poſt. med.* Tiraquel. *dicta gloſſ.* 14. *num.* 43. *& ſeqq.* Ioan. Sayſon. *ad conſuetud. Turon. tit.* 15. *de retr* §. 10. Ioan Papon. *ad conſuet. Borbon. tit. de retract.* §. 452. Muta *ad conſuet. Panormit. cap.* 26. *num.* 183. Rendel. *dicto verb. ex permutatione à nu.* 18. *& plurimis ſeqq fol. mihi* 212. *&* 213. Berlich. *dicta concluſ.* 39. *num.* 60. latè, & egregiè Cald. *de emphyt. dicto lib.* 4. *cap* 13. *num.* 19. *ad* 23. Niger. *de Lindem. tom.* 1. *quaſt.* 20. *nu.* 110. *&* 118. eſtque de hoc optima theorica Petr. Jac.
149 *in praxi rub.* 4. *de action. in rem pro re emphyt. num.* 18. *fol. mihi* 12. *col.* 3. ſive res iſtæ datæ ſint æſtimatæ, ſive inæſtimatæ, quia ſi agitur de rebus conſiſtentibus in numero, pondere, & menſura, quæ recipiunt functionem, juxta Text. *in l.* 2. §. 1. *ff. ſi cert. petat.* certè poterit prælationem petens tantumdem dare, & eaſdem menſuras tritici, vini tradere, nec audietur ſic permutans, quaſi habeat ad eas res ſpecialem affectionem, quia cùm dictæ res recipiant functionem, & ſic omnimodam ſimilitudinem,
150 iſtud intereſſe, & affectio non conſideratur a jure, prout in mutuo talium rerum tale quid lex non admittit, vel valebit is, qui præferri vult æſtimationem, & pretium earundem rerum conſignare, quaſi ſemper cenſeatur interveniſſe æſtimatio, & res mobiles loco pretii datæ ſint, ut tradit Joan. Beſſian. *ad conſuet. Alvern. tit. de retract. art.* 30. *verſ. tertio facit.*

151 Sed hæc, ita demum procedere putat Molin. *ad Conſ. Pariſ tit.* 1. *de retract.* §. 13. *gloſſ.* 5. *numer.* 49. quando mobilia non eſſent pretioſa, ut refert Tiraquel. *dicta gloſſ.* 14. *num.* 43. *in fin.* qui tamen juſte videtur ab eo diſcedere *num.* 44. ubi exemplum ponit de mobilibus aureis, gemmis, aliiſque rebus pretioſis, ne alias facilè ſit fraudem facere, & prælationis jus elidere.

152 Verùm quamvis plurimi exiſtimem auctoritatem prædictorum Doctorum, adhuc tamen multum arbitrium Iudicis, circa id verſari puto, fingamus enim quòd Nobilis Iuvenis pro pulchro Equo, aut pulchra veſte domum det, & permutet, permutationem facere velle declarans non tam libenter inclinarem pro prælationis conceſſione, quia cadit in talibus rebus affectio ex utraque parte, in Iuvene enim nobili affectio Equi, & veſtis inſignis, & in dante equum affectio domus habendæ, ſine qua alias alter contracturus non fuiſſet, & equum non dediſſet, ut egregiè notat Maxil. *in dicto* §. *in permutationibus num.* 7. Rumm. *in addit. ad dict. not.* 5. *n.* 4. *fol. mihi* 152. & Rendell. *dicto verb. ex permutatione num.* 37. ubi ideò *num.* 24. cavendum eſſe putat à Beſſian. indiſtinctè prælationem concedente. Proptereà in iſtis caſibus circumſtantiæ attendendæ eſſent, perquirendo an is, qui vendit veſtem, vel equum ſit mercator, an res illæ fuerint antea venales. an ſtatim, vel poſt breve tempus venditæ poſtmodum ſint, & ſimilia, quæ fraudis præſumptionem inferre valeant, & ita juxta circumſtantias arbitrium Judicis regulabitur.

Quartus eſt caſus, quando pro una re, quæ per-
153 mutatur ſolvitur alteri certa ſumma pecuniæ, quæ refunditur ad æqualitatem inducendam, & tunc quæſtio eſt ſolemnis, & proindè ut clariùs procedamus diſtinguendum eſt nam aut refunditur pecunia minor valore rei, & abſolutum eſt prælationem non dari, Bald. *de jur. protomiſ. num.* 8. Afflict. *eodem tract.* §. *licet enim*, *num.* 26. Boer. *dicta decis.* 144. *num.* 1. Berlich. *dicta concl.* 39. *num.* 56. Maxilla *dicto* §. *in permutationibus*, *num.* 2. *&* 3. Franch *decis.* 392. *num.* 2. Gomez. *ad leg. Taur.* 20. *num.* 15. *verſ. item quæro*, Burg. *de laud.* 2. *part.* 4. *inſp. nu.* 10. Parlador. *diff.* 1 9. §. 4. *num* 7. *& ſeqq.* Corbul. *dicta limit.* 12. *num.* 5. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 885. *num.* 20. *& ſeqq.* Rendel. *d. verb. ex permutatione n.* 51. *& ſeqq.* Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 7. *num.* 8. *&* 9. dummodo contrahentes uti ſint verbis, & mediis permu-
tationibus adhiberi ſolitis. 154

Aut pecunia, quæ datur excedit valorem ſpeciei, & tunc ſunt quidam, qui tenent prælationem non dari, niſi exceſſus ſit in tertia parte, ut videre eſt apud Rip. *reſp.* 25. *num.* 11. *de jur. emphyteuſ. lib.* 2. quem ſequitur Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit* 2. *nu* 6. Gratian. *dicta diſceptat.* 85. *nu.* 22. de Luca ad Franch. *dicta decis.* 392. *num* 9. Maria *digeſt. noviſſ. tit. retractus tom.* 3. *cap.* 14 *per totam*, quibus quoque accedere videntur Caſtrenſ. *in l. ariſto in princ. num* 6. *ff. de donat.* Corbul. *dicta limit* 1. *num* 5. *&* 6. qui reſpondent, quòd ſi exceſſus eſt modicus prælatio locum non habet, dum adhuc contractus remanet per-
mutationis, ſi verò eſt magnus prælatio locum habeat. 155

Quidam verò opinantur contrarium, credentes, quòd quando pretium excedit, ſemper ſit contractus venditionis, & non permutationis, locumque habeat prælatio, ut videre eſt apud Mantienſ. *ad leg.* 7. *Hiſpan. gloſſ.* 11. *per totam*, Parladot. *dicto* §. 4. *n.* 2. *& decis.* 214. *num.* 1. *circa fin.* ubi hanc opinionem veram profitetur maximè ad fraudes evitandas, Bard. *de jur. congr. dicta quaſt.* 12. *num.* 2. *verſ. tertio limita*, Franch. *dicta decis.* 392. *num.* .. Maxil. & alii præcitati Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 4. *num* 9. Rendel. *ubi ſupra num.* 52. Viſcont. *in ſuis concluſion. verb. jus congrui verſ. habet locum*, & plene id tuetur Tiraquel. *de retract. lignag.* § 30 *gloſſ.* 1. *num.* 9 *ad* 13. Molin. *de contract. tract.* 2. *diſp.* 370 §. *cum dubio*, ubi quod ſufficit modicus.

Alii verò opinantur hanc quæſtionem procedere 156
in dubio, quoties ſcilicet Partes nec permutare dixerunt, nec vendere, quòd ſi Partes vendere dixerint, aut principaliter pretium dent, & ſpeciem acceſſoriè, clarum erit prælationem locum habere, ſi autem permutare proteſtatæ ſint, & pretium non principaliter, ſed acceſſoriè intervenerit. tunc quamvis pretium æquivaleat, vel majus ſit ſpecie data, adhuc remaneat contractus permutationis, atque prælatio in eodem uoo vigeat niſi fraus appareat, ut egregiè notat Novar. in addit. ad Franch. *dict. decis.* 392. *verſ. in permutatione poſt. med.* Decian. *reſp.* 23. *per totum, lib.* 2. *ſignanter num.* 16. *& ſeqq.* Pania *dicta deciſ.* 88. *num.* 13. Ubald. *dicta decis.* 89. *numer.* 7. concordat Rumm. in addit. ad Afflict. *fol. mihi* 153. Card. de Luca *de ſervit. dicto diſc.* 76. *numer.* 1. alter de Luca ipſi non inferior in addit. ad dicta deciſ. Franch. 391. *num.* 9 *in finem*, qui tamen licèt concludant in praxi ab hac opinione difficilè eſſe recedere, tamen fatentur legales rationes pro hac opinione non aſſiſtere.

Atque hæc opinio mihi potiùs placet quoties non concurrant tales circumſtantiæ, quæ ſuadeant Par-
tes ita egiſſe, ut fraudarent prælationis jus habentes, 157
puta quia prius fecerint tractatum de vendendo, vel res habitæ fuerint venales, aut pretium, & ſpecies in implementum venditionis acceſſerint, & ſimilia acta ſint ex quibus arguatur animus præmeditatus fraudandi, ut apud Rendel. *dicto verb. ex permutatione nu.* 51 *verſ intelligendo*, qui quamvis caſum ponat quando adeſt æqualitas pretii, & ſpeciei, adhuc tamen quia eædem ſunt rationes, & motiva, proptereà eadem concluſio locum habere debet: Unde eſt, quòd puto cavendum in his circumſtantiis à dicta deciſ. Ubald. 89. *num.* 4. in qua dicitur, quòd

tractatus de vendendo non inducat probationem fraudis, ſi poſtea Partes permutent, quia id verum eſſe poteſt, ſi non concurrat hæc circumſtantia, quòd nempè pretium ſuperet ſpeciem datam, quæ in caſu deciſ. Ubald. verè non concurrebat, hoc enim caſu, quia maxima eſt fraudis præſumptio ſola qualitas exceſſiva pretii, ut ipſemet Decian. *dicto reſp.* 23. *num.* 21. *verſic. & præcipuè*, apertè fatetur, ideò probato quoque inter eoſdem, qui permutarunt hoc modo, priore tractatu vendendi, & emendi, abſque dubio fraudis præſumptio augetur, fateor tamen arbitrium Judicis multum poſſe in his caſibus.

159 Ratio verò præcipua propter quam veriorem puto hanc opinionem eſt illa ſæpè reperita; Contrahentes enim principaliter permutantes ob affectionem quam rei habebant, & commodum quod ex ea habere putabant, alias non eſſent contracturi, ſi loco rei ejus pretium habituri eſſent, quamvis ideò ad æqualitatem contractus pretium æquivalens, aut majus ſuppleverint, non exindè contraxerunt ad effectum illud pretium, ſed ad effectum eam rem, quæ functionem, & ſimilitudinem non recipit habendi; Itaque ſi eamdem rem is, qui præferri vult, dare non poteſt, meritò prælatio locum non habet, ut ſupra.

Aut tandem pecunia eſt æqualis, & eo caſu ſi
160 Partes permutare dixerunt prælatio locum non habet, ſi vendere voluerunt, vel ſpecies acceſſoriè, & pro ſupplemento pretii intervenit, prælatio dabitur, ut ſupra, & probat Berlich. *dicta quæſt.* 39. *num* 57. melius Parlador. *dicta diff.* 9. §. 4. *numer.* 8 ſi verò verſemus in dubio, & tunc ardua eſt quæſtio, quam irreſolutam reliquit Franch. *dicta deciſ.* 392. *num.* 2. & Mantua *de jur. protomiſ. quæſt.* 2. ſed Tiraquel. *dicto* §. 30. *gloſſ.* 1. *a num.* 13. *ad finem*, more ſolito firmat contractum eſſe permutationis, atque in eo retractum locum non habere, & ſequitur plenè hanc
161 opinionem defendens omnibuſque rationibus reſpondens Rendel. *dicto verb. ex permutatione à num.* 52. *uſque ad finem*, quòd tamen plerique verum non credunt, putantes conventionem iſtam ſimul eſſe venditionem, & permutationem pro media parte, ut apud Tiraqnel. *ipſum num.* 26. *& ſeqq.* & plenè apud Covar. *dicto cap.* 4. *var. lib.* 2. *num.* 9. *ultra med.* ex theorica Alciat. *in l.* 2. *nu.* 18 *ff. de verb obligat. & in l.* 2. *verſ. quartus caſus*, *ff. ſi cert. petat.* quam ſequitur Pinel. *in* 2. *part. rubric. de reſcind. cap.* 2. *num.* 8. *&* 9.

Maxil. verò *ad conſuet. Bari. dicto verb. in permu-*
162 *tationibus numer.* 1. defendit contractum potiùs eſſe emptionis, & venditionis, atque in eo locum habere jus congrui, quem ſequitur Viſcont. *in dictis ſuis concluſ. verb. jus congrui*, de Luca ad Franch. *dicta deciſ.* 391. *numer.* 9. *verſ. ſed*, Maxilla adhærendo theoricæ Bald. *in præl ud. feud. col.* 4. *verſic. pro intellectu horum num.* 11.

163 Sed circa id crederem circumſtantias cujuslibet caſus eſſe inſpiciendas, & conjecturas pro detegenda voluntate contrahentium attentè perpendendas eſſe, multumque Judicem arbitrari poſſe, pacta, conventiones antecedentes, ſolitum Partium, utrum res fuerit venalis, utrum venditor, vel emptor ſint mercatorea, & ſimilia ponderando.

Quintus caſus eſt, quando loco rei dantur tot
164 annui redditus, ſeu cenſus, quos quis habet contra tales, & tales debitores, nulla facta conventione, ſeu tractatu vendendi, neque ipſis in ſolutum datis, ſed tantum permutatis, & eo caſu verè contractum eſſe permutationis, & retractum locum non habere, ex quo datur res ſtabilis pro re, quæ pro ſtabili reputatur, defendunt Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 120. *& ſeqq.* Gratian. *dicta diſcept.* 885. *n.* 27. *& ſeqq. & per totam*, Rendel. *dicto verb. ex permutatione nu.* 40. *& pluribus ſeqq.* de Luca ad Franch. *dicta deciſ.* 392. *num.* 6. *&* 8. ubi rejicit contrarium dicentes Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 73. *per tot.* qui optimè reſpondent objecto, quo quis poteſt uti purificando hunc caſum cum illo cenſus cum pacto francandi, & ratio differentiæ eſt evidens, quia licèt vendita re, vel conceſſa re cum promiſſione, vel cenſu annuo promiſſo ab ipſo emptore cum pacto francandi competat prælatio, eò quia tunc eſt vera venditio, & cenſus ad libitum emptoris extinguibilis eſt, verum pretium, tamen datis in locum rei permutatæ tot cenſibus eſt vera permutatio, quia cenſus dantur tamquam ſpecies, neque eoſdem præſta-
re poteſt eodem modo, & forma prælationem pe- 165
tens, imò ſors eſt demortua, neque eſt in arbitrio acquirentis habere pretium in pecunia, cùm id pendeat ab arbitrio debitoris ceſſi, & hæc eſt vera differentia, ac proindè malè, Gratian. *dicta diſcept.* 588. *num.* 27. quem refert de Luca ad Franch. *dicta deciſ.* 392. *num.* 8. interpretenda eſt deciſ. Franch. 392. quæ cum loquatur de penſione annua cum pacto francandi non aptatur huic caſui.

Eodemque modo reſpondendum eſt, ſi res cor-
poralis permutetur cum re incorporali, ideſt cum 166
aliquo jure reali, puta jure lignandi, & ſimilibus, cùm tunc prælatio non vigeat, neque permiſſum ſit æſtimationem offerre, ut plenè Gratian. *dicta diſcept.* 885. *num.* 29. *&* 30. Rot. *dicta decis.* 88. coram Pænia, & plenè Add. ad Burat. *dicta deciſ.* 937. *num.* 20. *& ſeqq.*

Sextus eſt caſus, quando res permutatæ non diù
apud permutantes remanent, ſed ſtatim rurſus ven- 167
duntur, & tunc quia arguitur fraus prælatio locum habet, ita probat Igneus *in l. dudum, column. antepenult. numer.* 103. *verſic. ſed an is qui prohibetur, & multis ſeqq. C. de contrahen. empt.* plenè Tiraquel. *de retract. dicta gloſſ.* 14. *num.* 35. *ad* 40. ubi idem putat, ſi non longo temporis intervallo res fuit re-
tradita permutandi, qui fortè eamdem rem quam tra- 168
diderat permutationis titulo recuperavit, vel emit, vel ſi in ipſo contractu permutationis, vel paulò poſt conventum ſit, quòd alter poſſit pro tanto pretio rem recuperare, vel redimere, ſequitur Boer. *dicta deciſ.* 114. Berlich. *dicta concluſ.* 39. *num.* 59. Rendel. *dicto verb. ex permutatione num.* 21. *verſic. verum fatemur, & ſeq.* & plenè Corbul. *dicta limit.* 12. *num.* 9. ubi quòd quando fraus, aut ſimulatio probari poteſt prælatio datur, de quo tamen vide Rendel. *verb. ſimulati donaverit in fin. fol. mihi* 239 ubi declarat hoc procedere quando res fuit ſtatim, vel intra breve tempus vendita permutanti, ſecus ſi ſtatim venderetur extero, vel cum alia permutaretur.

Ipſa tamen Tiraquel. *in præfat. dicto tractat. num.* 78. *& ſeqq.* quem ſequitur Decian. *dicto reſp.* 23. *n.*
9. *& ſeqq. lib.* 2. Rendel. *de jur. protomiſ.* §. *cauſæ* 169
verò Dotis, verb. ſimulatè donaverit numer. 8. *& ſeqq. fol. mihi* 232. & Rota coram Burat. *dicta deciſ.* 6. *num.* 12. contrarium in fortioribus verius putat, & defendit, quòd ſi unus habeat animum vendendi, & alter dixerit nolle emere, ex quo dubitabat vicinos poſſe retrahere, ſed velle permutare ad fraudandos vicinos, & vice verſa jam reperiat emptorem, qui ſtatim ſequuta permutatione illum fundum emat, adhuc prælatio non competat ſecluſis aliis præſumptionibus fraudis, cum iſta non ſit calliditas, ſed prudens conſilium, & ita judicatum teſtatur pro Præſide, quòd quidem cum aliquo dubio admitterem, quia fraus eſt præmeditata, & concludenter probatur, & ſi hæc regula locum haberet, numquam fraudis præſumptionis ſufficerent, dum ſemper replicari poteſt non eſſe fraudem, ſed cautelam, & actum eſſet de jure prælationis, imò ipſe Tiraquel. *in fin.* ſe remittit, ad id quod dicit in dicta *gloſſ.* 14. ubi in debilioribus terminis concludit retractum locum habere, ex quo permutantes ſtatim,

vel

170 vel poſt breve tempus vendant, & verè *in præfat.* re-
fert caſum ſuper quo contuluit favore Præſidis ami-
ciſſimi, & ſigillorum Regiorum Cuſtodis, at in *di-
cta gloſſ.* 14. veritatem indagando contrarium conclu-
dit, ut ſupra dictum eſt, Rota autem coram Burat.
dicta deciſ. 6. obiter id dicit, neque ad hunc caſum
deſcendit, atque ideò priorem ſententiam quam de-
fendit Tiraquel. *in dicta gloſſ.* 14. veriorem putarem,
ſed multum Judicis arbitrium attentis omnibus cir-
cumſtantiis poſſe crederem.

Septimus eſt caſus, quando jus prælationis ex pa-
171 cto, & conventione competit, & tunc quamvis lo-
cum habere in permutatione aliquis Judices Germa-
niæ judicaverint, tamen verius eſt retractum hoc ca-
ſu locum non habere, niſi fraudis, & ſimulationis
præſumptiones concurrant, ut judicatum teſtatur Ber-
lich. *dicta concluſ.* 39. *num.* 61. *& ſeqq.* ſed in hoc
ſtrictius procedendum eſt attento, quòd facta per-
mutatione, fundus ſuper quo cadit facultas præla-
tionis alienatus in alium liber evadit, niſi adeſſet
hypotheca pro implemento pacti, ut in *quæſt.* 7. *nu.*
16. *& ſeqq.* & fundus viceverſa receptus non eſt
ſubjectus pacto; Ideòque bona fides, & neceſſitas re-
quiritur, ut excludatur prælatio in tali permutatio-
ne ſecundum Berlich. *ubi ſupra num* 62. qui ita ju-
dicatum teſtatur, quibus vix aſſentiri poſſum, quia
aut pactum eſt reale, ac tranſit in recipientem fun-
dum, & nullum prejudicium fit ſtipulanti; Aut
pactum eſt perſonale, & non egreditur perſonam
promittentis, & eo caſu ſive permutatio fiat bona
fide, ſive non, ſive ex neceſſitate, ſive ex volun-
tate, dummodò contractus non ſit fraudulentus, &
ſimulatus prelatio numquam locum habebit, dum is
qui præferri petit eamdem rem, ſpeciem preſtare
non poterit, ut ſupra, & tantum in caſu, quo
fundus vendatur alteri poterit uti remediis, de qui-
bus diſſeruimus in *q.* 7. *& q.* 9.

Octavus caſus eſt, quando ego habebam duos
172 fundos venales quorum Titius optabat unum, alte-
rum Sempronius, & conſulto conveni ad exclu-
dendum vicinos, ut quem fundum Titius optabat
Sempronio venderem, & è contra, iique poſtea per-
mutarunt, & tunc etiam detecta hac conventione
vicini excluduntur, ut teſtatur deciſum Rendel. *d.*
*§. Cauſa verò Dotis, verb. ſimulatè donaverit, num.*10.
fol. mihi 233. quamvis contrarium aſſerat defendere
Benedel. quòd tamen cogitandum relinquo ex præ-
dictis.

Quærendum decimoſextò, an prælatio vigeat in
contractu *do, ut facias,* vel *facio ut des,* vel in aliis, in
quibus quis dat aliquam rem alicui, ut aliquid
173 agat, in quo hominis induſtria requiritur, & non vi-
gere concludunt Boer. *ad Conſ. Bituric. tit. de retract.*
§. primo, column. 2. *num.* 8. Guidopap. *deciſ.* 508.
num. 1. *in fin.* Ripolt. *var. reſ. cap.* 7. *numer.* 474.
Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 13. *num.* 33. *in fin.* Do-
nade. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 58.

Sed quid dicendum ſi aliquis fundum alteri det,
174 ut reficiat ſuam domum, quæ ruinam minuatur,
certè videtur neganda prælatio, quia iſte eſt con-
tractus *do, ut facias,* in quo ut dictum eſt prælatio
non datur; Verum ex hoc contractu laudemium,
quòd pari paſſu ambulat cum prælatione deberi,
probant Bertrand. de Argent. *ad conſuet. Briton. art.*
65. *verſ. quod verò,* Cappel. Toloſ. *deciſ.* 279. *verſ.*
item ſi quis. Nigr. *de laudem. tom. primo, quæſt.* 20.
num. 119. putantes quòd licèt quantitas expenſarum,
quæ fient in reparatione domus ab initio ſit incer-
ta, adhuc tamen quia per æſtimationem certificari
poteſt laudemium ſolvendum erit pro rata pretii,
quo reparationes æſtimabuntur; Ideoque prælatio-
nem dandam puto in hoc caſu, ſi talis datio fiat
Viro inexperto, & artis imperito, quia tunc non
fuit conſiderata induſtria hominis, ſed mera refe-
ctio, & reparatio, quæ mediante pecunia fieri de-
bet, & æſtimari facile poteſt, & eodem modo fie-
ri valet à prælationem habente, quo fieri præten-
ditur ab extero, quòd ſi aliqua induſtria exteri re-
quiratur, vel fundum dans motus ſit ad dandum,
ut exterus ſolitus, & expertus domos reficere ſum-
ma cum diligentia domum ſuam reſtauret, alias fun-
dum non daturus alteri non tam experto, nec adeò
diligenti, tunc negandam eſſe crederem prælationem,
ex quo non poſſet eodem modo prælationem petens
voluntatem dantis fundum ſatisfacere, ac eandem
operam præſtare, ut ſupra.

Quærendum decimoſeptimò, an prælatio habeat
locum in compenſationibus, & dicendum eſt, quòd
aut conſtat de fraude, & locus eſt prælationi, aut
non conſtat de fraude, & tunc, aut præcedit ali- 175
quis contractus, in quo habet locum prælatio, &
pro parte pretii emptor intendit compenſare, & præ-
latio abſque dubio dabitur, vel nullus contractus præ-
ceſſit, aptus ad prælationem dandam, & eo caſu ne-
gatur prælatio, ut notat Afflict. *de Jur. protom. §.* 3.
num. 39. Igneus, *in l. dudum num.* 82. *& ſeqq.* C. *de*
contrah. empt. Caſſan. *ad conſuet. Burgun. rub.* 10. *de*
retract. §. 9. *num.* 16. *& ſeqq.* Rum. in Add. ad Afflict.
tract. de quo ſupra dicto §. 3 *num.* 24. *circa fin. fol. mi-*
hi 142. *& fol.* 153. *num.* 6. *in fin.* Gratian. *diſcept.* 742.
num. 43. Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *memb* 2. *con-*
cluſ. 90. *num.* 11. *in Addit. lit. O. ante med.* Mangil. *de*
evict. q. 136. *num.* 17.

Hinc dixit Caſſan. *ubi ſupra num.* 17. *verſic. alias,* 176
quòd ſi quis habens annuum redditum ſuper aliqua
re ſtabili acquiſitum exemptione, vel Teſtamento à
ſe, vel ſuis majoribus, poſtea emat rem illam ſta-
bilem pro aliqua ſumma, in illa emptione habeat
locum prælatio, adeo ut prælationem petens ſolu-
to etiam valore illius annui redditus, habeat rem
liberam, & exemptam, rationem addens, quòd in
venditione comprehenſi quoque ſint illi annui red-
ditus, quos emptor poſſidebat ſuper illa re, cùm
illi compenſati dicantur loco pretii majoris, quòd
ſolvere debuiſſet emptor, ſi illos redditus ſuper illa
re non habuiſſet, maximè quando adeſſet pactum,
quòd illi redditus eſſent extincti, cùm eo caſu, pa-
ctum illud ſuccederet loco pretii, quæ opinio, remo-
to pacto extinctionis, non tranſit ſine difficultate,
nam quamvis vera ſit opinio, quòd per acquiſitio- 177
nem prædii ſervientis, extincta remaneat ipſa ſervi-
tus, ratione incompatibilitatis, juxta Text. *in l. quid-*
quid in fin. ff. commun. prædior. l. 1. *ff. quemadmodum*
ſervit. amittat. l. ſi communia, ff. de ſervit. ruſticor.
prædior. & de annuis redditibus impoſitis ſuper ali-
qua re, Rot. *deciſ.* 299. *numer. primo deciſ.* 182.
numer. ſecundo, deciſ. 306. *num.* 6. *& deciſ.* 510. *numer.*
1. poſt Cenc. *de cenſib.* Tamen ſi Dominus reddi- 178
tuum evadat Dominus fundi illius revocabiliter,
tunc reſoluto dominio, annui redditus, quos ante
habebat ſuper illa re, reviviſcunt, & extincti verè di-
ci non poſſunt, ſed tantùm ſuppreſſi quouſque du-
ravit Dominium, ut de ſervitute eſt Text. *in l. le-*
gatarius, § 1. *ff. de legat. prim.* Tiraq. *de retract. li-*
gnag. §. 1. *gloſſ.* 7. *num* 70. Milaneſ. *deciſ.* 9. *n.* 43.
& ſeqq. Rot. coram Seraph. *deciſ.* 872. *nu.* 3 *deciſ.* 300.
in fin. & deciſ. 308. *nu.* 7. apud Cenc. *de cenſib.* & la-
tè Cenc. ipſe *quæſt.* 114. *nu.* 12. *& ſeqq.* Unde cùm
emptor rem illam non acquiſiverit irrevocabiliter, dum
avocatur à prælationem petente, meritò, vel illi 179
annui redditus non fuerunt extincti, ſed tantùm ſup-
preſſi durante dominio, vel avocata illa re, reviviſ-
cunt, atque ideò non poteſt prælationem habens ſol-
vere illorum exiſtimationem, & rem liberam habere,
niſi ſint redditus ad nutum debitoris redimibiles, ut
de uſufructu latè in his terminis Tiraquell. *dicto §.* 1.
gloſſ. 7. *à numer.* 62. *uſque ad* 73. ſignanter *num.* 71.
& 72.

Quærendum decimooctavo, an prælatio compe-
tat in tranſactione, & ſunt qui diſtinguunt inter
caſum, in quo per viam Tranſactionis, res transfe-
ratur in alium, qui eam non poſſidebat, data ali-
180 qua compenſatione in pecunia numerata, & inter
caſum, in quo res remanſerit apud eum, qui jam
poſſidebat, & ad ſe eximendum à lite, alteri cer-
tam quantitatem dedit, & in primo caſu prælatio-
nem concedunt, in ſecundo verò negant, ut videre
eſt apud Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.*
62. *& ſeq.* Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 3. *quæſt.* 32. *num.*
3. *in fin.* Valeron. *de Tranſact. tit.* 5. *quæſt.* 5. *ſub num.*
42. apud quos videri poterunt rationes eorum opi-
nionem confirmantes, Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4.
cap. 9. *num.* 35. *& ſeqq.*

181 Sunt alii, qui indiſtinctè in tranſactione præla-
tionem concedunt, ſive res tradatur, ſive dimittatur,
præſupponentes, quòd poſſit prælationem petens
ſubrogari in jure, quod tranſigens dimiſit, ut de-
fendunt plures, ſuas rationes allegantes apud Tira-
quell. *dicta gloſſ.* 14. *num.* 6. Hermoſil. *ad leg. Hiſ-
pan. in l.* 55. *gloſſ.* 4. *num.* 11. *fol. mihi* 257. *tom.* 2.
quos refert Valeron. *ubi ſupra*, Cutell. *decis. Sicil.* 8.
num. 21. Urceol. *de tranſact. quæſt.* 78. *num.* 13. *&
ſeq.* Rendel. *de jur. protomiſ. cauſa verò dotis, verb.
ex tranſactione à num.* 3. *ad* 6. *fol. mihi* 225. *& ſeq.*
ubi tamen ſequendo opinionem Bartoli *in l.* 1. *ff. pro
empt.* & Boer. *decis.* 4. *num.* 26. differentiam fa-
cit an is, qui dimittit rem, & recipit æſtimationem,
cedat, & transferat jus, an verò ſimpliciter nullum
jus cedendo, renuntiet, & quietet.

182 Sunt, & alii, qui indiſtinctè in omni tranſactio-
ne facta ad ſedandas lites, & pro bono pacis, ne-
gant prælationem, ne ſuccedat, quòd timore hujus
juris, litigantes impediantur tranſigere, maximè
dum talis tranſactio non dicitur venditio, nec alie-
natio ſaltem voluntaria, ſed neceſſaria, facta pro
extinguenda lite, ut contra Tiraquell. probat Caſſan.
d. Rubr. 10. *de retract.* §. 9. *num.* 15. Afflict. *de jur.
protomis.* §. 3. *notab.* 10. *num.* 24. ubi Rumm. *in addit.
num.* 24. § *decimò nota, fol. mihi* 142. Roſental *de feud.
cap.* 9. *memb.* 2. *lit. M. & O.* Mangil. *de evictiōn.
quæſt.* 136. *num.* 16. *& ſeqq.* Ciroc. *discept.* 29. *nu.*
14. Valeron. *d. quæſt.* 5. *numer.* 42. Card. de Luca
de ſervit. disc. 58. *num* 3 *&* 8. Urceol. *de tranſact.
quæſt.* 77. *num.* 5. *& pluribus ſeqq.* Merend. *contro-
vers. Iur. lib.* 16. *cap.* 21. *num.* 2. *in fin.* Carol. de
Mean. *observ.* 197. *num.* 2. *part.* 1. plenè Berlich.
conclus Iur. tom. 2. *conclus.* 39. *de jur. protomis. tot.
num.* 67. *fol. mihi* 280. ubi rejicit Tiraquellum, &
ſequaces, Rendell. *dicto verbo ex tranſactione num.* 1.
& ſeqq. ſignanter *num.* 7. ubi ſequendo Bened. *eodem
tractat. in* §. *Cauſa vero dotis num.* 19. notat ulterius,
quòd ſi fiat tranſactio ſuper delicto, & pro bono
pacis alteri detur res immobilis ſubjecta huic juri,
adhuc prælatio dari nequeat.

183 Sed has contrarias opiniones, melius eſt diſtin-
ctione caſuum conciliare; Si enim tranſigens, qui
litigabat pro obtinenda re aliqua, obtenta jam ſen-
tentia, in judicatum tamen tranſacta, dimiſit rem
illam penes detentorem victum, pecunia, & rei æſti-
matione accepta, tunc quia talis contractus ſapit ven-
ditionem, prælatio dabitur, juxta ea, quæ notant
in ſimili Cephal. *conſ.* 375. *numer.* 37. Franc. Marc.
decis. 52. *num.* 4. *part.* 2. Burg. *de laudem. part.* 2. *in-
ſpect.* 14. *num.* 4. *&* 7. & optimè Rendell. *d. verb. ex
tranſactione num.* 5. §. *intellige, verſic. ſecus dicas, fol.
mihi* 226 Ita quoque, quoties materia tranſactionis
defeciſſet, ex quo res non erat dubia, neque ſub lite
res illa immobilis cadebat, puta quia, nullum jus
ſeu actionem ſuper illa re tranſigens habebat, tunc
enim, quia contractus tranſactionis dicitur initus in
fraudem, & fuit occultata venditio, dum alter pecu-
184 cunia accepta, tranſtulit rem in alium, qui nullum jus
ſuper ea habebat, meritò prælatio neganda non eſſet,
prout notant Carol. de Mean. *dicta obſervat.* 197.
num 3. *part.* 2. Mangil. *dicta quæſt.* 136. *numer.* 18.
Valeron. *dicta quæſt.* 5. *num.* 42. *in fin.* Card. de Lu-
ca *de ſervitut. d. disc.* 88. *ſub num.* 9. *verſic. ſecus
autem, & in ſupplem. part.* 2. *tom.* 16. *disc.* 94. *nu.* 14.
Urceol. *dicta quæſt.* 77. *num.* 12. ſi tamen is, qui nul- 185
lum habebat jus, ſed litigabat ſuper aliis rebus, in
quibus habebat prætenſionem Juridicam, & ad ex-
tinguendam litem, prævia tranſactione, rem immo-
bilem accepit, & vice verſa renunciavit liti, & ceſſit
omnes ſuas prætenſiones colliriganti, tunc crederem
negandam eſſe prælationem, cùm eam petens, non
poſſit præſtare id, quod fuit remiſſum, & renuncia-
tum ab altero, qui rem habuit, ut diximus ſupra
in materia permutationis, *num.* 142. *& ſeqq.* quæ ra-
tiones ibi adductæ, apertè applicantur etiam huic
caſui, ut non obſcurè admittere videtur Card. de
Luca *dicto disc.* 88. *num.* 9. *circa fin.*

Hinc etiam ſi præceſſiſſet tractatus de lite ſuper
aliqua re movenda, & demum reſtituenda per modum
tranſactionis, prælatio danda eſſet propter ſimula-
tionem actus, & fraudem initam, ut notat Bened. 186
ubi ſupra num. 20. & Rendell. *in loco citato num.* 8. qui
addit, quòd ad hunc effectum Judex conſiderare de-
beat contrahentium perſonas, formulam verborum,
materiam, & intentionem finalem contrahentium,
ſuper qua re, qualiter, & ad quem finem ſit facta
tranſactio.

Cæterum extra has circumſtantias, ſeu ſimiles, ve- 187
rior mihi videtur opinio eorum, qui prælationem
negant in tranſactione, ſive res dimittatur, ſive trans-
feratur in alium, ſive quia quietet, ſive cedat jus,
dum illud jus in his caſibus ceſſum pro bono pacis,
non eſt ſubjectum juri prælationis, niſi quando lex
prælationem concedens, comprehenderet etiam alie-
nationem jurium realium, & poſſet aliqua præſump-
tio fraudis adeſſe, ut diximus ſupra.

Quid autem dicendum ſit, quando perfecto con-
tractu emptionis, & venditionis, contrahentes rece-
dunt, & diſſolvunt contractum prævia tranſactione?
Quæſtio quidem eſt ſolemnis, & pro intelligentia
prius ſciendum eſt, quòd, quando jam eſt perfectus
contractus, etiam traditione non ſequuta, non am- 188
plius licet contrahentibus à contractu recedere, &
præjudicare prælationem habenti, qui non obſtante
receſſo, obtinebit, imò neque valent contrahentes
ex intervallo apponere pactum aut conditionem ul-
lam in præjudicium prælationem habentis, ut pro-
bat Tiraquell. *de retract. lignager.* §. 1. *gl.* 18. *num.*
50. *&* 56. *de retract. Convent.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 18.
Parlador. *quotid. lib.* 1. *cap.* 3. §. 4. *num.* 2. 5.
& 6. Guttier. *de Gabell. quæſt.* 10. *& per tot.* Salgad.
in labyrint. part. 2. *cap.* 26. *num.* 6. *& plurib. ſeqq.*
Ciroc. *discept.* 20. *num.* 12 Cyriac. *controver.* 254.
numer. 39. *& ſeqq.* Larr. *decis. Granat.* 79. *per tot.*
ubi magiſtraliter omnibus reſpondet, Molea *decis.
Neapol. tit. de deman. quæſt.* 6. *per tot. fol. mihi* 297.
quidquid dixerint Fab. *in* §. 1. *col.* 1. *Inſt. de empt. &
vendit.* Molin. & alii apud Cald. *de emphyt. extinct.
lib.* 4. *cap.* 14. *numer.* 17. *& ſeqq.* putantes, quòd
licitus ſit receſſus antequam ſit deventum ad traditio-
nem, & Carpan. *ad d. cap.* 417. *numer.* 883. Imò 189
neque poſſunt contrahentes in præjudicium præla-
tionem petentis declarare, quòd contractus eſt nul-
lus, niſi id concludenter probaverint, ut probat
Alb. *conſ.* 107. *numer* 8. Rot. coram Duran. *decis.*
83. *in fin.* quidquid dicat Cald *de emphyt. lib.* 4. *d.
cap.* 14. *n.* 18. qui ait, quòd volente emptore an- 190
te translationem dominii licita ſit pœnitentia, quia
ſufficit perfectio, niſi tamen contractus fuerit con-
ditionalis conditione ſuſpenſiva, & impediente per-
fectionem contractus, nam eo caſu, pendente condi-
tione, licitus eſt receſſus, etiam in præjudicium ejus, qui

jus

jus prælationia habet, & quamvis poſtea conditio eve-
nerit, juxta Theoric. Jo: Fabr. *in* §. 1. *num.* 14. *in*
fin. Inſtit. de empt. & vendit. ſequitur Tiraq. *de retract.*
lignag. §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 27. Laſſart. *de decim. ven-*
dit. cap. 5. *num.* 6. *in fin.* Guttier. *de Gabell. quæſt.*
8. *num.* 2. *& ſeqq.* Gomez. *variar. lib.* 2. *cap.* 5. *de*
empt. & vendit. numer. 31. Cald. *de empt. cap.* 26.
num. 2. *&* 26. Salgad. *ubi ſupra n.* 10. & latè Nig.
de laudem. tom. 2. *quæſt.* 7. *artic.* 1. *numer.* 68. *&*
ſeqq. fol. mihi 116. ſed circa hoc recurrendum eſt
ad ea, quæ ſupra diximus.

Præſupponendum etiam eſt, quòd quando poſt
191 perfectum contractum, contrahentes recedunt, iſte
diſtractus habet vim novæ alienationis, & vendi-
tionis, in quo propterea habet locum de novo præ-
latio, dum ex novo contractu, transfertur Domi-
nium, prout probat latè Tiraquell. *dicta gloſſ.* 2. *nu.*
38. *& ſeqq.* ubi rejicit Caſtrenſ. contrarium dicen-
tem, ſequitur Apont. *quæſt. laudem.* 9. Theſ. *quæſt.*
Foren. lib. 3. *dicta quæſt.* 32. *num.* 1. *& ſeq.* Urceol.
de transact. dicta quæſt. 77. *num.* 16. benè tamen ve-
192 rum eſt, quòd ſi concurrat is, qui præferri poterat in
prima venditione intra tempus adhuc congruum, &
non facta renunciatione, certè præferendus erit om-
nibus aliis, qui jus eorum deducunt ex tali diſtractu,
ut notabiliter probat Tiraquell. *dicto* §. 1. *gloſ.* 2.
num. 40. & ſi ille qui jus prælationis habebat in
prima venditione, ob lapſum temporis, vel ob re-
nunciationem excluſus ſit, tamen habeat jus præla-
tionia in illo novo contractu diſtractus abſque du-
bio illud poterit exercere, ut ſupponunt præcitati,
& non obſcurè probat Rip. *in l. cum bona num.* 20. *ff.*
de privil. credit. Tiraquell. *de retract. lignag* §. 1. *gloſ.*
9. *num.* 43 Vveſembec. *cons.* 2. *num.* 59. Brixian. in
repert. Cavalc. *verb. jus congrui, verſ. benè verùm,*
Caſtrenſ. *cons.* 74. *n.* 2. *in fin. col.* 4. *in princip. lib.* 2.
Molin. *ad cons. Pariſ. lib.* 1. §. 13. *gloſſ.* 4 *num.* 4. *&* 7.
Cald. *de jur. emphyt. tit. de emphyt. extinct. cap.* 13. *num.*
27 *fol. mihi* 175.

His præmiſſis, ſunt qui diſtinguunt caſum, in quo
193 per tranſactionem diſſolvatur venditio, & res ob iſ-
tam diſſolutionem redeat ad primum venditorem, &
tunc defendunt prælationem non competere, ut te-
nuit Ripp. *in l.* 1. *num.* 20. *ff de privil. Creditor.* Ca-
ſtrenſ. *conſil.* 74. *num.* 2. *&* 3. *p.* 2. Theſaur. *quæſt.*
Forens. lib. 3. *q.* 32. *num.* 1. *&* 3. caſum, in quo per
tranſactionem, reſciſſa venditione res remaneat penes
poſſeſſorem, & tunc negant etiam prælationem,
194 eam de cætero libenter concedentes in quolibet alio
caſu diſſolutionis, ac ſi dominium de novo per iſ-
tam diſſolutionem transferatur, ut plenè probat
Theſ. *dicta quæſt* 32. *per tot.* plurea adducens, qui
tamen de hoc non loquuntur.

195 E contra plerique putarunt in nullo caſu diſ-
ſolutionis venditionis factæ per tranſactionem præ-
lationem dari, ut videre eſt apud Urceol. *dicta quæſt.*
77. *in fin.*

196 Sed ut verum fatear, neutra opinio abſolutè re-
tenta ſatisfacit, nam aut quærimus, an diſſoluta
venditione per tranſactionem, competat prælatio,
quæ aliàs competiiſſet venditione ſubſiſtente, & tunc,
vel tranſactio fuit facta abſque eo quod ullum du-
bium adeſſet ſuper validitate contractus, & abſque
dubio prælatio danda eſt, cùm tranſactio hoc caſu
dicatur facta in fraudem, & ſicuti non licet contra-
hentibus declarare contractum fuiſſe nullum in præju-
dicium prælationem habentia ex prædictis, ita quo-
que permiſſum non eſt iiſdem mediante tranſactione
reſcindere contractum validum; Vel venditionis con-
tractus erat dubius, aut dubitabatur de ejuſdem vali-
ditate, & ſuper hoc inſurrexerat lis inter contrahentes,
& eo caſu reſciſſo contractu mediante tranſactione,
negabitur prælatio ſi res redeat ad venditorem, & è
197 converſo concedenda erit, ſi res remanſerit apud Emp-
torem, qui data certa quantitate, litem redemit,
& prælationem petens, tenetur hanc quoque quanti-
tatem ſine fraude datam præſtare, ut dixi in *quæſt.* 9.
num. 67. & ratio eſt evidens; quia hoc caſu tranſactio
non infirmat, ſed confirmat contractum venditionia,
ut dicunt DD. in *l. Imperatores, & in l. controverſia,*
ff. de transact. ſignanter Bartol. Bald. Odofred. & Ca-
ſtren. Si verò reſciſſo contractu per tranſactionem ve-
lit jus prælationis habens probare, quòd venditio erat
valida, & juſta, crederem, quòd eſſet admittendus
ad hoc probandum, quamvis per tranſactionem res
redivertit ad venditorem, quia hæc tranſactio, in- 198
ter alios, ipſi præjudicare non poteſt, quo minus
valeat contrarium probare, Angel *in d. l. controver-*
ſia num. 2. *circa fin. vers. attende tamen*, ubi etiam Ja-
cobin. à S. Gregor. *num.* 2. *vers. addit.* Jaſ. *col.* 2.
in princip. numer. 1. *vers. addit.* Trigon. *ſing.* 94.
ſub numer. 4. *circa fin.* Surd. *cons.* 92. *numer.* 30.
& ſeqq.

Aut quærimus, quòd quis concurrat ad prælatio- 199
nem ex novo jure, proveniente ex reſciſſione ven-
ditionis facta mediante tranſactione, nemine alio
comparente, qui eam petat ex jure acquiſito in pri-
ma venditione, & tunc vel venditio erat clara, nec
dubitabatur de ejus validitate, & prælatio dabitur,
quia inita dicitur fraus, & mediante tranſactione fuit
palliatus novus contractus emptionis, & venditio-
nia ſi res redeat ad venditorem, ſi verò res maneat
penes emptorem, tunc quia hæc potiùs dicitur con-
firmatio prioris contractus ex prædictis, quàm di-
ſtractus, ac novus contractus, ideò nullum novum
jus prælationia inſurgit ex iſta tranſactione.

Si autem dubitabatur de contractu venditionis, 200
tunc vel fuit reddita res venditori, & repellendus
eſt is, qui præferri petit, niſi probaverit conclunden-
ter venditionem fuiſſe validam, & juſtam, ut ſupra
dictum eſt, & lat. Urceol. *de transact. quæſt.* 78. *nu.*
37. vel res fuit relicta emptori, & pariter repelli-
tur ex prædictis.

Quibus non obſtat Theorica Alberti *de ſtatut.*
part. 1. *tot. quæſt.* 87. dicentis, quòd ſi venditor an- 201
tequam fuerit à conſanguineo interpellatus, vel an-
tequam conſanguineus obtulerit pretium, rem re-
dimat, ceſſet jus prælationis, cùm in concurſu præ-
feratur ipſe venditor, in cujus familiam res reverti-
tur, unde ceſſare videtur intereſſe proximioris Agna-
ti, qui non poteſt conqueri, dum res non exivit
de familia, & ſicuti ſi à principio cautum eſſet, quòd
venditor poſſit redimere, abſque dubio proximior
excluderetur, ita quoque accedente voluntate emp-
toris ex poſt pro redemptione, ut plenè notat Rip.
in l. 1. *num.* 20. *ff. de privil. credit.* Dec. *cons* 160.
in fin. Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 417. *nu.* 146.
& num. 882. Tiraquell. §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 40. *&*
41. Berlich. *conclus. Iur. part.* 2. *conclus.* 9. *de Iur.*
protomis. num. 105. Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rub.*
10. *de retract.* §. 12. *num.* 7. *vers. quæro, & num* 8.
fol. mihi 1583. Menoch. *cons.* 413. *in fin.* Molin. de *pri-*
mogen. lib 3. *cap.* 10. *circa finem*, Arias de Meſa *va-*
riarum lib. 3. *cap.* 26. *nu.* 20. Quoniam contraria opi- 202
nio, abſque dubio ſequenda videtur, quam ſequitur
Jaſ. *in l. fin. numer.* 15. *Cod. de Iur. Emphyt.* Gamm.
decis Luſitan. 211. ubi egregiè Flores de Mena in Addit.
qui teſtatur, quòd multum deliberandum eſt, ante-
quam admittatur iſta opinio Ripæ, quòd etiam di-
xit Arias de Meſa *dicto cap.* 26. *num.* 20. *in fin.* Ti-
raquell. *de retract. lignag* §. 1. *gloſ.* 14. *numer.* 37. *&*
ſeq Rendell. *de jur protomis. verb. alienare nu.* 2. *fol.*
mihi 40. ubi etiam Anton. Capur & ratio eſt evidens,
quia jus prælationis, non acquiritur ex oblatione, vel
denunciatione, ſed ex ipſa venditione quæ perfecta, 203
ſtatim oritur, unde non poteſt tolli ex novo con-
tractu redemptionis facto inter emptorem, & vendi-
torem, ut ſupra dictum eſt, imò nec ex pacto redimen-

di adjecto ex intervallo inter eoſdem, Magil. *de evict. quæſt.* 139. *num.* 11. *& ſeqq.* Neque potior poteſt eſſe conditio venditoris recuperantis, ipſe enim, ſtatim ac vendidit renunciavit cuilibet juri prælationis, quòd in ea re habere potuiſſet, ut dictum eſt in *qu.* 28. *numer.* 2. & falſum eſt quòd res non poſſit dici alienata extra familiam, dum non eſt inſpiciendus contractus redemptionis, ſed ille alienationis.

Ex quibus facilè conſtat falſam eſſe opinionem Caſſan. *de rub.* 10 *de retract.* §. 10. *in* Text. *facit diligen-*
204 *tiam per tot. fol. mihi* 1584. *&* 1585. dicentis, quòd ſi res fuerit venditarum pacto redimendi infra annum contrahentes poſſint prorogare tempus redimendi ad decem, vel centum annos, ſi hoc faciant antequam agnatus offerat pretium, cùm verùm ſit, quod poſt perfectum contractum nequeant partes apponere pacta, vel alterare conditiones adjectas in inſtrumento, in præjudicium prælationem petentis, ut ſupra, & contra Caſſan. tenuit Tiraq. *de retract. convent.* §. 1. *gloſſ.* 7. *numer.* 24. *& ſeqq. & num.* 37. *& ſeqq.* Carpan *ad d. cap.* 417. *num.* 180.

Propterea nec tutam exiſtimo opinionem ejuſdem Caſſan. *de* §. 10. *in text. venditor & emptor fol mi-*
205 *hi* 1589. *num.* 1. putantis, quod ſicuti contrahentes in præjudicium prælationem habentis non valent diminuere tempus datum à lege, vel à ſtatuto ad retrahendum, ita quoque nec valeant illud prorogare, vel dilatare, hæc enim opinio vera eſt, ſi agatur de præjudicando alteri, qui habebat jus prælationis, cui certè hoc pactum dilatorium præjudicare non poteſt, ſecus verò quando agitur de ſolo præjudicio ipſorum contrahentium, qui certè poſſunt ſibi ipſis voluntariè præjudicare, quamvis credam, quod ſi non adſit ſtipulatio Notarii pro abſente, vel pactum non ſit vallatum obligatione Camerali, poſſint contrahentes ipſi antequam ſequuta ſit acceptatio, revocare tale pactum, nec talis revocatio poteſt dici facta in præjudicium prælationem habentis, cùm ipſe remaneat in eodem ſtatu, in quo erat de jure, ſemoto dicto pacto.

Quærendum 19. an prælatio habeat locum in donatione, & quamvis ſint qui teneant, quod vi-
206 geat etiam in donatione, non ad effectum, ut quis præferatur in ipſa donatione, ſed ad effectum, ut ſolvat æſtimationem rei donatio, & ita prælationem obtineat, adhærendo, theoricæ Jaſon. *in l. fin. nu.* 59. *Cod. de jur. emph.* Coraſ. *lib.* 3. *Miſcell. cap.* 3. *num.* 4. quos refert de Luca ad Franch. *deciſ.* 201. *num.* 2. verior tamen opinio eſt, quòd in donatione nulla competat prælatio, quia non poteſt prælationem petens aliquid præſtare, neque æſtimationem
207 ſolvendo ſatisfacit, cùm contrahentes noluerint vendere, ſed donare, ut communiter defundunt DD. in *d. l. fin.* & plenè probat Liraquell. *de retract. lign.* § 25. *gloſſ.* 2. *num.* 1. *& ſeq.* Afflict. *ad Conſt. Sancimus, de jur. protomiſ. in* 6. *notabili, & deciſ.* 338. *in fin.* Rumm. *in ad eundem fol. mihi* 150 Clar. *in* §. *Emphyteuſis tota quæſt.* 1, Guidopa. *deciſ.* 46. *per tot.* Franc. *deciſ.* 201. *nu* 3. ubi latè de Luca ad eundem pariter *num.* 3. Surd. *deciſ.* 92 *num.* 1 ubi latè Hodier *num.* 29 *& ſeqq.* Mura *deciſ. Sicil* 10. *n.* 1. Urceol. *de tranſact quæſt* 77. *num* 8. Donad. *de renunciat. tom.* 1. *cap.* 10 *nu.* 50 *& ſeqq.* Capuc Latt. *deciſ.* 46, *num.* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 174. *n.* 67. Rovit. *deciſ.* 3. *num.* 1. Greg. *deciſ.* 520. *num.* 1 ubi Adden *litt.* A. Amat. Dunoz *deciſ.* 513. *nu.* 4. *& ſeqq* Rub. *in annot. ad deciſ.* 128. *n.* 142. *& ſeqq part.* 8. *recent.* prout
208 neque competit in donatione cauſa mortis, neque in legato ex eadem ratione, ut probat Benedell. *de jure protomiſ.* § 2. *num.* 13 *fol. mihi* 88. Cald. *de emphyteuſis extinct lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 22. Rumm. in addit. ad Afflict *d* § 2. *notabil.* 7. *num. fol. mihi* 151 & dictum eſt *in quæſt* 18 *num.* 22. *& ſeq.* ſive fiat donatio filio familias cum conſenſu patris, ſive à marito uxori, ſive alii, ſive fuerit ſimplex, ſive cum cauſa, dummodò abſit fraus, nec concurrat ſimu- 209
latio, puta quia fingatur donatio, & verè ſit venditio, vel alius contractus, in quo vigeat prælatio, Marant. *diſput.* 9. *& in tractatu de multiplici alienatione prohibita ver.* 3. *& ultim. num.* 4. *& num.* 117. Afflict. *d. deciſ.* 338. *in fin* Rumm. in Addit. ad Afflict. *de notab.* 7. *num.* 1. *fol. mihi* 150. Rendell. *de jur. protomiſ.* §. *cauſa verò dotis, verb. ſimulate donaverit à num* 1. *uſque ad fin. fol. mihi* 15. Caſſan. *ad conſuetud. Burgund rub. de retract.* § 9. *num.* 12. *&* 13. *fol. mihi* 1578. *& ſeq.* ubi id extendit etiam ad donationes cauſa dotis, & propter nuptias, *&* §. 210
11. *fol. mihi* 1590. *& ſeqq.* apud quos videri poſſunt conjecturæ, & præſumptiones fraudis, & ſimulationis, & remedia illas indagandi.

Sed an habeat locum in donatione reciproca, vel onerosa aut remuneratoria, quæſtio non eſt ſine con- 211
troverſia, quoniam cum tales donationes habeant potiùs vim venditionis, ut defendit Joan. Fab *in l.* 1. *col. fin. Cod. de inofficioſo teſtam.* Guidopap. *ſingul.* 878 *& conſ.* 224 *col.* 6, *poſt medium verſ. ſed reſtat.* meritò prælatio locum habere debet, ut probat Bard. *de jur. protomiſ. quæſt.* 12. *num.* 5. Caſſan. *ad conſuetud. Burgund d. rubr.* 10. *de retractu* §. *in verbo vendidit, num.* 5. *fol. mihi* 1542. Belliau. *ad conſuet. Alvern tit. de retract. art.* 36. *fere per tot.* Rumm. in addit. ad Afflict. *d.* §. 7 *num.* 1. *in fin. verſ. limitatur tertio fol. mihi* 152. Maur. Burg. *de laud part.* 2. *inſpect.* 30. *num.* 11. Capyc. Latr. *deciſ.* 174 *num.*
42. *& ſeqq.* quibus vix adhærere poſſum, quia ta- 212
les donationes aſſimilantur potiùs contractui permutationis, ut dixit Bald. *in l. ſed etſi*, §. *conſuluit, juncta l. utrum, ff. de petit. hæredit.* Franc. *deciſ.* 428. *nu.* 3. Capyc. Latr. *conſ.* 42. *num.* 69. *& ſeqq. tom.*
1. unde cum nequeat prælationem petens præſtare
id, quod dedit Donatarius donanti, alias nempè res 214
reciprocè donatas, ſervitia præſtita, vel quid ſimile, neque admittatur ſolvendam æſtimationem, ideò prælatio negabitur, ut latè diſputando reſolvere videtur Igne. *in l.* 3. §. *ſi conditioni verſ. etſi aliud nu.* 52. *& ſeqq. uſque ad* 56. *ff. ad Sylvan.* Ferron. *ad conſuet. Burdig. tit. de retract. cap.* 25. *verſ. idem erit,* Tiraq. *dicto.* §. 25. *gloſſ.* 2. *circa finem verſ. vix tamen apud nos*, Cutell. *de donat. tract.* 2. *diſc.* 1. *ſpecial.* 22. *num.* 3. *& ſeqq.* ubi de donatione facta cauſa matrimonii, Marant. *de multiplic. alien. prohib. verſ. trigeſimus, & ultimus num.* 117. *&* 140. Maxil. *ad conſuet. Bar. de Iur protomiſ. verb. in donationibus in princ* Rendel. *de Iur. protomiſ.* §. *Cauſa verò dotis, verb. donationis numer.* 11. *& ſeqq. fol. mihi* 203. Capyc. Latr *dicta decis.* 174. *numer.* 63. *uſque ad fin.* ubi in donatione verè remuneratoria reſolutum teſtatur, prælationem non dari, neque facultatem ſolvendi æſtimationem, & contraria opinio tantum admitti poſſet, quando donatarius vice verſa ſolveret pretium, vel daret aliam rem æquivalentem, quæ reciperet functionem, quia tunc palliata eſſet donatio.

Quid autem dicendum ſit, quando ſint facta do- 214
natio ſub conditione, quòd res alicui certæ perſonæ vendatur & tunc prælationem competere putat Benedell. *dicto* §. 3. *num.* 13 *fol. mihi* 86. Rumm. in addit. ad Afflict. *dicto notabil.* 7. *num. verſ. & ſecundo ampliatur, fol. mihi* 151 quòd verum puto, quando iſta conditio executioni mandatur, & res deſtinatæ perſonæ venditur, quando verò non eſt exequuta conditio, tunc procedendum eſt cum diſtinctione promiſſionis factæ de vendendo, de qua re diſſeruimus in q. 20. ſi enim illi tertio, favore cujus eſt appoſita conditio, non eſſet jus irrevocabiliter acquiſitum, licita eſſet pœnitentia, & poſſent contrahentes devenire ad remotionem dictæ conditionis, vel ad retrodonationem, ut latius ibidem dictum eſt.

Ita-

Iterum videndum eſt, an prælatio habeat locum,
215 quando hodie ego emo, & cras antequam vicinus,
vel conſanguineus petierit jus prælationis, alteri dono,
& ſunt qui defendunt prælationem non competere, &
moventur ex quo talis actio debet intentari contra
emptorem, qui dum ſine dolo poſſidere deſinit, non
poteſt amplius conveniri, & multò minus donatarius
poſſidens, qui non eſt ſubjectus juri prælationis, ut
jam diximus, præſertim, quia vicinis nullum jus
quæſitum eſt antequam conveniant emptorem, un-
de ante jus quæſitum, potuit emptor alteri donare,
nec ulla fraus ſubeſſe videtur, aut dolus ex donatio-
ne facta tam brevi tempore, quia plerumque id eve-
nire ſolet ſine fraude, & multæ poſſunt eſſe circum-
ſtantiæ, quæ fraudem excludant, de cætero putantes,
quòd ſi appareat de fraude, prælationis actio intenta-
ri poſſit, ut tenuit Napodan. *in conſuetud. ſi quis
emit, num.* 41. *de jur. congr.* ibique Adden. communi-
ter Anell. de Amat. *conſ.* 48. *num.* 7. Afflict. *de jur.
protomiſ.* §. 7. *notab.* 6. *& deciſ.* 338. *&* 370. *per tot.* Ja-
cob. Novell. *de jur. congr.* §. 5. *num* 33. Rendell. *in
dicto* §. *cauſa verò dotis num.* 12. *cum pluribus ſeqq.
fol. mihi* 233. *& ſeqq* ubi latè hoc probat procede-
re, non ſolùm ex conſuetudine regni, ſed etiam de
Jure communi, Capyc. Latr. *conſult.* 98. *num.* 2. Ur-
ſil. ad Afflict. *dicta deciſ.* 338. *num.* 4. *& ſeqq.* Niger.
de laud. quæſt. 5. *art.* 1. *n.* 87. *tom.* 2. Piſtor. *quæſt.
jur. lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 14. *& ſeqq.*

Sunt & alii, qui defendunt, quod ſi donatio iſta
fiat à Patre emente favore filii, à marito favore uxo-
216 ris, aut à conſanguineo favore conjuncti, vel poſſeſſio
remanſerit penes donantem, tunc jus prælationis exer-
ceri valeat, ut probant Amat *in conſ. deciſivo* 44 *per
tot.* Matant. *in ſuo ſpeculo, diſput* 9 *nu.* 13. Rovit *de-
ciſ.* 3. *per tot.* Thoro *in compendio deciſionum, ſecunda
parte, verbo donatio, & tertia parte, verbo donatio do-
mus, & toto voto* 23. Capyc. Latr. *dicta conſult.* 98. *n.*
25 *& ſeqq.* ubi de donatione facta à filiis matri de-
crepitæ, cui erant proximè ſucceſſuri, *& dec.* 46. *nu.*
4. *& ſeqq.* contra quos ſcripſerunt Afflict. *dicta deciſ.*
338. *in fin.* Viſcont. *in ſuis concluſionib. verb. jur. con-
grui*, Viv. *deciſ.* 320. *n.* 3. Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 370.
n. 10. & latè Rumm. in Add. ad Afflict. *dict. notab.*
6. *à nu.* 10. *uſque ad fin. fol. mihi* 150. *& ſeq.*

Verius tamen eſt, quòd hæc concluſio procedit de
ſtylo conſuetudinis Neapolis ita judicandi, non autem
217 de jure communi, quidquid in contrarium defendere
auſus ſit, Rendell. *loco citato*, cùm enim de jure præ-
lationis jus tribuat actionem in rem ſcriptam contra
quemlibet poſſeſſorem, & ſtatim perfecto contra-
cto emptionis, & venditionis oriatur actio, & acqui-
ratur jus habenti prælationis beneficium; non autem
à die petitionis, vel oblationis agnati, Tiraq. §. 1.
gloſ. 9. *num.* 94. *&* 106. *ad fin. & in fin. tit. num.* 15.
Boer. *deciſ.* 13. *num.* 32. Carpan. *ad Statut. Mediol.
part.* 1. *c.* 417. *n.* 328. jure optimo talis actio exerceri
poteſt, ac ſi donatio facta non eſſet contra quemlibet
detentorem, & nihil refert, quòd iſte tertius deten-
tor habeat rem titulo donationis, aut alterius ſimi-
lis, cùm non ſit habendus in conſideratione ſecun-
dus contractus, ſed prima emptio, ex qua oritur jus
prælationis, ut plenè probat Tiraquell. §. 11. *gl.* 1.
num. 4. *&* 5. Ricc. *collect. deciſ.* 2200. *verſ. item jus
congrui*, Anell. Amat. *dicto conſ deciſivo* 44. *& conſ.*
48. Viv. *deciſ.* 220. *num* 10. Aſcia *determinat.* 37. *n.*
6. Thor. *in compend. deciſionum Neap. verbo jus con-
grui, fol. mihi* 299. *& fol mihi* 300. *col* 2. *in fin* &
plenè Rumm in addit. ad Afflict. *dicto not.* 6. *nu.* 10.
in fin. & num 15. Matant. *dicta diſp.* 9 *& diſp.* 10. *per
tot.* Benedell. *dicto* §. 4. *nu.* 12. Giurb. *deciſ.* 75. *nu* 7.
Urſil. ad Afflict. *dicta deciſ.* 338. *n* 5. *& ſeqq.* Nepit.
ad conſuet. Catan. tit. de jur. congr. tot. cap. 1. & latè
Jo. de Amic *conſ.* 1 *n.* 78. ubi quòd ſi hoc eſſet per-
miſſum, eluderetur prorſus jus prælationis, Card. de
Luca *de ſervit. diſc.* 106. *n.* 5. *& ſeqq* ubi fortius
quando vicinus intentaverat litem, vel denunciave-
rat, Mangil. *de evict. quæſt.* 36. *n.* 10. *&* 11.

Eleganter autem quæramus, an idem dicendum ſit,
quando res partim venditur, & partim donatur, &
quia quæſtio eſt controverſa, ideò breviter diſtin- 218
guamus aliquos caſus pro claritate materiæ; Pri-
mus eſt, quando prævalet pretium, quod exigitur ſum-
mæ donatæ, & tunc prælatio competit, quia princi-
pale propoſitum partium fuit, vendendi, donatio eſt tan-
quam occaſionalis, atque acceſſoriè facta ad vendi-
tionem, licèt prælationem petens, emptori ſummam
quoque donatam retinendere teneatur, nec poterit em-
ptor partem rei, pro qua ſolvit pretium reſtituere,
aliam verò pro qua pretium non ſolvit, & ei fuit
donatum retinere, ut probat Bald. *de jur. protomiſ.
quæſtion. ultim* licèt ipſe teneat, quod non teneatur
vicinus reſtituere pretium, quod emptori fuit dona-
tum, quod eſt contra communem, & intelligendus
ideò eſt, ut infra Tiraq. *de retract. ligna.* §. 1. *gloſſ.*
18. *num.* 11. *& ſeqq. ſignanter num.* 1. Papon *lib.* 11.
tit. 7. *Arreſt* 18. *per tot.* Niger. *de laud tom.* 2. *qu.*
1. *nu* 131. *& quæſt* 13. *n.* 99. *in fin. & tota* 1. *qu* 20.
num. 23. *& ſeqq.* Schradet. *de feud.* 2. *part.* 9. *princip.
ſect.* 2. *nu* 41. *fol. mihi* 414 Nepit *ad conſuetud. Ca-
tanien tit.* 50. *n.* 14. Latr. *deciſ. Granat num.* 1. *&*
9 Maſtril. *deciſ* 148. *num.* 29. Cutel *de donat. diſcurſ.*
1 *ſpec* 21. *tot. num.* 19

Secundus eſt, quando prævalet valor donatus
pretio, quod in rei veritate ſolvitur, & tunc quia res,
potius dicitur donata, quam vendita, ideò prælatio 219
locum non habet ut probat Tiraquell. *de gloſſ* 18 *n.*
18 *& n.* 11. *&* §. 30 *gloſſ.* 1. *n.* 3. Cutell. *dicto Spec.* 22.
n 19 Rot. *deciſ.* 322. *n.* 11. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.*
in qua licèt dicatur, quòd in venditione mixta cum
donatione non habeat locum retractus, tamen id di-
ctum fuit, quia in ſuo caſu valor donatus longè ex-
cedebat pretium ſolutum, unde conceſſio tota dice-
batur gratioſa, ut ibidem benè explicatur.

Tertius eſt, quando verſamur in dubio, an ſcilicet
pars pretii remiſſa ſit ex donatione, vel ex quo ven-
ditor putaverit pluris non valere, puta quia fuerit
vendita res cum clauſula, *etſi plus valet, donat* & 220
tunc, aut ignoranter hoc facit venditor, & ex ſtylo
ſolito Notariorum apponendi talem clauſulam in ven-
ditionibus, ad majorem emptoris ſecuritatem, & eo
caſu communis opinio eſt, quòd prælatio competat, &
eam petens ſolum pretium ſolutum ſolvere tenetur,
ut probat Bald. *de jur. protomiſ. d. quæſt. ultim n.* 24.
& ſeqq. Tiraq *dicta gloſſ.* 18 *n.* 11. *& ſeqq. ſignan-
ter n.* 14. Jo: Beſſian *ad conſuet. Alvern tit de retract.
artic* 35. Rendel. *dicto verb. donationis n.* 3. Matt *digeſt.
noviſſ tom.* 3. *tit. retractus tot. cap.* 30. Berlich. *conclus.*
41. *num.* 13. *part.* 2 Boer. *deciſ.* 143. *per tot.* Latr. *de-
ciſ. Granat* 87. *per tot.* ubi id extendit, quamvis pro-
baretur emptorem fuiſſe amicum, vel domeſticum
venditoris, niſi tamen appareret ex conjecturis, ex 221
affectione expreſſa in Inſtrumento, vel exceſſivitate
valoris de mente venditor illud plus donandi, quia
tunc illud quoque plus prælationem petens refundere
teneretur, ut ex Tiraquell Lopez. & Mantienſ. pro-
bat idem Latr. *dicta deciſ.* 8 *n.* 9. *verſ. nam quamvis*,
& niſi res fuerit vendita vili pretio cum clauſula, quod 222
pluris eſt, donat in remunerationem ſervitorum, hoc
enim caſu talis emptor dicitur potius donatarius, &
prælationis actio exerceri non poteſt, ſi prævaleat va-
lor donatus; ut ſupra, & ita intelligendus eſt Aſcia
determinat. 114. Rendell. *tractat de quo ſupr. verb. per
venditionem n.* 12. *fol. mihi* 44

Quod ſi venditor ſciens, prudenſque, quod pluris
eſt emptori donaverit ob aliquam cauſam, vel etiam
quia ita ipſi placuerit, & probetur veram æſtimatio-
nem eſſe majorem pretio ſoluto, tunc prælatio habet 223
locum, niſi valor donatus exceſſerit, & id quod pluris

eſt, prælationem petens reſtituere tenetur, ut
probat Tiraquell. *dicta gloſſ.* 18. *num.* 14. *& ſeqq.*
Berlich. *dicta concluſ.* 41. *num.* 16. Latre *dicta deciſ.*
80. *num* 4. *&* 9. quidquid dubitet Rendell. *dicto ver-
bo donationis num.* 6. *fol. mihi* 201. qui ait hoc atten-
223 dendum eſſe, quod principaliter actum eſt, Carpan.
ad d cap. 417. *num.* 318. *& ſeqq.*

Sed quid è contra ſi emptor donaverit in ipſo Inſ-
trumento venditionis venditori aliquam ſummam ob
benemerita, vel ſimpliciter, an teneatur prælatio-
224 nem petens illam quoque ſummam emptore dona-
tam ſolvere, concluſio eſt, quòd non teneatur,
quia iſta donatio non eſt pars pretii, neque incluſa in
pretio, ut defendit Tiraq. *dicta gloſſ.* 18 *num.* 19. *&
ſeqq.* Berlich. *dicta concluſ.* 41. *num.* 17. niſi tamen
probetur, quòd aliàs venditor non vendidiſſet, ſi
hæc quoque ſumma donata ſibi non eſſet, vel hu-
jus ſummę donatio facta non eſſet reſpectivè ad di-
minutionem pretii, ut latè dictum eſt *in quæſtion.* 5.
& quæſt. 22.

Tandem ſi donatio ſit facta cum conditione, quòd
vice verſa donatarius ſolvat debita donantis, tunc
225 Rendell. *dicto verbo donationis num.* 7. *verſ quibus ta-
men*, putavit, quod ſi abſit fraus, vel ſimulátio,
nunquam retractus competat ſive debita ſint certa,
& ſpecificata, ſive Incerta, dummodò non ſpecificetur
in Inſtrumento pretium, ſequendo theoricam Pinell.
In ſecunda parte rub. Cod de reſcindend. vendit. cap. 1.
num. 18. quem ſequendum non puto, ſi debita ſint
certa, vel valeant certificari, & ſi æquivaleant valo-
rem rei donatæ, aut ſuperent longè medietatem veri
valoris ipſius rei, ut diximus ſupra *num* 130. *& ſeqq.*
ubi de ceſſione tractavimus, advertendo tamen, quòd
ſi aliqua quantitas remaneat ultra debita ſolvenda,
quæ includatur in donatione, illa quoque à prælatio-
nem petente ſolvi debeat.

Quærendum vigeſimò, an prælatio competat, quan-
do res fuit poſt primam venditionem alteri venditam,
226 & concluſio eſt, quòd competat, etiamſi res vendita
tranſiverit ad mille manus per alios intermedios con-
tractus cùm enim jus prælationis tribuat actionem in
rem ſcriptam. exerceri poteſt contra quemlibet poſſeſ-
ſorem, non attento quo titulo cæteri habeant, dum-
modò in primo contractu habeat locum, Cloch. *conſ.*
42. *num.* 259. *&* 353. *& ſeq.* Boer. *deciſ.* 56. *nu-
mer.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 182. *num.* 52. Add. ad Gipſ.
deciſ. Bononien 113. *in fin* Franc. *deciſ.* 389. *num.* 3.
& 4. ubi latè de Luc. ad eundem Belmont. *deciſ.* 134.
num. 61. Giur. *deciſ.* 75. *nu.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 35. *num.*
5. *& ſeqq.* Rot coram Duran *deciſ* 51. *numer.* 4. *&*
5. & conſonant ſupra adducti in quæſtione antece-
denti.

Quærendum vigeſimoprimò, an prælatio habeat
locum in renunciatione, & repudiatione rei, vel ju-
ris, quod quis ſuper aliqua re immobili habebat, &
227 dicendum eſt, quòd, aut renunciatio fuit facta gra-
tuitò, & intrant termini donationis, aut fuit facta
correſpectivè ad aliud jus, vel aliam rem è converſo
dimiſſam, & reſolvendum eſt, prout in tranſactione
diximus, aut pretio recepto fuit renunciata, & eo
caſu, quia venditio eſt palliata, datur prælatio, aut
tandem fuit renunciata actio, vel jus, quod quis ha-
bebat ad bona ſtabilia conſequenda, & tunc ſunt illi,
qui indiſtinctè tenent talem renunciationem factam
mediante pretio, includi ſub legibus de prælatione lo-
quentibus, ut videre eſt apud Tiraquell *de retract. li-
gnag.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 74. *& ſeqq* qui rejicit Bal-
dum diſtinguentem inter renunciationem inſtantię li-
tis, & controverſię, & inter aliam juris, *&* actionis
228 ad rem, Gutrier. *practicabil. lib.* 2. *quæſt.* 165. *numer.*
1. *verſ. qua ratione*, Laſſart. *de decim. cap* 17. *nu.* 51.
verſ. ex quo illud. Cutell. *deciſ. Sicil.* 8. *num.* 22. Ur-
ceol *de tranſact. quæſt* 78. *num.* 32. *ad* 75 Verum ta-
229 men eſt, quod hæc concluſio admittenda tantùm eſt,
quando lex, aut ſtatutum comprehendit etiam alie-
nationem jurium, quæ pro immobilibus reputantur,
non autem quando verba legis applicantur tantum
venditioni rei immobilis, cùm enim talia jura in-
corporabilia diverſam ſpeciem conſtituant, non in-
cluduntur ſub tali lege de immobilibus loquente, ut
diximus ſupra *quæſt.* 3.

Quærendum vigeſimoſecundò, an prælatio habeat
locum, quando quis conſenſit alienationi, & diſtin-
guendi ſunt aliqui caſus; Si enim is, qui conſenſit 230
erat Dominus, & poſſidebat abſque dubio prælatio
dabitur, quia ipſe idem vendere cenſetur, *l. ſi liqueat,
& l. in ædibus*, §. *filius familias*, *ff de donat.* Tiraq. *de
retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 58. *& gloſſ.* 9. *numer.*
105. 108. *& ſeqq.* Nigr. *de laudem. tom.* 2. *quæſt.* 27.
num. 11. *verſ comprobatur*, *& ſeqq.* Guttier. *de Gabell.
quæſt.* 48. *num.* 2. *& ſeqq.* Salgad. *in labyrint. part.* 2.
cap. 16. *num.* 21. *& ſeq.* Cald. *de extinct. emphyt. cap.*
16. *nu.* 81. Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 131. Si verò
non erat Dominus rei alienatæ, prælatio non com- 231
petit, quia iſte de ſuo nihil dat, nec vendit ad Text.
in l. ſi pater, §. *fin. ff. de manum. vind.* Iſern. *in cap.
Imperialem num.* 11. *de prohibit. feud. alienat. & in cap.*
1. *num.* 6. qui ſucceſſores teneantur Corbul. *de cauſ.
privat. ob alienat. ampliat.* 6. *n.* 2. Franc. *deciſ* 540 *n.*
10. *&* 11. Salgad. *dicto capit.* 16. *num.* 88. *& ſeq.*
Nig. *dicta quæſt.* 27. *num.* 14. *verſ. & comprobatur*;
Si tandem is, qui conſenſit non erat Dominus ve- 232
rus, ſed poſſidebat, & tunc dicendum videtur, quòd
prælatio non competat illis, qui habent cauſam ab
illo poſſidente, & conſentiente, dum iſte non ven-
dit, ſed verus Dominus, & conſenſus reſtringitur
tantùm ad relaxationem poſſeſſionis, & nudæ deten-
tionis, ad tradita per Afflict. *de jur. protomiſ.* §. 1. *nu.*
30. & alios, quos adduximus ſupra *in quæſt.* 2. & ad
ibidem dicta me remitto.

Hic reſolvendum eſt, quòd idem dicendum eſt
quando Dominus ratificavit venditionem ſuo nomine 233
factam ab alio, ut latè probat Belmonte. *deciſ.* 134.
num. 60. Nig. *dicto tomo* 2 *quæſt.* 9. *num.* 50. prout è
contra ſi ſit vendita res, cum promiſſione de facien-
do ratificare alios habentes partem dominii ipſius
rei, illis nolentibus ratificare prælatio denegetur,
quia tale jus exerceri non poteſt, quando actus red-
ditur inefficax, & venditio exequi nequit, Tiraq. §.
1. *gloſſ.* 2. *num.* 5. *ad* 10. Gratian. *diſcept.* 752. *num.* 59.
ad 77. ubi ulterius notat, quòd nec in parte quoque 234
vendita à vero Domino, cum tali promiſſione de ra-
to aliorum Dominorum competat prælatio, ex quo
reſolvitur venditio partis, quia emptor partem non
emiſſet, neque venditor partem vendidiſſet, ſi ſci-
viſſet alios non ratificaturos, quæ tamen admitti poſ-
ſunt, quando res eſt indiviſibilis, & una pars ſine aliis
commodè ſubſiſtere non poteſt; ut notavimus in
quæſt. 5.

QUÆSTIO XVII.

An Prælatio competat in alienatione neceſſaria.

SUMMARIUM.

1 *In venditione vere neceſſaria inſpecta origine, & exe-
quutione prælatio non competit.*
*Amplia in venditione facta favore Legis, Statuti,
aut reſcripti Principis, quem ad vendendum co-
gentis.*
2 *Amplia in venditione facta ab eo, qui vigore legis
ſciebat poſſe compelli ad vendendum.*
3 *Amplia ſecundò in venditione facta coactè pro cauſa
libertatis. pro favore religionis, & pro amplia-
tione, vel decore publicorum ædificiorum,*
4 *Amplia tertiò in venditione facta ſponte ab eo, qui
ſcie-*

ſciebat poſſe cogi vigore indulti Principis, aut Statuti.

In venditione, quæ inſpecta origine eſt voluntaria, inſpecta vero executione eſt neceſſaria qualis eſt ſubhaſtatio rerum debitoris facta à Judice prælatio locum habet, ſi ſit conceſſa à Jure, ſi vero ſit conceſſa à Statuto negatur.

6 Alii indiſtincte credunt, quòd in ſubhaſtatione nunquam prælatio locum habeat.

7 In ſubhaſtatione locum non habet, prælatio, ſi verba legis, vel Statuti reſtringantur ad alienationem voluntariam; Si vero lex, aut Statutum generaliter loquatur, prælatio competit, & num. 8.

9 Subhaſtatio, quæ fit à Judice inſpecta origine, non eſt venditio neceſſaria, ſed voluntaria.

10 Prælationis Jus habens, non tenetur concurrere cum aliis extraneis in licitatione.

11 In ſubhaſtatione non poteſt tradi res extraneo licitatori niſi prius requiſito, & denunciato eo, cui prælatio competit.

12 In ſubhaſtatione facta pro debito defuncti, non habet locum prælatio, cum venditio ſit verè neceſſaria.

13 Contrarium uti verius defenditur.

14 In ſubhaſtatione non habet locum prælatio, quotieſcumque debitor alia bona præter ſubhaſtata non habet.

Contrarium defendit Auctor.

15 In addictione pignoris, vel datione in ſolutum Creditori prælatio locum non habet.

16 Contrarium uti verius defenditur.

Niſi debitum pro quo res Creditori datur in ſolutum traxerit originem neceſſariam ab ipſa lege.

Limita in addictione, vel datione in ſolutum, facta pro equo, domi, pro ſervitiis præſtitis, vel pro alia re debita, nulla præcedente venditione.

Sublimita, quando addictio fieret à Judice re debita non amplius exiſtente, ob quod debitor fuit condemnatus ad pretium ſuccedens loco rei.

17 In alienatione facta, neceſſario, ut quis à carceribus, vel ab hoſtium poteſtate liberetur, vel propter famem, vel egeſtatem prælatio competit.

18 Et in hoc caſu denunciandus eſt prælationis Jus habens, & obtinenda eſt à Judice abbreviatio termini.

19 Prælatio locum non habet, quando res transfertur in alium à Judice per laudum, vel per Sententiam.

20 Denunciatio non requiritur, quando Judex cogit quem per laudum, vel per Sententiam ad conſignandam rem alteri, nullo facto appretio.

21 In tranſactione locum non habet prælatio, ſi res ſit data alteri tranſigenti ob prætenſiones, quas ſuper illa re habebat, licèt è converſo rem obtinens aliquid in pecunia numerata conſignanti præſtet.

22 In traditione rei datæ in dotem, nunquam prælatio competit, quando dotavit Pater, qui nullam aliam rem habebat, ſive res data ſit æſtimata, ſive ineſtimata.

23 Si verò Pater alia bona habebat, & dederit in dotem rem æſtimatam prælatio competit.

24 Prælatio locum non habet, quando extraneus tradit in dotem puellæ fundum ineſtimatum.

Si verò tradat in dotem fundum ineſtimatum ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, tunc nec prælatio debetur, ut plures defendunt.

25 Res æſtimata data in dotem, Marito exiſtente non ſolvendo, in ſubſidium ab Uxore uti dotalis vendicari poteſt

Et tunc quælibet ſervitus hypotheca, aut cenſus ſuper illa re impoſitus à Marito reſolvitur.

26 Contraria opinio, quæ dictat, quòd in re data æſtimata in dotem ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem prælatio competat defenditur.

27 Venditio, & emptio, quæ cenſetur facta inter virum, & uxorem, quando data eſt res æſtimata, cenſetur facta ex cauſa dotis.

28 Prælatione obtenta in re data in dotem æſtimata, pretium debet a Marito inveſtiri.

29 Marito exiſtente non ſolvendo, mulier agere debet in ſubſidium contra inveſtimentum factum à viro ex pretio dato à prælationem petente.

30 Mulier antequam agat contra rem datam æſtimatam, tenetur excutere omnia bona viri.

31 Prælatio locum non habet, ſi Pater rem, quam emit ante quam interpellatus fuerit conſtituat pro dote filiæ nepturæ.

Contrarium eſt verius.

PLures caſus pro reſolutione quæſtionis diſtinguendi ſunt; Primus eſt, quando venditio verè eſt neceſſaria præcisè inſpecta origine, puta quia quis ven- 1
dat coactus à Statuto, vel Lege, aut à Principis reſcripto, ſeu à ſimili imperio, & tunc verius eſt, quòd in tali venditione præcisè neceſſaria prælatio non competat, juxta conſ. Cravett. 215. num. 4. & plenè Arias de Meſa var. lib. 3. cap. 26. num. 3. & ſeqq. Donad. de renunciat. tom. 1. cap. 30. num. 65. & ſeq. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de alienat. quæſt. 1. numer. 314. ubi de venditione facta ab eo, qui vigore indul- 2
ti ſciebat ſe poſſe cogi, Niger. de laudem. tom. 2. quæſt. 4. num. 39. & ſeqq. fol. mihi 42. Caſtill. controv. lib. 5. cap. 113. num. 15. ſignanter in fin. Franch. deciſ. 277. ubi latè Novar. in addit. notat, quòd prælatio 3
non habet locum in venditione coactè facta pro cauſa libertatis, pro favore religionis, & pro ampliatione, vel decore publicorum ædificiorum, Gratian. diſcept. 784. num. 6. & 7. Corbul. de cauſ. privat. & e. limit. 30. per tot. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 28. num. 10. & ſeq. Merlin. deciſ. 871. num. 2. & 3. qui teſtantur, idem procedere in alienatione facta ſponte 4
ab eo, qui ſciebat ſe poſſe compelli vigore indulti Principis, aut Statuti.

Secundus caſus eſt, quando venditio inſpecta origine eſt voluntaria, inſpecta verò exequutione eſt neceſſaria, puta quia fiat à Judice vendente bona debitoris ſub haſta publica, & tunc ſunt qui diſtinguunt 5
inter prælationem datam à jure, & inter illam conceſſam à Statuto, & primo caſu, credunt prælationem locum habere, ſecundo verò caſu negant, ut diſtinguit Gratian. diſcept. 544. num. 45. & pluribus ſeqq. ſignanter num. 50. circa fin. Cirocch. diſcept. 29. num. 13. & 17. de Luc. ad Franch. obſerv. 482. num. 6. verſ. diſcrimen, Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 120. n. 11. apud quem concordantes; Sunt autem qui indiſtin- 6
ctè defendunt ſemper, & quandocumque in tali venditione prælationem locum non habere, ut videre eſt apud Speculat. in tit. de reſcinden. vendit. num. 29. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. limit. 6. de Pont. de poteſt. Progr. tit. de diverſ. proviſ. §. 1. num. 21. Aſin. de exequut. §. 4. cap. 3. Arnold. Ferron. ad conſuet. Burdigal. lib. 1. tit. 1. de retract. §. 1. column. 4. circa princip. verſ. additur, plenè Gratian. dicta diſcept. 544. num. 45. & ſeqq. Sanfelic. deciſ. 100. num. 65. Thor. in compend. deciſ. part. 2. verb. Jus congrus ib primo, de Luc. ad Franch. dicta deciſ. 482. num. 2. latè Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 245. ubi in § his non obſtantibus, hanc opinionem veriorem putat Berlich. concl. part. 2. concluſ. 39. de jur. protomiſ. num. 64. & ſeqq. Amad. de Ponte in quæſt. laudem. quæſt. 27 num. 2. ad 6. Carpan. ad Statut. Mediolan. part. 1. cap. 417. num. 143. & ſeq. Card. de Luc. de ſervit. diſc. 71. num. 13. & de feud. diſc. 36. num. 14. qui moventur ex pluribus rationibus, primò ſcilicet ne contingat emptores ſub haſta manere deceptos ſub fide publica, ſecundò ne ipſi tam facilè retrahantur ab oblationibus, tertiò, quia poterat jus prælationis habens cum aliis concurrere in

licitan-

licitando ; unde ſibi imputare debet cur licitando
alios in oblatione non ſuperavit , quartò quia in re
ita publicè vendita nulla denunciatio requiritur pro-
indè neque ulla prælatio concedenda eſt , quintò
tandem quia negari non poteſt quin talis alienatio
propriè non dicatur fieri à Domino debitore , ſed po-
tiùs à Judice , cujus imperio coactus debitor vende-
re dicitur, proindè propter has , & ſimiles rationes
hanc opinionem defendunt ultra præcitatos Scrader,
Capyc. Latt. Peragn. Rovit. de Marin. Franciſcus
Roccus , & alii plures quos adduxi *in quæſt*. 31. *quæ-
ſit*. 12. *& quæſt*. 35. *quæſit*. 2.

Sed his non obſtantibus tutius eſt diſtinguere inter
legem , conſtitutionem , ſive ſtatutum , prælatio-
7 nem ſimpliciter in caſu venditionis concedens , &
inter ſtatutum , vel legem prælationis jus dantem
cum verbis denotantibus venditionem voluntariam ,
nam ſi ex circumſtantiis poſitis à ſtatuto , aut ex
ejuſdem verbis colligeretur intentionem ſtatuentium ,
aut legis eſſe comprehendere tantùm venditionem vo-
luntariam , & ſpontè factam tunc indubitati juris eſt,
quod venditio facta ſub haſta à Judice non com-
prenditur , & de hoc caſu loquitur Roman. *conſ*.
107. Gratian. *dict. diſc*. 544. *numer*. 21. *& ſeqq*.
Scacc. *dicto* §. 1. *quæſt*. 1. *ſub num*. 245. *verſ. confir-
matur* , Mangil. *de ſubhaſt. quæſt*. 121. *numer*. 2. *&
ſeqq*. Card. de Luca *de ſervit. dicto diſc*. 71. *num*. 13.
& benè diſtinguit Ludoviſ. *deciſ*. 193. *num*. 12. &
8 votum Camerar. impreſſum *in recent. deciſ*. 184. *nu-
mer*. 8. *& pluribus ſeqq. part*. 1. Si verò lex , aut
ſtatutum ſimpliciter prælationem concedit in vendi-
tione , & tunc verior opinio eſt , quod in ſubhaſtatio-
ne adhuc prælatio concedenda eſt , juxta conſ. Bald.
306. *circa med. lib*. 1. Tiraq. *de retract. lignag*. §. 1.
gloſſ. 14. *num*. 13. Cancer. *var. lib*. 1. *cap*. 11. *num*.
391. Corbul. *de cauſ. privat. &c. limit*. 19. *ſub num*.
2. *verſ. ſed, etiam poſſit fol. mihi* 279. Cald *de ex-
tinct. emphyt. cap*. 6. *per totum ſignanter nu*. 5. *&* 10.
& pluribus ſeqq. Altimar. in addit. ad Rovit. *conſ*. 21.
num. 13. *lib*. 2. de Marin. ad Reverter. *deciſ*. 278. *nu*.
3. Roder. in addit ad de Marin. *reſol*. 233. *numer*. 2.
Sanfelic. *ſibi contrarius deciſ*. 103. *per tot*. Franch. *de-
ciſ*. 277. *in fin*. Barbat. *de diviſ. fruct. part*. 2. *cap*.
5. *numer*. 16. *& ſeqq*. Cenc. *de cenſ. quæſt*. 66. *num*.
25. *& ſeqq*. Thomar. *deciſ*. 40. *num*. 5. *&* 6. Rot.
apud. Cenc. *dec*. 156. *nn*. 1. *& ſeqq*. coram Gregor.
dicta deciſ. 193. *per totam* , coram Duran. *deciſ*. 52.
num. 3. coram Dunoazet Sen. *deciſ*. 337. *num*. 12.
& plenè in Romana Caſtri Porcilliani 21. Aprilis
1679. & prima Aprilis 1680. coram Reverendiſſ.
Decano *poſt tract. deciſ*. 1. *ad* 4. & plures antiquos
referens Salgad. *in labyr. credit. part*. 3. *cap*. 3. *nu-
mer*. 22. *& ſeqq*.

Et ratio eſt evidens , quia venditio facta ſub ha-
ſta inſpecta origine nunquam dici poteſt neceſſaria ,
ſed purè , & ſimpliciter voluntaria , quis enim coë-
git debitorem ad æs alienum conflandum , & ad ſup-
ponendum bona ſua favore creditoris eidem , & Iu-
dici uſque ab initio dando implicitam licentiam alie-
9 nandi , & vendendi rem propriam pro æris alieni
ſatisfactione ? certè nemo ; Dum igitur venditio, quæ
fit à Iudice ſub haſta non dicitur fieri ab eodem , ſed
ab ipſo debitore , qui ſtatim conflando æs alienum
talem facultatem voluntariè Judici dediſſe videtur ,
clarum eſt venditionem non eſſe neceſſariam , ſed
prorſus voluntariam , ut præter præcitatos egregiè
notat Cephal. *conſ*. 254. *n*. 11. *& ſeqq. & conſil*. 255.
num. 2. *& ſeqq. lib*. 2. Arias de Meſa *dicto lib*. 3. *cap*.
26. *n*. 4. *&* 5. Palma *alleg*. 3. *n*. 128. *& ſeq*.

Nec obſtant rationes à DD. contrariis adductæ,
prima enim eſt frivola, dum emptor ſub haſta non
manet ſub fide publica deceptus quotieſcumque nul-
lum ipſi novum onus inexcogitatum , & ignoratum
adjicitur ; ſed onus rei annexum habet , & paritur
id quod ex ipſa re quam obtinere vult provenit ; ſe-
cunda ratio nimis probat , quia tota materia præla- 10
tionis deſtrueretur , ſi difficultas inveniendi emptores
eſſet conſideranda , cùm ſive res vendatur ſub haſta ,
ſive non . ſemper militat eadem ratio repugnantiæ
inveniendi promptos emptores , & oblatores ob præ-
lationis jus in re competens , ut dictum aſt *in quæſt*.
2. *num*. 6. *& ſeqq*. & in ſpecie reſpondet Bonden.
collect. 45. *numer*. 12. *&* 14. Rovit. *ad pragmat.
Regn. in rubr. de feud. num*. 43. tertia quoque ratio
eſt inſubſiſtens , quia habens jus prælationis non
tenetur concurrere cum aliis extraneis in licitatio-
ne , imò concurrendo ſibi cenſetur præjudicaſſe , ut
aliqui putant ex *dicta deciſ*. 184. *num*. 14. *part*. 1.
recent. proindè ſibi imputari non poteſt ; ſi ſciens jus
ſuum ſalvum eſſe noluit concurrere in licitando , &
extraneum ſuperare ; quarta tandem ratio eſt falſa,
quia ut dictum eſt in *quæſt*. 31. *quæſit*. 12. etiam in 11
venditione ſub haſta non poteſt tradi res extraneo li-
citatori , niſi prius requiſito , & denunciatio eo cui
prælatio competit , prout etiam latè probat Salgad.
dicta parte 3. *cap*. 3. *num*. 22. *& ſeq*. & notat etiam
Scacc. *de commerc. d*. §. 1. *q*. 1. *ſub n*. 245. *verſ. mi-
nus obſtat , quod Decius*.

Neque admittenda eſt aliquorum diſtinctio , qui
credunt , quòd venditio facta ſub haſta non pro de-
bitis Rei conventi , ſed pro debito defuncti dici de- 12
beat neceſſaria , adeout in ea locum non habeat præ-
latio , ut ſcribit Aſcia *determinat*. 200. *num*. 36. de
Luc. ad Franch. *dicta deciſ*. 482. *num*. 5. quibus addi
poteſt Merend. *controv. lib*. 18. *cap*. 47. *num*. 9. Quo-
niam eadem ratio , quæ viget in debitore , viget
etiam in hærede debitoris ſatisfacere volente ejus de-
bitum , quod voluntariam originem habuit , & ſi-
cuti quando Judex ſub haſta vendit exequitur factum
debitoris , & debitor ipſe vivens vendere dicitur , ita
quoque hæres uti repræſentans perſonam defuncti , 13
& factum defuncti voluntarium exequens , rem ip-
ſius cum Iudicis miniſterio vendere dicitur , proindè
hanc diſtinctionem ineptam putat Rendell. *de jur.
protomiſ. ad conſtit. ſancimus verſ. non aliter niſi num*.
24. *fol. mihi* 82. conſonat Franch. *d. dec*. 277. *ſub n*.
1. *verſ. & ſic ſemper judicavimus*.

Pariter neque admittendam puto diſtinctionem eo-
rum voluerunt jus prælationis locum non habere in 14
ſubhaſtatione , quotieſcunque debitor alia bona præ-
ter ſubhaſta non habet , ac ſi eo caſu neceſſitas ſit
præciſa , adeout alio modo reparari nequeat juxta
theoricam Alex. Pariſ. & Grat. quos retulimus in
quæſt. 31. *quæſit*. 12. §. *ſed hic eleganter* , quam ſe-
quitur Napodan. *in conſuet. & ſi mulier , verſ. inſtas*,
Rendell. *de jur. protom. verſ. non aliter niſi ſub num*.
42. *fol. mihi* 86. 86. quia ut dictum eſt in dicta quæ-
ſtione talis opinio adhæret erroneo fundamento, cùm
ſive debitor habeat alia bona , ſive non ſemper in-
ſpecta origine venditio ſub haſta dicatur voluntaria,
& procedat ex facto voluntario debitoris , qui nulla
neceſſitate cogente debitum contraxit.

Ex iſtis etiam facilè ſolvi poterit quæſtio multum
agitata inter DD. an ſcilicet donatio in ſolutum ,
vel addictio pignoris , quæ à Iudice fit creditori ſub- 15
jecta ſit juri prælationis , aut ſtatuto prælationem dan-
ti , cùm enim iſta fiat à Judice pro exequutione rei
judicatæ , certè dicitur neceſſaria , proindè videtur
exempta à jure prelationis , maximè dum rigoroſè
talis addictio venditio dici nequit , ut plenè probat
Tiraq. *dicta gloſſ*. 14. *num*. 8. *& ſeqq*. diſtinguens inter
donationem in ſolutum , & addictionem factam à de-
bitore creditori ipſi voluntariè , aut factam à Judice
extraneo licitanti , & inter illam factam pariter à Iu-
dice ipſi creditori , ſequitur Rendell. *in dicto verſ. non
aliter niſi num*. 21. *& ſeqq*. ubi audacem putat , & ridi-
culam contrariam opinionem Benedell. *de jur. proto-
miſ. in princip. num*. 122. Cenc. *de cenſ. quæſt*. 66.
num.

Digitized by Google

num. 28. *& ſeq.* Intrigliol. *lib.* 1. *ſing.* 327. *num.* 3.
Muta *ad conſuet. Panorm. cap.* 20. *num.* 175. Berlich.
d. concl. 39. 64. *ad* 68. Rovit. *conſ.* 69. *num.* 2. *vol.* 2.
Guttier. *de gabell. quæſt.* 23. *num.* 8. Rumm. in addit.
ad Afflict. *de jur. protomiſ. fol. mihi* 155. *num.* 9. *&* 13.
& fol. mihi 158. *num.* 16. *& ſeqq.* plenè de Luc. ad
Franch. *dicta deciſ.* 482. *num* 3. *&* 4. Rot. *dicta de-
ciſ.* 184. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Barbat. *de diviſ. fruct.
dicta part.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. Beltramin. ad Gregor.
dict. deciſ. 193. *lit. B.*

Sed hæc eadem opinio maximam patitur difficul-
tatem, Etenim ſi ex conceſſione dictorum DD. da-
16 tio in ſolutum à debitore facta ſine miniſterio Iudi-
cis favore Creditoria ſubjecta eſt juri prælationis, &
comprehenditur ſub diſpoſitione legis, vel ſtatuti in
caſu venditionis prælationis jus concedentis, quare
idem dicendum non eſt in donatione in ſolutum fa-
cta à Iudice creditori ipſi dum factum Judicis cenſe-
tur factum partis, & non Judex, ſed debitor in ſo-
lutum dediſſe videtur, quòd ſi dicatur talem dationem
in ſolutum factam à Judice eſſe neceſſariam, illam ve-
rò factam à debitore eſſe voluntariam, ſtatim patet
reſponſio in iiſdem terminis ſubhaſtationis adducta,
nempè quòd inſpecta origine talis neceſſitas non ad-
ſit, imò concurrit voluntas, & permiſſio à debitore
facta Judici tradendi ſcilicet ac dandi in ſolutum rem
propriam, quatenus æs alienum non ſolvat, & hanc
opinionem originaliter tenuit Bald. 306. *numer.* 1.
lib. 1. Vincent. Maxill. *ad conſuet. Bari tit. de jur.
congr.* §. *in pignoribus numer.* 7. Aſcia *determinat.* 200.
Guttier. *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 157. *numer.* 1. *& ſeqq.*
Mantienſ. *ad leg. Hiſpan. tit.* 11. *l.* 7. *gloſſ.* 7. Aze-
ved. *ad eaſdem leg. lib.* 5. *tit.* 11. *lib.* 7. *numer.* 72.
tom. 3. Gratian *diſc.* 544. *numer.* 17. *&* 18. Mo-
lin. *de contract. diſp.* 370. *col.* 7. *in med.* §. *dubium
eſt ſi res patrimonialis*. Mangil. *de ſubhaſt. dicta quæſt.*
120. *num.* 3. *& ſeqq. & num.* 11. *&* 12. ubi tamen
aſſerit inſpecto jure communi hanc opinionem eſſe
veram, ſed in terminis ſtatuti, aut conſtitutionis
loquentis de venditione contraria putat veriorem,
quam opinionem è converſo ſubſtinet Rot. *deciſ.*
429. *num.* 1. *& ſeqq.* apud. Cenc. *de cenſ.* & Cenc.
ipſe *dicta quæſt.* 66. *ſub numer.* 39. *verſ. contrarium ta-
men in his terminis*, in quam etiam Inclinat Gregor.
dicta deciſ. 193. *num.* 8. Ciarlin. *controv.* 72. *num.* 1.
& 15. *verſ. addatur cum ſeq.* ubi defendit, quòd ſem-
per prælatio concedenda eſt, ac denunciatio facien-
da quotieſcumque à Judice res addicitur creditori
pro debito originem habente ex voluntate quidquid
ſit, ſi debitum, propter quod res adjudicatur, tra-
xit originem neceſſariam ab ipſa lege, niſi fiat ta-
lis addictio pro re, puta equo, domo, aut alia re
debita, vel pro ſervitiis præſtitis nulla præcedente
venditione, ut notat Molin. *d. diſp.* 370. §. *dubium
eſt ſi res patrimonialis*, putans hoc caſu eſſe permuta-
tionem, quod tamen non admitterem quando fieret
à Iudice re debita non amplius exiſtente ob quod fuit
debitor condemnatus ad prætium ſuccedens loco rei,
vel quando fuit facta appretiatio ſervitiorum, quia
tunc militant prædictæ rationes in contrarium, &
prælationem petens ſolvere, poterit æſtimationem,
ut dictum eſt *in quæſt.* 25. *quæſit.* 11. *& in quæſt.* 16.
quæſit. 14.

Tertius eſt caſus, quando quis alienat coactus fa-
mis inopia, egeſtate, aut ut à carceribus, vel ab ho-
17 ſtium poteſtate liberetur, & eo caſu ſi præcisè pro re-
paranda dicta neceſſitate venditor alia bona non habe-
at, ſeu alienare nequeat, tenetur adhuc prælationis
jus habentem coram Judice requirere illumque cogere,
vel ad præſtandum ſuum conſenſum, vel ad emendum
pro eodem pretio, non tamen intra tempus datum à
jure ad prælationem petendam, ſed intra tantum tem-
poris ſpatium, quod neceſſitas exquirit, & non ultra,
ut latè dictum eſt in *quæſt.* 31. *quæſit.* 13.

Et circa id advertendum puto, quòd licèt aliqui
putaverint hoc caſu poſſe impunè venditorem alie- 18
nare abſque ulla denunciatione, tamen Emptor non
erit ſecurus à prælationis exercitio, ideò vel cau-
tius erit, denunciare, & obtinere abreviationem ter-
mini à Iudice, vel ſi id neceſſitas non patiatur emp-
tor ſit ſolicitus ſtatim facta emptione, & habita re
denunciare, & venditor idem poterit id ſuadere ne
teneatur ad intereſſe hoc tacente poſt contractum,
ut benè probat Rumm. in Add. ad Afflict. *de jur.
protomiſ.* §. 2. 1. *notab. fol. mihi* 152. *numer.* 36.
& ſeqq.

Quartus eſt caſus, quando Judex condemnat ali-
quem per ſententiam, vel laudum ad rem conſignan-
dam, & in alium transferendam, & tunc indubi- 19
tatum eſt, quòd prælationis jus competere nequit
juxta conſ. 107. Roman. communiter receptum à Dec.
conſ. 300. *col.* 3. Cravett. *conſ.* 215. *num.* 4. *verſ. & ſta-
tutum*, Curt. Sen. *conſ.* 27. *num.* 16. Afflict. *de jur.
prot.* §. 3. *num.* 16. Rumm. in addit. ad eumdem *fol.
mihi* 142. *n.* 26. *& ſeqq. & fol. mihi* 159. *n.* 1. *& ſeqq.*
Rot. *d. deciſ.* 184. *n.* 10. *verſ. Romanus*, latè *part.* 1.
recent. Gratian. *diſcept.* 544. *num.* 46. *verſ. Romanus*,
Mangil. *de ſubhaſt. dicta quæſt.* 120. *num.* 5. Rendell.
de jur. protomiſ. dict. verſ. non aliter niſi ſub num. 20.
in fin. Et ratio non eſt ipſa neceſſitas alienationis,
quia idem eſt, quòd Iudex mediante decreto addicat
bona debitoris creditori, & quòd illi ejuſdem bona
det in ſolutum pro rata ſui crediti mediante ſententia,
vel laudo, utroque enim caſu alienatio originem tra-
hit ex voluntario debito; ſed ratio eſt illa, quam
ipſe Roman. *in d. conſ.* 107. *num.* 2. *in med. adducit*,
quòd ſcilicet fruſtratoria prorſus ſit denunciatio, & 20
requiſitio, ex quo nullum intervenit pretium, quod
poſſit prælationem petens præſtare, neque loco rei,
quam Judex per ſententiam, vel laudum voluit in
collitigantem transferre ſuccedere valet extimatio,
proindè juſtè denegatur prælatio; dum res non ven-
ditur, neque in ſolutum datur, ſed in alium in ea
jus habentem transfertur, ut dicimus in terminis
Tranſactionis, in qua res aliqua ſit data tranſigenti,
tunc enim ſi illa res ſit data ob prætenſiones, & jus, 21
quòd tranſigens ſuper ea habebat, licèt rem obti-
nens aliquid è converſo daret prælatio non habet lo-
cum, quia tranſactio declaravit clarum jus in re, quam
tranſigens poſtea obtinuit, & ex jure primævo obti-
nens eam rem habere dicitur, ſi verò illa res median-
te tranſactione detur in ſolutum tranſigenti pro ali-
quo credito, vel prætenſione valutata, & extimata,
tunc quia res dicitur obtineri jure emptionis, & tra-
di jure venditionis prælatio locum habebit, ut di-
ſtinguit Card. de Luc. *de ſervit. ad materiam retract.
diſc.* 88. *per tot.* ſignanter *num.* 8. *& ſeq.* & dictum eſt
in quæſt. 16. *num.* 183. *& ſeqq.*

Quintus eſt caſus, quando res aliqua in dotem da-
tur alicui puellæ nupturæ, & tunc aut Pater dotat fi- 22
liam, eique in dotem tradit rem aliquam juri præ-
lationis obnoxiam, & prælatio locum non habebit,
ſi tamen alias res aut fructus, aut ſupellectilia Pater
non habeat, quę pro dote filiæ tradere valeat, quia
cùm neceſſitas dotandi filiam proveniat à lege, ne-
ceſſitas verò tradendi illam rem ſpecialem proveniat
à facto, ideſt à deficientia aliarum rerum, meritò
in iſta alienatione neceſſaria prælatio non competet
ſive res data ſit extimata, ſive inextimata, quòd ſi
Pater alia bona habeat, quæ pro dote filiæ aſſignare
valeat non poterit in damnum, & in fraudem præ-
lationis jus habentis rem exemptam à jure præla- 23
tionis, & extimatam ea extimatione, quæ facit emp-
tionem, & venditionem marito filiæ tradere, niſi aliàs
matrimonium ſtabiliri non poſſet, juxta theoricam
Speculat. *in tit. de locat.* §. *nunc aliqua*, *verſ.* 109. *&
conſulunt* Cravett. *conſil.* 215. *num.* 7. Anton. de Pa-
dill. *in Auth. res, quæ, num.* 105. *C. commun. de legat.*
plenè

Plenè Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 10. *nu.* 13. *& ſeqq.* ſignanter *num.* 27. quem ſequitur Rot. *deciſ.* 35. *num.* 28 *part.* 10 *recent.* & intelligendus eſt Rovas *deciſ.* 151. *num.* 10. *& decis.* 140. *num.* 12. *& ſeqq. ac deciſ.* 169. *num.* 24. *part.* 9. *recent.* conſonat. Roſenthal *de feud. cap.* 9. *membr. prima, concl.* 8. *num. primo, & ſeqq.* ſignanter *num.* 6. Rot. Bononienſ. *diverſ. deciſ.* 113. *n.* 9. *&* 10. Rodoer. in addit. ad de Mario. *cap.* 91. *nu.* 20. & optimè explicat Cutell. *de donat. tract.* 2. *diſc.* 1. *ſpec.* 21. *num.* 3. *in fin. &* 4. ita quoque intelligendus eſt Jaſ. *in l. fin. numer.* 108. *Cod. de jur. emphyt.* Ranchio. in annot. ad Guidopap. *decis.* 48. *in med. verſ. quod res dotalis*, Aryas de Meſa *var. lib.* 3. *cap.*
24 26. *num.* 5. *& ſeqq.* Dooade. *de remune. tomo primo cap.* 30. *num.* 67. *& ſeqq.* Aut extraneus dotare non obligatus dotat puellam, & eo caſu ſi rem illi tradat in dotem inæſtimatam abſque dubio prælatio locum non habebit, dum verſamur in iiſdem terminis rei donatæ, in qua omnes affirmant prælationem non competere, Guidopap. *deciſ.* 48. *ſub num.* 1. *verſ. item de re in dotem data*, Gratian. *diſcept.* 745. *numer.* 93. *verſ. cum igitur, & ſeqq.* Corbul. *de privat. ob alien. irrequiſ. Dom limit.* 20. *num.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 28 *num.* 42. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alienat. qu.* 1. *num.* 265. *fol.* 290. & eſt theorica Jaſ. *in d. l fin. num.* 108. *C. de jur. emphyt.* Cutell. *de donat. d. ſpec.* 22. *num.* 4. *& ſeqq.* Tiraq. §. 1. *gloſ.* 14. *num.* 96. *ad* 109. Muta *ad conſuet. Panorm. cap.* 47. *nu.* 32. ſi verò rem in dotem tradat marito puellæ æſtimatam ea tamen æſtimatam ea tamen æſtimatione, quæ inducit contractum emptionis, & venditionis inter virum, & uxorem, tunc quæſtio videtur anceps, quia ſciſſæ ſunt DD. opiniones, ſunt enim illi, qui defendunt prælationis jus in hoc caſu locum non habere, ideſt Marant. *in tractat. de multiplic. alienat. prohibit. num.* 149 Jacob. Novel. *de jur. protomiſ.* §. 3. *num.* 34. Rendel *eodem tractat. in § cauſa verò dotis num.* 6. *& pluribus ſeqq. fol. mihi* 196. Arias de Meſa *d. cap.* 26. *num.* 1. *& ſeqq.* Peregr. *decis. Patav.* 27. *ſub num* 3. *ſignanter in §. ultimo*, Rumm. ad Afflict. *fol.* 147. *&* 148. qui moventur ex quo principalis contractus, qui fit inter maritum, & uxorem non eſt emptionis, & venditionis, ſed dotalis, & dotis cauſa initus, in quo ſtatuta, vel leges loquentes de venditione locum non obtinent, & quamvis æſtimatio faciat cenſeri rem venditam, tamen hæc non eſt veritas, ſed juris fictio, & non inde contractus emptionis à jure fictus dicitur ſeparatus, ſed potius quoddam capitulum contractus dotalis adeout non ex cauſa emptionis res à viro poſſideri dicatur, ſed ex cauſa dotis.

Concurrit quoque alia ratio incertitudinis talis contractus emptionis, & intereſſe ipſius mulieris; ſi enim contingeret prout ſæpè evenit, quòd maritus reſtitutionis tempore ſolvendo non ſit certè ex communi DD. opinione in ſubſidium res etiam æſtima-
25 ta dotalis diceretur, & utilis rei venditio uxori competet, imò quilibet contractus ſervitus, hypotheca, aut cenſus ſuper illa re impoſitus, aut initus evaneſcit, ac prorſus reſolvitur Mantic. *de tacit lib.* 12. *tit.* 28. *n.* 16. Coſta *remed. ſubſid* 61. *n.* 3. *& ſeqq.* Cancer *var. lib.* 1. *cap.* 9 *num.* 113 Barboſ. *in l. quoties num.* 3. *columm.* 2. *verſ. Dominus. C de Jur. dot* alter Barboſa *in l. æſtimatis in princ. column ff de Jur dot.* Giorb. *ad conſuet. Senat Meſſan. cap.* 13. *gloſſ.* 1. *part.* 1. *nu* 81. *fol. mihi* 744. ubi plures concordantes: Res itaque ita ab uxore marito in dotem data, & à prælationis jus habente obtenta poſſet eſſe, & non eſſe dotalis, eſſe, & non eſſe vendita, & poſſet contingere, quòd marito non exiſtente ſolvendo mulier poſſet reſciſſo contractu inito inter virum, & eum, qui prælationem obtinuit rem vindicare, quæ quidem quanta abſurda, & quanta incommoda inducant quiſque videt; imò concernunt mulieris intereſſe, quæ cogeretur contra tertios agere, unde prælatio ex iſtis, aliiſque ponderatis ſupra, videtur deneganda.

Sed contraria opinio verior videtur, quam ſequitur Jaſ. *in d. l. fin. num.* 108. ubi etiam Salicet. *numer* 10. Speculat. *in §. nunc aliqua quæſt.* 110. *nu.* 134. *tit. de locat.* Tiraquel. *de contract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. 26
num. 108. *& ſeqq. & num.* 96. *uſque ad num.* 102. Afflict. *de Jur. protomiſ. num.* 7. *verſ. item quæro, quid ſi detur fundus æſtimatus ea æſtimatione*, Jacob. Novel. *ſibi contrarius eodem tractat.* §. 2. *nu.* 133. *& ſeq.* Marant. pariter ſibi contrarius *conſil.* 2. *pariter fere per totum*, Bard. *de jur. congr. quæſt.* 12. *num.* 3. *fol. mihi* 150. Marc. Mant. *conſ.* 117. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 1. Cutel. *de donat. tract* 2. *diſc.* 1. *ſpecial.* 21. *num.* 8. Corbul. *de cauſ. privat. &c. ampliat.* 32. *per tot.* Ranchin. in addit. ad Guidopap. *deciſ.* 48. *poſt med. verſ. quod ſi res dotalis*, Cald. *d. cap.* 10. *num.* 29. Gratian. *diſcept.* 743. *ſub numer.* 93. *verſ. cum igitur, & ſeqq.* Marc. muta *ad conſuet. Panorm. cap.* 47. *num.* 31. *& ſeqq.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 417. *nu.* 843. Et 27
ratio eſt evidens, cùm enim hoc caſu juxta Text. *in l. quoties, C. de jur. dot.* inter virum, & uxorem lex affirmet initum eſſe contractum emptionis, & venditionis meritò leges, aut ſtatuta prælationem dantia in caſu venditionis ſuam vim obtinere debent, & quamvis venditio videatur facta ex cauſa dotis, ut ait J. C. *in d. l. quoties*, non tamen in hoc caſu dos reperitur ſpecialiter privilegiata, & conſequenter nil relevat, quod ex dicta cauſa emptio dicatur contracta, neque adduci poteſt incertitudo contractus, & intereſſe mulieris, quia aut pretium à prælationem petente datum marito fuit ab eodem inveſtitum, prout fierit debet, Rendel. *de Iur. protomiſ §. Cauſa verò dotis num.* 26. *fol. mihi* 237. aut non, ſi fuit inveſtitum, tunc quia res illa empta ex dicto 28
pretio ſucceſſit loco dotis in ſubſidium, juxta Text. *in l. ſi ex lapidicinis* 33. *ff. de jur. dot.* Bart. *in l. labeo verb. abeſſe, ff. de verb. ſignif. & conſ.* 124. *num.* 2. *verſ. præterea, lib.* 3. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *quæſt* 32. *num.* 6. *& ſeqq.* & alter Merlin. *controv. lib.* 2. *cap.* 67. *n.* 31. *& pluribus ſeqq.* Card. de Luca *de dot. diſc.* 166. *num.* 83. ſemper & quandocumque uxor præ- 29
ſertim in ſubſidium poterit adverſus eam rem agere, ad Text. *in l uxor marito* 56. *cum gloſſ. ibi in fin. in verb. accomodari, ff. de donat. inter vir & uxor. l. filia* 88. *ff de ſolut.* Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 27. *n.* 9. Burat. *deciſ.* 874 *num.* 4. *verſic. & ita etiam*, apud quem concordantes, quin imò tenetur contra eam rem agere ſive ſucceſſerit loco dotis, ſive non, cùm enim dubitari nequeat, quin illa ſint bona mariti jure optimo antequam contra rem datam æſtimatam agere valeat, tenetur ea diſcutere, Morot. *conſ.* 44. *num.* 14. Giurb. *d. cap.* 15. *ſub num.* 21. *verſ. diſcuſſis tamen*, Gratian. *deciſ. Marchia* 71. *num.* 1. Cancer. *d.* 30
cap. 9 *ſub num.* 122. *verſic. utrum autem requiratur*; Aut non fuit inveſtitum, & eo caſu is qui prælationis jus obtinuit, liberatur, ſi rei æſtimationem mulieri ſolvat, ut teſtatur Giurb. & Cancer. præcitati, imò quando etiam contingeret, quòd in ſubſidium poſſet talis res ab uxore vendicari, id tamen pro nihilo obſtaret ad effectum impediendi prælationis jus, & quamvis illud obtinens, & rem poſſidens ſub dubio maneat, demùm ſolvendi pretium, & æſtimationem, vel rem amittendi, id tamen non redundat in perniciem mulieris, ſed in damnum ipſius qui prælationem obtinuit, qui ſibi ipſi imputare debet, quòd in caſu tam pericoſo voluerit prælationem petere.

Hinc obiter concludendum eſt contra Camill. Salern qui in addit. ad Napod. *in conſuet. ſi quis emit, num.* 42. *lit. A.* defendit quòd ſi Pater rem quam emit

antequam

anteq̃uam interpelletur conſtituat pro dote filiæ nupturæ, vel maritus antequam ponatur in mala fide de re empta antephatum, vel augmentum dotis uxoris fecerit, nequeat amplius intentari prælationis actio etenim hæc concluſio eſt falſa, non ſolum quia videtur id geſtum in fraudem juris congrui, ut notat Anton. de Alexandr. in addit. ad eumdem Napodan. *ubi ſuprà lit. B.* Rendel. *in d. §. cauſa verò dotis n. 14. & n. 16. uſque ad finem*, verùm etiam quia dum pro prælatione obtinenda datur actio in rem ſcripta, iſta competit facto contractu venditionis quamvis res ex quocumque titulo ad mille manus pervenerit, ut dictum eſt in quæſt. 16. n. 226.

QUÆSTIO XVIII.

An Prælatio competat quando res alienatur ex præcepto Teſtatoris.

SUMMARIUM.

1 *Hæres vendens rem juſſu Teſtatoris, non vendit ex voluntate, ſed ex neceſſitate.*

2 *Actio ex Teſtamento competit illi, cui Teſtator mandavit in Teſtamento rem aliquam vendi.*

3 *Alienatio neceſſaria eſt exempta à qualibet legis, vel ſtatuti prohibitione.*

4 *In venditione neceſſaria, non competit prælatio.*

5 *Voluntas Teſtatoris non debet reſtringi, nec ſperni, aut negligi.*

6 *Alienatio, quæ fit contra voluntatem Teſtatoris, eſt nulla.*

7 *In venditione facta ab hærede ex præcepto Teſtatoris, non competit prælatio.*

8 *Teſtator non poteſt facere quin lex ſuum operetur effectum.*

Voluntas Teſtatoris, tunc eſt ſervanda, ſi legi non contradicat.

9 *Venditio facta in Teſtamento, habet vim, & naturam contractus inter vivos.*

10 *Venditio facta ab hærede exequente voluntatem defuncti, non dicitur facta ab hærede, ſed ab ipſo defuncto.*

11 *Hæres vendens rem in exequutionem præcepti Teſtatoris, dicitur nudus Miniſter.*

12 *In venditione facta ab hærede exequente voluntatem Teſtatoris, qui mandavit rem vendi alicui, prælatio competit.*

13 *Teſtator non poteſt in ſuo Teſtamento præcipere, quòd in venditione alicujus rei non competat prælatio iis, quibus de Iure debetur.*

Amplia ut neque poſſit ex fideicommiſſo id prohibere.

14 *Teſtatoris voluntas ad unguem eſt ſervanda in iis, quæ præter, aut ſecundum Ius diſpoſuit, ſecus verò in iis, quæ contra jus diſpoſuit.*

15 *Si Teſtator mandavit in Teſtamento rem vendi Titio, Titius illam rem non habet ex venditione hæredis, ſed principaliter ex legato.*

16 *Præceptum factum à Teſtatore vendendi rem alicui, nullo certo expreſſo pretio, valet quia non eſt venditio, ſed legatum.*

17 *Legatum quoad legatarium, debet eſſe gratuitum.*

18 *Teſtator mandans hæredi, quòd vendat alicui rem aliquam, non dicitur legare rem ipſam, ſed tantum nudum factum præſtandum ſuper ipſa re.*

19 *Id eſt dat facultatem illi, cogendi hæredem ad ſibi vendendum.*

20 *Res vendenda alicui ex præcepto Teſtatoris non debet vendi gratis, ſed juſto pretio, niſi aliud Teſtator caverit.*

21 *Ex legato venditionis rei, non infertur ad legatum ipſius rei vendendæ contra opinionem Bartoli.*

22 *Prælatio non competit, quando Teſtator in caſum alienationis faciendæ per hæredem, vocat in re alienata alium.*

23 *Amplia ut nec competat, quando res transfertur in alium Titulo gratuiti fideicommiſſi, aut legati.*

24 *In alienatione facta in Teſtamento non habet locum prælatio, quando ſtatutum eam concedit in alienatione inter vivos.*

25 *Limita quando lex, aut ſtatutum ſimpliciter prælationem concedit in alienatione abſque additione dictionis inter vivos.*

26 *Prælatio non habet locum in venditione, quæ fit ex præcepto Teſtatoris, quando Teſtator rem magni valoris mandavit vendi uno nummo, aut nullo refuſo pretio.*

27 *Limita quando Teſtator rem majoris pretii juſſit vendi minori pretio, ſi illud minus ſit modicum.*

Et tunc prælationem petens non tenetur refundere illam modicam quantitatem donatam, & numer. 28. & 29.

29 *Declara ſi Teſtator ſciens rei valorem, expreſſit illud plus legare, quia tunc licèt habeat locum prælatio, tamen quantitatem legatam licèt modicam, refundere quoque tenetur prælationem petens.*

30 *Imò ſi quantitas ſit conſiderabilis, quamvis non appareat, quòd Teſtator ſciverit verum valorem rei, adhuc tamen quantitas illa cenſetur legata, & prælationem petens eam refundere debet, & numer. 31.*

31 *Limita quando Teſtator, rem, quæ valebat centum aureos, mandavit vendi viginti, aut triginta, quia tunc prævalet valor legatus pretio, quod ſolvitur, & non habet locum prælatio.*

33 *Teſtator in ſuo Teſtamento poteſt licitè jubere, quòd in caſu venditionis, aliquibus competebat prælatio.*

Iſta quæſtio eſt ſubtilis ſuſpectionis; quia prima
fronte videtur prælationem non competere, Hæres
enim tenetur per neceſſe illam rem alienare, vendere 1
cui teſtator voluerit; ideò ſi alienat hoc non facit
ex voluntate, ſed ex neceſſitate, *l. ſi hæres, ff. de
action. empti*, Bald. *conſ. 358. numer. 1. verſ. quia cum
Text. lib. 1.* plenè Mantic. *de conjecturis lib. 3. tit. 18.
numer. 13. verſ. ſimiliter*, ubi quòd pro hoc juſſu
competit actio ex Teſtamento contra hæredem, per
Text. *in l. unum ex familia in princip. ff. de legat. 2.* 2
neceſſaria autem alienatio eſt exempta à qualibet legis
prohibitione, & ſolemnitate, *l. Pater 38. in princip.
ff. de legat. 3. l. cum fides 9. ff. de fideicommiſ.* 3
*libert. l. 1. ff. de fund. Dotali, l. Mulier 22. §. ſi Hæres,
ff. ad Trebell. l. divus 5. ff. de petition. hæreditatis*,
cum aliis adductis per Giurb. *ad conſuet.
Senat. Meſſan. clauſ. 14. gloſ. 6. part. 1. n. 7.* Ideò nec
includi debet in Juribus, & regulis prælationem concedentibus,
& abſolutam facultatem alienandi negan- 4
tibus, ut dictum eſt in *quæſt.* 17.

Præterea ſi hoc caſu prælatio daretur eveniret
caſus contra præciſam voluntatem defuncti, qui jubendo
quòd res vendatur Titio, certè non vult, quod
auferatur à Titio, & vendatur Sempronio, qui habet 5
prælationem, voluntas autem Teſtatoris citra conſcientiam
læſam negligi non poteſt, *l. Milites 5. C. de Relig.
& ſumpt. funer. Can. ultima voluntas 13. q. 2.* nec
ſubverti niſi violatis omnibus pietatis Juribus, *l.
contra voluntatem 7. Cod. de Teſtamento manumiſ.*
nimìque reſtringi, quia libera eſſe debet, quo ad
Teſtatorem poſtquam jam aliud velle, non poteſt, *l.
1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & tamquam lex eſt ſer- 6
vanda, & ſicut alienatio, quæ fieret contra formam
legis eſſet nulla, ita etiam illa, quæ fit contra voluntatem
Teſtatoris. Calcan. *conſ. 8. col. 11.* Craveta
conſ. 174. num. 3. in fin. quia nimis durum eſt Teſtatoris
Judicium reddi eluſorium, & de directo contrarium
evenire eò quod ipſe diſpoſuit contra Text.
in l. vel negare, ff. quemadmo. l. Teſtam. aperiantur,

l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. §. final. verſ. hac nos, auth.
de hæredit. & falcid. & ita in ſpecie cæteris anti-
7 quioribus comulatis nulla tamen ex his ferè adducta
ratione reſolvit Carpan. ad Stat. Mediol. p. 1. cap. 417.
n. 859. & ſeqq.

Sed verius eſt in contrarium, quia Teſtator non
poteſt facere, quin lex ſuum operetur effectum, l. ne-
8 mo poteſt, ff. de legat. 1. neque ejus voluntas contra
legem ſeipſam eſt ſervanda, Auth. de Nuptiis, §.
diſponat itaque verſ. ſi verò nihil cum gloſ. verb. ſi verò
nihil in fine, l. cum quæſtio, C. de legat. §. ult. inſtit.
eodem, nec privata Teſtatoris diſpoſitio poteſt legis,
vel Canonis conſtitutionem immutare, cap. requiſiti
de Teſtam. quin etiam, & militia voluntas, qui ma-
gis latè habet teſtandi licentiam, tunc demum ſer-
vanda eſt, ſi legi non contradicat, l. ex Teſta-
menta, & ibi Bald. in ſumma C. de Teſtamento mi-
litari.

Præterea ſi Teſtator in ſuo Teſtamenta vendidiſſet,
qui nam dubitaret locum habuiſſet prælationem,
9 dum illa venditio licet facta in Teſtamento habe-
bat vim, & naturam contractus inter vivos ex Bald.
in l. ex Teſtamento 29. numer. 1. C. de fideicommiſſ.
& in l. ſi Avia 6. numer. 2. C de Iur. deliber. Ol-
drad. conſ. 114 numer. 1. & 2. Roman conſ. 171.
numer. 7. Tiraquel. de retract. lignag. ad fin. tit. nu.
7. & conſonat Gutierez. in l. nemo poteſt num. 251.
ff. de legat. Rot. deciſ. 203. num. 18. & ſeqq. num. 20.
& 21. part 12. rec. Idèòque non eſt deneganda præla-
tio, quando Teſtatore jubente, & mandante fit ven-
ditio, per regulam Text. in l. qui ſervitutem, & l.
quæritur 38. ff. de bon. libert. l. 1. C. ſi adverſus donat. &
l. cum quadam 26. C. de adminiſtrat. Tutor. Maximè
10 quia venditio propriè hoc caſu facta non diceretur ab
hærede, ſed ab ipſo Teſtatore, qui vendere juſſit, quid
enim hæres videtur de ſuo dediſſe, ſi quod vendidit
omninò vendere debebat? l. unum ex familia 69. §. ſi
de falcidia ff. de legat. 2 l. ſi arrogator 12. ff. de adop-
tion. l. ſi hæres 5. ff. de action. empt. Gratian. diſc. 416.
num. 2. Rot. deciſ. 179. numer. 2. part. 10. recent. Ex
quidem emptor hoc caſu nihil commodi ab hærede
ſentit, ſed magis ſibi debitam conſequitur venditio-
nem, l. ſi ſervo 84. ff. de hæred. inſtitut. quia hæredes
nudus tantum eſt miniſter, dicta l. unum ex familia,
§. ſi de falcidia, quòd igitur ipſe vendidit ex Teſta-
toris juſſu, ipſum Teſtatorem vendidiſſe dicen-
dum eſt, per Text. in l. in ædibus 9. §. quod filiusfa-
milias ff. de donat. Rot. d. deciſ. 179. numer. 2. part.
10 recent.

Atque hanc opinionem tenuerunt Bald. de Iur. pro-
tomiſ. ſub num. 7. verſic. quid ſi Teſtator legavit fun-
dum, ubi verè loquitur de fideicommiſſo facto cum
conditione, quòd ſi res fideicommiſſo relicta ven-
di contigerit non poſſit vendi niſi Titio, & reſol-
vit adhuc in caſu venditionis præferendum eſſe ha-
bentum Jus protomiſeos, ſequitur Afflict. ibidem
numer. 10. not. 8. & in pulchro caſu Guidopap
conſ. 97. in ultim. dubio, cujus concluſionem cir-
ca id tantum approbandam puto, Rendel. de jur.
protom. §. cauſa verò dotis, verb. ex Teſtamenta, num.
3. & ſeqq. & n. 8. ubi etiam Benedel. n. 16. verſ. limita,
Rumm. in addit. ad Afflict. §. 2. 8. notab. n. 4. & ſeqq.
fol. mihi 151. latè Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14.
num. 126. in fin. & in præfat. nu. 48. in fin. ac ad fin.
Tituli nu. 7. & ſeqq. quem ſequitur Nigr. de laudem.
quæſt. 1. nu 126. & ſeqq. & quæſt. 34. numer. 21. tom. 2.
& quæſt. 13. numer. 93. Marzar. conſ. 2. num. 5. Cæſ.
Manent. conſ. 106. num. 4. poſt ſuas deciſ. ubi fortius
quòd non poſſit quis in Teſtamento mandare, quòd
in venditione alicujus rei non competat prælatio,
neque ex fideicommiſſo id prohibere, ſequitur Rot.
coram Mantic. deciſ. 63. per tot. Eminentiſſ. de
Luca deſervat. diſc. 80. numer. 5. & ſeqq. & con-
ſonat Jul. Capon. contr. for. 18. à numer. 10. ad 16.

Contraria facillimè refelluntur; Etenim licèt ve-
rior opinio ſit, quòd prælatio non militat in vendi-
tione verè neceſſaria, tamen venditio hæc non eſt ne-
ceſſaria, quia licèt talis dici poſſet reſpectu ipſius hære-
dis, qui Juris neceſſitate compellitur ad Teſtatoris pla-
cita adimplenda, tamen qui hæres hoc caſu eſt tan-
tum nudus Miniſter, & Teſtator ipſe vendere me-
diante hæredis facto videtur, ut dictum eſt clarè pa-
tet, quòd Teſtator cujus perſona principaliter con-
ſideratur nullo Jure coactus dicitur ad vendendum
rem ſuam.

Neque multum exageranda eſt, poteſtas Teſtato-
ris ipſiuſque voluntatis libertas, ac pietas eam ſervan-
di, quia hæc omnia benè procedunt in iis, quæ aut ſe- 14
cundum, aut præter Jus ipſe Teſtator diſpoſuit, non
autem in iis, quæ contraria legi ſcriptæ eſſe noſcuntur,
ut dixi dicta autenth. de nuptiis, §. diſponat itaque,
cum gloſ. verb. ſi vero nihil.

Sed multum obſtare videtur conſideratio, quòd ſi
Teſtator legat alicui rem aliquam nulla concedi de-
bet prælatio, ut dixi in quæſt. 16. numer. 108. at
quando Teſtator jubet, quòd Hæres Titio vendat
rem, tunc ſi Titius emit illam rem non habet ex
venditione hæredis, quæ cau'ata fuit ex præcepto 15
Teſtatoris, ſine quo hæres non vendidiſſet, ſed
principaliter illam habet ex legato, ut concludit in
ſpecie Dynus in l. uxorem 39. §. Agri plagam, ff. de
legat. 3. Jacob. de Buttrigar. in l. ſi hæres, ff. de action.
empt. Bald. conſ. 440 nu. 7. lib. 5. Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib. 3. tit. 18. num. 12. in princ. Nigr. de
laudem. lib. 2. quæſt. 34. num. 20. & conſonat doctri-
na in l. 1. verſic. quæro ſi Teſtator, Cod. commun. de legat.
dicentis, quòd ſi Teſtator jubeat rem vendi nullo cer- 61
to expreſſo pretio valeat præceptum, licèt alias ven-
ditio ſine pretio certo non teneat, quia non eſt ven-
ditio, ſed legatum, & ſequitur Crot. conſ. 194. n. 19.
lib. 3. ergo nulla concedi debet prælatio.

Sed reſpondetur (pace tot Inſignium DD.) quòd
magna eſt differentia inter legatum rei, ac legatum 17
facti præſtandi ſuper ipſa re, quando autem Teſtator
legat rem ipſam, tunc quia legare eam non poteſt niſi
gratuito, cùm hoc ſit de eſſentia legati, quod vel prove-
niat ex mera liberalitate, vel ſaltem quoad legata-
rium ſit gratuitum, §. 2. inſtitut. de legat. in princ.
Bald. conſ. 253. num. 1. verſic. præterea abſurdum lib. 3.
merito nulla competit prælatio, quia eam petens ni-
hil poteſt præſtare.

At quando Teſtatur mandat hæredi quòd vendat
Titio rem aliquam tunc non legat ipſam rem, ſed tan- 18
tum nudum factum præſtandam ſuper ipſa re, ex de-
ductis per Alex. in l. ſi fidejuſſor, §. meminiſſe numer.
2. ubi Imol. ff. de legat. 1. Eminentiſs. de Luca de
legat. diſc. 22. numer. 14. 15. & 17. & optimè Bero.
conſ. 15. numer. 5. lib. 3. idest dat facultatem Titio
cogendi hæredem ad vendendum, Bero. dicto conſ. 19
15. numer. 5. & faciunt adducta per Rovit. deciſ. 57.
ſub num. 18. verſ. ecce igitur, Fabian. de Monte de
empt. & vendit. in 3. quæſt. principali num. 47. & eſt
Text. non obſcurus in l. & ſi aqua 66. ff. de legat. 1.
& quidem juſto pretio non gratis niſi aliud Teſtator
caverit, ad Text. in l. ſi cui legetur 89. §. meminiſſe 8. 20
ubi Bartol. Bald. ac alii, & præſertim Alex. ff. de le-
gat. 2. Jaſon. in l. ſi fundum, §. ſi libertus n. 13. ff. eod.
Mantic. de conject. ultim. volunt. dicto lib. 3. tit. 18. n.
14. quidquid dicant multi relati per Nigr. de lau-
dem. tom. 2. quæſt. 13. à num. 93. ad. 99 qui defen-
dunt ex authoritate Bartoli, hoc caſo eſſe translatum as
dominium illius rei in eum, cui Teſtator mandavit
vendi, & ſic eſſe legatam rem, quòd repugnat rationi
legali, quod ſcilicet ex legato venditionis inferatur ad
legatum ipſius rei vendendæ, quæ ſi emi debet pretio
juſto ſoluto, quomodo dici poteſt legata? & proindè
verior opinio eſt contra Bart. ut notat Bologn. in l. 1.
numer. 303. ff. de legat. 1. Rendel de jur. protomiſ. §.
cauſa

cauſa verò dotis, verb. ex Teſtamento numer. 7. *& ſeq.*
ubi aliam dat reſponſionem.

Ideò ſi res ipſe non eſt legata benè competit præla-
tio, quando pretio juſto venditur, ab hærede, & non
gratuitò à Teſtatore conceditur, tunc enim prælatio-
nem petens poteſt dare idem pretium, quòd vult da-
re Titius, cui non eſt relicta res, ſed ſimplex facultas
eam rem emendi juſto pretio.

Propterea vera eſt opinio Tiraquel. *de retract. li-
gnag. ad fin. tit. num.* 117. quem ſequitur Carpan. *ad*
22 *Statut. Medeolan. dicto cap.* 417. *num.* 864. qui contra
Ferron. *ad conſuet. Burdigal. tit. de retract.* §. 1. *col.*
3. *verſ. addidimus*, quem refert Rendel. §. *cauſa verò
dotis, verb. ex Teſtamento num.* 3. dicit, quòd ſi Te-
ſtator prohibeat alienationem, & in caſu alienatio-
nis faciendæ per hæredem, vocet in re alienate ali-
quem, non poſſit quis prælationem in ea re petere,
quia tunc non tedit ea res in vocatum titulo ven-
ditionis, aut alienationis mediante pretio, ſed titulo
gratuiti fideicommiſſi, & legati, in quo non habet
23 locum prælatio, quòd etiam notavit Carpzov. *ad con-
ſtitut. Saxon. part.* 2. *conſtitut.* 31. *definit.* 15. *per tot.*
ubi latè defendit, quòd prælatio non habeat locum
in alienatione gratuita facta à Teſtatore in Teſta-
mento.

Carpan. autem, qui contrarium defendit ſecundum
materiam, de qua agit non videtur reprobandus, ipſe
24 enim, ut *num.* 860. fatetur, ſcribit ſuper ſtatuto, quòd
concedit retractum in alienatione inter vivos proindè
locum habere non poteſt in elienetione facta in Te-
ſtamento, quia quidquid ſit en verè illa alienatio
tranſeat in ſpeciem contractus inter vivos, vel ulti-
mæ voluntatis, de qua re plenè agit Mantic. *de
conject. lib.* 3. *tit* 18. *numer.* 13. *verſic. ſimiliter*, ta-
men non poteſt dubitari quin ſit actus mixtus, qui
proindè in tali ſtatuto exorbitanti non comprehen-
deretur, plenè Mantic. *dict. tit.* 18. *nu.* 13. *verſic. quod
tamen & verſic actus mixtus*, Rot. *deciſ.* 475. *n.* 3. *part.*
1. *diverſ.* & in Romana Prælationis 16. Februarii
1618. §. *ſicut etiam*, coram Card. Sacratu.

Quòd tamen admittendum non eſſe crederem, ſi
ſtatutum ſimpliciter prælationem, vel retractum con-
cederet, quando res alienatur abſque additione di-
ctæ dictionis *inter vivos*, quia tunc quamvis hæres
ex præcepto Teſtatoris vendiderit, prælatio compe-
teret ex his, quæ notat in ſimili Alex. *in l. ſi dignum,
in fin. verſ. ſi tamen Statutum, ff. ad leg. falcid.* Jaſ. *in
l. juſtè n.* 29. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Mantic. *d. tit.* 18. *nu.*
13. *& ſupra dictum eſt.*

Sed hic eleganter quærendum eſt, an prælatio com-
petat, ſi hæres juſſus ſit, rem majoris pretii vendere
minori pretio.

Diſtinguendum eſt, nam, aut Teſtator rem magni
valoris mandavit vendi uno nummo, aut nullo pre-
tio refuſo, ut eſt caſus *in l. ſi uſusfructus* 66. *in fin. ff.
de jur. dot.* & tunc dicendum eſt nullam prælationem
competere, quia totam rem videtur hæres tradere ex
legato, non autem ex venditione, quæ imaginaria vi-
26 detur eſſe, ad Text. *in l. in ratione* 30. §. *vendere au-
tem, ff. ad l. falcid. & in l. ſi ſponſus*, §. *circa vendi-
tionem, ff. de donat. inter vir. & uxor.* & latè Dec. *in
l. imaginaria ff. de reg. iur.* Tiraquel. *in l. ſi unquam
verbo donatione largitus nu.* 3. *C. de revocan. donat.*
ubi ex Suetonio, Horatio, & Porfirio, eruditiſſimè do-
cet, apud antiquos in uſu fuiſſe vendere rem pre-
tioſam uno nummo, non ut venderetur, ſed ut do-
naretur, qui enim vendit nullum pretium exacturus
donare videtur, *l. cum in venditione* 36. *ff. de contrahen.
empt. l. empti* 9. *C. eod.*

Aut Teſtator juſſit, rem majoris pretii vendi mi-
nori pretio, & tunc ſubdiſtinguendum eſt; Sed enim
id, quòd res pluris valet ſit quantitas modica, & tunc
habet locum prælatio, & ſi non conſtet de præciſo
animo Teſtatoris, id plus legandi, non tenetur præ-

lationem petens refundere, niſi pretium à Teſtatore
ſtatutum, quoniam licèt id quod pluris res, quæ ab 27
hærede ex præcepto Teſtatoris venditur, valet dica-
tur eſſe in legato, per Text. *in dicta l. in ratione* 30.
§. *vendere autem*, ubi gloſs. Bart. Bald. Alex. & Ca-
ſtren. *in princ. ff. ad leg. falcid.* Ambroſ. de Opizzo
in l. filiusfamilias, §. *divi numer.* 86. *in fin. ff. de
leg.* 1. Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 18. *ſub numer.* 13.
verſ. quod tamen. Ambroſ. de Oppizo, tamen id pro-
cedit, quando valor ille eſt magnus, ſecus quando eſt
modicus, quia tunc ex natura contractus venditionis
licet exceſſum illum retinere, & ſicuti hoc caſu, ſi
Teſtator ipſe vilius venderet illud plus, non intelli-
geretur donare, ſed tanquam conſequutivum natu- 28
ræ ipſius venditionis ex eodem contractu, eoque
ipſius contemplatione intelligeretur tradere ad Text.
in l. item ſi pretio, in fin. ff. locat. Bald. *in rubric.
Cod. de contrahen. empt. quaſt.* 12. *numer.* 21. ubi
egregiè Andr. Barbat. *in cap.* 1. *de empt. & vendit.*
Tiraquel. *in d. l. ſi unquam verbo donatione largitus
numer.* 7. ita etiam ſi mandavit ſuo Teſtamento rem
viliori, ſed modico pretio vendi, non cenſetur lega-
re, maximè quia, quando exceſſus pretii eſt modi-
cus poteſt juſtè ſuaderi, quòd non fuerit habitus in
conſideratione à Teſtatore, qui potuit fortaſſe cre-
dere, rem ſuam amplius non valere, ad Text. *in l. in* 29
fraudem 10. *ff. qui, & à quibus*, & plenè Latr. *deciſ.
Granat.* 80. *toto numer.* 6. *& per tot.* & diximus *quaſt.*
16. *circa finem numer.* 206. *& ſeqq.* quidquid dicat
Rendel. *d. verb. ex Teſtamento numer.* 8. *verſ. igi-
tur.*

Si autem pretium non ſit modicum, ſed conſide-
rabile, & tunc duo caſus diſtinguendi ſunt; Pri-
mus eſt, quando ſumus in dubio, quòd Teſtator
ſciverit, vel ignoraverit verum valorem rei, atque
ipſum exceſſum, & eo caſu quidquid ſit in venditio-
ne ſimplici, mihi videtur apertum, quod quando 30
Teſtator mandat alicui rem vendi minori pretio con-
ſiderabili, cenſeatur illud plus legare, juxta Text.
in dicto. §. *vendere*, quando tamen perſona emptoris
Teſtatori eſt cognita, quia tunc in parte remiſſa
conſiderabili ſuccedit donandi, & legandi conjectu-
ra, unde hoc quoque caſu prælationem petens de-
bet illam partem refundere, ad tradita per Tiraquel.
de retract. lignag. §. 1. *gloſſ.* 18. *numer*, 11. *& pluri-* 31
bus ſeqq. ſignanter numer. 16. *&* 18. Papon. *lib.* 11.
tit. 7. *arreſt.* 11. Nepita *ad conſuet. Catamenſ. tit.* 50.
numer. 14. Burg. *de laudem. part.* 2. *inſpect.* 2. *num.*
27. Latr. *dicta deciſ.* 80. *numer.* 1. *&* 9. benè Cutel.
de donat. diſc. 1. *ſpec.* 22. *toto numer.* 19. de quo ta-
men vide Caſtren. *in l. Teſtator* 92. §. *qui indiviſam
numer.* 3. *ff. de legat.* 2.

Secundus eſt, quando Teſtator rem, quæ valebat
tum aureis, mandavit vendi viginti, aut triginta au-
reis, & tunc quia prævalet valor legatus pretio, quòd 32
in veritate rei ſolvitur, videtur potiùs res eſſe lega-
ta, quàm vendita, & contractus reſolvitur in lega-
tum, in quo non habet locum prælatio, juxta do-
ctrinam Guil. de Cuneo *in l. quæritur, ff. de ſtat.
homin.* Bald. *in l. uſufructu, col. ult. ff. ſolut. ma-
trimon.* Tiraquel. *dicta gloſ.* 18. *numer.* 11. *&* §. 30.
numer. 3. *& in dicta leg. ſi unquam, verbo donatione
largitus numer.* 9. Cutel. *d. ſpec.* 22. *numer.* 19. &
conſonat Rot. 322. *numer.* 11. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.*
& ita intelligendus eſt Ambroſ. de Opizzo *in dicto*
§. *divi numer.* 77. *&* 86. Rendel. *de jur. protomiſ.* §.
cauſa verò dotis, dicto verb. ex Teſtamento toto numer. 33
8. *fol. mihi* 205. ſed de his recurrendum eſt *ad quaſt.*
16. *circa finem n.* 206. *& ſeqq.*

Advertendum tamen eſt quòd licèt nequeat Teſta-
tor in ſuo Teſtamento prohibere Jus prælationis, po-
teſt tamen licitè jubere, quòd in caſu venditionis ali-
cui certæ perſonæ competat prælatio, per Text. *in l.*

qui Roma 112. §. cohæredes, ff. de verb. oblig. Koppen. deciſ. Germ. 52. n. 15.

QUÆSTIO XIX.

An prælatio habeat locum, quando res pignoratur.

SUMMARIUM.

1 *Per Pignus, dominium non transfertur, quia illud ſemper à pignorante poſſidetur.*

2 *Pignus poſſidens, pignorantis perſonam repræſentat, illiuſque dicitur Procurator.*

3 *Pignus retinens, fructus ſuos non facit, ſed eos in ſuum Creditum imputat, etiam pacto in contrarium exiſtente.*

4 *In pignoratione rei nulla competit prælatio*

5 *Limita quando res fuit pignorata pro tanto pretio, ut nulla ſpes Luitionis remaneat, & n. 6.*

Pignorata re pretio æquivalente valori non dicitur propriè pignorata, ſed alienata, & vendita.

Et tali caſu per pignus Dominium transfertur, & re evicta competit actio ex Empto

7 *Emphyteutica res poteſt pignorari abſque conſenſu Domini.*

8 *Pignoratarie Emphyteuticæ, nulla competit Domino prælatio contra opinionem Ripæ.*

9 *Limita ſi res Emphyteutica fuerit pignorata pro tanto pretio, ut ſpes Luitionis non remaneat.*

10 *Legatum cenſetur ademptum per pignorationem rei legatæ, factā pro tanta ſumma, ut deficiat ſpes Luitionis.*

Donatio cauſa mortis cenſetur revocata per pignorationem generalem omnium bonorum factā pro tanto pretio, ut non ſit ſpes redemptionis.

11 *Pignus datum pro ſumma ferè æquivalenti valori rei præſcribi poteſt.*

Pignus recipiens pro Credito, valori rei æquivalenti, fructus ſuos facit, neque eos in Creditum imputat.

12 *Pœna conventionalis inter duos Barones finitimos adjecta in caſu, quo unus acquireret in Terra alterius incurritur ſi unus ex iſtis rem exiſtentem in Territorio alterius in pignus habuerit pro tanto pretio, ut ſpes Luitionis non ſit.*

13 *Teſtator legans omnia prædia, quæ in Syria poſſidebat, videtur legaſſe etiam ea, quæ ibidem in pignus retinebat, ſi tamen erant data in pignus pro ſumma ferè æquivalenti credito.*

14 Cald. de jur. Emphyt. lib. 4. cap. 5. n. 76. *declaratur.*

15 *In pignoratione factā etiam pro tanta ſumma, ut ſpes Luitionis non ſit, prælationis Ius non competit quotieſcumque res pignorata erat prædium, in quo pignorans habebat ſpecialem affectionem, vel erat res majorum.*

16 *Legatum non cenſetur ademptum per pignorationem tanti, quanti valet, ſi res ſit majorum.*

Limita ſi fuit legata extraneo.

17 Tirequell. de retract. lignag. in præfat. num. 36. *declaratur.*

18 *Redemptionis ſpes, an adſit vel abſit in pignoratione, cognoſcitur ex qualitate pretii, & ex affectione debitoris nec non ex qualitate perſonarum.*

Animus rem redimendi probari poteſt per duos Teſtes etiam ſingulares.

19 *Affectio, quam quis habebat in re pignorata, probari poteſt etiam per Teſtes ſingulares.*

20 *Prælationis Ius locum habet quoties fingitur contractus pignorationis, & re vera contractus eſt venditionis*

21 *Et è contra prælationis Ius locum non habet, quamvis contrahentes dicant dare in ſolutum, vel vendere, ſi conjectura, & circumſtantia demonſtrent rem eſſe datam in pignus.*

22 *Prælatio, ut habeat locum in re pignorata tanti, quanti valet, requiritur, quòd debitor ceſſaverit à petendo, nec unquam proteſtatus fuerit, & quod per aliquod tempus paſſus fuerit Creditorem ea re uti. Sed de hoc dubitat Auctor.*

QUia per pignus dominium in recipientem non transfertur, *l. pignus, C. de pignorat. actione* & ſemper illud pleno jure jure dantis, eſt, *l. generaliter 29. ff. qui, & quibus manumiſ.* &c & à dante poſſidetur, *l.* 1
1. *§. per ſervum 15. ff. de acquiren. poſſeſſ.* cùm poſſidens pignorantis perſonam repræſentet ipſiuſque dicatur procurator, Oſaſch. *deciſ.* 115. & 156 *in fin.* 2
Belmont. *deciſ.* 134. *numer.* 33. adeò ut illud detinens non ſibi, ſed Domino poſſideat, Surd. *conſ.* 481. *numer.* 14. *lib.* 4. Rot. apud Pacific. de Salvia. *deciſ.* 157. *numer.* 4. & *deciſ.* 157. *numer.* 6. apud Poſtb. *de ſubhaſt. ac in recentior. deciſ.* 175. *numer.* 28. *part.* 9. nec fructus lucretur, ſed eos in ſuum creditum imputat ipſo Jure abſque alia exceptione, vel petitione etiam pacto in contrarium exiſtente, ad Text. 3
in l. 1. cum ſeqq. ff. de pignor. act. cap. cum contra, cap. illos vos de pignor cap. 1. & 2. *de uſur.* Fontanel. *deciſ. Catal.* 208. *num.* 1. & *ſeqq.* & 209. *nu.* 15. Rot. *deciſ.* 125. *n.* 3. *ad* 8. *part.* 12. *recent.*

Meritò reſolvendum eſt in re in pignus data prælationem eſſe denegandam, cùm iſta res non abdicetur 4
à dominio dantis, nec datio in recipientem aliquod Jus conſiderabile tranſmittat, ut in terminis defendit Igneus *in l. 1. §. ſervus numer.* 3 *ff. ad S. C. Syllan.* Pariſ. *conſil.* 82. *numer.* 31. *in fin.* & *ſeq. lib.* 3. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. *numer.* 127. Gratian. *diſcept.* 412 *numer.* 23. Afflict. *deciſ.* 339. *numer.* 3. Urſil. *ad eundem in fin.* Capyc. Latr. *deciſ.* 142. *num.* 37. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *qu.* 184. *numer.* 18. & plenè Caſtrenſ. *conſ.* 74. *numer.* 2. & *ſeqq. part.* 2. ubi plures refert conjecturas ad oſtendendum pignoris contractum.

Sed hic ſubſiſtendum eſt in diſtinctione, nam aut 5
res pignorata fuit pro modico pretio, & non eſt locus prælationis, aut pignoratur pro tanto pretio, ut nulla ſpes eam reluendi remaneat, puta quia ſit pignorata pro pretio æquivalenti, & quanti valeat, Bald. *in cap.* 1. *§. ſi libellario, tit. quibus mod. feud. amitt.* & tunc quia non eſt propriè pignoris datio, ſed alienatio, & venditio. Altograd. *conſil.* 55. *numer* 47. & *ſeqq. lib.* 2. ubi quòd tali caſu re evicta competit actio ex empto, Merlin. *de pignor. lib.* 4. *qu.* 138. *numer.* 13. & *lib.* 2. *quæſt.* 42. *numer.* 37. per quam abdicatur à dante dominium, & in accipientem transfertur, Gratian. *cap.* 412, *numer.* 25. conſiderato præſertim fine contrahentium, qui videntur voluiſſe fraudem imponere legi, Fuſar. *de ſubſtit. q.* 695. *numer.* 10. & 18. Merlin. *d. qu.* 2. *num.* 38. Ideò habet locum eo caſu prælatio, ut optimè diſtinguit idem Igneus *ubi ſupra,* ac Tiraq. *d. gloſ.* 14. *nu.* 127. *verſic. ſed hoc intelligit,* Grat. *d. cap.* 422. *num.* 15. Urſel. *verb. ædificare, concl.* 62 *ſub num.* 30. *verſ. extende quoque in* 6
fin. Merlin. *de pignor d. q.* 184. *n* 19. Gomez. *ad l.* 70. *Tauri nu.* 83. Lara *de Anniverſ. & Capel. lib.* 1. *cap.* 20. *numer.* 32. Antonel. *de tempor. legat. lib.* 1. *cap.* 50. *numer.* 12.

Quæ ſententia confirmatur ex doctrina eorum, qui dicunt, quòd quamvis poſſit res emphyteutica abſque 7
Domini conſenſu pignorari. cùm per pignus cauſa dominii utilis non mutetur, ſed penes eundem emphyteutam remaneat, ad Text. *in l. ſicut, §. debitor, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolv. l. lex vectigali* 31 *ff. de pignor.* ex quo optimè hæc concluſio deducitur, Clar. *in §. emphyteuſis q.* 18. Bajard. ad eundem, ubi plenè Afflict. *deciſ.* 192. *n.* 3. Amic. *de Iur. emphyt, qu.* 14. *n.* 6. Gail. *obſerv.* 25. *n* 6. *in princ.* Nigr. *de laudem. tit.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 30. Rot. *deciſ.* 3. *n* 10. *part* 2. *diverſ.* & coram Amat. Dunozet. *deciſ.* 799. *nu.* 10. & *ſeqq.* neque habeat Dominus in

pignore

Digitized by Google

8 pignore prælationem in mutuando pecuniam ſub qua
res pignoratur, ut latè contra Sarmient. *lib. 3. Select.
Interp. cap. 2. nu. 3.* defendit Bajard. ad Clar. *d. quæſt.
18. n. 1. & pluribus ſeq.* & eſt verior opinio, quidquid
ſub colore palliatæ honeſtatis defendat Ripa. *in l. 5.
n. 11. ff. de pignor.*

Tamen ubi res emphyteutica pignoratur pro tanto
9 pretio, ut ſpes luitionis non remaneat, Domini li-
centia requiritur, cùm dicatur vera alienatio, in qua
datur ipſi Domino directo prælatio, & habet locum
Text. *in l. fin C. de Iur emphyt.* ut optimè probat Cor-
bul. *tit. de cauſ. privat. ob alienat. limit. 33. à num. 6.
ad fin.* Surd. *deciſ.* 173 *num.* 1. Grat. *diſcept.* 43. *nu.* 10.
& diſcept. 183. *numer.* 24. eum aliis plenè adductis
per Amic. *de Iur. emphyteuſ. dicta quæſt.* 14. *numer.* 9.
quòd intelligendum eſt quando res eſt tradita in pi-
gnus, non tamen quando eſt ſimpliciter obligata
abſque effectuali traditione, ut plenè notat Cal-
das *de Iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 5. *numer.* 77.
in fin.

Comprohatur etiam hæc opinio ex doctrina Bar-
10 tol *in l. rem legatam num.* 11. *ff. de adiment. legat.* qui
defendit, quòd inducitur ſevocatio legati per pi-
gnorationem rei legatæ factam pro tanta ſumma, ita ut
ſpes luitionis non ſit, & ſequitur Sanchez *de matrim.
lib. 6. diſput. 15. numer. 5. verſic. cenſebitur*,
ubi quòd per pignorationem generalem omnium bo-
norum intelligitur revocata donatio, quando res eſt
pignorata pro tanto pretio ut non ſit ſpes redemptio-
nis, optimè Merlin. *de pignor. lib.* 14. *quæſt.* 141. *nu.* 8.
& 9. & quæſt. 138. *nu.* 12. Mantic. *de conject. ult. vo-
lunt. lib.* 12. *tit.* 6. *n* 24.

Adſtipulatur etiam quòd ſi pignus fuit datum pro
ſumma ferè æquivalente valori ipſius rei præſcribi pu-
11 teſt, Neguſan. *de pignor part. 3. membr. 1. num.* 29.
Merlin. *eodem tract. lib. 2. quæſt.* 105. *num.* 7. quodque
is qui pignus habuit modo prædicto facit fructus
ſuos, neque eos in creditum imputat cùm verè poſſi-
deat, Rot. apud Pacific. de Salvian. *deciſ.* 2. *num.* 6.
Merlin. *dicta quæſt.* 136. *num.* 14. *ubi num.* 15. refert
contrarium dicentes Neguſ. *de pignor. part. 3. memb.
1. num.* 29. *&* 30. Penia *deciſ.* 1672. *nu.* 3 *& plenè in
recent. deciſ.* 249. *n.* 2. ubi etiam quòd liberè de tali pi-
gnore quis diſponere poteſt *part.* 15.

Et inter alia mirabilis eſt in propoſito doctrina Ja-
cob. Raph. quam amplectitur Cin. *in l. fin. numer.* 4.
verſ. in hac quæſt. C. de reb. alien. non alien. non alie-
12 *nan.* qui interpretando pactum factum inter duos Ba-
rones finitimos, qui inter ſe ſub pœna ad invicem
promiſerunt, quòd nemo ex ipſis acquirere poſſet in
terra alterius, concludit quod ſi unus ex iſtis rem exi-
ſtentem in Territorio alterius oppignoratam tenuerit,
ad pœnæ ſolutionem teneatur, ſi pecunia, quam mu-
tuavit pro pignore ſit tanta ut ſpes luitionis non adſit,
ipſi enim illa res tunc acquiſita videtur, & in ejus
tranſivit dominium, ſequitur Mantic. *de tacit. lib.* 4.
tit. 30. *num.* 51. qui probat contra pactum rem non
alienandi veniſſe illum qui pignoravit rem, vel eam
obligavit pro debito æquivalenti, quem ſequitur Rot.
deciſ. 238. *numer.* 12. *part.* 21. *recent.* ubi quòd
prohibita alienatione cenſetur etiam prohibita hypo-
thecatio pro tanta ſumma ut veriſimilis non ſit ſpes
redemptionis.

Conſonat tandem text. *in l. qui habebat* 99. *ff. de*
13 *legat.* 3. ubi diſponitur, quòd ſi teſtator legaverit ali-
cui prædia omnia, quæ in Syria poſſidebat, non vi-
detur legaſſe ea, quæ pignori habebat, *ſi modò in pro-
prium patrimonium (quod ferè ceſſante debitore ſit)
non ſint redacta*, ideò ut ibidem interpretatur, *gloſſ.
verbo ceſſante*, ſub iſto legato continentur prædia data
in pignus, quando debitor deſperat de liberatione, &
conſequenter quando pro tanta ſomma res eſt pigno-
rata, ut non ſit ſpes liberationis, quia tunc in proprio
patrimonio Teſtatoris eſſe cenſetur.

Nec obſtat, quòd conſiderat Caldas *de Iur. emphy-
teuſ. lib. 4. cap. 5. num. 76. ultra med* nempe quòd 14
fruſtratoria ſit iſta concluſio noſtra ætate, in qua de
Jure Canonico Creditor ex pignore fructus percipiens
ſuos non facit, ſed in creditum imputat, ex Text. *in
cap. illo nos, & cap. cum contra de pignor.* Unde nun-
quam poteſt dici quòd pro quacumque ſumma quis
pignoret non habeat ſpem luitionis, dum ſemper ſum-
ma minuitur; Iſta ſanè conſideratio optima eſſet, ſi
concluſio præſuppoſita non eſſet falſa, nam ut ſupra
dixi quando pignus datur pro tanto pretio, ut non ſit
ſpes redemptionis, puta quia ſit æquivalens pretium
pignoris valori, tunc illud recipiens fructus ſuos
facit,

Diſtinctio tamen, quam uſque adhuc defendimus
intelligenda eſt quando non fuit pignorata res noſtro-
rum majorum, in qua ſpecialem quandam affectio- 15
nem habemus, ſi enim pignori data ſit Domus vel
aliud prædium majorum noſtrorum, ac antiquæ fa-
miliæ, tunc quamvis fuiſſet pignorata tanti quanti
valet, imò etiam pluris, contractus ſemper rema-
net pignoratitius, veriſimile enim admodum eſt pi-
gnorantem illud prædium redempturum, neque eum
derelicturum, ideòque nullo modo tali caſu compete-
re poteſt prælatio, ad Text. *in l. ſi in emptione* 36. *ff.
de minor. & in l. lex qua Tutores, C. de adminiſtr.
Tutor.* & latè Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat.
numer.* 36. præſertim in *verſ. ſi igitur, & numer.* 37.
ac ſeqq. & optimè Mautienſ. *ad l. 7. Hiſpan tit.* 11.
gloſſ. 7. numer. 13. lib. 5. recopil. Lara *de anniverſ.
lib. 1. dicto cap. 20. numer. 32. verſ. ſed ab hac opi-
nione*, & conſonat Merlin. *de pignor. lib. 4. dicta
quæſt.* 138. *numer.* 19. *& ſeqq.* ubi cum aliis notat,
quòd non intelligitur revocatum legatum per pigno-
rationem æquivalentem valori rei, quæ multis annis
in familia conſervabatur cum optima ea hoc conjectu- 16
ra deducatur, quod dans pignus continuaverit ani-
mum pro dicta ſe recuperandi, nec eam habuerit
pro derelicto, quod etiam notavit Lupus *in rub. de
donat.* §. 69. *numer.* 10. Sanchez *de matrim. lib. 6.
diſput. 15. numer. 5. verſ. cenſebitur etiam in med.*
Menoch. *conſ.* 997. *num. 7. in fin.* Mantic. *de conject. lib.
12. tit. 6. numer. 24. verſ. & hoc etiam*, ubi tamen cir-
ca finem, ait quòd quando res illa licèt majorum lega-
ta fuit extraneo, tunc non videtur poſſe adduci hæc ra-
tio affectionis, cùm non videatur Teſtator voluiſſe eam
rem in ſua familia conſervare, & eum ſequitur Maſ-
card. *de probat. concluſ.* 1280. *numer.* 59. *&* 60. & fuit
originalis doctrina Tiraq. *ubi ſupra in præfat. numer.*
36. *in fin.* quæ tamen pignori applicari non poteſt, li- 17
cèt enim res extraneo pignoretur adhuc ſi res ſit anti-
qua conſideratur affectionis ratio ex prædictis.

Et ratio hujus limitationis eſt, quòd quando fuit pi-
gnorata res majorum noſtrorum, in qua præſertim reſi-
deat familiæ ſplendor, tunc adeſt certa ſpes luitionis, 18
& ſic ceſſat conſideratio propter quam prælatio in pi-
gnoratione conceditur, nam an adſit, vel non ſpes
redemptionis, nedum ex qualitate pretii cognoſci-
tur, ſed etiam ex affectione debitoris, Merlin. *de pi-
gnor. lib. 4. quæſt.* 141. *numer.* 10. Mantic. *dict. tit.*
6. *numer.* 24. *verſic. & hoc etiam*, necnon ex qua-
litate perſonarum, Cin. *in dicta l. fin. numer. 4. circa
fin. Cod. de reb. alienan.* & per duos Teſtes, etiam
ſingulares probari poteſt animus rem redimendi, ut
plenè probat Mantic. *d. lib. 12. tit. 16. numer.* 4. 19
prout etiam per teſtes ſingulares probari poteſt pi-
gnorantem magnam habuiſſe affectionem ad rem pi-
gnori obligatam ad effectum, ut ex hoc conſtet de ani-
mo redimendi, Rot. in Romana Legatorum de Vi-
tellis, 28. Martii 1588. coram Rubeo, quam refert,
& ſequitur Mantic. *dicto lib. 12. tit. 6. numer. 24.
in fin.* ubi ex hoc deprehendit non fuiſſe per pigno-
rationem etiam tanti quanti res valebat ademptum
legatum.

Notandum tamen eſt, quòd ſi fingatur contractus
20 pignoratitius ſub diverſis falſis cautelis, & revera contractus ſit alienationis prælatio locum habet quoties conſtat de fraude, Amic. *de Iur. emphyt. d. quaſt.* 14. *nu.* 9. Afflict. *de jur. protomiſ.* §. 4. *num.* 1. *& ſeqq.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 30. *gloſ.* 1. *numer.* 11. Franc. Marc. *deciſ.* 572. *numer.* 2. *p.* 1. & alii quos refert Niger. *de laud. tom.* 1. *quaſt.* 9. *numer.* 85. *fol. mihi* 109.

Et è contra, quòd ſi aliquis dicat dare inſolutum, vel vendere, & tamen conjecturæ, & circumſtantiæ demonſtrent eſſe pignus prælationis Jus exerceri non
21 poteſt, quia conſiderare debemus effectum, & eſſentiam contractus, & non verba contrahentium, Afflict. *de jur. protomiſ.* § 3. *n.* 23. *verſ. ſed hoc non eſt verum, & deciſ.* 339 Rendel. *de Iur. protomiſ. ad princ. Conſtit. nu.* 215. Gratian. *diſcept.* 526. *num.* 31. Tiraq. *de retr.* §. 1 *gloſ.* 2. *num.* 12 Thoro *in comp. deciſ. Neap. verſ. Ius congrua.*

Notandum quoque eſt, quòd ut res pignorata tanti quanti valet cenſeatur alienata ad effectum, ut prælatio competat opus eſt, quòd debitor ceſſaverit à petendo, nec unquam proteſtatus fuerit, & per aliquod tempus paſſus fuerit creditorem ea uti, quia tunc videtur à ſe abdicare dominium, & rem pro derelicto habere, Anton. Gomez. *ad l.* 70. *Tauri num.* 32. Lara *de anniverſariis dict. cap.* 20. *num.* 33. de quo tamen dubito ſummopere cùm adverſetur omnibus, quæ ſupra annotavimus.

QUÆSTIO XX.

An Prælatio locum habet quando fuit facta promiſſio de vendendo.

SUMMARIUM.

1 *Prælationis jus exerceri non poteſt facta ſimplici promiſſione de vendendo.*

2 *Promiſſio de vendendo non eſt venditio.*

3 *Per promiſſionem de vendendo non acquiritur jus in re.*

4 *Gabella non ſolvitur facta promiſſione de vendendo, etiam exiſtente ſtatuto, quòd de contractu venditionis ſolvatur.*

5 *Laudemium non debetur facta ſimplici promiſſione de vendendo.*

6 *Emphyteuta vendere promittens ſine conſenſu Domini, pœnam caducitatis non incurrit.*

7 *A promiſſione de vendendo licet recedere ante adimplementum.*

8 *Declara id procedere, quando nulla eſt facta conventio de certo pretio, ſecus contra.*

9 *Promiſſio de vendendo obligat promittentem ad vendendum, non autem eum cui eſt facta promiſſio ad emendum.*

Imò ſi is, cui eſt facta promiſſio ſolverit aliquid, poteſt recedere, & ſolutum repetere quamvis promiſſor paratus ſit adimplere.

10 *Res vendi promiſſa perit periculo promittentis.*

11 *Actio deſcendens ex promiſſione de vendendo, eſt ad factum.*

Promittens vendere, etſi habeat facultatem rei tradendæ, vendere non cogitur, ſed præſtando intereſſe liberatur.

12 *Promittens vendere, poteſt rem alteri vendere.*

13 *Limita ſi habeat facultatem rei tradendæ, & promiſerit cum juramento.*

Contrarium defendunt alii, ſignanter ſi poteſtate jurantis non ſit factum præſtare.

14 *Limita Romæ ubi extat Statutum lib.* 1. *cap.* 164. *præciſè ad factum compellens.*

15 *Prælationis jus non aquiritur ex ſimplici tractatu de vendendo.*

16 *Promiſſio de vendendo facta certo expreſſo pretio, ad circuitum evitandum dicitur vera, & perfecta venditio, & in ea habet locum jus prælationis.*

17 *Contrarium defenditur, & num.* 18.

19. *Declara quando ambo contrahentes promiſerunt obſervare promiſſa, alter ſcilicet vendere, & alter emere, quia tunc non licèt recedere, & prælatio peti poteſt.*

20 *Declara ſecundò, ſi poſt promiſſionem ſequatur venditio, quia tunc prælatio exercetur.*

21 *Declara tertiò, ſi promittens poſt promiſſionem rem tradiderit, & pretium receperit, vel de eo habuerit fidem.*

22 *Emphyteuta promittens vendere, & poſtea rem tradens ſine conſenſu Domini caducitatis pœnam incurrit.*

23 *Venditionis contractus non poteſt alterari in præjudicium prælationis jus habentis.*

24 *Promiſſio de vendendo habet vim venditionis perfectæ, quando quis promiſit alicui vendere fundum certo expreſſo pretio illudque tradere, & intra aliquod tempus inſtrumentum conficere, & vice verſa emptor promiſit emere cum iiſdem pactis.*

25 *Prælationis Ius exerceri poteſt facta promiſſione de vendendo, quoties apparet de fraude.*

26 *Promittens vendere intra certum tempus, elapſo tempore amplius non tenetur quamvis partem pretii receperit.*

Limita ſi is, cui fuit facta promiſſio, ſtatim lapſo tempore pretium offerat, & promittentis nihil interſit.

27 *Facta promiſſione de vendendo abſque expreſſione certi pretii, pretium non eſt conſiderandum de tempore factæ promiſſionis, ſed eſt determinandum prout valet res de tempore facienda venditionis.*

28 *Ei ſolvi debet pretium juſtum, non autem tantundem, quod alius offert.*

CONcluſio eſt, quòd exiſtente ſimplici promiſſione de vendendo regulariter Jus prælationis exerceri nequeat, ut probat Tiraq. *de retract. lignag.* § 1. *gloſ.* 1
2. *numer.* 56. *& gloſ.* 14. *num.* 124. *in fin.* Capyc. Latr. *conſul.* 28. *numer.* 21. *&* 22. *lib.* 1. Nigr. *de laud. tom* 2. *quaſt.* 13. *num.* 50. *in fin. & num.* 51. *in princ.* Eminentiſs. de Luca *de ſervit. diſc.* 70. *num.* 14. *& ſeqq. & de conſ. diſc.* 40. *numer* 4. Carpan. *ad Stat. Mediol. pars.* 1. *cap.* 417. *numer* 132. Menoch. *conſil.* 120. *num.* 22. *lib.* 2. quidquid dixerit Barbat *conſil.* 2
15. *lib.* 1. quem explicat Carpan. *ubi ſupra*, quia promiſſio de vendendo non eſt venditio, prenè Caſtr. *conſ.* 93. *numer.* 2. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 52. *numer.* 13. Theſaur. *deciſ.* 235. *per totam*, Belmont. *deciſ.* 134. *nu.* 41. Paitel. *expedit.* 74. *numer.* 6. *& ſeqq.* Torr *de de pact. futur ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 37. *numer.* 38. apud quos cæteri antiquiores, neque per eam acquiritur jus in re, Apont. *conſ.* 85. *num.* 8. *lib.* 1. Caſtil. *contr. Iur. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 20. *in med. verſ. ubi n.* 8.

Ex hoc derivat, quòd exiſtente Statuto, quod de contractu venditionis ſolvatur gabella, illa ſolvi non 4
debeat facta promiſſione de vendendo, ex Bart. *in l. fin.* §. *quoties, num* 5. *in fin. ff. de publican. & vectigal.* Marſd. *ſingul.* 469. *numer.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *numer.* 3. Guttierez *de gabell. cap.* 47. *numer.* 19. Torr. *de pact fut. ſucceſſ. d. cap.* 37. *num.* 42. Olea *de ceſſ. Iur, tit.* 1. *quaſt.* 6. *n.* 39. *&* 40.

Sic etiam laudemium non debetur ex ſimplici promiſſione de vendendo, plenè Nigr. *de laudem. tom.* 2. *d. quaſt.* 13. *per. tot.* & ſignanter *numer* 49. 50. *&* 5
51. *& ſeqq.* apud quem ampliationes, & limitationes Surd. *conſ.* 84. *numer.* 13. Tondut. *quaſt. Civil. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 8

Et quamvis emphyteuta, vel Vaſallus alienans irrequiſito Domino caducitatis pœnam incurrat ea ratione, quia Domino denunciare rerum tenetur ut 6
ipſe aliis in emptione præferatur, ut benè notatur in *l. fin.*

fin. C. de Iur. emphyt cum Text, feudal. concordantibus.
Tamen ſi emphyteuta vendere promittat ſine Domini
conſenſu, pœnam caducitatis non incurrit, Roland.
conſ. 60. num. 15. lib. 3. Scrader. de feud. part. 9. cap.
1. num. 25. Nigr. de laud. d. quaſt. 13. num 49. & ſeqq.
Tort. d. cap. 37. num 45. Olea de ceſſ. Iur. d. quaſt. 6.
num. 43. & ſeqq. Caſtril. controv. Iur. lib. 2. cap. 3.
numer. 21. ex authoritate Bald. in cap 1. §. aut ſi lib.
beratio, col. 2. verſ. ſed idem dico quibus modis feud.
amittatur.

7 Et meritò, quia vel licèt unicuique parti ante adim-
plementum à tali promiſſione uti contractu innomi-
nato recedere, Surd. conſ. 59. num. 19. Cloch. conſ.
42. numer. 73. tom. 2. Nigr. de laud. d. q. 12. numer.
65. Tondut. d. cap. 37. num. 2. & in fin. ex Caſtr. in
l. bona fides numer. 3. circa med. ubi etiam Jaſ. numer.
4. ff. de eo quod certo loco, quod tamen non placuit
Bald. in l. quamvis, C. de tranſact. Ruin. conſ. 151 ſub.
numer. 8. Magon. deciſ. Luc. 59. numer. 20. Nigr. d.
qu. 13. numer. 80. ex ea ratione, quia non licet re-
8 cedere à contractu innominato, qui ordinatur ad
contractum nominatum, ut eſt hæc promiſſio, quo-
rum doctrinam quando agitur de ſimplici promiſ-
ſione nulla facta conventione de certo pretio nullo
modo admitterem, ut etiam agnovit ipſe Nig. ubi ſu-
pra n. 80. in finem.

Vel talis ſimplex promiſſio obligare poteſt promit-
tentem ad vendendum, non autem eum cui eſt facta
promiſſio ad emendum, qui ſicuti poteſt nolle emere,
9 imò etſi ſolverit aliquid, illum repetere, quamvis pa-
ratus ſit promiſſor adimplere, plenè Natt. conſ. 384. n.
13. & ſeqq. Caſtr. conſ. 93. numer. 4. lib. 2. Nigr. d.
q. 13. numer. 37. & ſeqq. & numer. 113. & ſeqq.
Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. numer. 3. & pluribus
ſeqq. ubi ad ſaturitatem, & Cald. de empt cap. 8.
numer. 23. ita etiam hoc facere poterit comparente
jus prælationis petente, & à nexu obligationis pro-
miſſorem liberare, qui propterea urgeri amplius non
poſſet ad vendendum.

10 Si enim res vendi promiſſa pereat promittentis pe-
riculo perit, Gomeſ. var. tom. 2. tit. de empt. &
vendit. numer. 32. Nigr. d. qu. 13. numer. 34. Laderch.
conſ. 84. numer. 6. nec poteſt amplius executioni de-
mandari venditio, de Marin. var. reſ. lib. 2. reſ. 293.
num. 6. verſ. quia cum rec, & in add. ad Reverter.
deciſ. 189. num. 1. verſ. quia cum rec; ſignum evi-
dens, quòd per illam promiſſionem contractus perfe-
ctus non evaſit, nec per illam translatum ullum fuit
dominium, ſed tantùm actio cogendi promiſſorem
Gutierez. de gabel. quaſt. 47. n. 8. Nigr. d. q. 13. n. 26.

Et quia iſta actio non competit præcisè ad fa-
ctum ipſum, & ſic venditionem obtinendam, ſed ad
11 intereſſe, is enim, qui promiſit vendere, etſi habeat
facultatem rei tradendæ vendere non cogitur, ſed
præſtando intereſſe liberatur, Dec. conſ. 503. numer.
8. & conſ. 503. num. 2. Corn. conſ. 256 num. 9. lib. 4.
Rol. conſ. 69. num. 13. lib 3. Surd. d. conſil. 52. nu.
16. Riwin. Jun. conſ. 51. numer. 13. Cloch. conſil. 42.
numer. 72. lib. 2. apud quem num. 218. & ſeqq. vi-
deas quænam ſit iſta actio pro intereſſe, Ioſeph. Lo-
dovic. concluſ. 72. numer. 3. Nigr. d. quaſt. 13. num.
64. & ſeqq. Tondut. d. cap. 37. numer. 2. & poteſt
rem ipſam alteri vendere, ac diſtrahere, pleniſſimè
12 Palma conſul. 13. nu. 7. & ſeqq. & nu. 13. 15. & 16.
Roland. conſil. 69. ferè per tot. lib. 3. Mantic. de tacit.
lib. 4. tit. 3. n. 7. Capyc. Latr. conſult. 29. n. 3. & ſeqq.
Cloch. conſ. 42 num. 69. & multis ſeqq. lib. 2. Sera-
phin. deciſ. 805. numer. 2. Tort. dict. cap. 37. num. 7.
ubi alii concordantes, niſi habeat poteſtatem rei
tradendæ, & ſit cum juramento obligatus, latè
Honded. conſil. 52. num. 51. lib. 1. Burſat. conſil. 100.
numer. 36. lib. primo, Rot. coram Seraphin. deciſ.
13 805. num. 3. & deciſ. 38. numer. 6 & ſeqq. part. 6.
recent. quod tamen improbant Menoch. conſil. 122.
numer. 22. & ſeqq. Gabr. de empt. & vendit. concl.
2. num 4. Palma dict. conſult. 13. numer. 7. 16. &
ſeqq. Mantic. dicto tit. 3. numer. 7. Addent. ad Gre-
gor. deciſ. 241. numer. 7. Cloch. dict. conſ. 42. num.
71. tom. 2. Tondut quaſt. Civil. dicto cap 37. numer.
4. & 5. ubi præſertim non ſit in poteſtate jurantis
factum præſtare, quod placuit, Annot. ad Pairel. ex-
pedit. 74. n. 20. vel niſi ſimus in Urbe ubi exiſtit Statu- 14
tum. lib. 1. cap. 164. præcisè ad factum compellens,
Seraph. d. deciſ. 805. n. 6. & ſeqq. Add. ad Gregor.
deciſ. 241. numer. 7. & deciſ. 331. numer. 2. part. 4.
recent.

Si igitur is, qui ſimpliciter promiſit vendere, præ-
ſtare tantum tenetur intereſſe, qua juris actione præ-
lationis jus habens eum cogere poterit ad venden-
dum, ſi hoc non poteſt facere is, cui fuit facta
promiſſio, certè nimis repugnaret, quòd prælatio-
nem petens ageret ad intereſſe, cùm nulla ipſi ſit fa-
cta promiſſio nec jus quæſitum.

Ac tandem quia ſicuti ex tractato ſimplici de ven- 15
dendo non eſt quæſitum jus aliquod prælationis jus
habenti, ex Paul. Chriſt. ad conſuet. Merlinenſ. tit.
11. art. 11. num. 4. Nigr. de laudem. tom. 2. quaſt. 3.
num. 26. ita etiam nullum quæri poteſt Jus eidem ex
ſimplici promiſſione vendendi, quæ quemdam tra-
ctatum demonſtrat, dum contractum perficiendum de-
ſignat, DD. in l. in bona fides, ubi ſignanter Jaſ. nu.
3. ff. de eo, quod cert. loc. Caldes de empt. & vendit. d.
cap 8. ſub nu. 3. verſ. promiſſio verè.

Iſtis ſic conſtantet firmatis limitare potes concluſio- 16
nem, primo quando promiſſio de vendendo fuit facta
certo expreſſo pretio, quia tunc ad circuitum evi-
tandum dicitur vera, & perfecta venditio, Urſil. ad
Afflict. deciſ. 61. num. 3. Franch. deciſ. 346. numer.
4. Nigr. dicta quaſt. 13. numer. 81. Tort. de pact. fut.
ſucceſſ. lib. 2. cap. 37. numer. 6. Caldas dict. cap. 8. n.
3. in fin. de Marin. ver. reſ. lib. 2. cap. 240. num. 3.
& 4. & lib. primo, cap. 298. numer 6. ubi tamen ſi
acceder ſtipul-tio, & teſtatur de verioti, & in Add. ad
Reverter. deciſ. 214 n. 3. verſ. at ſi.

Sed contra Franch. deciſ. 346. numer. 9. verſic. mi-
nus etiam. Caſtil. contr. Iur. lib. 2. cap. 3. num. 19. &
ſeqq. quibus faciliter adhæreo, nam quando perfecta 17
eſt venditio ab ea non licet recedere non ſolum per
venditorem, ſed etiam per emptorem, toto tit. ff. &
Cod. de contrahen. empt. & de peric. & commod. rei
vendit. cum omnes contrahentes obligentur. vulg.
Iur. Sed iſto caſu non obligatur is cui fuit facta pro-
miſſio etiam accedenti ſtipulatione, cùm ſtipulatio
non ſit contractus ultrò citròque obligatorius, cùm 18
per eam promiſſor obligetur ſtipulatori, & non è
contra, l. prima, §. ſtipulatio, ff. de verb. oblig. plenè
Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. nu. 4. & propterea eſt
in poteſtate ejus, cui fuit facta promiſſio recedere, &
efficere ne obligetur, l. qui pecuniam, ff. ſi cert. pet.
Mant. ubi ſupra, qui nu. ſeqq. contrariis reſpondet;
ideo venditio non poteſt eſſe perfecta, nec tranſire
valet ſtipulatio in contractum ultrò citròque obli-
gatorium.

Limitationem tantùm admitterem quando ambo
contrahentes promiſerint obſervare contenta in pro- 19
miſſione, alter ſcilicet vendere, alter verò emere, tunc
enim ad evitandum facta diceretur vera venditio
de præſenti, præſertim ſi juramentum intervenerit
ex utraque parte, nec tunc locus eſſet pœnitentiæ, ad
Text. in l. ſi intra illum diem, ff. de pact. Rub. Ale-
xand. conſ. 29. num 5. in fin. & numer. 6. Gratian. diſ-
cept. 564. numer. 32. Theſaur. deciſ. 253. num. 8. Se-
raphin. deciſ. 805. n. 3. deciſ. 58. nu. 4. & ſeqq. part.
6. recent. & optimè Nig. de laudem dict. quaſt. 13.
numer. 103. & 104. Mantic. de tacit. dict. tit. 3.
numer. 9. & optimè Cyriac. controv. 254 numer.
37. & ſeq.

Limit. 2. ſi poſt illam promiſſionem ſequeretur ven- 20
ditio,

21 tium receperit, & ad traditionem devenire tentaverit, tunc enim certo certiùs competeret hoc jus, ex Tiraquel. *d.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 57. Cyriac. *controv.* 254. *num.* 49. Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 132. idemque tenens ſi habita fuerit fides de pretio, Theſaur. *deciſ.* 233. *num.* 10. Nigr. *de laudem. dict. quæſt.* 13. *num.* 89. ubi ſive tacitè, ſive expreſsè habita fuerit fides de pretio, apud quem etiam vide limitationes.

22 Et facit, quòd etiam hoc caſu caducitatem incurreret emphyteuta, vel vaſſallus, plenè Burſatt. *conſ.* 254. *num.* 29. & 30. *lib.* 3. Schrader. *de feud. part.* 9. *cap.* 1. *numer.* 26. ubi plures concordantes *tom.* 1. nec ſi partes velint recedere iſto caſu præjudicarent jus prælationis habenti, Nigr. *dict. quæſt.* 13. *num.* 90. neque
23 poſt jus quæſitum prælationem habenti licitum eſt addere novum pactum, neque alterati valet diſpoſitio, multò minus valet recedi, Tiraq *de retr. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 18. *num.* 50. & 56. *gloſſ.* 2. *num.* 40. Cyriac. *controv.* 254. *n.* 39. *ad.* 43.

Limit. 4. ubi verba obligativa vendendi, & mens
24 contrahentium refertur ad actum præſentem, & concurrunt omnia neceſſaria pro emptionis contractu perficiendo, tunc enim licèt verba relata ſint ad tempus futurum, venditio tamen dicitur contracta de præſenti, & ſic nata eſt actio ad prælationem petenda, ſi enim Titius promiſit alicui vendere fundum certo expreſſo pretio, illumque tradere, & infra aliquod temporis ſpatium inſtrumentum conficere cum clauſulis, ac emptor ſe emere cum iiſdem pactis apertè concludat, quinam negabit, venditionem iſto caſu ex tunc jam eſſe factam conſiderata partium voluntate, ita Rub. Alex. *conſ.* 29. *numer.* 5. *verſ.* & *ad ea*, Guttier. *de gabell. quæſt.* 27. *num.* 15. & Nig. *in ſæpè repetita quæſt.* 13. *num.* 102. apud quem fortaſsè ſatis ſit videre alia ad materiam, ne videar ejus dicta tranſcribere.

25 Limit. 5. quando adeſſet fraudis præſumptio, puta quia jam appareat ex conjecturis venditionem eſſe factam, & tamen partes inſtrumentum promiſſionis confecerunt, Eminentiſs. de Luca *de ſervit. d. diſc.* 70. *n.* 14. *ad* 19.

Notandum eſt, quòd promittens vendere intra certum tempus, elapſo tempore ampliùs non tenetur,
26 quamvis partem pretii receperit, & licèt is, cui fuit facta promiſſio ſit paratus ſolvere totum pretium, niſi ſtipulator ſtatim poſt lapſum temporis pretium offerat, & promittentis nihil interſit, nec facta ſit ejus conditio deterior, ad Tert. *in l. ſi ita quis* 135. §. *Seja*, *ff. de verb. oblig.* Surd. *conſ.* 52. *numer.* 44. & *ſeqq.*

Item notandum, quòd ſi facta fuerit promiſſio vendendi abſque expreſſione certi pretii, & petatur
27 contractus, & promiſſionis executio, pretium non eſt conſiderandum de tempore factæ promiſsionis, ſed de tempore faciendæ venditionis, ita Apont. *conſ.* 53. *nu.* 41. & *ſeqq.* Nigr. *de laudem. d. quæſt.* 13. *n.* 122. & 123.

28 Item adverte, quòd ſi alicui fuit facta promiſsio, abſque expreſsione pretii, tenetur ſolùm ſolvere pretium juſtum, non autem tantumdem, quantum alius offerret, quia illa promiſsio intelligenda eſt juſto pretio, ita Cald. *de empt. d. cap.* 8. *numer.* 7. *verſ. quibus addo*; cùm enim per illam promiſsonem actualem cogatur promiſſor ſimpliciter ad vendendum, debet hoc intelligi, quòd cogatur ad vendendum juſto pretio, ita benè Soccin. *in l. qui Roma*, §. *coheredes*, *nu.* 30. *in concl.* 6. *ff. de verb. obligat.*

QUÆSTIO XXI.

An poſſit is qui prælationis judicium intentavit à petitione reſilire, & poſteà pœnitere etiam ſequuta ſententia.

SUMMARIUM.

1 *In judicio quaſi contrahitur.*
2 *Prælationem petens judicialiter, non poteſt ampliùs recedere.*
3 *Venditor, & emptor ſe habent correlativè.*
4 *Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam.*
5 *Renunciare quis liti non poteſt, ſi rei interſit.*
6 *Prælationem petens poſtquam judicialiter inſtetit, non poteſt reſilire, & tenetur perneceſſe rem emere.*
Contrarium, n. 10.
7 *Minor, qui obtinuit ſententiam reſciſſoriam contractus, cum conditione reſtituendi pretium, poteſt non uti Iudicis ſententia.*
8 *Prælationis jus introductum eſt in beneficium ipſius cui competit.*
9 *Facta promiſſione de vendendo is, cui fuit promiſſum, poteſt recedere, & ſi aliquid ſolverit promittenti, poteſt inſtare pro repetitione.*
10 *Prælationem petens judicialiter, poteſt tam ante, quàm poſt obtentam ſententiam recedere, refectis tamen expenſis.*
11 *Alii credunt id verum eſſe quando intentatur lis pro retractu.*
12 *Alii diſtinguunt caſum, in quo ex actione intentata à prælationem petente venditor damnum paſſus fuerit, ex quod defecerit occaſio vendendi, ab alio caſu, in quo occaſio vendendi non defecerit, & in hoc ſecundo caſu credunt licitum eſſe pœnitentiam. in primo verò concludunt, vel non poſſe pœnitere, vel teneri actione in factum ad id, quod venditoris interfuit non vendidiſſe. Et n.* 13.
Contrarium defenditur, nu. 20.
14 *A quaſi contractu, qui in judicio inducitur, licet partibus recedere.*
15 *Statutum mandans Conſanguineum præferri non compellit eundem ad emendum.*
16 *Declaratur Text. in l. ſi Iudex, ff. de minor.*
17 *Renuntiare non licet beneficio, & favori, quando quis beneficio ſibi conceſſo jam uſus fuit, aut quando renunciatio tendit in damnum alterius.*
18 *Declaratur Text. Sac. pagina lib. Ruth. cap.* 4.
19 *Recedere licet à petitione prælationis etiam facta judicialiter, & poſt ſententiam, ſuperveniente juſta cauſa.*
20 *Prælationem petens poteſt ſemper, & indiſtinctè recedere quotieſcumque petivit prælationem antequam fuerit ſtabilitus contractus.*

QUæſtio iſta non eſt tam facilis, & expeditæ reſolutionis nam plures rationes tam pro affirmativa, quàm pro negativa militare videntur.

Quòd non poſſit quis poſt intentatum judicium reſilire, ſed poſſit ad inſtantiam ejus, contra quem fuit
directa actio cogi ad emendum ſuadere videtur. Primò, 1
quòd in judicijs quaſi contrahitur, *l.* 3. §. *idem ſcribit*, *ff. de pecul.* ſed licèt contractus, ac quaſi contractus ab initio ſint voluntatis, tamen ex poſt facto ſunt neceſſitatis, *l. ſicut*, *Cod. de act. & oblig. l. in comodato*, §. *ſicut. ff. comodat.* ergo licèt ab initio eſſet in poteſtate prælationem petenda illam petere, ſi ta-
men judicialiter illam petierit, de neceſſitate eam tenetur 2
recipere tenetur, ad tradita per Donad. *de renunc. tom.* 2. *cap.* 26. *n.* 56.

Secundò, quia clari juris eſt, quòd prælationem prætendens obtenta ſententia poteſt cogere reum ad ſibi
vendendam rem; ergo & reus poterit cogere ſequuta 3
ſententia Actorem prælationis actionem intentantem, & hoc quia ſequuta ſententia prælationem prætendens habetur pro emptore, & is qui cogitur pro venditore, at is qui negabit emptorem, & venditorem ſe habere correlativè; quodque correlativorum eadem ſit

ſit diſciplina, l. cum diei, §. penultimo, ff. de arbitr. & ita Boer. deciſ. 48. num. 2. in fin. & ſeqq. & optimè conſonat Text. in l. Labeo ſcribit 50. ff. de contrahen. empt. ubi habetur, quòd ſi mihi Bibliothecam vendidiſti cum conditione ſi Titius mihi locum in quo eam ponerem vendidiſſet, & per me ſtet quo minus Titius locum vendat, ſit jam commiſſa actio, & venditio perfecta, ideoque poſſit venditor cogere emptorem ad emendum, non ſolùm quia habetur conditio pro impleta, ſed etiam quia ſicuti poſſet emptor, in cujus poteſtate eſt emere locum, in quo ponat bibliothecam illum emere, & ſic cogere venditorem ad vendendum, ita etiam debet eſſe in poteſtate venditoris cogere emptorem ad emendum, ſi per eum ſtet quo minus emat locum, ut gloſs. & DD. in d. l. diſcurrunt.

4 Tertiò, quia nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam, l. nemo poteſt. 75. ff. de regul. jur. ergo nec is qui egit pro prælatione poteſt à petitione reſilire in injuriam, & damnum rei conventi, hac enim ratione ſæpè ſæpiùs poſſent prælationis jus habentes impedire alienationem vicino, aut alteri mutando conſilium poſtquam elapſa fuit occaſio rem vendendi, ut conſiderat Merend. controv. jur. lib. 24. cap 7. numer. 71. Amendol. ad Franch. deciſ. 346. num. 1.

5 Confirmatur concluſio, quia ubi Rei intereſt non poteſt quis liti renunciare, l. utique, ubi gloſ. multum notabilis, ff. de rei vendicat. plenè Galerat. de renunc. 15. centur. 1. n. 17.

Et ità in ſpicie reſolvunt Boer. dicta deciſ. 48. ubi in fin. ita judicatum teſtatur Charond. lib. 4 reſp cap. 57. ſub fine, & lib. 6. cap. 8. Papon. lib. 11. tit. 7. Arreſto 6. & 7. Merend. controv. Iur. lib. 24. cap. 7. numer. 71. & ſeqq. ubi plenè, in quam partem ſequuta ſententia inclinant Mar. Mut. ad conſuet. Panorm. cap. 28. numer 27. Fab. Turrer. conſ. 78. lib.

6 Donatd. de renunc. tom. 2. cap. 26. n. 56. verſ. verum loquitur, Berlich. concluſ. num. 46. part. 2. ubi reſpondens contrariis.

Quòd autem poſſit quis non ſolùm poſt intentatam actionem, verùm etiam poſt latam Sententiam pro prælatione reſilire, & pœnitere.

Ponderatur primò. Text. in l. ſi Iudex 42. ff. de minor. ubi habetur, quòd minor, qui contra emptorem ob læſionem obtinuit Sententiam reſciſſoriam contractus reſtituto tamen pretio, poſſit non uti Judicis Sententia, & amplius nolle id quod Judex ipſi conceſ-

7 ſit, neque emptor poteſt conqueri aut minorem ad exequutionem Sententiæ, ſi igitur id minori conceditur, cui de Jure ſpeciali beneficium ſolum reſtitutionis in integrum competebat, ita etiam dicendum eſt in prælationis beneficium.

Secundò, quia clarum eſt, quòd prælationis Jus eſt

8 Introductum in beneficium, & favorem ipſius cui competit, Tiraquel. de retract. lignag. ad finem tit. n. 24. fol. mihi 398. Franch. deciſ 346. nu. 1. & ſeqq. evidens autem eſt, quòd quilibet favori, & privilegio pro ſe militanti renunciare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo 29. C. de pact. cap. ſi de tertia de privil. ergo permittenda erit hujus Juris renunciatio, alias enim beneficium & privilegium invito concederemus contra Jura vulgata, & aureum dictum Caſſiodori lib. 2. epiſt. 38. ſic dicentis: non eſt beneficium quod præſtatur invitis, nec cuiquam videtur utile quod adverſa voluntate conceditur.

Tertiò, quia ſicuti ſi quis ſolverit certum quid promit-

9 tenti aliquid vendere, poteſt id quod ſolvit repetere, & pœnitentia acta pro repetitione inſtare, quamvis promiſſor paratus ſit adimplere, niſi ambo cum Juramento promiſiſſent id quod dixerant obſervare, ex ea ratione, qua is cui promittitur non remanet obligatus, Caldas de empt. & vendit. cap. 8 numer. 23. Nigr. de laudem. tom. 2. qu. 23. num. 37. & ſeqq. & num. 113. & ſeq. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. & pluribus ſeqq. ubi latè hoc defendit, ità etiam poterit prælationem petens, qui non eſt obligatus eam invitus obtinere nihil ſoluto, ſed ſimplici Judicio introducto, aut Sententia obtenta prælationem ampliùs nolle, quamvis Reus conventus promptus ſit ad rem tradendam.

Et ita in individuo reſpondet Tiraquel. de retract. lignag. ad fin. tit. numer. 24. & ſeqq. quod placuit 10
etiam Boer. dicta deciſ. 48. ut patet ex num. 24. verſ. & ita, licèt contra ſuam opinionem non abſque ejus mærore fuerit judicatum Beoedel. de jur. promiſ. in rub. numer. 65. Rendsl. eodem tract. §. in. primis, verſ. unuſquiſque num. 19. fol. mihi 150. Carpan. ad Statut. Mediol. part. 1. cap. 417. numer. 443. & ſeq. ubi tamen quòd tenetur ad expenſas litis. Ricc. collect. 924. circa med. part. 4. Urſel. concl. 62. num. 50. Donad de renunc. dicta cap. 26. num. 56. & ſeqq. & ita deciſum refert Franc. deciſ. 346. per tot. & Viſcont. ad eundem Sanfelic. deciſ. 108. numer. 15. & ſeq. Rovit deciſ. 24. numer. 15. & 18. ubi alios Auctores Hiſpanos concordantes refert Giurba deciſ. 51. num. 1. & plenè Tondut quaſt. civilium lib. 1. cap. 66. per tot. poſt hæc ſcripta perlectus, ubi plures rationes refert de Luca ad Franch. dicta deciſ. 346. n. 4. & ſeqq. ubi in fine, ait reficiendas eſſe ab ipſo expenſas litis, Card. de Luca de ſervit. diſc. 81. num. 8. & ſeq. & hæc eſt communis opinio niſi jam ſit ſolutum pretium, ut dixi quaſt. 4. n. 18.

Sed ſi rationes librare velimus, nec prima, nec ſecunda opinio abſolutè retenta ſatisfacere videtur, ſed quæſtionem iſtam, hac diſtinctione abſolvendam eſſe putarunt aliqui non inferioris ordinis Doctores.

Aut enim intentata fuit lis pro retrahenda re jam emptori conſignata, & tunc concurrunt cum opinio- 11
ne eorum exiſtimantium poſſe litem hanc intentatam obtenta ſententia reſilire, & Juri retrahendi renunciare refectis expenſis, & hoc quia nulli facit injuriam, nec damnum affert emptori, qui jam rem habet neque impeditus fuit rem alteri vendere ex prædictis.

Aut fuit actum pro prælatione obtinenda, & venditor ex hac actione intentata damnum paſſus fuit, 12
puta quia ei defecit occaſio vendendi ex quo is qui emere volebat, vel jam Inſtrumentum confecerat, noluit ampliùs emere, & id ipſi licuit ex aliquo pacto appoſito in Inſtrumento, & tunc quia ex hac lite intentata ortum eſt damnum venditori, non licebit ampliùs prælationem petenti, etiam ſententia nulla prolata mutare conſilium, ſed tenebitur actione in factum ad id quod venditoris intereſt non vendidiſſe, vel actione de dolo, ſi ſtatim ac elapſa eſt occaſio rem alienandi, profitetur ſe nolle ampliùs emere, per Text. in leg. rei quam 34. ff. de dolo mal. ubi expreſſè habetur, quòd ſi ego volebam vendere rem, & habebam promptam occaſionem, ſi alius cœpit litigare mecum de proprietate illius rei ob quod defecit mihi occaſio rem vendendi teneatur actione in factum, cum indemnitate, vel actione de dolo, & ibid. gloſ. Bart. & DD. aliàs enim poſſent, fraudes multæ committi, & poſtquam fuit elapſa occaſio rem vendendi mutare conſilium eſſet evidenter fraudulentum, & dignum pluſquam talis legis punitione.

At ſi non defecerit occaſio vendendi, puta quia etiam poſt litem factam, & factam renunciationem 13
adhuc emptor velit emere, vel ſit in poteſtate venditoris eum cogere ad emendum, puta quia adhuc non ſit emptor à nexo obligationis emendi liberatus & tunc non dubitant, quòd liceat ei, qui pro prælatione inſtetit mutare conſilium refectis tamen expenſis, quia nemini facit injuriam, & ita in ſpecie diſtinguit Merend. contr. Iur. lib. 24. cap. 7. num. 71. & ſeqq. & alii apud eum.

Quibus

Quibus non obſtant argumenta, & leges eddnctæ pro
14 primæ opinione Boër. & ſequacium; Nam primum argumentum, quod ſcilicet in Judicio quaſi contrahitur, & propterea non ſit licite pœnitentie tollitur evidenti reſponſione, quia etſi non ſit licitum à quaſi contractu recedere, permiſſa tamen eſt pœnitentia eb illo quaſi contractu qui in Judicio inducitur, primò enim caſu quaſi contractus ex voluntario partium conſenſu oritur; ſecundò verò caſu elteratur, dum Judicium redditur in invitum, ut probatur in *l. inter ſtipulantem* 83. *§. ſi ſtichum ff. de verbor. obligat.* ubi gloſs. & DD. & optimè diſtinguit Decius *in l. edita nu.* 28. *verſ. ult. D. frater meus, ff. de eden.* Franc. *d. deciſ.* 346. *num.* 7. Tondut. *d. cap.* 66. *num.* 3.

Minus ſatisfacit ſecundum, quamvis enim uegeri nequeat emptorem, & venditorem ſe habere correlativè, & diſpoſitum de uno in altero habere, falſum tamen eſt, quòd eadem Sententia qua quis cogitur revendere, & præferre in emptione rei ſuæ alterum, poſſit cogere eundem ed emendum, quia videmus, quòd ſtatutum mandans aliquem vendere conſanguineo,
15 vel prælationis Jus tribueus non tamen compellit conſanguineum ad emendum, nec è contra, ut benè in propoſito concludit Bald. *in l. prima poſt princip. Cod. de commun. ſerv. manumiſ.* Joan. de Platea *in l.* 1. *circa finem. dicit tamen,* Beld. *Cod. de cupreſſ. lib.* 11. Tireq. *de retract lignag. ad finem tit. num.* 30. Soccin. Sen. *conſ.* 74. *num.* 5. *verſ. ſecundum verò lib.* 3. Citoc. *diſcept.* 29. *numer.* 69. Marant. *diſp.* 8. *numer.* 35. *poſt. med.* obi defendit, quòd nemo invitus tenetur uti jure congrui à ſtatuto inducto niſi ſtatutum ſit in rem.

16 Tertium verò ſavet potiùs prædictæ diſtinctioni.

Argumenta verò, & leges pro ſecunde opinione adducta non concludunt; Textus enim *in d. l. ſi Iudex, ff. de minor.* habet retionem propriam in corpore, quæ potiùs retorquetur, nam idcò diſponit, quòd minor poſſit etiam poſt obtentam ſententiam reſilire, & non uti reſtitutione in integrum, quia non poteſt emptor cum quo minor contraxit conqueri, quòd gravatus fuerit dum reperitur in eodem ſtatu, in quo fuit eb initio contractus, ut patet *in dicta. l. ſi Iudex in fine*, ibi: *nec quers poterit venditor ſi reſtitutus fuerit in eam cauſam in quam ſe ipſe conſtituerat, & quam mutare non potuiſſet, ſi minor auxilium Prætoris non imploraſſet,* & notat gloſs. *in figuratione caſus,* quòd oon evenit in hoc caſu, in quo ſi defecerit occaſio vendendi, venditor non reperitur ampliùs poſt mutatum conſilium in eodem ſtatu, quie prius habebat promptum emptorem, & poſtee privatus remanſit hoc beneficio.

Quòd autem cuilibet liceat renunciare Beneficio, & favori pro ſe introducto non eſt conſiderabile, quie boc non procedet, aut quando quis beneficio ſibi conceſſo jam uſus fuit, eut quando beneficio doloſè renunciatur, vel renunciatio reſultet iu damnum alterius, ut re pondet Merend. *d. cap.* 7. *n* 73.

17 Tandem, quòd is cui fuit promiſſa venditio poſſit etiam poſt ſolutam partem pretii recedere, ac ſolutum repetere, nec relevat, id enim procedit quia ſtipulatio non eſt contractus ultrò citroque obligetorius, & propterea is cui promittitur, ebſque ulle injuria, & damno promittentis poteſt ſemper recedere, at in caſu noſtro ſi concedetur pœnitendi facultas totum id reſultaret in damnum, & injuriam venditoris, ut ſupra.

Poſſet etiam contra hanc conclusionem adduci
18 exemplum Sacræ paginæ *lib. Ruth. cap.* 4. ubi habetur, quòd Booz coram Decem Senioribus requiſivit propinquum, ut emeret Agrum, quia eum tenebatur præferre aliis, & acceptata oblatione à propinquo coram illis decem Viris, & per eum facta declaratione, quòd volebat emere, poſtea noluit ampliùs emere, & renunciavit dicto Juri.

Sed exemplum non applicatur, tum quia Booz obtulit vendere abſque ulle conditione propinquo, ideoque ille acceptavit, poſtea verò quia dixit, quòd unà cum Agro debebat ducere in Uxorem Ruth, propinquus benè potuit recuſare, tum quie ibi egebatur de ſimplici declaratione, hic verò de ectione intentate in Judicio, tum etiam quia non diſplicuit Booz, imò placuit recuſatio, ideò ſi exemplum illud poſſet obſtare requireretur, quòd Booz poſt recuſationem reclamaſſet, & non obtinuiſſet, ut benè explicat gloſs. *in dicto cap.* 4. & ibi Lud. Lavater. *Homil.* 21. *&* 22. & Hœpingus *de Iure Inſignium cap.* 8. §. 4. *memb.* 1. *num.* 347. *fol. mihi* 566.

Notandum tamen eſt, quòd ſi juſta cauſe recedendi à Judiciali petitione prælationis ſupervenerit, tunc 19
licitum eſt à petitione recedere, & pœnitere, ut plenè notat Tondut *dicto cap.* 66. *num.* 7. *& ſeqq.* in cujus caſu poſt prælationis petitionem multi comparuerunt creditores, quibus res ſuper qua prætendebatur prælatio, erat hypotheca, & hoc verum credo, quamvis defecerit venditori occaſio vendendi, quia prælationem petens dum habuit juſtam cauſam recedendi non eſt præſumendum, quòd prælationem petierit animo impediendi venditionem, & quòd pœnituerit animo præjudicandi venditori.

Fateor tamen, quòd iſta diſtinctio eſt ferè impracticabilis, quia ſi prælatio fuit petita antequam fuerit 20
ſtabilita emptio poterit ſemper reddere prælationem petens, ut diximus *in quæſt.* 24. *quæſit.* 2. ſi verò poſt jam perfectum contractum, & tunc emptor non poterit reſcindere contractum emptionis, & ab eo recedere invito venditore, niſi adſit pactum, quod liceat recedere veniente prælationem petente, quo caſu admiſſo receſſu de voluntate venditoris ipſe non poteſt conquæri, & prælationem petens juſtè recedit, quia reſolvitur contractus initus ſub hac conditione, ut dictum eſt *in quæſt.* 15. *n.* 7. *& ſeqq.*

Sed en è contra quando prælationem petens declaravit velle emere poſſit variare, & prælationem intra tempus determinatum, & re integra petere, vide *quæſt.* 25. *verſ. quartus caſus eſt*, ubi latè diſputamus materiam.

QUÆSTIO XXII.

Quodnam pretium teneatur ſolvere prælationem petens.

SUMMARIUM.

1 *Pretium ſolutum, & oblatum ab extraneo emptor non debet ſolvi à prælationem petente, ſed illud quod eſt juſtum.*

2 *Amplia præſertim, ſi pretium ſolutum ab extraneo ſit exceſſivum.*

3 *Contrarium, quod ſcilicet teneatur prælationem petens ſolvere pretium ab emptore oblatum, & ſolutum, ſive ſit juſtum, ſive ſit exceſſivum, & injuſtum, ſive etiam ſit minus eo, quo res valet, eſt verius.*

4 *Pretium juſtum eſt ſolvendum quando lex cogit alium ad vendendum. ſecus quando lex mandat potiùs, unū, quàm alteri rem vendi.*

5 *Declaratur* Text. in l. 1. Cod. de Metallar. lib. 11.

6 *Alii diſtinguunt, quòd ſi ante venditionem quis requiratur an velit præferri ſolvere teneatur juſtum pretium, ſi verò poſtquam alter emit teneatur ſolvere pretium ab alio ſolutum, ſed hæc diſtinctio reprobatur, n.* 7.

7 *Denunciatus an velit emere pro juſto pretio, declarans ſe nolle, poteſt petere prælationem, ac ſi denunciatio nunquam eſſet facta, ſi res vendatur minoris, aut pluris juſto pretio.*

8 *Pretium in rei veritate ſolutum. non autem quod colluſivè, fraudulenter, ſimulatè aut fictè fuit oblatum, tenetur ſolvere prælationem petens.*

9 Amplia

9 Amplia præſertim quando in ſubhaſtatione fuerit facta oblatio exceſſiva, poſtquam Agnatus prælationem petierat.

10 Prælationem petens poteſt cogere emptorem implorato Iudicis officio ad exhibendum Inſtrumentum Emptionis.

11 Amplia ut poſſit cogere emptorem, & venditorem ad declarandam veritatem pretii mediante juramento.

12 Declara id procedere, quando adeſt præſumptio fraudis, ſecus contra.

13 Læſio etiam enormiſſima in pretio non poteſt allegari à prælationem petente, quoties emptor vellet ſtare contractui, & renunciare læſioni.

14 Alii credunt, quòd antequam quis petat prælationem non poſſit læſionem allegare, ſecus poſtquam prælationem habuit.

15 Alii contrarium defendunt.

16 Alii diſtinguunt, quòd ſi emptor, ſciens pretium eſſe exceſſivum, expreſsè in Inſtrumento emptionis non eſt proteſtatus, quòd renunciabat læſioni, & intendebat ſtare contractui, prælationem petens antequam emat, non poſſit allegare læſionem, ſecus poſtquam emit.

17 Si verò ſciens in ipſo Inſtrumento, læſioni renunciavit, & declaravit ſtare contractui, & tunc, aut id fecit propter commoditatem rei, vel propter aliquam particularem utilitatem, & prælationem petens nunquam poteſt allegare læſionem.

18 Aut conſtat, quòd emptor nullam habebat cauſam ſolvendi pretium adeò exceſſivum & tunc licèt nequeat prælationem petens de læſione excipere, tamen poteſt exceptionem fraudis, & ſimulationis, allegare.

19 Emptor ex intervallo poſt contractum perfectum non poteſt in præjudicium prælationis petentis pretium augere.

20 Amplia, ut non valeat alterare pacta, & conditiones, nec diverſa onera apponere.

21 Supplementum pretii additum ab emptore, an & quando reſici debeat à prælationem petente, quando venditor intentaverat remedium læſionis, & num. 22. ubi vide.

23 Supplementum pretii factum ex intervallo poſt perfectum contractum ſine ulla neceſſitate, nec ulla præcedente ſententia, prælationem petens non tenetur refundere.

24 Limita quando tale ſupplementum fuit factum in continenti, & re integra.

25 Declara limitationem procedere, quoties tale ſupplementum fuit factum in eodem Inſtrumento, vel incontinenti coram eodem Notario, & Teſtibus, vel tempore, quo licebat contrahentibus Inſtrumentum caſſare.

26 Supplementum pretii factum ex intervallo quoties læſio erat intra dimidium, non tenetur refundere prælationem petens, ſecus ſi fuit factum in ipſo Inſtrumento emptionis.

27 Vendita re centum aureis, ſi deinde remiſſi ſint aurei viginti à venditore emptori ex grato animo, tenetur prælationem petens hos etiam refundere, ſi verò remiſſi ſint, ex quo juſtum pretium octuaginta aureos non excedebat, tunc ſolum octuaginta tenetur ſolvere prælationem petens, & n. 28. & 29.

28 Pretii diminutio per quam ad juſtum pretium venditor reducitur, eſt vera contractus reformatio.

29 Adeo ut cenſeatur à priori venditione receſſum, & alia venditio facta.

30 Pretii diminutio facta ex intervallo à contrahentibus cum additione aliquorum onerum, tunc prodeſt prælationem petenti, ſi velit ipſe quoque dicta onera ſubire.

31 Pretium primæ venditionis, non autem ſecundæ factæ à primo emptore, tenetur refundere prælationem petens, ſi illud primæ venditionis ſit minus.

32 Si verò pretium ſecundæ venditionis ſit minus, tunc aliqui putant, quòd illud teneatur refundere prælationem petens.

33 Pretium, quod ſecundus emptor ſolvit, ſi ſit minus tenetur ſolvere venditor, quando obtinet reſciſſionem venditionis tanquam metu factæ.

34 Alii verò defendunt, quòd prælationem petens teneatur ſolvere pretium primæ venditionis, ſive ſit majus, ſive ſit minus, & hæc eſt verior opinio.

35 Text in l. ſi cum militaribus, C. de reſtit. in integrum *declaratur.*

36 Text. in l. ſi vi, C. quòd met. cauſ. *declaratur.*

37 Venditor recuperans realem poſſeſſionem rei, quam vi vendidit, tenetur ſemper, & indiſtinctè reſtituere pretium, quod ipſe recepit.

38 Emptor ſecundus, qui rem minoris emit petita prælatione ex capite primæ emptionis, cujus vigore res pluris fuit vendita, poteſt illud plus retinere.

39 Pretium arbitratum à Iudice tenetur ſolvere prælationem petens, quoties res fuit vendita nullo expreſſo certo pretio, ſed in genere pro pretio juſto.

40 Et quid quando fuit facta venditio pro pretio declarando à tertio, ibi vide.

41 Pretium eſt ſtatuendum habita ratione ad tempus rei judicatæ, & exequutionis ſententiæ, quando fuit controverſa prælatio.

42 Merend. verò lib. 24. cap. 7. controverſ. *putavit attendendum eſſe tempus litis conteſtatæ*

43 Verior opinio eſt, quòd ſemper ſit attendendum pretium ab emptore verè ſolutum, & tempus celebrati contractus, & opinio Franch. ac DD. Regni procedit inſpecta ſpeciali conſuetudine Regni de Iure congrui.

44 Pretium Arborum inciſarum, vel fructuum pendentium unà cum re venditorum, eſt deducendum ex pretio ſoluto ab emptore, quando emptor antequam quis obtinuerit præferri, dictos fructus pendentes percepit.

45 Vel poterit prælationem petens ſolvere totum pretium, & agere contra emptorem pro reſtitutione fructuum, & ad intereſſe Arborum inciſarum ſi non erant caduæ.

46 Pretium ſolutum ab emptore, & aliud ſolutum à tertio cui venditor ceſſit Ius redimendi, tenetur ſolvere prælationem petens facta venditione cum pacto redimendi, declara tamen, ut infra.

47 Valor monetæ, qui currit tempore ſolutionis, eſt ſemper inſpiciendus, quando prælationem petens vult ſolvere pretium, ſive valor poſt factam venditionem ſit auctus, ſive diminutus

48 Alii credunt abſque ulla differentia pecuniam in eodem pretio, & bonitate, prout currebat tempore contractus reſtitui debere.

49 Theſaur. verò diſtinguit caſum, in quo pecunia in intrinſeca bonitate variaverit, vel à Principe fuerit reprobata ab alio caſu, in quo moneta mutata fuerit extrinſecus.

50 Alii autem melius defendunt, quòd ſemper ſolutio à prælationem petente debeat fieri in moneta currente de tempore ſolutionis, facta tamen compenſatione cum moneta quam ſolvit cum valore monetæ, qui currebat tempore contractus.

51 Pretio ſoluto in duplis Hiſpanicis, vel plaſtris argenteis poteſt prælationem petens ſolvere pecuniam alterius ſpeciei æquivalentem æſtimationi monetæ ab emptore ſolutæ, niſi tamen fuerit conventum in Inſtrumento, quod pretium ſolveretur in illa determinata ſpecie monetæ, & numer. 53 ubi vide.

52 Valore Plaſtrarum, vel ſcutorum aureorum (ad quæ principaliter à contrahentibus fuit habitus reſpectus) diminutio, vel variatio, poteſt prælationem petens ſolvere in moneta, quæ eſt in uſu ſecundum valorem antiquæ.

Vendi-

54 *Venditione facta pro libris centum ſimpliciter non expreſſa qualitate, prælationem petens debet ſolvere libras currentes in illa regione, & quid ſi expendantur libra diverſæ qualitatis in eadem regione, ibi vide.*

55 *Pretii partem, de qua conſtat per ſimplicem confeſſionem de recepto, tenetur, quoque ſolvere prælationem petens, niſi tamen conſtet de fraude*

56 *Venditione facta pro certa frumenti quantitate, vel pro re ſimili in pondere, numero, vel menſura conſiſtente, prælationem petens poteſt etiam dare ejuſdem tritici menſuram paris quantitatis, & qualitatis.*

57 *Venditione facta pro parvo pretio habita conſideratione aliquorum ſervitiorum ab emptore venditori præſtitorum, prælationem petens tenetur ſolvere etiam æſtimationem dd. ſervitiorum.*

58 *Contrarium quod ſcilicet nunquam hoc caſu competat prælatio, defenditur, ex quo contractus reſolvitur, vel in donationem, vel, in contractum innominatum, & ſæpè permutationem.*

59 *Et opinio contraria poteſt procedere, quando pretium, quod ſolvitur, eſt majus, vel eſt juſtum, & ibi vide*

60 *Pretium Areæ tantùm ſolvere tenetur prælationem petens, & non totum pretium datum ab emptore, quando res caſu penes emptorem periit.*

61 *Prælatio competit in Area, quæ remanſit re perempta.*

62 *Pretium à prælationem petente ſolvi debet in pecunia numerata eodem modo quo illud ſolvit emptor, nec poteſt prælationem petens dare pignora, vel fidejuſſores, vel excipere de retentione, vel compenſatione.*

63 *Emptor non tenetur relaxare rem prælationem petenti niſi integro pretio ſoluto, & ſi relaxaverit, poteſt illam repetere.*

64 *Pretium minus poteſt ſolvere prælationem petens ſi ipſe ſit perſona ſecurior, promior, & facilior, & è contra emptor ſit perſona inhoneſta levis, & tardius ſolvere conſueta.*

65 *Contrarium tanquam verius defenditur.*

QUamvis plerique exiſtimaverint prælationem petentem non teneri offerre, vel ſolvere pretium ab Emptore oblatum, vel ſolutum, ſed juſtum, & juxta extimationem communem Regionis, qualitatem rei, & reddituum quantitatem, ne aliàs facilè poſſit fraus fie-
1 ri, & ita prælationis jus evitari, ut tradit Bald. *in l. ad officium numer.* 4. *C. commun. dividend.* Jaſ. *in l. qui Romæ* 122. *§. coharedes numer.* 24. *& ſeqq. & numer.* 30. *& numer.* 23. *in med. verſ. ultra Bartolum, & ſeqq.* ubi etiam Caſtrenſ. *numer.* 3. *&* 4. & Alex. *numer.* 11. *& ſeqq. ff. de verb. obligat.* Gaill. *lib.* 2. *obſerv.* 19. *numer.* 5. *poſt med. verſ. primo ut retrahens, & numer.* 8. Lanar. *in addit. ad Patrum num.* 46. *&* 47. *per quos fiat Inveſtitura*, Camill. Cacaci apud de Marin. *alleg.* 82. *per tot. tom.* 3. qui moventur per Text. *in l.* 1. *circa fin. Cod. de Metallar. lib.* 11. *in l. locatio* 9. *ff de publican. & vectigal. l. ad officium* 3. *ſub fine, Cod. commun. dividend, l. ſi cui legetur* 49. *§. meminiſſe. ff. de legat* 1. idque præſertim
2 affirmantes ſi pretium ab emptore oblatum, vel Conventum ſit exceſſivum, reſpondentes legibus, quæ æquale pretium in hoc caſu à prælationem petente dari præcipiunt, quòd nempè illæ leges loquantur de æqualitate, quæ intercedere debet inter rem, quæ venditur, & pretium, quo res emitur; non autem de æqualitate, quæ intercedit inter pretium, & pretium.

Adhuc tamen verior opinio, quæ juri magis con-
3 formis eſt, & communiter in omnibus Tribunalibus ſequitur, eſt illa, quæ defendit quod pretium ab emptore oblatum, vel ſolutum teneatur prælationem petens ſolvere ſive ſit Juſtum, ſive ſit exceſſivum, & Injuſtum, ſive etiam ſit minus eo, quo res valet; Idque probatur per Text. apertum *in l. finali, Cod de jur. emphyteuſ. l. penultima, & ultim. C. de locat. præd. civil. lib.* 11. *& in cap. potuit de locato, in cap.* 1. *§. ſed etiam res, per quos fiat Inveſtitura. & in cap.* 1. *§. Titius, ſi de feudo Defuncti controverſia ſit inter Dominum, & Agnatum*, ex quibus apertè hæc concluſio deducitur, & probant Bald. *in l. rem majoris ſecunda num.* 63. *col. ultim verſ. ſed hic occurrit dubium. C. de reſcind. vendit.* Jaſ. ſibi contrarius *in dicta l. fin. numer.* 22. *verſ. ſeptimo principaliter nota, & numer.* 24. *Cod. de jur. emphyteuſ. & gloſſ. in dict. cap.* 1. *§. ſed etiam res*, ubi ſingulariter Itern. *numer.* 3. Alvarott. *ſub numer.* 3. *&* 4. Præpoſit. *numer.* 1. Afflict. *num.* 4. *&* 6. Balzar. *num.* 14. Rip. *in l.* 1. *in fin. ff. de privil. Credit.* Salicet. *in l. dudum. num.* 5 *C. de contrahend. empt.* & DD. communiter *in dicto §. coheredes*, & ſignanter Cuman. Imol. *numer.* 14. *in fin.* Alex. *numer.* 11. Socc. *num.* 25. *& ſeq.* Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 3. *per tot. & gloſſ.* 18. *ſub numer.* 4. *& ſeqq. & numer.* 10. Surd. *conſ.* 205. *numer.* 29. *& ſeq.* Menoch. *conſ.* 37. *numer.* 6. Weſembec. *conſ.* 73. *n.* 76. *& conſ.* 66. *nu.* 65. *part.* 2. Gratian. *diſcept.* 149. *n.* 27. *&* 28. *ac ſeqq.* Marant. *diſp.* 8. *num* 30. Mangil. *de ſubbaſt. quæſt.* 64 *& quæſt.* 66. *per tot.* Poſt. *eodem tract. inſpect.* 36. *num.* 59. *& ſeqq.* Theod. *alleg.* 91. *per tot* de Luc. ad Franc. *deciſ.* 390 *numer.* 2. *&* 3. Cipyc. Latt. *conſult.* 96. *numer.* 18. *uſque ad fin.* ubi refert pluſquam quadraginta Doctores Berlic. *practicab. part.* 2. *concluſ.* 41. *à numer.* 1. *ad* 8. ubi omnibus contrariis reſpondet Carpan. *ad Statut. Mediol part.* 1. *cap.* 417. *numer.* 309. *& ſeqq.* Rendell. *ad Conſtitut. Sancimus, §. in primis, verb. juſtum pretium ſub num.* 11. *verſ. ſed non eſt idem, fol. mihi* 139. Cruſ. *de jure offerendi cap.* 18. *num.* 27. Rovit. *de feudis in rubr. num.* 17. Scradet. *eodem. tract. part.* 8. *cap.* 6. *numer.* 6. *& cap.* 7. *numer.* 7. Roſental. *cap.* 9. *memb.* 2. *concluſ.* 90. *num.* 2. *& concluſ.* 86. *num.* 3. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 66. *num.* 19. *§. licet enim, & ſeqq.* & hanc opinionem tenuerunt plura Tribunalia Orbis, ut videre eſt apud Latt. *dec. Granat.* 80. *n.* 3. Boer. *deciſ.* 143. *n.* 1, *poſt principium, verſ. quia ſecundum. & n.* 3. Giorb. *deciſ.* 86. *nu.* 12. *& deciſ.* 77. *per tot.* Peguer. *deciſ.* 225. *numer.* 8. *& ſeq.* Reverter. *deciſ.* 436. & ibi de Marin. in addit. Santelic. *deciſ.* 101. *per tot. ſignanter num.* 5. *& deciſ.* 18. *pariter per tot.* Kopper. *deciſ. German.* 54. *numer.* 45. De Pont. *deciſ.* 11. *num.* 1. *&* 2. Armenzan. *deciſ. Ian.* 44. *numer.* 33. *& ſeq.* Berlic *deciſ.* 126. *numer.* 15. *& ſeqq.* & Rot. Romana in Romana Caſtri Porcigliani Impreſſa poſt tractatum *à deciſ.* 1. *uſque ad* 4. & alibi ſæpiùs, & eleganter id defendit Hunn. *variar. part.* 3. *tit.* 15. *de retract. numer.* 19. *& ſeqq.* Harpreċt. *in §. final. nu.* 264. *& pluribus ſeqq. Inſtit. de empt. & vend.* ubi ſingulis contrariis reſpondet Carpzov. *ad Conſtit. Saxon. part.* 2. *Conſtit.* 33. *num.* 1. *&* 2. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4 *cap.* 13. *num.* 16. *& ſeqq.* & plenè, ac magiſtraliter, ut ſolet Joſeph. Roſ. *conſult.* 27. *à num.* 14. *uſque ad fin.* ubi ſingulis rationibus in contrarium adductis reſpondet, refert ita pluries deciſum, & ait hanc opinionem veram eſſe, tam in foro externo, quàm interno.

Nec ullum fundamentum poteſt fieri in legibus à contrariis DD. adductis, quia vel loquuntur de quæſtione prorſus extranea, vel de caſu, in quo Teſtator, ſtatutum, aut lex, cogit alterum ad vendendum, quo ſanè caſu abſque dubio pretium juſtum ſolvi debet, non autem illud, quod alius animoſus licitator obtulit, quod etiam noſtri DD fatentur, 4
ſecus verò quando prout hìc lex mandat potiùs uni, quàm alteri vendere, & aliquem præferri, tunc enim pretium ab aliis oblatum omnino dandum eſt, juxta diſtinctionem Cuman. *in dicto § cohæredes*, ubi etiam

Jaſ.

Jaſ. *num.* 30. Tiraq Gratian. & multi ex ſupra addu-
ctis, de Marin. ad Revetter. *deciſ.* 436. *num.* 1. *&*
ſeq. quia ſatis eſſe debet parti quod ſibi potius grati-
ficetur, quàm alii, abſque eo quod etiam velit Ad-
verſarium pari damnum, minus ab ipſo percipiendo,
quàm ab alio habebat, juxta aureum dictum Rip. *in*
d. l. 1. *in fin. ff. de privil. Creditor.*

Unde facile reſpondetur *l.* 1. *C. de Metallar. lib.* 11.
ibidem etenim non ſtatuitur quod fiſcus in venditio-
5 ne Metallorum præferatur directè, ſed diſponitur
quod ſoli fiſco metalla vendantur, & propterea cum
fiſcu. poſſit cogere ad venditionem metallorum vi *d. l.*
debet quoque juxta diſtinctionem Cuman. ſupra rela-
tam, juſtum pretium ſolvere, & quamvis plures DD.
tenuerint in venditione metallorum ex diſpoſitione *d.*
l. 1. fiſcum prælationem habere, & adhuc teneri ad
ſolutionem juſti pretii, non autem illius ab aliis obla-
ti, ut notavimus *in quæſt.* 92. *in fin.* id tamen proce-
dit ex quo prælatio iſta deſcendit ex ipſo jure cogen-
di, quod habet fiſcus, & uti prælatio cauſativa, non
poteſt differre a ſua cauſa, ideſt à coactione, de cu-
jus natura ſicuti eſt, quòd ſolvatur juſtum pretium,
ita quoque quando vigore juris cogendi petitur præ-
latio in venditione jam facta, juſtum etiam pretium
ſolvendum eſt, ut diximus in dicta quæſtione 61. &
in quæſtione 48 & proindè non applicatur diſpoſitio
d. l. quando quis non petit prælationem ex jure co-
gendi, ſed directè inſtat præferri, quia lex, vel ſta-
tutum, prælationem directè illi concedit.

Minus toleranda videtur di inctio quorumdam di-
centium, quòd ſi ante venditionem quis requiratur,
6 an velit præferri, ſufficiat ipſi denunciare, an velit
emere pro juſto pretio, & quatenus emere velit, fie-
ri debeat appretium per publicus æſtimatores, ſi verò
requiratur poſt venditionem, neceſſe ſit, quòd denun-
cietur ipſi, an velit emere pro eo pretio, pro quo
emit extraneus, ut notavit Afflict. *de Iur protomiſ.*
§. ſcriptum eſt, 10. *notab. numer.* 17. Camill. Borell.
conſil. 55. Franc. *deciſ.* 54. *an* 7. *& ſeq.* Rendell. *dicto*
§. in primis, verb juſtum pretium num 6. *& ſeqq. fol.*
mihi 137. Quoniam ſive ante, ſive poſt venditionem
quis velit prælationem, ſemper tenetur exponere pre-
tium ab aliis oblatum, imò ſi ante quis denuncietur
an velit emere pro juſto pretio, & reſponderit ſe
nolle, ſi poſtea res vendatur, minoris, vel pluris,
7 denunciatio habetur pro non facta, & poterit præ-
lationem quis petere pro eo pretio dato ab Empto-
re, ut dictum eſt *in quæſt.* 4. *num.* 6. *& ſeq.* & pro-
bat etiam Tiraq. § 4. *gloſſ.* 2. *in fin.* Burgund. *de lau-*
dem. inſpect. 10. *num* 7. *part.* 1. Cothul. *de alienat.*
fact. irrequiſit. Domino ampliat. 20. ubi quòd Domi-
nus poteſt prælationem petere non obſtante, quòd
acceperit laudemium, ſi probet rem viliori pretio eſſe
venditam eo quo ipſi fuit denunciatum. Opinio verò
Afflict & Franc. admitti tantùm poteſt in caſu con-
ſuetudinis Neapoli. de jure congrui, cujus vigore quan-
do agitur pro jure congrui, ſolvitur pretium rei em-
ptæ, prout appretiata fuerit, ut explicat Rendell, *lo-*
co citato numer. 12. *§. ſed non eſt idem*, qui inge-
nuè fatetur quod contrarium procedit de jure com-
muni.

8 Hæc autem opinio tunc demum habet locum, ſi
non conſtat de fraude, & dolo contrahentium, qui
fortaſſè animoſiorem licitatorem ſubmiſerunt, adhoc
ut prælationis jus habentem ab emptione deterrerent,
vel finxerunt ſolvere, vel offerre majus pretium, quàm
re vera ſolvatur, quotieſcumque enim conſtat de col-
luſione, vel fraude, tunc prælationem petens, non
niſi pretium effectivè ſolutum, vel promiſſum ab
Emptore in rei veritate ſolvere tenetur, non autem
illud, quod fictè, & ſimulatè confeſſi ſunt contra-
hentes dediſſe, & recepiſſe, & ſi non poteſt verè con-
ſtare de quantitate data, tunc poterit arbitrio Iudi-
cis deveniri ad æſtimationem, & dari juſtum pretium,
ut notant DD. *in § hæredes*, & ſignanter Caſtr. *n* 3.
Alex. *num.* 12. & Jaſ *num.* 27. Afflict. *in dict.* §. *ſed*
etiam res num. 6 ubi etiam Alv rott. *num.* 3 Tiraq.
dict. §. 1. *gloſſ.* 18. *num.* 5. *& ſeqq. & num* 11 *& ſeqq.*
Boer. *deciſ.* 143. *num.* 1. *circa finem verſ Nihil ſecun-*
dum, & ſeqq ubi ait, quòd ſatis dicitur conſtare de
fraude, ſi Emptor plus offerens dicit rem pro parte
ſibi eſſe venditam, & pro parte donatam, Berlic. *dicta*
concl. 41. *num.* 8. *& ſeqq* Hunn. *d tit.* 15. *de retract.*
num 20. *& ſeqq.* de Luc. ad Franc. *d. deciſ.* 590. *nu.*
3. *verſ niſi intercedat*, Roſ. *dicta conſult.* 27. *num.* 18.
& 41. *& ſeqq* ubi quòd fraus ſatis probata exiſteret, 9
quando extraneus obtulit pretium adeò exceſſivum,
ut adeſt læſio ultra dimidium, & etiam enormiſſima,
& ſignanter quando fieret venditio ſub haſta, & obla-
tio adeò exceſſiva eſſet facta à tertio, poſtquam Agna-
tus prælationem petierat, de quo etiam Rovit. *ad*
pragmat. 63. *de offic. Procurat.* Calat *num.* 27. *& de-*
ciſ 92. *num.* 16. Gaetan. de Afflict. *in appendic. ad*
controverſ. 20. *in fin.* Santfelic. *deciſ* 302. *per. tot* Ar-
menz in *dicta deciſ. Iun.* 47. *num.* 33. *&* 34 Berlic.
dicta deciſ. 126. *num.* 15. *ad* 18 Rendell. *in dicto* §.
in primis verb. verus Emptor, ſignanter num. 7. ubi
quòd ita fraudentes poſſunt puniri pœna ſtellionatus,
Camill. Cacac. apud de Marin. *dicta alleg* 82. *nu.* 29.
uſque ad fin apud quem plures fraudis præſumptiones
videri poterunt, prout etiam apud Tiraq. Boer. Ber-
lic. & alios præcitatos.

Atque hinc infurgit, quòd poteſt Dominus directus
ad effectum fraudem hanc probandi, cogere novum, 10
vel veterem Emphyteutam, implorato Iudicis officio
ad exhibendum inſtrumentum emptionis, Amad. *de*
laud quæſtion. 44. Burgund. *de laudem. part.* 1. *inſpect.*
10. *in fin.* Fulgin, *de Iur. Emphyteut. tit. de alienat.*
quæſt. 1 *n.* 341. § *illud quoque*, ubi etiam in *verſ. ve-*
rum animadvertendum, denfendit, quòd licèt in In-
ſtrumento fuerit adjectum pretium majus, puta de-
cem, cùm re vera quinque fuiſſent, & è contra, ad-
huc tamen ſi in denunciatione fuerit veritas dicta, res
non cadit in commiſſum, & Dominus ſuſcepto lau-
demio, ampliùs prælatione uti nequit.

Hujus quoque fraudis timore tenuerunt aliqui
DD. quòd poſſit prælationem petens cogere, em- 11
ptorem, & venditorem ad declarandam veritatem
pretii mediante juramento, ut probat Afflict. *de jur.*
protomiſ. §. niſi quis, in 4. *notab. in princip. verſ. item*
dicitur, & numer. 4. *& ſeqq. & numer.* 15. *& ſeqq.*
Gail. *practicab. lib.* 2. *dicta obſerv.* 19. *nu.* 10. *verſ.*
& plerumque, Tiraq *de retract. lignag.* §. 2. *gloſſ* 2.
num. 1. *& ſeqq.* ubi etiam an teneatur hæres, &
tertius jurare, Berlich. *dicta concluſ.* 41. *numer.* 10.
verſ. crederem, Cald *dicto lib.* 4. *cap.* 13. *num* 24.
verſ. verum, quorum tamen opinio ſtatuto, aut le-
ge expreſsè juramentum non requirente admittenda 12
non videtur tanquam contra Text. *in l. ultimo*, §.
illo, C. *de non numerat. pecun & in cap.* 2. *de proba-*
tionib. & ea quæ diximus *quæſt* 9. *n.* 30. ubi probavi-
mus, quòd tantùm Judex ſi cognoverit multas adeſſe
præſumptiones fraudis, poterit cogere contrahentes
ad jurandum.

Sed hic primò eleganter quærendum eſt, an ſtan-
te læſione in pretio ultra dimidium, & volente Em- 13
ptore ſtare contractui, & renunciare læſioni, poſſit
è contra prælationem petens dare de læſione; Quæ-
ſtio quidem eſt ſolemnis, & videtur prima facie re-
ſpondendum, quòd non poſſit, Si enim emptor velit
ſtare contractui, & renunciare læſioni, certè tertius
non poterit hanc læſionem allegare, quamvis ſit enor-
miſſa, ut probat Gloſſ. & Bartol. *in l. eleganter, ff.*
de dolo, Gratian. *diſcept.* 27. *num.* 59. *& diſcept.* 691.
num. 1. Surd. *deciſ.* 108 *per tot.* & optimè Roſ *dicta*
conſult. 27. *num.* 40. *ad* 44. *ſignanter num.* 41. *&* 43.
verſ. at poſt contractum.

E contra alii defendunt, quòd antequam quis præ-

14 larionem petat, non poteſt læſionis remedium ex-
periri, ſed poſtquam prælationem habuit, & ſubro-
gatus fuit in locum emptoris, poteſt jure proprio
tanquam emptor læſionem allegare, ut tenuit Afflict.
de jur. protomiſ. §. In primis num. 17. ubi etiam Bald.
Rendell. *in dicto §. in primis, verb. juſtum pretium*
numer. 3. *&* 4. *fol. mihi* 137. apud concordantes;
15 Contra quos reſpondit Ann. *allegat.* 43. *S num.* 14.
ad fin credens, quòd nunquam poſſit prælationem
petens læſionem allegare, quamvis pretium ſit ex-
ceſſivum ultra dimidium, tunc quia DD. communi-
ter defendunt, quòd teneatur ſolvere pretium à pri-
mo emptore oblatum, quamvis injuſtum, tum etiam
quia ſi ſciens pretium eſſe injuſtum, & exceſſivum,
& adhuc prælationem petere voluit pro eodem pre-
tio, certè videtur approbaſſe contractum, & cuili-
bet læſioni renunciaſſe.

In hac quæſtione diſtinguendum eſſe puto; Aut
16 enim emptor ſimpliciter emit, nec in ipſo emptio-
nis contractu proteſtatus eſt, quòd ſciens pretium
eſſe valdè exceſſivum, renunciabat læſioni, & inten-
debat ſtare contractui, & tunc abſque dubio præla-
tionem petens, poſtquam emit, poteſt læſionem
allegare, quia ſi in dictis terminis poterat emptor
remedium *l.* 2. *C. de reſcinden. vendit.* experiri, non
poteſt repelli prælationem petens in locum ipſius
emptoris ſubrogatus, ut diximus *in quæſt.* 5. *n.* 74.
Verùm antequam emat non poteſt excipere de læſio-
ne, ſed tantùm poteſt hanc exceſſivitatem pretii ad-
ducere pro præſumptione fraudis, ut ſupra dictum
eſt; Aut emptor ſciens, prudenſque renunciavit in
17 ipſo Inſtrumento læſioni, & declaravit velle ſtare
contractui, & tunc, vel conſtat, quòd propter com-
moditatem rei, vel ob aliquam particularem utili-
tatem, quæ ipſi ſoli ex re proveniret, habuit juſtam
cauſam exceſſivo pretio rem emendi, & prælationem
petens, neque antea, neque poſtea poteſt de læſione
excipere, quia alià contrarium dicendo, præjudica-
retur ſummoperè venditori, qui remedio læſionis
conveniri non poterat ab emptore, contra quèm ex-
ceptionem renunciationis, & declarationis factæ ex
juſta cauſa, & ratione habebat, & ita expreſsè lo-
quuntur Ann. *dicta allegat* 43. Roſ. *dicta conſult.* 27.
18 *num.* 42. *& ſeq.* Vel conſtat quod emptor nullam ha-
bebat rationem, vel cauſam ſolvendi pretium adeò
exceſſivum, & tunc, quamvis credam, quod ex tali
declaratione, & renunciatione appoſita in Inſtrumen-
to magis augeatur præſumptio colludendi, & frau-
dandi prælationem petentem, non tamen opinor,
quòd poſſit prælationem petens de læſione excipere,
quia tanquam ſubrogatus in locum primi Emptoris,
tenetur ſubire omnia onera, conditiones, & pacta
ab eodem Emptore in Inſtrumento adjecta, ac ſi non
cum Emptore, ſed cum prælationem petente Inſtru-
mentum ſtipulatum eſſet, ut dictum eſt *in quæſt.* 5.
per tot. Nec Afflict & cæteri ſupra adducti hunc ca-
ſum percutiunt, ſed tantùm quæſtionem faciunt de
emptore, qui ſimpliciter emit, nulla facta expreſſa re-
nunciatione, & declaratione, quòd non obſtante læ-
ſione, intendebat ſtare ſemper contractui; Aut tan-
19 dem emptor, poſt Inſtrumentum, & contractum per-
fectum, addidit ex intervallo talem declarationem,
& renunciationem, & eo caſu talis declaratio, & re-
nunciatio, non poteſt præjudicare prælationem ha-
benti, quia poſt perfectum contractum, non ſolùm
emptor non poteſt pretium minuere, vel augere poſt-
quam quæſitum jam fuerat jus prælationem petenti,
juxta Theoricam Guil de Cun. *in l. Juris gentium, §.*
adeò, ff. de pact. ubi etiam Alberic. *col. ult.* Tiraq. *di-*
cto §. 1. *gloſſ.* 18 *num.* 57. Corbul. *de cauſis privationis*
quæſt. 3. Burgund. *dict. inſpect.* 10. *part.* 1. *numer.* 7.
Fulgin. *tit. de alienat. dicta quæſt.* 1. *num* 341. *§. nec*
20 *etiam*, ſed etiam non poteſt alterare pacta, & condi-
tiones, nec diverſa onera apponere in præjudicium il-
lius, cui competit prælatio, ut dictum eſt *in quæſt.* 16.
num 188. *& ſeqq.*

Quærendum ſecundò, an prælationem petens te-
neatur quoque ſolvere pretium ſuppletum ab empto-
re, qui credens pretium eſſe minus juſtum, ſupple-
vit uſque ad juſtum pretium; Et quamvis acerrima
ſit de hoc quæſtio inter DD. tamen diſtinctione ca-
ſuum, veritas cujuſcumque opinionis apparebit; Pri-
mus eſt, quando ſupplementum hoc fuit factum re 21
non integra, & ex intervallo, & tunc, aut fuit ſup-
pletum pretium ex Judicis ſententia, quando jam
venditor intentaverit remedium *l.* 2. *C. de reſcind.*
vendit. quòd facere non prohibetur, tam ante, quàm
poſt petitam prælationem, imò pendente judicio, ut
notat Carpan. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417.
num. 316. *& ſeq. & num.* 458. & alii infra, & ſub di-
ſtinguendum eſt inter cauſam, in quo emptor viriliter
geſſit defendendo cauſam quoad licuit, & inter caſum,
in quo non defendit cauſam, & primo caſu dicendum
eſt, quòd teneatur prælationem petens pretium ſup- 22
pletum ſolvere, niſi probet concludenter colluſionem,
in ſecundo, verò caſu concludendum eſt, quòd non
teneatur, niſi notorius, eſſet pretii exceſſus, & patens
eſſet læſionis enormitas, quo caſu etiamſi voluntariè,
& non vocatus in Judicio emptor ſuppleverit, proba-
ta læſione à venditore ultra dimidium, adhuc præ-
lationem petens, ſupplementum illud ſolvere tene-
tur, ut probant infra citandi.

Aut ſupplementum pretii fuit factum ex intervallo
poſt perfectum contractum emptionis, & venditio- 23
nis, & ſine ulla neceſſitate, nec ulla præcedente ſen-
tentia, nec probata læſione ultra dimidium, & tunc
indubitatum eſt, quòd prælationem petens tale ſup-
plementum refundere non tenetur, juxta Theoricam
Ferron. *ad conſuet. Burdigal. tit. de retractu, §.* 1. *num.*
ult. ſub fin. quod prius in effectu dixerat Guil. de Cun.
in l. juris gentium, §. adeò ff. de pact. maximè quando
fuit factum augumentum poſt petitam prælationem,
Rovit. *ad pragm. Regn. tit. de offic. procur.* Cæſar.
pragm. 63. *numer,* 27. *in fin.* Franc. Rocc. *reſp.* 6.
num. 4. *tom.* 2.

Secundus caſus eſt, quando tale ſupplementum
fuit factum incontinenti, & re integra, & tunc te- 24
netur intendens uti beneficio prælationis refundere
pretium ab emptore additum; & hæc eſt diſtinctio,
quæ colligitur ex traditis per Tiraquell. *dicto §.* 1. *gloſſ.*
18. *num.* 50. *ad* 64. ſequitur Carpan. *dicto cap.* 417.
à num. 314. *& ſeqq.* Bort. *deciſ.* 76. *num.* 1. *&*
ſeqq. Berlic. *dicta concluſ.* 41. *à num.* 18. *ad* 23. &
eleganter Coſt. *tract. Re integra quid liceat, vel non,*
quæſt. 34. *per tot.* Carpzov. *ad Conſt. Saxon. part.* 2.
conſt. 33. *num.* 5. *&* 10. *& num.* 3. Benedell. *de jur.*
protom. §. in primis num. 4. Larr. *deciſ. Granat.* 80.
num. 9. *circa finem.*

Verùm in hoc ſecundo caſu vix percipere poſſum
quomodo opinio prædictorum DD. locum obtinere
debeat; Si enim tale additamentum fiat in ipſo In- 25
ſtrumento incontinenti, tunc non dubito, quòd ab-
ſque ulla diſtinctione prælationem petens, illud quo-
que ſolvere teneatur, at ſi fiat poſt contractum per-
fectum, & inſtrumenti celebrationem, etiam ipſo
die, & eadem hora, tunc quia ſtatim ac perfectus erat
contractus, acquiſitum fuit jus prælationem habenti
pro illo pretio rem obtinendi, certè reſpectu præla-
tionem petentis, non amplius dicitur res integra,
quidquid ſit an res poſſit dici integra reſpectu vendi-
toris, & emptoris, unde niſi in caſibus prædictis te-
nebitur adhærens prælationi tale ſupplementum ſol-
vere, niſi ſtatim, & incontinenti coram eodem No-
tario, & Teſtibus talis additio fuerit facta tempore,
quo licebat contrahentes pœnitere, & à contractu re-
cedere, vel Inſtrumentum caſſare.

Tertius tandem caſus eſt, quando emptor ſupple-
vit pretium, & læſio non erat ultra, ſed infra dimi- 26
dium,

dium, & tunc, aut tale ſupplementum fuit factum
in ipſo Inſtrumento emptionis, aut paulo poſt co-
ram eodem Notario, & Teſtibus incontinenti, ut
ſupra, & tenebitur hoc quoque additamentum ſol-
vere prælationem petens ex prædictis, aut fuit factum
ex intervallo, & eo caſu, nunquam tale ſupplemen-
tum ſolvendum eſt, quamvis alias venditor emptorem
urgere poſſet ad illud ſolvendum, cùm non licuerit
emptori in præjudicium alterius bonam fidem agno-
ſcere, minuſque cogi emptor poterat à venditore ad
ſolvendum tale ſupplementum, facto jam contractu,
ſi ipſe ſpontaneè ad id ſe non obligaſſet, ut notat Ti-
raquell. *d. gloſſ* 18. *à num.* 64. *ad* 69. qui licèt dubi-
tet, an id in foro conſcientiæ verum ſit, tamen quod
etiam in foro poli liceat contrahentibus infra dimi-
dium juſti pretii ſe decipere, probant plures apud Roſ.
dicta conſult. 27. *à num.* 30. *uſque ad finem*, Capyc.
Latr. *d conſult.* 96. *num.* 25 *& ſeqq.* & ex Theologis
Molin. *de contr. lib.* 2. *diſp* 350. *num.* 2. Leſſ. *de Juſt.
& Jur. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 4. Rebell. *de obligat Juſtit.
lib.* 9 *de contract. empt. & vend. quæſt.* 3. *ſect.* 1.

27 Sed quid è contra ſi res vendita ſit centum au-
reis, deinde remiſſi aurei viginti à venditore empto-
ri, an teneatur prælationem petens ſolvere centum,
aut octuaginta tantùm; Et dicendum eſt, quod ſi
remiſſi ſint aurei viginti ex gratia, liberalitate, &
donatione, teneatur intendens præferri, centum au-
reos ſolvere; Si vero remiſſi ſint ex quo juſtum pre-
tium octuaginta aureos non excedebat, & tunc
28 quia hæc pretii diminutio eſt vera contractus refor-
matio, per quam ad juſtum pretium venditor re-
ducitur, *l. pacta conventa, ff. de contrahen. empt. l.
lecta, ff. ſi cert. petat* & cenſetur à priori venditio-
ne receſſum, ita ut poſterior conſiſtat, quaſi nulla
29 præceſſerit, *dicta l. pacta contra conventa poſt princip.
& l.* 2. *ff. de reſcind vendit* ideo prælationem pe-
tens, tantùm aureos octuaginta ſolvere tenetur, ad-
hærendo totaliter tali poſteriori contractui, ut notat
expreſsè Carol. Molin. *ad conſuet Pariſien.* §. 13.
gloſſ. 5. *num.* 1. *lib.* 1. Cald. *de Iur. emphyteut. lib.* 4.
cap. 13. *num.* 8. *verſ. ut contingit circa finem fol. mi-
hi* 171. & hoc quia licèt ex intervallo non liceat in
præjudicium prælationem habentis emptori, & ven-
ditori augere pretium ex capite læſionis, quando læ-
ſio non eſt ultra dimidium, nec poteſt dici factus
poſterior contractus re integra, ſtante jam jure quæ-
ſito favore Tertii, tamen diminutio pretii uſque ad
juſtam menſuram fuit licita, & facta re integra, cùm
non concernat præjudicium juris quæſiti tertio, ſed
ejus favorem; Tertio itaque id approbante, con-
trahentes conqueri non poſſunt, nec allegare valent
exceptiones, quas prælationem petens ſolùm ſi age-
retur de ejus damno adducere poterat.

30 Sed quid ſi in ipſo actu talis diminutionis pretii,
venditor adjeciſſet aliqua onera, quæ in Inſtrumen-
to venditionis non aderant, ut practicatum vidi,
crederem hoc caſu volentem præferri, electionem
habere, vel adhærendi primo Inſtromento venditio-
nis, ſolvendo pretium ibi conventum, nullo habito
reſpectu ad diminutionem, & ad onera addita in ip-
ſa diminutione, vel adhærendi Inſtrumento diminu-
tionis, ſolvendo pretium juxta diminutionem factam,
& ſubeundo è contra onera ibidem addita, non ſo-
lùm quia videtur talis diminutio facta intuitu talium
onerum additorum, ſed etiam quia, ſi vult adhæ-
rere huic poſteriori contractui, tenetur integraliter
illum obſervare, nec poteſt gaudere commodo, &
non pati incommodum, contra regulam Text. *in l.
ſecundum naturam. ff. de regul. Iur. & in l. quidam
elogio* 20. *Cod. de jur. deliber.*

Quærendum tertiò, an prælationem petens tenea-
tur reſtituere pretium primæ venditionis, an potiùs
pretium ſecundæ venditionis factæ à primo emptore,
ſive ſit majus, ſive minus, & quod ſi pretium ſecun-
dæ venditionis ſit majus teneatur ſolvere tantum pre- 31
tium primæ venditionis reſervata actione ſecundo
emptori agendi exempto adverſus priorem empto-
rem, qui ipſi vendidit pro reſtitutione pretii ab ipſo
ſoluti probarunt per Text. *in l. poſtliminium* 19. §.
ſi is, qui emerat, ff. de captiv. & poſtlimin. reverſ. Ti-
raquell. *de retract. lignag.* §. 12. *gloſſ.* 1. *nu.* 6. *& ſeqq.*
ubi limitat, ſi prior emptor poſteriori declaraverit rem
eſſe prælationi obnoxiam, aut ſecundus emptor tale
quid ſciverit, de quo tamen videnda ſunt, quæ dixi-
mus *quæſt.* 5. *num* 24. *& ſeqq.* & Tiraq ſequitur Car-
pan. *ad Statut. Mediol. dicto cap.* 417. *nu.* 121. Papon.
in ſuis Commentar tit. de retract. §. 461. Berlic. *dicta
concluſ.* 41. *numer.* 24. Carpzov *ad Conſtit Saxon.
part.* 2. *conſtit* 33 *numer* 3. Caſſan. *ad conſuet. Bur-
gund rub* 10 *de retract.* §. 11. in Text *Ouderenteur*,
Petr. Greg. *Syntagmat. Iur. part.* 3. *lib.* 26. *cap.* 21.
num. 2. Rovit. *deciſ.* 24. *num.* 8 *& ſeq. & num.* 43.
§. *nec Doctrina.*

In caſu verò, in quo pretium ſecundæ venditio- 32
nis eſt minus, maxima eſt controverſia inter DD.
Quod enim teneatur refundere pretium ſecundæ ven-
ditionis, & ſic minus probatur *in l. ſi cum militari-
bus* 5. *C. de reſtit in integr.* & plenè Berlich. *dicta concl.*
41. *nu.* 25. *& ſeqq.* & Carpzov *ubi ſupra*, & moven-
tur ex quo ſi prælationem petens teneretur ſolvere
majus pretium primæ venditionis, illud reſiduum,
quod pretium à ſecundo emptore datum ſuperat,
non debet reſtitui primo emptori, quia illo per ven-
ditionem ab eo factam, omne jus quod habebat in ſe-
cundum emptorem tranſtulit, nec minus ſecundo
ei priori, quia ille tantum non dedit, & natura ini-
quum videtur, ut quis plus recipiat, quàm expen-
dit contra text. *in l nam hoc natura* 14. *ff. de condit.
indebit.* unde debet remanere penes prælationem pe-
tentem, qui ideò non tenebitur offerre, niſi illud
minus pretium à ſecundo emptore datum, & pro hoc
adduci poteſt Text. *in l. ſi vi* 3. *C. quod met. cauſ.* u-
bi Accurſius *verb. reddito*, notat quod ſi reſcinditur
venditio tanquam metu facta, actor non teneatur re- 33
ſtituere pretium prioris venditionis, ſed minus quo ſe-
cundus emptor rem habuit, ſequitur Bart. *n.* 2. *verſ.
quæro quid ſi pretium*, quem ſequuntur Alex. *ibid. co-
lum.* 1. *& 2 ferè per tot.* Angel. Salic. & Fulgoſ. qui
tantum hoc limitant, quando primus emptor vendi-
dit, non ſolùm rem, ſed omnem rationem, quam
habuit in dicta re, & ratio eſt manifeſta, quia ſecun-
dus emptor non poteſt illud plus quod primus em-
ptor ſolvit conſequi ex perſona propria, dum illud
non ſolvit, neque ex perſona emptoris, quia ſine ex-
preſſo mandato ejuſdem non admittitur, cùm vendi-
tio transferat quidem omne jus reale, quod quis ha-
bet ſuper dicta re non autem jus petendi majus pre-
tium, quod eſt extra naturam contractus, tanquam
accidentale, nec cogitatum à contrahentibus.

E contra Tiraquell *dicto* § 12. *gloſſ.* 1. *num.* 16. *uſ-* 34
que ad 25. quem ſequitur, & interpretatur, quòd ita
teneat Carpan. *dicto cap.* 417. *num* 321. Papon *di-
cto Comment. de retract.* §. 461. apertè defendunt, quòd
teneatur offerre primum pretium, quamvis in ſecun-
da emptione fuerit diminutum, & hæc opinio
eſt verior, quia prælationem petens, non eam pe-
tit vigore ſecundæ venditionis, ſed vigore primæ,
unde ſicuti ſi pretium primæ ſit minus, illud ſol-
vere tenetur, ita quoque ſi ſit majus, quia tenetur
obſervare omnia pacta, & ſolvere idem pretium ſta-
bilitum in primo contractu, cujus vigore prælatio-
nem petit, ac ſi inſtrumentum cum ipſo celebratum
fuiſſet.

Nec obſtat Text. *in dicta l. ſi cum militaribus*, quia
ibi ſpeciale eſt favore creditorum, ne ſcilicet rema- 35
neant in damno, ut notat Tiraquell *dicta gloſſ.* 1. *nu.*
18. *verſ. nec obſtat*, Text. autem *in dicta l. ſi vi* 3.
ad hanc quæſtionem non deſcendit, & licèt DD. 36

prædicti contrarium affirment, tamen verior eſt opinio Petri Cyn. Raymund. Bald. & Caſtren. *in dicta l. 3. poſt med.* dicentium, quòd teneatur actor reſtituere pretium prioris venditionis, quamvis majus, & ratio eſt evidentiſſima, quia dum ibi agebatur de venditore, qui per vim, vel metum vendidit, nec proindè tranſtulerat dominium, & poſſeſſionem in emptorem, cùm de æquitate Prætoria non videatur ea res metu vendita exiiſſe de Patrimonio ſuo, *l. metum §. licet, ff. de his, quæ vi, vel met. cauſ. fiunt,* Caſtr. *in dict. l. 3.* Azzo. *in ſumma eodem tit. in rubr. num. 7.*

Ideò ſequuta ſententia declaratoria vis, & metus
37 illati, venditor recuperans realem poſſeſſionem rei, quæ ſua erat, non tenetur reſtituere niſi pretium, quod ipſe recepit, ſive ſit majus, ſive ſit minus, cùm nullus habeatur reſpectus ad pretium ab aliis datum, ſed ad pretium ab ipſo venditore receptum, ut egregiè notat Rovit. *dicta deciſ. 24. num. 39. & 40.* qui licèt aſſerat, quòd termini dicti Text. non conveniunt cum iſtis, de quibus tractamus, eo quod hìc non reſcinditur, nec annullatur venditio, tamen *num. 43. §. nec Doctrina*, ingenuè fatetur, quod quando ob petitam prælationem debet dari pretium ſervata forma contractus, ob quem prælatio petitur, tunc noſtra opinio ſit veriſſima.

Neque magni ponderis eſt objectum Berlich. quia
38 non quærimus cujus beneficio iſtud majus pretium cedat, ſed quale pretium teneatur ſolvere prælationem petens, & quæſtio videtur ceſſare in noſtris regionibus, in quibus ex inveterato ſtylo Notariorum, ſemper additur clauſula: *Et ſi plus valet, donat,* ita omni contractu venditionis, nec non clauſulæ generales tranſlativæ totius juris, quo caſu indubitatum eſt, quòd emptor ſecundus hoc majus pretium poteſt licitè retinere, juxta opinionem Caſtr. *in dicta l. 3. poſt med.* & ipſius Bartol. euſque eſſe clarum, imò dum Berlich. fatetur, quod primus emptor non poteſt pretium hoc majus habere, ex quo tranſtulit omne jus in emptorem ſecundum, certè ad iſtum ſecundum tale augumentum ſpectabit, non quia illud ſolverit, ſed quia eſt tranſlatarius omnium jurium primi emptoris.

Quærendum quartò, quale pretium teneatur dare
39 prælationem petens, quando fuit facta venditio pro pretio poſtmodum certificando, & dicendum eſt, quod aut fuit facta venditio nullo expreſſo certo pretio, ſed pro pretio juſto, & tunc quia talis venditio eſt perfecta, & Judex arbitrari debet quale ſit juſtum pretium, ideò prælationem petens, pretium arbitratum à Judice ſi ſit juſtum ſolvere tenetur, *l. triticum, l. ſi ita ſtipulatus, ff. de verbor. obligat.* Pinell. *in l. 2. de reſcind. vendit part. 2. Rubric. numer.* 109. Moza. *de empt & vendit. tit. de ſubſtantialibus contract, empt. nu.* 27. Rot. *deciſ.* 172. *num.* 81. *cum duobus ſeqq. part. 6. recent* & benè Rendell. *de jur. protomiſ. §. in primis, verb. juſtum pretium num.* 10. *fol. mihi* 138. Tiraq. *§. 2. gloſſ 1. num.* 25. *& ſeqq. & ad fin. Tituli nu.* 87. 88. *&* 89. Carpan. *d. cap.* 417 *nu.* 333.

Aut fuit facta venditio pro pretio declarando à Ter-
40 tio, & tunc quia venditio iſta eſt conditionalis, & non facta declaratione pretii, non poteſt peti prælatio, nec currit tempus ad eam petendam, ut diximus in *quæſt.* 16. *n.* 48. *& ſeqq. & quæſt.* 24. *nu.* 21. ideò ſolvendum eſt pretium declaratum ab illo tertio, quamvis ſit majus, vel minus habito reſpectu ad tempus factæ venditionis, puta quia res interim, vel ſit aucta, vel ſit diminuta, quia venditio tunc incipit eſſe perfecta, quando pretium fuit declaratum, ut notat Rovit. *dicta deciſ.* 24. *n.* 10. *ad* 14. de Luca ad Franc. *deciſ.* 390. *tot. n.* 4.

41 Quærendum quintò, an pretium ſit conſtituendum habita ratione ad tempus litis conteſtatæ, vel tempus rei judicatæ, & varia fuit DD. opinio, nam Rovit. *dicta deciſ.* 24. Franch. *deciſ.* 390. Sanfelic. *deciſ.* 102. Capyc. Latr. *deciſ.* 183. de Marin. ad Reverter. *deciſ.* 436. de Luc. ad Franch. *dict deciſ.* 190. *num.* 1. putarunt pretium eſſe ſtatuendum habita ratione ad tempus rei judicatæ, & exequutionis ſententiæ, Merend verò *controverſ. lib.* 24. *cap.* 7 *numer.* 75. *& ſeqq.* defendit attendendum eſſe tempus litis conteſta-
tæ, ne ſcilicet emptor conſequatur lucrum ex augu- 42
mento valoris propter ſuam litem quam injuſtè ſubſtentavit; ſed neutra opinio ſubſiſtere poteſt, quia Rovit. & cæteri præcitati adhærent ſpeciali conſuetudini Regni *de jure congrui*, cujus vigore emptor non tenetur relaxare rem prælationem petenti, niſi prius fuerit per publicos æſtimatores Appretiata, proindè cùm appretium fiat tempore traditionis, & ſic tempore exequutionis ſententiæ meritò illud tempus pro pretio ſtatuendo attendendum eſt, Nos verò ver-
ſamur in terminis petentis prælationem, qui non 43
tenetur dare niſi pretium ab emptore verè ſolutum, unde tempus confecti inſtrumenti, ex quo apparet de quantitate pretii ſoluti ab emptore attendendum eſt, non autem tempus litis conteſtatæ, vel rei judicatæ, ut declarat ipſemet Rovit. *dicta deciſ.* 24. *n.* 43. *circa finem*, de Luc. ad Franch. *dicta deciſ.* 390. *num.* 2.

Quærendum ſextò, quale pretium ſolvendum ſit, quando fuit vendita ſilva, vel fundus cum fructibus
pendentibus, & emptor ante petitam prælationem 44
incidit arbores, vel fructus pendentes percipit, & clarum eſt hoc caſu æſtimandas eſſe arbores inciſas, & fructus pendentes perceptos, & eorum pretium deducendum eſſe ex pretio emptionis, ita ut illud minus teneatur dare prælationem petens, quia res fuit vendita cariori attentis illis fructibus pendentibus, vel Arboribus computatis in venditione, quæ dicuntur eſſe pars ſoli, ut probat Franch. *dicta deciſ.* 390. Ricc. in Addit. ad eundem, ubi etiam de Luca *num.* 2. *in fin.* Rendel. *de jur. protomiſ. dicto verb. juſtum pretium num.* 13. *fol. mihi* 139. Barbat. *de diverſ. fruct. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 102. *& part.*
2. *cap.* 1. *num.* 11. vel ſi maluerit prælationem petens 45
poterit agere pro reſtitutione fructuum, Molin. *de contract. tract.* 2. *diſput.* 371. *§. dubium deindè eſt, & ſeqq. fol. mihi* 527. & ad intereſſe arborum inciſarum quæ non erant cæduæ, Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 716. Barbat. *ubi ſupra.*

Quærendum ſeptimò, an facta venditione cum pacto retrovendendi teneatur prælationem petens, non
ſolum exburſare pretium ſolutum ab emptore, ſed 46
etiam id quòd ſolvit Tertius, cui venditor ceſſit jus illud redimendi. Hanc quæſtionem movit Tiraquel. *§. 26. gloſſ.* 3. *num.* 45. *&* 46. qui reſolvit, quòd cùm in ceſſione dicti juris redimendi competat Agnato prælatio, ſive gratuito, ſive data pecunia ſit ceſſum, teneatur prælationem petens hoc etiam pretium datum à ceſſionario ſolvere, cum ſit pars pretii principalis venditionis, ut erat ipſa facultas redimendi, niſi tamen tale pactum fuerit additum ex intervallo, cùm enim tunc prælationem habentem non afficiat, non ſolum putat, quod ille non teneatur æſtimationem, ſive pretium ſolvere, ſed nec etiam conveniri valeat vi dicti pacti, & ita judicatum Teſtatur, & ſequitur Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 320.

Ego verò inſpiciendum putarem, priùs an lex, vel ſtatutum prælationem concedens habeat talia verba, quæ poſſint comprehendere venditionem talium Jurium realium, quod ſi verba comprehendant tantum ſtabilia, tunc crederem nullam poſſe dari prælationem in ceſſione talis facultatis luendi, ſive ſit facta mediante pecunia, ſive gratuito, ut dictum eſt in *quæſt.* 16. *num.* 56. *& ſeqq.* Unde ceſſaret hæc quæſtio; Quod ſi verba apta ſint comprehendere etiam hunc caſum, tunc licèt adhærendum eſſe exiſtimem

, in aliis

in aliis omnibus opinioni Tiraquel. tamen illam ſe-
quendam eſſe non crederem, quando hæc facultas
fuit alteri donata, quia ut in *d. quæſt.* 16. *num.* 226. *&*
ſeqq. diximus in contractu donationis prælatio non de-
betur, quamvis velit dare prælationem petens æſtima-
tionem rei donatæ, neque concedenda eſt, in hoc ca-
ſu ob præſumptam fraudem, facta enim donatione
favore tertii fraus non præſumitur, niſi probetur, ut
dictum eſt *in quæſt.* 15.

Quærendum octavò, in qua ſpecie monetæ ſolve-
47 re teneatur prælationem petens, quando poſt factam
venditionem valor monetæ, vel auctus, vel dimi-
nutus fuit, & ſanè Tiraquel. *d.* §. 1. *gloſſ.* 18. *nu-
mer.* 26. *& ſeqq.* hanc quæſtionem tangit, & ſe re-
mittit ad ſcripta per DD. ab eo citatos, & pariter
Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 325. ad Tiraquel. ſe
remittit. Verùm in hac quæſtione DD. Pariſienſes
tenuerunt quòd indifferenter inſpiciatur valor, qui
currit tempore ſolutionis, ut videre eſt apud Joan-
nem Gallum *quæſt.* 302. Papon. *lib.* 10. *tit.* 6. *arreſt.*
2. Anne. Robert. *rer. judicatar. lib.* 4. *cap.* 18. & Pa-
riſienſ. *in tractat. de uſuris qu.* 90. 94. 95. 96. quibus
adhærere videtur Rendel, *d.* §. *in primis nu.* 22. *verſ.
uſque fiat, fol. mihi* 157.

48 Alii verò, è contra tenuerunt abſque ulla differen-
tia, pecuniam in eodem pretio, & bonitate, prout
currebat tempore contractus reſtitui debere, ſive in-
trinſecus in bonitate, ſive extrinſecus in valore mu-
tata fuerit, cùm non videatur juſtum, quòd emptor
minorem pretii quantitatem recipiat, quam ab initio
ſolverit, ut tenuit Soccin. Jun. *conſil.* 145. *n.* 94. *lib.* 1.
Nevia *conſ.* 88. *n.* 14. *& ſeq.* Rub. Alex. *conſil.* 148.
per tot. Cagnol. *in l.* 2. *nu.* 210. *qu.* 73 *Cod. de pact. inter
empt. & vendit.* & conſonant Menoch. *conſil.* 49. &
Surd. *conſil.* 368.

49 Theſaurus verò *in tract. de Augum. moneta part.* 2.
nu. 60. *ſignanter in* §. *alii verò verſic. ſed in hoc caſu* di-
ſtinguit, quòd ſi pecunia in intrinſeca bonitate va-
ria erit, vel à Principe fuerit reprobata, tunc debeat
reſtitui illa, quæ currit tempore ſolutionis, cum hoc
tamen, quod lucrum augmenti medio tempore con-
tingens, cedat lucro emptoris, ne deteriorem pecu-
niam ea, quam ſolvit habeat. Si verò moneta mu-
tata fuerit extrinſecus, tantum in æſtimatione, & pre-
tio, tunc ſufficiat, quod prælationem petens ſolvat
eam ſpeciem pecuniæ, quæ tempore celebrati con-
tractus currebat, & ita judicatum pluries per Sena-
tum Teſtatur.

Sèd ex communi Theologorum, Canoniſtarum,
50 & Juriſtarum ſententia, aliter ſtatuendum videtur.
Nempè quod ſemper, & indiſtinctè debeat haberi
reſpectus ad valorem, qui currebat tempore initi
contractus, ſive valor augeatur, ſive decreſcat, quia
prælationem petens non tenetur ſolvere niſi pretium
ab emptore datum, quod cum eo tempore fuerit li-
mitatum ad certam ſummam, nempè ad ſcuta cen-
tum, vel mille, propterea in moneta currente de
tempore ſolutionis, tenetur ſolvere eadem ſcuta mil-
le, & compenſare cum moneta, quam ſolvit, va-
lorem monetæ, qui currebat tempore contractus,
niſi prælationem petens intendat ſolvere in pecunia
reprobata, & Adulterina, cùm tunc non admitta-
tur, quod ſi emptor ſolverit monetam, quæ erat
intrinſecè vitiata, non tenetur prælationem petens
reſtituere novam monetam intrinſecè melioratam,
ſed valorem illius monetæ intrinſecè vitiatæ, dum-
modò tamen venditor non alleget ſe deceptum, pu-
ta quia credebat monetam eſſe bonam, & compe-
rit, quod erat falſa, quia tunc audiendus eſt, & ip-
ſi reſtituendus eſt valor, & quantitas pro qua ven-
didit, emptori verò ſolùm ſua pecunia falſa, vel
æquivalens, ut plenè notat plures Theologos, &
Juriſtas referens Ioan. Baptiſta Corazzarius *in tra-
ctat. de Augmento monetæ art.* 4. *num.* 93. *& ſeqq.*

tot. diſtinct. 4. *&* 5. *& ſignanter* 6. *& art.* 5. Berlich.
concluſ. jur. part. 2. *concl.* 36. *nu.* 5. *& ſeqq. & quæſt.*
35. *per tot.* apud quos videre liceat limitationes, & di-
verſas regulas, juxta factorum circumſtantias, qui-
bus ſi vellem ſatisfacere, neceſſe eſſet integrum com-
ponere tractatum.

Si verò in Inſtrumento pretium ſolutum ſit in ſcu-
tis aureis, dupplis Hiſpanicis, vel Plaſtris argenteis, 51
tunc ſi conventum extitit, quòd verè pretium ſolve-
retur in illa determinata ſpecie monetæ, utique ean-
dem ſpeciem ſolvere tenebitur prælationem petens;
ſi verò nullus fuit habitus reſpectus ad talem ſpeciem
pecuniæ, ſed duntaxat ad quantitatem, & caſu em-
ptor ſolvit pecuniam auream, poterit prælationem
petens ſolvere pecuniam Argenteam, vel alterius ſpe-
ciei æquivalentem in æſtimatione monetæ aureæ,
quam emptor ſolvit, ut notat Cald. *de Emphyteuſ.
lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 17. ubi ſequitur Moline. *ad conſuetud.
Pariſien.* §. 13. *gloſſ.* 8. *n.* 2. Rendel, *dicto* §. *in primis
verb. non ſolverit num.* 23. *fol. mihi* 158. ubi declarat
niſi emptoris, vel venditoris interſit ſibi parem mo-
netam refundi. Quod ſi valor intrinſecus, ſive ex- 52
trinſecus plaſtrarum, ſcutorum aureorum, ad quæ
principaliter à contrahentibus fuit habitus reſpectus,
variaverit, tunc poteſt fieri ſolutio à prælationem
petente in moneta, quæ eſt in uſu, ſecundum tamen
valorem Antiquæ, & juxta intrinſecam bonitatem,
quæ erat tempore contractus, juxta Text. *in cap. olim,
& cap. fin. de Cenſibus*, Surd. *conſil.* 368. *n.* 14. Co-
razzarius *tract. de quo ſupra, artic.* 4. *tot. diſtinct.* 1. *&*
2. Rot. coram Pæu, *deciſ.* 217. *num.* 2. Theſaur. *ubi
ſupra dicta part.* 2. *num.* 60. *circa finem*, & eo caſu,
quamvis valor non fuerit mutatus, tamen ſi aut non
poſſit haberi eadem ſpecies monetæ aureæ in eo loco, 53
vel difficilium ſit eam reperire, poterit prælationem
petens ſolvere in alia ſpecie monetæ, juxta tamen va-
lorem pecuniæ aureæ conventæ, ut plenè probat Co-
razzar, *dicto art.* 4. *tota diſtinct.* 3. apud quem concor-
dantes.

Si tandem ſit facta venditio pro libris centum ſim-
pliciter, non expreſſa qualitate, an ſcilicet, ſint au- 54
reæ vel Argenteæ Italæ, vel Pariſienſes, aut ſimiles,
tunc prælationem petens debet ſolvere libras currentes
in illa regione, & ſi in ea Regione expendatur mo-
neta ambarum qualitatum, minorem ſolvere poteſt,
adeò ut nec ſtetur contrariæ declarationi, vel aſſertio-
ni contrahentium, dummodò moneta minoris quali-
tatis correſpondeat valori rei, nam ſi multò major eſ-
ſet valor rei, & correſpondens libris majoris valoris,
illas, & non inferiores ſolvere tenetur, ut notat Ti-
raquel. *dicto* §. *primo*, *gloſſ.* 18. *num.* 73. *& ſeqq. &
num.* 76. *&* 77. ſequitur Carpan. *dicto cap.* 417. *num.*
327. *& ſeq.*

Quærendum nonò, an prælationem petens tenea-
tur etiam ſolvere, non ſolum pretium verè ſolutum,
ſed etiam partem pretii, de qua non conſtat niſi per 55
ſimplicem confeſſionem de recepto, & Tiraquell. *di-
cta gloſſ.* 18. *à num.* 78. *uſque ad finem Gloſſæ*, latè diſ-
putat hanc quæſtionem, *& num.* 91. *uſque ad* 94. vi-
detur concludere, quòd teneatur etiam ad partem
confeſſatam, niſi adſit ſuſpicio fraudis, quòd etiam
procedere exiſtimat, ſi de illa parte pretii anteſoluti,
conſtet ex ſchedula privata, cùm potuerit confingi
cum Antidata, eumque ſequitur Carpan. *dicto cap.*
417. *num.* 329. *& ſeq.* de Angelis *de confeſſion. lib.* 2.
quæſt. 36. *n.* 1. *& ſeqq.* quòd tamen cùm maxima cir-
cumſpectione admitti debet, conſiderando circum-
ſtantias, facti, & præcipuè an pretium ſit exceſſivum,
vel juſtum, quia data exceſſivitate pretii, facilè præſu-
menda eſſet fraus, & machinatio.

Quærendum decimò, facta venditione pro certa
frumenti quantitate, vel pro re ſimili, in pondere, nu-
mero, vel menſura conſiſtente, an audiendus ſit præ- 56
lationem petens, offerens dare ejuſdem tritici men-

ſitas, ejuſdem qualitatis, & bonitatis, & poſſe hoc
facere prælationem petentem, quia iſtæ res in ſuo
genere recipiunt fenctionem, juxta Text. *in l. 2. §.
primo, ff. ſi certum petatur*, probavit Petr. Iacob *in pra-
xi de forma libelli pro re Emphyteutica column. 7. fol.
mihi* 12. *verſic. item fortè, etſi non ſit in pecunia nu-
merata*, ſequitur Cald. *dicto cap.* 13. *num.* 19. *& ſeq.*
qui latè id probat, & omnibus contrariis reſpondet,
videnda tamen ſunt, quæ diximus *in quaſt.* 16. *n.* 48.
& ſeq.

Quærendum undecimò, an facta venditione pro
57 parvo pretio, habita conſideratione aliquorum ſer-
vitiorum venditori præſtitorum ab emptore, Is qui
inſtat pro prælatione teneatur ſolvere etiam æſtima-
tionem dictorum ſervitiorum, & quod teneatur, quod-
que proindè debeat fieri appretiatio ſervitiorum ab
emptore præſtitorum, tenuit Hern. *in cap Imperia-
lem, præterea ducatus num.* 40. *de prohibit. feud alie-
nat. per Frideric.* Cammil. de Curt. *in ſuo diverſ feud.
pag. mihi* 42. *numer.* 67. Donad. *de renunciat. tom* 2.
cap. 26. *num.* 25. *& ſeqq* quòd vix intelligere poſ-
58 ſum. Cùm enim venditio ſit facta pro parvo pre-
tio, & majus pretium ſit gratuito à venditione empto-
ri relaxatum contemplatione ſerviriorum factorum,
abſque dubio prælatio danda non eſt, dum excedit
valor donatus, vel rei permutatæ prætium in veritá-
te ſolutum, ut dictum eſt in *quaſt.* 16. *num,* 153. *&*
218. & probat Molin. *diſput.* 370. *de contract. tract.* 2.
§. *dubium eſt, lit.* C. *fol. mihi* 514. & proindè nulla
appretiatio ſervitiorum facienda eſt, nam ſi conſtat
valorem rei excedere centum aureos, & venditio-
nem factam eſſe pro triginta, jam paret illud plus
voluiſſe venditorem donare, ſervitiis non probatis,
vel non exiſtentibus, vel eis exiſtentibus voluiſſe fa-
cere contractum innominatum, in quo non habet
locum prælatio, ut ait Molin. *ſupra citatus*, & quam-
vis expreſſerit id facere propter ſervitia recepta, ta-
men quia non eſt prohibita inter emptorem, & ven-
ditorem donatio, nulla facienda eſt probatio, vel
æſtimatio ſervitiorum, Jaſon. *conſ.* 154. *numer.* 3. *vo-
lum* 2. Gabr. *lib.* 3. *de donat. cont. concluſ* 1. *num.* 63.
Clar. *in* §. *Donatio quaſt.* 3 *verſic. ſed hic occurrit*, Cæſ.
de Graſſ. *deciſ* 2. *num.* 19. *de donat. & deciſ.* 358. *nu.*
7. *&* 8 *part.* 6. *recent.*

59 Si verò pretium in veritate ſolutum eſſet juſtum,
vel non admodum injuſtum, tunc facta expreſſione,
quòd illud plus venditor donabat propter ſervitia re-
cepta, utique debetur prælatio, ut dictum eſt in di-
cta *quaſt* 16. *numer.* 220. *& ſeqq.* & facienda eſt æſti-
matio ſervitiorum, ut ſupra, ne cadat fraus, & Ju-
dex debet Arbitrari, non ſolum ad quam ſummam
aſcendant ſervitia, ſed etiam, an facta tali compu-
tatione ſervitiorum, & pretii ſoluti, pretium ſolven-
dum à prælationem petente ſit valdè exceſſivum ex
dictis ſupra poſt principium.

Verùm conſiderandum relinquo, quòd ſi pretium
rei venditæ, quod ſolvitur eſt majus, eò quod com-
penſatur cum ſervitiis præſtitis, tunc quia eſſet vera
venditio, ut dictum eſt in dicta quæſtione, & talis
compenſatio eſt pars pretii, ideò facienda eſſet æſti-
matio, & probatio ſervitiorum, ut inde diſcerni poſ-
ſit, quid teneatur ſolvere prælationem petens.

Quærendum duodecimò, an ſi res prælationi ſup-
60 poſita, caſu penes emptorem combuſta, vel alias
perempta fuerit, & petatur prælatio in area reman-
ſa, teneatur is, qui inſtat præferri, ſolvere totum
pretium datum ab emptore, vel tantum ratam de-
tracto pretio ejus, quòd periit, & in hac quæ-
ſtione Tiraq. *de retract. lignag. ad fin. tit. numer.* 71.
& ſeqq. quem ſequitur Carpan. *dicto cap.* 417. *num.*
126. *&* 154. tenuit contra Ferron. *ad conſuet. Burdi-
gallen. tit de retract.* §. 15. *verſic. & ſi domo*, quòd præ-
latio competat in area, quæ remanſit, quodque eam
61 petens, non teneatur totum pretium ſolvere, ſed tan-
tum ratam, detracta æſtimatione ejus, quod periit,
cujus opinio utroque caſu vera videtur, cùm enim
prælatio det jus in re, & afficiat ipſam rem, meri-
tò etiam ſuper area, quæ remanſit, utpotè affecta
tali Juri debetur, ut dicitur de Hypothecaria, quæ
eſt ſimilis huic actioni, & eſt pariter in rem ſcripta
*in l. domus, ff. de pignorat. action & in leg. Paulus,
§. Domus, ff. de pignorib* nec ſolvere tenetur prælatio-
nem petens totum pretium, quia cum non ipſi, ſed
emptori, qui erat Dominus, pars rei periciit, ut di-
ctum eſt in *quaſt.* 4. *num.* 36. *& ſeqq.* meritò tale de-
trimentum, non ad ipſum, ſed ad emptorem perti-
net, ad Text. qui id præcisè probat in *l. domum, ff.
de contrah empt.*

Quærendum decimotertiò, an poſſit prælationem
petens pro pretio date pignora, vel fidejuſſores, & 62
excipere de compenſatione, vel de retentione, &
quidquid dicat Solſon. *in Lucern. laudem. quaſt* 111.
num. 16. Nigr. *de laudem, tom.* 1. *quaſt.* 30. *num.* 138.
cum aliis ibidem allegat. verior opinio eſt, quòd te-
neatur pretium in pecunia parata ſolvere, nec ſuffi-
ciat, quod det pignora, vel fidejuſſores, neque va-
leat compenſare, vel pretium pro alio credito reti-
nere, ut probat Tiraquel. §. 3 *glaſſ.* 2. *n.* 14. *cum ſeqq.
& num.* 2. *& ſeqq.* Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 371. *nu* 3. *&
ſeqq.* Carpan. *dicto cap.* 417. *n* 652. *& ſeqq. ubi n.* 660.
ait, quod emptor non tenetur relaxare rem, niſi in- 63
tegrum pretium ſolvatur, imo, & ſi relaxaverit,
poteſt illam repetere, donec ei ſit ſatisfactum, Hart-
man Piſtor. *quaſt. Jur. lib.* 2. *part.* 1. *quaſt.* 1. *nu.* 6.
& ſeqq. Roſenthal *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 90. *nu* 3.
verſ. nec ſatis eſſet, Berlich *d. concluſ.* 41 *num.* 14 &
alii plures, quos adduxi *quaſt.* 16. *num.* 218. *& ſeqq.*
ubi etiam diſceptatum invenies, an teneatur præla-
tionem petens ad partem pretii donatam, & ad id,
quod ſolvit emptor, qui vigore ſui privilegii ſolvere
non tenebatur, & an gaudere poſſit dilatione data
emptori, & plura alia ſimilia, pro quibus etiam re-
currendum eſt *ad quaſt.* 5.

Quærendum decimoquartò. Quid dicendum quan-
do emptor, qui promiſit pretium ſolvere eſt perſona
inhoneſta, levis, & tardius ſolvere conſueta, & is 64
qui præferri vult è contra eſt perſona ſecurior, pro-
nior, & facilior, ſed offert minus pretium, & hoc
caſu Berlich. *dicta concluſ.* 41 *numer.* 12. putat præ-
ferendum eſſe illum, qui inſtat pro prælatione, at-
tento quod ſecuritas, & facilior exactio, quæ con-
ſideratur in prælationem petente, operatur quod cen-
ſeatur ipſe, idem, & fortaſſe majus pretium offerre,
& allegat pro hoc Bartol. *in l. ſi tempora, num* 4,
in fin. C. *de fid. Inſtrument. & Jur. haſt. Fiſcal.* Jo-
doc. *de ſubhaſt. cap.* 5. *num.* 11. Quod quidem eſt æ- 65
quivocum manifeſtum, quia Bartol. & Jodoc. po-
nunt caſum plurium concurrentium ad emptionem
in ſubhaſtatione, quo caſu indubitatum eſt, quod
debet attendi, non ſolum quantitas pretii, ſed etiam
qualitas, & ſecuritas perſonarum, ad effectum di-
gnoſcendi, quinam ex ipſis meliorem afferat con-
ditionem, & plus offerat. At quando prout in ca-
ſu noſtro, aliquis ſpontè vendidit perſonæ minus ſe-
curæ, & promptæ, quæ emit pro certa quantitate
pretii, tunc quamvis is, qui præferri vult, ſit per-
ſona magis ſecura, & prompta, adhuc tamen idem
pretium omnino ſolvere tenetur, non enim hoc ca-
ſu conſideramus meliorem conditionem venditoris,
ſed, an adimpleat is, qui velit præferri omnia, quæ
ſunt ſtipulata cum emptore, ut poſſit inde ſubroga-
ri in locum ejuſdem cùm hic agatur non ſolum de Ju-
re, & præjudicio venditoris, ſed etiam emptoris,
qui, poteſt juſtè excipere contra venditorem, quod ſi-
bi imputet, ſi ipſi, qui non eſt adeo ſecurus vendidit,
ut latè dictum eſt in dicta *quaſt.* 5. *per tot.*

QUÆ-

QUÆSTIO XXIII.

An pro prælatione obtinenda pretium debeat offerri, vel potius deponi.

SUMMARIUM.

1 *Pretium, quòd ſolvere debet prælationem petens, debet deponi non autem ſufficit ſimpliciter illud offerre.*
2 *Depoſitum, quod requiritur ut quis præferri poſſit, debet eſſe integrum etiam in obulo cum omnibus expenſis.*
3 *Depoſitum factum ſi à principio ſit nullum, vel non ſit integrum, poteſt lite pendente reintegrari.*
4 *Depoſitum iſtud fieri debet parte citata, & præſente, ac de mandato Judicis, & penes perſonam ab eo eligendam.*
5 *Res relaxata prælationem petenti non facto integro depoſito poteſt repeti, donec depoſitum fiat integrum.*
6 *Sententia admittens, quem ad prælationem non facto depoſito, debet ferri ſub conditione faciendi depoſitum.*
7 *Contrarium, quòd ſcilicet ſi lex, aut ſtatutum non mandet fieri depoſitum expreſsè, ſufficiat ſola oblatio, probant plures ulis.*
8 *Diſtinguuntur plures caſus; Primus eſt quando quis timet ne tranſeat tempus ad prælationem petendam poſt factam denunciationem, & tunc ſufficit ſola declaratio, & oblatio abſque depoſito.*
9 *Secundus eſt; quando quis vult conſtituere in mora eum, contra quem intentavit actionem ad effectum lucrandi fructus, & tunc requiritur depoſitum.*
10 *Tertius eſt, quando quis ignorat pretium, quòd alius dare vult, & tunc ad evitandum lapſum temporis, ſufficit verbalis oblatio ad effectum verò conſtituendi in mora adverſarium, requiritur depoſitum pretii certi, & datio fidejuſſoris pro incerto, niſi tamen ſit notoriè dives; quia tunc ſufficit obligatio de ſupplendo id, quòd certificabitur.*
11. *Boer. deciſ. 112. & plures alii declarantur.*
12. *Depoſitum requiſitum à Statuto, vel lege ad effectum prælationem obtinendi, non debet fieri ſi negetur prælatio, vel qualitas requiſita ad prælationem petendam.*
13 *Pendente lite ſuper prælatione, vel qualitate requiſita ad prælationem obtinendam, non currit tempus datum à lege ad depoſitum faciendum.*
14 *Limita ſi ſtatutum mandet fieri depoſitum etiam lite pendente.*
15 *Sublimita quando duplex intentatur Iudicium, aliud ſuper prælatione, & aliud ſuper verificatione qualitatis à lege requiſita, quia donec durat lis ſuper verificatione qualitatis, non currit tempus ad faciendum depoſitum.*
16 *Prælationem petens, ſi fecerit depoſitum, & poſtea pretium receperit, & in uſus ſuos converterit, videtur renunciaſſe depoſito, & juri prælationem obtinendi.*
17 *Alii declarant id procedere ſi propter ſtatutum tenebaturquis facere depoſitum, ſecus ſi depoſitum non erat neceſſarium.*
18 *Contrarium defenditur uti verius, ſi poſt renunceptionem depoſiti re integra non adhuc lapſo tempore iterum fiat depoſitum.*
19 *Depoſitum eſſe non videtur, quod non durat.*
20 *Fictio cedit veritati.*
21 *Depoſitum perit periculo illius, qui ſine juſta cauſa pecuniam oblatam recipere recuſavit.*
Amplia quamvis pecunia depoſita, fuerit à Principe reprobata.
22 *Limita quando quis habebat juſtam cauſam recuſandi pecuniam.*
23 *Limita ſecundo, quando depoſitum non erat integrum.*
24 *Pretium debet realiter, & in pecunia numerata deponi, quando depoſitum eſt neceſſarium, nec ſufficit depoſitum factum ex credito conſequendo vigore litterarum cambii.*
25 *Amplia, ut nec ſufficiat dare campſorem, qui non faciat cedulam depoſiti actualis, ſed tantum promittat ſolvere pecuniam debitam.*
26 *Depoſitum tunc eſt faciendum, quando prius fuit facta oblatio pecuniæ vendendi, qui eam recipere recuſavit.*
27 *Depoſitum factum à remotiore intra tempus datum proximiori, renunciante proximiore ſufficit, ut non dicatur lapſum tempus, quòd competit poſt renunciationem factam à proximiore.*

AFfirmare conantur non parvi nominis Doctores, quòd non ſufficiat pro prælatione obtinenda oblatio pecuniæ, ſed quod requiratur pretii depoſitio, vel conſignatio, ut notavit Joan. Fab. 1
in l. acceptam in fin. C. de uſur. & in §. ex non ſcripto Inſtit. de Iur. nat. gent. & Civil. Boer. *deciſ.* 124. *ſub num.* 24. *circa fin.* Azeved. *l.* 9 *nu.* 11 *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Guttierez *pract. lib. quaeſt.* 160. *num.* 2. *verſ. his tamen non obſtantibus;* Anchar. *cons.* 351. *ſub num.* 1. Menoch. *cons.* 756. *num.* 6. *& ſeq.* Barboſ *lib.* 3. *vot.* 81. *numer.* 14 *&* 15. Carpan. *ad Stat. Mediol. lib.* 1. *cap.* 417. *numer.* 430. *& latius num.* 591. *&* 593. *& ſeqq.* Rol *conſil.* 63. *num.* 3. *&* 26. *lib* 1. Cabal. *cons.* 159. *num* 1. Tepat. *lib.* 2. *var. tit. de Iur. congr. column.* 3. Giurb. *decis.* 77. *numer.* 1. Feron. *ad conſuet. Burdigal. tit. de retract.* §. 1. Gratian. *diſcept.* 786. *num.* 3. Covar. *var. reſol. lib.* 1 *cap.* 15. *numer.* 8. Fontanel. *decis. Cathal.* 37. *num.* 12. *&* 13 Maſtril. *decis.* 148. *numer.* 12. *& pluribus ſeqq* Rovit. *decis.* 24. *num.* 33. Capyc. Latr. *decis.* 56. *num.* 42. Ciroc. *diſcept.* 29. *num.* 60. *& ſeq.* ubi præſertim ſi fuiſſet id in actis oppoſitum.

Imò integrum requiri depoſitum etiam in obulo cum omnibus expenſis, alias ineptum eſſe, minuſque proficuum pro prælatione obtinenda, concludunt Cepol. *conſil.* 46. Rendell. *de Iur. protomis.* § *at in primis numer.* 65. plenè Giurb. *d. decis.* 77. *numer.* 2. 2
ubi num. 3. quòd poterit retrahens pendente lite depoſitum reintegrare, & notat, quòd ſi à principio nullum ſit factum depoſitum, vel minus validum 3
poſſit fieri lite pendente, Menoch. *cons.* 576. *num.* 8. *& ſeqq.* Maſtril. *d. decis.* 148. *num.* 16. *& ſeqq* Barboſ. 4. *de vot.* 81. *num.* 16. atque neceſſe eſſe fieri parte 4
citata, & præſente, ac de mandato Judicis; & penes perſonam ab eo eligendam, per multa probat Rol. *d. cons.* 63. *numer.* 31. *& ſeqq. lib.* 1. Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 613. *& ſeqq.* ubi tamen quòd ſi ſit in æde publica, & denuncietur emptori etiam ſine Judicis decreto opitulatur, adeò ut ſi pecunia depoſitata ſequeſtretur per creditores deponentis, nullum depoſitum producat effectum, Maſtril. *d. decis.* 148. *nu.* 18. quòd intellige juxtà diſtinctionem allatam à Cagnol. *in l.* 2. *num.* 114. *C. de pact. inter empt. & vendit.* & ſi ſit res non integro facto depoſito relaxata poteſt repeti, donec integrè ſit ſatisfactum, Carpan. *ad Statut.* 6
Mediol. d. c. 417. *n.* 660. Giurb. *d. decis.* 77. *n.* 2. *in fin.*

Et ſi Judex, non obſtante, quòd depoſitum non ſit factum, intendat prælationem habentem ad illud beneficium admittere, non poteſt, niſi ſuam pro- 7
ferat ſententiam ſub conditione, ideſt, dummodò faciat depoſitum, & realiter ſolvat, ut plenè probat Giurb *d. decis* 77. *num.* 3. *in fin.* & ut profit quænam requirantur videndum eſt apud Carpan. *d. cap.* 417. *à num.* 591. *ad* 64 . ubi quòd debet fieri in pecunia bona, & non reprobata, vel quæ debet poſt paucos dies reprobari, & debet conſtare de numeratione non autem fieri in ſacculo, & quod ſi plures ſint

vendiriones, plura ſunt facienda depoſita non unum tantum licet æquivalens, & quod non excuſantur mulieres, ruſtici, & minores, neque illis danda ſit reſtitutio in integrum, & ibi vide an poſſit recuperari, & quæ ſervanda ſint quando ſit recuperatio.

Sed iſti, vel loquuntur de Conſtitutionibus, &
7 legibus hoc expreſsè requirentibus, vel malè concludunt, ſi enim lex prælationem concedens non requirit depoſitum, ſat erit, quod is, qui præferri vult, offerat ſe promptum, & paratum eſſe ad idem pretium, quòd alius extetus dare prætendit ſolvendum pro hoc eſt bonus Text. *in cap. conſtitutus* 8. *de reſtit. in integr.* ibi: *& emptoribus portionis ejuſdem, vel eorum ſucceſſoribus pretium ſint offerre parati, &c.* ubi benè hoc notat Anchar. *ſub numer.* 5. *verſic. undecimo.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 17. *num.* 8. *&* §. 7. *gloſſ.* 3. *per tot. &* §. 9. *gloſſ.* 3 *numer.* 24. *in med.* Annot. ad Paitel *expedit.* 17. *nn.* 14 ubi quòd ſufficit declaratio voluntatis abſque actuali depoſito, quod ſequitur Rot. in una Romana vineæ coram Millioo apud Cenc. *de Cenſ. decis.* 157. *per tot.* ubi quòd nullum faciendum eſt depoſitum, ſi lex, quæ dat prælationem hoc non dicat, Reverendiſſ. Antonel. *de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 18. nec contradicit Boer. *d. decis.* 124. *num.* 24. *in fin.*

Dummodo antequam venditor condemnetur, faciat, & adimpleat, quod obtulit, ut ex d. Text. *in cap. conſtitutus in fin.* deducitur ibi: *dum tamen quod offerunt, duxerint faciendum*, & notat Anchar. & Tiraq *ubi ſupra.*

Ut autem magis veritas eluceſcat plures caſus diſtinguendi ſunt; Primus eſt, quando quis vult prælationem, & timet fortaſsè, ne tranſeat tempus ad illam petendam poſt factam requiſitionem, & denunciationem, & tunc ſufficit, quòd declaret ſe velle præferri, & quod promptus eſt ſolvere idem pretium ab extraneo expoſitum, ad Text. *in l. ſi debitori* 11. *ff. de judic.* Bart. *in l. acceptam nu.* 3. *verſ. item prodeſt, C. de uſur.* Rip *in l ſi inſulam num.* 67. *vers. tu potes in fin. ff. de verb. oblig.* Lup. *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* §. 3. *num.* 107. *vers. tu autem fol. mihi* 8. Milanenſ. *decis* 4. *num.* 102. *lib.* 2. Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 19. *num.* 3. *in fin.* Urſel. *concl.* 62. *n.* 46 *vers unde erit*, & ita in effectu loquuntur deciſiones Rotæ iam allegatæ, Mangil. *de evict. quæſt.* 136. *num.* 25. *& ſeqq.* ubi tamen, quòd hæc opinio eſt vera, dummodo talis declaratio, & oblatio ſequatur intra terminum datum à Jure.

Secundus caſus eſt, quando quis vult in mora conſtituere eum, contra quem actionem intentat ad
9 effectum lucrandi fructus, & tunc neceſsè eſt, quòd pretium deponat tempore congruo unà cum expenſis, ad notata per Bart. *in d. l. acceptam num.* 3. *C. de uſur.* Lup. *d.* §. 3. *n.* 107. *in fin.* Milanenſ. *d. decis.* 4. *num* 102. Gratian. *disc.* 786. *num.* 5. ubi declarat Tiraq. Carpan. *ad Stat. Mediol. dict. cap.* 417. *num.* 43. Urſel. *d. concl.* 62. *num.* 46. *vers. unde erit*, Cotnazan. *decis.* 19. *n.* 12. Maſtril. *d. dec.* 148. *num.* 11. 12. *& ſeqq.* Fontanell. *d. decis.* 73. *num.* 12. *& ſeqq.*

Tertius caſus eſt, quando quis neſcit pretium, quòd
10 alius dare vult, & tunc diſtinguendum inter caſum, quo quis pretendat evitare ſimplicem lapſum temporis, & inter illum, quo quis pretendat conſtituere in mora venditorem ad effectum aliquod lucrum conſequendi, in primo enim ſimplex verbalis oblatio ſufficit, *l. ſi reſiduum* 5. *de diſtract. pignor.* Rip. *in d. l. ſi inſulam num.* 67. *in fin.* Tiraquell. *d. gloſſ* 19. *num* 1. *&* 3. In ſecundo autem tenetur quis deponere pretium certum, & pro eò quòd eſt incertum offerre atque in effectu dare fidejuſſorem, quia ſimplex fidejuſſoris verbalis oblatio non prodeſſet, juxta Text. *in l ſtatu liber.* 5. *& l. ſervus* 34. §. *Imperator in fin. ff. de ſtat. liber. & in l. quærebatur penult. ff. qui potior. in pign. habeant.* Rip. *in d. l. ſi inſulam d. numer.* 67. *vers. tu potes.* Tiraqu. *dict. gloſſ.* 19. *numer.* 2. *ad* 7. Carpan. *dict. cap.* 417. *numer.* 594. *& ſeq.* Parlador. *differ.* 109. §. 5. *numer.* 14. Soccin. Sen. *cons.* 80. *num.* 3. *circa fin. vers. præterea, & ſeq. lib.* 3. Maſtril. *d. decis.* 148. *n.* 4. *& ſeq. & num.* 32. Cagnol. *in d. l.* 2. *n.* 112. *C. de pact. inter empt. & vendit.* ubi tamen notat, quòd iſta cautio à notorio divite non exigitur, ſed ſufficit, quòd ipſe det nudam cautionem cum obligatione, & hypotheca bonorum de ſupplendo quidquid eum debere conſtabit.

Atque cum iſta diſtinctione intelligendi ſunt Boer.
decis. 112. *num.* 2. *in fin.* Gail. *pract. concl. lib.* 2. *cap.* 11
19. *num.* 7. Mangil. *de evict. quæſt.* 135. *num.* 17. *verſic. item modo pretium*, Coſt. *de rat. rat. q.* 103. *num.* 4. quibus conſonat Surd. *cons.* 141. *n.* 9. Manzaned. *decis.* 512. *n.* 6. dicentes, quòd ſi requiratur depoſitum, ſufficiat prælationem petentem certam ſummam deponere, cum proteſtatione, quòd paratus eſt reliquum ſolvere, quando erit de pretio certior factus, quia id benè procedit ad effectum, ut ipſe prælationem petens non poſſit dici in mora conſtitutus, & quod tempus non ſit lapſum, non autem ad effectum conſtituendi in mora Adverſarium, ut fructus lucretur, quia tunc neceſsè eſt, quod det fidejuſſores, ut ſupra dictum eſt.

Not. primò, quòd ſi lex, vel ſtatutum requirat fieri depoſitum pro prælatione obtinenda, non tenetur tamen quis pecuniam deponere, ſi ei negatur 12
prælatio, & qualitas requiſita ad prælationem petendam, Gratian. *discept.* 186. *n.* 8. *&* 9. benè Put. *dec.* 195. *per tot. lib.* 2. Gregor. *decis.* 451. *num.* 5. *& ſeqq.* Cirocc. *diſcept.* 26. *num.* 63. *& ſeq. tom.* 1. ubi ſecus ſi per viam exceptionis ſimplicis id eveniat, eſt tamen regulare hoc, quia ſi negatur prælatio, & pendet lis ſuper prælatione, vel qualitate requiſita à Jure, 13
ſicuti non currit tempus ad prælationem petendam, ita nec depoſitum ſaciendum, Guidopap. *decis.* 257. *num.* 1. *in fin.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1 *gloſſ.* 10. *num.* 36. *&* 40. Spad. *cons.* 285. *num.* 16. *verſic. non obſtat. lib.* 2. Paſqualig. *quæſt. moral. Iurid. qu. ſt.* 84. *num.* 4. Ciroc. *d. diſcept.* 29. *num. ſeqq.* Marta *digeſt. noviſſ. tom.* 3. *tit. Retract. cap.* 16. *per tot.* niſi aliud
ſit in Jure, ſtatuto, vel conſuetudine cautum, ſi 14
enim à ſtatuto ſit diſpoſitum, quòd fieri debeat depoſitum etiam lite pendente, tunc diſtinguas, quia ſi unum introducitur Judicium unico monitorio pro prælatione, vel retractu, ex adverſo verò negatur qualitas requiſita ad retrahendum, vel ipſius retractus actio, & tunc faciendum eſt depoſitum, quia ſatis verificatur ſtatutum, dum ita pendere dicitur lis ſuper prælatione, vel retractu, nec illa exceptio facit diverſum Judicium, neque mutat formam, & eſſentiam actionis: Si verò duplex intentatur Judicium, 15
aliud ſcilicet ſuper retractu, vel prælatione, & aliud ſuper verificatione qualitatis à ſtatuto requiſitæ, & tunc non currit tempus ad faciendum depoſitum, quouſque durat iſta lis ſuper qualitate, dum enim illud Judicium ſuper qualitate eſt præjudiciale judicio prælationis, pendente ipſo præjudiciali Judicio ſuperſedendum eſt in Judicio prælationis, *l. prima cum gloſſ. C. quis aliq. teſt. probib.* & ita loquitur Put. *d. decis.* 195 *per tot. lib.* 2. *& decis.* 51. *eodem lib.* prout recedendo *à d. deciſ.* 431. coram Gregor. latè dixit Rota coram eodem *decis.* 470. *per tot.* Spad. *d. cons.* 285. *per tot. lib.* 2. ubi plenè, ſequitur Grat. *disc.* 394. *à num.* 34. *ad* 37. Ciroc. *d. diſc.* 29. *num.* 66. Coccin. *deciſ.* 308. *num.* 1. *& ſeqq.*

Not. ſecundò, quod ſi quis facit depoſitum pro
prælatione obtinenda, & poſtea pretium denuò ſuſceperit, & uſus ſuos converterit, videtur renunciaſſe 16
depoſito, & Juri prælationem obtinendi, Tiraſi. *de retract. d.* §. 7. *gloſſ.* 3. *num.* 4. Parlador. *diff.* 109. §. 5. *num.* 17. per Text. *in l. acceptam, C. de uſur. & in l. prima, C. qui potior in pign. habeant.*

Quod

Quòd intelligas, ſi tenebatur propter ſtatutum fa-
17 cere depoſitum, quia ſi non erat adſtrictus, & depo-
ſuit, tunc non videtur renunciare prælationi, nec ob-
lationi, ita ex authoritate Chaſſan. *conſ. 71. col. ul-
tim.* reſpondet Tiraq. *d. gloſſ. 3. nu. 4. in fin.* ubi etiam
num. 5. ait, quòd ſi depoſitum ſit nullum, ſi tamen
non erat neceſſarium non nocet, ut etiam tenuit Soc-
cin. Sen. *cons. 80. num. 3. in fin. verſic. ſed ad cautelam
lib. 3.* Carpan. *d. cap. 417. numer. 633. & ſeqq.* ubi
etiam *n. 636.* ait, quòd ſi minor recuperaverit cenſe-
tur renunciare, nec amplius reſtituitur in integrum
quandò ſtatutum exigit depoſitum, Ciroc. *diſcept. 29.
num. 65. tom. 1.* Cavalet. *decis. 657. num. 4.*

Mihi verò numquam placuit talis opinio, quia ſi
18 ſtatutum mandabat fieri depoſitum, & feci, poſtea
verò pecuniam accepi, non tamen videor renunciaſſe
Iuri prælationem obtinendi, quia poſſum iterum de-
ponere, ddummodo hoc faciam re integra, ideſt intra
tempus mihi conceſſum, & quinam arguet præſum-
ptionem renunciationis huic Juris, ſi iterum pretium
re integra deponam? ut expreſsè ex Caroc. *d. depoſit.
part. 2. quaſt. 58.* notavit Gallerat. *de renunc. cons pri-
ma ren. 42. n. 8. fol. mihi* 171.

Et meritò, quia iſta reacceptio depoſiti operatur
tantum, quòd fingatur quem non depoſuiſſe, cùm
depoſitum eſſe non videatur, quòd non durat, ut di-
19 xit gloſſ. *in d. l. acceptam, verbo eas repetit*, quam ibi
ſequuntur Bart. *n. 5.* Bald. *n. 5.* Salic. *num. 2.* Caſtr. &
Alberic. *num. 10.* Cyn. *num. 4.* Odofred. *numer. 5.*
Tiraq. *de retract. convent. §. 4. gloſſ. 10. num. 1. ante
fin.* Bertazol. *de clauſ. clauſ. 41. gloſſ. 7. poſt princ.* &
pleniſſimè de Mario. *alleg. Iur. diverſ. tom. 3. alleg.
46. num. 7. & pluribus ſeqq. & num. 12. ac ſeqq.* ubi
hoc intelligit, quando depoſitum fuit reacceptum de
facto, & inaudito creditore, ſecus quando fuit re-
acceptum de voluntate creditoris, *& numer. ſeqq.*
latè tractat quæſtionem an reaccepto depoſito debi-
tor, qui erat liberatus facto depoſito iterum poſ-
ſit conveniri primæva actione, & an fidejuſſoris
obligatio jam extincta iterum reviviſcat, ideò ad eum
te remitto.

Unde ſi quis intra tempus, & re integra iterum de-
20 ponat, ceſſat fictio, quæ cedit veritati, *l. nec ei, §.
primo ff. de adopt.* Decian. *conſ. 11. num. 139. lib. 1.*

Not. 3. quòd ſi prælationem petens obtulerit pecu-
niam vendenti, ille verò ſine juſta cauſa eam recipere
21 recuſaverit, ob quod coactus fuerit ad formam ſtatuti
actor eam deponere, iſto caſu ſi pecunia caſu pereat,
non perit periculo prælationem petentis, ſed periculo
recipere ſine juſta cauſa recuſantis, non enim æquum
eſt teneri pecunia amiſſa prælationem petentem,
qui non teneretur, ſi jam à vendente illa pecunia
fuiſſet recepta, & haberi debet pro ſoluto id, in
quo vendens accipiendo moram fecit, Text. eſt aper-
tus *in l. qui decem 72. in princ. ff. de ſolut.* ubi gloſs.
& DD. & melior. Text. in propoſito *in l. prima, §. ſin
autem, & in l. fin. C. de Com. ſerv. manumiſſ.* & hoc
videtur voluiſſe Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 12,
num. 2.* quem ſine reſolutione ſequitur Parlador. *d. ff.
109. §. 6. num. 4.* Carpan. *d. cap. 417. num. 619. &
ſeqq.* ubi etiam quòd ſi pecunia fuerit reprobata per
Principem adhuc emptor, vel venditor moroſus te-
netur, benè Cagnol. *in l. 2. n. n. 111. C. de pact. in-
ter empt. & vend.* Dec. *cons. 543. nu. 21. verſ. & iſta
concluſio,* & meritò, quia quando depoſitum ſolemniter
eſt factum, & pars illud recipere ſine juſta cauſa recu-
ſavit, habet vim veræ ſolutionis, *l. Creditor, C. de
pignor. l. obſignatione 9. de ſolut.* Gregor. *decis. 214. n. 1.*

Quod intelligas ſi recuſavit vendens ſine juſta cau-
ſa, nam ſi legitimam habebat cauſam recuſandi pe-
cuniam, tunc prælationem petenti reperit ſumma de-
poſitata, ſi depoſitarius decoxerit, vel aliàs res pe-
22 rierit, quia tunc depoſitum non habet vim ſolutionis,
& meritò illa pecunia pecunia periſre debet ponenti,
qui eſt Dominus, *l. acceptam, C. de uſur. l. pignus, C.
de pignor. act.* Gagnol. *in d. l. 2. nu. 111. verſ. aliàs erit,*
benè Dec. *d. conſ. 542. num. 21. ſignanter in verſ. ſecus
amen eſt*, Carpan. *d. cap. 417. num. 631.*

Ut evenit, quando depoſitum non eſt integrum,
tunc enim ſi pecunia pereat, deponenti perit, quia non 23
integrum depoſitum non relevat *d. l. obſignatione 9.* ubi
gloſſ. *verbo totius. C. de ſolut.* Cagnol. *in d. l. 2. num.
112.* optimè Caſtill *d. dec. 148. n. 16. & 17.* vel quan-
do non eſt legitimè factum, ut plenè probat Rot *dec.
102. per tot. part. 2. recent.* ubi etiam habeas multa requi-
ſita ad validitatem depoſiti, & ſi tunc petit depoſitum
periculo vendentis, & recipere recuſantis, quando præ-
lationem petens ex parte ſua faceret ea omnia, quæ
ſunt facienda ut notatur in *d. l. obſignatione*, & latius
per Bart. *in l. item illa 18. in princ. verſ. nec obſtat lex
iſta ante num. 1. ff. de conſtit. pecun.*

Not. 4. quòd pretium debet realiter, & in pecu-
nia numerata deponi, quando hoc eſt neceſsè, nec
ſufficit fuiſſe factum ex credito conſequendo vigore 24
litterarum, vel Apocharum, ut plenè notat Novar.
ad pragm. Regn. tit. de offic. Procurat. Cæſar. *pragm.
63. num. 11.*

Ita etiam ſi contingat, quòd quis offerat cedula-
rum campſorem, qui non faciat cedulam depoſiti 25
actualis, ſed tantum promittat ſolvere Campſor pe-
cuniam debitam, non dicitur ſatisfactum ſtatuto,
quia hoc non eſt deponere, ſed promiſſionem da-
re, Mangil. *de evict. quaſt. 84. numer. 17. & ſeqq*
Ceuc. *de cenſ. quaſt. 50. numer. 19. in fin.* Rota poſt
eumdem *decis. 435. numer. 1.* Add. ad Gregor *decis.
347. num. 19.* Leotard. *de uſur. quaſt 51. num 40.
poſt princ.* prout nec ſufficeret depoſitum confeſſiona-
tum, Carpan. *dicto cap. 417. num. 604.*

Not. 5. quòd etſi ſtatutum mandet prælationis jus 26
petentem facere depoſitum, hoc tamen eſt cum gra-
no ſalis intelligendum, ideſt dummodò facta fuerit
prius oblatio pecuniæ vendendi, qui eam recipere
recuſavit, prius enim vendendi eſt facienda oblatio
legitima, ipſo vero recuſante depoſitum fieri debet,
non enim depoſito opus eſſet, ſi vendens non re-
cuſaſſet, ſed neceſſe eſſet ipſi ſolvere, ita deducitur
ex Text. *in l. 2.* ubi Salicet. *in primo not. Cod. de uſur.*
& eſt optimus Text. *in l. prima, §. ſin autem Socius,
& l. fin. in fin. Cod. de comm. ſerv. manumiſſ. gloſſ. in l.
acceptam*, ubi Ang *column. fin. verſic. ſola verò depo-
ſitio*, Bald. *in primo not.* & Caſtrenſ. *column. penult.
verſic. quantum ac ſecundum, Cod. de uſur.* Cagnol.
in d. l. n. 113. ubi quod aliàs depoſitum non rele-
varet *C. de pact. inter empt. & vendit.* Rota *dicta dec.
102. nu. 1. part. 2. recent.* optimè Roland. *conſil. 63.
num. 29. & 30. lib. 1.* Spad. *conſ. 285. num. 3. lib. 2.*
Carpan. *dicto cap. 417. num. 640.* Gratian. *diſceptat.
541. num. 16. & ſeqq.* Peregrio, *conſ. 75. num. 50.
& 51. lib. 4.* Rot. *decis. 2. num. 8. part. 10. recent.*
ac plenè Gutierez *pract. quaſt. lib. 2. quaſt 160. num.
5. 4. & 5. & multis ſeqq.* ubi ponit praxim de fa-
ciendo d. depoſito, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 9.
gloſs. 3. num. 3. & pluribus ſeqq.* apud quem ſufficiat
videre, an iſta oblatio fieri poſſit Procuratori, &
quid ſit faciendum, ſi is, qui vult vendere abſit, &
& quid ſi hæreditas jacens ſit.

Not. 6. quod ſi quis fecerit depoſitum, & obla- 27
tionem intra tempus, quo ei non competebat præ-
latio, ob prioritatem alterius, qui eum præcedebat
& contingat poſtea, priorem renunciare prælationis
Juri, tunc quamvis, qui depoſitum fecerat, per an-
num integrum nihil dixerit, adhuc ei prodeſt de-
poſitum, & oblatio jam facta ad effectum, ut non
dicatur lapſum tempus, ut latè declarando Caſſan.
probat Lancellot. Gallia *conſ. 14. ſub numer. 56. verſ.
ut iterum & ſeqq.*

QUÆ-

QUÆSTIO XXIV.

Quanto tempore præſcribatur Jus prælationis.

SUMMARIUM.

Prælationis Jus præſcribitur ſpatio duorum Menſium ſi præceſſit denunciatio, & ſpatio triginta annorum denunciatione non præcedente.

2 *Præſcripto Jure prælationis, adhuc re integra, ideſt re non tradita, vel non vendita, admittitur purgatio moræ.*

3 *Contrarium defenditur.*

4 *Renunciatum tacitè dicitur Iuri prælationis poſt lapſum tempus datum pro ea petenda.*

5 *Moræ purgatio non admittitur poſtquam lapſum eſt tempus à lege Statutum, & limitatum, intra quod quis tenebatur ſuam voluntatem declarare.*

Polidor. Rip. de nocturn. tempor. num 108 rejicitur.

6 *Moræ purgatio non admittitur poſt lapſum tempus, quamvis venditor prælationis Ius habendi dixiſſet quod eum admitteret toties quoties venire voluerit.*

7 *Terminus duorum Menſium datus pro prælatione petenda, incipit currere à die denunciationis.*

8 *Prælationis Ius non impedit venditionem, ſed oritur ex ipſamet venditione.*

Et competere incipit, quando contractus perfectus eſt, & quando in ſubhaſtatione rei fuit acceptata ultima oblatio.

9 *Et quando intervenit conſenſus, res, & pretium, vel fuerunt data Arrha pro perfectione contractus, etiam antequam ſequuta ſit traditio.*

10 *Terminus datus pro prælatione petenda, incipit currere à ſolo die perfectæ venditionis, nulla expectata traditione. & num. 11. & 12.*

13 *Alii credunt, quòd tempus non incipiat currere à die factæ denunciationis, nec à die factæ venditionis, ſed à die factæ traditionis.*

14 *Alii diſtinguunt inter ſtatutum permittens quem præferri in venditione alicujus rei, & inter aliud mandans, quem præferri in alienatione, ſed hæc diſtinctio eſt vera in terminis retractus num 18.*

15 *Opinio illorum, qui volunt, quòd quando præceſſit denunciatio, tempus incipiat currere à die perfecti contractus, nulla expectata rei traditione tanquam verior defenditur.*

16 Text. in l. fin. C. de Jur. emphyt. *non prohibet ſub pœna caducitatis ſolam venditionem, ſed venditionem junctam, cum traditione, non denunciato Domino eoque non expectato per bimeſtre.*

17 *Tempus datum pro prælatione petenda incipit currere ſtatim à die perfecti contractus, etiam ſine ſcriptura, vel Inſtrumento, quoties Inſtrumenti celebratio non fuit de eſſentia à contrahentibus requiſita.*

19 *Tempus datum pro prælatione petenda eſt continuum, & currit de momento ad momentum computato quoque die, quo fuit facta denunciatio, & venditio.*

20 *Tempus iſtud non currit à die factæ venditionis, quando non Dominus vendidit nomine Domini, ſed à die ſequuta ratificationis veri Domini.*

Limita quando venditio eſt facta cum mandato procura ſpeciali.

21 *Tempus prædictum non incipit currere à die factæ venditionis quando venditio eſt facta ſub conditione.*

Et quid quando eſt facta ſub pacto addictionis in diem, vel legis commiſſoria, ibi vide.

22 *Tempus iſtud incipit currere ſtatim à die factæ venditionis cum pacto de retrovendendo.*

23 *Terminus datus pro prælatione petenda, non incipit currere à die factæ venditionis, & denunciationis durante lite inter emptorem, vel venditorem, & prælationem petentem, ſi tamen lis ſit præjudicialis huic Iuri, ſecus ſi non ſit præjudicialis, & ſuper diverſo emergenti introducta.*

24 *Limita quando prælationem petens data opera curaſſet litem moveri, ut tempus ei non curreret.*

25 *Tempus datum pro petendo prælationem, currit minori, Eccleſiæ, & ſimilibus.*

Limita in pupillis durante pupillari ætate.

26 *Reſtitutio datur in integrum minoribus, & Eccleſiæ adverſus lapſum temporis dati pro prælatione petenda, & num 27.*

28 *Contrariam opinionem ſectantur alii.*

Thorus verò tunc dat reſtitutionem in integrum minoribus, & pupillis, vel Eccleſiæ, ſi illi non habeant Tutorem, vel Curatorem, & iſta non habeat Rectorem, ſecus contra.

29 *Alii defendunt, quòd tunc demum detur talibus perſonis reſtitutio in integrum, ſi probent ultra lapſum temporis læſionem, ideſt, quòd tunc temporis poterant emere, ac pecuniam habebant in prompta, quodque prælatio tunc temporis ipſi fuiſſet utilis, & num 30.*

31 *Contrarium opinio defenditur.*

32 *Minor, qui non appellavit in tempore Statuto reſtituitur in integrum, quamvis non probet ſibi fuiſſe utile appellare infra illud tempus.*

33 *Minor dicitur læſus, & reſtituitur, ex hoc ſolum quòd per lapſum temporis perdidit beneficium, quod ipſi lex concedebat.*

34 *Reſtitutio in integrum adverſus lapſum temporis dati pro petendo prælationem minori, debet peti intra quadriennium.*

Amplia, ut adverſarius probare debeat effluxum eſſe jam quadriennium, ut talis reſtitutio denegetur.

35 *Reſtitutionis in integrum beneficium, quòd datur minori adverſus hunc lapſum temporis, prodeſt etiam majoribus habentibus commune jus prælationis.*

36 *Contrarium defenditur, & num. 37.*

38 *Tempus datum ad prælationem petendam, currit abſenti, & ignoranti, etiam abſque ulla ſpe reſtitutionis in integrum.*

39 *Alii defendunt, quòd abſenti, & ignoranti, vel non currat, vel quòd ex capite juſtæ ignorantiæ, & abſentiæ neceſſariæ concedatur reſtitutio in integrum.*

Sed tantum intra tantandem temporis, quantum erat illud, quod fuit admiſſum.

40 *Declaratur id procedere quando præceſſit denunciatio, quia tunc tempus non currit, niſi à die ſublati impedimenti.*

41 *Si verò non præceſſit denunciatio, & requiratur præſcriptio triginta annorum, tunc tale tempus currit etiam contra ignorantem abſque ulla ſpe reſtitutionis in integrum.*

42 *Reſtitutio in integrum in aliis materiis competit adverſus præſcriptionem triginta annorum.*

43 *Tempus datum ad prælationem petendam, currit etiam pauperi.*

44 *Tempus iſtud non currit remotioribus, niſi à die, quo proximiores tacitè, vel expreſsè renunciaverint, aut terminus ipſis datus lapſus ſit.*

45 *Prælationem petens admittitur etiam lapſo tempore venditionis exiſtente ficta, aut ſimulata, ſi talem ſimulationem ſcivit lapſo tempore.*

46 *Præſcriptio Iuris prælationis interrumpitur litis conteſtatione, & actio perpetuatur, & quid ſi iſta litis conteſtatio fuit facta ex induſtria ad perpetuandam actionem, ibi vide.*

47 *Terminus datus ad prælationem petendam, an incipiat currere à die factæ venditionis cum pacto reſervationis Dominii, ibi vide.*

De

DE hac quæſtione tractatum eſt *in quæſt. 4. num. 40. & ſeqq.* ubi variæ DD. opiniones diſtinctione concordavimus reſolvendo, quòd ſi præceſſit de-
1 nunciatio tempus duorum menſium concedatur prælationem habenti, quo elapſo amplius, prælatio peti nequeat, ſi verò non præceſſit denunciatio, tunc actio perpetuatur uſque ad 30. annos, intra quod ſpatium prælatio peti poteſt.

Quærendum primò, an tranſacto tempore dato ad prælationem petendam, eoque præſcripto ad-
2 mittatur purgatio moræ. Et quidem variæ ſunt DD. opiniones, ſunt enim qui defendunt re integra, ideſt re nondum vendita, aut tradita poſſe prælationis jus habentem moram purgare, & præferri etiam poſt elapſos duos menſes, ut tradit Jaſ. *in l. final. num.* 25. ubi etiam Salicet *num.* 16. *verſ. ſed dubitari*, *C. de Iur. emphyt.* Caſtrenſ. *in l. quis Romæ*, *§. cohæredes*, *ff. de verb. oblig. numer.* 25. ubi etiam Jaſ. *nu.* 6. & 7. Jo. Andr. in addit. ad Speculat. *in §. nunc aliqua num.* 124. *litt. K. quæſt.* 101. *de locat.* Schrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *num.* 8. Corbul. *de cauſ. privat. ob alienat. irrequiſit. Dom. limit* 5. *num.* 1. & 2. *fol. mihi* 252. Menoch. *lib.* 2. *caſu* 37. *in fin.* Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 14. *& ſeq.* ubi tamen concludit, eo tantum caſu dicit rem integram, quo proceſſum non fuerit ad traditionem veram, vel fictam, & eſt conſil. Alex. 24. *numer*. 7. *& ſeqq. lib.* 4. ubi quòd intra breve tempus admittitur talis purgatio moræ, Franc. Marc. *decis. Delphin.* 577. *num.* 1. *lib.* 1.

Sed revera etiam juxta theoricam Caſtrenſ. *dicto cohæredes num.* 6. cui Jaſ. & cæteri ſequaces adhæ-
3 rent, contrarium dicendum eſt, quoniam idem Caſtren. loquitur in caſu ipſius §. in quo cum ageretur de prohibitione facta à Teſtatore vendendi rem extrà cohæredes juſtè Caſtren. ait quòd facta denunciatione cohæredibus emendi, ipſi negligentes, & patientes labi tempus determinatum valeant, non facta adhuc venditione declarare, quòd volunt emere; Cùm autem in caſo noſtro quando fit denunciatio, jam venditio ſit facta, & concordatum ſit pretium pacta, & conditiones ſtabilitæ, dum prælatio tunc demum competere incipit quando perfectus eſt contractus venditionis, pretium ſtabilitum, ac pacta concordata, ut infra dicam, meritò theorica Caſtren. applicari non poteſt, vel eam ſequendo dicere oportebit, quod re ſimpliciter vendita, licèt non tradita non ſit amplius res integra, & conſequenter quod numquam integra res dici poſſit favore prælationem petentis, dum ipſe tunc admittitur quando venditio facta eſt.

Præterea poſt lapſum temporis dati pro prælatio-
4 ne petenda præcedente denunciatione dicitur tacitè renunciatum juri prælationis, ut probat Amad. *de Land. quæſt.* 16. *num.* 3. Corbul. *de privat. ob alienat. limit.* 17. *propè fin.* Roſental. *de feud. cap.* 6. *conclus.* 59. *per totam*, *& cap.* 9. *conclus.* 31. *ſub num.* 9. Cyriac. *controv.* 309. *num.* 24. *& ſeqq.* Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 37. *& ſeq.* ideòque ſequuta tacita renunciatione, quæ ex voluntate partis proceſſit non datur amplius regreſſus ad jus renunciatum.

Tandem non poteſt admitti moræ purgatio poſt tempus à lege ſtatutum, & limitatum intra quod cum quis teneatur ſuam voluntatem declarare ſi non declaravit noluiſſe uti beneficio legis dicendum eſt,
5 ut in ſpecie probat Afflict. *de jur. protomis. ut infra* 30. *dies num* 33. *verſic. quarto nota ex Textu*, Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 3. *gloſſ.* 4. *numer.* 2. *& ſeqq.* Hartman. Piſt. *lib.* 2. *part.* 1. *quæ.* 12. *num.* 21. Roland. *cons.* 21. *numer.* 8. *& ſeqq. lib.* 1. Gayl. *pract. obſerv. lib.* 2. *obſerv.* 19. *num.* 10. *circa fin. verſic quarto requiritur*, *& ſeq.* Rendel. *de jur. protom. §. ſcriptum eſt*, *verb. victoriam*, *toto nu.* 1. *fol. mihi* 302. Nigr. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 17. *ad* 22. Giurb. *deciſ.* 75. *numer.* 2. Roſenthal. *de feud. cap* 9. *membr.* 2. *concl.* 93. *num.* 8. *& 9. ubi lit. H.* id limita ſi ex juſta cauſa in mora quis fuiſſet, plenè Berlich. *concl. part.* 2. *concl.* 40. *num.* 12. *& plurib. ſeqq.* ubi quòd nec dimidia hora poſt lapſum tempus admitti poteſt moram purgando, & infinitos allegat concordantes, & concordat Polydor. Rip. *de nocturn. tempore numer.* 108. ubi quod ſi lapſum eſſet totum tempus, & remaneret ſolum ultima nox non poſſit illamet nocte validè fieri oblatio ab habente prælationis jus, quòd tamen tutum non exiſtimat, Grevel. *practic. concluſ. lib.* 2. *conclus.* 19. *conſiderat.* 1. *num.* 4. & optima ratione, quia nondum lapſum eſt totum, & integrum tempus datum pro prælatione petenda, ut plenè probat impugnando Ripam Berlich. *conclus.* 40. *n.* 41. *& pluribus ſeqq. part.* 2.

Quæ concluſio ampliatur quamvis emptor, aut venditor prælationis jus habenti dixiſſet, quod eum 6
admitterent toties quoties venire voluerit, nam adhuc ad hæc verba intelligi debent, dummodo intra legitimum tempus prælationis jus habens comparuerit, ideòque ſi tempus labi paſſus fuerit, non amplius admitti poterit etiam moram purgando, ut probat Jaſon *conſ.* 92. *ſub num.* 18, *circa fin. verſ. iſtis ſic in facto ſtantibus*, *& ſeq. lib.* 1. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 10 *num.* 33. *& ſeq.* Berlich. *dict. concl.* 40. *part.* 2. *num.* 15. *fol. mihi* 186.

Quærendum ſecundò, à quo tempore incipiat cur-
rere tempus datum ad prælationem petendam, & 7
ſanè quæſtio eſt difficillima, nam ſi adhæremus diſpoſitioni Text. *in l. fin. C. de jur. emphyt.* facilè erit colligere, quod facta denunciatione ſtatim tempus duorum menſium currere incipiat ab ipſo die factæ denunciationis etiam antequam facta ſit venditio, ut clarè indicat ipſius Textus lectura, & probat Cenc. *de cenſ. quæſt.* 64. *num.* 30. *& 32.* Si verò DD. autho-
ritates perquiramus diverſa apparebit eorumdem opi- 8
nio, quidam enim defendunt, quòd cùm prælationis jus non impediat alienationem, ſed oriatur ab ipſamet venditione, Neapodan. *in conſuet. ſi quis emit*, *verb. poſſidet numer.* 41. Rovit. *deciſ.* 3. *in princip.* Capyc. Latr. *deciſ.* 174. *num.* 62. & tunc demum competere incipiat, ac peti valeat poſtquam in ſubhaſtatione rei fuit acceptata ultima oblatio, & in venditione voluntaria res fuit vendita, atque contractus perfectus, Theodor. *allegat.* 91. *num.* 18. Rovit. *in allegat. impreſſ. poſt deciſ.* 11. Joan. Franciſc. de Ponte *num.* 80. Cæſar. de Afflict. *controv. Iur. cap.* 20. *num.* 51. *& ſeq.* Bonden. *collect.* 43. *num.* 11. 22. 34. *& ſeqq.* Galeot. *reſponſ. Fiſcal.* 29. *num.* 3. Marſcian. *diſp.* 38. *num.* 7. Donad. *de renunciat. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 34. *& ſeqq. & tom.* 2. *cap.* 26. *num.*
35. *& ſeq.* Sanfelic. *dec.* 111. *num.* 13. ideſt quando 9
intervenit conſenſus res, & pretium etiam antequam ſit facta traditio, ut probat Tiraquel. §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 43. *& ſeqq.* Hartman. Piſt. *q.* 12. *n.* 23. *& ſeqq. lib.* 2. *p.* 1. Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *concl.* 93 *num.* 12. & melius Thor. *in compend. deciſ. Neap. part.* 2. *verb. jus congrui fol. mihi* 320. *& voto* 72. *nu.* 3. Joan. Sandè *in Theatr. pract. lib.* 3. *tit.* 5. *in addit. ad definit.* 6. vel arrhæ pro perfectione contractus datæ ſunt, latè Rumm. in addit. ad Afflict. *de jur. protom. fol. mihi* 76. *nu.* 1. *& ſeqq.* Meritò tempus currere inci-
piat à ſolo die perfectæ venditionis nulla expectata 10
traditione, ut probat Laſſart. *de decim. cap* 3. *num.* 4. Signorol. *conſ.* 71. Tiraquell. *d. §.* 1. *gloſſ.* 10. *num.* 105. *& ſeqq.* Guttier. *practic. lib.* 2. *quæſt.* 152. *per tot.* Molin *de contract. tractat.* 2. *diſput* 170. *§. dubium eſt an novem dies uſque ad §. dubium eſt*, *quando contractus ſignanter verſic. contraria ſententia fol. mihi* 516. Giurb. *deciſ.* 80. *num.* 5. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 17. *numer.* 11. atque alii præcitati.

Quorum

Quorum ſententia apertè probatur ex quo denun-
ciatio, quæ fieri debet contitere debet pretium ve-
11 rum, & certum, ac determinatum, conditiones,
perſonam emptoris, pacta, dilationes, & cætera,
quæ inter emptorem, & venditorem ſtabilita ſunt,
cum aliàs talis denunciatio nihil proſit nec ſufficiat,
ut latè dictum eſt *in dicta quæſt. 4. num. 1. & ſeqq.*
Unde dum impracticabile eſt poſſe denunciari ante
perfectum contractum venditionis, vel falſum inſtru-
mentum, pretium verum, & determinatum, con-
ditiones veras, & pacta cum quibus alius emere
vult, cùm nec pretium dici valeat, verum, & cer-
tum, neque conditiones, & pacta ſtabilita à quibus
12 contrahentes recedere poſſunt ante perfectum con-
tractum venditionis, pernecesſè fatendum eſt hunc
terminum currere debere à tempore oblati inſtru-
menti venditionis celebratæ in quo de pretio cæte-
riſque pactis, & conditionibus conſtat, ut ex plu-
ribus probat Afflict. *de jur. protomiſ. in princ. num.*
20. *&* §. 2. *numer.* 3. Hattman Piſt. *quæſt.* 12 *num.*
30. *& ſeqq. lib.* 2. *part.* 1. Berlich. *dicta conclus.* 40.
num. 23. *ad* 26. *part.* 2. Cald. *de emphyt extinct. lib.*
4. *cap.* 15. *num.* 19. *ſignanter in fin.* plenè Belmont.
decis. 134. *num.* 72. & eleganter Cancer. *var. part.*
1. *cap.* 11. *num.* 58 alius enim ſicuti facta denun-
ciatione ante perfectum contractum poſſet prælatio-
nis jus habens dicere, quòd denunciatio illa non ſuf-
ficiat, ſtante quod pretium denunciatum non erat
certum, & ſtabile, dum venditio perfecta non erat,
ita quoque allegare poſſet non potuiſſe tempus à die
denunciationis currere, dum denunciatio ipſa inſuf-
ficiens, & pro non facta habetur.

Quidam autem concludunt, quòd tempus non in-
13 cipiat currere ſtatim à die factæ denunciationis, nec
à die factæ venditionis, ſed tantum à die factæ tra-
ditionis, ut probat Afflict. *de jur. protomis. §. ut intra
30. dies numer. 7. poſt princ.* Gayl. *lib. 2. obſervat* 19.
num. 17. *vers. communis opinio eſt*, Boet. *decis.* 112.
num. 3. *in fin. & ſeqq.* Koppen. *decis.* 52. *num.* 27.
Berlich. *dicta conclus.* 40 *num.* 32. *& pluribus ſeqq.
part.* 2. ubi plenè id probat Cavalcan. *decis.* 19. *nu.*
27. *part.* 2. Peregrin. *decis.* 24. *num.* 11. & plures quos
allegat Giurb. *dicta decis.* 80. *numer.* 24. credentes
quòd tunc demum tale jus competere incipiat, ſi
plena, & finalis perfectio contractus quæ conſiſtit
in vera traditione interveniat.

Quidam tandem diſtinguunt, quòd ſi lex, aut
ſtatutum permittat quem præferri in venditione ali-
cujus rei, tunc ſufficiat ſimplex perfectio contractus,
14 abſque traditione, & tempus incipiat currere à die
perfecti contractus nulla expectata traditione; Si
verò lex aut ſtatutum permittat, quem præferri in
alienatione, vel quem trahere poſſe rem alienatam;
eo caſu à traditionis die tempus currere incipiet, ut
diſtinguit Cavalc. *dicta decis.* 19. *num.* 27. *part.* 2.
Giurb. *dicta decis.* 80. *num.* 26. differentiam ponen-
tes inter venditionem, & alienationem putantes,
quòd alienatio non poſſit propriè dici, ea quę prio-
rem Dominum dominio non ſpoliat.

In hoc opinionum conflictu diſtinguendum puto,
quòd ſi agatur, de caſu in quo præceſſit denunciatio
15 tunc tempus incipiat currere à die perfecti contra-
ctus, ſtatim factæ denunciatione antequam res tra-
datur, nil obſtante textu *in dicta l. fin. C. de jur. em-
phyt* qui ſuadere videtur tempus incipere à die denun-
ciationis factæ ante venditionem, quia attentè le-
gendo *dictam l* & communem DD. interpretationem
ſequendo opinio cum ipſamet lege concordare vide-
tur, ibidem enim priùs dicitur, quòd tranſmittatur
Domino atteſtatio, illique denuncietur *quantum pre-
tium re vera accipere* ab alio poteſt, hæc autem cer-
ti, & determinati pretii notificatio fieri non valet,
antequam contractus venditionis cum alio ſit per-
fectus, quia quouſque eſt imperfectus re vera non po-
teſt certum, & determinatum pretium venditor exi-
gere, cùm ſolus emptor valeat recedere, ideòque
ipſa lectura hanc interpretationem mirabiliter admit-
tit. Neque in contrarium urget, id quod eadem lex
ſubjungit, tempe quod lapſis duobus menſibus in
quibus Dominus non declaravit licentia datur em-
phyteutæ *ſine conſenſu Domini meliorationes ſuas ven-
dere*, ex quibus verbis colligitur, quod ante lapſum
dictorum duorum menſium nulla poſſit eſſe perfecta
venditio, cùm verè adſit prohibitio vendendi ſub pœ-
na caducitatis ante denunciationem, & lapſum duo-
rum menſium, nam huic difficultati occurrit com-
munis DD. theorica, quæ interpretata eſt *d. <illeg> l.* 16
fin. per dicta verba non prohibuiſſe ſub pœna cadu-
citatis, antequam denuncietur Domino, & per duos
menſes ille expectetur, venditionem ſimplicem, ſed
venditionem cum effectu factam, ideſt, cum tradi-
tione junctam, ut plenè Jaſon. probat *in d. l. fin.
num.* 132. *quæſt* 19 ubi etiam Alberic. *in fin.* & Sa-
licet. *num.* 19. & alii plures quos refert, & ſequi-
Corbul. *de cauſ. privat. ob alienat. &c. limit.* 58 *nu.*
1. *& pluribus ſeqq.*

Circa quod advertendum eſt, quòd non eſt de eſſen-
tia ſcripturæ, & inſtrumenti celebratio, quotieſ-
cumque enim probatur etiam per teſtes à die factæ
denunciationis jam perfectum fuiſſe contractum, id-
eſt interveniſſe conſenſum, rem, & pretium, ſtatim 17
incipiet currere tempus datum ad prælationem præten-
tendam, niſi à partibus ſcriptura, & inſtrumentum
requiſitum ſit tamquam quid eſſentiale adeout ante
confectam ſcripturam licuiſſet ipſis à contractu rece-
dere, nec potuiſſet ob id dici perfectus contractus,
ut probat Gutier. *practic. concl lib.* 3. *qu.* 94. *per
tot.* Parlador. *quotid ff* 109. §. 5. *num.* 5. *& pluribus
ſeqq.* Molin. *de contract. tract.* 2. *d. diſp.* 370. *du-
bium eſt quando contractus fol. mihi* 515. Belmont. *d.
decis.* 134. *num.* 74.

Si verò agatur de caſu, in quo nulla intervenit 18
denunciatio, tunc eo magis affirmandum eſt tem-
pus 30. annorum currere à die perfecti contractus
emptionis, & venditionis nulla expectata traditio-
ne; Si tandem quæſtio eſt in terminis retractus, eo
caſu diſtinctionem Giurb. & aliorum ſequendam eſſe
putarem.

Quærendum tertiò, an tale tempus ſit utile, vel
continuum, & verius eſt eſſe continuum, ac cur-
rere de momento ad momentum computato quoque
die quo fuit facta venditio, & denunciatio, Aldo- 19
vin. *cons.* 35. *num.* 31. *&* 102. *& cons.* 37. *num.* 53.
& ſeqq. Cenc *de cens. quæſt.* 64. *num.* 14. *& ſeqq.*
ubi etiam diſputat quot dierum debeat eſſe menſis,
Giurb. *decis.* 75. *num.* 2. & videndus eſt Molin. *de
contract. d. diſp.* 370. §. *dubium deinde eſt.*

Quærendum quartò, an tale tempus currere inci- 20
piat à die factæ venditionis, vel à die ſequutæ ra-
tificationis quando venditio fuit facta ab alio no-
mine Domini, & Dominus poſt aliquod tempus
ratificavit, & verius eſt tempus currere à die factæ
ratificationis, non enim ante ſequutam ratificationem
potuit eſſe certus prælationem prætendens perfectæ
venditionis, nec poterat, nec debebat petere, & de-
clarare velle præferri, dum poterat Dominus non
ratificando reſcindere actum ſuo nomine geſtum pro-
inde eo tempore quo non licebat prælationem pe-
tere non poteſt currere legalis terminus datus ad
prælationem petendam, neque in præjudicium ipſius
poteſt admitti ratificationis retroactio, ut probat Ti-
raquell. *dicto* §. 1. *gloſſ.* 19. *num.* 64. *& ſeqq.* Berlich.
dicta concl. 40. *num.* 26. *& ſeqq.* Cacheran. *decis. Pe-
demont.* 119. *num.* 28. Honded. *cons* 18 *numer.* 25.
lib. 1. Reverendiſſ. Antonel. *de temp. legal. lib.* 1. *cap.*
17. *num.* 10. ſi tamen venditio ſit facta ſine man-
dato Procuræ, Ferrer. in 2. add. ad Guidopap. *de-
cis.* 257.

Quærendum

Digitized by Google

21 Quærendum quintò, an idem dicendum ſit ſi ven-
ditio fuerit facta ſub conditione, ſub pacto legis
commiſſoriæ, aut adjectionis in diem, & apertum eſt
tale tempus non currere, niſi à die purificatæ con-
ditionis, vel à die ceſſantis conditionis, ut plenè pro-
bat Tiraquel. *dicta gloſſ.* 10. *num.* 44. *& ſeqq. & num.*
58. *& ſeq.* Berlich. *dicta concluſ.* 40. *nu.* 21. *& ſeqq.*
Gomez. *var. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 19. Belmont. *deciſ.*
134. *num.* 76. *& ſeqq.* Add. ad Butat. *deciſ.* 937. *num.*
14. *& ſeqq.* Millin. *deciſ.* 446. *num.* 15. *& pluribus
ſeqq.* ſed vide quæ dixi in *quæſt.* 16. *num.* 48. *& ſeqq.*
& latè Molin. *dicta diſput.* 370. §. *dubium præterea
eſt*, *& ſeqq* ubi id ampliat quamvis deventum eſſet ad
traditionem.

22 Sed quid dicendum putas in caſu quo res vendita ſit
cum pacto de retrovendendo, & quamvis Koppen.
deciſ. German. 52. *in fin.* defendat, quòd tempus non
incipiat currere, niſi à die factæ retrovenditionis quo
poteſt actio pro prælatione intentari, tamen contra
eum eſt verior opinio, quia ſtatim ac facta eſt vendi-
tio cum pacto de retrovendendo incipit competere
actio pro prælatione petenda, ac propterea ab eo-
dem die debet incipere curſus temporis dati ad hunc
effectum, ut latè probat Ferret. in 1. & 2. addit. ad
Guidopap. *deciſ.* 257. & plenè dictum eſt *in quæſt.* 16.
num. 80 *& ſeqq.*

23 Quærendum ſextò, an tale tempus currat durante
tempore litis inter emptorem, & venditorem, vel
inter emptorem aut venditorem, & prælationem
petentem. & dicendum eſt, quòd ſi controverſia,
& lis non ſit præjudicialis juri prælationem petendi,
ſed ſit extranea, & ſuper aliquo emergenti introdu-
cta non obſtante tali lite currat tempus, ſi verò ſit
præjudicialis puta quia impediat prælationem peti,
vel concedi, & eo caſu tempus durante lite non
currit, ut latè probat Tiraq. *dicta gloſſ.* 10. *num.* 36.
& ſeq. ac num. 40. *& ſeqq* Guidopap. *dicta deciſ.* 257.
ubi latè Ferret. *in* 1. *&* 2. *addit.* Surd. *deciſ.* 204. *nu-
mer.* 13. Salernitan. *alleg.* 55. *per totam*, Berlich *di-
cta concluſ.* 40. *num.* 18. *& ſeqq.* Cirocch. *diſcept.*
29 *num.* 38. *& ſeqq.* Putens *deciſ.* 195. *per tot. lib.* 2.
Gratian. *diſcept.* 786. *num.* 8. *& ſeqq.* Paſqualig.
quæſt. moral. Jur. quæſt. 84. *num.* 4. Mart. *digeſt.
noviſſ tom.* 3. *tit. retractus cap.* 16. *per totum*, Gregor.
deciſ. 451. *num. & ſeqq.* quamvis ab ea receſſerit *de-
ciſ.* 470 ſed non de jure communi, ut patet *ex n.*
15. Butat. *deciſ.* 937. *num.* 12. & dictum eſt *in quæſt.*
24 13. *num.* 5. niſi tamen prælationem petens data opera
curaſſet litem moveri, ut tempus ei non curreret, ut
probat Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 29. *& ſeq.*
Berlich. *d. concluſ.* 40. *num.* 20. Tiraquell. §. 1. *gloſſ.*
10. *num.* 43. *poſt princip. verſ. niſi.*

Quærendum ſeptimò, an minori Eccleſiæ, & ſi-
milibus currat tale tempus, & quidem concluſio eſt
25 currere ut plenè probat Roſental. *de feud. cap.* 9.
membr. 2. *concluſ.* 93. *num.* 14. Cancer. *var. part.* 1.
cap. 11. *num.* 58. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 14.
num. 19. *& ſeqq.* Scradet. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *n.* 49.
& ſeqq. Hartmann. Piſt. *quæſt. Jur. lib.* 2. *quæſt.* 12.
num. 33. de Marin. *lib.* 1. *reſol.* 329. *num.* 15. *& ſeqq.*
quamvis pupillis ipſo jure non labi verius exiſtimetur,
ut notat Bald. *in cap.* 1. §. *porrò qualiter olim feud. po-
terat alien. num.* 3. ubi etiam Laudenſ. *num.* 7. Præ-
poſit. *num.* 1. Schench. *num.* 6. Piſt. *dicta quæſt.* 12.
num. 35. *&* 32. cum aliis quos refert, & ſequitur Ro-
ſental. *dicta concl.* 93. *num.* 15. ubi latè Adden. *litt. R.*
dat concordantes.

Sed an minoribus, & ſimilibus detur reſtitutio in
26 integrum, quæſtio eſt ſolemnis, quoniam quod re-
ſtitutio in integrum minoribus non denegetur tenuit
Bald. *in dict. cap.* 1. §. *porrò num.* 3. ubi etiam Afflict.
num. 33. §. 2. *not.* 9. ubique Rumm. *in addit. fol. mi-
hi* 128. *num.* 1 *& ſeqq.* Scrader. *de feud. dicto cap.* 7.
num. 49. *& ſeqq.* Roſenthal. *dicta concluſ.* 93. *nu.* 14.

quamvis nulla læſio probetur, dum ſuccurrendum eſt
minori, qui potuit meliorem conditionem ſuam ef-
ficere, vel recuperare rem ſuorum majorum, aut in 27
qua habet ſpecialem affectionem, & non fecit, &
ſatis damnum, & læſionem ſubiiſſe dicitur minor
per lapſum temporis, ut plenè probat Coſt. *conſ.*
94. *num.* 36. Cald. *in l. ſi curatorem, verb. vel ad-
verſ. dolo toto num.* 82. *fol. mihi* 302. *C. de in integr.
reſtit. & de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 14. *numer.* 20.
& ſeqq Cancer. *var part.* 1. *cap.* 2. *nu.* 506. *& ſeqq.*
Giurb. *deciſ.* 73. *num.* 6. *&* 13. Caſtill. *deciſ.* 244. *n.*
2. *&* 13, *lib.* 3. Franch. *deciſ.* 17. *n.* 17. *& ſeqq.* An-
tonell. *dicto cap.* 17. *num.* 5.

Quòd autem nullo modo minoribus reſtitutio 28
concedatur, ex quo non conceditur minori reſtitu-
tio ad effectum captandi lucrum, ſed tantùm ad ef-
fectum evitandi damnum, probant Tiraqu. *de re-
tract. lignag* §. 35. *gloſ.* 2. *num.* 4. *& gloſſ.* 4. *num.*
45. *verſ. tum denique*, Decian. *conſ.* 54. *nu.* 41. *lib.*
4. Cravett. *conſ* 650. *numer.* 9. Marant. *conſ.* 102.
num. 9 Lancellott. Gall. *conſ.* 36. *num.* 10. Gratian.
diſc. 475. *num.* 66. *& ſeqq.* Cirocch. *diſc.* 29. *n.* 37.
Carpan. *ad Statut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 417. *n.* 817.
& ſeqq.

Thor. verò *in compend. deciſ. Neapol. part.* 2. *verb.
prælatio*, diſtinguit, & dicit, quod tunc demum re-
ſtitutio datur, ſi pupillus non habebat Tutorem, &
Eccleſia non habebat Rectorem, ſecus contra.

Mediam tandem opinionem tenuerunt Fachin. 29
conſ. 64. *num* 15. *verſ. venio ad quartum lib.* 2. quem
ſequitur Latt. *deciſ. Granaten.* 70. *num.* 52. de Marin.
dicta reſol. 319. *num.* 15. *& ſeqq. & lib.* 2. *cap.* 116.
num. 25. *& ſeqq.* Molfeſ. *deciſ. Neapol. tit. de deman.*
§. 24. *quæſt.* 8. *num.* 2. *& ſeq.* quibus inclinare vide-
tur Capyc. Latt. *deciſ.* 168. *num.* 65. putantes, quod
minoribus detur reſtitutio non ex ſimplici minori
ætate, ſed ſi probent læſionem, unde defendunt,
quod minores probare teneantur tempore alienatio-
nis potuiſſe emere, habuiſſe pecuniam in promptu,
& quòd talis prælatio tunc temporis ipſis fuiſſet uti- 30
lis, quorum opinio probari videtur per Text. *in cap.
conſtitutus de in integr. reſtit. ubi gloſſ. verb. debita in fin.
& verb. conſtituerit*, quis tunc demum minori reſtitu-
tionem in integrum indulget adverſus lapſum tem-
poris dati pro prælatione petenda, ſi ſe læſum pro-
bet; idemque probant ibidem Jo: Andr. *num.* 1. Ab-
bas *in princip.* Innoc. *ſub. nu.* 5. §. *& hæc vera ſunt*,
verſ. item petebatur, ubi quod etiam in lucro ſubveni-
tur minoribus, ſi tamen ipſi exindè ſe læſos probent,
& Hoſtien *ſub num.* 10. *circa fin. verſ. non enim eo ip-
ſo*, Anton de Butt *num.* 1. 29. 11. *& ſeqq.* ubi quod
non ſufficit modica læſio, & Card Zabarell *ſub. n* 3.
verſ. 12. *notat.* Barboſ. *num.* 4. Et jure quidem opti-
mo, nam poterat fortaſſè intra illud tempus datum
ad prælationem petendam, minori obeſſe; potiùs
quàm prodeſſe prælatio, puta quia non habebat mi-
nor pecuniam, & pro illa comparanda neceſſe fuiſ-
ſet, aut alia ſtabilia alienare, aut illam ſub uſuris ac-
cipere, quod quidem potiùs in damnum, quàm in
utilitatem minoris reſultare poterat; Dum itaque in-
tra tempus ſtatutum poteſt reperiri minor in ſtatu
non emendi. & poſt tempus ſtatutum poteſt ſuper-
venire pecunia neceſſe eſt, quòd probet ipſe minor
intra dictum tempus fuiſſe in eodem ſtatu, quo nunc
eſt, & eandem utilitatem, quam nunc percipit eo
quoque tempore perceptuum.

Ut autem verum fatear talis opinio videtur eſſe
contra communem diſtinctionem DD. Etenim ſi mi- 31
nor peteret ſe reſtitui adverſus contractum validè, &
legitimè initum, tunc dubium non eſſet, quin proba-
re teneretur non ſolùm ſe minorem, ſed etiam ſe læ-
ſum fuiſſe, *ut in l. nam poſtea*, §. *minor*, *ff de jure
jur.* non enim certum eſt, neque ex re ipſa apparet
minorem per contractum læſum eſſe, niſi probetur,

quando verò prout hic minor reſtitui petit adverſus
lapſum temporis, aut præſcriptionem, tunc ex re
ipſa apparet læſio, dùm ipſe lapſus temporis cum
quo minor perdit beneficium juris communis ſuo fa-
cto ſatis clarè, aut læſionem demonſtrat, aut præ-
ſumptionem læſionis inducit, ideoque in ſimili vi-
demus, quod minor, qui non appellavit in tempo-
32 re ſtatuto reſtituitur in integrum, quamvis utile ſibi
fuiſſet appellare intra illud tempus non probet, ut
egregiè probat Angel. *in l. fin. toto num. 3. uſque ad
verſ. quarta, & ultima doctrina, C. in quib. cauſ. re-
ſtit. in integr. non eſt neceſſ* quem ſequitur Joan. de
Anan. *in dicto cap. conſtitutus numer. 6. verſ. adde
etiam*, & in hoc ſenſu intelligendus eſt Text. *in dicto
cap. conſtitutus*, qui quamvis minorem reſtituat ſi con-
ſtiterit læſum eſſe, tamen ſpeciem læſionis proban-
dæ non adducit, unde cùm ſatis læſus dicatur minor
in hoc caſu, cùm amittat privilegium ſibi à jure con-
33 ceſſum per lapſum temporis, juxta gloſſ. *in l. 1. §.
ſi quis, verb. per in integrum reſtitutionem, ff. de itin.
actuq. privat.* Odd. *de reſtit. in integr. quæſt. 4. art. 9.*
Cald. *in dicta l. ſi curatorem, verb. vel adverſarii dolo
n. 82. & de emphyt. extinct. lib. 4. cap. 14. num. 25.*
Cancer. *dicto cap. 1. num. 406.* Giurb. *dicta deciſ. 73.
num. 10. ſignanter in fin.* inde inſurgit, quod hæc
opinio non adverſetur Text. *in dicto cap. conſtitutus*,
quinimò illi conſonat, ut iidem ſcribentes *ſuper di-
cto cap. conſtitutus profitentur*, & ſignanter Abbas *nu. 5.*
Card. Zabarell. *num. 3.* qui dum dicunt, quòd mi-
nor vigore *dicti cap. conſtitutus*, poſſit petere reſtitu-
tionem in integrum ex eo ſolùm quod ſua negligentia
neglexit obtinere beneficium ſibi à Iure tributum,
ſatis appertè concludunt in hoc conſiſtere læſionem,
quæ fuit cauſa motiva reſtitutionis *in eodem cap. con-
ſtitutus* datæ.

Sed intra quod tempus talis reſtitutio in integrum
34 peti debeat dicendum eſt intra quadriennium neceſſe
eſſe talem reſtitutionem petere, ut notat gloſſ. *in di-
cto cap. conſtitutus, verb. tempus*, & ibid. Abbas, ac
Butr. *num. 7.* ac Jo: Andr. *num. 17.* Zabarell. *num. 2.*
Rovit. *ad pragmat. 63. Regn. de offic. Prætor. num. 9.*
Capyc. Latr. *d. deciſ. 168. num. 65.* & quamvis Ab-
bas, & Butr. *ubi ſupra*, ac Salicet. & Alex. *in l. ſi mi-
norem num. 2. C. de in integr. reſtitut.* Afflict. *ad conſtit.
Regn. lib. 2. rubr. 38. num. 21.* Menoch. *conſ. 100.
num. 189.* concludant, quod minor ipſe probare de-
beat ſe eſſe intra quadriennium conceſſum ad peten-
dam reſtitutionem, tamen verius eſt adverſarium
probare debere effluxum eſſe jam quadriennium ad ef-
fectum talem reſtitutionem impediendi, ut plenè ex
Imol. Curt. & aliis notat Cald. *in dicta l. ſi curatorem,
verb. infra num. 19. verſ. neque movere*, & Barboſ. *in
dicto cap. conſtitutus numer. 9. qui cæteris contrariis reſ-
pondet.*

35 Iterum eleganter quærendum eſt, an idem benefi-
cium reſtitutionis in integrum proſit quoque aliis ha-
bentibus commune jus prælationis, & prodeſſe pro-
bat Afflict. *in cap. 1. §. ſancimus num. 27. verſ. ſed
pone, tit. quo tempore mil. inveſtit. petere deb.* Berlich.
dicta concl. 40. part. 2. num. 32. quod quidem falſum
exiſtimo, quoniam concluſio præcitata procederet
quotieſcumque tale jus prælationis eſſet omninò,
& prorſus individuum, & indiviſibile, tunc enim
clarum eſſet, quòd reſtitutio in integrum conceſſa
minori prodeſſet quoque majori, quia non poſſet
minor plenarium beneficium reſtitutionis in inte-
grum aſſequi, quando verò prout in hoc caſu minor
pro portione ſua petit præferri, & reſtitutionis be-
neficium implorat, tunc certum eſt, quod aſſequi-
36 tur plenariam reſtitutionem in portione ſua, abſque
eo quod major ipſe valeat uti eodem beneficio in
alia ſua portione, ut plenè probatur *in l. unica, C.
ſi in communi eademque cauſ. &c.* Crot. *conſ. 344. n.
12. & ſeq. lib. 3.* & plenè Odd. *de reſtitut. in integr.
part. 1. quæſt. 46. toto art. 3. & art. 4. num. 12.* Nec
dicatur jus ipſum prælationis eſſe individuum tam-
quam continens *rem trad.*, & proindè dari cuilibet
in ſolidum, juxta conſ. Caſtrenſ. *221. num. 2. verſ. ſi-
militer non obſtat lib. 1.* quia falſum eſt, quod reſpe-
ctu prælationis jus habentium tale jus detur cuilibet
in ſolidum, cùm verius ſit cuilibet competere pro
parte ſua, adeout pluribus concurrentibus nemo ad-
mitti valeat in ſolidum, licèt partes nolentium cæte-
ris accreſcant, ut dictum eſt *quæſt. 14. num. 28.* & ra-
tio eſt evidens, quia non accipitur obligatio tradendi
in hoc caſu, prout eſt factum, & ſtipulatio ipſa tra-
dendi, ſed prout obligatio ad fundum tradendum
deſcendens ab ipſa venditione, unde cùm fundus ven-
ditus, qui ob prælationis jus tradi debet recipiat di-
viſionem in partibus eamdem quoque diviſionem re-
cipere debet obligatio tradendi ipſum fundum, & jus
agendi pro traditione ipſius fundi deſcendens ex ipſa
venditione, ut magiſtraliter reſolvit Soccin. Jun. *in
leg. 1. §. Cato ſub nu. 47. verſ. ſecundo conſidera, ff. de
verb. oblig.*

His autem obſtare videtur, quòd hoc caſu minor
ipſe per jus accreſcendi haberet partem, & portionem
alterius conſortis, qui intra tempus non veniens ta-
citè renunciavit juri prælationem petendi, quod haud
ſubſiſtere poſſe videtur, dum minor plus juris ha-
buiſſet poſt reſtitutionem in integrum, quam ante, 37
dum intra tempus quo minor petere debebat jus præ-
lationis nonniſi pro portione ſua admitti poterat,
nunc autem poſt reſtitutionem lapſo tempore, quo
major conſors jus habebat etiam portionem conſor-
tis per jus accreſcendi conſequitur, quod eſt præciſè
contra Text. *in l. ſed etſi 26. §. quoties, & ſeq. ff.
ex quib. cauſ. major, &c. l. quod etſi 25. §. reſtitutio,
& l. ſi Iudex 42. & l. fin. ff. de minor.* Sed facilis eſt
reſponſio, quia tale jus talem portionem conſocii ha-
bendi caſu, quo ille aut noluiſſet, aut renunciaſſet
uſque ab initio minori competebat, unde per re-
ſtitutionem fuit tantùm in eodem ſtatu, & jure re-
poſitus.

Quærendum octavò, an tale tempus currat abſen-
ti, & ignoranti, & quidquid tenuerit Boer. *deciſ. 38
112. num. 1. & ſeqq. ac num. 7. uſque ad fin.* Gayll.
lib. 2. obſerv. 19. numer. 17. circa fin. & ſeq. Marta
digeſt. noviſſ. to. 3. tit. retractus cap. 28. per totum,
qui tenuerunt tale tempus currere etiam abſque ſpe
reſtitutionis in integrum ex capite juſtæ abſentiæ,
& ignorantiæ, ut plenè etiam probat Tiraquell. *de
retract. lignag. §. 35. gloſſ. 4. num. 45. & ſeqq.* verior
opinio eſſe videtur, quòd abſenti, & ignoranti, vel
non currat, ut probat Afflict. *de Jur. protomiſ. §. 2.
not. 7.* ubique Rumm. *in addit. num. 1. fol. mihi 127.*
Piſt. *quæſt. Iur. lib. 2. part. 1. quæſt. 12. num. 25.
& ſeqq.* Scrader. *de feud. part. 7. cap. 7. num. 45.
& ſeqq.* Roſenthal. *de feud. dicta concluſ. 93. num. 9.*
Carpzov. *de conſtit. Saxon. part. 2. conſtit. 50. definit.
3. per tot.* Berlich. *part. 2. dicta concluſ. 40. num. 30.*
vel ex capite juſtæ ignorantiæ, & abſentiæ neceſſa- 39
tiæ competat reſtitutio in integrum, Coſta *de Iur.
& fact. ſcient. inſpect. 95. num. 6.* Menoch. *conſ. 726.
num. 63.* Grevei *practic. lib. 2. concl. 19. nu. 1.* Rumm.
ubi ſupra num. 7. Rauden. *deciſ. Piſan. 12. num. 59.
juncto num. 65.* & alii plures quos refert Giurb. *de-
ciſ. 78. num. 5.* ubi quod conceditur tantùm intra
tantùmdem temporis quantum erat illud, quod amiſ-
ſum fuit.

Sed hæc vera ſunt in aliis terminis, proindè in his, 40
de quibus agitur diſtinguendum eſſe puto, aut enim
præceſſit denunciatio, & eo caſu ſi adſit juſtum impe-
dimentum, quod impediat præciſè quem venire ad
petendam prælationem intra tempus duorum men-
ſium, tunc terminus legalis non currit, niſi à die ſu-
blati juſti impedimenti, ut præciſè probat Afflict. *de
Iur. protomiſ. dicto §. ut intra 30. dies num. 24. in med.*

verſ.

verſ. iterum quæritur, Tiraq. *de retract. lignag.* §. 3. *gloſſ.* 4. *num.* 5. *& ſeqq.* Berlich. *dicta concl.* 40. *n.* 29. Aut non præceſſit denunciatio, & tunc quia tempus 30. annorum conceſſum eſt, indubitanter exiſtimo,
41 quòd tale tempus currat etiam contra ignorantem abſque ulla ſpe reſtitutionis in integrum, dum iniquum videtur ob jus prælationis tanto tempore emptorem de jure ſuo debere eſſe incertum, & ancipitem, ut eſt communis interpretum concluſio *in dicto cap.* 1. §. *porro*, ubi Bald. *num.* 2. Ileto. *numer.* 13 *in fin.* Laudenſ. *num.* 6. Alvarot. *numer.* 4. Afflict. *num.* 33. Schench. *num.* 5. *qualiter olim feud. poterat alien.* & alii plures quod refert, & ſequitur Roſenthal. *de feud. dicta concluſ.* 93. *à num.* 16. *uſque ad fin.* Antonell. *de tempor. legal. lib.* 1. *dicto cap.* 17. *à numer.* 1. *ad* 9. Ciroc. *d. diſcept.* 29. *num.* 34. *& ſeqq.*
42 quæ opinio procedit fortaſsè in hac materia odioſa, cùm de cætero verior opinio de jure ſit, quòd adverſus præſcriptionem 30. annorum competit reſtitutio in integrum, juxta opinionem, quam Rota ſequuta eſt coram Bich. *deciſ.* 30. *numer.* 5. coram Duran. *deciſ.* 426. *numer.* 12. coram Arguell. *deciſ.* 92. *num.* 14. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 429. *num.* 15. *part.* 12.

43 Quærendum nonò, an tale tempus currat pauperi, quidquid teneant Marant. *in tractat. de multiplici alienat. numer.* 139. Grevei. *practic. lib.* 2. *concl.* 19. *conſiderat.* 1. *num.* 5. dicentes contra pauperem tale tempus non currere, verius eſt, quòd etiam pauperi lapſus temporis præjudicet, ipſe enim denunciandus eſt, quamvis alias ob paupertatem nequeat prælationem obtinere, & idem pretium exborſare, ut dictum eſt in *d. q.* 4. *n.* 32.

Quærendum decimò, quid dicendum, ſi adſint
44 plures quibus tale jus competit quorum aliqui proximiores ſint, & prius admitti debeant, aliqui verò remotiores, & tunc demum admittendi, ſi cæteri priores nolint, & clarum eſt hoc caſu tempus non concurrere remotioribus, niſi à die quo proximiores tacitè, aut expreſsè renunciaverint, & hoc jure uti noluerint; Imò quamvis proximior reſtetur, & declaret ſe nunquam habuiſſe animum uſque ab initio concurrendi ad prælationem, & illi uſque ab initio renunciaſſe, adhuc tamen remotiori præjudicatum non dicitur, quia talis animi declaratio, & renunciatio tanquam facta poſt tempus præſumitur facta in fraudem, ut probat expreſsè Lancellot Gall. *conſ.* 14. *ſub num.* 34. *verſ. nec curandum*, *& ferè per totum*, & quid ſi remotior interpellavit proximiorem, & ille reſpondit, quod nolebat prælationem, vide Carpan. *d. cap.* 417. *numer.* 273. *& ſeqq.* ubi etiam *num.* 276. *& ſeqq.* an per litis conteſtationem perpetuetur talis actio.

45 Notandum tandem eſt, quod lapſo etiam tempore admittitur quis ad prælationem petendam, ſi venditio fictè, & ſimulatè facta fuit, & talem ſimulationem prælationis jus habens ſcivit lapſo tempore, ut probat Tiraquell. *retract. lignag.* §. 35. *gloſſ.* 4. *num.* 31. Surd. *conſ.* 371. *nu.* 87. *& ſeqq.*

46 Quærendum undecimò, quo modo interrumpatur talis præſcriptio, & dicendum eſt interrumpi litis conteſtatione, juxta veriorem, de qua plenè apud Mangil. *de evict. quæſt.* 136. *num.* 26. *uſque ad fin.* ubi etiam quod facta litis conteſtatione actio perpetuatur, ſed poterit emptor ne ſtet, tam magno tempore in ſuſpenſo, cognito, quod intra terminum non comparet prælationem petens, qui ex induſtria conteſtavit litem, & poſtea ſiluit inſtare coram Judice, ut ſuo arbitrio reſtringat terminum, intra quem venire debeat prælationem petens, ut in *quæſtione* 25.

47 Quærendum duodecimò, à quo tempore incipiat currere terminus datus facta venditione cum pacto, quod dominium non tranſeat, niſi pretio ſoluto, & Afflict. *de jur. protomiſ.* §. *licet numer.* 17. *& ſeqq.* defendit tempus incipere à die factæ venditionis ſequitur Niger. *de laud. tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 2. *num.* 4. *& ſ.* indeciſam tamen quæſtionem reliquit Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 76. *& ſeqq.* Ideò recurrendum eſt ad dicta *in quæſt.* 16. *num.* 83. *& pluribus ſeqq.*

QUÆSTIO XXV.

An terminus datus à lege, vel ſtatuto ad prælationem petendam valeat abbreviari, vel prorogari à Judice, & an poſſit cogi jus prælationis habens ad declarandam ſuam voluntatem ante lapſum dicti temporis.

SUMMARIUM.

1 *Remotior poteſt inſtare coram Judice, ut præfigat proximiori terminum intra quem prælationem petere debeat, nec non quod limitet tempus datum à Jure.*

2 *Contrarium, & verius probant alii, niſi concurrant urgentes cauſæ, vel appareat proximiorem differre ad effectum Malignandi.*

3 *Terminum datum à lege ad petendam prælationem, non poteſt Judex minuere, vel immutare ſine urgente cauſa.*

4 *Alii defendunt, quod neque ex juſta cauſa poſſit Judex talem terminum reſtringere, ſed prima opinio eſt verior.*

5 *Declaratur concluſio, quando terminus eſt longus ſcilicet unius anni, aut ſimilis, quia tunc ſatis eſt juſta cauſa, ut poſſit illum Iudex coarctare; Si verò terminus ſit brevis, puta duorum menſium requiritur neceſſaria, & urgentiſſima cauſa, & an. mer.* 6.

7 *Terminus datus à lege ad prælationem petendam, non poteſt prorogari à Iudice poſtquam jam lapſus fuit.*

8 *Alii credunt, quod ſi res ſit integra, poſſit Iudex prorogare terminum.*

Imò, quod poſſit etiam mora purgari.

9 *Contraria opinio, quod ſcilicet nec Iudex poſſit prorogare tempus, nec ſit locus purgationi moræ eſt verior.*

10 *Terminus datus à lege ad prælationem petendam non poteſt prorogari à Iudice, etiam durante tempore dato à lege.*

Limita, intercedente juſta cauſa.

11 *Terminus datus à Iure, poteſt prorogari ab emptore, & venditore, ſi ipſis tantum talis prorogatio præjudicet, ſecus ſi adſint remotiores, quia tunc in eorum præjudicium talis prorogatio non tenet.*

12 *Prælationem petens, non poteſt cogi antequam lapſus ſit terminus ipſi datus à Iure ad declarandum, an velit, vel nolit præferri.*

13 *Declaratione facta ab eo, qui prætendit prælationem, quod non vult præferri, etiam non præcedente denunciatione, non competit amplius jus prælationis.*

14 *Declara id procedere, quando talis declaratio fuit facta poſt venditionem, & poſtquam prælationem petens ſciebat pacta, pretium, & circumſtantias venditionis, ſecus ſi ſit facta ante venditionem, quia tunc præjudicat, & num.* 16.

16 *Bartol. in l. qui Romæ, § coheredes, ff. de verbor. oblig. & ſequaces declarantur.*

Prohibitus vendere niſi Titio, ſi requiſivit Titium, ut emeret ante venditionem, & ille recuſaverit, poteſt cuicumque vendere.

IN hac quæſtione plures caſus diſtinguendi ſunt; Primus eſt, quando plures ſunt quibus prælatio competere poteſt, proximiores ſcilicet, & remotiores,

& tunc ſunt; qui diſtinguunt inter caſum, in quo
durante termino dato proximioribus remotiores nul-
lo modo admitti queunt, & inter caſum in quo etiam
durante dicto tempore, remotiores jus prælationis
1 habere poſſunt ad commodum tamen proximiorum,
ſi illi intra dictum tempus veniant, & primo caſu
poſſe ſine ulla juſta cauſa remotiorem inſtare, ut præ-
figatur terminus proximiori, & Judicem tempus co-
arctare poſſe, tenuerunt Alberic. *in l. final. in prin-
cip. Cod. de furt.* ubi Caſtren. & alii, *& in l. dudum,
Cod. de contrahen. empt.* ubi etiam Igneus *col. 26. verſ.
unum autem circa prædicta cum multis ſeqq.* Albert.
Brun. *conſ. feud. 67. num.* 10. Roland. *conſ. 5. num.*
91. *l.* 1. Scrader. *de feud. part. 8. cap. 7. num.* 54.
in fin. Carpan. *ad Stat. Mediol. p. 1. cap. 417. num.*
549. *& ſeqq.* ubi etiam quod tempus tunc habeat re-
motior ille ad petendum retractum, Cacheran. *deciſ.
Pedemont.* 175. *toto num.* 4. ſecundo caſu, nec remo-
tiorem, nec Judicem terminum reſtringere valere de-
fendit Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 10. *num.* 63.
& ſeq.

2 Contrarium tamen, quod neque iſtis caſibus in
quibus adſunt remotiores, & proximiores, valeat
Judex, niſi ex urgentibus cauſis coarctare tempus,
atque ad inſtantiam remotiorum proximiorum co-
gere ad declarandum, an velit præferri, tenuerunt
Marc. Mant. *in dicta l. dudum num.* 50. *& ſeqq.* ubi
limitat concluſionem, quatenus proximior differat
animo malignandi, Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr.*
10. *de retract. verb. proximior num. 9. in fin. fol. mi-
hi* 550. & latè Roſenthal. *de feud. cap. 9. membr. 2.
concluſ.* 83. *lit. K. num. 14. & ſeqq.* ubi plenè om-
nibus contrariis reſpondet, quæ opinio verior eſt,
proximiores licitè, & juſtè differunt intra terminum
ſtatutum à lege, ac proprio jure utuntur, unde ſi-
ne ulla culpa, ac ſine urgenti cauſa ſuo beneficio
privandi non ſunt, nec Judex vi ſui arbitrii poteſt
tempus legis adimere, vel immutare, ideoque ſi il-
lud reſtrinxit injuſtè egit, & remotiores etiam ela-
pſo eo tempore à Iudice præfinito venire non po-
terunt.

3 Secundus caſus eſt, quando ſimpliciter alicui jus
prælationis à lege, vel ſtatuto datur, & tunc regula-
riter Iudex non poteſt tempus ad deliberandum mi-
nuere, vel immutare ſine juſta cauſa, quod ſi ur-
gens, & juſta cauſa concurrat, poterit Judex ad in-
ſtantiam intereſſe habentium præfigere breviorem
terminum prælationem habenti, ut declaret infra
illum, an velit emere, juxta theoricam Bart. *in l.
2. ff. de re judic.* quam in his terminis ſequitur Mol-
feſ. *tom. 3. tit. de jur. congrui quæſt.* 44. Gomeſ. *ad
l. 9. Taur. num.* 14. Molin. *de contract. diſp.* 370. *nu.*
14. Franch. *deciſ.* 588. *per totam*, latè de Luc. *ad
eundem num. 1. & ſeq.* Sanfelic. *deciſ.* 268. *num.* 10.
11. & 13. Mart. *Digeſt. noviſ. tom. 3. tit. de retract.
cap. 8. per totum*, Rendell. *de jur. protomiſ. §. in pri-
mis in gloſſ. verb. infra 30. dies num. 1. fol. mihi* 133.
4 quæ opinio veriſſima eſt non obſtante, quod Merend.
lib. 18. controv. cap. 12. ac de Marin. *lib. 2. reſol.* 224.
ſimpliciter defendant non poſſe Judicem abbreviare
tale tempus, quia ipſi iidem intelligi debent non exi-
ſtente juſta, & urgenti cauſa, ut declarat Coral. An-
ton. de Luc. *ubi ſupra num.* 5. ſed verè Merend. loqui-
tur etiam exiſtente juſta cauſa.

Sed quænam ſit illa urgens, & juſta cauſa viden-
dum remanet, & quidem ipſius cognitio arbitrio
5 prudentis Judicis remiſſa videtur, debet enim ipſe
circumſtantias facti, & tempus à jure datum conſi-
derare, nam ſi tempus à jure, vel ſtatuto conceſſum
eſſet paucorum dierum, vel unius menſis non ſatis eſſet
juſta cauſa ad illud abbreviandum, ſed præciſe neceſ-
ſaria requireretur, puta quia venditor pecunia indi-
geat ut vivat, vel ut ſe ab hoſtibus, à Latronibus,
aut à carceribus redimat, vel quid ſimile agat, quod
neceſſarium præciſè ſit, ut latè apud Rendell. *in d.
§. in primis num. 1. & 2. fol. mihi* 133. ſi verò tempus
longius unius anni, aut ſimile à ſtatuto, vel Lege 6
datum ſit, tunc quilibet juſta cauſa ſufficeret, ut Ju-
dex tempus coarctare poſſit, puta quia concurrat
præjudicium creditorum, vel pupillorum, ad quo-
rum inſtantiam bona venduntur, vel quòd venditor
ſit gravatus ære alieno, ac uſuras interim patiatur,
& prælationem habens dives ſit, ac pecuniam habe-
at promptam, & abſentia, vel aliæ ſimiles ex qui-
bus regulari debet juſtum Judicis arbitrium, juxta
caſum deciſionis Franch. 588. ubi latè Carol. An-
ton. de Luc. *num. 1. in fin. & num.* 5. & Mart. *ubi
ſupra*, Rumm. in addit. ad Afflict. §. 3. 6. *notab. num.
2. fol. mihi* 220.

Tertius caſus eſt, quando Judex vult prorogare 7
tempus datum ad prælationem petendam, & tunc
aut prætendit Judex illud prorogare poſtquam la-
pſum fuit, & abſque dubio id facere nequit, cùm
id ſit in evidens præjudicium partis, quæ poſt la-
pſum tempus jus ſtatim quæſivit amplius prælationem
non petendi, cui juri certè Judex derogare nequit,
ut latè probat Cagnol. *in l. 2. anmer.* 142. *Cod. de
pact. inter emptor. & vendit* Tiraquell. *de retract.
lignag. §. 8. gloſſ. 2. num.* 13. Sed hoc re integra 8
fortaſsè procedere non poſſet, ſi enim re integra,
antequam ſcilicet perficiatur contractus venditionis
cum extraneo etiam lapſo tempore prælationem ha-
bens poſt moram purgare, & offerre, juxta theoricam
Jaſonis *in l. quæ Romæ, §. cohæredes num.* 6. ubi eti-
am Alciat. *ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitrar. lib.
2. caſu 37. in fin.* Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 551. ubi
etiamſi declaraverit nolle præferri, multò magis in-
ſtante parte poterit Iudex prorogare tempus, & ad-
mittere oblationem; Verùm concluſio eſt falſa, 9
quia poſt lapſum temporis videtur tacitè renuncia-
tum privilegio prælationis, ac conſenſum alienati-
tioni, unde neque ulterior prorogatio neque moræ
purgatio dari poteſt, ut notat Hartman. Piſt. *lib. 2.
quæſt. Jur. quæſt. 8. nu.* 14. Donad. *de renunciat. to. 1.
cap. 30. num. 37. & ſeq.* Roſenthal. *de feud. cap. 6.
concluſ. 59. per tot.*

Aut prætendit prorogare terminum durante adhuc
tempore dato ad prælationem petendam, & tunc vi- 10
detur nec poſſe in præjudicium partium quibus jus eſt
quæſitum per taxam temporis ſtatuti à Lege ad Text.
in l. nemo, C. de temper appell. ea regula Juris, quod
Iudex nequeat prorogare tempus à Jure ſine ſuo mi-
niſterio ſtatutum, DD. *in l. 1. Cod. de dilat.* Alberic.
in l. ſive pars, C eod. Bald. *in Auth jubemus colum.* 2.
verſ. veritas eſt, C. de judiciis & latè Tiraquell. *de re-
tract. lignag. §. 3. gloſſ. 2. numer. 4. & §. 8. gloſſ. 2.
num. 13. & 14.* ubi tamen *in fin.* juſtè dubitat de hac
concluſione, quia ſine juſta, & urgenti cauſa non
dubitamus, quod Judici permiſſum non ſit terminum
prorogare etiam durante tempore; At quando urgens
cauſa concurrit, tunc ſicuti poteſt Iudex immutare
tempus à Lege ſtatutum illud minuendo, ita quoque
debet poſſe facere illud prorogando, ut ſervetur æ-
qualitas.

Sed an partes inter ſe valeant terminum proroga- 11
re, diſtinguendum eſt, ſi enim talis prorogatio tantùm
vendenti, aut emptori officiat, certum eſt, quod de
iſtorum conſenſu fieri valeat; ſi autem nocent aliis,
qui pariter poſt lapſum temporis remoto ob id pro-
ximiore venire poſſunt, certum eſt, quod talis par-
tium conſenſus non ſufficiat, niſi ad proprium præ-
judicium, ut latè diſtinguit Tiraquell *de retract. li-
gnag. §. 1. gloſſ. 10. num. 30. & ſeqq* Carpan. *ad Sta-
tut. Mediol. dicto cap.* 417. *num.* 679. *& ſeq.* quidquid
dicat Ferron. ab ipſis citatus.

Quartus caſus eſt, quando venditor, & Dominus
rei cogit, vel ſeduxit jus prælationis habentem ad 12
declarandum ante termini lapſum, & eo caſu conver-

verſum

verſum admodum eſt, an talis declaratio præjudicet. Cùm enim clarum ſit non potuiſſe cogi prælationis jus habentem ad faciendam talem declarationem, ut concludit Bald. *de jur. protomiſ.* §. *Cauſa verò Dotis num.* 3. *&* 5. ubi etiam Benedell. *num.* 21. Hartmann. Piſt. *lib.* 2. *quæſt.* 12. *n.* 61. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 111. *num.* 11. *in fin. & deciſ.* 268. *num.* 10. *pariter in fin.* Bonden. *collect.* 45. *num.* 11. 22. *&* 23. 13 juſtum videtur eſſe, quòd ſi prælationis jus habens credens potuiſſe ad id aſtringi declaraverit ſibi non præjudicet; E contra autem quaſi tota repetentium ſchola urgere videtur, quoniam Bart *in l. qui Roma*, §. *cohæredes*, *ff. de verb. oblig.* & ibid. Imol. Aret. Soccin. & alii defendunt, quod facta tali declaratione non poſſit amplius emptor inquietari cùm videatur ita declarans etiam extrajudicialiter requiſitus renunciaſſe juri, quod habebat, & conſenſiſſe, quod alteri res venderetur, ſequitur Iaſ. *in l. final. numer.* 14. *Cod. de jur. emphyt.* Fachin. *controv lib.* 7. *cap.* 16. *per totum*, Afflict. *de jur. protomiſ. verſ. ſubſequenter quæro*, *num.* 41. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 113. *& ſeqq. & num.* 121. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Florent.* 118. *per totam*, Gomez *ad leg.* 70. *Taur. numer.* 14. Cavalcan. *in repert. deciſ. verb. jus congrui numer.* 10. Molin. *de contract. diſput.* 370. §. *utrum autem*, *fol. mihi* 512. Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 32. *& num.* 40. *fol. mihi* 654.

Ideò pro majori claritate diſtinguendum eſt inter caſum, quo quis ſit ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter requiſitus ante venditionem, & in quo re- 14 quiſitus ſit poſt venditionem cum ſcientia emptoris, pactorum, & veri pretii, & primo caſu indubitatum eſt, quod etſi declaraverit quis antequam ſciret emptorem, pacta, & pretium talis declaratio ei non officiat, etenim dum non tenebatur ad declarandum, & non potuit cum ignorantia ſubſtantialium, quæ præcedere debent, deliberare, an emere ſibi profuiſſet, renunciatio ſi quæ tacitè ex dicta declaratione deprehendi poteſt, aut uti erronea eſt nullius momenti, aut uti intempeſtivè facta non præcedentibus ſubſtantialibus requiſitis, ideſt denunciatione cum declaratione pretii, emptoris, & conditionum non præjudicat, aut tandem non trahitur dicta tacita renunciatio ad venditionem futuram, cujus circumſtantiæ ignorantur, neque ad jus prælationis futurum, quod adhuc venditione non facta non exiſtebat, ut latè probat Tiraquell. *dicta gloſſ.* 9. *num.* 144. *& ſeqq.* Piſtor. *d. q.* 12. *numer.* 61. *& ſeqq.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 417. *numer.* 416. Cannet. *in cap. volentes*, *verſ. quid enim ſi Princeps num.* 8. 11. 18. *& ſeqq fol. mihi* 200. Sanfelic. *deciſ.* 111. *num.* 11. *uſque ad fin. & deciſ.* 268. *numer.* 10. *pariter uſque ad finem*, quem ſequitur licèt per errorem Donad *de renunciat. tom.* 1. *cap.* 30. *num.* 34. *& ſeqq* Carol. Anton. de Luca in addit. ad Franch. *dicta deciſ.* 588. *toto nu.* 6. Maſtrill. *deciſ.* 50. *num.* 12. *& ſeqq.* quam opinionem ſequuta eſt Rota coram Card. Celſ. *deciſ.* 163. *num.* 5.

Nec obſtat Theorica Bart. & cæterorum *in d. l.* 15 *qui Roma*, quia aliud eſt in prohibito vendere, niſi Titio, qui ſi requiſivit Titium, ut emeret ante venditionem, illo recuſante poteſt liberè cuicumque vendere, ut Bart. & alii fatentur, & aliud eſt habere jus prælationis, cùm enim hoc caſu venditor liberè vendere poſſit cuicunque, & denunciare teneatur poſtquam invenit emptorem, perſonam emptoris, pacta, conditiones, & pretium, inde eſt, quod ſi antequam venderet, & ſciret pretium, & cæteras circumſtantias denunciaverit, juſtè prælationem habens nolle emere declaraverit, quia id dixiſſe, dicendum eſt ea intentione prælationem petendi facta venditione, non autem à principio emendi, & hoc modo nec tacitè renunciavit juri emendi ab initio, quod nunquam habuit, nec juri prælationem habendi, quod tunc non erat exercibile, unde caſus inter ſe ſunt toto cœlo diverſi.

Secundo verò caſu abſque ullo dubio declaratio 16 facta præjudicat, adeout amplius declarans, nequeat ad prælationis jus admitti, ut plenè etiam habetur apud Corbul. *de cauſ. privat. ob alien. irrequiſit. Doman. limit.* 4. *per tot.* Carpan. *d. cap.* 417. *numer.* 805. ubi quod nec intra tempus poteſt admitti quidquid dixerit Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 14. *num.* 9. *&* 10. *cum ſeqq.* ubi quod ante traditionem ſequutam ſemper poſt fieri variatio, cujus dicta admittenda ſunt cum diſtinctione, ut ſupra.

QUÆSTIO XXVI.

An introducta lite ſuper prælatione emptor ſit idoneus Teſtis in cauſa, quæ agitur inter venditorem, & eum qui prælationem prætendit, & è contra.

SUMMARIUM.

1 *Actio pro retractu competit contra emptorem.*
2 *Venditor non facit plenam probationem, quando teſtificat pro emptore in cauſa retractus.*
3 *Facit tamen ſemiplenam probationem.*
4 *Limita, quando is, qui petit prælationem, eſt ejus conſanguineus, vel conjunctus; nam tunc nullam pro eo fidem facit.*
5 *Venditor teſtificans pro emptore in cauſa retractus pro excluſione fraudis ſemiplenè probant.*
6 *Contrarium alii defendunt putantes, quòd Iudicis arbitrio relinquatur, quænam fides venditori, hoc caſu præſtari debeat.*
7 *Venditor nullam fidem facit pro emptore in cauſa retractus, ſi ipſe ſequuto retractu, teneatur aliquid emptori reſtituere.*
8 *Emptor non poteſt eſſe Teſtis pro venditore, vel pro excluſione fraudis, quando contra ipſum fuit intentata actio prælationis.*
9 *Creditor poteſt eſſe Teſtis pro ſuo debitore.*
10 *Limita, quando ejus depoſitio tenderet ad proprium commodum, & utilitatem.*
11 *Venditor pro emptore Teſtis eſſe non poteſt, ſi aliquo modo actione evictionis inquietari poſſit.*
12 *Teſtis eſſe poteſt Civis pro Civitate, Ruſticus pro Villa, Collegialis pro Collegio, & is, qui eſt de Univerſitate pro eadem Univerſitate.*
13 *Limita, quando aliquam commoditatem ex depoſitione poſſunt percipere.*
14 *Teſtis non poteſt eſſe Civis pro Univerſitate quando agitur de probatione circa paſcua publica.*
Declara, id procedere, quando Cives habent paſcua gratis, ſecus quando pro Paſcuis ſolvunt Communitati, quæ pretium reponit in area, vel quando Univerſitas vendit dicta paſcua.
15 *Emptor, ſi deponat contra venditorem in cauſa prælationis, vel retractus, plenam fidem facit.*
16 *Limita, quando emptori utile eſſet, non amplius rem habere.*

SÆpè evenit, quod prælatio petatur, & more ſolito negetur, & inde lis inter eam petentem, & venditorem, aut emptorem acerrimè introducatur? Unde aliquando, juxta caſuum contingentias probare aliquid oportet, & ad hoc probandum emptor à venditore, aut è contra inducitur, ideoque talis diſtinctio pro quæſtionis reſolutione ſervanda eſt.

Aut enim res prætenditur retrahi vigore ſtatuti, aut conſuetudinis, & venditor pro emptore inducitur (quia actio iſta pro retractu competit contra 1

emptorem rem retractui obnoxiam detinentem, ut
dictum eſt *in quaeſt.* 1. *num.* 7. & propterea emptor
ipſe in cauſa propria teſtificari nequit; & ſubdiſtin-
2 guendum eſt; Nam aut quaeritur, utrum venditor ple-
nam faciat probationem, & concludendum eſt nega-
tivè, Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 46. 50.
& ſeqq. Parlador *quotid. diff. differentia* 109 §. 6. *nu-
mer.* 5. quidquid dubitationis attulerit Alex. ab ipſis
relatus.

Aut quaeritur, utrum ſemiplenam faciat proba-
tionem contra emptorem favore illius, qui retractum
3 petit, & iterum ſubdiſtinguendum eſt, ſi enim re-
tractus per ſtatutum conceditur vicino, aut alicui qui
non ſit conjunctus venditori, & dicendum eſt ſemi-
plenam facere probationem, niſi emptoris Inimicus
evenerit, aut aliud per emptorem probetur, quòd
ejus fidem minuat, ut tradit Afflict. *de jur. proto-
miſ.* §. *niſi quis numer.* 29. Tiraquell. *dict. gloſſ.* 14.
num. 53.

Si verò retractum petat conſanguineus, vel con-
4 junctus venditoris, & tunc parum, aut nihil ven-
ditoris fidei deferendum eſt ex his, quae notat idem
Tiraquell. *dicta gloſſ* 14. *num* 51. ipſius enim inte-
reſt, quòd in ſuis conſanguineis, & familia bona il-
la conſerventur. ad Text. *in l. ſi emptionem, ff. de mi-
nor.* unde nulla fides eſt ei adhibenda, *l. nullus, ff. de
Teſtib. l. omnibus, C. eod.*

5 At ſi venditor favore emptoris deponeret, puta pro
excluſione fraudis, tunc non modicam veritatis con-
jecturam faceret, quia ſemiplenè probaret, Tiraquell.
6 *dicta gloſſ.* 14. *num.* 54. Et licèt hoc caſu Judicis ar-
bitrio relinquendum eſſe ad effectum diſcernendi,
quaenam fides ipſi venditori praeſtari debeat, dixe-
rint Decius *in cap. in ſuper numer.* 42. *in fine, de
Teſtib.* Farinac. *eodem tract. q* 60. *dilat.* 11. *numer.*
328. *fol. mihi* 144. ex quo multum ſuſpecta videatur
ejus depoſitio ob affectionem, quam nobis natura
ingenuit, ut contractus à nobis factus ſortiatur ef-
fectum, ut refert Tiraquell. *de retract. lignag. in prae-
fat. num.* 26. Fario. *ubi ſupra num.* 327. tamen ſem-
per non modici putarem teſtificationem juratam ip-
7 ſius venditoris, niſi appareat ex ejus extrajudiciali-
bus proteſtationibus deſiderium ipſius, quod exclu-
datur is qui praetendit retractum, & niſi venditor ſe-
quuto retractu ad aliquid reficiendum teneretur em-
ptori ob pactum in inſtrumento appoſitum, tunc
enim ſi pro emptore teſtificetur, repellitur, Rimin.
Sen. *conſ* 66. *num.* 30. *& 36. lib.* 1. Farinac. *de Te-
ſtib. dicta quaeſt.* 60. *dilat.* 11. *num.* 328. *in fin. fol.
mihi* 144.

Atque haec omnia procedunt, etiam, quando prae-
latio poſſet competere poſt tranſlatam poſſeſſionem
rei in emptorem.

Si autem praelatio praetenditur antequam quis ad
traditionem rei devenerit, & tunc intrat quaeſtio,
8 utrum emptor Teſtis eſſe poſſit in cauſa illa, quae
inter venditorem, & praelationem petentem vertit,
& concludendum eſt numquam admitti emptorem
ad Teſtimonium perhibendum, dum enim ipſe ex
ſua depoſitione poteſt commodum reportare dicitur
Teſtis in cauſa propria, proindè non admittendus,
dicta l nullus, ff. de Teſt. dicta l. in omnibus, Cod.
3c *eod.* Rot. coram Gregor. *deciſ.* 42. *num.* 2. & in Far-
ſen Bonorum 17. Junii 1675. §. *neque ad proban-
dum*, coram R. P. D. Calatajù, & benè ex gloſſa *in
dicta l. nullus*, id deducit Cephal. *conſ.* 21. *num.* 16.
lib 1.

Sic videmus, quòd licèt creditor pro ſuo debito-
9 re Teſtimonium ferre non prohibeatur, Jacob Bu-
trigar. & Angel. *in l. non ſolum, §. quaeritur, ff. de
Procurat.* Alex. *conſ.* 177. *num.* 7. *lib.* 7. plenè Fari-
nac. *dicta quaeſt.* 60. *num.* 316. *& ſeqq.* Rot in Roma-
na Domus ad Tranſtiberim 29. Novembris 1658. §.
minus obſtat, coram Panzirolo, ubi praeſertim, ſi de-

ponat contra ſuum debitorem, quia tunc eo magis
ejus depoſitio eſſet attendenda, dum cautus multum
erit non deponere contra ſuum debitorem, ejus enim
intereſt, quod ille ſit dives.

Tamen quando ejus depoſitio tendit ad proprium 10
modum, & utilitatem Teſtis eſſe pro⸗ibetur, Maſ-
card. *de probat. concl.* 1363. *num.* 13. Farinac *de Teſt.
dicta quaeſt.* 60. *num.* 319. *& ſeq.*

Sic quoque venditor pro emptore regulariter Teſtis
eſſe non poteſt, quia dum ipſe re evicta de evictio- 11
ne tenetur propter intereſſe à Teſtimonio repellitur,
Bartol. & Alberic. *in dicta l. nullus*, & Bald. *in d.
l. omnibus*, ubi etiam Odofred. *num.* 1. Bartol. *nu-
mer.* 4. Salicet. *poſt. num.* 2. Caſtrenſ. *num.* 1. *in fin.
verſic. item ratione affectionis*, Cephal. *conſ.* 65. *nu-
mer.* 11. *lib.* 1. Rimin. Sen. *conſ.* 66. *numer.* 31. *&
ſeqq. lib.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1363. *nu-
mer.* 10.

Ita etiam licèt Civis pro Civitate, Ruſticus pro Vil- 12
la, ſive pago ſuo. Collegiales pro Collegio, & ii qui
ſunt de Univerſitate pro Univerſitate Teſtes eſſe non
prohibeantur, quando veriſimiliter ad eos uti ſingu-
los, nec commodum, nec incommodum ex illa de-
poſitione ſpectare poteſt, ad Text. *in cap in ſuper de
Teſtib. gloſſ. in l. idonei, verſ. ſed in cauſa Univerſita-
tis, ff. de Teſtib.* Salicet. *in l. Parentes* 5. *num.* 4. *C. de
Teſtib* Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* 16. *numer.* 19.
fol. mihi 182, Rot. coram Coccin. *deciſ.* 140. *num.* 1.
& ſeqq. ubi idem quando agitur de finibus proban-
dis.

Contrarium tamen evenit, quando aliquam com- 13
moditatem ex depoſitione poſſunt percipere, Ro-
man. *conſ. circa finem*, Alex. *conſ.* 68. *num.* 14. *lib.*
2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *caſu* 106 *nu-
mer.* 13. Scrader. *ubi ſupra, numer.* 194. *ubi numer.
ſeq.* dicit, quòd ipſorum fides, nec ſuppletur per
numerum.

Unde eſt, quòd quando agitur de aliqua proba- 14
tione circa paſcua, rejicitur ipſorum depoſitio, An-
gel. *in dicta l. in omnibus num.* 2. *verſ. aut reſpicit
ſingulos*, & Caſtrenſ. *pariter numer.* 2. *verſ. & per
praedicta patet*, Salicet. *in d. l. Parentes numer.* 4.
C. de Teſtib. Covar. *pract. quaeſt. cap.* 18. *numer.* 4.
Rot. coram Cavaler. *deciſ.* 140. *numer.* 3. coram
Coccin. *deciſ.* 140. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 247.
num. 5. *part.* 9. Hoc tamen quando Cives habent pa-
ſcua gratis abſque ſolutione, ſecus verò quando pro
paſcuis ſolvunt Communitati, quae pretium reponit
in Arca, tunc enim quia commodum eſt principa-
liter Communitatis, & non Civium, ideò ipſi Te-
ſtes eſſe non prohibentur, Alex. *d. conſ.* 68. *nu.* 14.
& 15. lib. 2. Capyc. *deciſ.* 152. *nu.* 4. Cobell. *ad Bull.
bon. regim. cap.* 50. *num.* 206. *verſ. licet*, ubi idem ſi
Communitas vendat hujuſmodi paſcua, & ait, quod
in concurſu aliorum iſti Teſtes deberent ſuccumbe-
re, quia ſunt diminutae fidei, Coccin. *dicta deciſ.* 140.
num. 6. *& ſeqq ubi num.* 8. dicit, quod ut repellan-
tur Cives, non ſolùm requiritur, quod habeant pa-
ſcua gratis, ſed etiam, quod alibi paſcua habere
non poſſent.

Sciendum tamen eſt, quod licèt emptor teſtificans 15
pro venditore non probet, ut ſupra dictum ea⸗, pro-
bat tamen contra ipſum venditorem, tunc enim ejus
depoſitio praemaximè eſt attendenda, quia cautus
erit emptor non deponere contra venditorem, &
ſic contra proprium commodum, & ſi id faciat, ſi-
gnum eſt, quod à conſcientiae ſtimulo fuerit Indu-
ctus, ut dixi ſupra num. 9. & in ſimili ſcilicet, quod
venditor admittatur ad teſtificandum quando contra
emptorem deponit, cùm poſſit quis etiam ad ſui prae-
judicium in cauſa propria teſtificari plenè probat
Cephalus *conſ.* 21. *num.* 16. *& pluribus ſeqq. lib.* 1.
Farinac. *d. quaeſt.* 60. *num.* 321. *& ſeq.*

Sed hoc ita demùm procedere putarem, niſi em-

ptori

ptori utile eſſet non amplius emere, & quòd alius rem emptam haberet, quia tunc ceſſarent omnes ra-
16 tiones jam adductæ, & haberet locum Text. *in l. Teſtium fides, ff. de Teſtibus*, ubi tunc admittendam talium depoſitionem diſponit, *ſi neque lucri, neque inimicitiæ cauſa fiat.*

QUÆSTIO XXVII.

An teneatur emptor reſtituere fructus à die emptionis uſque ad diem quo conſignat rem prælationem petenti, perceptos, & an è contra prælationem petens teneatur reficere meliorаmenta ab emptore facta, aliaſque expenſas, & intereſſe, ſi quod hoc medio tempore emptor paſſus eſt, & è contra.

SUMMARIUM.

1 *Fructus pendentes percepti ab emptore, reſtitui debent prælationem petenti, vel excomputandi ſunt in pretio quod ipſi emptori reſtituitur.*

2 *Fructus percepti ab emptore reſtitui debent prælationem petenti à die litis conteſtatæ, ſcilicet ab eo tempore, quo quis declaravit velle præferri.*

3 *Imò ſi impedivit emptor ne lis conteſtaretur ab eo tempore fructus reſtitui debent.*

4 *Emptor dicitur eſſe in mora à die litis conteſtatæ, & petitæ prælationis.*

5 *Alii crediderunt, quòd emptor non teneatur ad reſtitutionem fructuum à die litis conteſtatæ, quando ignoravit, quòd ille, qui litem conteſtavit poterat præferri, vel quando id dubium erat.*

6 *Alii melius tenuerunt, quòd tunc teneatur emptor ad reſtitutionem fructuum, quando prælationem petens litem conteſtavit, & ſolvit pecuniam, vel illam depoſuit emptore recuſante.*

7 *Fructus ſequuntur Dominum rei.*

8 *Fructus ſpectant ad emptorem, quotieſcumque prælationem petens fecit depoſitum, tempore quo fructus erant maturi, vel de proximo colligendi.*

9 *Fructus inter emptorem, & prælationem petentem, dividuntur pro rata temporis, quo emptor poſſedit ante ſequutum depoſitum.*

10 *Amplia, quamvis emptor fructus nondum maturos ante factum depoſitum collegiſſet.*

11 *Annus ad effectum faciendi diviſionem fructuum pro rata temporis inter emptorem, & retrahentem, computandus eſt à die, quo cœpit locatio.*

12 *Fructus civiles, dividendi ſunt pro rata temporis inter emptorem, & prælationem petentem, quamvis eorum ſolutio ſit deſtinata certo anni tempore.*

13 *Anni principium in fructibus naturalibus, computatur à die, quo fructus percipi ſolent, in induſtrialibus verò à die ſeminum.*

14 *Penſiones, quæ debentur ex re, quæ producit fructus naturales, induſtriales, vel civiles dividuntur pro ea rata, pro qua fructus ipſi, quorum cauſa penſio præſtatur, dividerentur.*

15 *Biennium, triennium, aut quinquennium, in quo ſemel percipiuntur fructus, computatur pro unico anno, & annus incipit à principio ipſius biennii, aut quinquennii.*

16 Tiraq. de retract. convent. gloſs. 4. num. 9. & ſeqq. *declaratur.*

17 *Melioramenta utilia tantùm, etiam facta ab emptore antequam quis petierit prælationem, refici non debent, niſi etiam ſint neceſſaria, contrarium defenditur, num. 19. & ſeqq.*

18 *Melioramenta utilia tantùm, facta intra tempus datum ad prælationem petendam, cenſetur facta mala fide, etiam nulla præcedente inſtantia.*

Lex interpellat continuò emptorem ad relaxandam rem prælationem petenti.

21 *Melioramenta facta ab emptore, ſi ſint magna, & onerosa, ut ferè æquivaleant valori rei, non tenetur reficere prælationem petens, utpote facta in fraudem, & ad eum deterrendum ab emptione.*

22 *Melioramenta facta poſt motum judicium prælationis, aut poſtquam prælationem petens denunciavit emptori, ne illa faceret, ſi non poſſunt tolli, & abradi ſine detrimento prioris ſtatus rei nullo modo reficienda ſunt.*

23 *Si autem tolli, aut abradi poſſunt, poterit emptor ea tollere, ſi conſtant in reficiendo, niſi prælationem petens vellet dare æſtimationem.*

24 *Si verò melioramenta conſiſtant in faciendo, tunc tolli non poſſunt, quia cenſetur facta animo donandi.*

Contrarium, num. 25. & ſeqq.

26 *Colonus, qui extra legem locationis rem meliorat, melioramenta repetit.*

27 *Melioramentum de novo additum rei alienæ, quam quis alienam eſſe ſciebat, ſi poſſit facilè ſeparari, non dicitur factum animo donandi, ſed potiùs ſeparandi.*

28 *Melioramenta facta ab emptore, qui non denunciavit emptionem illis, ad quos ſciebat ſpectare prælationem, repeti non poſſunt.*

Declara id procedere, quando verè conſtat de ſcientia, quòd exiſterent illi ad quos ſpectabat prælatio, & quòd debebat fieri denunciatio.

29 *Melioramenta neceſſaria facta ab emptore, tenetur reficere prælationem petens.*

30 *Quamvis ſint facta intra terminum datum ad prælationem petendam.*

31 *Et quamvis ſint neceſſaria tantùm, licèt non ſint ſimul utilia.*

32 *Amplia, quamvis prælationem petens veriſimiliter, illa non eſſet facturus, vel minori pretio feciſſet, niſi tamen emptor exceſſerit moderatas, & ſolitas impenſas.*

33 *Melioramenta neceſſaria, vel utilia, ſunt reficienda emptori à prælationem petente, quamvis interim, ſine ulla culpa emptoris perierint.*

34 *Declara id procedere in melioramentis neceſſariis, non autem in utilibus.*

35 *Et dummodò melioramenta neceſſaria non ſint facta ultra neceſſitatem, vel neceſſitas non fuerit cauſata à meliorante, vel peremptio non evenerit tempore moræ emptoris.*

36 *Melioramenta, quæ de jure reficienda ſunt emptori, poſſunt repeti, etiam poſtquam emptor relaxavit rem, de melioramentis non excipiens.*

37 *Melioramenta, quæ reſpiciunt perpetuam rei utilitatem, non compenſantur cum fructibus ex re perceptis, illa verò quæ pertinent ad fructuum collectionem, cum ipſis fructibus perceptis compenſantur.*

38 *Et quid, quando ſit diviſio fructuum inter emptorem, & prælationem petentem.*

39 *In melioramentorum refectione, ſemper id, quod minus eſt reficitur.*

40 *Melioramenta ab emptore facta, compenſantur cum deteriorationibus ſequutis ejus culpa.*

41 *Fructus recompenſativi, quos ſolvit, aut ſolvere debebat emptor venditori ob pretium non ſolutum, reſtitui debent à prælatione petente emptori, aut venditori.*

42 *Intereſſe pretii, quod otioſum retinuit emptor à die quo emit, uſque ad diem, quo rem reſtituit, refundi debet à prælationem petente.*

43 *Contrarium tamquam verius defenditur.*

44 *Amplia, quamvis emptor pretium, quod ſolvit accepiſſet ad Cambium, vel ad cenſum, nam adhuc intereuſuria ſoluta ab emptore non tenetur reſtituere prælationem petens.*

45 *Uſura pretii interim otioſe retenti ab emptore, ſolvi*

*debent à prælationem petente, quando emptor fru-
ctus pro rata temporis non aſſequeretur.*

46 *Deterioratio, & damnum ſequutum in re empta ex
culpa, vel negligentia emptoris, debet reſici ab eo-
dem prælationem petenti, ſecus ſi damnum ſine culpa
emptoris, contingat.*

*Imò ſi deterioratio ſequatur poſt moram emptoris in re
relaxanda, debet reſici ab eodem, ſive fuerit ſe-
quutum ſua culpa, ſive non.*

47 *Intereſſe Arborum inciſarum, quæ fuerunt caſa ab em-
ptore, cum non eſſent caduæ reſici debet ab eodem
prælationem petenti.*

48 *Deterioratio non dicitur facta, quando fuit mutata
forma rei, eam meliorando.*

49 *Mola molendini ſubjecti retractui, quamvis emptori
ſit data bona, & recens, ſatis eſt, quòd reſtitua-
tur eo modo, quo reperitur de tempore reſtitutionis,
quamvis ſit attrita, de quo tamen vide nu-
mer. 50.*

HÆc quæſtio indiget accurata diſtinctione caſu-
um, cùm variæ ſint DD. ſententiæ circa primum
caput quæſtionis; Primus itaque caſus ſit, ſi agatur
de fructibus tempore factæ venditionis pendentibus,
& tunc quia indubitatum eſt, apud omnes, quòd
tales fructus tunc temporis pendentes dicantur pars
fundi, augeantque illius exiſtimationem, ideò ſi fue-
rint omnes percepti, aut eorum pars medio tem-
pore, quo alius fuit admiſſus ad prælationem peten-
dam, illi aut eorumdem æſtimatio debet reſtitui
1 ab emptore prælationem petenti, vel excomputandi
ſunt in pretio, quòd ipſi emptori reſtitui debet, ut
probat Anton. Gomez. *ad leg. 70. Taur. numer.* 29.
Gutier *pract. lib. 2. q.* 158. *per tot.* Molin. *de contract.
tr. 2. diſput.* 371. §. *dubium deinde eſt, verſic contrari-
um nempè, & ſeqq. fol. mihi* 527. *& ſeqq.* ubi ſingulis
contrariis reſpondet Rendel. *de jur. protom.* §. *in pri-
mis. verb. legitimis uſuris num* 12. *fol mihi* 171. Barboſ.
in l. divortio n. 81. *verſic. unde petitum, ff. ſolut. ma-
trim.* Franch. *decis.* 350. *per tot.* de Luc. *ad eumdem
num.* 1. *&* 1. Cald *de emphyt. extinct. l. 4. cap.* 14. *nu.*
31. Barbat. *de diviſ. fruct. part. 2. cap. 6. nu.* 11. & alii
plures quos adduxi *in q. 22. num. 44. & ſeqq.*

Secundus caſus ſit de fructibus, qui tempore em-
ptionis non erant pendentes, ſed poſtea ſupervene-
2 runt, & hoc caſu varia fuit DD. ſententia; Putarunt
etenim aliqui, quòd fructus reſtitui debeant prælatio-
nem petenti à die litis conteſtatæ, quo ſcilicet quis
judicialiter inſteterit pro prælatione, & declaraverit
velle præferri, juxta opinionem Alberic. *in 1. part.
ſtatut. quæſt* 97. quem ſequitur Igneus *in l. dudum,
num. 49. Cod. de contrahen. emption.* Guidopap. *de-
cis.* 257. Covar. *var. lib. 1. cap. 15. numer.* 8. Ti-
raquel. *de retract lignag.* §. 15. *gloſſ. 2. num. 4. &
ſeqq.* ubi id extendit ad caſum in quo emptor impe-
divit ne lis conteſtaretur, Carpan. *ad Stat. Mediol.
cap. 417. part. 1. num* 718. *&* 723. *& ſeqq.* ubi allegat
Ferron. Caſſan. & Boer. pariter ejuſdem opinionis,
Maſtrill. *decis.* 148. *num. 1. & ſeqq. & num.* 11. *& n.*
36. ubi ita judicatum teſtatur, quem ſequitur Donad.
de renunciat. tom. 2. cap. 26. numer. 49. & ſeqq.
Fontanell. *deciſ. Cathalan.* 74. *num. 10. & ſeqq. &
per tot.* Rendell. *dicto* §. *in primis, verb. legitimis uſu-
res num. 8. cum ſeqq. ubi num.* 10. ait, quòd ſi una
vice perempta ſit inſtantia, fructus debeantur à die
à quo aliena nova inſtantia inchoata fuit, & ratio
4 videtur eſſe manifeſta, quia à tempore litis conte-
ſtatæ, & petitæ prælationis emptor conſtitutus di-
citur in mala fide, Boer. *quæſt. 47. num.* 2. Morott.
deciſ. 30. numer. 76 & proindè fructus ſuos facere
non poteſt tanquam malæ fidei poſſeſſor, & hanc
opinionem tenuit etiam Rot. Bononien. apud Be-
nintend *deciſ 37. num 15. verſic niſi in contrarium*,
ubi quòd emptor rei emphyteuticæ irrequiſito di-
recto Domino faciat fructus ſuos tantùm uſque ad
diem quo Dominus proteſtatus eſt, de irritatione
contractus.

Pleri que autem altius rem reaſſumentes putarunt,
quòd ſi prælationem petens prætendat fructus à die
conteſtatæ litis ab emptore perceptos non poſſit, ſi
emptor excuſetur à mala fide ex juſta ignorantia,
quam habuit, quia credidit retrahentem non eſſe 5
conſanguineum, aut non habere qualitatem, quæ
requirebantur pro prælatione obtinenda, cùm eo ca-
ſu ſolùm teneatur ad fructus perceptos à die probatæ
illius qualitatis, & non antea; Si verò petat fru-
ctus non in ratione intereſſe, quo retrahens priva-
tus eſt, & tunc crediderunt emptorem teneri ad il-
los à tempore oblati pretii, tanquam in mora con-
ſtitutus, & quia injuſtè privavit retrahentem re, &
fructibus, ut videre eſt apud Guttier. *dicto lib. 2. dicta
quæſt.* 158. Molin. *dicta diſput.* 371. §. *ad tertium ar-
gumentum litt. E. foll. mihi* 582.

Alii verò putarunt, quod emptor teneatur tan-
tùm illos reſtituere fructus, quos percepit poſt mo-
ram, moram autem inducentes, non in ſimplici ca-
ſu, quo fuit lis conteſtata, ſed in caſu quo ultra 6
conteſtationem litis prælationem petens offerat pe-
cuniam, illamque in effectu ſolvat, vel ſi emptor recuſet
illam deponat, aut deponat, id quod eſt certum, & pro
reliquo, quod ignorat ſolvere promittat, & fide-
juſſores det, ut diximus *in quæſt. 23. num. 8. & ſeqq.*
& hanc opinionem per Text. *in l.* 2. ubi Gloſs. *in
verb. oblatum*, & ibi DD. *C. de pact. inter empt. &
vend.* tenuerunt Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 15. *gloſ.
2. num. 15. & de retract. convent.* §. 5. *gloſ. 4. num* 5.
& ſeqq. & melius *gloſſ. 2. num.* 4. Ferron, & Boer.
apud Carpan. *dicto cap. 417. num. 719. & ſeqq.* Co-
var. *d. cap. 15. num. 8. ante verſic. tertio ab eodem*, Cu-
man. Lup. *de uſur. comment.* 2. §. 4. *num.* 107. *verſic.
ſed quantum ad lucrandos fructus*, Gratian. *diſcept.*
786. *num.* 5. Urſell. *concluſ. 62. num. 46. verſic. un-
de erit*, Barbat. *de diviſ. fruct. p. 2. cap. 6. numer.* 4.
7. *& ſeq.* Cornazan. *deciſ. 19. num.* 12. Milan. *deciſ.
Sicul. 4. num.* 102. Rot. Bononien. *diverſ. deciſ.* 43.
num. 61. Sanfelic. *decis.* 108. *num. 6. & 25. uſque ad
fin.* Rovit. *decis. 24. num. 6. & 33.* Maſtrill. *dicta deciſ.*
148. *num. 12. & ſeqq.* Fontanell. *deciſ. Cathalan.* 73.
numer. 11. & pluribus ſeqq. Rot. coram Gulielm.
Dunoz. *decis. 215. num. 1. & ſeqq. & per tot & deciſ.*
390. apud Cenc. *de Cenſ.* & latè Cenc. Ipſe *q.* 66.
num. 17. & ſeqq.

Et ratio eſt manifeſta, cùm enim fructus percepti 7
ab emptore vero Domino rei jure dominii ipſum
ſequantur, *l. Herennius, ff. de uſufruct.* nec mala
fides poſſit in ipſo conſiderari, antequam conſtitu-
tus ſit in mora; Cumque mora non contrahatur
per ſimplicem petitionem, & verbalem oblationem,
niſi ſequuto depoſito, ex quo illo non ſequuto poſt
factam oblationem, & recuſatam ab emptore pecu-
niam potiùs dicatur eſſe in mora prælationem præ-
tendens, qui ſi vult acquirere fructus tenetur ſe
expoliare pretio, ne aliàs contra omnia juris princi-
pia fruatur re, & pretio, meritò percipiente em-
ptore fructus in bona fide, & exiſtente in mora, non
ipſo emptore, ſed retrahente, fructus medio tempo-
re percepti ſequi debent Dominum, & hæc eſt ve-
rior opinio.

Imò ſi de tempore, quo fuit factum depoſitum
fructus aut maturi erant, aut de proximo colligen- 8
di non ſpectant ullo modo ad retrahentem, ſed ad
emptorem, quamvis retrahens offerat omnes ex-
penſas reficere, & hoc, ut refrænetur malitia retra-
hentium, qui aliàs data opera differrent, & expe-
ctarent ſemper maturitatem fructuum, ut probat
motus auctoritate Cuman. Soccin. & Iaſonis. Ioan-
nes Sayſon. *ad conſuet. Turon tit. de retract toto artic.*
32. Rendell. *dicto* §. *in primis, verb. legitimis uſuris
num.*

num. 11. Barbat. *dicta part.* 2. *cap.* 6. *num.* 8. *verſ. fructus itaque omnes.*

Tertiùs caſus eſt, ſi quæratur quo modo fiat diviſio inter emptorem, & prælationem petentem, & dicendum eſt, quòd fiat diviſio pro rata tempo- 9 ris, quo emptor poſſedit ante ſequutum depoſitum, ut notat Tiraquell. *dicto* §. 15. *gloſſ.* 2. *num.* 20. *& ſeqq. & de retract. convent.* §. 5. *gloſſ.* 4. *num.* 5. *& ſeqq. ubi num.* 15. Id extendit, quamvis emptor fru- 10 ctus nondum maturos ante factum depoſitum collegiſſet, & adhuc putat diviſionem fieri pro rata temporis inſpecto tempore, quo fructus eſſe debebant maturi, ſequitur Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 731. & 741. *& ſeqq.* ubi aſſignat aliquas limitationes, Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 32. Covar. *dicta cap.* 13. *num.* 9. Peregrin. *de fideicommiſſis artic.* 49. *num.* 98. ubi ita pluries practicatum teſtatur Barbat. *dicto cap.* 6. *num.* 1. *in fin.* §. *hoc poſito, & ſeqq.* Coſt. *de ration. rata quæſt.* 114. *num.* 8.

Sed quomodo computandus ſit annus ad iſtam diviſionem faciendam multi multa dicunt, ideò breviter aliqui caſus diſtinguendi ſunt. Primus eſt, 11 quando bona ſunt locata, & tunc à die quo cœpit locatio annus computandus eſt, Coſt. *d. quæſt.* 114. *num.* 4. *verſic. primus eſt*, adeout ſi res locata ſit ad quinquennium cum hoc quòd penſio ſolvatur ultimo anno, adhuc tamen fructus, ſive rata penſionis pro rata temporis, quo emptor fuit in poſſeſſione ad ipſum ſpectare debeat ex prædictis, quidquid Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 739. dubitare videatur ſe referens ad Tiraquell. qui numquam de hoc diſſeruit in loco 12 ab ipſo relatos; Secundus caſus eſt, in fructibus civilibus, qui dietim percipiuntur, & iſti quamvis eorum ſolutio ſit deſtinata certo anni tempore, quòd nondum venerit, adhuc tamen pro rata temporis, etiam dividendi ſunt, ut notat Honded. *conſ.* 85. *num.* 8. & 20. *lib.* 2. Gabr. *conſ.* 191. *numer.* 5. *lib.* 2. Spad. *conſ.* 34. *num.* 3. & 32. *n.* 2. *lib.* 3. Reverendiſſ. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 47. *numer.* 1. *& ſeqq.* Franch. *deciſ.* 69. *per tot.* Coſt. *d. q.* 114. *num.* 6. & 7. Rot. coram Duran. *deciſ.* 20. *nu.* 3. 13 *& ſeq. & in recent. deciſ.* 168. *num.* 3. *part.* 2. Tertius caſus eſt, quando fructus ſunt naturales, qui ſingulo quoque anno percipiuntur, & tunc anni principium computatur ex eo tempore, quo percipi ſolent, ſi verò induſtriales ſint computabitur anni principium die ſeminum, ut notat Peregrin. *dicto artic.* 49. *nu.* 98. Barbat. *dicto cap.* 6. *numer.* 12. Coſt. *dicta quæſt.* 114. *num.* 4. *ubi num.* 7. id extendit, ad penſiones, 14 quæ debentur ex re, quæ producere ſolet fructus naturales, vel induſtriales, quæ dividuntur etiam pro ea rata pro qua fructus ipſi quorum cauſa penſio præſtatur dividerentur, quibus jungi poteſt, Cavaler. *decis.* 104. *num.* 4. & 5. Quartus caſus eſt, quando fructus non percipiuntur ſingulis annis, ſed ſin- 15 gulis bienniis, trienniis, aut quinquenniis, ut ſunt olivæ, arbores cæduæ, & ſimilia, & tunc totum biennium computabitur pro uno anno, & diviſio iſto caſu facienda eſt, habita ratione initii ipſius biennii, aut quinquennii, & temporis quo quis rem emit uſque ad tempus depoſiti facti, unde ſi emptor ultimis annis emit, & ultimo anno quo ſilva cædi debet, prælationem petens pretium deponat, vel ſolvat, & rem habeat, in diviſione non habetur conſideratio illius anni ſolius, ſed totius quinquennii, quod habetur pro unico anno, ut in ſpecie notat Tiraquell. *de retract. convent. dicto* §. 5. *gloſſ.* 4. *num.* 31. Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 746. Barbat. *dicto cap.* 6. *numer.* 12. *& part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 35. *& ſeq.* Scrader. *de feud.* 2. *part.* 9. *ſect.* 3. *nu.* 71. *fol. mihi* 455. Card. de Luca *de alienat. diſc.* 1. *n.* 34. & 37.

Ex quibus ad tollenda æquivoca declarare oportet 16 opinionem, quam affert Tiraquell. *de retract. convent. dicta gloſſ.* 4. *num.* 9. *& ſeqq.* quem ſequitur Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 740. Ille enim ibidem dicit, quòd ſi emit fundum cum fructibus pendentibus, quos brevi collegit, adhuc tamen ſi poſtea per ſex menſes poſſedit, & poſtea fundus retractus fuit, debeat habere ratam fructuum ſequentis anni pro rata temporis quo poſſedit, nec poſſit eidem opponi, quod non fuit Dominus; niſi ſex menſibus, & proindè æquum non videatur, quod ipſe percipiat fructus unius anni cum dimidio, hæc etenim quæſtio indigeret accurata reflexione, ſi præſuppoſitum eſſet verum, cùm autem illud ſit indubitatè falſum, dum fructus illos pendentes non fecit ſuos, ſed reſtituere omninò tenetur retrahenti tamquam partem fundi, ut ſupra diximus, meritò ceſſat quælibet difficultas, & dubitandum non eſt, quod pro illis ſex menſibus quibus poſſedit, diviſio pro rata temporis facienda ſit.

Quoad aliud caput quæſtionis quod reſpicit refectionem melioramentorum, quia materia eſt plurimum inter DD. agitata diſtinctione pariter quæſtio abſolvenda eſt; Aut enim melioramenta ſunt utilia tantum, & tunc aut ſunt facta antequam quis intele- 17 terit pro prælatione, & quæſtio non tranſit ſine controverſia, nam quod nullo modo melioramenta utilia tantum niſi etiam neceſſaria ſint refici debeant, probavit Igneus *in l. dudum num.* 70. *& ſeqq. Cod. de contrahen. empt.* Geras. Bagoil. *in ſua diſput. de retract. column.* 3. *poſt med.* Tiraquell *de retract. convent.* §. 7. *gloſſ.* 1. *num.* 3. Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 691. Gratian. *diſcept.* 957. *num.* 34. Berlich. *concluſ. jur. part.* 2. *tit. de retract. concl.* 41. *num.* 41. Joannes Sayſſon *ad conſuet. Turron. tit de retract art.* 14. *verſ. ſed pulchrum eſt videre*, Sanfelic. *d. deciſ* 108. *numer.* 9. *& num.* 30. Harpreçt. *in* §. *fin. num.* 175. *Inſtit. de empt. & vendit.* & moventur ex pluribus rationibus, primò quia lex quæ admittit quem ad retrahendum, tantum pretium, quod emptor expoſuit, reſtitui expoſcit, unde ſi teneretur prælationem petens ultra pretium expenſas quoque ſolvere, majus pretium eò quòd emptor dedit ſolvere cogeretur; ſecundò quia ita daretur anſa fraudandi conſanguineum, dum poſſet emptor tot expenſas utiles facere, quæ redderent difficiliorem, imò ferè impoſſibilem retractum; tertiò quia iſta melioramenta fuerunt facta intra tempus datum à lege ad retrahendum, unde emptor pendente hoc tempore debebat ſe abſtinere à ſimilibus melioramentis, & proſpicere, quod poterit res retrahi, quodque tenebatur 18 rem relaxare, prout continuò lex eum interpellabat, ut probat Tiraq. *dicta gloſ.* 1. *num* 3. *ante med.* Papon. *d.* §. 481. Boet. *deciſ.* 47. *num.* 6. *verſ. quin imò etiam videtur, & ſeq.* Berlich *d. concl.* 41. *num.* 45. Gratian. *d. cap.* 957. *n.* 30. *& ſeqq.* Rot. coram Millin. *deciſ.* 120. *num.* 3. & 6.

Contrariam autem opinionem tenuit Alberic. *in* 19 *prima parte ſtatut. quæſt.* 96. *verſ. ſed quid ſi emptor*, quem ſi benè legatur Tiraq. *d. gloſ.* 1. *num.* 3. *uſque ad fin.* ſequi videtur Carpan. *d. cap.* 417. *numer.* 693. Jacob. Novel. *de jur. protom.* §. 3. *num.* 4. Gail. *pract. lib.* 2. *obſerv.* 19. *num.* 9. *in fin.* ubi quòd tenetur ad utiles, ſed non ad delicatas, Rendel. *de jur. protomiſ. d.* § *in primis, verb. expenſis neceſſariis num.* 6. *verſ. ego dico, fol. mihi* 173 Niger. *de except. cap.* 8. §. 13. *num.* 5. *fol. mihi* 167. Cenc. *de cenſ. d. q.* 66. *num.* 82. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 356. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 2. *recent.* & ratio eſt evidens, cùm enim emptor ſit Dominus, & in bona fide perſiſtat, meritò omnia melioramenta utilia tamquam facta bona fide ipſi reficienda ſunt, ut probat Text. *in l. ſi quis domum*, §. *idem quærit, verſ. quid tamen, ff. locat.* nec permittendum eſt, quòd retrahens locupletetur cum aliena jactura.

Non obſtantibus rationibus à contrariis DD. ad-

ductis,

ductis, quoniam prima ratio potius retorquetur, nam cùm melioramenta etiam utilia faciant rem melioratam pretioſiorem, & melioramenta ipſa facta
20 bona fide ſint pars pretii, meritò unà cum pretio ab emptore exburſato hanc quoque partem refundere tenetur prælationem petens, qui ſibi imputare tenetur, ſi paſſus eſt rem meliorari neque denunciavit emptori, ut deſiſteret prout poterat. & debebat facere, ut latius reſpondet Cenc. *dicta quaſt.* 66 *num.* 97. *ad* 101.

Secunda ratio tunc concludit, quando emptor in ſtandem magnas, & oneroſas impenſas feciſſet, & dum in ſumptibus exceſſiſſet, adeout tunc tam magnæ
21 expenſæ, ut ferè æquivaleant valori rei, veriſimile ſit quod prælationem prætendens cogatur rem relinquere propter earum magnitudinem, quia tunc indubitatum eſt apud omnes, quod non teneatur talia melioramenta refundere, juxta Tex. apertum in *l. utilium ff. de impens. in re dotal. fact.* & declarat Tiraqu. *dicta gloſſ.* 1. *numer.* 5. Carpan. *dicto cap.* 417 *nu.* 702. Boet. *d. deciſ.* 47. *numer.* 10. *uſque ad fin.* Harpreck, *in d. §. fin. numer.* 276. & 277. *Inſtit. de empt. & vendit.* Berlich. *d concl.* 41. *numer.* 43. Niger *de except. d. §.* 13. *num.* 12. Gară. *de expens. ca.* 7. *num.* 8. & 9. Magon. *decis. Florent.* 9. *num* 6. & 7. *num.* 8. & 9. Magon. *decis. Florent.* 9. *num* 6. & *deciſ. Lucens.* 39. *n.* 27. & *ſeqq.* Gratian. in addit. *ad decis. March.* 225. *num.* 13. & *d. decis.* 957. *numer.* 37. Cenc. *d. quaſt.* 66. *num.* 95. & *ſeq.* ubi quòd ad Judicis arbitrium pertinet declarare quænam expenſæ dicantur exceſſivæ, & oneroſæ.

Tertia tandem ratio meo judicio plus cæteris ſtringit, quia ſi emptor jam denunciaverat iis, ad quos ſpectabat prælatio, & debebat expectare brevi tempore, nempè per ſpatium duorum menſium, ut pluries *in tractat.* dictum eſt, quomodo affirmari potterit, quod ſciens poſſe illum, cui denunciavit, prælationem hoc medio tempore habere, & rem obtinere, potuerit abſque neceſſitate voluntariè meliorare, potuerit abſque neceſſitate voluntariè melioramenta utilia facere, & ita magis onerare prælationem petentem, qui utique non illa, ſed alia fortaſſe, & diverſa melioramenta feciſſet, vel non impendiſſet.

Verùm licèt hæc ratio admodum ſtringat, adhuc tamen de rigore juris non ſatisfacit, quia quamvis emptor denunciaverit, & ſciviſſet proindè rem poſſe retrahi, tamen non exindè poteſt dici conſtitutus in mala fide, cùm enim quouſque prælationem prætendens non comparuit, nec inſterit pro prælatione, potuerit emptor credere, quod res ipſi remanſura eſſet, quodque prælationem prætendens nollet rem emere, ſequitur, quod ſolus timor, quod potuiſſet rem obtinere ille, in cujus mero arbitrio repoſitum erat emere, vel non emere, non ſit ſufficiens ad eumdem emptorem conſtituendum in mala fide, & proindè melioramenta ab ipſo tamquam vero Domino bona fide tunc facta veniunt reficienda, nec deciſ. Millin. 220. huic rationi contrariæ adhærere voluit, ſed irreſolutam quæſtionem reliquit, ut etiam notat Cenc. *d. quaſt.* 66. *num.* 81.

Aut melioramenta fuerunt facta poſt motum judicium ſuper retractu, aut poſtquam prælationem prætendens denunciavit emptori, ne ullas expenſas, aut melioramenta faceret, & eo caſu ſi talia
22 melioramenta tolli, & abradi non poſſint abſque læſione, & detrimento prioris ſtatus rei melioratæ, nullo modo reficienda ſunt, ut notat Albet. *in l. intra utile* 9. *§. ultimo numer.* 4. *ff. de minor.* Tiraqu. *dicta gloſſ.* 1. *numer* 3 Boet. *d. deciſ.* 27. *num.* 1. & *ſeqq.* & *num.* 4. *uſque ad fin.* Niger. *dicto §.* 13. *numer.* 10. Gail. *dicta obſerv.* 19. *numer.* 10. Cenc. *dicta quaſt.* 66 *num* 85. *ad* 97. Rendel *dicto verb. expenſis neceſſariis num.* 7. Magon. *d. deciſ. Lucen* 33. *ferè per tot.* Berlich, *d. concluſ.* 41. *nu.* 44. Koppen, *decis.* 42. *n.* 26. Capyc. Galeot. *contr.* 46. *nu.* 27. *verſ. ſecundo quia tom.* 2. ſi autem tolli poſſint abſque læſione prioris ſtatus rei melioratæ, & tunc aut melioramenta conſiſtunt in reficiendo, & licebit emptori ea tollere, & abradere niſi prælationem petens velit ipſi dare quantum res abraſa valeret, juxta Text. *in l. in fundo, §. cenſuimus, ff. de rei vindic.* Valaſc. *conſult.* 83 *num.* 10. *lib* 1. Cenc. *dicta quaſt* 66. *num.* 91. & *ſeqq.* ſi verò conſiſtant in faciendo de novo, & illa non reficiuntur, nec abradi poſſunt, quia tamquam facta 24
ſcienter in re aliena præſumuntur facta animo donandi, ad Text *in l. fin. §. fin. ubi gloſſ. C. commun. de legat.* Cagnol. *in l.* 1. *num.* 70 *C. de ſent. pro eo &c.* Magon. *decis. Lucen.* 81. *num.* 1 & *ſeq.* Cenc. *dicta quaſt.* 66 *num* 90. quibus tamen minimè adhærendum cenſerem in hoc caſu, quoniam tunc demum talis animus donandi præſumitur a lege, & DD. quando quis emit cum mala fide abſoluta, ideſt cum ea intentione, & animo, ut ibi acquirat in diminutio- 25
nem præterquam quod cum animo donandi, ut explicat Corn. *in d. l. fin. § fin. C. commun. de legat,* Roland. *conſ.* 165 *lib.* 4. qui exemplum dant coloni, qui quamvis ſciat rem eſſe locatori reſtituendam, tamen ſi extra legem locationis melioret, illa repetit, 26
juxta Text. apertum in *l. colonus* 61. *ff. locat.* & aliud exemptum ementis ſcienter rem fideicommiſſi pendente conditione, qui ſi ædificet medio tempore in re empta, adveniente conditione, & ſic reſoluta emptione ratione dominii revocabilis non dicitur ædificaſſe animo donandi, ſed repetendi, ut diſponitur in *d. l. §. ſin autem*; Fortius itaque in hoc caſu, in quo emptor, qui interim verus Dominus eſt licèt revocabilis, cujus dominium non reſolvitur per ſimplicem litem, & inſtantiam, ſed per veram, & effectivam ſententiam Judicis, non debet dici de novo ædificaſſe animo donandi, ſed potius animo repetendi, & melioratum tollendi ſequuta revocatione ſui dominii, nec in pœnam malæ fidei negabitur talis abraſio, dum mala fides non eſt abſoluta.

Præterea quotieſcumque res aliqua de novo additur etiam acceſſoriè rei alienæ, quam quis alienam eſſe ſciebat, tunc ſi res addita poſſit ſine læſione prio- 27
ris ſtatus rei ſeparari, nunquam dicitur addita ea intentione donandi, niſi id expreſſum ſpecialiter ſit, ſed potius præſumitur addita ea intentione, & fine rem abradendi, & tollendi, ut ex Molinæo, Tiraquell. Gregor. Lopez, & aliis probat Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 26. *num* 3 *vers. quod nedum procedis*, & *ſeqq.* ubi ſingulis contrariis reſpondet.

Aut tandem melioramenta fuerunt facta ab eo, qui emit, ſed non denunciavit emptionem illis ad 28
quos ſpectabat prælatio, quos adeſſe non ignorabat, & eo caſu quia is eſt in expreſſa mala fide, dum emere curavit rem non adimplendo ea, quæ lex præcipit, & animo eludendo prælationis jus habentem, unde etiam arguitur doli, & fraudis præſumptio, ideò melioramenta nullo modo repetere poteſt, ut notat Gratian. *dicto cap.* 957. *numer.* 32. *verſic. maximè quia*, & *ſeq.* Cornaz. *decis. Lucenſ.* 99. *num.* 9. & 16. Capyc. Galeot. *dict. controv.* 46. *num.* 26. & *ſeqq.* quorum opinio tantum admittenda eſt quando verè conſtat de ſcientia, quòd exiſterent illi ad quos ſpectabat prælatio, & de ſcientia neceſſitatis faciendi denunciationem, alias enim ſi aliquo juſto errore etiam juris ductus emptor non denunciaverit, melioramenta utilia non perdidit, ſed ipſi reficienda ſunt, juxta eleganter tradita per Caſtren. *conſ.* 247. *num.* 7. *poſt princip. lib.* 1. à quo non audet recedere Magon. *d. decis. Lucenſ.* 33. *num.* 30. *verſ. allegabatur*, & *ſeqq.*

Si autem melioramenta fuerint neceſſaria, & tunc illa omni caſu repetere poteſt emptor ſaltem per viam retentionis ejuſdem fundi meliorati. do- 29
nec ſibi melioramentorum expenſæ reficiantur, ut notat Tiraquel, *de retract. lignag.* §. 15 *gloſſ* 1. *num.*

num. 15. *& de retract. convent.* §. 7. *gloſſ.* 1. *num.* 3. Bard. *de jur. protomiſ. quaſt.* 10. *fol. mihi* 165. Pyrr. *ad conſuet. Aurelian. de retract. tota cap.* 15. Rendel. *in dict.* §. *in primis, verb. expenſis neceſſa-*
30 *riis num.* 1. ubi quòd hæc melioramenta refici debent non ſolum emptori, ſed etiam venditori, ſi ea fecit poſt venditionem, Berlich. *dicta conclus.* 41. *num.* 41. Boer. *dicta decis.* 47. *num.* 3. *& num.* 8. ubi quamvis fiant intra terminum datum ad prælationem petendam, Niger. *dicto* §. 13. *numer.* 5. Cenc. *dicta quaſt.* 63. *num.* 82. *& ſeq. numer.* 85. ubi quòd hæc tenetur reficere prælationem petens quamvis ſint facta pendente lite, *& num.* 56. *& ſeqq.* ubi quod tenetur illa reficere emptor non autem venditor, quidquid dicant Igneus *in l. dudum num.* 70. *& ſeqq. C. de contrahen. empt.* Papon. *de retract. dicto* §. 481. Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 691. Grarian, *dicto cap.* 957. *num.* 34. qui concludunt non ſufficere quod
31 melioramenta ſint neceſſaria, ſed copulativè requiri quod ſint neceſſaria, & utilia, quando enim melioramenta ſunt talia, ſine quibus res, vel fuiſſet peritura, vel deterior omninò futura, tunc quia neceſſitas ipſa impendendi habet annexam utilitatem, ſi non inſpecto præſenti rerum ſtatu, ſaltem conſiderato futuro eventu deteriorationis, quæ omninò ſequi debebat, juxta Text. *in l.* 1. *ff. de impenſ. in reb. total. fact. in l. divortio*, §. *impendia*, *ff. ſolut. matrim. & in cap. Paſtoralis*, ubi Gloſſ. & DD. *de decim.* talis neceſſitas ſufficit abſque alia probatione quod impenſa fuerit utilis.

Quibus præhabitis quærendum eſt, primò, an talia melioramenta refici debeant, quando is qui præfertur veriſimiliter non erit illa facturus, vel minori pretio feciſſet, & quamvis Berlich. *dicta concl.* 41. *num.* 41. pluribus DD. Germanis allegatis credat quòd ſive impenſæ ſint utiles, ſive neceſſariæ teneatur tantum prælationem petens illas reficere, quas
32 veriſimiliter feciſſet, tamen verior opinio eſt, quod teneatur omnes reficere, etiamſi ipſe eas non feciſſet, vel minus impenſurus fuiſſet, dummodò emptor non exceſſerit moderatas, & ſolitas impenſas, vel adeò graves non fecerit, ut impediat quem poſſe præferri, juxta Text. apertum in *l. ſi quis alicui* 27. §. *Impendia*, *ff. mandat.* quem ſingularem eſſe dicit Tiraquell. *de retract. convent. dicto* §. 7. *gloſſ.* 1. *numer.* 17. Carpan. *dicto cap.* 417. *numer.* 698. Niger. *de except. dicto cap.* 8. §. 13. *num.* 7.

Quærendum ſecundò, an teneatur emptor tales expenſas reficere, ſi poſtquam illas fecit, hoc medio tempore caſu perierint, & quidem ſi culpa ſua, puta qui aut ab initio ſine debita diligentia aliquid feciſſet, aut videns melioramentum jam factum perire, quod poterat pauca cum impenſa reſarciri paſſus fuerit illud deſtrui, tunc repetere non poteſt, ſi verò melioramenta ſine ulla prorſus culpa ſua perierint, & tunc poterit ea repetere ſive ſint neceſſaria, ſive utilia, per Text. *in l. ſed an ultro* 10. §. *his autem*, *ff. d. negot. geſt. & in l. ſi neceſſarias* 8. *ff. de pignorat. act.* Caſtren. *conſ.* 425. *num.* 1. *lib.* 1. Tiraquel. *d.* §. 7. *gloſſ.* 1. *num.* 10. Carpan. *dicto cap.* 417. *numer.* 701. Niger. *dicto cap.* 8. *num.* 19. *&* §. 12. *num.* 18.

Alii autem, & melius diſtinguunt inter melioramenta utilia, & melioramenta neceſſaria credentes, quòd ille tantum conſequi poſſit melioramenta uti-
44 lia etiam perempta qui alienum, & non proprium negotium geſſit, & qui nullum dominii genus habet, ut eſt cauſa legum prædictarum, ſecus verò, qui habet aliquod genus dominii etiam revocabilis, qui certè melioramenta tantùm neceſſaria, vel neceſſaria, & utilia ſimul, non autem utilia tantùm repetere poteſt, quatenus perierint etiam ſine ejus culpa, & ratio differentiæ eſt manifeſta, nam is qui alienum negotium gerit, ſufficit quod ab initio utiliter negotium geſſerit, nec curamus an poſtea negotium quod fuerit utiliter geſtum caſu inutile eveniat, juxta Text. *in dicta l. ſed an ultro*, §. *primo*, is verò, qui in re ſua, quam bona fide poſſidebat melioramenta fecit, meliorando non habuit intentionem aliquem ſibi obligandi, ſed proprium negotium gerendi, meritò itaque utilia melioramenta non alieno, ſed proprio periculo pereunt, juxta Text. *in l. domus*, *verſ. extantibus*, *ff. de legat.* 1. ubi ſingulariter Caſtren. *in fin.* Gomeſ. *ad leg.* 46. *Taur. num.* 2. Molin. *de contract. diſput.* 463. *num.* 7. *in princ.* Niger. *de except. dicto cap.* 8. §. 35. *à numer.* 11. *ad fin. ſignanter num.* 13. *& ſeqq. & num.* 30. *& ſeqq. ubi num.* 36. *& ſeqq.* concludit quòd nec neceſſaria repetuntur hoc caſu quando ſunt facta ultra 35
neceſſitatem, vel neceſſitas fuit cauſata à meliorante, vel peremptio evenit tempore moræ ejus qui fecit melioramenta, qui fuit in mora reſtituendi rem melioratam, *& ſeq.* §. 36. *à num.* 14. *uſque ad fin.* diſputat quæſtionem, an & quando melioramenta ſint reficienda re ipſa perempta.

Tertiò quærendum eſt, an melioramenta, quæ refici debent aſſequi poſſit emptor, poſtquam de iis non oppoſuit in executione ſententiæ, & poſt- 36
quam rei fuit relaxata, & quod poſſit excipere de melioramentis in executione ſententiæ, nec non illa condicere etiam poſt relaxationem rei, notat Tiraquell. *dicto* §. 7. *gloſſ.* 1. *num.* 7. *& num.* 14. Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 710. *uſque ad* 714. Capyc. Galeot. *d. controv.* 46. *num.* 4. *& ſeqq.* ubi licet invitus hanc veriorem putat Niger. *dicto cap.* 8. §. 13. *num.* 6. *&c.* apud quos etiam habetur, quod idem ſit ſi fuerint melioramenta facta à Tertio, qui ab emptore rem emit, qui etiam poterit de talibus melioramentis factis à primo emptore in executione ſententiæ.

Quartò quærendum eſt, an teneatur emptor compenſare talia melioramenta cum fructibus perceptis, & diſtinguendum eſt inter impenſas, & me- 37
lioramenta, quæ reſpiciant perpetuam rei utilitatem, & inter illa, quæ pertinent ad fructuum collectionem, & prima poteſt repetere; iſta autem nequaquam, ut explicant DD. in *leg. emptor*, *ff. de rei vindic.* Tiraquell. *dicto* §. 7. *gloſſ.* 1. *num.* 4. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 50. *num.* 64. *verſ. & in eo*, Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 993. *&* 695. Petra *de fideicommiſſ. quaſt.* 15. *num.* 319. Niger. *de except. dicto cap.* 8. §. 12. *num.* 6. & ita intelligendus eſt Rondel. *dicto* §. *in primis*, *verb. expenſis neceſſariis num.* 12. *ubi in fin.* ait, quòd ſi quis condemnatus fuerit ad fructuum reſtitutionem non teneatur reſtituere fructus, quos 38
percepit ex meliorationibus; benè tamen verum eſt, quòd in deductione expenſarum, quæ facienda eſt antequam fructus dividantur inter emptorem, & retrahentem pro rata temporis, ut ſupra diximus, debet haberi ratio ratæ expenſarum ipſarum ſecundum ratam fructuum, quæ ad emptorem pertinent, ut notat Tiraquel. *de retr. convent* §. 5. *gloſſ.* 4. *num.* 14. *& num.* 7. Carpan. *d. cap.* 417. *num.* 734. *uſque ad* 739.

Quomodo autem talia melioramenta reficienda ſint licèt diſputatum inveniam apud quoſdam DD. 39
acerrimè, tamen verior opinio eſt, quæ docet, quod id, quod minus eſt reficiatur, unde ſi plus ſit melioratum, quàm impenſum, debet refici, quod eſt impenſum, ſi autem plus impenſum, quàm melioratum, reficiendum ſit, quod eſt melioratum, ut notat Tiraquell. *dicta gloſſ.* 1. *numer.* 8. Cummia *de rit. Magn. Cur. cap* 102. *num* 27 *&* 28. Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 619. *& ſeqq.* Capyc. Ga-
leot. *dicta controv.* 46. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 2. ubi etiam, quòd melioramenta ſint probanda plenè, & concludenter; & de his videndus eſt Carpan. *ubi ſupra num.* 704. *& ſeqq. &* 745. *& ſeqq.* ubi docet an, & quomodo talis æſtimatio facienda ſit.

Advertendo ſemper quòd ſi in aliqua parte emptor

ptorem deterioraverit, in aliqua verò melioraverit non debeant attendi melioramenta, niſi habita ratione, & liquitatis prius deteriorationibus, niſi tamen deterioratio accidiſſet caſu fortuito abſque culpa, & facto ejus qui melioramenta fecit juxta Text. *in l. ſi marito*, *§ ſi fundi*, *ff. ſolut. matrim. l.* 1. *§. impenſa*, *ff. de dot. prælegat.* Roſenthal *de feud. cap.* 10. *concluſ.* 45. *num.* 86. & alii apud Niger. *de except. d. cap.* 8. *num.* 136. Capyc. Galeot. *d. controv.* 46. *nu.* 11. *& ſeqq.* Franch. *decis.* 39. *in med §. diximus.*

Quas autem expenſas reficere teneatur prælationem petens, latè dictum eſt in *quæſt.* 5. *num.* 30. *& ſeqq.* ad quam omninò recurrendum eſt.

Quoad tertium caput quæſtionis, quod reſpicit refectionem intereſſe licèt pauci quos perlegerim DD. de hac materia tractent, illi tamen ſatis obſcurè hanc quæſtionem percurrunt, ideò breviter pro claritate
41 materiæ diſtinguemus duos caſus; Primus eſt, quando primus emptor fuit in mora ſolvendi pretium venditori, & tunc quia emptor tenetur ad fructus recompenſativos vigore *l. curabit*, *C. de action. empt.* ad eoſdem quoque fructus erga venditionem tenebitur prælationem petens, vel erga emptorem, ſi emptor ipſe illos jam venditori ſolviſſet, ut notat Rendel. *de jur. protomiſ. dicto §. in primis*, *verb legitimis uſuris num* 7. *& num.* 13. Card. de Luca *de ſervit. diſcurſ.* 84. *num.* 4. *verſ. iſta difficultas*, *& ſeqq.*

Secundus caſus eſt, quando ſolus emptor petit intereſſe non ex quo illud ſolverit venditori, ſed ex quo à die quo emit uſque ad diem, quo rem reſti-
42 tuit, retinuit pretium otioſum, unde petit ſibi refici intereſſe ejus, quod ex dicta pecunia fuiſſet lucraturus, & tunc varia fuit DD opinio, putarunt enim aliqui, quod prælationem petens teneatur ad refundendum tale intereſſe, prout probat Gomeſ. *ad l.* [illegible] *Taur. num* 19. Molin. *de contract. diſput.* 371. *§ ad tertium in fin. litt. E. fol. mihi* 159. & iſtis non relatis Moles. *deciſ. Neap. tit. de deman. §.* 24. *tota* [illegible]. & nemine adducto Card. de Luca *de ſervit. dicto diſc* 84. *num* 4. *uſque ad fin.* & moventur ex pluribus, primò quia ſicuti emptori reficienda ſunt melioramenta, ita quoque debet refici hoc interuſurium otioſitatis pecuniæ, ſecundo quia non debet remanere emptor in damno prout remaneret, ſi tale intereſſe ipſi non reficeretur, tertio quia ratio *l. curabit*, *C de act. empt.* extenditur etiam ad emptorem, qui ſi ſolvit pretium, non eſt æquum, quod res poſtmodum ipſi auferatur abſque eo quod aliquid lucraverit ex re, & ex pretio.

Verum contraria opinio, quam tenuit Afflict. *de jur protomiſ. §. in primis*, *notab.* 10. quem in effectu
43 in hac præciſa quæſtione ſequitur Rendel. *dicto verb. legitimis uſuris num.* 6. *ad fin. ſignanter num.* 8. verior videtur, & ratio eſt manifeſta, cùm enim emptor tales uſuras percipere non poſſit ratione lucri ceſſantis, niſi probatis requiſitis, Caſtren. *in l.* 3. *ff. de eo quod cert loc* quæ hic concurrere non poſſunt, cumque emptor acquirat fructus rel pro rata temporis, quo poſſedit uſque ad tempus, quo fuit eidem pretium reſtitutum, vel depoſitatum ut ſupra, nulla ratio juſtitiæ, aut æquitatis patitur, quod habeat quoque intereſſe pretii, quod in emptione erogavit, & proindè non remanet in damno, neque adaptatur ratio *l. curabit.*

Idque verum putarem quamvis emptor intereſſe prætenderet ratione damni paſſi, ex quo pretium,
44 quod ſolvit accepiſſet ad cambium, vel ad cenſum, licèt enim hoc caſu Cardinalis de Luca ubi ſupra putaverit, quod tale intereſſe emptori à prælationem petente ſit reficiendum, id tamen non ſubſiſtit in jure, tum quia, ut ait Rendel *ubi ſupra num.* 8. debet fieri compenſatio talis damni cum fructibus, quos pro rata temporis acquirit; Tum etiam quia cùm ut emptio ſequeretur non fuiſſet neceſſarium ex natura contractus, quod emptor ſuſcepiſſet pecuniam ad cambium, meritò damnum, ſi quod paſſus eſt emptor, non paſſus eſt ex neceſſitate contractus, neque ex quo venditor voluerit, quod pretium ab emptore acciperetur ſub uſuris, ſed ex mera voluntate ſua, atque ideò ipſi refici non debet, ut in ſimili diximus *d. quæſt. num.* 64. *& ſeq.*

Fateor tamen, quòd ſi prælationem petens intenderet acquirere omnes fructus, nec partem pro rata temporis relinquere emptori, puta quia aut ſtatutum aut lex, id præcipiat, aut circumſtantiæ caſus ita 45
exigant, teneatur erga emptorem ad legitimas uſuras pretii, nam dum eo caſu ipſe fructus percepiſſe dicitur, æquitas non patitur, quòd fruatur re, & pretio, ut ſingulariter notat Tiraquel. *de retract. convent. dicto §.* 5. *gloſſ.* 4. *num.* 13. ex quibus non ſpernendam crederem opinionem Card. de Luc. *d. diſc.* 84. *num.* 6. *&* 7. qui defendit, quòd ſi emptor fecerit melioramenta, ad quorum ſolutionem urgeri poſſit prælationem petens, & per multum temporis ſpatium nequeat ex meliorationibus factis fructus percipere, debeant quoque à prælationem petente ipſi ſolvi interuſurii pretii erogati in dd. meliorationibus, facta tamen ut ſupra compenſatione cum fructibus, quos ex re empta percepit.

Quoad ultimum caput quæſtionis dicendum eſt, quòd damnum ex culpa, vel negligentia emptoris provenerit, teneatur emptor erga prælationem pe- 46
tentem ad intereſſe deteriorationis, & damni in re contingentis, ſecus ſi damnum provenerit ſine ſua culpa, & negligentia, ut per Text. cum gloſſ. *in l. cum autem redhibetur*, *ff. de ædilit. edit.* probat Tiraquell. *de retract. convent. §.* 7. *gloſſ.* 1. *num.* 18. *& de retract. lignag. ad fin. tit. numer.* 68. *&* 70. Carpan. *dicto cap.* 417. *num.* 713. *& ſeqq.* ubi addit, quòd ſi fuerit res deteriorata poſt moram emptoris in ea relaxanda, teneatur emptor ad intereſſe erga prælationem petentem, ſive fuerit in culpa, ſive non ſequendo Tiraquel. ubi ſupra concedat Munnox *de ratiocin. c.* 19. *n.* 6. Mangil. *de evict. q.* 135. *n.* 30.

Proindè tenetur emptor reficere intereſſe arborum inciſarum, quæ non erant cæduæ, ut probat Tira- 47
quell. *de retract. convent. §.* 3. *gloſſ. unic. num.* 23. *& ſeqq.* apud quem varias limitationes habebis Jacob. Beret. *cons.* 16. *n.* Carpan. *ubi ſupra num.* 716. Barbat. *de divſ. fruct. part.* 1. *cap.* 17. *numer.* 102. *& part.* 2. *cap.* 6. *n.* 10. de Luca ad Franch. *decis.* 390 *numer.* 2. *in fin.* cum declaratione de qua apud Franch. *dicta dec.* 390. *num.* 2. *§. diximus tamen.*

Notandum tamen eſt, quòd deterioratio non dicitur facta etiam ſi fuerit mutata rei forma, eam 48
meliorando, Tiraquell. *de retract. convent. §.* 7. *gloſſ.* 1. *num.* 46. Carpan. *ad Statut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 423. *num.* 6. prout neque deterioratio dicitur facta, ſi quis utatur Mola Molendini ſubjecti retractui in uſum deſtinatum ſine dolo malo, quæ quamvis emptori data ſit bona, & recens non debet reſtitui eodem modo, ſed ſatis eſt quod reſtituatur eo modo 49
quo reperitur, quamvis ſit attrita, ut probat Tiraquel. *de retract. convent. ad fin. tit. num.* 85. Carpan. *dicto cap.* 417. *num* 717. *& dicto cap.* 423. *nu.* 7. quòd cogitandum relinquo, quia quidquid ſit in aliis materiis de quibus agunt DD. à Tiraquell. adducti, certum eſt, quod prælationem petens cogeretur rem habere majori pretio eo, quod illam habuit emptor, cùm enim mola ſit pars rei venditæ, & illa tempore reſtitutionis eſſet attrita, & ob id valeret viginti, certè majus pretium teneretur erogare prælationem petens eo, quod erogavit emptor, quod quidem ni- 50
mis gravaret prælationem petentem, qui non haberet fructus pro rata illius temporis, quo emptor non fuit in mora, & cogeretur rem cariori pretio emere contra omnia principia, quæ aſſignant DD.

in

principia, quæ aſſignant DD. in hac materia, ſed poteſt reſponderi, quod dum emptor non fuit in mora, ſed potius prælationem petens, debet ipſe ſibi imputare, ſi antea non venit, nec quæri poteſt de deterioratione, quæ non eſt ſequuta ex culpa emptoris, qui re ad uſum deſtinatum uſus eſt ex prædictis, & proindè non audeo recedere ab opinione Tiraquel.

QUÆSTIO XXVIII.

An & quando cenſeatur juri prælationis renunciatum.

SUMMARIUM.

1 *Renunciari poteſt Iuri prælationis, tam expreſsè, quàm tacitè conſenſum præſtando venditioni.*

2 *Venditor faciendo venditione renunciavit Iuri prælationis, ſi quod habere poterat.*

3 *Amplia etiam in venditione facta auctoritate Iudicis, & in venditione coacta, cùm ſemper reſpecta venditoris, talis renunciatio deducatur.*

4 *Declara id procedere reſpectu ipſius venditionis factæ primo loco ſecus ſi emptor poſtea vendidit aliis, quia tunc, ſi ex iſta venditione oriatur novum Ius prælationis favore primi venditoris, illi renunciaſſe non cenſetur.*

5 *Hæres poteſt petere prælationem in re vendita à ſuo Auctore, niſi expreſsè auctor in venditione promiſiſſet rem tutam, & ſecuram, etiam adverſus jus prælationis.*

6 *Hæreditarium jus poteſt diſtingui à jure proprio.*

7 *Contrariam opinionem, quòd ſcilicet hæres non poſſit petere prælationem in re vendita à ſuo Auctore probarunt alii, & nu. 8.*

9 *Prima opinio defenditur.*

10 *Hæres ex Iure proprio poteſt venire contra renunciationem factam à ſuo Auctore, quando Auctor in renunciatione non deduxit Ius hæredis.*

11 *Hæres non poteſt petere prælationem ex Iure proprio in venditione rei ſui Auctoris facta ab ipſo hærede, vel facta à Iudice, eodem hærede citato.*

12 *Renunciatum cenſetur Iuri prælationis, non ſolum in portione propria, ſed in portione aliorum Condominorum, quando plures Condomini rem diviſam habentes unico Inſtrumento, aliem vendiderunt.*

13 *Renunciaſſe videtur juri prælationis is idem, qui rem, ſuper qua illud jus exercere poterat, emit.*

Declara, nam licèt per emptionem cenſeatur confuſum jus prælationis, veniente tamen alio, qui prælationem petat, poteſt emptor de jure prælationis, quod ipſe habebat excipere, & actorem repellere.

14 *Renunciaſſe videtur juri prælationis, quando is, qui illud habebat, elegit viam concurrendi cum aliis in licitatione, & fuit ſuperatus in oblatione.*

15 *Contrarium tanquam verius defenditur.*

16 *Electione unius actionis, & remedii non cenſetur renunciatum alteri remedio diverſo.*

17 *Ignorantiam pretii, & pactorum habere non poteſt is, qui licitatus eſt cum aliis, & in ſubhaſtatione rei fuit citatus.*

18 *Renunciatum cenſetur prælationi, quando is, cui competebat, dedit extrajudicialem licentiam vendendi.*

19 *Declara id procedere, quando talis licentia fuit data eo tempore, quo quis erat certus de pretio pactis, & conditionibus, ſecus ſi fuit data antequam contractus emptionis eſſet perfectus, & quando prælationis jus habens ignorabat conditiones emptionis.*

20 *Renunciatio facta juri prælationis favore venditoris, juvat etiam emptorem.*

Facta ſemel renunciatione, non poteſt amplius prælationis jus habens admitti, ſive renunciatio ſit facta ante, ſive poſt contractum perfectum.

Renunciatio ſimplex facta à prælationis jus habente, comprehendit tantum primam venditionem faciendam, non autem alias futuras, niſi ſit realis, & habeat verba reſpicientia etiam venditiones futuras.

21 *Renunciaſſe cenſetur juri prælationis, is, qui promiſit nullam controverſiam, litem, ſive quæſtionem movere ſuper re vendenda.*

22 *Declara id procedere, quando talis promiſſio eſt facta eo animo, & præmeditatione, quia promittens ſciebat vicinum de proximo vendíturum, ſecus ſi ſit facta occaſione tranſactionis, vel alterius contractus, quia tunc intelligitur de prætenſionibus, quæ dependebant à dicto contractu.*

23 *Renunciaſſe cenſetur prælationi, qui conſenſit alienationi, & venditioni.*

24 *Maximè ſi ultra conſenſum, concurrat aliquis actus poſitivus, ex quo talis tacita renunciatio colligi poſſit.*

Renunciavit juri prælationis Dominus directus non cum emphyteuta rem vendidit.

25 *Renunciat Iuri prælationis is, qui præſens eſt venditioni nec contradicit.*

26 *Contrarium eſt verius.*

27 *Niſi concurrat ultra præſentiam, & taciturnitatem aliquis actus poſitivus, qui deſignet formalem conſenſum præſtitum alienationi.*

28 *Dominus directus percipiens laudemium, aut illud, vel ejus partem petens, vel dilationem dans, aut procurans aliquem ſe obligare pro laudemii ſolutione, ſi præſens fuit venditioni, cenſetur prælationi renunciaſſe.*

29 *Amplia, ut etiam cenſeatur tali juri renunciaſſe Dominus, ſi ſciens venditionem jam factam à novo emphyteuta, Canone recepit.*

Limita quando Dominus in receptione Canonis, proteſtatus eſt de jure ſuo, & n. 31.

30 *Contrarium alii defendunt, & verior videtur iſtorum opinio, quando præceſſit denunciatio.*

32 *Renunciaſſe cenſetur juri prælationis is, qui uti creditor venditoris, pretium, aut partem pretii in computum ſui crediti, ab emptore, vel venditore recepit.*

33 *Contrarium probant alii, & n. 34.*

35 *Diſtinguuntur plures caſus pro concordia opinionum.*

Decis. Cavalet. 657. *declaratur.*

Cenc. de Cenſ. quæſt. 66. n. 68 *declaratur.*

Decis. Merlin. 698. & 740. *declaratur.*

Ciroce. diſcept. 29. n. 54 *declaratur.*

36 *Renunciaſſe non cenſetur prælationi is, qui tanquam Notarius, vel Teſtis ſe ſubſcripſit Inſtrumento venditionis, nec de ſuo jure proteſtatus eſt.*

37 *Contrariam opinionem defendunt alii, ſed prima opinio eſt verior.*

38 Text. in cap. ex litteris de Tranſact. *declaratur.*

39 Text. in l. fidejuſſor, § Pater Sejo, ff de pignor. *declaratur.*

40 *Renunciaſſe non videtur juri prælationis Iudex, qui contractus venditionis auctoritatem ſuam interpoſuit, aut venditionem faciendam eſſe decrevit.*

41 *Renunciaſſe non cenſetur prælationi Tutor, vel Curator, aut proximior, qui vendiderunt Tutorio nomine, vel conſenſerunt venditioni pro ſolemnitate actus.*

Limita ſi ulterius etiam proprio nomine in contractu venditionis ſe obligaverint.

42 *Renunciaſſe cenſetur juri prælationis is, qui fidejubet pro venditore in contractu venditionis.*

43 *Contrarium defendunt alii plures, ſed prima opinio defenditur, & num. 44. & 45*

45 *Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

46 *Renunciaſſe cenſetur prælationis juri is, qui tanquam Advocatus, emptori, aut venditori aſſiſtit, & con-*

tractum venditionis defendit, vel is, qui fuit mediator contractus.

47 *Declara id procedere, quando Advocatus, Procurator, vel Mediator, ſciebat ſuper illa re jus prælationis ſibi competere, ſecus ſi ignorabat.*

48 *Sublimita, ſi talis ignorantia ſit juris, & non facti, & n. 49. & ſeqq.*

49 *Ignorantia Iuris, ſive communis, ſive municipalis, non excuſat.*

50 *Ignorantiam Iuris allegare non poteſt Advocatus, vel Doctor.*

51 *Limita ſi jus eſſet dubium, obſcurum, & difficilè.*

52 *Renunciatum cenſetur Iuri prælationis, quando mediator, Teſtis, Notarius, & creditor fuerunt præſentes contractus venditionis, in quo expreſsè contrahentes proteſtati ſint, quòd eoſdem vocarunt, ut venditioni conſentirent, vel contradicerent, vel ut renunciarent Iuri prælationis, vel expreſsè in Iſtrumento dictum ſit, quòd ſuper prædic nemini prælatio competit.*

53 *Renuncians omni legum, & ſtatutorum auxilio, cenſetur Iuri prælationis renunciaſſe, ſed contraria opinio defenditur, & n. 54.*

54 *Renunciatum, ut cenſeatur Iuri prælationis, non ſufficiunt verba vaga, & æquivoca, ſed requiruntur verba pernecesse concludentia, & quæ talem renunciationem de neceſſitate importent.*

Renuncians omni iure, quòd habet vel habere ſperat, cenſetur renunciaſſe Iuri prælationis

Limita quando conſtaret, quod quis dicta, & ſimilia verba protulit ad illum finem, ut Iuri prælationis renunciaret.

55 *Renunciare poteſt Minor, vel Pupillus, tacitè, vel expreſsè Iuri prælationis ſine ſolemnitatibus, quando Ius prælationis eſt dubium, & neceſſe eſſet pro illo obtinendo diſpendioſam litem ſubſtentare.*

56 *Quando verè tale jus eſt clarum, tunc plures defendunt, quo dd. Perſona ſine ſolemnitatibus poſſint d. Iuri renunciare.*

57 *Contrariam, & veriorem opinionem defendunt alii.*

58 *Declara, quia talis renunciatio ſine ſolemnitatibus toleranda eſſet, quando verè conſtaret, quòd ſimiles perſonæ, eo tempore non habebant pecuniam in promptu, vel quod res retrahenda non erat utilis, ſed diſpendioſa, & parum fructifera.*

59 Niger. de laudem. quæſt. 30. num. 56. & ſeqq. *rejicitur.*

60 *Renunciatio Iuri congrui licèt valeat reſpectu renunciantis, tamen reſpectu tertii, qui habet Ius ſuum independens à renunciante, nihil efficit.*

61 *Renunciaſſe non cenſetur prælationi proximior, quamvis remotior prælationem petat, & obtineat ipſo præſente, & tacente.*

62 *Renuncians Iuri prælationis in una venditione, non cenſetur renunciaſſe in alia venditione poſt modum facta.*

1 ABſolutum eſt, quòd prælationis juri renunciari poteſt, & quidem non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè conſenſum præſtando venditioni, juxta opinionem communem, de qua Alex. *in l. qua dotis numer.* 24. *&* 25. *ff. ſolut. matrim.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. primo, gloſ. 9. numer.* 135. *cum ſeqq.* Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 4. *n.* 29. *&* 30. Galletat. *de renunciat. cent. prima, renunciat.* 42. *per tot.* Neapod. *ad conſuetud. Neap. tit.* 17. *de jur. congr. n.* 12. *&* 13. Carpan. *ad Stat. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 407. *& ſeqq.* Grat. *diſc.* 671. *numer.* 9. Mongil. *de evict. qu.* 137. *numer.* 1. *ſeqq.* ubi quòd facta tali renunciatione non eſt amplius locus pœnitentiæ. Merlin. *deciſ.* 740. *n.* 19. *& deciſ.* 698. *n* 11. & alibi paſſim, tantummodo igitur diſceptandum eſt, quomodo, & quando cenſeatur tali juri renunciatum, & quia variæ ſunt quæſtiones in hac materia à DD. diſcuſſæ, ideò varias quæſtiones formare neceſſe eſt.

Quærendum itaque primò an is idem, qui vendidit cenſeatur prælationi renunciare, & quidem di- 2
ſtinguendi ſunt plures caſus, aut enim quæritur an ipſe idem, qui vendidit valeat prælationem petere in re ipſa vendita, & negativè reſpondendum eſt dum ſtatim ac vendidit cuicumque juri, quod habebat ſuper ipſa re vendita renunciaſſe cenſetur, ut notat Roman. *conſil.* 231. Afflict. *de jur. protomiſ. §. primo, numer.* 47. *verſic. item quæro*, Tiraquell. *de retract. lignag. §. primo, gloſ.* 9. *numer* 30. *& pluribus ſeqq. & ſignanter num.* 41. Carpan. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *nu.* 545. ubi quòd non admittitur etiam ſi nullus alius exiſtat agnatus, qui prælationem petere poſſit, Mangil. *de evict. quæſt.* 138. *numer.* 14. *& de ſubhaſt. quæſt.* 119 *numer.* 1. *&* 8. *in fin.* ubi id extendit etiam ad venditionem factam auctoritate Judicis, de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de diverſ. proviſ.* 3
§. primo ſub num. 15. *verſic. verum ſecundum fol. mihi* 478. Capyc. Latr. *conſ.* 96. *num.* 29. *&* 30. ubi id ampliat etiam in venditione coacta, Franc. *deciſ.* 550. *n.* 7. *verſ. & dicit*, *Antonius de Alex.* Aut quæritur an petere valeat prælationem ratione rei vicinæ, aut alterius qualitatis in venditione facta ab emptore, qui poſtquam rem emit, illam alteri vendidit, & tunc clarum eſt jus prælationis competere, non enim illi cenſetur renunciatum ſemper, & quandocumque, ſed 4
tantum habito reſpectu ad ipſam venditionem factam primo loco, quæ non permittitur ab ipſo venditore alterari, aut immutari, non vero quoad illam, quæ fit ſecundo loco ab emptore, quæ reputantur tanquam venditio facta ab extraneo, ex plenè traditis ab eodem Tiraq. *d. gloſ.* 9. *num.* 44. Mangil. *de evict. dicta quæſt.* 138. *num.* 16. Carpan. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 370. Antonel. *de loc. legal. lib. cap.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 388. *& dictum eſt in quæſt. iſta circa fin.* Aut quæritur an hæres ipſe venditoris valeat prælatio- 5
nem petere ex proprio jure ſuper re, quam ſuus author vendidit, itaut tacita renunciatio facta à ſuo authore mediante actu venditionis ipſi non præjudicet, & quæſtio eſt acerrima, ſunt enim qui putant poſſe hæredem ex jure proprio prælationem petere etiam in venditione facta à ſuo authore, niſi expreſsè author in venditione promiſiſſet rem tutam, & ſecuram etiam adverſus jus prælationis, ut videre eſt apud Tiraq. *d. §. primo, gloſ.* 9. *n.* 51. *& pluribus ſeqq.* ex theorica Bellamer. *in cap. conſtitutus ce um. numer.* 3. *in princ. de in integr. reſtit.* Carpan. *ad Stat. Mediol. dict. cap.* 417. *num.* 415. *& numer.* 659. *& ſeqq.* ubi etiam ſtante promiſſione, quòd poſteri, non petent tale jus, adhuc poſteri, & hæredes poſſint, & ſolum teneantur ad intereſſe, quod eſt falſum, Mangil. *dicta quæſt.* 138. *numer.* 17. *& pluribus ſeqq. & quæſt.* 134. *num.* 24. *& ſeqq.* Guttier. *practic. lib.* 2. *cap.* 149. *numer.* 2. Arius Pinel. *in l. prima, part.* 3. *num.* 99. *verſ. fallit.* 5. *C. de bon. matern.* Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *memb.* 2. *concl.* 89. *per tot.* Cirocch. *diſcept.* 29. *nu.* 58. Magon. *deciſ. Flor.* 26. *nu.* 26. Molin. *de Iuſt. & Iur. diſp.* 370. *§. dubium præterea fol. mihi* 511. Belmont. *deciſ.* 134. *numer.* 4. & alios plures quos refert, & ſequitur Gratian. *diſc.* 205. *numer.* 29. *& pluribus ſeqq. & diſcept.* 433. *numer.* 1. *& pluribus ſeqq.* & plures quos adduximus in *quæſt.* 35. *quæſit. primo*, qui tenuerunt poſſe agnatum retrahere, & prælationem petere in venditione feudi hæreditarii, in quo nonniſi ut hæres tale jus habere poteſt, & moventur ex Text. *in d. &c cap. conſtitutus, & in l. debitor, § ult. ff. ad Trebel.* ubi Paulus diſtinguit jus proprium ab 6
hæreditario credentes quod hæres hoc caſu utendo jure proprio; & prælationem petendò non impugnet nec revocet, neque alteret factum ſui authoris; imò illud confirmet, & acceptet ſubrogationem petendo in

locum

locum emptoris illi pretium, quod expoſuit reſti-
tuendo.

Contrariam autem opinionem tenuerunt Ancharan.
7 *in dicto cap. conſtitutus numer. 7. in fin. 4. oppoſit.*
Florian. de Sancto Petro inter conf. ejuſdem Ancha-
rani *conſ. 371. ſub num. 2. paulò poſt princ. verſ. quarto*
iſta Domina, Bertrand. *conſ. 7. lib. primo*, Honded
conſ. 3. num. 47. & pluribus ſeqq. ſignanter num. 66. &
ſeqq. lib. 1. ubi reſpondet omnibus in contrarium ad-
ductis, Henric. *de fidejuſſ. cap. 20. §. 10. nu. 72. & ſeq.*
Hun. *var. reſol. part. 3. tit. 15. de retract. cap. 1. nu. 8.*
fol. mihi 312. & moventur ex quo nagari non poteſt,
quòd hæres repræſentet perſonam defuncti, quodque
illius factum ſervara teneatur; ſi autem viveret ipſe-
met venditor, indubitatum aſſet, quòd prælatio-
nem petare non poſſat ſtante, quòd tacitè dicare-
tur tali juri vendendo renunciaſſe, nec poſſet alle-
gare, quòd ipſe prælationem petendo non veniret
impugnando, ſed potius approbando, & confir-
mando factum proprium ex prædictis, eadem igitur
exceptione repellendus eſt ejus hæres, qui ex facto, &
renunciatione ſui auctoris à tali jure removetur, ne alias
dicamus, quòd hæredi liceat, quòd eſt ſpecialiter
prohibitum ejus auctori, quam opinionem ſequuntur
8 etiam innumeri adducti in dicta *quæſt. 35. dict. quæſit.*
1. qui teſtantur, quòd ex bac met ratione non admit-
tantur ad retrahendum feudum, vel ad jus prælationis
petendum agnati, ſi feudum ſit merè hæreditarium,
cum enim venire non poſſint niſi etiam tint hæredes,
inde ſequitor, quòd jus retractus, aut prælationis, quòd
tui agnati alias habere poſſent, ceſſet ex qualitata hæ-
reditaria, cujus vigore juata vires hæreditatis adſtricti
ſunt renunciatione tacitè facta ab eorum auctore, ne-
que poſſunt obtinere tale jus, quòd eorum auctori ne-
gabatur.

9 Ut autem verùm fatear prima opinio mihi verior
videtur quotieſcumque tamen defunctus non promi-
ſerit, quòd ejus hæredes etiam ex jura proprio rem
ab emptore non auferent, aut hæredes prætendant
jus prælationis ex jure proprio, non autem ex ju-
re hæreditario, ut notant Honded. & Gratian. ubi
ſupra; Si enim præſupponimus, quòd hæres præla-
tionem petens non reſcindat neque contraveniat fa-
ctu defuncti, ſed tantum reſtituto pretio, & appro-
bata venditione in locum emptoris ſubrogari petat,
jam aſſequimur, quòd valeat ex jura proprio prælatio-
nem petare, quia nullibi prohibetur hæres jure proprio
uti, quotieſcumque factum defuncti non impugnat;
Neque opponi valet tacita renunciatio juris prælatio-
nis, quam fecit defunctus qui vendidit, nam quamvis
ipſe jus ſi quod habebat protomiſeos renunciaverit
vendendo, hæc renunciatio tacita non comprehendit
jus proprium prælationis, quòd babere poterat hæ-
res tanquam prorſus diverſum, & ſeparatum, adeout
hæres ex jure proprio prælationem petendo non di-
catur venire contra factum authoris, qui ipſius jus
in renunciatione non deduxit, ut plenè apud Fon-
10 tanal. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 9. gloſſ. unic. part.*
prima numer. 58. Gratian. *diſceptat. 785. in fin.* Can-
cer. *var. reſolut. cap. 5. numer. 44. & 47. lib. 3.*
Gallerat. *de renunciat. lib. primo, cap. 11. numer. 9.*
Salgad. *in labyrinth. credit. part. 2. cap. 25. numer. 2.*
cum ſequentib. latè Franc. Rocc. *conſ. 71. nu. 27. tom.*
2. Donat. Anton. de Marin. *reſolut. jur. lib. 2. cap.*
192. n. 13. & 14. & allegat. 128. num. 15. tom. 3. Rot.
deciſ. 265. n. 29. & 30. p. 13. recent. & eo magis hæc
opinio aſt tenenda, quia ipſimet DD. in contrarium
allegati valdè dubitant de eorum opinione, Feudiſtæ
verò, qui in dicta *quæſt. 35. quæſit primo*, citantur ex
alia moventur ratione.

Sed hæc concluſio locum habere debet quotieſcum-
que venditio ſit facta à defuncto, quòd ſi facta ſit ab
eodem hærede, aut à judice ſubhaſta res vendita ſit
citato in quolibet actu ipſo hærede quamvis benefi-
ciato, tunc verius eſt nullam dari hæredi etiam ex jure
proprio prælationem, quia ipſe poſt jam factam ven-
ditionem, & poſtquam fuit citatus ad ſolvendum de-
bitum, & non ſolvendo præſtitit conſenſum tacitè ut
Judex venderet non poteſt amplius jus prælationis, 11
quòd tacitè remiſit conſentiendo venditioni, obtinere,
ut notat Mangil. *de ſubhaſt. quæſt. 119. §. quamvis in*
fin. licèt antecedenter contrarium defendat Capyc.
Latr. *conſult. 96. n. 29. & 30.*

Secundò quærendum eſt, ac cenſeatur huic juri re-
nunciatum quando duo, vel plures rem diviſam ha-
bentes unico pretio, & unico contractu eadem ven-
dunt & breviter dicendum eſt, quòd nec in portio-
ne propria nec in portionibus aliorum prælatio com-
petere poteſt, cùm enim unicus ſit contractus, om- 12
niumque intervenerit conſenſus alter alteri videtur
venditioni conſenſiſſe, ac cuicumque juri inter ſe re-
nunciaſſe, ut notat Tiraquel. *d. §. 1. gloſ. 9. nu. 256. &*
ſeq. Carpan. *d. cap. 417. n. 408.* Donad. *de renunciat.*
tom. 2. cap. 26. n. 110. Grat. *diſc. 672. num. 7. & ſeqq.*
Mangil. *d. q. 137. n. 3. & ſeq.*

Tertiò quærendum eſt, an è contra is, qui emit cen-
ſeatur tali juri renunciare, & quidquid aliqui con-
cludant, indubitatum eſt, quòd ille qui emit tacitè
juri prælationis renunciaſſe cenſeatur, quodque ta-
le jus confuſum per emptionem remaneat, ſi tamen
alter veniat, qui petat præferri, & recuperare velit 13
contra iſtum emptorem, poterit ſemper, & quando-
cumque talis emptor de jure prælationis, quod ipſe
etiam habebat excipere atque recuperare prætenden-
tem repellere, ut probat Afflict. *de jur. protomiſ. in*
princ. numer. 4. Tiraq. *§. 11. gloſſ. 7. numer. 2.* An-
na *tecto conſ. 47.* Molfeſ. *ad conſuet. Neapol. tom. 3.*
part. 12. quæſt. 21. numer. 6. Franc. *deciſ. 550. n. 6.* ubi
latè de Luca ad eumdem *nu. 1. & ſeqq.* Maſtril. *deciſ.*
102. n. 7. & ſeqq. Donad. *de renunciat. tom. 2. cap. 26.*
n. 118. & 119. Marta *Digeſt. noviſſ. tom. 3. tit. de retract.*
cap. 18. per totum.

Quærendum quartò, an ille qui licitat unà cum
aliis extraneis poſſit poſtquam fuit ſuperatus ab alio 14
jus prælationis petere, an verò cenſeatur illi renun-
ciaſſe eligendo viam concurrendi cum aliis, & quæ-
ſtio videtur anceps, quoniam Poſth. *de ſubhaſt. in-*
ſpect. 36. numer. 32. Gratian. *diſcept. 544. in fin.* ſe-
quitur Donad. *de renunc. tom. 1. cap. 30. numer. 9.*
Rot. *deciſ. 184. numer. 14. part. prima, recens.* con-
ſonat Bonden. *collect. 45. numer. 9. & ſeqq. & nu.*
21. tenuerunt, quòd licitans unà cum aliis jus præ-
lationis, ſi quod habebat perdidiſſe dicatur, & moven-
tur nedum ex electione viæ licitationis, & concur-
ſus, quæ eſt de directo contraria alteri prælationem
obtinendi, ſed etiam ex quo concurrens cum aliis in
ſubhaſtatione cenſentur tacitè illi conſentire, & pa-
tiens ſe ſuperari ab alio, ſciens venditionem, pretium,
& omnia pacta, dum poterat rem obtinere majus pre- 15
tium offerendo, & non fecit ei imputandum eſt, abſ-
que eò quòd valeat ad jus prælationis recurrere. Mihi
verò contraria opinio, quam tenuiſſe videtur idem
Bonden. *ubi ſupra, & ſignanter 43. & ſeq.* & Ro-
ta in Romana Caſtri Porciliani 21. Aprilis 1679. §.
non adverſatur, & in aliis deciſionibus, quæ in
dicta cauſa prodiderunt coram Reverendiſs. Deca-
no, Roſanthal. *de feud. cap. 9. dict. concluſ. 91.*
numer. 17. verior videtur; Quoniam ſi intra tem-
pus congruum, & re integra is, qui licitatus eſt
unà cum aliis comparet pro prælatione petenda re-
pelli nullo modo poteſt ſub prætextu, quod re-
nunciaſſe, & perdidiſſe cenſeatur tale jus, non
enim concurſus factus cum aliis ad effectum emen-
di aſt contrarius viæ prælationem obtinendi, quia
qui antequam res vendatur, & antequam ſciat pa-
cta, & conditiones atque contractus perfectus ſit
poſtulat rem emere, impoſſibile eſt, quod dici valeat re-
nunciaſſe juri prælationis, quod adhuc natum non erat,

nec intentare poterat, & eatenus ante perfectum contractum quis concurrit licitando, quatenus tunc temporis nequit venire prælationem petendo; Itaque ſi iſtæ actiones, & viæ ſunt inter ſe diverſæ, quia diverſo tempore competunt non tamen inter ſe contrariæ, dum tendunt ad eumdem finem emendi una electa antequam veniret caſus ſecundæ non cenſetur huic ſecundæ, quæ de novo orta eſt, & ſupervenit renunciatum, ſicuti enim novis morbis, nova convenit antidota præparari, & diverſis actionibus diverſa dari debent remedia, ita quo-
26 que ſi poſtquam quis licitatus eſt, credendo rem ita habere, eveniat quod ab alio ſuperetur, & facta venditione diverſa, & nova via prælationem obtinendi ei pateat, permiſſum eſt diverſum, & no-
21 vum remedium adhibere, juxta Text. *in l. jure, ff. de rei vendic.* cum ſimilibus, & optimè Cenc. *de cenſ. qu.* 66. *nu.* 73. *&* 74. Card. de Luc. *de credit. diſc.* 35 *n.* 10. *& ſeq.*

Nec obſtat, quod concurrens cum aliis in licitatione, & patiens ſe ab alio ſuperari tacitè declaret rem nolle pro majori pretio, quod offert, quodque proinde ſibi imputandum ſit, ſi extraneum non ſuperavit, & venditioni conſenſit; Etenim mentalis tantum videtur, & divinativa talis tacita declaratio, potuit enim fortaſſe ſilere, & extraneum oblatorem non ſuperare ſciens adhuc rem obtinere debere pro eodem pretio mediante prælatione, potuit quoque inſcius eſſe pretii oblati ab alio, ut evenit ſæpius quando oblationes fiunt, per ſchedulas ſigillatas, unde quis revelavit DD. in contrarium adductis, quod majus pretium non obtulit, ex quo pro majori pretio emere nolebat? Imò quamvis talis declaratio tacita appareret, adhuc tamen renunciatum non cenſeretur prælationis juri, cùm adhuc notæ non eſſent conditiones, & verum pretium, neque contractus perfectus, & ſtabilitus, unde ſuccederet concluſio, quam adduximus *in quæſtione* 25. *numer.* 12. 13. *&* 14. quòd talis declaratio non emendi non poſſe præjudicare prælationis juri; Propterea nihil imputandum eſt prælationis jus habenti ſi licitando paſſus eſt ab alio ſuperari, dum ſciebat jus ſuum ea nova actione deſcendens ſalvum eſſe, & multò minus affirmari valet eundem conſenſiſſe venditioni, dum licitans, & concurrens in emendo non ſolum nullum præſtat conſenſum poſitivum venditioni, ſed potius ab alio ſuperatus diſſentit, & quærere tentat modos quibus rem habere poſſit.

Verum tamen eſt, quòd ſi extra tempus datum ad
27. prælationem petendam compareat is, qui licitatus eſt cum aliis, & ſub prætextu ignorantiæ pretii, pactorum, & conditionum prætendat admitti, non eſt audiendus, cùm ſcientia ex propria licitatione, & ex citationibus ipſi factis, ſatis clarè appareat, ex traditis à Poſth. atque aliis DD. ſupra allegatis, quæ concluſio nec eſſet admittenda quando denunciatio requireretur pro forma.

Quærendum quintò, quomodo poſſit ſibi præca-
18 vere is, qui vult vendere, renunciationem illius, qui habet jus prælationis obtinendo, & quæſtio eſt ſolemnis propter controverſiam DD. circa modos talis præcautionis; Sunt enim qui putant, quòd ſatis ſit obtinere extrajudicialem licentiam vendendi cuilibet, & declarationem non emendi, ut notant plures allegati *in quæſtione* 25. *numer.* 13. quos ſequitur Rendel, *de Iur. protimiſ.* §. *tranſverſo numer.* 6 Donad. *de renunciat. tom.* 2. *cap.* 26, *numer.* 66. *&* 67. quæ tamen opinio eſt evidenter falſa, & inſubſiſtens, cùm enim prælationis jus habens non teneretur tunc temporis declarare, an vellet præferri, nec eſſet certus de pretio, & conditionibus, licentia vendendi, ac
19 declaratio voluntatis non emendi non debet referri ad renunciationem juris prælationis, quod tunc exerciti non poterat, ſed ad ſimplicem tractatum emendi ad effectum ſcilicet effugiendi moleſtias, & labores in contracto emptionis primum concludendo, & celebrando ea intentione prælationem petendi facta venditione, ut probant Tiraquel. Carpan. Sanfelic. & cæteri quos refert, & ſequitur de Luca in addit. ad Franch. *deciſ.* 588. *toto numer.* 6. Maſtril. *deciſ.* 30. *numer.* 12. *& ſeqq.* plenè Roſenthal. *de feud. cap.* 9 *membr.* 2. *concluſ.* 91. *numer.* 8. *& pluribus ſequentib.* Carpzov. *ad Conſt. Saxon part.* 1. *Conſt.* 32. *defin.* 1. *per totam*, Berlich. *part.* 2 *concluſ.* 40 *toto n.* 48. & hanc opinionem ſequuta eſt Rota coram Cardinali Celſ. *deciſ.* 163. *n.* 5. & latiùs dictum eſt *in quæſtione* 25. *n.* 4.

Sunt & illi, qui credunt, quod ſufficiat quod emptor paciſcatur cum habente jus protomiſeos, ut
que dicto juri renunciari obtineat, credentes, quod 20
ſi renunciatio ſit facta favore emptoris illum tantum, & non alios comprehendat, ſi verò ſit realis, & indiſtincta, ac habeat verba reſpicientia etiam alias futuras venditiones, tunc extendatur ad omnes caſus, in quibus in futurum res vendi contigerit, ſecus ſi ſit ſimplex neque futuras venditiones reſpiciat; Si tandem ſit facta favore venditoris, tunc emptorem quoque juvare contendunt, nullam admittentes differentiam inter renunciationem factam ante, & inter illam factam poſt perfectum contractum emptionis, & venditionis, ut plenè Afflict. *de iur. protom.* §. 6. *num.* 18. *verſ. ſed quid ſi vicinus & ſeq.* Tiraqu. *dicta gloſſ.* 9 *a numer.* 119. *ad numer.* 132. Donad. *dicto cap.* 26 *à num.* 68. *ad* 71 Berlich. *dicta concluſ.* 40. *n.* 46. Gratian. *diſcept* 671. *n.* 1. *& ſeqq.* Palma Nepos *alleg.* 67. *per tot.* Rendel. *de jur. protomiſ.* §. *ſcriptum eſt, verb. & non renunciaverit num.* 3. *& ſeqq. fol. mihi* 317.

Sunt alii, qui putant ſatis ſuperque cautum eſſe emptori, & venditori, ſi iſti obtineant promiſſionem à vicino, aut alio jus prælationis habente, nullam controverſiam, litem ſive quæſtionem movendi ſuper dicta domo vendenda, ſequendo Text. *in l. ſtipulatio iſta*, §. *ſi quis fortè*, *ff. de verbor. oblig.* 21
Afflict. *dicto* §. 6. *numer.* 18. *in fin. verſ. ſed quæro.* Tiraquel. *dicta gloſſ.* 9. *numer.* 120. Aretin. *conſ* 127. *numer.* 7. *&* 8. *& per tot.* cujus tamen caſus eſt diverſiſſimus, quem ſequitur Gratian. *diſcept.* 672. *numer.* 18. *& ſeqq.* Mangil. *de evict. quæſt.* 137. *numer.* 6. *& ſeqq.* Donad. *dicto cap.* 26 *numer.* 77. *& ſeq.* quòd verùm eſt ſi talis promiſſio facta ſit à Vicino, qui ſciebat venditionem faciendam eſſe de proximo, & hoc animo, atque hac præmeditatione inductus eſt ad faciendam talem promiſſionem, ſecus ſi alia occaſione, & ex alia cauſa prorſus diverſa Vicinus inductus eſt ad promittendum litem, & quæſtionem non movere ſuper domo, aut fundo controverſo, cùm enim eo caſu verba quantumvis generalia reſtringerentur ad ea, de quibus actum eſt in contractu, imò ipſa promiſſio litem non movendi referenda eſſet ad lites, & quæſtiones movendas occaſione prætenſionum dependentium ab illis quarum vigore fuit initus contra- 22
ctus, juxta Text. *in l. emptor prædii* 48. §. *Lucius Titius, ff. de pact. & l. ſi de certa, C. de tranſact.* Cyriac. *contr.* 374. *numer.* 12. *& ſeqq. & numer.* 62. *uſque ad finem*, Rot. coram Argucl. *deciſ.* 37. *numer.* 3. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 238. *numer.* 6. *& ſeq. part.* 19. inde ſequitur quòd extendi non poſſet ad comprehenſionem illius juris prælationis non dependentis à cauſis expreſſis in dicto contractu, & provenientis ex cauſa de futuro, ut non obſcurè notat idem Donad. *dicto cap.* 26. *n.* 76.

Sunt quoque alii, qui opinantur ſufficere quod Vicinus, aut prælationis jus habens conſentiat aliena- 23
tioni, & venditioni, ut probat Tiraq. *dicta gloſſ.* 9. *numer.* 131. *& ſeqq.* Gallerat. *de renunciat. lib* 5. *cap.* 9. *numer.* 4 *verſ. qua ratione*, Grat. *diſcept.* 672. *nu.* 9. plenè Hieronym. Palma *allegat.* 67. *nu.* 1. *& pluribus ſeqq.*

ſeqq. ubi eò magis id procedere affirmat, ſi ultra conſenſum adſit aliquis actus poſitivus, ex quo tacita renunciatio deprehendi poſſit, Carpan. *dicto cap.* 417. *numer.* 407. *& ſeq.* & plures alii quos refert Roſenthal. *de feud dicto cap.* 9. *concluſ.* 91. *numer.* 6. *litter. H.* Hartman. Piſt. *lib.* 2. *quæſtion.* 12. *numer.* 49. Hunn. *var. part.* 3. *tit.* 15. *num.* 15. Koppen. *deciſ. German.* 52. *nu.* 30. *part.* 1. Milliu. *deciſ.* 446. *numer.* 30. Solſon. *in Lucern. Laudem. quæſt.* 111. *num.* 134. *& ſeq. & num.* 138. *& ſeq.* Nigr. *de laudem. quæſt.* 30. *ſub num.* 98. *verſ. amplia etiam tom.* 1. ubi quòd ſi directus Dominus ſimul cum emphyteuta vendidit jam cenſeatur remiſſum prælationis; quidquid defendere conetur Roſenthal. *de feud. dict. cap.* 9. *concluſ.* 91. *nu.* 6. *pluribus ſeqq.* & ſignanter circa finem, ubi latè id tuetur, quia contra eum eſt verior opinio, quotieſcumque conſenſus eſt expreſſus, & voluntarius, neque adeſt aliqua reſervatio juris proprii, ut ex Doctoribus prædictis convincitur.

Prætendunt alii ſolam præſentiam illius, qui habet
25 jus prælationis cum ejuſdem taciturnitate ſufficere, ut ea ſententia Caſtr. *in l.* 1. *§. ſcientiam numer.* 117. *verſ. ſed quid in hic, ff. de tributor.* probat Roman. *conſil.* 457. *in fin.* & plures alii quos refert Cald. *conſ.* 30. *nu.* 58. *ſignanter in verſ. tandem*, contra quos viget verior opinio, quia ideò Vicinus præſens, & tacens non videtur hoc caſu conſentire, multoque mi-
26 nus renunciare juri prælationis, quia non poteſt impedire venditionem, imò ut jus ſuum experiri poſſit neceſſe habet, ut ſequatur perfectio contractus, ideòque ſi tacet, nec impugnat, nec proteſtatur de jure ſuo non ſolum ſibi non præjudicat; ſed prudens init conſilium, ut optimè probat Tiraquel. *dicta gloſſ.* 9 *numer.* 146. *& ſeqq.* ubi cæteris contraria reſpondet Hunn. *var. dicta part.* 3. *tit.* 15. *numer.* 14. Decian. *reſponſ.* 105. *numer.* 7 *& ſeqq. lib.* 3. Capyc. Latr. *deciſ.* 57. *numer.* 23. *&* 24. plenè Cald. *de emphyteuſ. extinct. lib.* 4. *cap.* 11. *numer.* 9. *& pluribus ſequentib.* conſonat Cenc. *de cenſ. quæſt.* 66. *nu.* 48. *& ſeqq. & num.* 57. *verſic. tertio, & ſeqq.* niſi tamen concurrat ultra præſentiam, & taciturnitatem aliquis actus poſitivus, qui ſit de directo contrarius
27 juri prælationem petendi, vel deſignet formalem conſenſum præſtitum alienationi, tunc enim indubitatum eſt prælationi renunciatum cenſeri, ut probat Cald. *dicto cap.* 11. *numer.* 10. *& ſeqq.* Hieronym. Palma *dicta alleg.* 67. *numer.* 8. Cenc. *dicta quæſt* 66. *num.* 52. *& pluribus ſeqq.* Proindè ſi Dominus receperit laudemium, aut illud vel ejus partem petierit etiam extrajudicialiter, vel dilationem det novo emphyteutæ ad laudemii ſolutionem, aut tandem ſibi caveri curavit ſuper ejuſdem laudemii ſolutione, abſque dubio ſi
28 laudemium petierit validè, & poſtquam illud debitum erat, nec emphyteuta ipſius petitionem impugnaverit expreſsà, repelletur à jure prælationem petendi, Thob. Non. *conſil.* 2. *numer.* 95. Cald. *dicto cap.* 11. *numer.* 16. *ſignanter in fin.* Donad. *de renunciat. tom.* 1. *cap.* 30 *numer.* 39. *& pluribus ſequentib.* Rovit. *conſil.* 94. *numer.* 4. *lib.* 2. Rodoer. in addit. ad de Marin. *cap.* 132. *num.* 9. & pleniſſimè Nigr. *de laudem. tom.* 1. *tota quæſt.* 30. apud quem ampliationes, & limitationes.

Hinc quoque reſultat, quòd ſi Dominus directus
29 poſt venditionem jam factam à novo emphyteuta ſcienter canonem reciperet videtur huic prælationi renunciaſſe, Gamm. *deciſione Luſitan.* 269. *numer.* 2. Cald. *dicto cap.* 11. *numer.* 16. 19. *&* 20. Donad. *dicto cap.* 30. *numer.* 42. *& ſequentib.* Franch. *deciſ.* 482. *per totam*, ubi latè addentes, qui conſiderat quod ſi Dominus proteſtetur in receptione canonis de jure ſuo tunc conſervet ſibi jus prælationis, quamvis canonem præteriti, & futuri temporis petierit, & receperit, imò quamvis cœperit agere pro prælatione obtinenda, de cujus opinione valde dubi-
30 tandum eſt, vel ſaltem illa admittenda eſt, quando Domino non fuit facta denunciatio, ut explicat Donad. *dicto cap.* 30. *numer.* 48. *cuncto numer.* 43. *& ſequentib.* & probat Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 4 *numer.* 29. *uſque ad* 33. quem ſequitur Gratian. *dicta diſceptat.* 672. *numer.* 10. qui latè tuetur, quòd ſi Do-
31 minus conſenſerit tacitè, vel expreſsè alienationi etiam cum clauſula ſalvo jure ſuo non intelligatur ſibi præſervaſſe jus protomiſeos, ſed alia jura ſibi competentia, ſequitur Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 417. *numer.* 107. *& ſeq.* Menoch. *conſil.* 58. *num.* 24. *ad* 31. Mangil, *de evict. quæſt.* 137. *num.* 5. quamvis ejuſdem Franchi opinio poſſit ſatis ſufficienter defendi ex pluribus, quæ cumulat Roſenthal. *de feud. dicta cap.* 9. *concluſ.* 91. *numer.* 21. ubi quòd in hac materia ne Dominus ſibi in jure prælationis præjudicet antidotum ſingulare eſt, ubique de jure ſuo proteſtari, Cenc. *de Cenſ. dict. quæſt.* 66 *numer.* 58. *&* 59. Niger. *de laudem. dict. quæſt* 30. *numer.* 136. *& ſeq.* ubi quòd ſi Dominus petierit laudemium, aut illud exegerit cum proteſtatione, quod valeat deliberare infra aliquod tempus, an velit uti prælatione, cautus ſit, & conſervaverit jus ſuum mediante hac proteſtatione.

Sed quid ſi is cui competebat prælatio tamquam
32 creditor venditoris pretium, aut partem pretii ab emptore, vel venditore exegerit? maxima eſt contentio inter DD. circa hanc quæſtionem, putant enim aliqui quod prælationis jus habens removeatur, atque expreſsè conſentire cenſeatur venditioni, ut plenè apud Tiraqu. *dicta gloſſ.* 9. *numer.* 138. Capyc. Latr. *deciſ.* 57. *à numer.* 14. *ad* 26. *lib.* 1. Merlin. *deciſ.* 698. *numer.* 11. *& ſeq. & deciſ.* 740. *numer.* 19. & moventur per Text *in l. quidem ex parte*, ubi gloſs. & DD. communiter, *ff. de evict.* ubi notat J. C. quòd præſens venditioni, nec contradicens, & ulterius pretium, aut partem pretii recipiens abſque dubio cenſeatur conſentire, & ratificare venditionem ipſam, cùm enim pretium ſit inſeparabile à venditione, ſequitur quòd is, qui illud recipit contractum ratificare cenſeatur; E contra Rot. coram Cavalet. *deciſ.* 657. *ſub numer.* 1. *verſ. ſimiliter*,
33 Ricc. *deciſ. Cur. Neap.* 249. *per totam part.* 3. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 66. *num.* 48 *& pluribus ſeqq. uſque ad numer.* 74. Citocch. *diſcept.* 29. *numer.* 53. *& ſeq.* Cardinalis de Luca *de credit. diſc.* 35. *numer.* 10. *& ſeq.* oppoſitum defendunt credentes, quod non poſſit dici renunciatum juri prælationis in hoc caſu in quo creditor duplicem repræſentat perſonam, ac duplex jus protinus deſcendens à diverſa cauſa habet, creditum nempè & prælationem, petendo itaque aut exigendo creditum, quamvis illud exigat ex pretio rei venditæ, tamen non dicitur conſentire venditioni uti habens jus prælationis, quo caſu ſibi præjudicaret, ſed uti creditor, proindeque ejus conſenſus adhibitus habito reſpectu ad ejus crediti diverſum, & ſepara-
34 tum non poteſt inducere renunciationem juris prælationis, quod nullam habet connexionem cum credito; Præterea quamvis ex receptione pretii reſultaret approbatio venditionis, adhuc tamen non excluderetur quis à jure prælationis; non enim approbatio venditionis excludit à prælatione, ſed potiùs eſt conditio ſine qua non, quia ſi prælationis jus habens venditionem non approbaſſet non poſſet agere pro prælatione, ut prætendit Cenc. *ubi ſupra n.* 58. *& ſeq.*

Verùm pro concordia opinionum diſtinguendi ſunt
35 plures caſus. Primus eſt, quando quia præſens erat venditioni, ideoque ſcivit omnia pacta, & conditiones, & recepit ab emptore partem pretii, nec ignorabat ſe habere qualitatem propter quam præferri poterat, & tunc conſenſiſſe videtur venditioni, atque illam approbaſſe cenſetur, & quamvis pretium receperit uti creditor, & ſic ex alio jure, quia tamen præſentia, & taciturnitas, ac pretii receptio

in computum ſui crediti ſunt actus totaliter contrarii
juri prælationis, meritò videtur illi renunciaſſe; Ete-
nim etſi ſimplex præſentia cum taciturnitate non
præjudicet ex prædictis, attamen receptio pretii, &
conſequenter concurſus actus poſitivi tollit jus præ-
lationis, nam ſi creditor voluiſſet præferri non rece-
piſſet ab emptore partem pretii, quam eidem ſtatim
reſtituturus erat prælationem petendo, & obtinen-
do; Falſum autem eſt, quòd approbatio venditionis
neceſſaria ſit ad effectum experiendi jur prælatio-
nis, quodque proinde non poſſit ex approbatione
induci renunciatio, quia licèt venditio, & perfe-
ctio contractus requiratur, non tamen neceſſarium
eſt, quòd is, qui vult præferri prius contractum ap-
probet, imò talis approbatio ipſi eſt præjudicialis ex
prædictis; Secundus eſt, quando quis non fuit præſens
venditioni, nec ſcivit ejur qualitates, & conditiones,
& tunc ſi receperit partem pretii vigore ſui crediti à
venditore renunciaſſe non cenſetur juri prælationis,
nec ſibi præjudicaſſe, quoniam non cenſetur ratifi-
caſſe venditionem dum non habebat expreſſam no-
titiam omnium qualitatum, & conditionum, & re-
ceptio pretii pro credito abſque tali ſcientia, &
abſque eo quod potuiſſet deliberare an ei utile eſſet
præferri, nec ne potest raferri in dubio ad ſimpli-
cem animum ſe ſatisfaciendi de ſuo credito, non au-
tem approbandi venditionem in ſui præjudicium, &
ita procedere poteſt deciſ. Cavaler. 657. Tertius eſt,
quando quis egit contra emptorem, qui ſe obliga-
vit in Inſtrumento emptionis partem pretii ſolvere
creditoribus, & vigore dictæ obligationis eumdem
coegit ad ſolvendum, & eo caſu non poteſt allega-
re ignorantiam qualitatum, & conditionum in In-
ſtrumento exiſtentium, nec clarior poteſt apparere ani-
mus approbandi venditionem, atque eam ratifican-
di, & ita admittendam exiſtimaram opinionam
Cenc. *dicta quæſt. 66. numer.* 68. Quartus, eſt quan-
do quis nec fuit præſens, nec habuit notitiam ſpe-
cialem pactorum, ſed ſcivit, atque expreſſit in re-
ceptione pretii, quod pretium proveniebat ex re
vendita cum ſpecificatione ejuſdem confinium, &
ulterius ſpatio decem annorum numquam contradixit,
nec prælationem petiit, & tunc renunciaſſe cenſetur
juxta deciſ. 698. & 740. Merlin. Quintus, & ultimus
caſus eſt, quando lex, aut ſtatutum ad effectum, ut
quis in hoc jure ſibi præjudicet requirit expreſſum
conſenſum, & tacitum non ſufficere exprimit, & tunc
non ſufficit tacitus conſenſus ex receptione pretii
reſultans, juxta opinionem Cirocch. *d. diſcept.* 29.
numer. 54.

Ex his quoque inſurgit quæſtio, an conſanguineus,
vel vicinus, cui jus prælationis competit interve-
niens in Inſtrumento venditionis tamquam teſtis,
Notarius, Judex, aut proximior pro ſolemnitate adim-
plenda, vel fidejubens pro firmitate contractus ven-
ditionis, aut qui fuit mediator contractus, vel per-
ſuaſit emptori, ut emeret, vel conſilium actui præ-
buit, aut tandem ſe ſubſcripſit tabulis venditionis,
cenſeatur conſenſiſſe; atque juri prælationis renun-
ciaſſe; ſed quia diverſæ ſunt DD. opiniones in ca-
ſibus prædictis, videndum eſt in unoquoque caſu,
quid DD. ipſi ſentiant.

Et quidem aut agimus de illo, qui tanquam No-
tarius, vel teſtis præſens fuit contractui, nec contra-
36 dixit, minuſque de jure ſuo proteſtatus eſt, &
quæſtio eſt controverſa, habemus enim Text. *in l.
Titia cum teſtamento*, §. *Lucia*, ubi Bart. & Bald.
ff. de legat. 2. ubi dicitur, quòd teſtes, & Nota-
rii etiam ſubſcribentes Inſtrumento ſibi in ſuis ju-
ribus non præjudicent, quod, & notavit etiam
gloſs. *in l. ficut*, §. *non videbitur*, *ff. quibus mod. pign.
& hypoth. ſolv.* ubi etiam Bart. & eſt pariter Text. *in
l. Cajus Sejus* 59. *ff. de pignorat. act.* per quas leges ita
in ſpecie defendunt Afflict. *de jur. protomiſ.* §. *uti in-
tra triginta dies numer.* 21. *cum duobus ſeqq.* Tira-
quell. *dicta gloſs.* 9. *numer.* 140. Henric. *de fidejuſſor.
cap.* 7. *numer.* 45. *& ſeqq.* Decian. *reſp.* 105. *numer.*
9. *lib.* 3. Merend. *contr. lib.* 22. *cap.* 45. *numer.* 6. *&
ſeqq.* Roſenthal. *de feud. dicto cap.* 9. *concluſ.* 51. *n.*
16. Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 40. *num.* 49 Joannes à
Sandè *in theatr. pract. lib.* 3. *tit.* 5. *definit.* 8. *per to-
tam*; E contra habemus Text. *in cap. ex litteris* 6. *de
tranſact.* in quo dicitur, quòd ſi quis ſciens id quod
continetur in Inſtrumento ſe illi ſubſcribat, ut te- 37
ſtis ſibi præjudicet, ſi Inſtrumentum contineat a-
ctum aidem præjudicialem, & ſequitur ibidem
Gloſs. *verb. teſtis inſcriptus*, quæ reſpondet leges in
contrarium adductas procedere in teſte qui ſe ſub-
ſcripſit, aut ſignavit teſtamentum ſigillatum, vel
ſcripturam, cujus contenta ignorabat, ideoque hanc
opinionem contra teſtem, & Notarium in ſpecie te-
nuit Gulielm. de Cuneo *in l.* 1. §. *ſcientiam*, *verſ.
ideò ſi ex ſtatuto*, *ff. de tributor. act.* Gallarat. *de re-
nunciat. cap.* 10. *num.* 4. *& ſeqq.* Capyc Latr. *deciſ.*
57. *numer.* 25. *&* 26. ubi præſertim ſi dictum fuit
in Inſtrumento, quòd res non erat ſubjecta juri præ-
lationis, Palma Nepos *dicta alleg.* 67. *num.* 9. *&* 10.
Roſenthal. *dicto cap.* 9. *concluſ.* 78. *numer.* 16. *&* 17.
ubi dicit, quòd Notarius, vel alius, qui ratione offi-
cii neceſſarii intervenit excuſetur, non autem teſtis,
qui voluntariè ſe ſubſcripſit, & contrariis reſpondet;
Sed à prima opinione non eſt recedendum, Notarius
enim ratione officii interveniens, & teſtis ſe ſubſcri-
bens non interveniunt pro approbatione contractus,
neque pro ejuſdem ſecuritate, neque ad effectum
præſtandi conſenſum, ſed purè, & ſimpliciter ad
effectum, ut probari poſſint ea, quæ contrahentes
voluerunt, unde non poteſt eorum præſentia, &
ſubſcriptione adhibita pro forma probatoria argui
approbatio, & conſenſus poſitivus, juxta DD. ſu- 38
pracitatos; Nec obſtat Text. *in dicto cap. ex litteris*,
nam ibidem non ſolùm, qui jus prætendebat ſe
ſubſcripſit Inſtrumento ut teſtis, ſed fuit mediator
tranſactionis & patrocinatus eſt ſcienter eum qui
rem ipſius patrocinantis petebat, & quamvis gloſs. 39
ibidem loquens de teſte aliud concludere videatur,
allegat tamen Text. *in l. fidejuſſor.* 26. § *pater ſejo*,
ff. de pignor. ubi Modeſtinus reſpondit, quòd is,
qui propria manu ſcripſerat contractum obligatio-
nis, & hypothecationis rei ſuæ nomine alieno,
videtur obligationi conſenſiſſe, quòd nil commune
habet cum teſte, vel Notario, alter enim ſimpli-
citer ſubſcripſit ad effectum probationis, alter verò
non uti privatus, ut in caſu *dicto* § *pater ſejo*, ſed uti
publicus officialis ex vi proprii officii inſtrumentum
conficit, & non ut obliget rem propriam, aut re-
nunciet, ſed ut ſcripturam, quæ aliàs eſſet privata, in
publicam redigat.

Aut agimus de eo qui tamquam Judex contractui au- 40
ctoritatem ſuam interpoſuit, aut venditionem facien-
dam eſſe decrevit, & indubitatum eſt quòd iſte, qui ra-
tione proprii officii ex neceſſitate id egit in juribus
ſuis ſibi non præjudicet, ut probat Tiraquell. *dicta
gloſs.* 9. *num.* 267. & plenè Roſenthal. *de feud. dicta
concluſ.* 91. *num.* 17. apud quos concordantes Carpan.
d. cap. 417. *n.* 413.

Aut agitur de eo, qui uti proximior, vel ratione
officii tamquam Tutor, vel Curator conſenſit ven- 41
ditioni, & pro ſolemnitate in ipſo actu intervenit;
aut vendidit tutorio nomine, & tunc diſtinguen-
dum eſt, ſi enim ſimpliciter præſens fuit, & conſen-
ſit ſibi non præjudicat, quia ex neceſſitate officii id
facere videtur, juxta Text. *in l. cum quadam*, *C. de ad-
miniſtr. Tutor. & in* §. *ſi Tutor. Inſtit. de inoff. teſtam.*
Tiraquell. *dicta gloſs.* 9. *numer.* 266. Capyc. Latr.
dicta deciſ. 57 *numer.* 23. Hartmann. Piſt. *quæſt. Iur.
lib.* 3. *quæſt.* 17. *numer.* 2. *verſ. ſic & cum*, *qui
conſentit mulieri*, latè Berlich. *dicta concluſ.* 40,
num. 50.

num. 50. *& ſeq.* Decian. *dict. reſp.* 305. *nu.* 10. *lib.* 3.
quidquid defendat Merend. *contr. lib.* 22. *cap.* 45. *n.*
12. *uſque ad finem*, ſi autem nomine proprio etiam in
contractu venditionis ſe obligaverit, tunc à prælatio-
ne excludendus eſſet, ut plenè probat Roſenthal. *de
feud. dicta concluſ.* 91. *num.* 20 *& ſeq.*

Aut agitur de eo qui fidejuſſit, & tunc ſciſſæ ſunt
41 DD. opiniones, negari enim non poteſt, quòd is
qui fidejubet pro contractu venditionis illi expreſsè
conſentire videatur, juxta Text. *in l.* 1. §. *quid ergo ſi
fidejuſſerit, ff. quod juſſ. & in l. ſi dubitet*, §. *ſed an,
ff. de fidejuſſor. & in l. exceptione* 11. *C. de evict. &
in l. Pomponius*. §. 1. *ff. in quibus cauſ. pign. vel hy-
poth. contrahat.* Gratien. *diſc.* 281. *numer.* 17. *&
ſeq.* Rot. *deciſ.* 797. *numer.* 2. *&* 12. *part.* 1. *diverſ.*
igitur dum fidejuſſor venditioni conſenſit removen-
dus eſt à prælationis jure, ut probat Tiraquell. *di-
cta gloſ.* 9. *numer.* 168. Berlich. *dicta concluſ.* 40.
numer. 51. Marcian. *conſ.* 8. *per tot. ſignanter numer.*
2. *&* 4. *vol.* 1. ubi ita judicatum teſtatur Proſper
Rendell. *de jur. protomiſ.* §. *eſt autem in additione nu.*
4. *uſque ad fin.* ubi ita bis in magna Curia Neapolis
judicatum teſtatur.

43 Sed hanc opinionem rejiciunt Decian. *reſp.* 68.
numer. 15. *lib.* 2. *& reſp.* 105. *per. tot. lib.* 3. ubi te-
ſtatur id tenuiſſe etiam Molinæum, ſequitur Renet.
Coppin. *de morib. Pariſ. lib.* 3. *tit.* 4. *numer.* 10. *cir-
ca fin.* Benedell. *de jur. protomiſ. in rubr. numer.* 63.
Gratian. *diſcept.* 205. *numer.* 14. *verſic. adde, & ſeq.*
Henric. *de fidejuſſor. part.* 5. *cap* 27. *numer.* 48.
Roſenthal. *de feud. dicta concluſ.* 91. *numer.* 16. *&
ſeq* Cnocch. *diſcep.* 29. *num.* 55. *& ſeqq. & numer.*
59. Capyc. Latr. *dicta deciſ.* 57. *numer.* 22. proban-
tes, quòd excludi non poſſit fidejuſſor ab hoc jure
ſive conſideretur promiſſio evictionis, ſive præſentia,
& conſenſus, ſive ablatio rei, quæ fit ipſi emptori,
promiſſio enim evictionis non comprehendit hunc
caſum in quo res evincitur ex beneficio juris, aut
ſtatuti, ideoque nil relevat, quòd res auferatur ab
emptore, dum caſus iſte non eſt comprehenſus in
promiſſione, & fidejuſſor, qui præferri petit non
impugnat, imò approbat, & confirmat contractum, ac
pretium reſtituit emptori, preſentia autem, & con-
ſenſus, nec præjudicat, quia fidejuſſor non conſen
ſit venditioni, uti jus prælationis obtinens, ſed uti
fidejuſſor, & tanquam extraneus, ideoque ſibi præ-
judicare non potuit in jure, quod ex alio capite ha-
bebat.

Iſtorum tamen doctrina veldè ſuſpecta redditur ni-
miſque fallax; Quippè is qui fidejubet in contractu
venditionis factæ Cajo expreſsè conſentit, quod
res vendatur Cajo, quodque illi non auferatur tam
à venditore, qui vendidit, quàm à ſemetipſo, qui
44 fidejuſſit, nullaque ratio ſuadere poteſt, quòd is
qui vendidit, & promiſit (ut ferè ſemper ſervatur)
in perpetuum, & ſemper rem venditam apud em-
ptorem exiturem fore, non poſſit ob id ſub prætex-
tu prælationis eam evocare, dum ita revocabiliter,
& non in perpetuum vendidiſſet, juxta conſil. An-
gel. Aret. 127. *numer.* 7. *&* 8. Bero. *conſ.* 172. *numer.*
4. *uſque ad num.* 8. *lib.* 1. Gratian. *diſc.* 672. *numer.*
21. Margil. *dicta quæſt.* 137. *numer.* 21. quòdque è
contra is qui fidejuſſit, & conſequenter acceſſit pro-
miſſioni, & obligationi factæ à venditore valeat
eamdem avocare, & ſub prætextu prælationis pe-
tere; Et ceſſat difficultas ex quo moribus hodiernis
eſt introductum, quòd fidejuſſores ſeſe in ſolidum
obligent atque promittant, unde inſurgit, quòd li-
cèt venditor, & fidejuſſor inter ſe diverſo jure te-
neantur, quoad emptorem tamen eodem jure te-
nentur, & dicuntur duo rei duoque venditores,
juxta gloſs. *in l. uxori, Cod. ad Senat. Conſ. Vellej.*
cum ſimilibus, imperceptibile igitur eſt, quòd va-
leat, is, qui perſonam rei, & venditoris induit
prælationem ex ipſa venditione deriventem petere, ut
dictum eſt in principio, quæ eo magis vera eſſent,
ſi venditor promiſiſſet de evictione etiam prove-
niente occaſione exercitii talis juris, quia tunc ſtan-
dum eſſet regulæ quem de evictione tenet actio eum- 45
dem agentem repellit exceptio, de que *in l. exceptione
doli, ff. de evict. & in l. vendicantem cum l. ſeq. ff.
de except.*

Aut igitur de eo qui tanquam Advocatus emptori, 46
vel venditori aſſiſtit, & contractum venditionis de-
fendit, & quia iſte videtur contractum approbare,
ideò ad jus prælationis admitti non debet, juxta
Text. *in l. ult. in princip. ff. de inoff. teſtam.* & latè
Berlich. in ſpecie *dicta concluſ.* 40. *numer.* 51 Palma
nepos *dicta alleg.* 67. *numer.* 9. *&* 10. & idem de
mediatore contractus venditionis latè probat Merend.
controv. lib. 22. *cap.* 45 *numer.* 8. 9. *& ſeqq.* Contra 47
quos eſt Text. *in l. inter officium, ff. de rei vindic.* ubi
ſingulariter habetur, quòd Advocatus aſſiſtens vin-
dicanti rem ipſius Advocati adverſus alium, domi-
nium ſuum non amittat, cujus timore Tiraquel. *de
retract.* § 1. *d. gloſ.* 9. *numer.* 264. *&* 265. diſtin-
guit inter Advocatum, Procuratorem, vel mediato-
rem, qui ſciebat ſuper illa re jus prælationis ſibi com-
petere, & inter eum qui id ignorabat, primo caſu ne-
gando jus prælationis competere, ſecundo verò caſu
affirmando, & eodem non relato idem in ſubſtantia
concludunt Ricc. *deciſ Cur. Neap.* 249. *per tot. part.*
3. Joannes Maria Novar. *in ſuo voto in reſ. poſt dictam
deciſ.* & in id coincidit Merend. *dicto cap.* 51. *num.* 9.
& pluribus ſeqq. & hoc modo reſpondetur Juribus, quæ
inter ſe contraria videntur.

Verùm licèt hæc opinio diſtinguens valdè congruat
rationi, adhuc tamen advertendum eſt, quòd duplex
poteſt conſiderari ignorantia; altera nempè facti, &
altera juris, quamvis igitur qui uti mediator, advo-
catus, aut procurator patrocinatus fuerit pro con-
tractu venditionis perficiendo, illumque ad perfe-
ctionem ſuo medio, & induſtria perduxerit, ſi ta-
men ignoraverit factum, ideſt ſe eſſe conſortem, vi-
cinum, aut de illis, ad quos primo loco ſpectabat 48
jus congrui, & ignorantie ſit veriſimilis, non autem
ſupina, & affectata; poterit jus prælationis petere,
juxta Text. *in dicta l. inter officium*; Quòd ſi factum
non ignoraverit, aut ignorentia facti reddatur inve-
riſimilis, tunc agere non potuit, quamvis alleget 49
ignorantiam juris, tum quia illa non excuſet, ſive ſit
juris communis, ſive municipalis, juxta Text. *in cap.
ignorantia de regul. jur. in* 6. *l. leges ſacratiſſima, Cod.
de legib.* ubi latæ culpæ adſcribunt juris diſpoſitio-
nem ignorare, Maſcard. *de probat, concluſ.* 879. *nu.*
1. *& ſeqq.* Gaill. *lib.* 2. *obſerv.* 48. *numer.* 29. Se- 50
raph. *de privil. juram. privil.* 4 *num.* 117. *cum ſeqq.*
Tum quia à Procuratore, & Advocato allegari non
poteſt, dum in iſtis non præſumitur, ut enim inquit
Gloſſ. *in Auth. de judicibus, verſ illa autem, verb.
qui ex ſe*, nec Medicus debet eſſe ſine phyſice, nec
Advocatus illitteratus, atque ita in ſpecie probat Ricc. 51
dicta deciſ. 249. *numer.* 4. §. *ſed adhuc conventus*, niſi
tamen verſaremur in caſu, quo mediator, aut pro-
curator non eſſet doctor, & de illis, qui excuſan-
tur ab ignorantia juris, & niſi jus eſſet dubium,
obſcurum, difficile, ut probat Maſcard. *ubi ſupra
numer.* 13. Sereph. *dicto privileg.* 4. *numer.* 16. *&*
17. Odd. *de reſtitut. in integr. part.* 1. *quæſt* 8. *nu-
mer.* 44.

Prædictos tamen caſus jam exemplificatos declaran-
dos putarem procedere quando quis eſſet mediator
contractus venditionis, teſtis, aut notarius, aut creditor,
& ſimpliciter intervenisſet contractui, ut ſupra, ſe-
cus autem ſi ultra præſentiam, taciturnitatem, &
alios actus concurrat, quòd venditor, aut emptor ex-
preſsè proteſtetur ſe eoſdem vocaſſe, ut venditioni
conſentirent, vel contradicerent, & ut renunciarent 52

juri prælationis, vel expreſsè in inſtrumento dictum ſit, quòd nemini ſuper prædio jus prælationis competit, tunc enim admittendi non eſſent, ut plenè probat Papon. *lib.* 10. *arreſt.* 11. *tit.* 5. Rot. Genuenſ. *deciſ.* 190. *numer.* 13. *&* 18. Capyc. Latr. *dicta deciſ.* 57. *numer.* 24. *cum duobus ſeqq.* plenè Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *dicta concl.* 89. *numer.* 18. *& ſeqq.* quamvis *in addit. litt. N.* defendat non ſatis eſſe, quòd emptor, aut venditor in genere affirment in inſtrumento, quòd nemini jus prælationis competat, aut quòd intendit derogare juri prælationis, quod competit illi, qui eſt præſens, etſi ille taceat, & non contradicat, hæc enim opinio vera eſſe poteſt in eo ſimpliciter, qui eſt præſens, nec ſe ſubſcripſit tabulis venditionis, & in Judice, qui ex neceſſitate actum gerit non autem in aliis, niſi aſſertio eſſet generica, puta quia diceret emptor, aut venditor, quòd nemini jus aliquod competebat ſuper illa re, & concurreret ignorantia in ſubſcribente ex prædictis.

Quærendum ſextò, an is qui renunciavit omni legum, & ſtatutorum auxilio cenſeatur huic juri renunciaſſe, & quamvis Angel. Aret. *dicto conſ.* 127. *ſub numer.* 4. *verſ. quoniam cum multis ſeqq.* tenuerit ſatis per dicta verba tali juri renunciatum cenſeri eumque ſequutus fuerit Mangil. *de evict. quæſt.* 137. *n.* 11. *& ſeq.* Gratian. *diſc.* 672. *numer.* 21. *& ſeq.* adhuc tamen veritas eſt in contrarium, cùm ad hunc effectum non ſufficiant verba vaga, & æquivoca, ſed requiruntur verba pernecesſè concludentia, & quæ talem renunciationem de neceſſitate impor-
54 tent, qualis non ſunt verba ſupra expreſſa, ut in fortioribus probat Rot. coram Millin. *deciſ.* 446. *per tot.* idem Grat. *diſc.* 520. *numer.* 15. *ad* 20. ubi de inquilino, qui enunciaverat emptorem dominum, & promiſerat, quòd eſſet bonus vicinus, de quo etiam Cardinalis de Luca *de ſervit. diſc.* 75. *numer.* 6. *& pluribus ſeqq.* idem Gratian. *diſc.* 205. *numer.* 9. ubi quòd nec ſufficit, quòd quis renunciet omni juri, quod habet, vel habere ſperat, plenè etiam Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *dicta concluſ.* 91. *num.* 10. *& ſeqq.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 66. *num.* 67. niſi conſtaret, quòd quis dicta, & ſimilia verba protulit ad illum finem, ut juri prælationis renunciaret, ut probat Capyc. Latr. *d. deciſ.* 57. *numer.* 24.

Quærendum ſeptimò, an tutor, minor, vel pupil-
55 lus poſſint tacitè, vel expreſsè huic juri ſine ſolemnitatibus renunciare, & quia DD. ſunt inter ſe contrarii, ideò diſtinguendi ſunt aliqui caſus, Primus eſt, quando jus prælationis eſt dubium, & æquivocum, adeout neceſſe ſit pro illo obtinendo diſpendioſam litem ſubſtentare, & tunc renunciatio admittitur abſque ſolemnitatibus, ut in ſpecie dixit Rot coram Merlin. *deciſ.* 740. *in fin.* Secundus caſus eſt, quando jus prælationis eſt clarum, & tunc ſciſſæ ſunt DD. ſententiæ, ſunt enim illi, qui defendunt affirmativam putantes, quòd in hoc caſu Tutor, aut minor nil alienet, ſed tantùm non acquirat, & ſi renunciat, non tamen à ſe abdicat jus quæſitum, ſed tantum jus quærendum, quod ſine ſolemnitatibus facere poteſt, maximè dum is qui tacitè, vel expreſsè renunciando huic juri venditionem approbat nihil de ſuo dat, ſed tantùm ſe abſtinet, ut in terminis inveſtituræ emphyteuticæ, vel feudalis eſt Text. *in cap.* 1. *in princip. Per quos fiat inveſtit.* ubi Imperator diſtinguit inveſtituram, quæ fit de veteri beneficio, & illam quæ fit de novo, & ait, *quæ de veteri fit etiam à minore fieri poteſt*, quaſi quòd iſto caſu minor de ſuo nihil conferat, & ita plenè probat Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 30. *nu.* 53. *& ſeqq.* ubi idem exiſtimat in Prælato Eccleſiæ, & addit, quòd ſi Tutor, vel Curator etiam ſine minore, aut pupillo petierit, & exegerit laudemium tacitè huic juri renunciatum cenſeatur, nec valeat minor conqueri, aut petere reſtitutionem in integrum, eo quòd non ſit læſus, neque ullum damnum patiatur, nec præjudicatum ipſi fuit juri prælationis in perpetuum, dum in aliis vicibus illud remanſit illæſum, ſequitur hanc opinionem Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 11. *numer.* 35. *ſignanter in verſ. quæ quidem ratio*, Cyriac. *controv.* 309. *per tot. præcipuè numer.* 28. *&* 29. Reverendiſſimus Antonell. *de tempor. legal. part.* 3. *cap.* 7. *numer.* 8.

Contrarium autem tenuerunt Rumm. in addit. ad 57
Afflict. §. 2. *ad notab.* 10. *ad verſ. ſed juxta hoc quæro numer.* 2. *fol. mihi* 130. ubi quòd ſi Tutor ſine juſta cauſa renunciet, tenetur ad intereſſe, Corbul. *de cenſ. privat. ex eo quod emphyt. patitur alium inveſt. numer.* 17. *&* 18. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de renunc. quæſt.* 8. *numer.* 8 Rot. coram Priol. *deciſ.* 387. *num.* 13. *& ſeqq.* probantes, quòd ſicuti non poteſt minor, aut tutor abſque decreto rem ſtabilem alienare, ita nec poſſit jus quod ſibi competit ſuper aliquo fundo remittere, ſive ſit jus quæſitum, ſive ſit jus quærendum, cùm poſſit in ejuſdem juris renunciatione adeſſe læſio. Quam opinionem ſequendam puto adhærendo Textui aperto *in l. ſed ſi pecunia* 3. §. *ſi jus, ff. de reb. eor.* ubi Ulpianus non ſolùm prohibet ſine decreto alienari fundum minoris, vel pupilli, ſed etiam vetat remitti ſervitutem quam habet, aut jus quod obtinet per quod actionem realem, vel in rem ſcriptam minor intentare poterat; Cùm autem jus prælationis non ſolùm ſit ſervitus, ſed etiam præſtet actionem in rem ſcriptam, meritò ſine ſolemnitatibus remitti non poterit; Nec dicatur eſſe jus quærendum, tum quia etiam in remiſſione juris quærendi requiruntur illæ ſolemnitates, quæ introductæ ſunt ne minor, aut pupillus lædatur, tum etiam quia falſum eſt, quòd jus prælationis ſit quærendum, cùm verè ſit jus quæſitum, ac radicatum licèt experiri nequeat, niſi poſt perfectum contractum emptionis, & venditionis, ut dictum eſt *in quæſt.* 11. *numer.* 23. quamvis ſi verè conſtaret, quòd Curator, vel Minor de tempore renunciationis non habebat pecu-
niam in promptu, vel quòd res retrahenda non erat 58
utilis, ſed diſpendioſa, & parum fructifera talis renunciatio tolerabilis eſſet, ut ex Sola *ad conſtitutiones Sabaud.* tradit Cyriac. *dicta controverſ.* 209. *nu.* 28. Cardin. de Luca *de ſervit. dicto diſc.* 75. *n.* 5. ubi agit de emptione vineæ.

Ex hoc autem videre poteris quanti exiſtimanda 59
ſit doctrina Nigri *de laudem. dicta quæſt.* 30. *numer.* 56. *& ſeqq.* qui exiſtimavit, quòd Tutor cum ſola auctoritate Contutoris in ſolidum deputati emendo bona fide, vel ſub haſta publicè bona de directo dominio pupilli valeat obtinere ab alio Contutore tacitam vel expreſſam renunciationem juris prælationis ſine ulla alia ſolemnitate.

Quærendum octavò, an renunciatio juris congrui 60
valeat etiam ſi tendat in præjudicium alterius, & quamvis Molfeſ. *ad conſuet. Neap. tit. de renunciat. qu.* 1. *nu.* 19. *fol. mihi* 343. affirmaverit valere, tamen verior ſententia eſt, quòd licèt valeat reſpectu renunciantis, reſpectu tamen Tertii, qui habet jus ſuum independens à renunciante, talis renunciatio nihil officiat, Tirequell. *de retract. lignag.* §. 26. *gloſ.* 2. *n.* 2. *& ſeqq.* Olea *de Ceſſ. tit.* 3. *quæſt.* 2. *nu.* 15. *& ſeq.* Berlich. *concluſ.* 39. *de jure protomiſ. num.* 50. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 417. *numer.* 371. *& ſeqq.* Cald. *de renovat. emphyt. quæſt.* 13. *numer.* 1. *ad* 6. *& conſil.* 30. *numer.* 47. *&* 48. Peteyra *deciſ.* 31. *& deciſ.* 128. *per tot.* & quid ſi proximior prælationem obtinuit, ſed poſtea cum emptore concordet, & pro majori pretio, aut eodem rem illi relaxet, an poſſit is, cui ſubſequenter competit prælatio rem habere, vide Papon. *lib.* 11. *tit.* 7. *arreſt.* 6. ubi diſtinguit.

Quærendum nonò, an ſi remotior prælationem petat,

61 rat, & obtineat præſente, & tacente proximiore, ad quem prius jus prælationis ſpectat, cenſeatur à dicto proximiore renunciatum ſuo juri, & negativè reſpondent Gomez. *ad leg. 7. Taur. n. 26.* Molin. *de Juſtit. & Iur. diſput. 370. §. verum autem.*

62 Quærendum decimò, an facta ſemel renunciatione huic juri in una venditione, ſi contingat res iterum vendi, poſſit jus prælationis non obſtante renunciatione peti, & dicendum eſt, quòd aut is qui renonciavit vult exercere jus prælationis, quod habebat in illa prima venditione, & obſtat eidem renunciatio, aut vult petere prælationem ex novo jure, quod prodiit ex illa nova venditione iterum facta, & tunc non prohibetur non obſtante renunciatione petere prælationem, ut probat R.p. *in l. cum bona n. 10. ff. de privileg. Credit.* Caſtrenſ. *conſil. 74. n. 2. in fin. colum. 4. in princip. lib. 2.* Tiraquell. *§. 1. gloſ. 9. num. 43. & 44.* Weſembec. *conſil. 1. n. 59.* Brixian. *in repertor.* Cavalcan. *verb. jus congrui, verſic. benè verum.* Cald. *de jur. emphyt. lib. 4. cap. 13. n. 37.* Mangil. *de eviction. quæſt. 138. n. 16.* Reverendiſſimus Antonell. *de loca legal. lib. 2. cap. 1. quæſt. 19. nu. 388 & ſeq* Carpan *ad Stat. Mediol. part. 1. cap. 417. n. 546.* & dictum eſt ſupra ubi vide.

QUÆSTIO XXIX.

Quibuſnam ex cauſis quis privetur prælatione.

SUMMARIUM.

1 *Inimicus venditoris privatur à Conſtitutione* Sincimus *jure prælationis.*

2 *Lim. ſi inimicitia ſit reconciliata tempore venditionis, vel ſi percuſſio facta ſit ad defenſionem.*

3 *Inimicus venditoris privatur Iure prælationis dato à Statuto, vel lege, ſi lex moveatur ad tale jus concedendum ex motivo conſanguinitatis, vel affinitatis.*

4 *Maritus habens jus congrui in rebus venditis ab uxore, vel à conſanguineis uxoris, privatur dicto jure, ſi ingratus fuerit uxori, vel eam ſine juſta cauſa è domo expulerit, vel matrimonii onera non ſubſtinuerit, vel uxorem parturientem, aut peſte laborantem aufugerit.*

5 *Limita, ſi fuerit ſequuta reconciliatio, aut fuerit ingratitudo remiſſa, aut damna illata refecta.*

6 *Inimicus privatus jure congrui, ſi ſit denunciatus ſponte à venditore, an velit præferri, admittatur ad petendam prælationem.*

7 *Declara id procedere, ſi venditor, ſciens inimicum privatum eſſe tali jure, denunciaverit, ſecus ſi ignoranter id fecerit.*

8 *Inimicus, ingratus, vel hoſtis, non privatur jure prælationis, quando lex non movetur ex motivo conſanguinitatis, ſed ad effectum evitandi rixas, vel ſcandala, vel ex capite publicæ utilitatis, aut neceſſitatis.*

9 *Prælationis jure privatur is, qui per vim, & metum minatus fuerit prælationem velle, aut ſi ad æmulationem præferri petat.*

10 *Amplia, ut privetur tali jure is, qui fraudulenter, aut injuſtè litigando impedivit per machinas emptorem utilis dominii habere licentiam Domini directi, & interim obtinuit à Domino directo venditionem dominii.*

Declara id procedere quando præcisè conſtat de animo machinandi.

11 *Inimicus non privatur jure prælationis quoties inimicitia eſt exorta ex parte venditoris, & patet eundem fuiſſe cauſam inimicitiæ.*

12 *Maritus non privatur lucro dotali, ſi mala tractamenta, & alienatio uxoris ab ipſo, proceſſerint ex culpa ipſius uxoris.*

13 *Vaſſallus non privatur feudo, ſi inimicitia inter Dominum, & eundem proceſſerit ex culpa ipſius Domini.*

14 *Excommunicatus non poteſt prælationem petere, nec eum tenetur venditor requirere.*

15 *Limita ſi durante adhuc tempore dato pro prælatione obtinenda ſit abſolutus.*

16 *Iudæus poteſt petere prælationem in re vendita à Chriſtiano, & è contra, niſi res ſit religioſa, vel talis, ut eadem Iudæi ſint incapaces, vel lex, aut ſtatutum prælationem tribuat ſub aliqua conditione, quam nequeat Iudæus adimplere.*

HÆc quæſtio aut in terminis Conſtitutionis *Sancimus de jur. protim.* aut in puris terminis juris communis diſceptatur; ſi enim quæritur, ex quibus cauſis per dictam Conſtitutionem priventur jure prælationis vicini, dicendum eſt, quòd ſi vicinus graves injurias verbo, aut facto alteri, & ejuſdem familiæ attulerit aut manus impias in eum injecerit, vel 1
gravem ſubſtantiæ vicini jacturam molitus, vel ipſius vitæ inſidiatus fuerit, ac alio quocunque modo inimicus vendentis probetur, privatus ſit hoc jure, ut clarè cavetur in Conſtitutione, ſuper qua latè Afflict. Bald. Novell. & cæteris & latè Rendell. *verbo injurias fol. mihi 183 & ſeqq.* Robert. Maranta *tract. de multiplic. alienat. fol. mihi 15. à terga numer. 130. & 138.* Toro *compend. decis. Neapol. verb. jus congrui. p. 3. fol. 634* Minad. *decis. 4 nu. 5. ubi tamen nu. 14. & ſeq.* ait quòd ſi inimicitia ſit reconciliata, aut percuſſio facta ad defenſionem adhuc jus protomiseos detur.

Si verò agatur in terminis juris communis, aut ſtatutarii, & tunc videndum eſt, ex qua cauſa moveatur jus ad prælationem concedendam, ſi enim movetur ex motivo conſanguinitatis, affinitatis, amicitiæ, & ſimilium, aut ex qualitate perſonæ, cui id indulget, cauſa motiva appareat, & tunc quia ſtante inimicitia, & cæteris ſupra narratis jus ipſum tam in ſucceſſionibus, quàm aliis lucris, & juribus fingit etiam arctiſſimos conſanguineos nullo vinculo conſanguinitatis obſtrictos, eoſque privat omnibus qualitatibus, & prærogativis, quæ neceſſariæ ſunt pro acquiſitione lucri, & juris ob conſanguinitatem aliàs debiti, ut *in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir uxorem, ff. ſolut. matrim. & in l. indignum, ff. de his quib. ut indig. l. fin. C. de bon. libert. l. qui cum major, ff. eod & alibi*, meritò privandus quoque erit is, qui 3
prælationem poſſet habere ex ſtatuto, aut lege, ſuo jure ob præcitatas cauſas, ut egregiè Ferron. *ad conſuet. Burdigal. de retract. cap. 23. ad fin.* Tiraquell. *eod. tract. §. 10. gloſ. unic. numer. 12. & ſeqq.* Jo: Wameſ. *conſ. Canonic. 551. tit. de donat. inter. vir. & uxor. fol. mihi 557. tom. 2.* qui latè defendunt, quòd maritus, vel conſanguineus habens jus congrui in rebus venditis ab uxore, aut conſanguineis uxoris proprio ſuo commodo (quidquid ſit, ſi commodo uxoris retrahat) non poſſit eo jure uti, ſi ingratus fuerit uxori, vel eam ſine juſta cauſa è domo expulerit, aut ipſi de opportunis alimentis non providerit, vel matrimonii onera non ſubſtinuerit, aut uxorem parturientem, vel peſte laborantem aufugerit, ut apud Theodor. *quæſt. benefic. p. 2. cap. 115. n. 13. & 14.* 4

Atque hoc caſu etiam advertendum eſt, quòd ſi ſequuta fuerit reconciliatio, ac damni illati refectio, non eſt excludendus ex capite inimicitiæ, aut damni illati, ac ingratitudinis is, qui aliàs præferendus eſſet, niſi tamen per condemnationem, & damni refectionem etiam ſequutam, adhuc reconciliatio non poſſit dici ſequuta, ut latè Rendell. *de jur. protomiſ.* 5

verb.

verb. ſine venditoris voluntate per tot. ſignanter num. 4.
6 *& 7. fol. mihi* 188. *&* 189. *ubi etiam num.* 3. *verſ. ſi verè*, notat, quòd ſi conſanguineus offenſus denunciavit offenſori ſuo, quòd volebat vendere ad effectum, ut eligeret, an vellet præferri, cenſeatur ex voluntate venditoris, quamvis inimici quis admiſſus ad tale beneficium, quod intelligendum puto, ſi aliàs determinato animo, & ſcienter quis denunciet, quoniam eo caſu cenſetur injuriam remittere, & inducatur tacita reconciliatio, ſecùs ſi quis ignoranter motus fuit
7 ad denunciandum, quia tunc verius eſt, quòd non ex hoc cenſeatur admiſſus inimicus, aut ingratus ad prælationem, cùm enim ſtante inimicitia res eſſet à prælatione exempta, meritò non remanſit ſubjecta ex erronea denunciatione, ut dictum eſt *in quæſt.* 4. *numer.* 2. *& ſeqq.*

Si autem lex movetur ad prælationem concedendam
8 vicino, conſorti, aut alteri, non ex motivo conſanguinitatis, aut congruitatis, ſed ad effectum evitandi rixas, contentiones, ſcandala, ex capite publicæ utilitatis, vel neceſſitatis, aut ut decor Civitatis ſequatur, vel ut res uniantur, atque ob ſimiles cauſas, & eo caſu diſtinguendum eſt; Si enim quæritur, an quis privetur prælationis jure ob inimicitias, injurias, & ſimiles actus hoſtiles extrinſecos ab actu ipſo venditionis, & negativè reſpondendum eſt, quoniam dum lex non tribuit tale jus ob perſonales, ſed ob reales qualitates, & movetur ex alia cauſa, quàm ex ſimplici indulgentia, & intentione favendi perſonæ illius, cui debetur prælatio, & ipſius legis motivum adhuc ſubſiſtit etiam inimicitiis contractis, meritò non debet ceſſare legis diſpoſitio, juxta Text. *in l. illud* 32. *ff. ad leg. Aquil.* & conſonant, quæ adducentur in Voto Eminentiſs. Cardinalis Bonviſi apud Mell. in add. ad Caſtill. *de alim. deciſ.* 16. *n.* 42. *ad* 46. *& n.* 34. *& ſeqq.*

Si autem quæratur, an privetur ex facto proprio ob circumſtantias in ipſo actu venditionis, & ad effectum
9 prælationem habendi concurrentes, putà, quia quis per vim, & metum minatus fuerit prælationem velle, aut quis ad æmulationem parat præferri, & tunc dicendum eſt, prælationis jura privari, ut notat Alciat. *reſp.* 67. *ſub numer.* 10. *ultra med. verſ. decimo quia probatum extitit, & numer.* 6. *circa fin. verſ. unde*, Gratian. *diſcept.* 745. *n.* 35. *& ſeqq.* Urſell. *concluſ.* 62. *numer.* 19. *verſ. quòd tamen*, Merlin. *deciſ.* 437. *nu.* 30. *& ſeqq.*

Simile etiam habemus de eo, qui fraudulenter, & injuſtè litigando impedivit per machinas emptorem
10 utilis dominii aſſequi licentiam, & conſenſum Domini directi, & interim obtinuit à domino directo venditionem dominii directi, cujus vigore petit præferri, quòd privetur jure prælationem habendi, notat Cyriac. *contr.* 253. *per tot.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. cap.* 112. *numer.* 41. *fol. mihi* 24. *tom.* 2. quorum ſententiam admittendam cenſeo, ſi de tali animo machinandi conſtet, quia aliàs hoc eſſet prudens conſilium.

Animadvertendum tamen exiſtimo, quòd ſi probetur inimicitias eſſe exortas ex parte venditoris, eumdemque fuiſſe cauſam inimicitiæ, vel injuriis affeciſſe prælationem petentem, tunc non privatur præ-
11 lationis jura, quoniam iſto modo inimicitia, quæ proceſſit ex culpa venditoris ei prodeſſet, contra Text. *in l. cum tabulis*, §. 1. ubi Bart. *ff. de his quib. ut indign.* Roman. *ſingul.* 199. Ruin. *conſ.* 5. *num.* 4. *lib.* 5. Decian. *reſp.* 18. *num.* 145. *lib.* 1. & latè Cyriac. *contr.*
12 527. *num.* 21. *& ſeqq.* ubi ait, quòd vir non privatur lucro dotali, ſi mala tractamenta, ac alienatio uxoris à viro, proceſſerint ex culpa ipſius uxoris, & Roſen-
13 tal. *de feud. cap.* 10. *concl.* 17. *num.* 31. *& ſeqq.* ubi latè probat quòd inimicitiæ ortæ inter Dominum, & Vaſſallum, eum non privent feudo, ſi proceſſerint ex culpa Domini, non autem Vaſſalli.

Sed an excommunicatus privetur prælationis jure, reſpondendum eſt, quòd quouſque ligatus eſt cenſura, non poſſit agere pro prælatione obtinenda, ne- 14
que teneatur eum venditor requirere, *cap. intelleximus de Iudic. cap. ſignificaverunt de except. cap. decernimus de ſent. excommun. in* 6. & latè Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 281. niſi durante adhuc 15
tempore pro prælatione obtinenda concello quis ſit abſolutus, tunc enim, & requirendus eſt, & prælationem petere poteſt, non enim per excommunicationem quis privatur prælationis jure, ſed tantùm à Judicio repellitur, ejuſque actionem intentare nequit, proindeque ſecuta abſolutione tollitur obſtaculum, quod repellebat eum à Judicio.

An autem Judæus privatus exiſtat hoc jure prælationem petendi, Regula eſt negativa, niſi res ſit Religioſa, 16
vel talis, ut eadem Judæi non ſint capaces; aut lex, ſive ſtatutum prælationem tribuat ſub aliqua conditione, quam nequeat Judæus adimplere, aliàs enim non prohibentur Judæi rem à Chriſtiano venditam retrahere, & è contra, ut plenè tuetur Rendell. *de jur. pretemiſ. in rubric. n.* 23. *uſque ad fin.* Gratian. *diſcept.* 658. *nu.* 29. *in fin. & ſeq.* Urſell. *concluſ.* 62. *n.* 53. *ante verſic. animadvertendo*, Marquard. *de Iuda. cap.* 2. *part.* 2. *n.* 6. Surd. *de alimen. tit.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 77. *& ſeq.* & planiſſimè Gratian. *diſcept.* 842. *n.* 30. *uſque ad fin.* Eminentiſs. de Luca *de ſervit. diſc.* 70. *n.* 3. *& ſeqq.*

QUÆSTIO XXX.

Miſcellanea.

SUMMARIUM.

1 *Prælationis Ius competit pluribus in ſolidum.*
2 *Actio prælationis continet obligationem* rem tradi, *quæ eſt individua.*
3 *Ius accreſcendi, vel non decreſcendi, datur in jure prælationis, quando competit pluribus.*
4 *Prælationis Ius non competit pluribus in ſolidum, ſi Cauſa, propter quam eſt datum, non reſpicit totam rem, ſed partem rei.*
5 *Evictâ re vendita, non competit amplius prælatio.*
Evictione ſequuta, venditio non judicatur perfecta, & habetur ac ſi nunquam eſſet facta.
6 *Evictione ſequuta, tunc non competit prælatio, quando evictio evenit propter prætenſiones, quas quis habebat contra venditorem ante venditionem, ſecus ſi eveniat propter prætenſiones, quas quis habebat contra emptorem.*
7 *Prælatio non poteſt exerceri re perempta.*
Prælatio competit in area, quæ re perempta remanſit.
8 *Prælatio non competit, quando res Emphyteutica fuit vendita Domino directo, vel uſusfructus fuit venditus proprietario, vel ſervitus fuit vendita Domino fundi dominantis, quia propter conſolidationem, talia jura dicuntur extincta.*
9 *Contrarium, & verius defendunt alii.*
10 *Uſusfructus, aut ſervitus vendita Domino, tunc dicitur extincta, quando Dominus acquiſivit irrevocabiliter, ſecus ſi revocabiliter.*
11 *Uſufructuarius, ſi emat proprietatem, veniente prælationem petente, & retrahente proprietatem, remanet adhuc uſufructuarius prout prius erat.*
12 *Conductor prædii, ſi illud emat durante conductione, obtenta prælatione à vicino, vel Agnato, adhuc eſt conductor, nec ejus conductio reſolvitur.*
13 *Locationi factæ à venditore tunc demum ſtare tenetur prælationem obtinens, ſi conductor pro obſervantia conductionis haberet rem hypothecatam.*
14 *Alii tenuerunt, quòd prælationem obtinens non teneatur ſtare locationi, nec teneatur ad damnum, & intereſſe ſub prætextu non adimpletæ locationis.*

15 *Alii*

15 *Alii defendunt, quòd ſive adſit hypotheca pro obſervantia conductionis, ſive non teneatur prælationem petens ſtare locationi in omni caſu, quo illi ſtare tenebatur emptor.*

16 Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 10. nu. 35. & ſeq. *declaratur.*

17 Dec. Mantic. 63. *declaratur, & defenditur à contrariis.*

18 *Locationi facta ab emptore tenetur ſtare prælationem petens, ſed contrarium defenditur, n. 21.*

19 *Locationi ſtare tenetur qui ſuccedit non ex voluntate Auctoris ſui, ſed neceſſitate legis.*

20 *Locationi interim factæ ab emptore ſtare tenetur rediimens rem vigore pacti de retrovendendo.*

22 *Locationi ſtare non tenetur Dominus directus obtinens prælationem, ſive ſit facta ab Emphyteuta vendente, ſive ab emptore.*

Amplia etiam exiſtente hypotheca pro obſervantia contractus.

Amplia ſecundò, ut nec teneatur Dominus ad damna, & intereſſe.

23 *Conventus actione prælationis, non liberatur præſtando intereſſe.*

24 *Monaſterio non competit prælatio ex perſona Profeſſi.*

25 *Limita, quando prælatio data eſſet propter qualitates reales, & ratione rei, quæ ex perſona Profeſſi tranſlata eſſet in Monaſterium.*

26 *Officialis, & Iudex, qui in loco ſuæ Iuriſdictionis non poteſt rem emere, poteſt prælationem petere in re vendita aliis.*

Tutor poteſt liberè prælationem petere in re vendita à minore.

27 *Sequeſter, penes quem reperitur res ſequeſtrata, poteſt prælationem petere, quæ data ſit à lege ratione rei ſequeſtratæ.*

28 *Contrarium tanquam verius defenditur.*

Sequeſter, penes quem reperitur res ſequeſtrata, an habeat Ius eligendi, vel præſentandi, ibi vide.

29 *Sequeſter, non poteſt pretium ex fructibus rei ſequeſtratæ retractum in bonis ſtabilibus inveſtire, ſed illud ſub ſequeſtro retinere debet.*

30 *Compromittenda eſt cauſa prælationis, & retractus exiſtente ſtatuto, quòd lites inter affines, vel conſanguineos compromittantur.*

31 *Prælatio non competit in re minimi momenti vendita, contrarium tamen defenditur n. 35.*

Minor poteſt res modica donare ſine ſolemnitatibus.

32 *Eccleſia poteſt res modici valoris ſine ſolemnitatibus alienare.*

33 *Statutum generaliter loquens, non comprehendit res modicas, vel cauſas minimas.*

34 *Statutum prohibens alienationem in forenſes, non habet locum in alienante domunculas, vel parvas res.*

36 *Captivi, & abſentes Ius prælationis habere poſſunt.*

37 *Procurator conſtitutus ad negotia, poteſt Ius prælationis petere pro ſuo Principali captivo, vel abſente.*

Et tali Procuratore non exiſtente, poteſt prælationem pro eis petere amicus, vel conſanguineus, contrarium tamen defenditur, n. 39. & ſeqq.

38 *Uxor poteſt prælationem petere pro marito captivo, vel abſente, contrarium numeris ſeqq. defenditur.*

39 *Curator datus abſenti, poteſt pro ipſo prælationem petere, contrarium tamen defenditur, nu. 40. & ſeqq.*

40 *Curator datus abſenti, poteſt ſolùm eas actiones movere, quæ brevi tempore perituræ ſunt.*

41 *Curator datus bonis, non poteſt actionem movere, quæ reſpiciat proprietatem, nec poteſt emere, nec vendere.*

42 Text. in l. cùm furioſus 7. §. ſin autem, C. de Curat. furioſ. *declaratur.*

Curator datus abſenti, vel furioſo, poteſt agnoſcere, & petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas.

43 *Amplia, ut bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas poſſit etiam agnoſcere Procurator Generalis, & quilibet conſanguineus.*

44 Text. in l. 3. § dari autem, & §. hæreditatis, ff. de bonor. poſſeſſ. *explicatur.*

Bonorum poſſeſſio non eſt remedium reale, & factum reſpiciens, ſed eſt quædam acquiſitio Iuris, propter quod poſtea petitione hæreditatis agere, vel hæreditatem adire poſſumus.

45 *Curator datus abſenti, non poteſt intentare condictionem,* l. hac ædictali, C. de ſecund. nupt. *nec conqueri de injuria facta à matre filio abſenti.*

Amplia, ut nec talem condictionem, l. hac ædictali, *poſſit intentare Monaſterium, quando mater reliquit plus ſecundo viro, quàm filio Monacho, & idem dicas de hæredibus extraneis ab inteſtato ſuccedentibus.*

46 *Tempus datum pro prælatione petenda, vel non currit abſenti, & captivo, vel iſtis datur reſtitutio in integrum, vel comparente Curatore dato abſenti, & declarante velle præferri, perpetuatur actio uſque ad 30. annos.*

47 *Tutor, qui habet Ius prælationis in re vendita eodem modo, quo illud habet pupillus, poteſt præferri pro ſua rata, & pro alia rata tenetur prælationem petere pro pupillo, ſi res ſit dividua.*

48 *Si verò ſit individua, tunc poteſt prævenire, & præoccupare pro ſe, & præferri in tota re.*

Tutor eveniente incendio, vel ruina, ſi habeat rem ſuam, quæ ſit æquè pretioſa, ac illa pupilli, & non poteſt niſi unam rem conſervare, licitè poteſt conſervare rem propriam, & amittere illam pupilli.

49 *Pupillus in caſu, quo Tutor fuerit negligens in petendo prælationem, habet optionem agendi contra Tutorem ad damna, & intereſſe, vel reſtitutionem in integrum petendi.*

50 *Abſenti ex cauſa Reipub. vel ex cauſa neceſſaria, aut non currit tempus ad petendam prælationem datum, vel ipſi datur reſtitutio in integrum.*

51 *Carceratus poteſt prælationem petere per Procuratorem ſpecialem.*

Deportatus, vel relegatus, non privatur Iure prælationis.

52 *Bannitus perpetuus non poteſt petere prælationem.*

53 *Declara id procedere quando vult prælationem petere vigore ſtatuti illius loci à quo fuit bannitus, ſecus ſi intendat præferri vigore Iuris communis.*

Et quid in bannito ab Imperatore, vel Papa, ibi vide.

54 *Prælationis ius exerceri non poteſt in re addita ab emptore fundo empto, ſi commodè ſeparari poſſit à fundo prædicto.*

55 *Emptor reſtituere tenetur abſque ulla refuſione pretii, prælationem petenti, omne id, quod accrevit rei emptæ ratione Dominii ipſius rei, vel ratione conſolidationis.*

56 *Et omne id, quod ipſe emptor uſucepit, vel præſcripſit ultra fines venditos.*

57 *Emptor, qui poſt emptionem mediante pretio addidit aliquam rem fundo empto, quæ commodè ſeparari non poteſt non tenetur eam rem additam reſtituere prælationem petenti, niſi refuſo pretio.*

58 *Emptor, qui mediante ceſſione acquiſivit uſumfructum venientem prælationem petente, poteſt retinere commoditatem uſusfructus ſibi ceſſi.*

59 *Pater legitimus Adminiſtrator bonorum filii poteſt ejus nomine prælationem petere.*

60 *Declara id procedere, quando filius eſt Infans, ſecus quando talis non eſt.*

Pater

Pater non poteſt adire hæreditatem pra filio, qui non ſit infans,
Limita, quando diù poſſediſſet rem hæreditariam nomine filii.
61 *Remotior, an poſſit petere prælationem ſub conditione quando proximior, in gradu durante termino non vult declarare, ibi vide.*
62 *Prælatio non competit, ſi emptor ſtatim poſtquam emit, foro ceſſit, contrarium tamen defenditur, num. 63.*
Emptio facta à proximè decoctura eſt invalida.
64 *Decocto, an competat prælatio, ibi vide.*

VAtias quæſtiones in tractatu relictas ſub hac unica Miſcellanea complectendo, quærendum eſt
1 primò, an Jus prælationis competat pluribus in ſolidum, & competere affirmat Caſtr. *conſ.* 221. *num* 2. *verſ. ſimiliter non obſtat, lib.* 1. Tiraquall. *de retract. lignag.* §. 11. *gloſ.* 11. *numer.* 1. Surd. *conſ.* 415. *numer.* 6. *circa fin* Boet. *deciſ.* 251. *col.* 3. *verſ. cum ſit quid individuum*, Alciat. *in l.* 4. §. *Cato numer.* 66. *verſ. & idem*, *& numer.* 68. *verſ. item fallit, ff. de verb. oblig.* Hartman, Piſtor. *quaſt. Iur. lib.* 2. *part.* 1. *quaſt.* 7. *num.* 21. *&* 30. Bellon. *de jur. accreſc. part.* 1. *cap.* 6. *quaſt.* 33. *n.* 70. *& ſeqq.* Muta *deciſ.* 85. *num* 5. *& ſeqq* Berlich. *concluſ. jur part.* 2. *concluſ.* 39. *num.* 36. Card. da Luca *de ſervit. diſc.* 75. *n.* 4. & ratio eſt evidans; Cùm enim prælationis actio contineat obligationem *rem tradi*, quæ aſt individua, jus quoque ax aa reſultana dabet cenſeri individuum,
2 & proindè ad omnes in ſolidum ſpectare dabet, juxta theoricam Bartol. *in l. cui uſusfructus* 30. *num.* 4. *ff. de uſufruct. legat.*

Sad hoc ita demom procedit, quando unus tantùm ex pluribus, qui jus prælationis habent, agit, & cæteri, vel renuncient, vel non compareant, quòd ſi alii quoque compareant, vel poſtquam unus totam rem obtinuit, inſtent pro eorum portione admitti, abſque ullo dubio poſſunt, & tenetur is, qui prælationem obtinuit portionem aliis petentibus, & venientibus intra tempus ſtatutum relaxare, nam unus tantùm non poteſt totam rem obtinere, niſi pejus accreſcendi, vel decreſcendi, quòd ceſſat aliis
3 concurrentibus, ut defendunt Caſtr. Alciat. Surd. & alii præcitati, nec non Mura *dicta deciſ.* 85. *nu.* 6. *verſ. quòd confirmatur*, Berlicb. *d. concluſ.* 39. *nu.* 36. *&* 37. Bellon. *dicta quaſt.* 33. *num.* 77. *& pluribus ſeqq.* Rumm. in add. ad Afflict. *fol. mihi* 91. *in addit. ad nu.* 96. *verſ. item pone.* Boer. *d. deciſ.* 251. Gratian. *diſc.* 330. *n.* 1. *& ſeq.* Maſtrill. *deciſ.* 21. *numer.* 1. *&* 9. Carpan. *ad Stat. Mediol. part.* 1. *cap.* 419. *numer.* 1. *& ſeqq.*

Pront quoque non competit tala jur in ſolidum ſu-
4 per tota re cuilibet, ſi prælationis jus, quod quiſque habet ſit datum propter aliquam cauſam, quæ tantùm partem rei reſpiciat, ut diximus *in quaſt.* 13. *num.* 18. *& ſeqq.*

Quærendum ſecundò, an perfecta venditione, & interim evicta re vandita, competat amplius præla-
5 tio, & negativè reſpondent Afflict. *de jur. protomiſ.* §. 5. *num.* 12. Urſill. ad eumdem *deciſ.* 38. *numer.* 6. Donad. *de renunc. tom.* 2. *cap.* 26. *numer.* 47. *& ſeqq.* Carpan. *ad Statut Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *numer.* 453. Rumm. in addit. ad Afflict. *de jur, protomiſ. ad* 7. *notab. ad verſ. ſed juxta prædicta per tot. fol. mihi* 221. & ratio eſt evidens, quia ex cauſa evictionis, venditio non judicatur perfecta, & habetur, ac ſi nunquam eſſet facta, juxta Text. *in l. quod evincitur, ff. de regul. jur.* quod tamen verum eſt, ſi res evincatur propter prætenſiones ante venditionem perfactam alii competentes, quòd ſi res evincatur propter prætenſionem, quam quis babet contra emptorem vel quia alius primus emptor evincat rem tanquam ſibi prius venditam, tunc prælatio competit, nam ſtatim perfecto contractu, acquiſivit prælationem petens actionem in rem ſcriptam, cujus vigore præferri debet aliis, qui propter Jura, quæ habebant contra emptorem, rem evincere prætendunt, ut præcitati ſupponant, & eſt indubitatum.

Quærendum tertiò, an prælatio habeat locum re perampta, & quidem dicendum eſt, quòd ſi res in to- 7
tum perempta ſit, prælatio non competat, ſi verò remanſerit area, in ipſa area prælationis jus exerceri poſſit, ut per plura probat Tiraquell. *de retract. lignag. ad finem tituli n.* 72. Carpan. *Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417 *n.* 226. cum aliis, quos adducimus *in quaſt.* 22. *nu.* 60. *& ſeqq.*

Sed quid ſi res, vel jus, quod venditur, ex ipſo contractu venditionis extinctus remaneat? quæſtio 8
quidem eſt ſolamnis, Nam Bald. *conſ.* 300. *numer.* 5. *lib.* 1. ponens caſum de re emphyteutica vendita Domino directo, putavit, quòd conſanguineus in tali vanditione prælationem petens repellatur, ex quo per venditionem emphyteuſis factam domino, remanſit extincta, & conſolidata emphyteuſis cum domino directo, & ſic prælationi non obnoxia, ac ſi res perempta fuerit, ſequitur Tiraq. *de retract. lignag.* §. *primo, gloſ.* 3. *num.* 3. *& gloſ.* 7. *numer.* 60. ubi de uſufructu vendito proprietario, & de ſervitute vendita Domino fundi Dominantis, *& gloſ.* 14. *numer.* 121. *circa finem*. Ferron. *ad conſuet. Burdig. tit. de retract.* §. 26. *verſ. ſed tamen*, Maſtrill. *dec.* 15. *n.* 6. *in fin. & ſeqq.*

E contra verò ipſemet Ferron. *ad conſuet. Burdig. tit. de retract.* §. 28. & Tiraquall. *de retract. lignag. d.* §. 1. *gloſ.* 14. *numer.* 112. *&* 113. expreſsè probant, quòd facta venditione rei emphyteuticæ Domini di- 9
recto, prælatio competat conſanguineis, qui vigore ſtatuti veniunt; Et quidem hæc opinio melius fundata videtur; Quoniam, ut anima advertit Tiraquall. non dubitamus, quòd ſicuti concurrente Domino directo prælationem petente, & aliis, quibus competit prælatio, ſemper Dominus directus ſit præferendus, unde multò magis emendo poterit alios repellere, & in hoc ſenſu loquitur Bald. Quando autem, aut vigore ſtatuti, conſuetudinis, aut alterius juris, conſanguinei, vel ii, ad quos ſpectat prælatio, Domino præferuntur, tunc emente Domino, non poteſt eos repellere.

Nec obſtat exceptio Conſolidationis, tunc enim obſtaret, quando Dominus irrevocabiliter acquiſiviſſet, ſed cùm acquiſiverit revocabiliter, ideſt quouſ- 10
que non compareant, nec prælationem obtineant ii, ad quod de jure ſpectat, meritò non dicitur Conſolidata emphyteuſis, nec ſervitus, aut uſusfructus, extinctus, ſed tantùm ſuppreſſus, & dormiens, quouſque ſcilicet non ſit res ablata ab eo, qui prælationem prætendit, ut notat ipſe Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 20. *gloſ.* 1. *numer.* 4. & Marcabrun. *conſ.* 29. *à numer.* 19. *uſque ad fin. maximè nu.* 211. *& ſeqq.* Surd. *deciſ.* 266. & animadvertit Maſtrill. *dicta deciſ.* 15. *n.* 11. *& ſeqq.* & diximus *in q.* 16. *& in q.* 28. *n.* 13. quæ tamen accipienda ſunt, cum ſuppoſito, quod in uſufructu, & ſervitute vendita competat prælatio, de quo videas *in quaſt.* 16. *num.* 26. *& ſeqq.*

Hinc etiam dicimus, quòd ſi proprietas ematur ab uſufructuario, non impeditur, quis prælationam ha- 11
bere, & obtenta prælatione uſusfructus non perditur, ſed reviviſcit, & remanebit penes uſufructuarium, ut per plura probat Tiraquall *dictu gloſ.* 7. *numer.* 64. *ad* 73. ubi limitat, quando uſufructuarius emiſſet contra prohibitionem Statuti, & ait, quòd tunc perdatur uſusfructus, ſequitur Carpan. *ad Stat. Mediol. part.* 1. *dict. cap.* 417. *numer.* 459. *& ſeqq.* Cancer. *var. lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 309. qui idem concludunt, ſi Conductor prædii, illud emat durante conductione, concludentes, quòd obtenta prælatione ſuper illa re, non reſolvitur conductio, ſed 12
durat,

durat, niſi tamen hæc conductio fuerit facta in fraudem, juxta caſum quem pooit Tiraquell. *dicta gloſſ.* 7. *num.* 74. *& pluribus ſeqq.* apud quem plures conjecturæ fraudis in hoc ſpeciali caſu videri poterunt.

Quærendum quartò, an prælationem petens teneatur ſtare locationi, & plures caſus diſtinguendi ſunt; Primus eſt, quando res fuit locata ab ipſo venditore
13 antequam venderet, & tunc aliqui putant, quod
eatenus teneatur prælationem petens ſtare locationi, quatenus conductor pro obſervantia conductionis habeat rem hypothecatam, ut probat Cenc. *de Cenſib. quæſt.* 66. *numer.* 18. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 35. *in fin. & num.* 36. Duard. *de cenſib.* §. 9. *quæſt.* 18 *num.* 2.

Alii verò crediderunt, quod prælationem petens
14 poſſit conductorem, & Colonum expellere, quodque
non teneatur ad damna, & intereſſe ſub prætextu implementi locationis non ſequuti, ut videre eſt apud Mantic. *deciſ.* 63. *per tot.* Adden. ad Buratt. *deciſ.* 106. *num.* 25. *litera B. in fin.* Reverendiſſ. Antonell. *de tempor. legal. lib* 1. *cap.* 39. *num.* 51.

Alii verò defendunt, quod ſemper, & indiſtinctè
15 prælationem petens teneatur ſtare locationi, quotieſ-
cumque illam tenebatur ſervare emptor, ut probat Tiraquell *de retract. lignag.* §. 1. *dicta gloſſ.* 7. *num.* 73. Carpan. *ad Stat. Medielan. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 449. *& ſeqq.* Cancer. *dicto cap.* 3. *num.* 309. Scapucin. *de ſingul. ſucceſſor. ampl.* 20. *numer.* 1. *&* 6. D. Pacion *de locat. cap.* 61. *numer.* 66. *& ſeqq.* Et quidem hæc opinio eſt verior. Cùm enim is, qui præferri vult, debeat obſervare ea omnia, ad quæ emptor ex lege contractus tenetur, nec plus Juris ipſo emptore habere valeat, ut probavimus in tota quæſt. 5. Meritò in omni caſu, in quo emptor tenebatur ſtare locationi, ipſe quoque ſtare tenetur, ſive adſit hypotheca, ſive non pro obſervantia contra-
16 ctus. Unde quamvis Mantic. aliique præcitati conclu-
dant, quod exiſtente hypotheca, teneatur prælationem petens ſtare locationi, id tamen affirmant, non ad excludendos alios caſus, in quibus etiam non exiſtente hypotheca, emptor tenetur obſervare locationem, ſed ad indicandum, quod ſicuti exiſtente hypotheca indiſtinctè emptor locationi ſtare tenetur, idem quoque in dicto caſu facere debet prælationem obtinens.

Nec obſtat deciſ. Mantic. 63. Quoniam loquitur
17 in terminis Gregorianæ, quæ propter ornatum Urbis
mandat non ſolùm dominos expelli poſſe eos cogendo ad vendendum, ſed etiam ad effectum ædificandi in venditione voluntaria prælationem concedit. Cùm autem ratio finalis Conſtitutionis ſit ornatus Urbis, & Bulla præcisè obliget retrahentes ad ædificandum, abſque dubio ex ipſamet legis intentione deducitur, quod prælationem petens poſſit expellere inquilinos, qui Domi exiſtentes, impedirent ædificium de novo pernecesſè faciendum, imò ſicuti Bulla mandavit expelli poſſe Dominos, eo magis credendum eſt mandaſſe potuiſſe expelli Inquilinos, ut deducitur ex ipſa deciſ. Mantic. & non obſcurè probat D. Pacion. *dicto cap.* 61. *numer.* 67. qui licèt *numer.* 68. credat contra ſenſum dictæ deciſionis teneri retrahentem erga Inquilinum ad intereſſe ex quo ratione hypothecæ quam idem habebat pro obſervantia conductionis, res fuit minoris vendita, tamen non crederem recedendum eſſe à dicta deciſione Mantic. Non enim poteſt teneri ad intereſſe, qui jure permittente expellit conductorem, nec minus ratione hypothecæ poteſt cenſeri res minoris vendita, niſi id conſtaret expreſsè, cùm vigore legis hypotheca ipſa ad hunc effectum nullius ſit conſiderationis.

18 Secundus caſus eſt, ſi fuit res locata ab emptore, & tunc Scapuccin. *de ſingul. ſucceſſor. dicta ampl.* 20. *numer.* 2. *verſic. quod multò magis, & ſeq* acriter defendit, quod prælationem obtinens, tali locationi ſtare non tenetur. E contra verò Carpan. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 417. *numer.* 449. *& ſeq.* D. Pacion. *dicto cap.* 61. *numer* 69. *&* 71. contrarium defendit, & movetur ex duabus præcipuè rationibus. Primò, quia locatio eſt facta ab emptore, qui interim eſt Dominus, & prælationem petens reſpectu emptoris eſt de ſucceſſoribus, in quos fit translatio ex neceſſitate per legem inducta, quando autem quis ſit ſucceſſor non ex voluntate aucto-
ris, ſed ex neceſſitate legis, locationi ſtare tenetur, 19
Jaſ. *in l. divortio in princip. num.* 32. *ff. ſolut. matrim.* Tiraquell. *de retract. Convent.* §. 3. *gloſſ.* 1. *num.* 15. Mantic. *de tacit. lib* 5. *tit.* 10. *num.* 10. *& ſeqq.* Peregrin. *de fideic. art.* 40 *num.* 100. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 14. *nu.* 35. Mareſc. *reſol. lib.* 1. *cap.* 18. *ſub num.* 4.

Secundò, quia prælationem obtinens, vel retra-
hens vigore ſtatuti, aut legis, æquiparatur in omni- 20
bus, & per omnia redimenti vigore pacti, ut notat Tiraquell. *de retract. Convent* §. 5. *gloſſ. unic. nu.* 14. Sicuti igitur redimens vigore pacti tenetur ſtare locationi interim factæ ab emptore, Bald. *in l.* 1. *in fin. Cod. de jur. fiſc. lib.* 10. Mantic. *dicto tit.* 10. *num.* 14. *& ſeqq.* Mareſcott. *d. cap.* 18. *num.* 8. Ciarlin. *contr.* 93. *num.* 10. Rot. coram Pæn. *deciſ.* 18. ita quoque locationem obſervare tenetur prælationem obtinens.

Verùm opinio Scapuccin. verior omninò videtur,
cùm enim petita, & obtenta prælatione, hypothe- 21
cæ, & cætera onera medio tempore per emptorem contracti reſolvantur, Franc. *deciſ.* 226. Ricc. *collect.* 1527. *verſ. tertio in fortiori*, Tiraquell. *de retract. Convent.* §. 3. *gloſſ. unic. num.* 10. *& ſeqq.* Carpan. *ad Statm. Mediol. part.* 1. *dicto cap.* 417. *num* 448. Card de Luca *de ſervit. diſc.* 12. *num.* 4. & alii apud eoſdem, meritò reſoluta quoque remanſit locatio facta ab emptore, qui non potuit ullum onus ſuper re, quam emit in præjudicium prælationem habentis imponere.

Rationes autem in contrarium adductæ, quamvis in ſuis caſibus ſint veræ non tamen applicantur; Prima enim tollitur ex quo prælationem petens non eſt ſucceſſor emptoris, ſed venditoris, dum obtenta prælatione, tollitur de medio emptor, ac ſi nunquam emiſſet, & in ejus locum ſubrogatur prælationem obtinens, ut diximus *in quæſt.* 5. *n.* 1. *& ſeqq.* Secunda autem non ſatisfacit non ſolùm quia maxima adeſt differentia inter prælationem petentem, & redimentem vigore pacti, ut diximus *in q.* 1. *n.* 4. *& ſeqq.* ſed etiam quia ratio propter quam redimens vigore pacti tenetur ſtare locationi, ea eſt, quia tacitè ab initio conſenſit, ut emptor cum pacto redimendi rem locaret, dum eum Dominum fecit abſque ulla locationis prohibitione, ut Mantic. & alii præcitati fatentur, Quæ ratio non applicatur huic caſui, in quo prælationem petens, nullum conſenſum, neque tacitum, neque expreſſum dare potuit, nec Dominum conſtituit emptorem.

Tertius caſus eſt quando obtinet prælationem Do-
minus directus rei feudalis, ſeu emphyteuticæ, & 22
tunc indubitatum eſt apud omnes, quod ipſe nullo modo teneatur ſtare locationi, quodque rem liberam, & exemptam ab omni obligatione, & onere, ſive ab emphyteuta venditore, ſive ab emptore impoſito, obtinere debet, ad text. *in l. vectigali, ff. de pignor.* Guidopap. *deciſ.* 171. *&* 175. *num.* 3. Franc. *deciſ.* 226. *num.* 3. Cavalc. *deciſ.* 8. *num.* 35. *part.* 4. Boer. *deciſ.* 181. *num.* 2. *& ſeqq.* Ricc. *d. collect.* 1537. *poſt med. verſ. tertio in fortiori*, Hodiern. *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 27. *&* 36. Capyc. Galeot. *contr. lib.* 2. *contr.* 46. *nu.* 48. *&* 88. Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 13. *n.* 35. *& ſeq.* & optimè Cachet in *deciſ.* 156. *per totam ſignanter à n.* 9. *uſque ad fin.* ubi quod non tenetur hoc caſu Dominus ad obſervantiam loca-

tionis quamvis, emphyteuta ſe obligaſſet cum hypotheca ad obſervandum contractum abſque eò quòd agere valeat conductor contra Dominum pro damnis, & intereſſe, ſequitur D. Pacionus *d. cap.* 61. *n.* 72. & videnda ſunt quæ dixi in dicta *q.* 5. *num.* 71. *& ſeqq.*

Quærendum quintò, an conventus hac actione poſſit præſtando intereſſe liberari, & fatendum eſt non
23 poſſe, ſed omninò tenetur ad rem tradendam, dum hæc actio non eſt perſonalis ſimpliciter, ſed in rem ſcripta, & perſequitur rem, ac quemlibet poſſeſſorem, ut diximus in *q.* 3. *num.* 1. *& ſeqq.* & optimè probat Rovit. *deciſ.* 24. *num.* 29.

Quærendum ſextò, an Monaſterio competat prælatio ex perſona Profeſſi, & non competere, affirmant
24 Anton. Gomez. *ad l.* 7. *&* 70. *Tauri n.* 9. Molin. *de contract. diſput.* 370. *§. dubium deinde fol. mihi* 511. *in fin.* qui moventur, ex quo licèt illi, qui ſunt Novitii, nec ſunt Profeſſi poſſint ſibi acquirere, ac obtinere prælationem, tamen Profeſſus pro ſe prælationem obtinere non poteſt, ſed eam obtinere deberet pro Monaſterio, quod fieri in hac materia non permittitur; Quorum Doctrinam admittendam crederem ſolum eo caſu, in quo prælatio data ſit perſonæ pro-
25 pter conſanguinitatem, velut res majorum in familia conſervetur; Si enim data eſſet a lege propter qualitatem realem, puta propter vicinitatem, Dominium directum, & ſimilia, tunc tranſlata re à perſona Profeſſi in Monaſterium, vel ſuccedente in ea re Monaſterio, abſque dubio poſſet illud Prælationem petere, ut plenè dictum eſt in *quæſt.* 10. *numer.* 7. *& pluribus ſeqq.*

Quærendum ſeptimò, an Judex, vel Officialis, qui non poteſt in loco ſuæ Juriſdictionis rem ſtabilem emere, Tutor, vel Curator, qui res minorum emere liberè non poſſunt, poſſint prælationem in re
26 vendita aliis petere, ſi de Jure tale Jus habeant, & poſſe, affirmant Anton. Gomez. *ad dict. leg.* 7. *Taur. num.* 12. Molin. *de contract. d. diſput.* 370. *§. dubium ulterius fol. mihi* 512. Et ratio eſt evidens, nam tales perſonæ non ſunt hoc caſu principales emptores, nec de pretio, pactis, & conditionibus convenerunt, ſed tantum loco emptorum ſubrogantur, conſtituto prius pretio, confecto Inſtrumento, & ſtabilitis pactis inter eos in quibus nulla cadere poteſt ſiniſtra ſuſpicio, aut concuſſionis præſumptio; Unde ceſſat ratio legis, quæ prohibuit prædictis perſonis in certis caſibus emere.

Quærendum octavò, an ſequeſter penes quem reperitur res ſequeſtrata valeat prælationem petere, &
27 pro affirmativa urget, quod is in bonis ſequeſtratis habet omnem præeminentiam, Juriſdictionem, & poteſtatem, quæ vero Domino competit, adeout poſſit eligere præſentare Vaſſallum, & Emphyteutam Inveſtire laudemium exigere, & cætera facere nomine Domini, quæ ipſe verus Dominus poſſet, ut probat Rot. *deciſ.* 5. *de electionib. in antiq.* Veſtr. *in prax. lib.* 7. *cap.* 2. *numer.* 2. & in ſpecie id probare videtur Nigr. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 30. *n.* 85. *ad* 89.

Contraria tamen opinio potius arridet. Quidquid enim ſit an ſequeſter habeat jus eligendi, & præ-
28 ſentandi cùm contrarium defendat Ceval. *com. contra com. quæſt.* 140. Cened. *practicabil. quæſt.* 10. *num.* 4. id tamen poteſt contingere, quia electio, & præſentatio ſunt fructus Patronatus, & Beneficii, ac proinde cùm adminiſtratio fructuum ad ſequeſtrem ſpectat, poterit ipſe eligere, & præſentare, ut notat Felin. *in cap. Bertoldus numer.* 29. *verſ. ad illud de re judic.* nec non inveſtire Vaſſallum, vel Emphyteutam, cùm iſta jura ſint fructus Juriſdictionis, & Dominii directi, ut notat Gig. *de penſ. quæſt.* 72. *num.* 2. *& ſeqq.* Cæterum cùm ſequeſter ſit merus Cuſtos, & Depoſitarius fructuum, & cuſtodiæ tantum cauſa rem detineat, *cap.* 1. *ubi gloſſ. verb. ſequeſter de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* poteſt ea omnia facere in re ſequeſtrata, & illius fructibus, quę diligens Paterfamilias in 29
re propria Cuſtodiæ cauſa facere poſſet, non autem excedere limites, & proinde non poteſt pretium, ex fructibus retractum in bonis ſtabilibus, vel mobilibus inveſtire, ſed illud ſub ſequeſtro retinere, notat Veſtr. *dicto lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 4. Nigr. *de laudem. dicto tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 6. *num.* 24. *& ſeqq.* & multò minus prælationem petere, & obtinere, ad quam obtinendam, requiritur ſpecialis Domini declaratio, & ſpeciale mandatum, nec ſufficit mandatum cum libera, vel illud datum à lege, ut dictum eſt in *quæſt.* 8. *num.* 1. *& ſeqq. & num.* 20. *& ſeqq. & per tot.*

Quærendum nonò, an cauſa retractus, & prælationis compromitti debeat exiſtente ſtatuto, quòd om- 30
nea controverſiæ inter conſanguineos compromittantur, & affirmativam ſubſtinere videtur Donad. *de renunc. tom.* 2. *q.* 26. *n.* 41. *&* 42.

Quærendum decimò, an prælatio competat vendita re minimi momenti, & quamvis ſatis probabiliter ſubſtineri poſſit, quod non detur ex quo de modicis 31
nulla cura eſſe debeat, ad Text. *in l. ſcio* 4. *ff. de reſtit. in integ. & l. ſi oleum, ff. de dol.* unde dicimus quod minor poſſit res modicas donare, Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 13. *num.* 21. *& ſeqq.* & Eccleſia poſſit res modici valoris ſine ſolemnitatibus alienare, ad 32
Text. *in Can. terrulas* 12. *quæſt.* 2. ubi Canoniſtæ communiter, Cravet. *conſ.* 162. *num.* 15. Sic quoque dicimus, quod lex, vel ſtatutum generaliter loquens, non comprehendit res modicas, vel cauſas minimas, Iaſ. 33
in l. ſciendum num. 13. *& ſeqq. ff. qui ſatiſdar. cogant.* Leo *deciſ. Valent.* 113. *num.* 9. *lib.* 1. Novar. *de elect. for. quæſt.* 62. *num.* 7. *verſic. nam reſpondetur*, adeout ſtatutum alienationem prohibens in forenſes non habeat locum in alienante Domunculas, vel parvas res, 34
Rom. *ſingul.* 334. Maſcard. *de Statut. concluſ.* 5. *num.* 50. 60. *& ſeqq.* Novar. *dicta quæſt.* 62. *num.* 8 Giurb. *ad conſuet. Meſſan. part.* 1. *cap.* 16. *gloſſ.* 1. *nu.* 14. *verſ. ſic ſtatutum*, Ioſeph Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 85. *numer.* 10. Surd. *de aliment. tit.* 6. *dicta quæſtion.* 13. *num.* 23.

Tamen in contrarium eſt veritas, prout in ſpecie 35
defendit Alberic. *in l. per fundum, ff. de ſervit. Ruſtic. præd.* Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 28. *art.* 5. *num.* 26. *& ſeqq. fol. mihi* 441. & ratio eſt evidens, non ſolum quia exiſtente lege, quę Indiſtinctè jus prælationis concedat, hic legis rigor eſt ſervandus in venditione cujuſcumque rei, ſive modicæ, ſive magnæ, ut conſiderat Niger. *ubi ſupra*; Verùm etiam quia etiam in re minima poteſt cadere magna commoditas, vel affectio ſpecialis, vel rixarum extinctio, vel prædiorum onio, aut alia ratio, propter quam lex moveatur ad prælationem concedendam, ad tradita per Caſtil. *deciſ.* 194. *n.* 50.

Quærendum undecimò, an abſentes, & exiſtentes 36
in captivitate jus prælationis habere poſſint, & poſſe indubitatum eſt, ut notat Afflict. *de jur. protomiſ. in* 5. *notab.* Rendel. *de jur. protomiſ. §. in primis, verb. in captivitate fol. mihi* 158. ubi refert. Gloſſam Ant. Caput. qui id extendit etiam exiſtentes apud hoſtes.

Sed quinam poſſit pro abſente, & captivo præla- 37
tionem petere, controverſum admodum eſt. Etenim Rendell. *ubi ſupra*, ait, quod Procurator ab ipſis conſtitutus ad negotia, poſſit tale Ius petere, quodque ipſi denuncianda ſi venditio; Quod ſi non adſit talis Procurator, tunc Anton. Caput. *ad dict. Conſtit. Sancimus de jur. protomiſ. in Gloſſ. Procuratores nu.* 1. apud. eundem Rendel. *fol. mihi* 178. & Bald. ibidem, defendunt, quod denunciatio per Bannimenta facienda ſit, ut inde aliquis amicus, vel conſanguineus poſſit prelationem petere pro captivo, quod facere poteſt.

E contra verò Carpan. *ad Stat. Mediol. part.* 2. *cap.*

Digitized by Google

cap. 417. *num.* 783. *& ſeqq.* auctoritate Tiraq. *de retract. lignag.* §. 9. *gloſſ.* 1. *per totam*, defendit, quòd ſuf-
38 ficiat denunciationem fieri uxori, & ſi uxor deficiat, vicinis, vel apud Judicem.

Alibi verò idem Caput. *ad dict. Conſtit. Sancimus, in gloſſ. Tutores num.* 1. apud eundem Rendel. *fol. mihi*
39 178. tenetur, quod Curatori dato abſenti talis denunciatio facienda eſt, quodque ipſe Curator, poteſt prælationem petere, & obtinere.

Nulla tamen ex prædictis opinionibus ſatisfacit; Quòd enim amici, & conſanguinei poſſint prælationem petere, falſum eſt, ut probavimus in *quæſt.* 8. *numer.* 33. *& ſeq. & per totam*; Quod autem uxor prælationem petere poſſit pro viro abſente, pariter eſt falſum juxta ea, quæ diximus in *quæſt.* 4. *nu.* 10. *& ſeqq.*

Quòd verò Curator datus abſenti, poſſit tale jus petere, non eſt tutum; Etenim talis Curator, non
40 eſt datus perſonæ prout eſt Tutor, ſed eſt datus bonis abſentis; qui habet in Jure tam arctam poteſtatem, ut aliqui DD. ei ſolum tribuerint, poſſe conſervare, & benè adminiſtrare bona, abſque eò quod valeat ullam actionem movere, aliqui verò tanquam merum, & nudum adminiſtratorem, & Depoſitarium, eundem conſideraverint, aliqui tandem magis communiter crediderint poſſe ſolum eas actiones movere, quæ brevi tempore perituræ eſſent, non autem illas, pro quarum extinctione tempus conſiderabile, vel longum requiritur, ut nòtat Angel. *in l.* 2. *num.* 2. *ſignanter in verſ. tu potes dicere, ff. de Curat. bon. dand. & conſ.* 193. *ſub numer.* 2. *verſ. quandoque autem datur, & ſeqq.* Dec. *conſ.* 575. *num.* 3. *verſ. & officium*, Alex. *conſ.* 4. *num.* 3. *&* 4 *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *caſu* 150. *num.* 31. Theſaur. *quæſt. Forenſ. lib.* 4 *quæſt.* 65. *num.* 2. *verſic. datus autem*, &
41 ſicuti curator datus bonis, non poteſt actionem movere, quæ reſpiciat proprietatem, nec poteſt vendere, nec emere, juxta Text. *in l. ab Agnato, ff. de Curat. furioſ. & prodig. &c.* & plenè Baet. *de decim. tutor. cap.* 16. *numer.* 15. Salgad. *in Labyrint. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 44. *& ſeqq.* ita quoque nec talis Curator datus abſenti iſta facere poteſt, quia iſte aſſimilatur Curatori dato bonis, ut ſubjungit Menoch. *ubi ſupra num.* 30. *in fine.*

Non obſtat Text. *in l. cum furioſus* 7. *§. ſin autem,*
42 *C. de Curator. furioſ.* ubi ſancitur, quòd poſſit Curator datus furioſo, & ſic bonis furioſi agnoſcere, & petere bonorum poſſeſſionem propter hæreditatem furioſo delatam, unde Soccin. Iun. *conſ.* 26. *per tot. lib.* 2. Craſſ. *in §. bonorum poſſeſſio q.* 5. *nu.* 14. tenuerunt, quod poſſit Curator datus abſenti, quoque petere, & obtinere bonorum poſſeſſionem ſecundum Tabulas; Quoniam ſi benè advertatur, iſta concluſio non obſtat, quippè bonorum poſſeſſio peti poteſt etiam à Procuratore generali, & à conſanguineis, qui licèt non poſſint adire hæreditatem, nec alias actiones experiri, quæ præcipuè dependent à mera decla-
43 ratione Domini, tamen bonorum poſſeſſionem Domino delatam poſſunt agnoſcere, & petere, ut probat Corn. *in l. Infantis n.* 9. *verſ. ſed imò nulla videtur eſſe ſpecialitas, & ſeq. C. qui admit.* Cagnol. *in rub. C. eod. tit. n.* 237. *verſ. quintus caſus, & n.* 139. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 150. *nu.* 30. *&* 31. Soccin. Jun. *d. conſ.* 26. *n.* 7. Craſſ. *d. q.* 5. *n.* 15. & eſt Text. *in l.* 3. *§ dari autem, ff. de bonor. poſſeſſ.* ubi Ulpian. ait: *adquirere bonorum poſſeſſionem quis poteſt, vel per ſemetipſum, vel per alium, quod ſi me non mandante bonorum poſſeſſio mihi petita ſit. tunc competet, cùm ratum habuero id, quod actum eſt.*

Et ratio eſt ipſa, quam idem Ulpian. *in d. l.* 3. *§. hæreditatis*, adducit, nempè. *quod bonorum poſſeſſio,*
44 *non uti rerum poſſeſſio accipienda eſt, nam juris magis, quàm corporis poſſeſſio eſt*, & ſic non eſt Inſtrumentum agendi, nec actio realis, ſed acquiſitio quædam juris, propter quod poſtea petitione hæreditatis agere, vel hæreditatem adire poſſumus, ut ſubtiliter probat gloſſ. *ibid. verb. jus perſequendi*, unde nil mirum, ſi quilibet nomine alieno poſſit eam petere, & ſignanter Curator datus abſenti, quia non adit hæreditatem, nec incommutabiliter acquirit, ut Cagnol. & cæteri præclari concludunt, ſed tantum jus agendi, & adeundi conſequitur ad effectum, ut Dominus, & abſens illud tranſmittat in quoſcumque etiam extraneos, ut prædicti DD. affirmant, & ſignanter Craſſ. *d. q.* 5. *n.* 14. ubi quod petente Curatore, tranſmittit abſens abſque ratificatione, quod privilegium abſque dubio eſſet ridiculum, ſi petita à Curatore bonorum poſſeſſione, cenſeretur adita hæreditas, & acquirerentur bona, non autem ſimplex jus agendi, tunc enim non eſſet tractandum de tranſmiſſione, ſed de ſucceſſione in bonis jam factis de proprio patrimonio abſentis.

Et per prædicta obtinuit in una Albanen. Succeſſio- 45
nis anno tranſacto coram R. P. D. Marcello de Aſte Prælato ſtudioſiſſimo, quod Curator deputatus abſenti, non poterat intentare condictionem *l. hac edictali, Cod. de ſecund. nupt.* querelando relictum factum à Matre, quæ reliquit plus ſecundo viro, quàm filio abſenti, cùm enim de hoc conqueri non poſſit niſi filius, & dependeat à mera ejus facultate, & voluntate, non poterat Curator id facere, cùm neque Monaſterium conqueri poſſit de tali injuria facta Monacho, Bertran. *in d. l. hac edictali nu.* 40. *&* 41. Rot. *dec.* 223. *n.* 12. *junctis num. antec. p.* 5. *rec.* neque hæredes extranei ab inteſtato ſuccedentes, Rot. *dec.* 326. *n.* 6. *ad* 9. *part.* 10. *rec.*

Nec replicetur, quod hæc actio ſit brevi tempore
duratura, dum facta denunciatione, quam poſſe, & 46
debere fieri Curatori non dubitarem, ſpatio duorum menſium præſcribitur jus prælationem petendi, ut diximus in *quæſt.* 24. Nam reſponderi poteſt, vel quod comparente, & denunciante Curatore venditori, quod intendit preferri pro abſente prout facere debet, perpetuetur actio uſque ad 30. annos, ut diximus in *d. q.* 24. *n.* 46. vel quod abſenti ſemper datur reſtitutio in integrum, vel quod tale tempus ei non currat, ut in *d. q.* 24. *n.* 38. *& ſeqq.* plenè probatum eſt, & probat Caput. *in d. gloſ. Procuratore nu.* 4. apud. Rend. *dict. fol.* 178.

Quærendum duodecimò, an Tutor, vel Curator, qui eſt vicinus, vel habet prælationis jus in re vendita
eodem modo, quo illud habet pupillus, vel minor, 47
teneatur potius prælationem petere pro pupillo Tutorio nomine, vel pro ſemetipſo; Et quidem, ſi res recipiat commodam diviſionem clarum eſt, quod Tutor poſſit pro ſua rata prælationem petere proprio nomine, & pro alia rata teneatur prælationem obtinere pro pupillo, & ſi aliud fecerit, poterit ſemper cogi à pupillo ad reſtitutionem illius ratæ, niſi pupillus haberet pecuniam in promptu, vel pupillaris pecunia collocari non poſſit in illa emptione, ut notat Rendel. *de jur. protom. §. in primis verb. reſarcient num.* 1. *uſque ad fin. fol. mihi* 174. *& ſeq.*

Si verò res ſit individua, tunc in ſpecie non inveni Doctorem hanc quæſtionem tractantem; ſed arguendo à ſimili, crederem, quod Tutor poſſit præoccupare, & ita rem prælationis titulo pro ſe obtinere, juxta Gloſſ. *in l. ſi ut certo* 5. *verſ. proinde, verb. ſalvas facere, ff. Commodat.* quæ notat, quod ſi res pupilli, & Tutoris ſit æquè pretioſa, & Tutor non
poſſit conſervare niſi unam rem ab incendio, vel 48
ruina valeat ipſe præferre rem propriam, illamque conſervare, ſequitur Bartol. *in l. Tutor* 13. *§. non eſt n.* 2. *ff. de admin. & peric. Tutor.* ubi quod non eſt Tutor in culpa, ſi in pari cauſa utilitatem propriam præferat utilitati pupilli, ne alias officium ſuum ſibi ſit damnoſum, Rom. *ſing.* 705. *n.* 2. *verſ. ſecundo limita*, quem ſequitur Caſſan. *ad conſuet. Burg. tit. de liberis*

rubr. 6. §. in Text. Maintenir. num. 3. verſ. iſtud ta-
men, fol. mihi 1036. Cavalc. de Tutor. n. 114. & 379.
qui benè id probat; Unde eſt, quod dum Tutor lici-
tè poteſt nomine proprio prævenire, & rem emere, ſi
ſimpliciter præveniat, non expreſſo nomine Tutorio
nec proprio, intelligitur præveniſſe nomine proprio,
ut benè ex auctoritate Bart. probat Mantic. de tacit.
lib. 6. tit. 17. n. 10.

Sed dato, quòd tutor, vel curator, ſit negligens
49 in petendo prælationem, quæ utilis erat Pupillo,
quæritur an pupillus agere debeat, & poſſit contra
Tutorem, an valeat petere reſtitutionem in integrum,
& quamvis aliqui defendant, quod tunc demum Mi-
nor reſtituatur in integrum, ſi tutor ſolvendo non
ſit, ut videre eſt apud Carpan. ad ſtat. Mediol. part. 1.
cap. 417. n. 821. & ſeq. adhuc tamen verior opinio
eſt, quod hoc caſu detur optio Minori, vel agendi
contra Tutorem ad damna, & intereſſe, vel reſtitu-
tionem in integrum petendi, ut probat Rendell. d.
§. in primis, verb. quidquid incommodi num. 1. & ſeqq.
fol. mihi 175. & melius Anton. Caput. in gloſſ. & ſi ne-
glexerint, apud eundem Rendel. fol. mihi 181. num. 3.
Benedell. in §. licet num. 1. Rumm. in addit. ad Af-
flict. §. 2. ad not. 10. num. 3. fol. mihi 128. & in addit.
ad verſic. ſed juxta hoc quæro fol. mihi 130. & dictum
eſt in quæſt. 24. n. 26. & ſeqq.

Quærendum decimotertiò, an abſenti ex cauſa Rei-
50 pub. currat tempus datum pro prælatione petenda.
& verius eſt, quod vel non currat, vel ſaltem ipſi
danda ſit reſtitutio in integrum, ut probat Rendell.
in d. §. in primis, verb. abſens cauſa Reipub. cum gloſſ.
Ant. Caput. fol. mihi 160. Rumm. in addit. ad Afflict.
de jur. protomiſ. §. 2. notab. 7. num. 1. & ſeqq. fol. mi-
hi 117. qui id extendit ad quamlibet abſentiam neceſ-
ſariam.

Quærendum decimoquartò, an prælationis jus
51 competat deportato, bannito, & carcerato, & qui-
dem carceratus abſque dubio per procuratorem ſpe-
cialem poteſt comparere, & tale jus petere, ut pro-
bat Rumm. in addit. ad Afflict. in §. not. num. 1. fol.
mihi 125. deportatus autem, & relegatus, pariter per
procuratorem ſpecialem admittitur, nec excluditur
ab hoc jure, ut notat Tiraquel. de retract. lignag. §.
1. gloſſ. 9. numer. 27. & 28. Rendel. de jur. protomiſ.
d. §. in primis num. 1. & 2 fol. mihi 159. banniti tan-
52 dem tale jus non habent, quia non poſſunt agere,
nec ſunt capaces actibus civilibus ſive judicialibus, ut
notat Benedel. de jur. protomiſ. §. verum ſi numer. 42.
Rumm. in addit. ad Afflict. §. 2. in 6. not. num. 13. &
14. fol. mihi 117. Carpan. ad Statut. Mediol. part. 1.
cap. 417. num. 191. & ſeq. ubi tamen id intelligit in
bannito perpetuo, Magon. deciſ. Florent. 26. num. 19.
& ſeq. & num. 45. verſ. quia hæc exceptio, & ſeqq.
ubi etiam tractat quæſtionem, an ſi bannitus hoc me-
dio tempore fuerit reſtitutus in gratiam à Principe,
recuperet tale jus.

Alii verò diſtinguunt, credentes bannitos privatos
53 eſſe juribus, & beneficiis municipalibus dicti loci, à
quo banniuntur, non autem beneficiis de jure com-
muni competentibus, & propterea concludunt, quod
ſi prælatio debeatur vigore ſtatuti illius loci, à quo
quis bannitus fuit, excludatur, ſi verò de jure com-
muni admittatur, ut probat Tiraquel. d. §. 1. gloſſ.
9. numer. 27. & ſeq. Rendel. in d. §. in primis, verb.
in exilium miſſus numer. 4. fol. mihi 160. Cephal.
conſ. 324. numer. 17 lib. 3. Peregrin. de jur. fiſc.
lib. 3. tit. 7. numer. 18. & ſeqq. & numer. 35.
verſ. extra iſtos caſus & ſeqq & nu. 25. & ſeqq.
ubi etiam contra Tiraquel. reſolvit idem procede-
re in bannito ab Imperatore, qui licèt amittat be-
neficia etiam juris civilis in Terris Imperatori ſub-
ditis, tamen extra illas dicta privilegia non perdit,
& addit idem procedere in bannito cum publica-
tione bonorum, qui privilegia juris civilis acquiſita,
tranſmittit in fiſcum, de quo tamen vide in quæſt. 10.

Quærendum decimoquintò, an prælationis jus
exerceri valeat in re addita fundo emptor; Et diſtin- 54
guendi ſunt plures caſus, primus eſt, ſi res ſit addi-
ta ab emptore, & per ſe ſubſiſtere poſſit, ac com-
modè ſeparari à fundo empto, & tunc indubitatum
eſt ſuper ea non competere jus prælationis, ut no-
tat Ferret. ad conſtit. Catalon. gloſſ. 2. nu. 76. & ſeqq.
& diximus in quæſt. 60. in 1. caſu. Secundus caſus
eſt, quando res quæ acceſſit, vel accrevit, non fuit
addita ab emptore, ſed acceſſit per commiſſum, &
tranſlata fuit in emptorem utì Dominum rei, puta 55
quia ceſſavit interim uſusfructus reſervatus favore
tertii, vel aliqua prædiola emphyteutica conſolida-
ta fuerunt cum proprietate propter extinctam line-
am, vel propter commiſſum, vel aliquid additum
fuit rei emptæ per alluvionem, & tunc, quamvis
per Text. in leg. uſufructu legato, ff. de uſufr. & leg.
cum manifeſtiſſimi, §. ſed cum in ſecundum, Cod. de
furt. videatur dicendum, tale augumentum rei ſpe-
ctare ad emptorem, ad quem etiam ſpectaſſet detri-
mentum, ut diximus in quæſt. 4. numer. 36. & ſeqq.
& in hac quæſt. ſupra quæſit. 3. Adhuc tamen potius
arridet opinio Tiraquel. de retract. lignag. ad finem
titul. à num. 106. ad 115. & de retract. convent. pari-
ter ad fin. tit. num. 89. & num. 92. & ſeqq. Moline.
ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 179. & ſeqq. Car-
pan. ad Statut. Mediol. part. 1. cap. 417. num. 345. &
ſeqq. nempè quod emptor hæc omnia reſtituere tene-
atur prælationem petenti abſque ulla refuſione pre-
tii, ſi nullum expoſuit pretium emptor in acquiſitione
harum rerum, & ratio eſt evidens, cùm enim obtenta
prælatione reſolvatur emptio, ac ſi nunquam facta
fuiſſet, ut dictum eſt in quæſt. 5. num. 2. merito re-
ſoluta emptione, emptor tenetur reddere redhibenti
jura perpetua, quæ titulo dominii ipſius emptionis
aſſequutus eſt, juxta Text. in l. bovem, §. ſi quis ſer-
vum, ff. de edilit. edict.

Nec relevat, quòd ſi res pereat, damnum ſit em-
ptoris, & tamen juxta prædictam rationem deberet
eſſe prælationem petentis, quia, aut damnum con-
ſiſtit in deterioratione rei, & tunc ſi deterioratio con-
tingat ſine culpa, & facto emptoris, ſpectat ad præ-
lationem petentem, ut dictum eſt in quæſt. 27. num.
46. & ſeqq. ſi verò conſiſtat in peremptione rei, &
tunc ſpectat ad emptorem, eo quia non poteſt cogi
prælationem petens ad emendam rem, quæ amplius
non extat in rerum natura; Unde ſicuti deterioratio
ſine culpa emptoris pertinet ad prælationem peten-
tem, ita etiam melioratio contingens ex natura rei
ſine ullo facto emptoris, non ad eundem, ſed ad 56
prælationem petentem ſpectare debet, & idem dicen-
dum eſt de eo, quod emptor uſucepit vel præſcripſit
ultra fines venditos, dum diſputabatur cum agnato
retrahere volente, ut ex Tiraquel. notat Carpan. ubi
ſupra num. 350.

Tertius caſus eſt, quando emptor pecunia expo-
ſita, emit rem, quæ commodè ſeparari non poteſt, 57
& tunc non tenetur eam rem reſtituere prælationem
petenti, niſi refuſo pretio, ut notat Moline. d. §. 30.
numer. 179. & ſeqq. Tiraquel. de retract. lignag. ad
fin. titul. num. 113. Carpan. d. cap. 417. numer. 352.
ſed de hoc recurrendum eſt ad qu. 13. per tot. & d.
q. 60. per tot.

Quartus caſus eſt, quando emptor acquiſivit uſum- 58
fructum mediante emptione, vel ceſſione ab uſufru-
ctuario ipſi facta, & tunc veniente prælationem
petente, poterit retinere commoditatem uſusfructus,
quouſque illa durabit in perſona cedentis, ut notat
Molinè. & Tiraq. ubi ſupra, & dictum eſt ſupra quæſit. 2.

Quærendum decimoſextò, an pater legitimus admi-
niſtrator bonorum filii, poſſit ejus nomine præla- 59
tionem petere, & poſſe tenuit Rendel. de Jur. protomiſ.
dict. §. in primis, verb. quidquid incommodi num. 4.

Boer.

Boer. *ad Conſuet. Bituric. tit. de retract. §. 1. in fin.* quod quidem verum exiſtimo, quoties filius eſt infans, ſecus ſi talis non ſit, cùm enim ad prælationem obti-
60 nendam requiratur deliberatio, & declaratio animi, quæ per adminiſtratorem bonorum fieri non poteſt, ut diximus in tota *quæſt.* 8. ideò voluntatem, & animum filii, qui non ſit infans, non poteſt Pater declarare, ut dicimus in aditione hæreditatis, quæ dependet ex deliberatione, & declaratione animi, quæ licèt poſſit fieri à patre pro filio infante, tamen ſi filius non ſit infans, fieri nequit, ut probat Bald. *conſil.* 273. *num.* 8. *in princ. lib.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 44. *n.* 54. Rot. coram Amat. Dunozet. *deciſ.* 326. *num.* 10. *in fin. & ſeq.* niſi pater diu poſſediſſet, quia tunc eatenus cenſetur adiviſſe, quatenus per longævam poſſeſſionem lex præſumit in aditione conſenſum filii, ut per Text *in l. qui in aliena* 6. *§. ſed & ſi, ff. de acquir. heredit.* optimè explicat Rot. *deciſ.* 335. *num.* 4. *& 5. part.* 17. *recent.*

Quærendum decimoſeptimò, an ſi proximior in gradu ante elapſum terminum datum pro prælatione
61 petenda declarare nolit, poſſit remotior prælationem petere ſub conditione, ſi proximior præferri nolit, & videndos relinquo Gomez. *ad l.* 7. *Taur. numer.* 21. Molin. *diſput.* 370. *§. utrum autem de contractib. fol. mihi* 512.

Quærendum decimooctavò, an prælatio competat, ſi ſtatim emptor poſtquam emit decoxerit, & foro
62 cedat, & videtur prima facie negativè reſpondendum, cùm enim ex temporis brevitate & eventu ſubſequenti, præſumptio ſit illum tempore emptionis habuiſſe animum fallendi venditorem, redditur venditio invalida, nec jus aliquod in emptorem cenſetur translatum, juxta theoricam Angel. *in l. ſi cum dotem* 23. *§. cum mulier, ff. ſolut. matrim.* quem ſequitur Alex *ibidem n.* 3. Bald. *conſ.* 400. *lib.* 1. Niger. *de laudem. lib.* 1. *quæſt.* 21. *n.* 85. *& ſeqq.* Exiſtente itaque venditione nulla, prælatio dari non debet, ut dictum eſt in *quæſt.* 16. *num.* 102. *& ſeqq.*

In contrarium tamen eſt veritas, quia dum veniente prælationem petente tollitur de medio emptor, nec
63 fallitur venditor, ex quo prælationem petens, ipſi ſolvere debet pretium conventum, proinde conqueri non poteſt venditor recipiendo quæ recepturus erat ab emptore fallito, ut in ſpecie probat Niger. *de laudem. tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 2. *à numer.* 22. *ad fin. ſignanter numer.* 29. *fol. mihi* 142. *& ſeq.*

Sed an decocto competat prælatio, videndus eſt
64 Franc Rocc. *de decoct. not.* 53. *num.* 161. & quod diximus in *q.* 10. *num.* 13. *& ſeqq.*

QUÆSTIO XXXI.

De prælatione, quæ datur Domino directo in alienatione rei emphyteuticæ.

SUMMARIUM.

1 *Dominus directus in venditione rei Emphyteutica omnibus aliis præfertur.*
2 *Emphyteuta præfertur quando Dominus vendere vult alteri Dominium directum.*
3 *Contrarium tamen defenditur.*
4 *Emphyteuta non præfertur quando Dominus directus vult vendere alteri Cenſus ſive Canonis Jus.*
5 *Prælatio non competit in venditione fundi, illi qui ſuper dicto fundo ex diſpoſitionem teſtatoris habet reſponſionem annuam.*
6 *Dominus directus non præfertur, quando Emphyteuta vult imponere ſuper re Emphyteutica ſervitutem.*
Amplia ut nec præferatur, quando Emphyteuta rem Emphyteuticam pignorat.
7 *Dominus directus non præfertur, quando Emphyteuta vendit ſolum melioramenta, retento pro ſe Dominio utili.*
8 *Contrarium tamen defenditur, & num.* 9.
10 *Emphyteuta non poteſt vendere Dominium utile ſeparatum cum requiſitione Domini, & melioramenta pariter ſeparata ſine Domini requiſitione.*
11 Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtitut *rejicitur.*
12 *Dominium utile, non ſolum in melioramentis, ſed etiam in toto fundo Emphyteutico ſpectat ad Emphyteutam.*
13 *Emphyteuſi finita ſine ulla culpa Emphyteuta, melioramenta, atque illorum æſtimatio, Emphyteuta ejuſque heredibus reſtituenda eſt.*
14 *Melioramenta facta in fundo Emphyteutico, ejuſdem juris exiſtimantur ac fundus ipſe Emphyteuticus.*
15 *Emphyteuta fiſci, Principis, vel Reipub. poteſt alienare irrequiſito Domino, nec eum tenetur præferre. Contrarium tamen probatur num.* 18. *& ſeqq.*
16 *Inveſtitura recepta à Principe, vel Fiſco, transfert Dominium in Emphyteutam, qui ad nil aliud tenetur, quàm ad ſolutionem Canonis.*
17 *Fiſcus, & Princeps, habent actionem perſonalem contra Emptorem rei Emphyteuticæ per ſolutione Canonis, ſive conſentiat alienationi, ſive non.*
18 Text. in l. 2. Cod. ne rei Domin. vel templor. &c. *explicatur.*
19 *Evictione ſequuta, datur actio pro reſtitutione pretii Emptoris, quamvis Emptor ſciverit rem eſſe alienam, quando tamen venditor promiſit, & aſſeruit rem eſſe liberam.*
20 Text. in leg. 1. Cod. de fund. patrim. lib. 11. *declaratur.*
Emphyteuta fiſci, poteſt liberè donare ſine conſenſu Domini rem Emphyteuticam.
21 *Declara, nam antequam tradat poſſeſſionem rei donata, tenetur requirere conſenſum fiſci.*
22 Lucas de Penn. in l. 1. num. 2. Cod. de fund. patrim. lib. 11. *refutatur.*
23 *Emphyteuta fiſci, vel Principis, antiquitus dicebatur impropriè Emphyteuta, ſed verè poſſeſſor, & in ipſum transferebatur Dominium rei ſub Canone conceſſæ.*
24 *Emphyteuta Eccleſiæ, & Reipub. tenetur requirere in venditione Eccleſiam, illamque præferre.*
25 *Amplia etiam in caſu, in quo Eccleſia recognoſcitur tanquam Domina directa ſine ulla ſolutione Canonis.*
26 *Eccleſia quæ habet rem in Emphyteuſim ab alia Eccleſia non poteſt eam alienare ſine conſenſu alterius Eccleſiæ Dominæ directæ.*
27 *Dominus directus præfertur etiam in alienatione rei Emphyteuticæ facta ſine ejus conſenſu.*
28 *Dominus directus prælationem petens in re nulliter alienata ſine ejus conſenſu ratificare dicitur venditionem, & ſanare nullitatem.*
29 *Prælatio, quæ datur Domino directo in re Emphyteutica, producit eumdem effectum, quem producit devolutio.*
30 *Hypotheca, ſervitus aut aliud onus impoſitum ſuper re Emphyteutica, reſolvitur obtenta per Dominum prælatione.*
31 *Emphyteuta non poteſt alienare irrequiſito Domino, & tenetur eum præferre, quamvis adſit ſtatutum, alienationem Emphyteutæ permittens.*
32 *Domino directo prælatio competit, etiam exiſtente ſtatuto, per quod liceat creditoribus accipere poſſeſſionem feudi debitoris illudque vendere.*
33 *Emphyteuta, poteſt ſine conſenſu Domini alienare, quando Emphyteuſis fuit conceſſa pro ſe, & omnibus, quibus concedere voluerit, cum clauſula* ad habendum, & vendendum, *appoſita in diſpoſitivis.*

 M 3 34 Do-

34 *Declara, nam licet Emphyteuta dicto caſu non teneatur requirere Dominum ad effectum, ut eum præferat aliis, tenetur tamen eum requirere, ad effectum ut novum Emptorem in poſſeſſionem inducat.*

35 *Dominus directus habet prælationem, etiam quando ſtatutum, vel conſuetudo ſimpliciter alienationem permittat etiam ſine conſenſu, & requiſitione Domini.*

36 *Contrarium tanquam verius defenditur.*

37 *Prælationis jus dicitur ſublatum, quoties per pactum, vel conſuetudinem Emptor non tenetur ullum requirere, nec ullius conſenſum obtinere.*

38 Bald. in cap. 1. §. Porro, qualiter olim feud. poter. alien. *declaratur.*

39 *Alienatione permiſſa ſine conſenſu Domini, non cenſetur ſublata requiſitio, & conſenſus Agnatorum, qui in alienatione ſeudi debet præferri, & è contra.*

40 *Emphyteuta, ſi requiſivit Dominum in caſu, quo ipſi non competebat prælatio, non cenſetur eum requiſiviſſe ad effectum ut ille præferatur, ſed ad effectum, ut recognoſcat, an Emptor ſit de probibus.*

41 *Dominus directus non præfertur in venditione rei Emphyteuticæ quando laudemium, quod ſolvitur ex conſuetudine Regionis, excedit quinquageſimam partem pretii.*

42 *Contrarium tamen defenditur.*

43 *Colonus, & conductor ad longum tempus, habent Dominium utile, nec poſſunt vendere ſine conſenſu Domini illumque tenentur præferre.*

44 *Contrarium probatur.*

45 *Colonus, & conductor ad longum tempus non poſſunt vendere ſine conſenſu Domini utile Dominium, quod habent, vendendo tamen non tenetur ad ſolutionem laudemii, nec in commiſſum incidunt, ſed tantum venditio nulla declaratur, & numer. 46.*

47 *Limita, quando ex pactis, & circumſtantiis, appareret potius contractum eſſe Emphyteuticum, vel quando ex conſuetudine Regionis fraternizarent inter ſe contractus locationis ad longum tempus, & Emphyteuſis.*

48 Ruin. conſ. 161. num. 30. lib. 1. refutatur.

49 *Libellarius contractus perficitur, quando Vaſſallus, aut Emphyteuta concedit alteri pro certa annua penſione perpetuo, vel uſque ad 30. annos, cum pacto renovandi, prædium feudale, vel Emphyteuticum.*

50 *Vel quando fit venditio interveniente brevi ſcriptura, & certo, vel arbitrario pretio, conſtituta etiam annua penſione in annos ſingulos, cum conditione renovandi.*

51 *Prælatio an, & quando competat in venditione rei libellariæ, ibi vide.*

52 *Prælatio, an & quando competat in alienatione fundi titulo precaria conceſſi.*

53 *Prælatio. an & quando competat, quando quis alienat rem propriam, quam ſuppoſuis Domino directo alterius.*

54 *Dominus directus præfertur in ſubhaſtatione, & datione in ſolutum rei Emphyteuticæ.*

55 *Limita, quando Emphyteuta, nulla alia bona habet præter Emphyteutica ex quibus creditores ſatisfieri poſſint.*

56 *Contrarium tamen eſt verius.*
Pariſ. in addit ad Bartol. in l. fin. circa fin. C. de jur. Emphyt. *declaratur.*

57 *Dominus directus non præfertur in venditione commoditatis fructuum facta ab emphyteuta.*

58 *Dominus directus præfertur, etiam quando Emphyteuta alienat coactus famis inopia, vel egeſtate, vel ut à carceribus, aut ab hoſtium poteſtate liberetur.*

59 *Alii contrarium defendunt.*

60 *Alii verò, concludunt teneri hoc caſu Emphyteutam requirere conſenſum Domini, & ſi Dominus licentiam deneget, credunt, quod poſſit Emphyteuta impune alienare.*

61 *Defenditur ſententia illorum, qui putant hoc caſu Emphyteutam teneri Dominum requirere, & præferre, ſed cum declarationibus de quibus, ibi vide.*

62 *Dominus directus, & non Emphyteuta, præfertur, quando ſubemphyteuta alienat jus, quod habet.*

63 *Sive Emphyteuta ſubemphyteuticaverit ſibi reſervando Canonem, ſive non.*

64 *Si verò cum Emphyteuta non concurrat Dominus directus, vel directus præferri nolit, tunc Emphyteuta, qui ſubemphyteuticavit, prælatione non habet, de quo tamen dubitat auctor.*

65 *Dominus directus in concurſu Emphyteutæ, præfertur in alienatione facta à ſubemphyteuta, etiamſi in inveſtitura emphyteutæ data fuerit licentia alienandi cum clauſula &* quibus dederis.

66 *Dominus directus præfertur in concurſu vicini, agnati, aut alterius cui à ſtatuto prælatio data eſt.*

67 *Nolente tamen Domino præferri, vicinus, & alii, qui vigore ſtatuti præferuntur, requirendi ſunt, & præferri debent.*

68 *Dominus directus non præfertur, quando emphyteuta, qui alteri ſubemphyteuticavit reſervando ſibi majorem Canonem, poſtea vult dictum Canonem extraneo vendere.*

69 *Dominus directus non præfertur in emptione melioramentorum, quæ non ſunt ſolo fixa, & cohærentia, ſed ſunt ſeparata, licèt facta ſint contemplatione Soli.*

70 *Dominus directus præfertur in remiſſione, & retroceſſione pacti de retrovendendo, facta ab emphyteuta, quamvis conſenſerit primæ venditioni factæ vili pretio cum pacto de retrovendendo.*

71 *Contrarium uti verius defenditur.*

72 *Dominus directus præfertur in retrovenditione facta, quamvis conſenſerit venditioni, ſi pactum de retrovendendo fuerit adjectum in alio inſtrumento ex intervallo ſine ullo conſenſu, aut ſcientia ipſius.*

73 *Contrarium defendunt alii, ſed prima opinio verior probatur, ut in num. 74.*

75 *Dominus directus præfertur in venditione alterius partis rei emphyteuticæ, quamvis conſenſerit venditioni alterius partis, cum pacto adjecto in eodem Inſtrumento aliam partem vendendi.*

76 *Contrarium tamen defenditur.*

77 *Dominus directus non præfertur, quando ipſe conſenſit in mandato de vendendo ab emphyteuta facto ſine ulla præſervatione ſui Iuris.*

78 *Dominus directus non præfertur in donatione rei emphyteuticæ.*

79 *Donatarius tamen, antequam poſſeſſionem rei donatæ accipiat ſub pœna caducitatis debet obtinere Domini conſenſum, eique laudemium ſolvere.*

80 *Dominus directus non præfertur in permutatione rei emphyteuticæ, dummodo non ſit facta in fraudem.*

81 *Sed ante poſſeſſionis traditionem, ipſius conſenſus requiritur.*

82 *Domini directi conſenſus, nec ante, non poſtea in actu apprehenſionis poſſeſſionis requiritur, quando emphyteuſis titulo inſtitutionis, alicui relinquitur.*

83 *Emphyteuſis conceſſa certis perſonis, vel ex pacto, & providentia, aut mixta extra dd. perſonas ſine Domini conſenſu legari non poteſt etiam ad pias cauſas.*

84 *Limita quando emphyteuſis fuit conceſſa pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus.*

85 *Declara id procedere quando fuit conceſſa pro hæredibus,*

Digitized by Google

redibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, ſecus contra.

86 *Dominus directus non præfertur in legato rei emphyteutica.*

87 *Dominus directus præfertur in venditione rei emphyteutica facta ex precepto Teſtatoris, qui mandavit pretium retrahendum ex venditione rei emphyteutica distribui in pauperes.*

83 *Dominus directus non præfertur in locatione rei emphyteutica etiam facta ad longum tempus.*

89 *Contrarium tamen exiſtimant alii*

90 *Emphyteuſis poteſt dari in pignus Domino directo.*

91 *Dominus directus præfertur in ſubemphyteuticatione rei emphyteutica.*

92 *Declara id procedere quando emphyteuta animo lucri faciendi, rem ſubemphyteuticat, ſecus ſi animo donandi, vel gratificandi, vel pro parvo Canone rem concedat.*

93 *Dominus directus non præfertur in locatione facta ad longum tempus cum expreſſa reſervatione utilis Dominii.*

94 *Contrarium defendunt alii.*

95 *Prima opinio ſubſtinetur.*

96 *Dominus directus non præfertur in locatione rei emphyteutica facta uſque ad centum annos, quando Conductor non ſolvit pecuniam, ſed certam quotam fructuum.*

97 *Alii defendunt contrarium.*

98 *Dominus directus non præfertur quando emphyteuta alienat coactus auctoritate Principis, aut ſtatuti.*

99 *Dominus directus non præfertur, quando locavit bona feudalia, vel emphyteutica cum facultate data Conductori recipiendi laudemia, ſi contingat, quod antequam Dominus denunciaverit venditori, quod volebat præferri, conductor laudemium recepérit.*

100 *Ceſſionarius Iuris prælationis excluditur quoties, antequam denunciaverit emptori, quod volebat præferri, Dominus directus laudemium recepérit.*

101 *Unus ex pluribus Dominis directis, ſi vendat partem Dominii directi, aliis non præferuntur.*

102 *Superficiarius contractus perficitur, quando Dominus à ſe Dominii Ius non abdicando, alicui concedit in perpetuum, vel ad longum, aut breve tempus ſuperficiem alicujus ſoli, vel eam vendit, aut donat, aut legat, penſione ſibi reſervata, vel nulla.*

103 *Dominus ſuperficiei præfertur, in alienatione ſuperficiei, quando pro ſuperficie ſolvitur penſio, ſecus ſi nulla penſio ſolvatur.*

104 *Et quid in ſuperficiario Eccleſia.*

105 *Superficiarius non præfertur quando Dominus vendit proprietatem, vel Canonis Ius alteri.*

106 *Dominus directus non præfertur in venditione rei emphyteutica, quando ipſe conceſſit rem in emphyteuſim cum pacto francandi, & emptor, qui emit ab emphyteuta, exponit pretium ad effectum francandi rem.*

107 *Dominus directus, qui rem conceſſit in emphyteuſim cum pacto francandi, in concurſu vicini, aut alterius, qui petat præferri, præferendus eſt quotieſcumque non fuit facta francatio.*

108 *Limita quando vicinus intenderet præferri in ipſo contractu conceſſionis emphyteuſis facta cum pacto francandi.*

109 *Obtinens fundus vectigalem à Repub. vel fiſco, præfertur, quando Reſpub. vel fiſcus vendit rem illam, aut jus vectigalis, quod ſolvi debet.*

Text. in l. prima, ff. ſi aget vectigal. *explicatur.*

110 *Contrarium ſcilicet, quod obtinens fundum vectigalem non præferatur in his caſibus tanquam verius defenditur.*

NUlla cadit diſputatio in hac quæſtione, quia
Text. adeſt apertus *in l. fin. Cod. de jur. emphyt.* qui
in alienatione rei emphyteuticæ Dominum directum 1
denunciandum eſſe diſponit, & per ſpatium duorum
menſium expectandum, ut deliberare valeat an ei pro-
ſit emere, & præferri pro eodem pretio, & cum iiſ-
dem pactis ab alio expoſitis; Et cùm materia ſit quo-
tidiana, & innumeri DD. de ea diſſerant, ideo aliquas
quæſtiones ſolùm attingam, quæ pulchriores, & no-
tabiliores mihi videntur.

Et primò quærendum eſt, an è contra emphyteu-
ta in emptione Dominii directi præferatur, & quæ-
ſtio non eſt ſine controverſia, cùm enim emphyteu- 2
ta habeat utile Dominium, & jus in re non videtur
abſonum, quod eidem prælatio competat, ut con-
ſolidetur Dominium utile cum directo, & ſervetur
æqualitas, ut notat Camil. Salernit. *ad Conſuetud.
Neapolis. tit. de jur. congr. in fin.* ubi ita judicatum
teſtatur de Marin. *lib.* 2. *cap.* 171. *numer.* 8. Antonel.
de tempor. legal. lib. 3. *cap.* 7. *numer.* 74. Parlador.
differ. 109. §. 1. *numer.* 7. De Luc. ad Franch. *deciſ.*
17. *num.* 3. Olea *de Ceſſion. jur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *nu-
mer.* 18. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 11. *numer.* 50.
& numer. 51. Amat. *reſol.* 54. *numer.* 22. Oter. *de
paſc. cap.* 30. *num.* 7. Capyc. Latr. *deciſ.* 168. *numer.*
62. Urſel. *concluſ.* 62. *num.* 41. *in fin.* Gratian. *diſcept.*
440. *num.* 3.

Sed contraria opinio eſt verior, cùm enim nulla
lex prælationem emphyteutæ tribuat, neque ullum
argumentum trahere poſſimus *ex dict. lg. fin.* quæ
introducendo favore Domini directi potentius jus 3
habentis, prælationem potius eam negare, quàm
concedere voluit emphyteutæ minus jus habenti, ne
introducta in favorem Domini retorqueretur in ejus
odium, ideò non eſt concedenda prælatio emphy-
teutæ, cui non ſolum lex ulla prælationem non dat,
verum etiam lex ipſa in hoc præjudicare voluit, con-
ſiderando præſertim inter emphyteutam, & Domi-
num inæqualitatem, cùm Dominus ratione Domi-
nii ſuperioritatem quamdam erga emphyteutam ob-
tineat, & emphyteuta cauſam à Domino habeat,
nil mirum igitur ſi Dominus directus præferatur,
emphyteuta verò non, ut notat in ſpecie Specul. *in
§. nunc aliqua numer.* 116. *quæſt.* 93. *de emphyt.* &
ibidem Joan. Andr. in Addit. Imol. *in cap. potuit
column.* 5. *de locat.* ubi etiam Barboſ. *num.* 7 ubi
limitat quando emphyteuta ex venditione à directo
facienda maximum præjudicium, & damnum ſen-
tiet, de quo vide *quæſt.* 32. *quæſit.* 2. & latè Salicet.
in dict. l. fin. num. 12. ubi etiam Jaſ. *numer.* 17. *&
pluribus ſeqq. Cod. de jur. emphyt.* Iſern. *in cap. Impe-
rialem, verſ. nec Dominii de probib. feud. alienat. per
Frideric.* ubi ita judicatum teſtatur Anna *ſingul.* 150.
de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.* 10. §. 1. *num.* 9. Amat.
dict. reſ. 54. *num.* 2. *& ſeqq.* Ciroc. *diſcept.* 69. *num.*
38 Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 2, *numer.* 18. *&* 19.
Capyc. Latr. *d. deciſ.* 168. *num.* 43. Tondut. *reſol.* 91.
num. 1. *&* 2. Marſcian. *diſput.* 63. *num.* 8. *& per tot.*
ubi latè Rota *deciſ.* 347. *in fin. part.* 2. *recent.*

Ex iiſdem etiam rationibus facilè eſt concludere,
quòd ſi Dominus directus velit vendere alteri cen- 4
ſus, ſive canonis jus, Domino utili prælatio non
competat, ut judicatum refert Franch. *deciſ.* 17. *nu.*
8. Viſcont. in addit. ad eumdem pariter *numer.* 8. &
latius de Luc. *num.* 2. *&* 3. qui tamen videtur motiva-
re in contrarium Barbuſ. *in l. dudum, Cod. de contrah.
empt. num.* 8. Anna *dict. ſingul.* 150. Ricc. *collect.
deciſ.* 1537. *verſ. hinc etiam provenit,* Rendel. *de jur.
protom.* § *per emphyteuſim num.* 29. *ſignanter in fin.
fol. mihi* 56. Thor. *in compend. deciſ. Neap. part.*
3. *sect.* 2. *verſ. prælatio an competat Domino ſubal-
terno fol. mihi* 310. *poſt med.* Capyc. Galeot. *contr.*
47. *num.* 38. *&* 39. *tom.* 2. Caſtill. *de uſufruct. cap.*
74. *num.* 44.

Ex quibus etiam inſurgit alia concluſio, quòd ſcilicet, ſi teſtator reliquerit Titio, ejuſque hæredibus certam quantitatem frumenti ſolvendam ſuper
5 fundo Semproniano, hæredis teſtatoris volentes vendere dictum fundum non teneantur præferre Titium, neque ipſius conſenſum exigere, licèt ipſe fundus in quemcumque vadat, obligationi remaneat obnoxius, ut reſpondit Specul. *in §. nunc aliqua num.* 114. *de emphyt.* ubi Jo. Andr. in addit. ad eumdem dicit ita fuiſſe Parma deciſum, ſequitur Jaſ. *in l.* 1. *num.* 45. *verſ. ſeptimo quæro, C. de jur. emphyt.* Albetic. *in d. l. fin. num.* 13. *Cod. eodem*, Corbul. *de cauſ. privat. ob alienationem irrequiſ. Dom. limit.* 42. *per tot.* Nigr. *de laud. quæſt.* 40. *artic.* 10. *per tot. tom.* 1.

Quærendum ſecundò, an ſi emphyteuta velit ſuper re emphyteutica ſervitutem imponere, Domi-
6 num teneatur requirere, & præferre, & concluſio eſt negativa, juxta doctrinam Bald. *in l. in provinciali numer.* 3. ubi latè Anton. de Padil. *numer.* 6. *Cod. de ſervit. & aqu.* Jaſon. *in d. l. fin. num.* 117. *& ſeq.* Rip. *in cap. cum Eccleſia Sutrina num.* 122. *de reſcript.* Roland. *conſ.* 59. *numer.* 10. *&* 13 *lib.* 2. Natt. *conſil.* 516. *num.* 11. Afflict. *deciſ.* 382. *numer.* 2. *& ſeq.* Boet. *deciſ* 181. *num.* 1. *& ſeqq.* Cæpol. *de ſervit. Urban. præd. cap.* 14. *numer.* 2. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. tit. de caducit. ob rei non alienat. num.* 38. *fol. mihi* 531. & optimè rejecto Sarmient. notat Bajard. ad Clar. *quæſt* 19. *in §. emphyteuſis nu.* 1. *& ſeqq.* ubi de pignore Petr. Jacob. *in praxi de form. libelli pro re emphyt. fol. mihi* 12. *col.* 2. *in fin. verſ. item eſt notandum*, qui etiam addunt, quòd hoc caſu Domino nullum ſit præjudicium, cùm ſervitus ſubſtineatur tantùm in præjudicium ipſius emphyteutæ, & ſolùm duret durante emphyteuſi.

7 Quærendum tertiò, an talis prælatio Domino danda ſit tantùm, quando emphyteuta vult vendere Dominium utile, an etiam quando vult ſolùm vendere melioramenta retento pro ſe Dominio utili, & ſanè quæſtio eſt magna, nam hoc caſu Bald. *in dict. leg. fin. numer.* 2. *in ultim. lect.* & ibi Barbat. *in apoſtil.* reſpondit poſſe emphyteutam alienare ſine conſenſu Domini, & abſque eo quod teneatur eum præferre, idemque repetit. *in cap. quæ in Eccleſiarum numer.* 20. *de conſtit. & in l. cum pro pecunia, Cod. de conſtit.* Felin *in dict. cap. quæ in Eccleſiarum col.* 39. *verſ. ſexta concluſio*, latè Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. ubi ſupra numer.* 19. *fol. mihi* 517. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 28. *numer.* 14. *in fin. & ſeqq.* latè Fulgin. *de jur. emphyt. de alienat. quæſt.* 1. *nu.* 95. *& ſeq.*

Sed contrarium puto verius, nam Text. *in d. l.*
8 *fin. & in cap. potuit de locat.* expreſsè mandat non ſolùm in utili Dominio, ſed etiam in meliorationibus Dominum præferri, ut patet ex lectura, & notat Corn. *conſ.* 250. *num.* 1. *lib.* 3. & melius Imol. *in d. cap. potuit num.* 8. *verſ. juxta prædicta quærit*, ubi etiam Barboſ. *numer.* 49. Pegaſ. *reſ. for. cap.* 9. *nu.* 88. Rot. *deciſ.* 40. *num.* 17 *part.* 7. *recentior.* Si igitur permitteretur emphyteutæ poſſe alienare ſuas meliorationes ſine Domini conſenſu retento Dominio utili, fruſtratoria redderetur legis proviſio, & fraudaretur legis intentio, cùm non poſſet Dominus in emptione
9 melioramentorum præferri, & ideò hanc ſententiam tenuit Bald. ſibi contrarius *in cap.* 1. *num.* 7. *de prohib. feud. alien. per Frideric.* ubi etiam notat, quòd talis Dominii utilis reſervatio cenſetur facta in fraudem, Jaſ. *in dict. leg. fin. numer.* 8. *ſignanter in verſic. & licèt authoritas iſtorum*, Specul. *in §. nunc aliqua num.* 145. *de emphyt.* ubi ponit caſum de eo, qui volebat vendere Dominium utile per ſe modico pretio cum requiſitione Domini, & melioramenta pa-
10 riter per ſe abſque conſenſu Domini, & defendit non poſſe, cùm Dominus in melioramentis debeat præferri, latè Corbul. *de cauſ. privat. ob alienat. irrequiſ. Domin. ampl.* 39. *verſ. quæ tamen declaratio fol. mihi* 227. Azor. *inſtitut. Moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 8. *in* 1. *&* 2. *quæſt.* ubi priùs defendit, non poſſe ſine requiſitione vendi utile Dominium, & poſtea id extendit ad melioramenta, Gratian. *diſcept.* 21. *numer.* 33. *&* 34. & in fortioribus Surd. *deciſ.* 78. *num.* 16. *& ſeqq.* & hanc opinionem videtur admittere Rot. *d. deciſ.* 40. *num.* 14. *part.* 7. *recent.* Nec ſatisfacit re- 11
ſponſio Felin. *in dicto cap. quæ in Eccleſiarum*, dicentis, quòd quando actum eſt, ne tranſeat utile Dominium, ceſſat quælibet fraus, quia nulla ſit alienatio, ſed tantùm tranſlatio commoditatis, quia emphyteuta, qui non habet liberam alienandi facultatem, meliorationes vendendo verè alienet eaſdem meliorationes, & pactum reſervationis Dominii utilis non operatur ſimplicem tranſlationem commoditatis, ſed tantùm reſervat emphyteutæ utile Dominium tranſlato pleno 12
jure melioramentorum in ementem, nam melioramenta in triplici reſpectu ſunt, primò quoad directum Dominium, & ideò ſicuti fundus emphyteuticus pro directo ſpectat ad Dominium, ita & melioramentum, ſecundò quoad utile Dominium, quod non ſolùm in melioramentis, ſed etiam in toto fundo emphyteutico ſpectat ad emphyteutam juxta theoricam Bart. *in l.* 1. *§.* 1. *column.* 1. *ff. de ſuperfic.* Afflict. *in § ſi Vaſſallus, tit. hinc finitur lex Frideric.* Gabr. *conſ.* 168. *numer.* 88. *& ſeq. lib.* 1. Surd. *deciſ.* 300. *numer.* 9. *&* 10. tertiò quoad melioramenta ipſa, quæ diſtinguuntur tam à directo, quam ab utili Dominio, cùm cautum habeamus, quod finita emphyteuſi ſine culpa emphyteutæ, ejuſque hæredibus 13
melioramenta, aut illorum æſtimatio ſint reſtituenda, ad Text. *in l.* 2. *Cod. de jur. emphyt.* & DD. *in l. Senatus, §. Marcellus*, ubi ſignanter Alex. *numer.* 5. *ff. de legat.* 1. Ruin. *conſ.* 235. *numer.* 16. *lib.* 3. Bero. *quæſt. famil.* 96. *num.* 4. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *numer.* 502. Surd. *d. deciſ.* 78. *num.* 3. *& ſeqq. & ferè per tot. & d. deciſ.* 300. *num.* 19. *&* 20. & tamen certum eſt, quòd finita emphyteuſi nullum utile Dominium poteſt conſiderari. Igitur indubitatum eſt, quòd venditione melioramentorum non alienatur ſola commoditas, ſed venduntur melioramenta ipſa, & jus ea deducendi etiam finita emphyteuſi, & proindè juſtum eſt, quòd in illorum venditione Dominus pro eodem pretio præferatur, nam in illis major verſatur Domini utilitas, & intereſſe, & omnes rationes, pro quibus diximus ſupra in 1. *quæſit* introductam eſſe talem prælationem favore Domini, militant etiam in ipſorum melioramentorum alienatione, cùm in illis Dominus ſuperioritatem ratione directi Dominii habeat, & emphyteuta dicatur quamdam habere cauſam à Domino etiam reſpectu melioramen- 14
torum, quæ ejuſdem juris exiſtimantur, cujus eſt fundus, ad Text. *in l.* 1. *§. quod ait, ff. de ſuperfic.* Surd. *d. deciſ.* 300. *num* 8. *&* 9.

Quærendum quartò, an Princeps, Fiſcus, Reſpublica & Eccleſia in venditione rei emphyteuticæ ſub eorum Dominio directo exiſtentis præferantur; Et quoad Fiſcum, & Principem dicendum videtur 15
ejuſdem emphyteutam eo irrequiſito alienare poſſe abſque, eo quod teneatur illum requirere, & præferre, per Text. *in l.* 1. ubi ſingulariter gloſſ. Bart. & Jo. de Platea *num.* 1. *&* 3. *ſignanter in verſ. ſed communiter, ubi reſpondet contrariis, Cod. de fund. patrimon. lib.* 11. ſequitur Imol. *in cap. potuit numer.* 11. *verſ. ſed poteſt*, ubi etiam Barboſ. *numer.* 83 *de locat.* Arnold. Ferron. Rendel. Nigr. Peregrin. Gratian. Gamma, Rodoer. ad de Marin. & alii, quos adduxi in *quæſt.* 44. *num.* 7. *& ſeqq.* quibus addo plures, quos adducit Cror. *conſ.* 30. *num.* 17.

Moventur autem prædicti DD. ex duabus præcipuis rationibus, quarum prima eſt, quod quando Princeps, aut Fiſcus in emphyteuſim rem concedit, 16
tranſit res in Dominium emphyteutæ, qui excepta

Canonis

Canonis ſolutione ad nil alind tenetur, poteſtque
rem illam alienare irrequiſito Principe, ac Fiſco,
juxtà Text. *in leg. fundi 4. Cod. de fundi Patrimonial.
lib.* 11. ubi Imperatores Valens, & Valentinianus
de talibus fundi agentes reſcripſerunt, *ſic eis, qui
eos popoſcerint cedunt, ut commiſſi metus eſſe non poſ-
ſit; Neque enim magis commodamus noſtra, quam tra-
dimus ea jure Dominii*, concordat Anaſtaſii oracu-
lum in *leg. final. & in leg. poſſeſſores, Cod. eodem*,
idemque colligunt Bart. Odofred. Angel. cæteríque
ſimiles in *dict. leg.* 1. ſecunda verò ratio, quam
Bart & Add. ad eumdem cum ſectatoribus adducunt,
eſt nota differentiæ inter privatum, & Fiſcum; Ideò
enim lex emphyteutam privati adſtrinxit ad conſen-
17 ſum Domini exigendum, quia nimis durum videba-
tur, privatum pro canone nullam contra emptorem
perſonalem actionem experiri valuiſſe, ſolùm remedio
vendicationis ipſi ſuperextante, quòd quidem cùm
ceſſet in Fiſco, & Principe, qui ſemper ſive conſen-
tiant, ſive non, actionem perſonalem contra empto-
rem pro canone experiri poſſunt, meritò quoque exem-
ptus remanet emphyteuta à tali conſenſu exigendo in
alienatione.

Verum contrariam ſententiam tuentur Andr. de
18 Barul. *in d. l.* 1. ubi etiam plenè Luc. de Penn. *toto
num.* 1. *Cod. de fund. Patrimonial. lib.* 11. Valaſc.
Rebell. Anton. Petez. Carol. Molin. Cald. cæteríque
quos citavi in *d. q.* 44. *n.* 9. *& ſeqq.* quorum opinioni
aſſiſtit Text. apertus *in l.* 5. *C. ne rei dominic. vel
templor.* ubi Imperator Colonos Fiſci ſive emphyteu-
ticarios alienantes rem emphyteuticam *contra leges, &
perperam*, ideſt ſine conſenſu Fiſci, & Reipublicæ pri-
vandos eſſe eorum jure, remque à Fiſco vindicari poſ-
ſe decernit; Et quamvis Bald. *ibidem in* 5. *lect.* & Ful-
goſ. *ultrà med.* exiſtiment Text. illum loqui de eo
qui vendidit, aut alienavit pleno jure rem Impe-
rialem tanquam propriam, liberam, & allodialem,
eorumdemque opinionem confoveat Cald. *dict. cap.*
2. *num.* 15. alios referens, tamen hæc interpretatio
eſt mera divinatio, neque deducitur ex verbis ipſius
l. 5. Quoniam Text. ille diſponit, quòd emptor
rerum emphyteuticarum Dominici, ideſt Imperialis
juris præſcribere nullo modo poſſit, ſi perperam, &
contra leges res illas poſſideat, cur autem perperam,
& contra leges dicitur poſſidere is. qui emit res em-
phyteuticas uti liberas, & allodiales dolo malo, &
non ſi, qui ſine conſenſu Principis, & Fiſci Domini
directi emit? perperam enim, & contra leges alie-
nat emphyteuta irrequiſito Domino, ideoque per-
peram, & contra leges emptor eas res poſſidere di-
citur, & propterea illum Text. Bartol. *ibidem*, Odo-
fred. Angel. *num.* 2. & Salicet. *in fin.* explicant con-
tra eum qui alienat rem emphyteuticam Fiſci, &
Principis ſine ipſius conſenſu, quæ ſanè explicatio
magis congruit lecturæ, & ſenſui, neque eſt tam
divinatoria, & conformis eſt ferè omnibus DD. qui
dict. leg. ſummant eo modo; Neque Bald. & Fulgoſ.
opinio probatur ex ultimis verbis ipſius legis, ubi ſic
19 habetur, *nec pretium iniquus comparatoribus repoſcere
liceat*, quaſi iniquus videatur emptor, qui ſciens rem
eſſe emphyteuticam, & ſic alienam uti liberam eme-
re non veretur, nam ultra quod ex gloſſ. *in dict. l.
verbo liceat*, habetur, Fiſcum vi dictæ legis vendica-
re poſſe rem abſque pretii reſtitutione ſive emptor
ſciviſſet, ſive ignoraſſet rei conditionem, cum hac
diſtinctione, quod ſi ſcivit, non poteſt à vendente pre-
tium repetere, ſecus ſi ignoravit. Reſpondetur, quòd
injuſtus etiam emptor dicitur, qui ſciens rem eſſe Do-
minici juris, eam ſine conſenſu Principis emit, & à
ſolo emphyteuta obtinet, imò magis concluſio legis
prædictæ applicatur huic caſui, quam illi per Bald.
& Cald. figurato, quando enim quis emit etiam
ſciens rem obnoxiam alteri, ſed cum promiſſione,
& aſſertione venditoris, quod res eſt libera, tunc
diſpoſitio Text. *in l. ſi fundum*, 27. *Cod. de evict.* ubi
habetur, quòd actio pro repetitione pretii non
competit contra venditorem ſequuta evictione, ſi
emptor ſciebat rem eſſe alienam, locum non ha-
bet, ut latè firmavit Rot. in Romana Pecuniaria 15.
Junii 1646. coram Remboldo, *& deciſ.* 469. *num.*
14. *& num.* 23. *ac ſeq. part.* 9. *recentior.* apud quas
antiquiores; Unde videtur, quòd ſi quis ſciens rem
eſſe Dominicaem eam emerit cum aſſertione, &
promiſſione venditoris, quod res erat libera, &
allodialis, poſſit à venditore pretium repetere, &
propterea contra omnem rationem, atque æquita-
tem videretur Imperator reſcripſiſſe, quod non li-
ceat emptori pretium expoſcere à venditore, ſi egiſ-
ſet de caſu, in quo fuiſſet res utili allodialis, &
libera vendita, quod non poſſet dici facta vendi-
tione ſimpliciter ſine conſenſo Domini cum ſcientia
emptoris, quod res eſſet emphyteutica.

Et iſta opinione retenta, quæ non ſolùm vide-
tur conſonare Juri, verùm etiam reparare abſurdo,
quod alias ſequeretur, nempè quòd emphyteuta Fiſ-
ci eſſet melioris conditionis illo privati, & Fiſcus
pejoris conditionis privato quodque Juſtinianus,
qui poſt modum in *d. l. fin.* introduxit generaliter
favore Domini directi prælationis beneficium, illud
tacitè ratione nulla diverſitatis exiſtente voluiſſet ne-
gare Principi, & Fiſco.

Reſpondetur, quòd Text. *in dicta l.* 1. *Cod. de
fund. patrimonial. lib.* 11. loquitur de donatione,
quæ ſicuti poteſt fieri à privato emphyteuta ſine con-
ſenſu Domini, ita quoque, & ab illo Fiſci, cui
nulla poteſt competere prælatio, quia neque illa
datur in donatione privato Domino directo, ut infrà 20
dicetur; Unde non debet ipſius legis proviſio ex-
tendi ad venditionem, quæ ſine conſenſu Domini,
ſive privatus ſit, ſive Fiſcus, fieri nequit, ut Andr.
de Barul. Luc. de Penn. *in d. l.* 5. & cæteri hanc opi-
nionem ſectantes reſpondent.

Sed hæc reſponſio non eſt tuta, quoniam non ſo-
lum in *dicta l.* 1. dicitur, donationem poſſe fieri citrà
conſenſum Fiſci, ſed etiam præſupponit Text. poſſeſ-
ſionem traditam in donatarium nullo præcedente
Fiſci conſenſu, dum diſponit, donatarium cogendum 21
eſſe ad repræſentandum ea, quæ Fiſco penſitanda
ſunt, quod quidem non procedit in emphyteuta pri-
vati, qui licèt donare queat ſine conſenſu Domini,
tamen antequam tradat, Dominum requirere om-
ninò tenetur, ut infrà; Unde lex diverſam protinus
diſpoſitionem inducit inter emphyteutam Fiſci, &
privati, quod videtur confovere ſententiam gloſs. &
ſequacium idem putantium tam in donatione, quàm
in venditione, quia Text. movetur ad ita diſponen-
dum, non quia agitur de donatione, ſed quia agi-
tur de emphyteuta Principis; Ideòque aliqui, inter
quos eſt Carol. Molin. & Cald. putarunt, quòd diſ-
poſitio prædictæ legis reſtringatur ad ſuos ſpeciales
terminos, unde cùm dicat poſſe emphyteutam Fiſci
alienare irrequiſito Fiſco, & nil de prælatione, non
videtur per neceſſarium conſequens prælationem au-
ferre; Sed iſta reſponſio videtur quoque falſa, quia ſi
Text. *in dicta l.* 1. permittit poſſe emphyteutam Fiſci
alienare ſine requiſitione, & conſenſu ejuſdem, ex hoc
ipſo prælationem aufert, ut latius infrà dicetur.

Minuſque tuta detegitur reſponſio Luc. de Penn.
in dicta l. 1. *num.* 1. *paulò poſt princ. verſ. hæc au-
tem lex*, putantis prædictam legem nunquam affir-
mare emphyteutam Fiſci donare poſſe ſine conſenſu
Fiſci, ſed tantum citra Judicis auctoritatem, quod 22
longè diverſum eſt, hæc enim opinio eſt colorata, &
contra omnes ſcribentes ſuper d. lege, maximè quia
nullibi ſtatutum legimus, quòd emphyteuta Fiſci te-
neatur alienare ſuas meliorationes cum decreto Ju-
dicis, quod quidem reſultaret admiſſa d. opinione, ſi
enim

enim in dict. l. 1. ſpecialis inducta eſt proviſio favo-
re emphyteutæ Fiſci, ut DD. ibidem fatentur, &
ſpecialitas in hoc conſiſtit ſecundum Luc. de Penn.
quòd valeat alienare ſine decreto Judicis, pernecesſè
in aliis debet eſſe neceſſaria Judicis authoritas per
regulam Text *in leg. quæſitum, §. denique, ff. de fund.
inſtruct.* Bart. *in l. 1. in fin.* ubi Dec. *nu.* 20. & Cagnol.
n. 31. *& 34. ff. de reg. jur.*

Propterea magis tuta reſponſio mihi videtur, quòd
dicta lex loquitur de perpetua conceſſione facta à
Principe, & Fiſco, per quam antiquitus transfere-
batur dominium in conceſſionarium, ut Summa-
23 rium *dicta leg.* Bart. & alii ibidem, & ſignanter
Luc. de Penn. *numer.* 1. *verſic. & hoc eſt quod gloſſ.
in medio* oſtendunt, & indicat ipſius tituli ſonus,
titulus enim ille eſt *de fundis patrimonialibus*, quorum
conceſſio ſolebat à Principe fieri in perpetuum abſ-
que caducitatis timore cum translatione Dominii
Principi tantum Canone reſervato, & iſti propriè
poſſeſſores, non autem emphyteutæ, & prædia pro-
priè cenſualia, impropriè autem emphyteutica dice-
bantur, ideòque non eſt conſonum extendere diſpoſi-
tionem prædictæ legis ad conceſſiones noſtri temporis,
quæ ſunt diverſiſſimæ, ad tempus, & cum ſolutione
veri canonis, & in quibus poſſeſſores non fruuntur re
uti propria; ſed uti Dominica, in iſtis enim contra-
rium ſtatuendum eſt, ut optimè reſpondet Luc. de
Penn. *ibid.* Valaſch. *de jur. emphyt quæſt.* 13. *n.* 1. *verſ.
rurſus non valet*, latè Anton. Perez. *add. tit.* 61. *de
fund. patrimon. lib.* 11. *Cod. num.* 4. *& ſeqq.* ubi erudi-
tiſſimè de hoc diſſerit, licèt in illis, quæ potius erant
conceſſiones cenſuales pleno Dominio tranſlato licita
eſſet alienatio, & prælatio negata, prout etiam nunc
contingeret, ſi de ſimilibus conceſſionibus agendum
eſſet, ut latè Valaſc. *tract. de quo ſupra quæſt.* 32. *num.*
25. Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 4. *n.* 37. & ita etiam re-
ſpondetur diſpoſitioni *l. fin. cum concordantibus eod. tit.*

Cæteris autem rationibus contrariorum DD. ſa-
tis reſponſum fuit in dicta quæſtione 43. ideò ad il-
lam me remitto.

Quoad Rempub. & Eccleſiam, idem prorſus exiſti-
mo, nam quidquid dixerint plures, quos refert Ro-
24 doer. in Addit. ad re Marin. *cap.* 232. *numer.* 10. *&
ſeqq.* Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 45. *numer.* 78.
fol. mihi 655. tamen contra eos viget diſpoſitio *dicta l.*
2. *Cod. ne rei Domic. &c.* & præcitatæ rationes, nec
non communis DD. ſententia, de qua Luc. de Penn.
in d. l. 1. *num.* 1. *&* 2. Valaſc. *de jur. amphyt. quæſt.* 48.
in fin. Barboſ. *in dicto cap potuit num.* 83 *in fin.* Re-
bell. *d. lib.* 13. *quæſt.* 5. *num.* 2. *in fin.* Cald. *dict. cap.*
4. *num.* 35. Tondut. *reſolut. civil.* 39. *numer.* 11. &
ſæpiùs Rota, imò quòd etiam in venditione rei, pro
25 qua Eccleſia tantùm recognoſcitur uti directa Do-
mina etiam ſine ſolutione Canonis ipſius conſenſus
neceſſarius ſit, eique prælatio competat, notat Corn.
cons. 74. *numer.* 1. *lib.* 4. Corbul. *de cauſ. privat. ab
alienat. irrequiſ. Domin. ampl.* 26. *per tot. fol. mihi*
26 194. & quòd una Eccleſia, quæ habet rem in em-
phyteuſim ab alia Eccleſia non poſſit alienare ſine con-
ſenſu alterius Eccleſiæ directæ Dominæ, notat Bald.
conſ. 27. *lib.* 3. Corbul. *tract. ubi ſupra ampliat.* 44.
per tot. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alienat. quæſt.* 1.
num. 101.

Quærendum quintò, an prælatio competat Do-
27 mino directo, quando alienatio fuit facta ſine ejus
conſenſu, & videtur negativè reſpondendum; Tum
quia venditio eſt nulla, tum quia text. *in d. l.
fin.* prælationem dat domino ante, & non poſt ven-
ditionem, Tum etiam quia, ſi lex favore Domini
introduxit hoc caſu devolutionis beneficium abſque
ulla pretii reſtitutione, ipſique conceſſit remedium
magis proficuum, videtur noluiſſe ipſi impartiri præ-
lationis beneficium minus proficuum.

Sed contrarium ex theorica Card. Alexandr. *in cap.*
1. *de prohibit. feud. alienat.* per Frideric. reſponderunt
Alex. *conſil.* 27. *numer.* 5. *& ſeqq. lib.* 6. Weſembec.
conſil. 73. *numer.* 62. *&* 64. *part.* 2. Corol. Molin.
ad conſuet. Pariſ. §. 13. *gloſſ.* 5. *num.* 50. Roſenthal.
de feud. cap. 9. *membr.* 2. *conclus.* 89. *num.* 6. & præ-
ſupponit Hodiern. *controv. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 27.
Capyc. Galeot. *contr. for. lib.* 2. *contr.* 46. *numer.* 48. 28
& 88. Et ratio eſt evidens, cùm enim alienatio ſit
nulla favore tamen ſolius Domini directi, meritò ſi
ille prælationem re alienata petit, dicitur ratificare
venditionem, illamque approbare, & ſic nullitatem
ſanare, & propterea dicendum eſt, quòd Text. *in l fin.*
non conſideravit hunc caſum, neque excluſerit Domi-
num à prælatione dando ipſi devolutionis remedium,
quia ſi Domino privilegium devolutionis conceſſit,
certè poteſt ille dicto privilegio renunciare, unde ſi
renunciavit remanet aliud prælationis, quo uti non
prohibetur, & ſi lex dedit Domino remedium magis
proficuum, & plus illi conceſſit, non videtur denegaſ-
ſe minus, *cap. cui licet de regul. jur. in* 6. *l. non debe*
21. *ff. eod. cap. ex parte* 27. *de decim.*

Sed hîc obiter quærendum eſt, an effectum reſo- 29
lutionis contractus emphyteutici, quem parturit devo-
lutio, producat etiam prælatio, & affirmativè di-
cendum eſt, juxta theoricam Jacob. Rayn. *in cap.
Imperialem*, §. *propterea ſi quis infendam: num* 37.
verſ. quæro Vaſſallus de prohibit. feud. alienat. per Fri-
deric. quem ſequitur de Pont. *deciſ.* 2. *num.* 1. Guido-
pap. *deciſ.* 575. *num.* 3. Cacheran. *deciſ.* 156. *numer.*
4. *& ſeq.* Boer. *decis.* 181. Franch. *deciſ.* 226. *num.*
3. Cavalc. *decis.* 8. *num.* 35. *part.* 4. Hodiern. *dicto
cap.* 1. *num.* 27. *&* 36. Capyc. Galeot. *dicta contr.* 46.
num. 48. *&* 88. qui propterea notant, quòd petita
per Dominum prælationem, reſolvantur omnes hy- 30
pothecæ, & ſervitutes impoſitæ, quam opinionem
defendit Cald. *de emphyt extinct. cap.* 13. *num.* 35. *verſ.
ſubjicis*, *& ſeq.* & latiùs *in quæſt.* 30. *num.* 12.

Quærendum ſextò, an prælatio competat Domi-
no, quando adeſt ſtatutum, aut lex, aut pactum
in Inſtrumento Inveſtituræ permittens emphyteutæ
alienationem, & pro intelligentia quæſtionis plures
caſus diſtinguendi ſunt; Primus eſt, quando pactum,
ſtatutum, aut conſuetudo dicit ſimpliciter, quòd 31
emphyteuta valeat alienare, & tunc verius eſt, quòd
non poſſit emphyteuta alienare irrequiſito Domino,
& abſque eo, quod ipſi prælationem tribuat, ita
Bald. *in cap.* 1. §. *porrò num.* 5. ubi etiam Alvarott.
num. 5. *verſ. quæro cum gloſſ.* 1. Laudenſ. *numer.* 9.
Afflict. *num.* 39. *qualiter olim feud. poterat alien.* qui
concludunt, quòd exiſtente ſtatuto, per quod liceat 32
creditoribus accipere poſſeſſionem feudi debitoris ſui,
illudque vendere, adhuc Domino prælatio competat,
quia cùm ſtatutum non tollat privilegium Domini,
vel Agnatorum; illud videtur tacitè præſervaſſe, ſe-
quitur latè Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *concl.*
89. *n.* 4. *&* 5. Alex. *cons.* 136. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 4. Rot.
deciſ. 40 *num.* 28. *&* 29. *part.* 7. *recent.*

Secundus caſus eſt, quando pactum, aut conſue-
tudo dicit, quòd emphyteuta poſſit in quemcumque
alienare liberè, & quandocunque, aut quando em-
phyteuſis fuit accepta pro ſe, & omnibus, quibus
concedere voluerit cum clauſula, *ad habendum, te-
nendum, vendendum, &c.* appoſita in diſpoſitivis,
& tunc ſi nulla adeſt in corpore conceſſionis prohi- 33
bitio in contrarium, dicendum eſt, quòd poſſit em-
phyteuta irrequiſito Domino, & ſine ejus conſenſu
alienare, juxta theoricam Bart. *in l. qui Romæ* 122 §.
duo fratres num. 21. *ff. de verb. obligat.* ubi etiam
Angel. *num.* 82. Alex *num.* 58. Jaſ. *num.* 72. & Crot.
numer. 137. Salicet. *in d. l. fin. numer.* 1. ubi etiam
Bald. *numer.* 3. & Jaſ. *numer.* 4. *& ſeq.* & iterum
Bald. *in l.* 1. §. *ſumma rerum numer.* 37. *verſ. &
nota, ff. de rer. diviſ.* Clar. *in* §. *emphyteuſis quæſt.*
33. *numer.* 7. Molin. *de contract. tract.* 2. *diſput.*
459.

Google

459. *num.* 26. Fulgin. *tit. de alienat. d. q.* 1. *nu.* 114.
& ſeqq. ubi declarationes Corbul. *tract. de quo ſupra*
limit. 1. *n.* 1. *& ſeqq. & limit.* 2. *&* 3. *per tot. cum ſeqq.*
benè Cald. *de emph. extinct. c.* 7. *nu.* 23. *ad* 34. licèt
videatur parùm conſtans, Palma Nepos *alleg.* 67.
n. 30. *& ſeqq.* Grat. *diſcept.* 481. *numer.* 60. Sperel.
deciſ. 120. *num.* 17. *& ſeqq.* Carill. *deciſ.* 258. *num.*
10. *& ſeqq.* Benè tamen verum eſt, quòd quamvis
per tale pactum ſit ſublata requiſitio Domini, quam
tenebatur emphyteuta facere ante venditionem ad
effectum, ut Dominum præferret, non tamen dici-
tur ſublata alia requiſitio, quæ poſt contractum
fieri debet, ad effectum ut Dominus ſaltem intra
duos menſes novum emptorem in poſſeſſionem in-
ducat, juxta Doctrinam Imol. *in dicto cap. potuit num.*
34 64. ubi eleganter Bero. *num.* 23. & Barboſ. *num.* 18.
verſ. ſed hoc tamen de locat. ubi rejicit Botell. & alios,
qui ſine ullo fundamento contrarium defendunt Me-
noch. *conſ.* 197. *num.* 27 Corbul. *d. limit.* 1. *nu-*
mer. 2. *in fin.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan.*
pag. mihi 517. *num.* 16. Molin. *dicta diſput.* 459. *num.*
26. *in fin.* Fulgin. *tit. de alienat. quaſt.* 1. *numer.* 155.
fol. mihi 462.

Tertius caſus eſt, quando adeſt lex, vel ſtatutum,
aut conſuetudo ſimpliciter alienationem permittens
ſine conſenſu, & requiſitione Domini, & tunc quæ-
ſtio eſt controverſa, Molin. *ca in ad conſuet. Pariſ.*
35 §. 13. *gloſſ.* 1. *à num.* 3. *ad* 6. quem ſequitur Roſen-
thal. *de feud. dict. concl.* 87. *numer.* 4. *&* 5. latè de-
fendit, quod adhuc hoc caſu eſt præſervata Domi-
no prælatio, & movetur ex duplici ratione, primò,
quia dum conſuetudo expreſsè corrigit Jus commune,
intelligenda tantùm eſt vigere in parte correctoria,
non autem in parte expreſsè non correctoria, cùm
igitur talis conſuetudo ſolùm tollat Domini conſen-
ſum, & requiſitionem, non eſt dicendum, quòd tollat
etiam prælationem, quæ eſt quid diverſum; Secundò,
quia prælatio, quæ Domino competit non videtur
pendere ex conſenſu, quem ille alienationi fortè præ-
ſtat, unde ſublato conſenſu non dicetur ſublata præla-
tio, quæ à tali conſenſu non pendet.

Verùm communis opinio eſt in contrarium, quam
defendunt Bald. *conſ.* 9. *num.* 6. *lib.* 1. plenè Corbul.
tract. de quo ſupra limit. 32. *num.* 1. *& ſeqq.* Afflict.
in cap. 1. *n.* 62. *de prohibit. feud. alien.* per Frideric.
Menoch. *conſ.* 1. *a.* 131. Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.*
3. *num.* 1. *& ſeqq.* Capyc. Latr. *conſult.* 28. *num.*
70. *ad* 75. *ſignanter num.* 72. *lib.* 1. idque probatur
ex pluribus, & primò ex theorica. Imol. *in dicto*
cap. potuit num. 64. ubi etiam Bero *num.* 23. qui
36 putarunt, quòd exiſtente pacto, quo liceat emphyteu-
tæ liberè alienare, tunc ſit ſublata requiſitio Domini,
quam tenebatur emphyteuta facere ante venditionem
ad effectum, ut Dominum præferret; Secundò, quia
prælatio perneceſsè ſupponit, quòd eam habens de-
beat requiri, ut latè dictum eſt *in quaſt.* 4. *num.* 1.
& ſeqq. ſublata igitur per pactum, vel conſuetudi-
37 nem requiſitione, & conſenſu Domini, dicitur
etiam ſublatum prælationis jus, ut notavit Bald. *in*
l. ante diviſionem 17. *in fin. Cod. de jur. dot.* ubi ait,
quòd dum in eadem lege notabatur, quòd Soror
bona communia, quæ habebat cum Fratre poterat
alienare etiam eo irrequiſito, & invito, habeat lo-
cum Text. *in l. dudum Cod. de contrahen. empt.* præla-
tionem negans, & ſequitur Bald. non relato Mar-
cian. *diſput.* 63. *numer.* 27. *& diſput.* 97. *numer.* 13.
& 18. *tom.* 2. ubi latè Amic. *de jur. emphyt. quaſt.*
83. *num.* 12.

Neque obſtant DD. & rationes, quas adducit Ro-
ſenthall Bald. enim Alvarott. & ſequaces non diſcur-
38 runt de hoc, ſed de primo caſu, rationes autem, qui-
bus ipſe movetur non concludunt, quoniam non ne-
gamus, quòd prælatio non dependeat ex conſenſu, ſed
ex dominio directo, cujus contemplatione Imperator
motus fuit ad eam Domino concedendam, ſed di-
cimus, quòd anterior requiſitio, & denunciatio eſt
adeò eſſentiale requiſitum prælationis, ut non poſſit
illius remedium intentari, quando conſuetudo, aut
ſtatutum dictam requiſitionem tollit, ſi enim re-
quiſitio Domini non requiritur in alienatione, licèt
adſit radicale Jus prælationis à lege Domino tribu-
tum, tamen illud vigore ſtatuti remanſit protinus
ſublatum, & abſque ſpiritu, & efficacia, quia ſi
ſtatutum voluiſſet, quòd Domino competeret præla-
tio, certè non permitteret, emphyteutam poſſe alie-
nare ſine conſenſu, & requiſitione, quæ ſemper de-
bet præcedere vigore dictæ *l. fin.* ut Dominus deli-
berare valeat, an ei proſit, vel obſit emere; Meritò
igitur opinio Roſenthal. rejicienda eſt, vel intelli-
genda eſt in caſu, quo ſtatutum dicat, quòd feu-
dum alienari valeat ſine conſenſu, & requiſitione
Domini, tunc enim non dicitur tollere prælationem
Agnatis, de quibus nullam mentionem facit, ſecus
ſi ſtatutum diceret, quòd alienatio poſſit fieri ſine
conſenſu, & requiſitione Domini, & Agnatorum,
quia tunc tam Domino, quàm Agnatis eſſet negata
prælatio, ut declarat Capyc. Latr. *d. conſul.* 28. *nu.* 39
70. *& ſeqq. ſignanter num.* 72. Atque hæc opinio pro-
batur auctoritate DD. quos in ſecundo caſu adduxi,
eamdemque latè probat Calcan *conſ.* 51. *numer.* 10.
verſ. tunc reſpondetur, Afflict. *in cap. feudum numer.*
29. *& ſeqq. & num.* 32. *cum ſeqq ſi de feud. fuerit*
controverſ. &c. Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.*
7. *num.* 30. *verſ. intellexit eam*, qui apertè conclu-
dunt, quòd data facultate alienandi rem emphy-
teuticam ſine conſenſu, & requiſitione Domini, ex
hoc ipſo non poſſit Dominus etiam requiſitus ab 40
emphyteuta tantumdem offerens emptorem repelle-
re, & præferri, & tunc requiſitio videtur facta
non ad effectum, ut Domino tribuat prælationem,
quam per prædictam facultatem alienandi ſibi nega-
vit, ſed ad effectum ut recognoſcat, an emptor ſit de
prohibitis, & optimè hanc opinionem probat Ama-
dæ. de Pont. *de laudem q.* 14. *num.* 9. *& q.* 27. *num.*
15. Nigr. *eodem tract. tom.* 1. *qu.* 45. *num.* 4. *fol. mihi*
650. Sola *ad Conſ. Sabaud. tit. de jur. emphyt.* §. *in caſ-*
ſibus, *gloſſ.* 1. *n.* 6. *in fin. &* 7. *fol.* 31.

Quærendum ſi primò, an talis prælatio Domino
competat, quando laudemium, quod ſolvitur ex
conſuetudine Regionis excedit quinquageſimam par-
tem pretii, & ſanè cùm contigiſſet diſputare hanc 41
quæſtionem ſine auctoritatibus videbatur contra Do-
minum quæſtio decidenda, cùm enim emphyteuta
tam antiquus, quàm novus eſſet à conſuetudine gra-
vatus in uno, ideſt in ſolutione exceſſiva laudemii
deberet relevari in alio, ideſt negando prælationem
Domino, ad Text. *in l. eum qui* 30. *ff. de jurejur.* ubi
Bart. Alex. & Jaſ. Præterea per tale augumentum al-
terata eſt emphyteuſis natura, quia additio, & di-
minutio novam facit, & creat ſpeciem, *l. cujus*
civile, *ff. de juſt. & jur. l. quamvis*, *Cod. de pact.* un-
de non eſt inconveniens, ut in cæteris quoque rema-
neat alterata ejuſdem emphyteuſis natura, & ſignan-
ter reſpectu prælationis; Verùm contrarium eſt ve-
rius, quia tale augumentum inductum fuit à con- 42
ſuetudine in commodum directi Domini, propterea
non debet trahi in illius incommodum, & in di-
minutionem privilegiorum à Jure Domino tributo-
rum, *l. quod favore*, *Cod. de legib. l. hac ſaluberrima*,
Cod. de prapoſit. agent. in reb. lib. 11. Neque verum eſt,
quòd per tale augumentum ſit immutata in omnibus
emphyteuſis natura, ſed tantùm in illa parte immu-
tata, & alterata, cum enim conſuetudo inducens
talem exceſſum ſit derogativa juris communis arctanda
eſt ad illum tantùm caſum, in quo eſt introducta,
ut in puncto pluribus revolutis libris inveni tenuiſſe
Senatum Pedemontanum teſte Sola *ad conſuet. Sabaud.*
tit. de jur. emphyt. §. *in caſibus*, *gloſſ. prima Principii*
num.

num. 7. *fol. mihi* 31. Nigr. *de laudem. quæſt.* 45. *per tot. tom.* 1. *fol. mihi* 651.

Quærendum octavò, an Conductor ad longum tempus, aut Colonus poſſit alienare Jus conductionis, aut Coloniæ ad longum tempus, ſine conſenſu Domini, adeò ut Domino nulla competat prælatio; Quæſtio quidem non eſt modica, quoniam plures tenuerunt, quod Text. *in dict. l. fin. Cod. de jur. emphyt.* habeat locum in colono, aut Conductore ad longum tempus comparando iſtos emphyteutæ, adeo ut ſicuti emphyteuta, qui habet utile dominium
43 nequit inconſulto Domino alienare, illumque præferre tenetur, Ita etiam Colonus, & Conductor ad longum tempus, qui pariter utile dominium habent, nequeant ſine conſenſu Domini vendere, juxta theoricam Bart. *in l. prima, ff. quod autem, ff. de ſuperfic.* quem ſequuntur innumeri, quos ſequitur, & refert Barboſ. *in cap. potuit num.* 47. *de locat.* Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 1. *à num.* 19. *uſque ad fin. & cap.* 4. *numer.* 38. *& de empt. cap.* 16. *num.* 33. Rot. coram Burat. *decis.* 334. *num.* 17. Coccin. *decis.* 741. *num.* 16. *& melius decis.* 75. *num.* 2. *&* 3.

Contrarium autem tenuerunt plures, qui dixerunt
44 diſpoſitionem Text. *in d. l. fin.* non habere locum in Conductore, vel Colono ad longum tempus, ut plenè probat Gomez. *var. tom.* 2. *cap.* 3. *de conduct. & locat. ſub num.* 11. *verſ. ſecundo intellige*, & Annot. ad eumdem *litt.* G. Seraphin. *decis* 206. *per tot.* ubi reprobat, & declarat contrarios DD. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 2. *num.* 43. *& ſeqq. & numer.* 55 *& ſeqq.* ubi plures refert, & de veriori teſtatur Gratian. *diſcept.* 378. *num.* 29. *& ſeqq.* Pariſ. de Put. *de reintegr. feud cap.* 89. *num.* 9. *& ſeqq.* Blancat. in ſuis notis ad Amade. de Pont. *de laudem. not* 48. *circa fin.* Nigr. *de laudem. quæſt.* 40. *art.* 4. *per tot. ſignanter numer.* 14. *& ſeqq. & art.* 9. *num.* 16. *& ſeqq.* latè Corbul. *de cauſ. privat. irrequiſ. Dom. ampliat.* 35. *num.* 4. *& pluribus ſeqq. ſignanter ſub nu.* 6. *paulò ante fin.* Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 41. *ſignanter verſ. nec minor*, latè Rot. *decis.* 14. *num.* 46. *& ſeqq. part.* 6. *recent.* ubi declarat DD. contrarios. Et ratio eſt evidens, quia conductor, aut colonus ad
45 longum tempus non poteſt vendere, aut alienare utile dominium, quod habet ſine Domini conſenſu, & ſi alienat, venditio nulla eſt, *l.* 2. *Cod. ne rei Dominicalis, vel temporalis, &c.* Mantic. *d. tit.* 2. *num.* 56. *in fin.* Gratian. *d. diſcept.* 378. *num.* 31. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 39. D. Pacion. *de locat. cap.* 32. *nu.* 9. quidquid inadvertenter firmet Nigr. *de laudem. dict. quæſt.* 40. *artic.* 9. *num.* 17. *ad* 20. Vendendo autem nec tenetur ad ſolutionem laudemii, nec in commiſſum incidit, ſed tantùm venditio nulla declaratur, ut firmant Pariſ. de Put. Blancat. Nigr. & alii præcitati, quia cautum non reperitur in Ju-
46 re, quòd contractus locationis ad longum tempus æquiparetur contractui emphyteutico quoad ſolutionem laudemii, & pœnam caducitatis, pari igitur ratione dicendum eſt, quòd locatori neganda ſit prælatio, quia in Jure cautum non reperitur, quòd emphyteuſis quoad hoc æquiparetur locationis ad longum tempus contractui, neque ſtatutum eſt, quòd locans ad longum tempus præferatur in alienatione, aut ſublocatione facta etiam ad longum tempus, niſi quando ex qua-
47 litate penſionis modicæ, ex pactis, vel ex conſuetudine regionis fraternizarent contractus locationis ad longum tempus, & emphyteuſis, nec non diſcerneretur, contractum potius emphyteuticum, eſſe quia tunc talem conductorem adſtringere deberemus ad ſolutionem laudemii, & ad dandam Domino prælationem, Jaſ. *in l. prima num.* 35. *C. de jur. emphyt. & in l. Provinciali, §. ſi ego numer.* 4. *ff. de nov. oper. nunciat.* Nigr. *de laudem. d. quæſt.* 40. *art.* 9. *num.* 22. conſonat. D. Pacion. *de locat. cap.* 3. *num.* 5. 6. *&* 13.

Proindè non obſtant DD. in contrarium adducti, quia plerique ex illis tantùm affirmant, quòd non poſſit Conductor ad longum tempus inconſulto Domino alienare, quod & nos non negamus, alii verò
concludunt talem Conductorem caducitatis pœnam 48
incurrere, ſi irrequiſito Domino alienet, quod eſt falſum, & à pluribus, quos allegavi communiter reprobatum, & licèt ſequantur Ruin. *conſ.* 161. *num.* 30. *lib.* 1. quæ præcisè firmat prælationem locatori competere, cùm tamen ipſe Ruin. ſine lege loquatur, atque anhæreat Doctrinæ Bart. *in l. prima, C. de metallar. lib.* 11. quæ eſt falſa, ut in *quæſt.* 43. *per tot.* dictum eſt, meritò Ruini theorica non eſt attendenda, maximè dum communiter reprobatur, ut teſtatur Gratian. *d. cap.* 378. *num.* 32.

Quærendum nonò, an prælatio debeatur Domino in alienatione rei libellariæ, ſeu ſub libello conceſſæ; Videndum prius eſt, quinam ſit contractus libellarius, ſive livellarius, nam talis contractus perfici-
tur, quando is, qui non eſt Dominus, ideſt Vaſſal- 49
lus, aut emphyteuta concedit alteri pro certa annua penſione perpetuò, vel uſque ad triginta annos cum pacto de renovando prædium feudale, aut emphyteuticum, ut tradit Jaſ. *in leg. prima num.* 38. *& pluribus ſeqq. Cod. de Jur. emphyt.* Clar. *in §. emphyteuſis quæſt. prima, num. primo*, Franc. Claper. *decis. Fiſcal. cauſ.* 15. *quæſt.* 2. *num.* 38. 39. 52. *&* 75. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 15. *num.* 2. Perficitur etiam ſecundum aliquos, quando fit venditio interveniente brevi ſcri-
ptura, & certo, vel arbitrario pretio, & hoc am- 50
plius certa penſione conſtituta in annos ſingulos cum hac conditione, quod certo ſtatuto tempore contractus renovetur, ut notat Jacob. Cujac. *in rubr. quib. mod. feud. amitt. col.* 3. *verſic. libellarius*, Franc. de Claper. *dicta cauſ.* 15. *quæſt.* 2. *numer.* 40. *circa med.* Nigr. *de laudem. quæſt.* 40. *art.* 6. *ſub numer.* 2. *verſ. volentibus.*

Quibus præſuppoſitis diſtinguendum eſt, ſi enim 51
res ſit vendita reſervata certa penſione in annos ſingulos, nulla danda eſt prælatio reſervatorio dictæ penſionis; Si autem is, qui ab emphyteuta rem obtinuit reſervata certa penſione velit vendere, tunc requiſita *dict. leg. fin.* ſervare cogitur, ut tradit Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 40. Nigr. *de laudem. quæſt.* 40. *dict. art.* 6. *num.* 11. *uſque ad fin.*

Quærendum decimò, an prælatio debeatur in alie- 52
natione fundi titulo Precariæ conceſſi, videndum relinquo Nigr *de laudem. quæſt.* 40. *art.* 8. *per tot. ſignanter num* 9. *uſque ad fin.* qui optimè diſtinguit.

Quærendum undecimò, an prælatio danda ſit, quando quis alienat rem propriam, quam in emphyteuſim ab alio ſuſcepit, & quia quæſtio eſt diffuſa, ideò breviter materiam reaſſumendo diſtinguendum exiſtimo; Nam aut recognoſcens ignorabat illam
rem eſſe propriam, & tunc quia ſibi non præjudica- 53
vit, meritò eam rem alienando, requiſita *dict. l. fin.* ſervare non tenebitur ſive talis inveſtitura facta ſit à privato, ſive à Principe, ſive ab Eccleſia; Niſi tamen longo tempore inveſtitus emphyteutica obſequia præſtitiſſet, quia tunc concurrente bona fide inveſtientis, & tempore apto ad præſcribendum, Domino prælatio non eſſet deneganda; Aut inveſtitus ſcit rem, quam ab alio recognoſcit eſſe ſuam, & eo caſu, aut inveſtitura fit tanquam de re inveſtientis, & tunc quidam putant inveſtitum non amittere dominium, & contractum eſſe nullum ſive ſit factus favore privati, ſive favore Eccleſiæ, ex duplici ratione, primò ſcilicet, qui non apparet de animo, quòd voluerit à ſe abdicare dominium, & illud in alium transferre, ſecundò, quia non concurrit animus inveſtientis, ut ſibi fiat donatio rei, quam ſuam putat; Aut Inveſtitura fit tanquam de re ipſius Inveſtiti, atque hoc caſu ſunt qui diſtinguunt inter Eccleſiam, & privatum, ſed verius eſt, Inveſtitum ſibi præjudicare, ſi enim ſcit rem eſſe ſuam, & eam

eam ab alio recognoſcit, tacitè vult recognitum eſſe
Dominum, ideòque tacitè videtur donare, & is; qui
inveſtit faciendo inveſtituram de re inveſtiti, ſciendo
rem non eſſe ſuam in neceſſariam conſequentiam vide-
tur donationem acceptare, dum inveſtit, juxtà theori-
cam Aret. *in leg. ſi aliquam rem column. 4. in princip. ff. de
acquir. poſſeſſ.* latè Cald. *de extinct. emphyt.* c. 8. n. 23. *&
pluribus ſeqq. & n. 27. & ſeqq.* Nigr. *de laudem. dicta q.
40. art. 12. per tot. ſignanter n num. 72. uſque ad fin.* De
Luc. ad Franc. *decis.* 392. *num.* 11. ubi eo magis ſi me-
diante pecunia hoc factum ſit, conſonat Corbul. *de
cauſ. privat. ob alienat irrequiſit. Dom. limit.* 18. *fol. mi-
hi* 478. ideòque hoc caſu dari debet Domino præ-
latio.

Quærendum duodecimò, an talis prælatio Domi-
no competat in ſubhaſtatione, aut datione in ſolu-
tum rei emphyteuticæ, & breviter dicendum eſt, quòd
54 quidquid ſit reſpectu pœnæ caducitatis in quam non
incurrit emphyteuta, ſi datio inſolutum, aut ſubhaſta-
tio ſit facta ſine conſenſu Domini, ſed ex neceſſitate,
abſolutum eſt, quòd ſemper, & indiſtinctè res emphy-
teutica ultimo licitatori, ſeu creditori tradi nequeat,
niſi prius requiſito Domino directo, qui ſi velit rem
pro eodem pretio, cæteris licitatoribus, & credito-
ribus præferendus eſt, quia alis alienatio propter
debita non dicitur verè neceſſaria, & inevitabilis,
dum ſumit originem à voluntate, ut notat Alex in
apoſtil. ad Bart *in l. ſi finita, paragr. ſi de vectigalibus,
verb. in feudatario, ff. de damn. infect.* Jaſ. *in dict. l. fin.
num.* 113. Salicet. *in Auth. ei qui, verſ. tertio eſt viden-
dum Cod. de bon. authorit. Jud. poſſid.* Bald. *conſil.* 206.
ſub num verſ. ſed certe lib. 1. Avendan. *reſp.* 13. *ſub num.
3. verſ. advertendum tamen, & ſub num. 4. verſ. & ſi-
cut donante emphyteuta,* Flor. de Men. *in add. decis* 5.
Gamm. *ſub num.* 1. Corbul. *de cauſ. privat. ob alien. ir-
requiſit. Dom. limit. 19. ſub num. 2. verſ. ſed etiam poſſit
fol. mihi* 579. plenè Cald *de extinct. emphyt. cap. 6. per
tot. ſignanter num. 5. 10. & pluribus ſeqq. & c. 13. n.*
40. latè Salgad. *in labyrint. credit. part. 3. c. 3. ſub num.
21. verſ. licitatori tamen, & pluribus ſeqq.* ubi cæteros
declarat Adden. ad Gregor. *decis* 193. *nu.* 13. *verſ. prout
etiam,* & alii quos adduxi *in quæſt. 17. nu. 5. & ſeqq.*

Sed hic eleganter quærendum eſt, an idem dicen-
dum ſit, quando emphyteut. nulla alia bona habet
55 præter emphyteutica, ex quibus Creditores ſatisfieri
poſſint, & quidem quæſtio videtur ardua, nam Pariſ.
in addit. ad Bart. *in dicta l. fin. circa fin. verſ. item li-
mita regulam, Cod. de Jur. emphyt.* Alex. *in dicta l. ſi fini-
ta, §. ſi de vectigalibus num.* 10. & Grat. *conſ.* 135 *nu.* 12.
& pluribus ſeqq. lib. 1. concludunt, nec diſpoſitionem
Text. *in dicta l final.* vigere in hoc caſu, nec Domi-
no prælationem competere; Contra quos ſtat verior
ſententia, quam defendit gloſſ. *in c. 1. §. porrò qualiter
56 olim feud. poter. alien.* Avendan. *reſp. 13. numer. 4. &
ſeqq.* Capyc. *decis. 99. num* 9. Cald. *de emphyt. extinct.
dicto cap. 6. num. 15. & ſeqq. & num. 13. & latius dicto
c. 13. toto nu.* 40. ubi concordantes refert, & quidem
jure optimo, nam Alex. *in dicto §. ſi de vectigalibus,*
& alii ibidem adhærendo theoricæ Bart. *in eodem §.
num.* 5. qui dixit, poſſe etiam emphyteuſim ex pacto,
& providentia, atque alienari prohibitam in ſubſidium
ſubhaſtari, ac dari in ſolutum non reſpectu utilis do-
minii, ſed tantùm reſpectu commoditatis fructuum,
quæ aſſignari poteſt à Judice Creditoribus durante
vita emphyteutæ debitoris, juſtè Domino negant præ-
lationem in hoc caſu, cùm in ſimplici alienatione
57 commoditatis neque ipſe denunciandus ſit, neque ei-
dem prælatio competat, ut notat Felin. *in c. qua in
Eccleſiarum numer. 87. de conſtitut.* & explicat in ſpecie
Avendan. *dicto reſponſ. 13. num. 2. & 5.* Corbul. *dicta
limit 19. num.* 6. Roſenthal. *de feud. c. 9. membr.* 1.
concluſ. 15. num. 7. Diaz. de Men. in add ad Gamm.
decis. 5. num. 1. & num. 5. in fin. Cald. *dicto c. 13. num.
40. verſ. poteſt tamen,* & alii plures, quos refert Salgad.
dicto cap. 3. numer. 47. & ſeqq. ſignanter numer. 50.

Quærendum decimotertiò, an talis prælatio com-
petat, quando emphyteuta alienat coactus famis ino-
pia, vel egeſtate, aut ut à carceribus, vel ab hoſtium
poteſtate liberetur, vel ob ſimilem neceſſitatem; Hanc 58
quæſtionem movet Bald. *in c. 1. toto num. 2. qualiter
feud. alien. poſſ.* & concludit etiam in hac alienatione
Domini conſenſum requirendum eſſe, eique præla-
tionem dandam, ſequitur Curt. *de feud. 4. part. num.*
107. Duennas *regul. 40. ampl.* 14. Hartman. Piſtor.
lib. 2. quæſt. Jur. part. 1. quæſt. 6. nu. 49. & ſeqq. Scurff.
conſ. 30. num. 5. & conſ. 67. num. 22. cent. 1. Albert.
Brun. *conſil. feud. 132. num.* 4. & latè Cald. *de emphyt.
extinct. c. 6. numer. 18. & ſeqq.* ſed contrarium idem
Bald tenere videtur *in c. 1. §. aut ſi libellario numer. 3.
quibus mod. feud. amitt.* ubi concludit, quòd ſi neceſſi-
tas victus, aut alia ſimilis ſit præciſa, adeò ut ex aliis
bonis emphyteutæ, aut Vaſſallo conſultum non ſit, 59
poſſit Vaſſallus ſine Domini conſenſo alienare, quam
ſententiam comprobat Caccialup. *obſervat. feud. 18. in
princ. & per tot.* Minſinger. *cent 6. obſervat. 30. nu. 3.
& 4.* ubi ita judicatum teſtatur; ſunt autem qui pu-
tant Vaſſallum, aut emphyteutam poſitum in præci-
ſa neceſſitate teneri ad requirendum conſenſum Do- 60
mini, qui ſi illum deneget, emphyteutam, vel Vaſſal-
lum pœna caducitatis punire non poterit, ut verius pu-
tavit Bald. *in dicto §. aut ſi libellario n.* 3. Rub. Alex *conſ.*
110. *nu.* 11. Weſembec. *conſ. 66. nu. 28. & ſeq. volum.*
2. latè Roland. *conſ. 56. num. 16. & ſeqq. lib. 4 ubi nu.*
19. contrarium putat verius ſi neceſſitas originem ha-
buerit à culpa ipſius emphyteutæ, Menoch. *de arbitr.
cent. 2. caſ. 182. num. 7. & pluribus ſeqq* Clar. *in §. feu-
dum, quæſt. 31. nu.* 11.

Dicendum tamen crederem, quòd ſi emphyteuta
reparare poſſit neceſſitati alienando tantum commo- 61
ditatem fructuum ſua vita durante, id, & non ultra
facere poſſit ſine Domini conſenſu, & Domino præ-
lationem negando ad tradita per Bald. *in l. voluntas
num. 6. Cod. fideicommiſſ.* & latè Roland. à Vall. *dicto
conſil. 56. num. 20. lib.* 4. Si verò nequeat hoc modo
ſuæ neceſſitati reparare, tunc verius puto, quòd em-
phyteuta requirere teneatur Dominum directum co-
ram Judice, illumque cogere, vel ad præſtandum
ſuum conſenſum, vel ad emendum pro eodem pre-
tio non intra tempus *in dicta l. final.* ſtatutum, ſed
intra tantum temporis ſpatium, quòd neceſſitas ex-
quirit, & non ultra, ut eleganter probat Roſenthal.
*de feud cap. 9. membr. 1. concluſ. 3. ſub nu. 7. verſic. ſed
hoc caſu,* quæ ſententia mihi æquiſſima, & naturæ con-
ſentanea ſpernenda non videtur.

Quærendum decimoquartò, An Domino directo, 62
an vero Domino ſubalterno, & emphyteutæ danda
ſit prælatio, quando ſubemphyteuta alienat jus, quod
habet, & quidem verior eſt opinio gloſſ. *in dicta l. fi-
nal. verbo aliis vendere circa med. Cod. de Jur. emphyt.*
putantis Dominum directum requirendum eſſe, eique
prælationem dandam, ſequitur Jaſon. *ibidem num. 46.
48. & 88.* Specul. *tit. de locat. §. nunc aliqua quæſt.*
106. *nu. 129. & quæſt. 126. num.* 152. Cald. *de emphyt.
extinct. cap. 7. num. 43. & ſeqq. & lib. 1. de renovat.
quæſt. 13. num. 41. & ſeqq.* Capyc. Latr. *decis. 46. nu.
24. & ſeqq.* & plenè Rot. coram Uhald. *decis.* 384. *n.
1. & ſeqq. ac decis. 40. per tot. part. 7. recent.* ubi im-
pugnat diſtinctionem illorum, qui diſtinguunt inter
caſum, in quo emphyteuta ſubemphyteuticavit ſibi
reſervando canonem, aut aliquid aliud in ſignum uti- 63
lis dominii, & inter alium, in quo nihil ſibi reſer-
vavit, quam diſtinctionem impugnat etiam Molin. *de
contract. diſput. 471. per. tot.* & optimè Marcian. *diſput.
97. num. 21. & ſeqq.* quidquid dixerit de Marin. *quo-
tid. tom. 1. c. 232. n. 3. & ſeqq.*

Et quid ſi cum emphyteuta non concurrat Domi-
nus directus, aut ipſe directus prælationem nolit, di-
cendum videtur, emphyteutam præferendum eſſe,

64 ut tenuit Jo. Fab. *in §. adeo num.* 5. *cum ſeqq. inſti-
tut. de locat.* Thor. *in compend. decis. tom.* 3. *part.* 2.
verb. prælatio fol. 310. Contrarium tamen eſt verius,
quia cum emphyteuta reſpectu ſecundi Dominus di-
rectus non ſit, non poteſt ei competere prælatio, *quæ
à d. l. final.* Domino tantum conceditur, ut plenè pro-
bat Marclan. *d. diſput.* 97. *per tot.* ubi ita judicatum
teſtatur, quòd tamen non ſic libenter admitterem,
quia Dominus ſubalternus, quoad ſubemphyteutam
dicitur Dominus, & habetur, uti Dominus quoad
eum, & non repugnat, quod ſint plures Domini di-
recti diverſis reſpectibus, latè Capyc. Latr. *d. decis.* 46.
nu. 24. *uſque ad num.* 30.

Quid autem dicendum ſit, quando emphyteutæ
reperitur data conceſſio alienandi, & vendendi, vel
inveſtitura eſt facta cum clauſula, *& quibus dederis*;
65 Siquidem hoc caſu Roman *in l. filiusfamilias poſt nu.*
2. *ff de acquir. hæredit.* defendit, quòd ſatis ſit adhibere
conſenſum primi emphyteutæ, illique prælationem
concedere, quod tamen falſum eſt, quia dato etiam,
quod tales clauſulæ, & facultates poteſtatem tribue-
rent emphyteutæ ſubemphyteuticandi ſine Domini
conſenſu, adhuc tamen facta ſubemphyteuticatione
conſenſus Domini directi adhibendus eſt, quando ſub-
emphyteuta alienat, quia facultas alienandi, & clau-
ſulæ prædictæ ſolum operantur in prima alienatione
facta ab emphyteuta, non autem in aliis à ſubem-
phyteuta faciendis, ut eleganter notat Cald. *de
emphyt. extinct. cap* 7. *num.* 45. qui etiam aliam addit
rationem de cujus tamen veritate valdè dubitan-
dum eſt.

66 Quærendum decimoquintò, an Dominus directus
præferatur in concurſu Vicini, Agnati, aut alterius,
cui à Statuto prælatio data eſt, affirmativa opinio
communiter à Doctoribus defenditur, ut videre eſt
apud Alberic. *in l. Imperator.* & ibi Bald. *verſic. extra
quæro*, & Angel. *num.* 2. *ff de pact.* Rip. *in l.* 1. *num.* 10.
ff de privileg. credit. Jaſon. *in dicta l. final numer.* 12.
Tiraquel. *de retract. lignag. lib.* 1. *§.* 1. *gloſſ.* 14. *n.* 113.
& §. 21. *nu.* 2. *cum ſeq.* Cald. *de emphyt. extinct. c.* 13.
nu. 22. ubi idem exiſtimat in feudo, & limitat hanc
concluſionem, quando alienatio facta fuiſſe Agna-
tis comprehenſis in inveſtitura, Capyc. *decis.* 99. *nu.*
1. Lanar. in Addit. ad Patruum *in repetit.* §. *ſed etiam
res num.* 12. *per quos fiat inveſtit.* Amat. *reſolut.* 54. *nu-
mer.* 23. Ricc. *collect. decis.* 1395. Giurb. *decis* 52. *num.*
1. *&* 2. Monter. *decis.* 43. *num.* 44. Franch. *decis.* 610.
per tot. Cancer. *var. pars.* 1. *cap.* 11. *num.* 60. de Ma-
rin. *quotid. tom.* 1. *cap.* 232. *num* 2. Gratian. *diſcept.*
460. *num.* 34. *& ſeqq.* ubi de Bulla Juris congrui de
Luc. ad Franch. *decis.* 610. Capyc. Latr. *decis.* 46. *nu.*
21. *& ſeqq* & ratio eſt evidens, cùm enim Statuta in-
terpretationem recipiant à Jure communi, meritò dum
directus de Jure quibuſcumque aliis præfertur, ſtatu-
ta ipſa poſt Dominum directum Agnatis, & Vicinis
prælationem dediſſe videntur; Propterea ſi ſtatuto
caveatur, quòd Vicini præferantur etiam in concur-
ſu Domini directi, & Populus, qui illud condidit fa-
67 cultatem habuerit contra Jus ſtatuendi, certè Domi-
nus vicinia poſtponendus eſſet, ad tradita *in quæſt.* 6.
n. 6. *& ſeq.* benè tamen verum eſt, quòd nolente Do-
mino emere tenetur emphyteuta requirere alios, qui-
bus competit prælatio vigore ſtatuti, juxta *decis.* 153.
Afflict. & latè Rumm. in addit. ad eumdem *de Jur.
protomiſ. ad not.* 3. *verſ. item num.* 1. *& ſeqq. fol. mi-
hi* 61.

Quærendum decimoſextò, an prælatio Domino
danda ſit, quando primus emphyteuta alteri ſubem-
68 phyteuticavit reſervando ſibi majorem Canonem eo,
quem ſolvit, & poſtea vult dictum canonem extra-
neo vendere, prima facie affirmativè reſpondendum
videtur, quia, ut diximus, prælatio Domino datur
non ſolum in venditione ipſius rei emphyteuticæ,
ſed etiam in venditione melioramentorum; Unde
cùm tale augumentum Canonis dicatur melioramen-
tum, non videtur dubitandum, quòd in ipſius Vendi-
tione Domino prælatio competat; Sed contrariam
opinionem plenè defendit Marcian. *diſput.* 63 *per tot.*
& movetur, ex quo lege non caveatur, quòd in alie-
natione Canonis prælatio Domino competat, quod-
que nequeat fieri extenſio de caſu ad caſum, contra
quam ratione facilè eſſet arguere, quatenus tale au-
gumentum canonis eſſet melioramentum rei emphy-
teuticæ, quia Text. *in dicta l. final.* præciſè locum
habet in alienatione omnium, & ſingulorum melio-
ramentorum; Ideò opinio Marcian. optimè defendi
poteſt reſpondendo, diſpoſitionem Text. *in dicta l.
final.* procedere in melioramentis ſolo affixis, & co-
hærentibus, non autem in ſeparatis, quale eſt augu-
mentum Canonis, quòd licèt contemplatione ſoli fa-
ctum ſit, non tamen ſolo affixum eſt, neque ullam 69
cum ipſo ſolo participationem habet, ut notat Pin-
heir. *de cenſ. & emphyt. diſput.* 4. *part.* 2. *ſect.* 7. *§.* 7.
numer. 140. Alvarez Pegaſ. *reſolut. forenſ. cap.* 9. *nu-
mer.* 89.

Quærendum decimoſeptimò, an ſi Dominus con-
ſenſerit venditioni factæ vili pretio cum pacto de re-
trovendendo, præferendus ſit in remiſſione, & re-
troceſſione dicti pacti facta ab emphyteuta; Quæſtio 70
videtur favore Domini decidenda, quia cùm dicta fa-
cultas redimendi rem emphyteuticam tanquam res
immobilis reputetur, ac cohærens ſit ipſi rei, jure
optimo Domino prælatio danda eſt, dum verifican-
tur verba Text. *in dicta l final.* qui in qualibet alie-
natione ſive partis, ſive totius rei emphyteuticæ
prælationem dat, ut concludit Tiraquel. *de retract.
lignag. §.* 1. *gloſſ.* 7. *num.* 31. *fol. mihi* 26. Contra-
rium tamen eſt verius, cùm enim liberum fuiſſet ven-
denti rem ipſam non repetere, ſi maluiſſet rem liberè 71
penes emptorem manere, ita quoque ſi poſtquam
emphyteuta cum Domini conſenſu vendidit jus illud
retrahendi juſto pretio remittat, non dicitur de no-
no vendere, aut novum contractum facere, ſed ma-
gis primum confirmare, & approbare, & declarare
animum ſuum rem ipſam non repetendi, unde dum
Dominus, jam declaravit nolle emere primæ ven-
ditioni conſenſum præſtando, audiri amplius non
debet prælationem petendo tempore approbationis
ipſius contractus, ut notat Carol. Molinæ. §. 55. 2.
part conſuet. Pariſ. num. 115. Cald. *de emphyt. extinct.
cap.* 13. *num.* 28. *& pluribus ſeqq.* ubi idem putat, ſi
emptor, emphyteutæ decepto ultra dimidiam juſti
pretii, pretium ſuppleat, & eo tantum caſu limitat
concluſionem, quando aut tacitè, aut expreſsè in
prima venditione Domini conſenſus non intervene-
rit, & latè Coccin. *decis.* 1827. *numer.* 10. *& ſeqq.* ubi
quòd ſi poſt venditionem factam cum conſenſu Do-
mini emphyteuta rem recuperet ob nullitatem, aut
reſciſſionem contractus non requiritur novus Domi-
ni conſenſus.

Quid autem dicendum ſit, ſi pactum de retroven-
dendo in alio diverſo Inſtrumento adjectum ſit, vel
ex intervallo appoſitum ſit ſine ſcientia Domini di-
recti; Quæſtio quidem videtur obſcura, quoniam 72
videmus in ſimili, quod licet emphyteuſis vendita
cum pacto retrovendendi poſſit ſine Domini conſenſu
revendi, & redimi vigore dicti pacti abſque eo quod
ulla Domino detur prælatio, ut notat Barboſ. *in
dicto cap. potuit num.* 69. *de locat.* Gratian. *diſcept.* 180.
num. 20. Fulgin. *de jur. emphyt. quæſt.* 1. *de alienat. n.*
166. *fol. mihi* 465. Amade. à Pon. *de laudem. qu.* 37.
column. 2. *verſ. eo tamen caſu*, Cavaler. *decis.* 360.
num. 5. ſi tamen dictum pactum de retrovendendo à
principio non fuit appoſitum, ſed ex poſt facto, vel
in diverſo Inſtrumento à Domino ignorato, tunc in
retrovenditione, directi licentia requiritur, & ipſi
Domino prælatio concedenda eſt, & ratio eſt evi-
dens, quia dum unicus conſenſus tantum præſtitus
fuit

fuit ſuper alienatione, & venditione, non poteſt d. conſenſus ſuum effectum operari pro retrovenditione vigore pacti de retrovendendo in diverſo inſtrumento, & ex intervallo adjecti, quod non cenſetur amplius pars ipſius venditionis, neque efficit, ut retrovenditio ipſa dici valeat exequutio prioris contractus, ut latè probat Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 1. *cum ſeqq.* Franch. *decis.* 116. *num.* 2. *&* 5. Surd. *decis.* 182. *&* 344. *num.* 3. Coccin. *decis.* 1849. *num.* 24. *& ſeqq.* & optimè Tiraquel. *de retract. convent. gloſſ.* 1. §. 6. *num.* 20. *verſ. ſi autem plenè*, Gratian. *dicte cap.* 180. *num.* 11. 15. *& ſeqq. & num.* 19. *uſque ad fin.* Corbul. *de cauſ. privat. ob alien. &c. ampliat.* 17. *ſub numer.* 8. *verſ. cæterum ego, & melius num.* 11. *verſ. ſi autem pactum fol. mihi* 197. *& ſeq.* Fulgin. *ubi ſupra num.* 168. 170. *&* 171.

Verùm contrarium tenuit Carol. Moline. *dict.* §. 55. *num.* 123. quem ſequitur Cald. *d. cap.* 13. *numer.* 30. *&* 31. qui movetur, ex quo ſcientia talis pacti potiùs removet Dominum, quàm illum inducat ad
73 tantumdem offerendum, ac prælationem petendam, dum plerumque prudentes viri hujuſmodi emptiones cum pacto de retrò deteſtari, & contemnere ſoleant, unde ſi Dominus noluit prælationem habere, & conſenſum præſtitit in ſimplici venditione ſine d. pacto ab ipſo ignorato, eo magis conſenſum ſuum præſtitiſſet, nec prælationem petiiſſet, ſi dictum ſciviſſet, aut in Inſtrumento adjectum fuiſſet, quæ ratio quan-
74 ti valeat quiſque videt, non enim conſiderare opus eſt, an Dominus directus ſciens tale pactum non emiſſet, quia id eſt divinare, ſed oportet vim facere in aſſenſu præſtito à Domino, qui cùm non trahatur ad ignorata, & conſequenter ad pacta extra Inſtrumentum ad ipſius notitiam deductum, neque extendi poſſit ad diverſos contractus, meritò non poteſt arcere Dominum à juſta prætenſione præſtandi novum aſſenſum, ac prælationem petendi in retrovenditione, quæ dici debet facta ex novo contractu, non autem in exequutionem priori venditionis ſimpliciter ſine dicto pacto ſtipulatæ.

Ex quibus etiam inſurgit, quòd ſi pars tantum emphyteuſis vendita ſit pacto adjecto, quod etiam
75 alia venderetur, quamvis in dicta venditione cum tali pacto aſſenſus Domini directi intervenerit, adhuc tamen in venditione alterius partis Dominus requirendus eſt, eique prælatio danda, quia venditio illa facta in exequutionem d. pacti non dicitur eadem cum prima, ſed nova prorſus, ac novus contractus, niſi liquido conſtaret emptorem empturum non fuiſſe primam partem, niſi altera quoque ipſi venderetur, ut Carol. Moline. *dicte* §. 55. *num.* 126. probat, & eum ſequitur Cald. *d. c.* 13. *num.* 31. cui quoque opinioni vix adhærere poſſum, nam omnes ferè rationes, quæ vigent in caſu quo denegatur
67 Domino prælatio in retrovenditione facta vigore pacti de retrovendendo, vigent etiam in venditione facta vigore pacti de vendendo; Etenim ſicuti opus non eſt nova Domini licentia in actu retrovenditionis, ſi Dominus licentiam conceſſit, ut res venderetur cum iſto pacto de retrò ex ea potiſſimum ratione, quod jam Dominus huic oneri conſenſit, & licentiam retrovendendi per neceſſarium conſequens dediſſe videtur, ita quoque novus aſſenſus non videtur neceſſarius in venditione alterius partis rei emphyteuticæ, nam Dominus dando licentiam vendendi partem cum pacto eidem emptori aliam vendendi, jam conſenſum præſtat venditioni alterius partis, ne aliàs dicamus pactum illud de licentia Domini appoſitum ſupervacaneum eſſe, & ne affirmare fas ſit, quod d. venditio alterius partis non ſit facta in exequutionem contractus, cui exequutioni Dominus aſſenſum præſtitit, ut præ cæteris optimè ratiocinatur Corbul. *de cauſ. privat. ob alienat &c. d. ampliat.* 17. *ſub num.* 8 *verſ. cæterum ego*, Fulgin. *dict.*

quæſt 1. *n.* 170. conſonat Cagnol. *in l.* 2. *n.* 243. *Cod. de pact. inter. empt. & vendit.* Alex *conſ.* 228. *ſub nu.* 5. *verſ. Et ſimiliter non obſtat. lib.* 6. & in fortioribus eſt Text. *in cap. unic. de feud. non habent. prop feud. natur.* & optimè Surd. *videndus decis.* 105. *n.* 22. *ad* 2. ubi quod emphyteuta vendens vigore præcedentis promiſſionis nihil videtur de novo facere, ſed jam factum, ſeu promiſſum implere, atque exequi primum contractum, cui Dominus conſenſit, qui ſibi, conſentiendo, præjudicavit etiam quoad omnia conſequutiva, niſi limitatum conſenſum præſtitiſſet.

Præterea ſicuti conſenſus præſtitus à Domino in mandato de vendendo ad Emphyteuta dato operatur, ut poſſit res vendi ſine alio Domini conſenſu, & 77
abſque eo quod eidem prælatio detur, ut notat Afflict. *en cap. Imperialem quæſt.* 14. *numer.* 75. *de prohibit. feud alienat. per Frideric.* Caldas *de Emphyteuſis extinctione cap.* 12. *numer.* 29. *& ſeq.* ita quoque dici debet de conſenſu præſtito in pacto de vendendo, quia plus operatur pactum vendendi, quàm ipſum mandatum.

Quærendum decimooctavò, an Text. *in dicta l. final.* habeat locum in donatione rei Emphyteuticæ, & 78
concluſio eſt negativa, ut probat Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 93. *nu.* 29. *& ſeqq* Laurent. *decis. Avenionen.* 143. *num.* 3. Surd. *decis.* 93. *num.* 1. Mut. *decis. Sicilia* 10. *n.* 1. Franch. *decis.* 201. *n.* 3. & latè de Luc. *ad eumdem pariter num.* 3. ubi contrarios rejicit Gregor. *decis.* 520. *num.* 1. ubi Addent. *litt. A.* Amat. Dunozett. *decis.* 538. *num.* 4. *& ſeqq.* Rub. in annot. ad *decis.* 131. *num.* 142. *& pluribus ſeqq. part.* 8. *recent.* qui tamen communiter aſſerunt, quòd antequam donatarius poſſeſſionem rei donatæ accipiat ſub pœna caducitatis obtinere debet Domini directi conſenſum, eique laudemium ſolvere, ut Dominus examinet, & pro- 79
videat an ſibi expedias donatarium illum habere emphyteutam, & an ſit de prohibitis, potentior, vel talis perſona à qua vel difficilimè canonem habere poſſit, vel in qua extendatur linea, & ceſſet ſpes reverſionis rei emphyteuticæ, ut ſubjungit Caldas *de emphyteuſ. extinct. cap.* 13. *num.* 39. ubi de Emphyteuta ſene, & liberis carente, qui in fraudem Domini donavit rem emphyteuticam juveni prolem habenti, & de hoc videas in *quæſt.* 16 *num.* 206. *& ſeqq.*

Idemque prorſus dicas de permutatione, in qua non requiritur Domini directi conſenſus, neque Do- 70
mino prælatio competit, Jaſ. *in d. l. final. num.* 102. *verſic. ergo*, Bero. *in cap. potuit. num.* 96 *de locat.* Altograd. *cons.* 9. *n.* 31. *lib* 2. Hodiern ad Surd. *decis.* 173. *num.* 17. *& ſeq.* Amic. *de jur. emphyt. quæſt.* 13. *per tot.* Rub. *ubi ſupra num.* 153. *cum ſeq.* latè Rot. *decis.* 169. *n.* 29. *part.* 9. *recent.* niſi tamen ſit facta in fraudem, Al- 81
tograd. *d. cons.* 9. *num.* 27. *& ſeqq.* Corbul. *de cauſ. privat limit.* 12. *& limit.* 13. *nu.* 7. & dummodo ante poſſeſſionis traditionem requiratur conſenſus Domini, ut ſupra, Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 173. *nu.* 17. circa quas quæſtiones vide, quæ dicta ſunt *in d. quæſt.* 16. *num.* 142. *& ſeqq.* & latè Cald. *lib.* 4. *cap.* 10. *nu.* 3. *& ſeqq.*

Notandum tamen eſt, quòd ſi Emphyteuſis titulo inſtitutionis alicui relinquatur, tunc non ſolum Dominus requirendus non eſt ante, verùm etiam neque 82
in actu apprehenſionis, & poſſeſſionis captæ, ut contra Jaſ. tenuit Cald. *d. lib.* 4. *cap* 10. *n.* 22.

Quærendum decimononò, an prælatio Domino directo concedatur in legato rei emphyteuticæ, & pro intelligentia quæſtionis diſtinguendum eſt, aut enim emphyteuſis eſt conceſſa certis perſonis, vel eſt ex 38
pacto, & providentia, aut mixta, & tunc abſolutum eſt, quod non poſſit extra dictas perſonas irrequiſito Domino legari, etiam ad pias cauſas, ad Text. *in cap* 1. §. *donare qualiter olim poterat feudum alienari*, ubi Bald. *num.* 2. Præpoſit. *num.* 4. & Afflict. *n.* 9. *cum ſeq.* & latè Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 10. *num*

19. *& ſeqq.* ubi latè diſputat an ſaltem debeatur æſti-
84 matio; Aut conceſſio emphyteuſis facta eſt pro hæ-
redibus, & ſucceſſoribus, & tunc legari poſſe, te-
nuit Bald. *in cap.* 1. *num.* 19. *de prohibit. feud. alienat.*
per Frideric. Curt. Jun. *cons.* 1. *num.* 2. *& ſeq.* Rot.
decis. 271. *num.* 2. *part.* 1 *recent.* Verum Bald. & ſe-
85 quaces id affirmant in emphyteuſi conceſſa pro hæ-
redibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, cæterum
quando ſimpliciter conceſſio facta eſt pro hæredibus,
& ſucceſſoribus, inconſulto Domino emphyteuſim
legari non poſſe, concludit Alex. *in l. quod dicitur n.*
26. *ff. de verb. oblig.* Imol. Coſt. & alii quos adducit
Cald. *d. cap.* 10. *num.* 15. §. *adverto tamen, & ſeqq.*
Quidquid tamen ſit de hac quæſtione abſolutum
eſt, quod quotieſcumque legatur res emphyteutica
86 Domino prælatio non competit, ſicuti enim fruſtra-
torium eſt Dominum requirere in donatione ad ef-
fectum ut præferatur, ita etiam dicendum eſt in le-
gato, propterea ſicuti ante actualem traditionem, &
naturalem poſſeſſionem opus eſt facta donatione Do-
minum requirere, ut diſcernere valeat qualitatem
Donatarii; ita quoque neceſſaria eſt requiſitio ante-
quam hæres poſſeſſionem rei legatæ tradat legatario,
ut docet Cald. *dicto c.* 10. *ſub n.* 14. *verſic. hoc etiam, &*
ſeq. & latiùs dictum eſt *in d. quæſt.* 16. *n.* 20. Quan-
87 do autem Teſtator mandavit pretium retrahendum
ex venditione rei emphyteuticæ diſtribui inter pau-
peres, aut illud legavit alteri, & tunc venditio fieri
nequit ſine ſolemnitatibus Text. *in dict. l. final.* præ-
lationem Domino concedendo, ut notat Cald. *dicto*
cap. 10. *nu.* 20. cum declarationibus relatis in *quæſt.*
18. *& in dict. quæſt.* 16. *num.* 206. *& ſeqq.* Et quam-
vis Rumm. in addit. ad Afflict. *de Iur. protom. fol.*
mihi 19. *nu.* 5. teneat, quòd facto legato Eccleſiæ, ne
emphyteuſis tranſeat ad manus mortuas poſſit Do-
minus uti prælatione, tamen allegat Theſaur. qui
nunquam id ſomniavit, ſed tantum quærit *lib.* 3. *qu.*
83. an Eccleſiæ debeatur æſtimatio.
Quærendum vigeſimò, an prælatio detur Domino
88 quando emphyteuta locat ad longum tempus rem
emphyteuticam; Quæſtio quidem eſt ſolemnis ob di-
verſitatem opinionum, & rationum; Sunt enim qui
reſpondent liberè poſſe emphyteutam rem emphyteu-
ticam ad longum tempus locare nullam Domino
prælationem concedentes, ut tenuit Bero. *in cap.*
nulli num. 32. *de reb. Eccleſ. non alienan.* Pinel. *in l.* 1.
part. 3. *num.* 64. *verſ. alii autem, Cod. de bon. matern.*
Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 32. melius Imol. *in*
cap. potuit nu. 22. *verſ. item poteſt quæri de locat.* quem
ſequitur Jaſ. *in d. l. final. num.* 112. & Apoſtil. ad Alex.
cons. 119. *circa finem, lib.* 3. Rodoan. *de reb. Eccleſiæ non*
alienan. fol. mihi 520. *num.* 34. Cald. *de emphyteuſ. ex-*
tinct. lib. 4. *cap.* 4. *num.* 41. *& ſeqq.* Nigr. *de laudem.*
quæſt. 10. *art.* 1. *num.* 15. *& ſeqq. tom.* 1. de Marin. *re-*
ſol. Iur. lib. 2. *cap.* 161. *num* 8. *in fin.* Amat. *reſol.* 54.
num. 24. Rumm. in Add. ad Afflict. *de Iur. protomiſ.*
fol. mihi 82. *num.* 28. *& pluribus ſeqq.* ubi plures alle-
gat rationes, qui moventur ex duplici ratione; Pri-
ma eſt, quia Text. *in dict. l. final.* ſtrictè intelligen-
dus eſt, ideòque diſponens de alienatione non poteſt
extendi ad talem locationem; Secunda eſt, quia
Dominus directus ſi præferretur in locatione eſſet
ſimul Dominus, & rei ſuæ conductor, ſimul ſupe-
rior, & inferior ſui emphyteutæ, & per circuitum
recognoſceret in Dominum eum, qui ipſum in Domi-
num recognoſcit, quod quidem videtur abſurdum,
& contra Text. *in leg. ſi aliquam rem.* 28. *ff. de acquir.*
poſſeſſ.
Sed contrarium tenuit Petr. Jacob. *in prax. fol. mihi*
13. *column.* 2. Alex. *conſil.* 104. *lib.* 3. & optimè Ruin.
89 *conſ.* 148. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 1. Bero. *cons.* 123. *num.*
4. *&* 5. *lib.* 1. Marta *vot.* 140. *n.* 1. Franciſc. Rocc. *reſp.*
2. *num.* 3. *& ſeqq. tom.* 2. ubi malè id extendit ad lo-
cationem modici temporis, Sanfelic. *decis.* 106. *num.*
8. Palador. *diff.* 109. §. 1. *nu.* 5. *in fin. & ſeq.* Afflict.
decis. 238 ubi Urſil. Rumm. in Add. ad Afflict. *de Iur.*
protomiſ. fol. 20. *num.* 12. idem Cald. *de Emphyteuſ.*
extinct. lib. 4. *cap.* 1. *num.* 14. *&* 15. *& ſeqq.* &
latius *d. cap.* 4. *num.* 47. *& pluribus ſeqq. ſignanter nu.*
52. & latè Corbul. *de cauſ. privat. ob alien. irrequiſ.*
Domino ampliat. 35. *per tot. ſignanter num.* 8. *& ſeqq.*
fol. mihi 220. Rot. *decis.* 1. *de locat.* in antiquis, quam
refert, & ſequitur Nigr. *ubi ſupra numer.* 17. Quo-
niam locatio ad longum tempus utile dominium
transfert, & dicitur alienatio, unde falſum detegi-
tur quod non ſit incluſa in verbis *dicta l. final.* quæ
generaliter quamlibet alienationem utilis dominii
prohibet; Et parum refert ratio Imol. nam ratione
utilis Dominii, quod emphyteuta habet poteſt Do-
minus directus rem conducere, neque conducit rem
propriam, quia conducit utile dominium, quod
ipſe non habet, neque ullum conſideratur abſur-
dum, quia poſſunt eſſe plures Domini diverſis re-
ſpectibus, & propter diverſos reſpectus non eſt in
jure inconveniens, quod quis uti Dominus directus
ſit ſuperior, & quoad utile dominium recognoſcat
ſuum emphyteutam, ut dixit Rot. *in dict. decis.* 1.
poſt med. verſ. ſi tamen velles tenere, & coram Ubald.
decis. 384. *num.* 9. *verſ. non obſtat*: Imò ſi per lo-
cationem ad longum tempus transfertur utile domi-
nium ceſſat prorſus conſideratio contraria, nam di-
ci nequit directum recognoſcere emphyteutam, dum
emphyteuta ipſe nullum dominium habet directum,
nec utile, quod jam tranſtulit in Dominium dire-
ctum per locationem, unde verius eſt quod licèt 90
directus præſtare debeat conventam penſionem, ta-
men utilem non recognoſcat in Dominum, dum uti-
le dominium ſuppreſſum, ſeu dormiens pro tem-
pore conſtitutæ locationis manet in directo; Ideò
dicimos ex hac ratione, quòd res propria in pignus
nemini dari poteſt, *l. nec pignus, ff. de regul. jur.* cum
tamen Domino directo feudum, aut emphyteuſis in
pignus dari non prohibeatur, *cap.* 1. *de feud. cap. con-*
queſtus de uſur. l. nec fructus rei, ff. de reg. jur. ſed de
hoc vide, quæ diximus in *quæſt.* 16. *numer.* 123. *&*
ſeqq.
Ex quibus facilè eſt reſolvere, quòd ſi emphyteu-
ta vellet rem alteri ſubemphyteutica teneatur præfer- 91
re directum, ut notant plures apud Cordul. *ubi ſu-*
pra num. 1. *& ſeqq. & ampliat.* 48. *per tot.* Altograd.
cons. 3. *nu.* 8. *& ſeqq. lib.* 2. ubi diſtinguit inter em-
phyteuſim, & feudum, Cald. *d. cap.* 4. *num.* 49. *&*
50. Rot. *dict. decis.* 1. *de locat. in antiquis*, Nigr. *de*
laudem. d. quæſt. 10. *art.* 1. *num.* 17. 20. *&* 22. Va-
laic. *de jur. emphyteut. quæſt* 13. *num.* 11. *& ſeqq.* li-
cèt contra tenuerit Speculat. *in dicto* §. *nunc aliqua,*
verſic. 129. Imol. *in d. cap. potuit num.* 20. Rodoan.
de reb. Eccleſ. non alient. d. fol. 520. *numer.* 35. Petr.
Jacob. *in ſua prax. rubr.* 4. *num.* 34. quorum dicta
vera ſolum eſſe poſſunt, quando emphyteutæ vellet
rem emphyteuticam pro eodem, aut minori cano-
ne in feudum, aut emphyteuſim concedere bene-
merito animo donandi, & liberalitatem exercendi
erga conſanguineum, aut amicum, quia tunc repel-
litur Dominus ex eiſdem rationibus, quæ vigent in 92
donatione, ſecus verò quando emphyteuta non ani-
mo donandi, ſed lucri faciendi rem alteri in em-
phyteuſim concedit, ut eleganter explicat Bero. *in*
dicto cap. potuit num. 112. *verſic. & ideo, ac ſeq. de lo-*
cat. & ita intelligi debent illi, quos allegat Fulgin.
de Iur. emphyt. tit. de alienat. quæſt. 2. *numer.* 313. ſed
de hoc vide, quæ diximus in *d. quæſt.* 16. *num.* 113.
& ſeqq. ubi latè diſputavimus hanc quæſtionem.
Sed quid ſi emphyteuta locat cum expreſſo pacto,
quòd nullum jus reale transferatur in conductorem,
& cum expreſſa reſervatione utilis dominii, videtur
quod prælatio Domino non competat, tum ex theo- 93
rica Bart. *in l. penult.* §. *inſtitute num.* 4. *ff. de legat.* 2.
qui

qui ſcripſit alienare non dici illum, qui locavit etiam ad centum annos promittendo tantum dare conductori fructus, tum etiam ex ſpeciali theorica Felin. *in cap. que in Eccleſiarum numer.* 87. *de conſtitut.* ex ea ratione, quòd videtur tantum ſimplicem commoditatem locare, in qua prælatio non habet locum, ſequitur Gratian. *diſcept.* 149. *num.* 8. Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 2. *num.* 25. Corbul. *de cauſ. privat. ampliat.* 39. *& ampliat.* 35. *num.* 13. *&* 14. ubi id co-
94 gitandum reliquit Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 15. Sed contrarium tenuit Afflict. *in cap. Imperialem in princ. num.* 61. *de prohibit. feud. alien.* Alex. *conſil.* 104. *n.* 7. *lib.* 4. *& conſ.* 165. *n.* 4. *lib.* 2. Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *ſub nu.* 64. *C. de bonis maternis*, Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 45. *num.* 15. *& ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 525. *num.* 10. Caballin. *mille loq.* 160. *num.* 2. & plenè Fulgin. *tit. de alienat. quæſt.* 1. *num.* 89. *per tot. ſignanter in verſ. tamen ratio ſupra allegata fol. mihi* 446. qui moventur ex duplici ratione; Prima eſt, quia cùm utile dominium, quod habet emphyteuta conſiſtat ſolum in fruendo, & percipiendo fructus translatio jure percipiendi fructus in conductorem ad longum tempus qui poſſidere dicitur naturaliter jure proprio, videtur translatum totum utile dominium, & conſequenter proteſtatio ſive reſervatio utilis dominii uti contraria facto non eſt attendenda; Secunda eſt, quia dum in locatione ad longum tempus competit Domino prælatio, dictum pactum reſervationis dominii utilis, præſumitur factum in fraudem, & præjudicium ipſius Domini, & ad eum privandum jure prælationis, propterea non eſt habendum in conſideratione.

Prima autem ratio videtur præciſè contra communem Doctorum theoricam, qui prælationem negant Domino in ſimplici venditione commoditatis, &
95 perceptionis fructuum, utique enim ſi reſervatio utilis dominii expreſsè facta in locatione ad longum tempus operare translationem ipſius utilis dominii translato jure fruitionis in quo dominium utile juxta DD. contrarios conſiſtit, eumdem prorſus effectum operaretur venditio commoditatis, & fruitionis facta durante vita emphyteutæ, quæ continet tacitè utilis dominii retentionem, & reſervationem, in emphyteuta, ut notant DD. apud Fulgin. *dicta quæſt.* 1. *nu.* 309. & tamen contrarium eſt verius, & ideò denegatur Domino prælatio, quia nec dominium utile, neque melioramentum ipſum alienatur, ſed tantum ſimplex commoditas; Secunda verò ratio, neque ſatisfacit, quia concluſio fundata eſt in præſumptione fraudis, quæ ſicuti non præſumitur quando quis alienat, & vendit commoditate, & jus fruendi ſimpliciter niſi ex conjecturis conſtet de fraude, & animo utile dominium alienandi, ut ex Rimin. Seraphin. & aliis notat Fulgin. *ubi ſupra nu.* 309. *&* 311. ita quoque præſumi non debet quando quis locat ad longum tempus cum reſervationi dominii utilis, quia tunc cenſetur locare ſimplicem commoditatem, & fruitionem, niſi conſtet de animo fraudandi Dominum, niſi dicas ex hoc ipſo fraudem præſumi ex dicta, expreſſa reſervatione utilis dominii, quod cùm remaneat inefficax, & abſque ulla utilitate in emphyteuta, videtur potius reſervatum, ut fraudaretur Dominus jure ſuo, quam ut emphyteuta ſibi conſuleret, quod cogitandum relinquo, cæterum animadvertendum puto maximam adeſſe differentiam inter eum, qui melioramenta vendit reſervato ſibi utilis Domino, & inter eum, qui locat ad longum tempus cum eadem reſervatione, primo enim caſu ideò Domino prælatio competit, quia utile Dominium eſt ſeparatum, à meliorationibus ipſis quas lex prohibuit vendi poſſe ſine conſenſu Domini, ut dixi ſupra *nu.* 7. *& ſeqq.* ſecundo verò caſu reſervato Domino utili, locatio reſolvitur in locationem ſimplicis fruitionis, & commoditatis, neque poſſunt intelligi alienata aut vendita melioramenta.

Ex his etiam cognoſci poteſt quanti ponderis ſit doctrina eorum, qui adhærendo theoricæ Baldi in *l. ſi domus*, *§. fin. ff. de leg* 1. dixerunt diſpoſitionem dictæ *legis fin.* locum non habere in locatione ad 96
longum tempus etiam facta uſque ad centum annos, quando conductor non pecuniam, ſed certam quotam fructuum conſignare tenetur, ut probat Ruin. *conſ.* 148. *num.* 11 *lib.* 1 Carocc. *de locat. tit. de jur. emphit. num.* 10. Quia Bald. expreſsè loquitur quando res locatur cum expreſſa declaratione quod nec utile, nec directum Dominium in conductorum trans- 97
feratur, ut explicat Fulgin. *d. quæſt.* 1. *num* 80. *fol mihi* 445. & quidem jure optimo quia nihil intereſt, quòd conductor dare teneatur penſionem in pecunia, aut in fructibus, ſicuti à pari nil refert quod emphyteuta Domino ſolvat canonem, aut reſpondeat quartam partem fructuum, cùm utroque caſu Domino prælatio competat, juxta doctrinam Speculat. *in §. nunc aliqua quæſt.* 104. *num.* 108. *tit. de locat.* Corbul. *de cauſ. privat ob alienationem irrequiſ. Dom. limit.* 40. *num* 1. *fol. mihi* 218. quæ tamen admittenda ſunt, quando verè datur in talibus contractibus prælatio.

Quærendum vigeſimoprimò, an prælatio locum habeat quando emphyteuta alienat ex neceſſitate, puta quia alienavit compulſus auctoritate Principis aut vigore conſtitutionis, vel ſtatuti propter ornatum 98
publicum, aut aliam publicam cauſam quem cogentis ad vendendum, aut quia ſcivit ſe poſſe ad vendendum compelli, & verius eſt prælationem Domino denegari, Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 14. *num.* 10. *& ſeq.* Gratian. *diſceptat.* 784 *num.* 6. *&* 7. Corbul *de cauſ. privat. &c. limit* 30. *per tot.* Fulgin. *dict. quæſt.* 1. *num.* 314 Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 10. *& ſeq.* Merlin. *decis.* 871. *num.* 2. *&* 3.

Quærendum vegeſimoſecundò, an facta à Domino ceſſione hujus prælationis, (id poſſe fieri ſuadente conſuetudine) valeat ceſſionarius excludi à jure prælationis, ſi Dominus laudemium receperit, & 99
approbaverit venditionem; Hanc quæſtionem in ſimili movet Ferrer in nov. addit ad Guidopap. *decis.* 477. *in fin.* ubi notat quòd ſi quis bona feudalia locaverit cum facultate laudemia recipiendi, & omnimoda laudemiorum translatione facta in conductorem, ſi contingat quod conductor laudemia acceperit ab emptore antequam Dominus denunciaverit conductori, aut emptori quod volebat uti jure prælationis Dominus à jure prælationis excludatur, & ſequitur Tondut. *quæſt. civil cap.* 23. *num.* 12. ideòque è contra ſi emptor laudemium ſolvit Domino, excludetur ceſſionarius à jure prælationis, niſi intervenerit denunciatio, & intimatio, aut unum ex requiſitis *l.* 3. *C. de novat.* & optima ratione. quia licèt Dominus alteri ceſſerit jus prælationis, adhuc ta- 100
men apud ipſum remanent actiones directæ, quarum vigore laudemium recipiendo potuit emptorem à jure prælationis liberare, ſalvo tamen regreſſum ceſſionario ſi ob id aliquod intereſſe prætendat adverſus Dominum cedentem, ut plenè reſolvit Tondut. *d. cap.* 23. *à num.* 10. *ad* 17.

Quærendum vigeſimotertiò, an ſi plures ſint Domini & unus vendat portionem ſuam Domini directi,
valeant aliis jus prælationis prætendere in portione 101
illa vendita, & verita eſt, quòd nequeant, quia Text. *in d. l. final.* non obligavit Dominos inter ſe ad denunciandum, & prælationem patiendum, ſed tantum emphyteutam adſtrinxit ad id, unde cùm unus ex Dominis aliorum reſpectu non ſit emphyteuta non eſt juſtum, quòd teneatur denunciare, & prælationem dare aliis, ita Ferron. *ad Conſuetud. Burdig. tit.* 2. *de retract. §.* 19. Roſenthal. *de feud. cap.* 9.

membr. 2. concluſ. 92. num. 15. & 16. ubi tamen id declarat ſi adſit ſtatutum jus prælationis, aut Conſociis tribuens, & iſti inter ſe eſſent agnati.

Quærendum vigeſimoquartò, an diſpoſitio prædictæ legis procedat favore Domini ſuperficiem concedentis, quando is cui eam conceſſit vult illam alteri vendere, & pro intelligentia prius ſciendum eſt, quòd ſuperficiarius contractus perficitur, quando Dominus à ſe Dominii jus non abdicando alicui concedit in perpetuum, vel ad longum aut breve tempus ſuper-
102 ficiem alicujus ſoli, vel eam vendit, aut donat, aut legat penſione ſibi reſervata, vel nulla, non enim neceſſe eſt ad huoc effectum, quod pro ſuperficie penſio annua præſtetur, vel quod illa non ſolvatur, ſed tantum opus eſt, quod ita contractus perficiatur, ut in ſolo nil juris emens ſit habiturus, juxta theoricam Bart. *in l. fin. in fin. ff. de ſuperfic.* quam ſequitur Jaſ. *in l. 1. §. ſi ego num. 2. verſic. item eſt contractus, ff. de nov. oper. nunciat.* Alciat. *in l. bonorum 49. verb ſuperficiaria, ff. de verb. ſignif.* Valaſc. *de jur. emphyt. qu. 33. num. 1. & ſeqq. & num 5. ac ſeq.* Menoch. *de retinend. poſſeſſ remed. 4. nu. 5. & ſeq.* Alvarot. *de feud. in præfat. nu. 43. verſ. capio primum,* Scradet. *de feud. part. 2. cap. 2. num. 57 tom* 1. quod etiam notavit Bald. *in rubr. Cod de jur. emphyt. num.* 2. Proinde pro reſolutione noſtræ quæſtionis diſtinguendum eſt inter ſuperficiarium, qui ſuperficiem conduxit, vel eam alio titulo detinet ſub certa annua præſtatione, & inter illum qui illam emit, aut alio titulo gratuito habet, ſed nullam obligatus eſt ſolvere penſionem, primò caſu de iſto idem cenſendum eſt, ac de emphyteuta,
103 qui ſicuti non poteſt alienare ſine Domini conſenſu, & eundem præferre tenetur, ita etiam iſte ſuperficiarius facere debet, ſecundò verò caſu ſuperficiarius poteſt liberè vendere, & cedere alteri ſuperficiem abſque Domini requiſitione, & abſque eò quòd patiatur eumdem præferri, juxta Text. *in l. 1. §. quod autem, verſ. ſed & tradi,* ubi Bart. origo hujus diſtinctionis *ſub num. 1. ff. de ſuperfic.* quem ſequuntur Aret. *in §. adeò autem num. 14. Inſtit. de locat.* Iaſ. *in dict. l. fin. num. 131. Cod. de Iur. emphyteut.* Soccin. ſen. *conſ. 287. num. 3. lib. 2.* Gratian. *diſcept. 3*10. *numer. 18. & ſeq.* Menoch. *de retinend. dict. remend. 4. nu. 33.* Valaſc. *de jur. emphyt. dict. quæſt. 33. num. 12.* Scradet. *de feud. part. 2. cap. 2. num 57. in fin.* Afflict. *decis. 129. num. 8* Capyc. *decis. 196. ſub. num. 1. verſic. qui etiam,* Cald. *de extinct. emphyteuſ. lib. 4. cap. 7. num. 38.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. tit. de caducis §. his dictis num. 7.* Coccin. *decis. 75. num.* 2. & optimè cum hac diſtinctione prælationem concedendo, & negando, Gomeſ. *ad leg. 70. Taur. num. 31.* Molin. *de contract. diſp. 371. num. 5.* Nigr. *de laudem. tom. 1. quæſt. 40. art. 5. num. 17. & ſeq.* Gratian. *dict. diſcept. 460. nu. 1. juncto num. 18. & ſeq.*

Quæ diſtinctio fortaſſe procedere non videtur in
104 ſuperficiario Eccleſiæ is enim nullo titulo quocumque modo ſuperficiem obtinuerit, poteſt in alios ſuperficiem transferre, ut per Text. *in l. 2. Cod. ne rei Dominica, vel templor. probat.* Bart. *in dict. §. quod autem in fin.* quem ſequitur Menoch. *dict. remed. 4. numer. 34.* & clarè Valaſc. *dict. quæſt. 33. numer. 12. in fin.* quòd tamen verum non exiſtimo, ſi enim quis emiſſet ſuperficiem rei Eccleſiæ cum debitis ſolemnitatibus neque adſtrictus eſſet ad penſionem ſolvendam clarum videtur quòd ei licitum ſit ſuperficiem alienare etiam Eccleſia ipſa non requiſita, ut videtur eſſe de mente Bart. *in d. §. quod autem, verſic. prædicta* Menoch. *dict. remed. 4. num. 34.* & quidem Text. *in dict l. 2.* ex quo DD. hanc prohibitionem colligunt, loquitur expreſsè de prædiis colonicis ſive emphyteuticis, & ex ſupra probatis, tunc ſuperficies conſideratur, ut res emphyteutica quando pro ea ſolvitur penſio, ſecus quando nulla penſio pro ea debetur, ideòque hoc ſecundo caſu Textus non applicatur.

Sed an è contra ille qui obtinuit ſuperficiem præferatur quando Dominus vendit, dicendum videtur quod præferatur, ex Afflict. *de jur. protomiſ. in princ. nu. 38. verſic. item quæro not. 10.* Gratian. *diſcept. 440.* 105
num. 1. & 2. negativa tamen eſt verior prout diximus ſupra in emphyteuta quando Dominus vendit Canonem.

Quærendum vigeſimoquintò, an prælatio ceſſet
quando fuit facta conceſſio in emphyteuſim cum 106
pacto francandi, & emphyteuta cum eodem pacto alteri vendiderit rem emphyteuticam ſalvo Domini aſſenſu, & dicendum eſt, quòd ſi extraneus emptor offerat pretium ad effectum francandi nec devolutio, nec prælatio Domino competat, ut tradit Franch. *decis. 267. per totam,* Rendel. *de jur. protomiſ. verbo per emphyteuſim num. 9. fol. mihi* 49. & de Luc. ad Franch. *dict. decis. 392. & 267.* & melius in annot. *ad decis. 610. à numer. 3. uſque ad fin.* ubi diſputat caſum in quo concurrat Dominus, & vicinus, & ait Dominum præferri, quia quouſque non eſt facta franca- 107
tio, Dominus eſt verus Dominus directus quoad omnes juris effectus, & allegat concordantes, ac rejicit Marſcian. *diſput. 37. per totam,* qui contrarium defendit, niſi adſit in tali conceſſione pactum ſpeciale quod Dominus præferatur putans, quod talis conceſſio ſit potius emptio, & venditio, quàm conceſ-
ſio emphyteutica, videndus tamen eſt idem de Luc. 108
ubi ſupra nu. 7. & ſeq. ubi ſequendo Franc. de Petr. *conſ. 21.* reſpondit quòd conceſſa emphyteuſi in pecunia redimibili, & cum pacto francandi habeat locum jus congrui favore vicini etiam concurrente, Domino concedente, qui non videtur poſſe concurrere prælationem petendo, dum ipſe idem conceſſit, & dum ex ſua propria conceſſione oritur jus prælationis vicino competens, de quo etiam videndus eſt Thot. *in compend. decis. Neap. part. 2. verb. prælatio fol. mihi* 493.

Quærendum vigeſimoſextò, an obtinens fundum vectigalem à Repub. vel Fiſco, habeat prælationem,
quando Republ. vult vendere rem, aut vectigal, quòd 109
ſolvitur, & quod præferatur, tenuit Afflict. *de jur. protomiſ. in princip. notab. 10. nu. 40. ad medium,* Gratian *diſceptat. 460. num. 5.* per Text. *in l. 1. ff. ſi ager. vectig.* ſed Text. ille id non dicit, & tantummodò diſponit, quòd obtinens fundum vectigalem habeat actionem in rem, ſicuti habet emphyteuta, & quilibet utilis Dominus, propterea gloſſ. ibidem illum æquiparat emphyteutæ, unde ſicuti emphyteuta privari, & conductor ejuſdem in venditione rei vel canonis, non habent prælationem, ut ſupra in principio dictum eſt, & in quæſtione 40. ita quoque dicendum eſt in emphyteuta, ſeu obtinente fundum vectigalem Reipublicæ, & Fiſci, ne alias ſine lege ſcripta in contrarium efficiamus deterioris conditionis
privato Fiſcum, & Rempub. & quamvis verum ſit, 110
quòd obtinens talem fundum ſit utilis Dominus, & habeat jus in re, non tamen proinde ſub hoc prætextu poteſt obtinere prælationem; cùm illa pluribus jus in re habentibus denegetur, ut ſæpius in tractatu dictum eſt.

QUÆSTIO XXXII.

An cenſuario prælatio in emptione rei cenſuatæ competat.

SUMMARIUM.

1 *Cenſuarius non præfertur in venditione rei cenſitæ.*
2 *Amplia, ut ipſi neque tanquam Socio, aut Conſorti detur prælatio, quæ talibus perſonis à Statuto conceditur.*
3 *Limita exiſtente conſuetudine in contrarium.*
Lim. 2. ſi Cenſus ſit mixtus cum contractu emphyteuſis.

4 *Pactum*

4 *Pactum quod Cenſuarius debeat pro eodem pretio præferri de Jure non valet tanquam oneroſum, & minuens rei pretium.*

Contrarium defenditur num. 6. & ſeqq.

5 *Pactum ſubjiciens fundum cenſitum favore Creditoris, laudemiis, devolutioni, & ſimilibus eſt uſurarium, ſed vide num. 8.*

7 *Pactum renovandi fidejuſſorem, & alia gravantia debitorem Cenſus, quæ ſunt in æſtimatione, & meliorem reddunt creditoris conditionem ſunt permiſſa.*

9 *Pactum quod Domino Cenſus in venditione rei cenſuatæ non competat prælatio, etiam non obſtante Bulla Pii V. eſt validum.*

10 *Cenſus debitor, non præfertur in venditione, vel ceſſione Cenſus, quam Dominus alteri facit.*

11 *Cenſuarius præfertur, quando debitor Cenſus, rem cenſualem vendit perſonæ potentiori.*

12 *Contrarium tamen tanquam verius defenditur.*

13 *Cenſuarius præfertur in venditione rei cenſitæ per Conſtitutionem Sanctæ Memoriæ Pii Quinti de Cenſibus.*

14 *Limita ſi redimatur, & extinguatur Cenſus, antequam res cenſita vendatur.*

15 *Declara id procedere, ſi extinctio ſit prius facta ex intervallo, ſecus quando de tempore extinctionis, jam erat promiſſum emptori rem cenſitam vendere, vel ex circumſtantiis appareat venditionem jam fuiſſe factam ante extinctionem.*

16 *Declara ſecundo, ſi Cenſus extinguatur ex pecunia emptoris, vel inter extinctionem, & venditionem paucum adſit temporis intervallum, & appareat de fraude.*

17 *Cenſuarius vigore Bullæ B. Pii Quinti non præfertur in concurſu Domini directi conſortis, vicini, aut ſocii, quibus vigore legis, aut ſtatuti prælatio competat.*

18 *Dummodo Conſortium adſit de tempore venditionis, ſecus ſi ſuperveniat.*

19 *Lim. ſi vendatur jus annui redditus, vel Ius piſcandi ſuper quibus Cenſus ſit impoſitus, quia tunc præfertur cenſuarius, ſi tamen in venditione iſtorum Jurium conſorti, vicinis, & ſimilibus, vigore ſtatuti non competat prælatio.*

20 *Cenſuarius, ſi vigore ſtatuti, aut conſuetudinis, præferatur etiam in concurſu vicini, non præfertur, ſi cenſus ſit cum fraude creatus, eo fine excludendi vicinum.*

21 *Cenſuarius non præfertur etiam vigore Bullæ B. Pii V. ſi cenſus ſit nullus.*

Et quid ſi Cenſus non ſit evidenter nullus.

22 *Cenſuario denunciari debet venditio, cum omnibus pactis, & conditionibus, & ſpatio unius menſis expectandus eſt vigore Bullæ B. Pii V.*

Et talis denunciatio requiritur pro forma, itaut non ſufficiat ſcientia aliunde habita.

23 *Et debet eſſe facta cum inſertione pactorum, & veri pretii conventi.*

24 *Et debet eſſe judicialis, nec ſufficit extrajudicialis.*

25 *Et debet fieri cenſuario, non autem ejus Procuratori.*

Cenſuarius extrajudicialiter requiſitus, ſi dixit nolle emere, adhuc tamen poteſt poſtea prælationem petere.

26 *Terminus unius Menſis datus cenſuario ad prælationem petendam, incipit currere a die facta denunciationis, & talis Menſis eſt dierum continuorum, non autem utilium, & accipiendus eſt prout currit.*

27 *Venditio rei cenſitæ facta ſine denunciatione non eſt nulla, ſed tantum reſpectu cenſuarii imperfecta, & hoc caſu cenſuarius intra triginta annos poteſt prælationem petere.*

Felican. de Cenſib. tom. 1. lib. 1. cap. 10. numer. 9. *rejicitur.*

28 *Cenſuarius poteſt prælationem petere venditione facta ſine ejus denunciatione, etiam ſi venditio ſubſequenter ſit facta duobus, aut pluribus perſonis.*

Et hoc caſu poteſt exequi ſententia contra poſſeſſorem per viam apprehenſionis.

29 *Cenſuarius facta venditione rei cenſitæ abſque ejus denunciatione, ſi nolit uti Jure prælationis, poteſt ſortem repetere, & contractum diſſolvere, de quo tamen dubitat Auctor.*

30 *Cenſuarius, qui vult prælationem, non tenetur pretium deponere, ſed ſufficit, quod illud offerat.*

31 *Declara id procedere ad effectum impediendi lapſum temporis, ſecus ſi velit conſtituere in mora emptorem, aut venditorem ad effectum lucrandi fructus.*

32 *Inter cenſuarios plures, cenſum ſuper unica re habentes, non præfertur is, qui habet majorem cenſum, ſed qui habet antiquiorem, ſive antiquior ſit creatus ante, ſive poſt Bullam.*

33 *Et quid ſi quis habeat Magnam Tenutam, ſuper qua plures Cenſus impoſuit, & vendat partem, & n. 34. ubi vide.*

Cenſuarius præfertur, ſive vendatur totus fundus, ſive ejus pars.

35 *Cenſuarius, qui præfertur vigore Bullæ B. Pii V. non poteſt expellere colonum, vel conductorem, qui pro obſervantia coloniæ, vel conductionis, habet eandem rem cenſuatam hypothecatam.*

36 *Declara id procedere ſi res ſit locata, vel ad coloniam data à debitore cenſus, ſecus ſi locata ſit ab emptore.*

37 *Cenſuarius, qui præfertur, tenetur ſolvere pretium in contanti, nec poteſt petere compenſationem pro ſorte, aut fructibus cenſus decurſis.*

38 *Declara id procedere, quando cenſuarius tenetur ſolvere pretium emptori, qui illud debitori exburſavit, ſecus ſi pretium teneatur ſolvere venditori, ſed contrarium defenditur, num. 39. & ſeqq.*

39 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus fundis, non extinguitur per prælationem obtentam à cenſuario in uno ex dd. fundis.*

40 *Prælatio, quæ competit cenſuario in venditione rei cenſitæ vigore Bullæ B. Pii V. competit etiam ejus hæredibus, & datur ſive cenſus ſit habitus titulo emptionis, ſive ex teſtamento, præſcriptione, conſuetudine, aut tranſactione.*

41 *Cenſuarius non præfertur, quando cenſus fuit extinctus per incompatibilitatem.*

Declara id procedere quando debitor ipſe extinxit cenſum, quia tunc, etiam ſi obtinuerit ceſſionem, iſta intelligitur extinctiva, & non tranſlativa, & proinde non confert Jus prælationis.

Secus verò, quando cenſum extinxit tertius ex pretio rei ipſi venditæ à debitore cenſus, qui ſi reportavit ceſſionem jurium licèt non poſſit agendo prælationis jus habere, tamen poteſt de illo excipere contra alios prætendentes præferri, ſed hoc rejicitur nu. 42. & ſeqq.

44 *Cenſus extinctus propter incompatibilitatem, confert Jus prælationis ad effectum excipiendi, & retinendi contra alios, qui prætendunt præferri.*

45 *Limita quando cenſus eſt extinctus per actum retroſimilem.*

46 *Cenſum anteriorem habens, præfertur in emptione habenti cenſum poſteriorem, quamvis alter præoccupaverit.*

Amplia, quamvis qui cenſum anteriorem emiſſet poſt litem motam, nam adhuc retinere poterit contra alium cenſuarium poſteriorem, præferri prætendentem.

47 *Dominus directus emens melioramenta, non perdit Jus prælationis ad effectum retinendi rem, & excludendi alios, qui ſuper prædicta re prætendunt prælationem.*

QUæſtio breviter negativè abſolvitur, non enim
vera eſt quorundam ſententiam aſſerentium,
cenſum æquiparari contractui emphyteutico, in quo
prælationis termini concurrunt, nam neque ullum rei
dominium, aut utile, aut directum ei, qui Cenſum
ſuper re habet, poteſt competere, neque is, qui eſt
1 rei Dominus de Jure in venditione rei cenſuatæ ex-
quirere tenetur conſenſum Creditoris Cenſus; Ideò-
que verum eſt, quòd in quemcumque fundus vadat
cenſui illi ſemper ſubjectus exiſtet, falſum autem,
quod pro eodem pretio Cenſuarius ad inſtar Domi-
ni directi præferatur, ut advertit Dec. *cons.* 163. *nu-*
mer. tertio verſ. ultimo non obſtat, Capyc. *decis.* 103.
& decis 196. *per totam.* ubi rejicit contrarium di-
centes Hondel. *cons.* 1. *num.* 5. *lib.* 1. Neapod. *ad con-*
ſuetud. Neapol. conſid. 1. *num.* 35. *de Jur. congrui*, Nigr.
de laudem. tom. 1. *quæſt.* 40. *art.* 1. *per tot. ſignanter nu-*
mer. 12. *& ſeqq.* 17. *& ſeqq.* Valaſc. *de Iur. emphyt qu.*
32. *n.* 32. Rodetic. *de annu. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 1. *ſub n.*
26. Molin. *de contract. diſp.* 372. *num.* 4. *&* 5. Feli-
cian. *de cens. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 29. Redoan. *de reb.*
Eccleſ. non alien. tit. de caducit. ob rei alienat. in fin. n.
8. *& ſeqq. fol. mihi* 525. Amst. *reſol.* 54. *n.* 17. ubi etiam,
2 quòd neque uti ſocio, aut conſorti datur tale Jus re-
trahendi à Statuto conceſſum talibus perſonis, Scra-
der. *de feudis part.* 5. *cap.* 2. *num.* 58. Guttierez *pract.*
lib. 1. *quæſt.* 166. *per tot.* & notabiliter Lanar. in addit.
ad Patt. *de feud. in repetit. §. ſed etiam res per quos fiat*
inveſtitura num. 15. *fol. mihi* 321. & ita in effectu con-
cludunt multæ deciſ. quas adducit Cene. *de cens.*
quæſt. 66. *numer.* 15. *& ſeqq.* & Rot. coram Dunoz.
3 Sen. *decis.* 173. *num.* 30. & coram Ubald. *decis.* 186.
num. 2. Niſi tamen contraria adeſſet conſuetudo,
quæ circa id ſervanda eſſet, Foller. *de cenſ. §. hujuſ-*
modi nu. 54. Sola *ad conſuet. Sabaud. de Iur. emphyt.*
quæſt. 32. *num.* 7. *vers. non prætereo*, Nigr. *d. quæſt.* 40.
art. 5. *numer.* 21. *& ſeqq.* & dixi in *quæſt.* 6. & niſi
Cenſus ſit mixtus cum emphyteuſis contractu, ut in
caſu Molin. *de contract. tract.* 2. *diſp.* 375. *§. illud ad-*
monuerim cum ſeq.

Sed nunc eleganter quæramus, an pactum, quòd
Cenſuarius debeat pro eodem pretio præferri, &
4 quod ei venditio rei Cenſuatæ debeat denunciari, de
Jure ſit validum; Quæſtio eſt ſolemnis, nam Olanus
in antinomia Juris litt. A. num. 107. Roderic. *de annu.*
reddit. lib. 2. *qu.* 1. *ſub num.* 29. *verſic. decimæ quarta*
clauſula, quos ſequitur Amat. *var. part.* 1. *dicta re-*
ſolut. 54. *num.* 21. reſpondent negativè ob duas præ-
cipuas rationes; Primò, quia hoc pactum eſt one-
roſum venditori, & injuriam, ac gravamen continet.
Secundò, quia minuit rei venditæ pretium, quòd
fieri non poteſt cum venditor cenſus alio onere gra-
vari nequeat quàm decretæ quantitatis.

Et ego addo tertiam rationem, ſicuti enim dici-
mus, quòd ſubjiciens fundum cenſitum favore Cre-
5 ditoris laudemiis, devolutioni, & ſimilibus ex pacto,
tale pactum, uti uſurarium, & contractum Cenſua-
lem in alium diverſum transformans non eſſet at-
tendendum, ut per Manent. *tract. de Jur. contract. Li-*
vel. pact. 9 *n.* 1 *&* 3. Nigr. *dicta qu.* 40. *art.* 2. *n.* 16. &
hoc pactum contra legalem naturam contractus
Cenſualis inducens tale onus non eſt attendendum.

Veritas tamen eſt in contrarium, ut latè defendit
Felician. *de cens lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 8. Maſtril. *eodem*
6 *tractat. quæſt.* 7. *num.* 27. *& ſeqq.* Azor. *inſtit. moral.*
part. 3. *lib.* 10. *tit. de cenſ. cap.* 12. *in fin. fol.* 768. ple-
nè Guttier. contra Olan. *civil. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 167.
num. 1. Cyriac. *controv.* 254. *nu.* 11. *& pluribus ſeqq.*
Duard. *de cens.* §. 4. *quæſt.* 5. *num.* 4. *fol. mihi* 583. *tom.*
1. Molin. *de contract. tractat.* 2. *diſp.* 372. *§. alius eſt*
contractus lit. C verſ. verum.

Et primæ conſiderationi contrariorum Doctorum
reſpondetur, quod cætera pacta prælationem dantia
ſunt gravantia, & oneroſa, & tamen de Jure ſubſti-
nentur, ut in *quæſt.* 7. *per tot.* unde non ſatisfacit ra-
tio hæc in noſtro caſu.

Secundæ reſpondetur, quòd licèt negari nequeat,
quod tale pactum Jus aliquod pretio æſtimabile in
Creditorem transferat, tamen non per hoc ſequitur,
eſſe improbatum, ſi enim hoc eſſet, pactum reno-
vandi fidejuſſorem, & tot alia, quæ gravant debito-
rem Cenſus, & tutiorem reddendo in Creditorem in
æſtimatione ſunt, ac pretium augere videntur, juxtà
Text. *in l. eum qui, §. melior. ff. de in diem addict.* It-
eratò agentur, & tamen contrarium quotidie practica- 7
tur; eo quia communiter Cenſus venduntur ad ſo-
litam rationem cum prædictis pactis, & quia talia pa-
cta non ſunt poſita principaliter, ut pars pretii,
ſed acceſſoriè, nec propter illa mutatur conditio,
& natura contractus, cùm ejus ſubſtantia ſemper re-
maneat eadem, ut benè conſiderat Guttier. *d. quæſt.*
167. *ſub num.* 1. *in med.*

Tertiæ pariter reſpondetur, quidquid enim ſit de
illis pactis devolutioni, ac laudemiis ſubjicientibus 8
debitorem Cenſus, quæ videntur in effectu contra-
ctum immutare, ejuſque naturam ſubvertere, quæ
tamen neque eſſe uſuraria poſſet tentari, ex quo in
pluribus locis talis conſuetudo cenſualem emphyteu-
tico contractui æquans ſubſtineatur, & ſervetur ac
valeat, ut Nigr. ipſe in dicta *quæſt.* 40. refert, quæ
tolerari non poſſet ſi uſuram induceret *cap.* 10. *de*
conſuet. cap. 2. *&* 3. *de uſur.* Dicimus, quòd pactum
de quo agimus eſt diverſiſſimum, cùm non mutet
naturam contractus Cenſualis, & ideò cùm nullibi
reperiatur prohibitum, neque ſit contra ſubſtantiam
Cenſus, debet ſubſtineri.

Ex his etiam notandum eſt, quòd pactum, quod 9
Domino Cenſus in venditione rei Cenſuatæ non com-
petat prælatio in Inſtrumento Cenſus appoſitum va-
let, neque irritatur, Scacc. *de Commerc. & Camb.* §.
1. *qu.* 1. *nu.* 245. *in* 3. *diffic. vers. concludo, quod eſt va-*
lidum, Duard. *de Cens.* §. 4. *quæſt.* 22. *per tot.*

Iterum quærendum eſt, an è contra, quando Do- 10
minus Cenſus, vult cedere, & vendere Jus illud Cen-
ſum exigendi alteri, Debitori Cenſus prælatio com-
petat, & negativè facilè eſt reſpondere, ex notatis in
q. 31. *in princ.* & in ſpecie Lanar. in addit. ad Patt. *di-*
cto §. ſed etiam res ſub num. 15. *vers. quid è contra fol.*
mihi 321. *per quos fiat inveſtit.* ubi ita refert judica-
tum, prout etiam Franc. *decis.* 17. *num.* 8. *& ad con-*
ſuetudinem ſi quis emit de Iure congrui incip. quid ſi em-
ptor fol. 325. Thor. *in compend. decis. Neapol. verb. Ius*
congrui fol. 299. *in fin. &* 300. *in princ.* ubi etiam re-
fert deciſum in contrarium, quidquid tenuerit Carp-
zov. *ad Conſtitut. Saxon. p.* 2. *conſtitut.* 31. *defin.* 5.
per tot. fol. 699.

Principalis tamen concluſio dupliciter limitatur
primò, ſi res Cenſualis vendi velit perſonæ poten- 11
tiori, ob quòd difficilior redditur Cenſus exactio,
tunc enim dicendum eſt, quod Creditori Cenſus præ-
latio competat, ut per Text. *in l. milites, C. locat.*
reſpondet Dan. Moll. *lib.* 5. *ſemeſtr. cap.* 13. Carpzov.
ad Conſtit. Saxon. part. 2. *conſtit.* 31. *defin.* 7. *num.* 6.
ubi ſic judicatum teſtatur.

Ego autem contrarium exiſtimo, quia licèt fiat
alienatio rei Cenſuatæ in potentiorem, adhuc cre- 12
ditori remanet actio pro actione ſui Cenſus tam
contra debitorem, quàm contra cætera ipſius bona,
ut notiſſimum eſt, & ad ſummum, quando daretur
caſus, in quo verificaretur, quòd exactio Cenſus ob
venditionem ipſius fundi redderetur difficilior, Cre-
ditor poſſet impedire effectum venditionis petendo
aſſociationem ad fundum cenſitum, vel fundi ipſius
fructuum ſequeſtrationem, aut retentionem, uſque-
quò ſatisfactus exiſtat, & propterea meliùs eſt, quòd
utatur remediis ſuis ordinariis, quàm ipſi extraor-
dinarium prælationis beneficium ob hanc cauſam in-
dulgere, ut dixi in *in quæſt.* 34. *num.* 16.

Secundo

Secundò, ſtante Bulla Sanctæ Memoriæ B. Pii V.
de Cenſibus §. *ubi autem vendenda*, quæ dat expreſsè
14 Cenſuario prælationem, & propterea quia materia
eſt quotidiana plura explicanda duxi ex dicta Con-
ſtitut. dependentia.

Et primò quærendum eſt, an hujus Bullæ diſpoſitio
poſſit aliquo modo evitari, & poſſe per indirectum, ſi
redimatur, & extinguatur Cenſus antequam res Cen-
ſualis vendatur, tenent Navar. *in ſuo Comment. de uſur.*
qu. 43. n. 127. Boccac. *de Cenſ. part. 2. n. 61.* Cenc.
eodem tract. quæſt. 65. num. 16. & ſeqq. Tomat. *deciſ.*
Macerat. 40. *n. 34. & ſeq.*

Sed circa id primò advertendum eſt, quòd ſi re-
demptio ſit prius facta ex intervallo, cautela ſuffra-
gatur, ſi autem quando fuit facta retrovenditio,
15 vel Cenſus extinctio, jam promiſſum erat emptori
rem vendere certo ſtatuto pretio, vel ex aliis cir-
cumſtantiis apparere poteſt, jam eſſe factam vendi-
tionem, & tantùm celari fraudibus, & palliari pro-
teſtationibus ad effectum, ut repellatur Dominus Cen-
ſus à prælationis Jure, tunc ſi Dominus petat præ-
ferri, eſt audiendus etiam poſt extinctum Cenſum,
ſed ignoratam ab eodem priorem venditionem, aut
certam promiſſionem de vendendo initam inter de-
bitorem Cenſus, & extraneum, ut notabiliter latè fir-
mat Cyriac. *controvers. Iur. lib. 2. controverſ. 254. à n.*
26. uſque ad finem, & quod non ſuffragetur cautela ſi
poſt venditionem factam fiat extinctio, Tomat. *deciſ.*
40. *nu. 24. & ſeq.*

Secundò advertendum eſt, quòd ſi fraus probari poſ-
ſit, cautela locum non habeat, ſi enim Cenſus redi-
16 matur ex pecunia emptoris, vel inter redemptionem,
& ſubſequutam venditionem paucum adſit temporis
intervallum, niſi clara in contrarium urgeat præ-
ſumptio, quæ faciat fraudem ceſſare, prælatio po-
teſt à Cenſuario peti, & obtineri, ut notat Me-
rend. *controv. Iur lib 22. cap. 40. nu 7. & ſeqq.*

Notandum ſecundò, quòd prælatio hæc Creditori
17 Cenſus non competit, quando concurrit Conſors,
aut Vicinus, aut Socius, aut alius ex privilegio, vel
Statuti beneficio Jus prælationis habens, ut deciſum
fuit in Romana Domus coram Lancellotto, poſt tract.
deciſ. 6. quam refert Gratian. *diſcept. 876. num. 1. &*
ſeqq. diſcept. 903. pariter nu. 1. & ſeqq. ubi quòd Do-
minus directus præfertur Cenſuario, & vicino, ſequi-
tur latè Capyc. Latr. *decis. 46. à num. 14. ad finem*,
ubi de veriori Franc. *deciſ. 610. per tot.* de Luca, ad
eundem Reverendiſſimus Antonel. *de tempore legal.*
lib. 3. cap. 2. num. 24. Cenc. *de Cenſ. qu. 65. num 9. &*
ſeq. Rot. coram Merlin *decis. 386. numer. 15.* quidquid
firmare voluerit Merend. *controvers. Iur. lib. 22. cap.*
40. poſt princ. Dummodò conſortium adſit de tempo-
re venditionis, quia ſi ſuperveniat, non ſuffragatur,
18 Duran. *deciſ. 52. num. 10.* & dummodò verificentur in
vicino, aut alio, qui vult uti Jure prælationis omnes
qualitates, ad id requiſitæ, Dunozet. Sen. *decis.* 173.
à num. 27. & 28.

Atque ideò ſi contingat ſuper annuo reddituum, vel
19 jure piſcandi cenſum imponi in venditione illius ju-
ris concurrentibus vicinis, conſanguineis, aut aliis
quibus jus prælationis ex ſtatuto, vel Jure com-
petit, & Cenſuario, præferendus eſt Cenſuarius, quo-
niam negatur prælatio illis in bonis mobilibus, aut
incorporalibus, ſed non negatur Cenſuario, cui cùm
Bulla prælationem tribuat in qualibet venditione rei
cenſitæ, & res cenſita poſſit conſiſtere in talibus red-
ditibus, ſeu juribus, conſequens eſt, quòd in illorum
etiam venditione prælatio competat, ita Duard. *de*
Cenſ. § 4. quæſt. 11. num. 20. & ſeqq. fol. mihi 591.
tom. 1. videnda tamen ſunt quæ dixi in *quæſt. 16. n.*
17. & ſeqq. ubi latè tractavimus an in ſimilibus ju-
ribus competat prælatio, & in caſu quo verba Sta-
tuti etiam in ſimilibus juribus verificentur, certè
præferendus eſt Cenſuario, is, qui vigore Statuti præ-
lationem habet.

Et hic etiam animadvertendum eſt, quòd ſi contin-
geret, ex conſuetudine, & ſtylo Tribunalis, Jus præ- 20
lationis dari potius Cenſuario, quam vicino, id intel-
ligendum eſſet dummodò cenſus non eſſet cum frau-
de creatus, & eo fine excludendi vicinos, quod poteſt
ex conjecturis deduci, puta ſi cenſus ſit creatus pro par-
va quantitate, vel ſit ſimulatus, vel reſponſio pro-
miſſa ſit exigua, & paucos poſt menſes ſequatur rei
cenſuatæ venditio, ut benè advertit Merend. *d. lib.*
22. cap. 40. num. 9. & ſeq.

Notandum tertiò, quòd ſi cenſus ſit nullus, vel
invalidus, non poteſt cenſuarius jus prælationis pe- 21
tere, cùm enim id, quòd nullum eſt, nullum pro-
ducat juris effectum, *l. non putavit, §. non quævis, ff.*
de bonorum poſſeſſ. contra tabul. non poteſt creditor vi-
gore talis cenſus nulli acquirere jus prælationis, Gra-
tian. *d. diſc. 903. num. 8.* Cenc. *de cenſ. d. quæſt. 65. n.*
1. in fin. vers. circa quod beneficium, Duard. *eodem*
tract. §. 4. quæſt. 13. in fin. tom. 1. fol. 595. & quæſt. 16.
num. 10.

Quid autem ſi cenſus non ſit evidenter nullus, ſed
dubitetur, credo, quòd priùs ſit cognoſcenda iſta
cauſa validitatis, ſeu invaliditatis cenſus, & interim de-
beat ſilere illa prælationis, ut poſſit poſteà cenſuarius
detecta validitate, aut invaliditate cenſus admitti,
& rejici à prælationis jure, ut dictum eſt in *quæſt.*
23. num. 15.

Notandum quartò, quòd debet cenſuario denun-
ciari venditio cum omnibus pactis, formulis, & con-
ditionibus, ut poſſit habere plenam notitiam contra- 22
ctus, & interim deliberare an ei proſit emere, an
non, ad quod deliberandum Bulla ipſi menſem con-
ceſſit, adeò ut iſta denunciatio requiratur pro for-
ma, nec proinde ſufficiat ſcientia aliunde habita, Mil-
lin. *decis. 253. num. 2.* Gregor. *decis. 425. nu. 7.* & ibi
Adden. *num. 12.* Antonel. *dicto cap. 2. num. 6. & ſeq.*
Cenc. *de cenſ. quæſt. 64. num. 9. & ſeqq.* Duran. *de-*
cis. 52. num. 2. Eminentiſſimus Otthobon. *decis.* 268.
num. 2. & ſeqq. quidquid dicat Urſill. *concluſ. 61. ſub*
nu. 47. vers. licet ſit, ubi quòd poteſt ſuppleri per æqui-
pollens, & ſi non ſit cum inſertione pactorum, & ve-
ri pretii conventi, non ſuffragatur, Rot. coram Peu- 23
tinger. *deciſ 449. numer. 2. & ſeqq & decis. 451. per*
tot. & decis. 466. pariter per tot. de quo vide quæ di-
xi in *quæſt. 4. numer 3. & 4.* & debet eſſe judicialis,
cùm extrajudicialis non ſufficiat, Gratian *decis.* 742 *n.* 24
3. Maſtril. *decis. 50. num. 12.* Tomat. *decis. Macerat.*
49. num. 13. & ſeqq. Peutinger. *d. decis. 466. num. 2.*
& deciſ. 451. num. 1. adeò ut ſi cenſuarius extrajudicia-
liter requiſitus dixit nolle emere, adhuc poſtea po- 25
teſt prælationem petere, Tomat. *d. decis. 40. num. 13.*
& ſeqq. nec ſufficit quòd ſit facta procuratori, Duard.
de cenſ. §. 4. q. 14. tom. 1. fol. mihi 595. Rot. poſt eum-
dem *decis. 307. nu. 4.*

Terminus etiam dicti menſis incipit currere à die
factæ denunciationis, & non anteà Cenc. *de cenſ. qu.*
66. num. 83. in fin. Antonel. *d. lib. 3. cap. 2. num. 13. &* 26
ſeqq. ubi etiam quod talis menſis eſt dierum conti-
nuorum, non autem utilium, & accipiendus eſt, prout
currit, Peutinger. *d. decis. 451. num. 9.* ſed de his re-
currendum eſt ad *quæſt. 14. num. 19. & ſeqq.*

Advertendum tamen eſt, quòd licèt Molin. *de con-*
tract part. 2. diſp. 372. num. 6. verſic. quando autem, &
Felician. *de cenſ. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 9.* dixe-
rint, talem venditionem rei cenſuatæ factam ſine de- 27
nunciatione eſſe nullam, & irritam, tamen veriùs
eſt, neque nullam, neque irritam eſſe, quia Con-
ſtitutio Piana non procedit, annullando venditionem
aliter factam, imò nec prohibet venditionem fieri
abſque denunciatione, ſed dumtaxat ſtatuit denun-
ciationem eſſe faciendam, ut notat Cenc. *de cenſ.*
quæſt. 66. num. 7. & ſeqq. & latè Spada *cons. 286. n.*
5. & ſeqq. lib. 2. Ideò veriùs eſt venditionem nullam
non eſſe, benè verum reſpectu cenſuarii imperfectam,
cum

cum poſſit ipſe non denonciatus prælationem petere,
Cenc. *d. quæſt.* 66. *num.* 40. Duard. *de cen.* §. 4 *q.* 15.
& 16. *per tot* Seraphin. *decis.* 1474. *per tot.* & habeat
tempus triginta annorum ad eam petendam, Antonel.
d. cap. 2. *num.* 9. Gratian. *diſcept.* 742. *nu.* 12. *& ſeqq.*
Card. Otthob. *d. decis.* 208. *num.* 6.

Ex quo inſurgit concluſio, quòd ſcilicet poſſit cen-
28 ſuarius prælationem petere, etiam ſi venditio abſque
denunciatione fuiſſet facta duobus, aut tribus ſubſe-
quenter, cum ſemper ipſius reſpectu videatur imper-
fecta, Cenc. *d. q.* 66. *num.* 13. *verſ. cæterum, & num.*
40. *vers vel ſi nolint*, ubi optimè Duard. *d.* §. 4. *q.* 17.
per tot. Antonel. *d cap* 2. *num.* 3. Rot. coram Duran.
decis. 52. *num.* 3. *vers non obſtat dictam vineam, & ſeq.*
adeòut nec opus ſit ſententia reſciſſoria, ſeu revocato-
ria, cum poſſit executio contra poſſeſſorem fieri per
viam apprehenſionis, ſtante quod ipſius reſpectu con-
tractus fuit imperfectus, & nullius momenti, Thomat.
d. decis 40. *nu.* 25. *ad* 30.

Inſuper ſciendum eſt, quòd facta alienatione rei
cenſitæ abſque denunciatione, poteſt cenſuarius, ſi
29 jure prælationis, vel retractus nolit uti, ſortem repe-
tere, & contractum diſſolvere, Molpheſ. *in Summa*
part. 2. *cap.* 6. *tr.* 12. *numer.* 101. *& ſeqq.* Duard. *de*
cenſ. d. § 4. *qu.* 19. *num.* 1. *& ſeqq. & per tot.* de quo
valde dubito, quia hoc caſu non dat Bulla talem fa-
cultatem, & ſi ipſe vult uti jure prælationis, poteſt,
ſi verò non vult, uti non valet repetere ſortem, ſed
tantùm agere, vel contra debitorem, vel contra de-
tinentem rem pro fructibus.

Notandum quintò, quòd non tenetur cenſuarius,
qui vult præferri pretium deponere, ſed tantùm of-
30 ferre, Duard. *d.* §. 4. *q.* 18. *nu.* 2 Antonel. *d. cap.* 2.
num. 18. Cenc. *d. q.* 66. *num.* 17. Rot. apud eundem
decis. 157. & coram Millino *decis.* 253. *num.* 2. & di-
ctum eſt *in qu.* 23. Hoc tamen ſi tantùm velit non
labi tempus datum ad prælationem petendam, quia
ſi velit acquirere ulterius fructus ipſius rei, & illos à
venditore, vel emptore repetere, tenetur aut ſolvere
pretium, aut venditore reluctante illud deponere,
31 Cenc. *de cenſ. q.* 65 *ſub num.* 1. *& d q.* 66. *numer.* 17.
Rot. apud eundem *decis.* 326 *per tot.* & latè dictum eſt
in d. quæſt. 23.

Notandum ſextò, quòd ſi plures adſint cenſuarii
32 cenſum ſuper unica re habentes, non ipſe præferen-
dus eſt, qui habet majorem cenſum, ſed qui habet
antiquiorem, ſive antiquior ſit creatus ante, ſive poſt
Bullam, Cenc. *d. q.* 65. *n.* 4. *& ſeq.* Rot. poſt eundem
decis. 308. *num.* 8. *& ſeqq decis.* 475. *num.* 14. *part.* 1.
diverſ. & plenè coram Dunozet. Sen. *decis.* 173. *per*
totam.

Sed hic diſputandum eſt, an idem procedat ſi
33 quis habeat magnam tenutam, ſuper qua plures cen-
ſus impoſuit, & vendat partem: & pro intelligentia
ſciendum eſt, quòd tale jus prælationis cenſuario con-
ceſſum habet locum, tam in toto fundo, quàm in
ejus parte vendita, ut notat Antonel. *d. cap.* 2. *num.*
7. *& ſeqq.* quo præſuppoſito, ſic diſtinguendum
puto.

Aut enim tenuta retinebatur à Domino pro in-
diviſo, & tamquam unum corpus, neque ejus par-
tes diverſo nomine, & diverſis locationibus à Domi-
no tamquam ſegregatæ reputabantur, & tunc ſi om-
nes cenſus ſunt impoſiti ſuper eadem tenuta genera-
liter, is qui habet cenſum anteriorem præferendus
eſt cæteris ut ſupra. Si verò ex deſtinatione Patris-
familias dicta tenuta licet unita, tamquam diviſa, &
ſegregata in partes exiſtimabatur, quas Dominus di-
verſis nuncupabat nominibus, diverſis dabat colo-
nis, & ſegregatim locabat, & tunc, quia ex his fa-
ctis patet, quòd Dominus ipſe tenutam hanc tam-
quam diverſa prædia exiſtimabat, & reputabat, &
tamquam diverſa à jure exiſtimantur, juxta Text. *in*
l. pediculis 34. §. *Argentum, &* §. *quidam primipilaris, ff.*
de Auro. & Argent. legat. l. Servis Urbanis, ff. de leg.
3. *l. prædiis*, §. *Titio, ff. eodem, l. Seja*, §. *Tiranno. ff. de*
fundo inſtructo. Odd. *cons.* 21. *per tot.* Menoch. *conſ.* 337. 34
n. 13. *& ſeqq. & n.* 25. *& ſeqq.* Caſtil. *de conjectu.lis volunt.*
lib. 5. *cap.* 62. *ferè per tot.* Ideò ſi cenſus omnes ſunt im-
poſiti generaliter ſuper tenuta, cujus nomen generale
apud Dominum, & vulgus retinebat aliqua magna
pars dictorum prædiorum, in venditione unius ex di-
ctis prædiis extra dictam partem, quæ vocabatur *Tenu-*
ta, nemini prælatio competit, ſi autem cenſus partim
ſuper tenuta, & partim ſuper prædio, & parte ſegre-
gata ex deſtinatione, & denominatione Patrisfamilias
ſunt impoſiti, tunc ſi vendatur dictum prædium, non
dabitur prælatio ei, qui ſuper tenuta habet cenſum
anteriorem, ſed illi, qui cenſum anteriorem habet ſu-
per eo prædio, & parte, & ita conſului in caſu præ-
ciſo.

Notandum ſeptimò, quòd cenſuarius qui præfertur 35
non poteſt expellere Colonum, vel conductorem, qui
pro obſervantia Coloniæ, vel conductionis habitæ ab
eo, qui erat verè Dominus habet eandem rem cen-
ſuatam hypothecatam, ita Cenc. *d. quæſt* 66. *n.* 18. &
egregiè Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 36. ubi addit
optimam rationem Duard. *d.* § 4. *quæſt.* 18. *n.* 2.

Id autem tunc demum verum eſt, ſi res ſit locata,
vel ad Coloniam data à debitore cenſus, & ſic à Do-
mino, quia ſi ſit locata ab emptore, qui emit, & po- 36
ſtea Dominus cenſus rem ex prælatione obtinuit, non
tenetur ſtare Colono, vel conductori, cùm omnes
hypothecæ cæteraque onera hoc medio tempore ſu-
per eadem re impoſita reſolvantur ſtatim ac datur
cenſuario prælatio, ut dixi in *quæſt.* 30. *quæſit.* 4. &
eſt iſta diſtinctio animadvertenda, dum ſcribens pro
veritate in cauſa agitata in partibus obtinui, ut di-
ſtinxeram.

Notandum octavò, quòd cenſuarius non poteſt co-
gere debitorem cenſus poſtquam petiit prælationem
ad excomputandum pretium rei cum debito cenſus, 37
quia ſi ei prælatio debet competere cum iiſdem pactis
pro eodem pretio, & conditionibus, ut in *quæſt.* 5.
meritò ſi emptor pretium in contanti exburſavit, Do-
minus cenſus, non poteſt petere compenſationem, ut
dictum eſt in *dicta quæſt.* 5. *nu.* 5. & in ſpecie notant
Cenc. *dicta quæſt.* 66. *à n.* 14. *ad* 21. *ſignanter nu.* 18.
Rot. apud eundem *decis.* 71. *num.* 7. *& ſeq. & decis.* 159.
n. 4. *& ſeq.* coram Ubald. *decis.* 186. *nu.* 2. Tomat. *de-* 38
cis. 40. *nu.* 33. & licet Cenc. *dict. quæſt.* 66. *ſub nu.* 19.
verſic. licet enim hoc fortè, videatur fateri, id procede-
re, quando jam res eſſet vendita ſine denunciatione,
& emptor pretium exburſaverit, non autem quando
cenſuarius concurrit in prima venditione, & res tan-
tum vertitur inter cenſuarium, & debitorem cenſus,
quo caſu poſſet deſiderari à cenſuario compenſatio,
prout etiam diſtinguit Duard. *d.* §. 4. *quæſt.* 18. *per*
tot. ſignanter in fine, quod videtur ſequi Rot. coram Peu-
tinger. *decis.* 466. *n.* 7. *& ſeq.*

Attamen id eſſet dare maximum inconveniens, quia
poſſet adeſſe caſus, in quo cenſus eſſet fundatus ſuper 39
pluribus prædiis, quodque conſequenter per prælatio-
nem habitam à cenſuario ſuper una re non ſit cenſus
extinctus, Tomat. *d. decis.* 40 *nu.* 33. Rot. *decis.* 610.
nu. 3. *part.* 2. *recent.* coram Ubald. *d. decis.* 186. *n.* 3. &
coram Peutinger. *d decis.* 466. *nu.* 5. *& ſeq.* quo præ-
ſuppoſito ſi daremus ſortis excomputationem, eſſet
cogere debitorem cenſus ad illum extinguendum,
& redimendum contra tenorem Bullæ Pianæ.

Et eſſet contra prælationis eſſentiam concludere,
quæ ſi ex neceſſitate exquirit, quòd detur pro pretio
eo modo, & forma, quo illud emptor dat, & cum
iiſdem pactis, & conditionibus, ut ex eadem Bulla
deducitur, & DD. communiter fatentur, meritò non
eſt quærendum, an res vertatur inter primum em-
ptorem, & cenſuarium, vel eundem, & debito-
rem cenſus, cùm ſemper cenſuarius prælationem
petat

petat, quam ſi vult, debet ſolvere pretium *incontanti*, prout ſolvebat emptor, & poſtea ſi cenſus exiſtit, fructus exigere, ſi verò ſit extinctus, ſortem repetere fateor tamen, quod hęc opinio eſt rigoroſa.

Notandum nonò, quòd prælatio iſta competit non ſolum emptori cenſus, verum etiam ejus hæredibus, & competit, ſive cenſus ſit titulo emptio-
40 nis comparatus, ſive ex teſtamento, præſcriptione, conſuetudine, tranſactione, aut alio quocumque titulo acquiſitus, Duard. *d.* §. 4. *quæſt.* 12. *per tot. fol. mihi* 592. *tom.* 1.

Notandum decimò, quòd licèt ſi cenſus ſit extinctus prælatio ex illo competere nequeat etiamſi ſit facta ceſſio jurium, quæ tamen nequeat eſſe
41 tranſlativa, ſed extinctiva, puta quia ſit obtenta ab eo, qui erat debitor, ut latè apud Dunozet. Sen. *decis.* 187. *per tot.* tamen ſi is, qui extinxit, erat tertius, puta emptor, qui promiſit cenſum extinguere, & ſolvendo reportavit ceſſionem jurium ad effectum retinendi, tunc ſi cenſus, quam ita extinxit, erat anterior, licèt non conferat ipſi jus agendi pro prælatione, confert tamen jus retinendi, & excipiendi contra aliòs cenſuarios poſteriores, qui prælationem petunt uti non denunciati, nec requiſiti, ut plenè deciſum fuit per Rot. *decis.* 121. *per tot. part.* 17. *recentior.* quòd ſanè mirabile eſt, ſed verum non
42 credo, cùm enim emptor rei cenſuatæ promittens ſolvere cenſum reſpectu venditoris ſit accollatarius, & debitor, meritò extinguendo cenſum non poteſt acquirere jura cenſus tranſlativè, ſed tantum extinctivè ad effectum ſcilicet excipiendi, & ſe defendendi adverſus alios creditores hypothecarios poſteriores, ut apud Pacific. de Salvian. *inſpect.* 3. *cap.* 2.
43 *numer.* 957. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 44. *numer.* 3. & *ſeq.* Tondut. *quæſt civil. lib.* 1. *cap.* 29. *numer.* 7. & 9. Adden. ad Burat. *decis.* 420. *num.* 7. Gregor. *decis.* 68. *numer.* 5. Dunoxet. Jun. *deciſ.* 858. *numer.* 4. *verſic. neque obſtat*, & *ſeq.* & *in recentior. decis.* 189. *numer.* 13. & *ſeq. part.* 12. cenſus itaque prorſus extinctus eſt, Ideòque jus prælationis dare non poteſt, neque ad effectum actionis, ſive retentionis, cùm non entis nullæ ſint qualitates, & quia habemus exemplum, quod ei, cui jus prælationis non competit, vel non habet æquale jus, non prodeſt præoccupatio, nec retentionis exceptio, ut in *quæſt.* 14. *num.* 26.

Et alius eſt jura cenſus extincti prodeſſe quoad retentionem emptori ad hoc, ut valeat contra poſteriores retinere, & aliud cenſum ipſum reviviſce-
44 re quoties excipitur per retentionem, & extinctum eſſe quoties agitur pro prælatione, quoniam quoties cenſus extingueretur propter incompatibilitatem, & poſtea alius compareret, qui vellet prædium cenſitum evincere, illudque etiam mediante retractu obtinere, tunc verum eſt, quòd poſſet poſſeſſor excipere de cenſu anteriori, quia ſi contingeret prædium evinci, cenſus reviviſceret ceſſante incompatibilitate, & denuò poſſet auferri res à ſecundo emptore ad quem circulum inanem evitandum facilè daretur retentio, *ex decis.* 173. *num.* 8. coram Dunozet. Sen. Bich. *decis.* 551. *numer.* 10. & *ſeqq.*

At quando cenſus extinguitur per actum rettoſimilem, ut in hoc caſu, tunc non datur ſine nova
45 creatione cenſus ipſius reviviſcentia, ut apud Cenc. *de cenſ. quæſt.* 141. *num.* 14. *deciſ.* 278. *numer.* 21. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 141. *num.* 26. & *decis.* 307. *n.* 5. *ad* 12. *part.* 11. *recent.* & coram Bich. *decis.* 380. *numer.* 25. & *ſeqq.* cùm igitur non detur unquam iſtius cenſus reviviſcentia videtur impoſſibile, quod detur prælatio ſive agatur, ſive excipiatur ſive cenſu, & ob iſtas, & ſimiles rationes Rot. in eadem Faventina retractus 22. Junii 1676. coram R. P. D. Calataju impreſſa *part.* 18. *tom.* 2. *recent. decis.* 718. poſt hæc ſcripta perlectâ, recedendo à prima deciſione ita reſolvit.

Notandum decimoprimò, quòd habens cenſum anteriorem præfertur habenti poſteriorem, quam- 46
vis alter præoccupaverit, & ejus cenſus ſit majoris quantitatis, plenè Rot. *decis.* 17. *num.* 3. 10. & *ſeqq. part.* 4. *tom* 1. *recent.* ubi etiam *num.* 2. dicitur quòd quamvis qui cenſum anteriorem emerit poſt litem motam adhuc retinere poterit contra alium cenſuarium prætendentem prælationem ex cenſu poſteriore, non obſtante quod poſſit dici ille cenſus emptus extinctus propter incompatibilitatem, dum idem emptor retinet fundum cenſitum ex rationibus ibi deductis, ut dicimus in ſimili quòd Dominus directus emens melioramenta, vel vicinus emens rem vicinam non per hoc perdit jus prælationis quod habebat ſuper illa re ad effectum ut poſſit alios excludere, & rem retinere, ut ex Neapodan. & Afflict. notat Franch. *decis.* 550. *num.* 7. & *ſeqq.* Thot. *in compend. deciſ. verb vicinus*, Ricc. in Add. ad Franch. *ubi ſupra*, Maſtrill. *decis.* 102. *nu.* 8. *dec.* 103. *eodem num.* Capyc. Latr. *deciſ.* 46. *numer.* 34. *juncto num.* 30. quia extinctio juris quæ fit propter incompatibilitatem tunc fit, quando res acquiritur irrevocabiliter.

QUÆSTIO XXXIII.

An Vicino competat prælatio.

SUMMARIUM.

1 *Vicino non competit prælatio.*

2 *Vicinus non poteſt cogere alium vicinum ad vendendum.*

3 *Contrarium ſcilicet quod vicino competat prælatio tenuit* Fabian. de Monte, *qui tamen communiter rejicitur.*

4 *Conſtitutio* Sancimus de Iur. protomiſ. *quæ dat prælationem vicinis, habetur pro lege communi.*

5 *Contrarium probatur, dum nunquam fuit recepta tanquam lex univerſalis, & relata in corpore Juris, & num.* 6.

Et ideò d. Conſtit. Sancimus, non procedit in Terris Eccleſiæ ſubditis.

7 *Vicinus habens magnam tenutam, poteſt cogere ad vendendum alterum habentem prope ſuam Tenutam prædiolum.*

8 *Contrarium tamen eſt verius.*

9 *Gregoriana Conſtitutio, prælationem dat vicinis.*

10 *Gregoriana habet locum etiam in venditione ad vitam.*

9 *Declara id procedere in Inquilino, qui præfertur etiam in venditione ad vitam, ſecus autem in vicino.*

Inquilinus, qui præfertur vigore Gregorianæ non adſtringitur ad ædificandum ad ornatum Urbis.

Vicinus, qui vult præferri vigore Gregorianæ non poteſt ſi ſe non obliget ad ædificandum ad ornatum Urbis.

12 *Inquilinus perfertur vigore Gregorianæ ea ratione ne turbetur, & cogatur ſuam, & familiæ quietem turbare.*

13 *Statutum prælationem dans vicinis, non habet locum in venditione ad vitam.*

14 *Gregoriana habet locum quando maritus vendit Domum ſuam vicinam Domui dotali uxoris.*

15 *Gregoriana non procedit in eo, qui perfecit lautum ædificium, & poſtea vult aliquid addere, & ob id petit præferri in Domo vicina vendita.*

16 *Contrarium probant alii.*

17 *Alii diſtinguunt caſum, in quo ædificium fuerit ab initio habitum pro abſoluto, & perfecto, & hoc additamentum prætendatur fieri ad pompam, & aut nullum, aut parvum afferat decus Civitati, ab alio*

alio caſu, in quo ab initio ædificium, non fuerit habitum pro perfecto, & additamentum, quod fieri vult, eſt neceſſarium, & magnum ornatum afferat.

18 Gregoriana non habet locum, quando id, quod emptor dat venditori vicinus præſtare non poteſt.

Nec habet locum in permutatione, niſi permutatio ſit fraudulenta.

19 Gregoriana habet locum etiam contra mulieres minores, & pupillos.

20 Et contra Clericos, & Eccleſias, & etiam eorundem favore.

21 Gregoriana non habet locum, ſi alienatio ſit nulla ob ſolemnitates non ſervatas.

22 Gregoriana loquitur de venditione proprietatis, ideoque non procedit in venditione Juris, quod quis habet domo, aut fundo.

Gregoriana non intrat, quando quis cedit Jus redimendi alteri.

23 Gregoriana non habet locum in venditione mixta gratitudine, vel quando res partim venditur, & partim donatur.

24 Vicinus vendita domo, & jure redimendi rem adhærentem, acceſſoriè ad dictam Domum, unico, & confuſo pretio, præfertur, tam in emptione domus, quam d. Juris redimendi, declara tamen, ut ibidem dicitur.

25 Gregoriana non habet locum, quando ipſe dominus veniat, ac offerat ædificare ad ornatum Urbis.

Amplia etiamſi ornatus, quem Dominus facere intendit, non ſit æqualis illi, quem facere vult vicinus.

26 Contrarium defendunt alii.

27 Prima opinio ceſſante æmulatione defenditur.

28 Gregoriana tunc conſiderat majoritatem ornatus, quando contentio eſt inter plures vicinos, non autem quando lis vertit inter Dominum, & vicinum.

29 Gregoriana derogavit plenè Conſtitutionibus Pii, & Leonis.

Ratio Conſtitutionum abrogatarum allegari poteſt.

30 Declara quando ratio eſt expreſſa, ſecus ſi eſt præſumpta.

31 Dominus præfertur vicino ædificare volenti in caſu coactiva venditionis, ſecus quando vicinus petit prælationem in venditione ab ipſo Domino facta.

32 Gregoriana ut locum habeat, opus eſt, quod vicinus ſit Dominus, & quod clare conſtet de dominio.

Nec ſufficit, quod vicinus habeat hypothecam pignus, uſumfructum, vel jus dominii ſimulatum.

33 Sufficit tamen quod ſi Dominus utilis, emphyteuta, fideicommiſſarius, emptor cum pacto addictionis in diem, & cum pacto retrovendendi.

34 Gregoriana non habet locum in venditione neceſſaria, vel quæ ſit ſub haſta ad inſtantiam creditorum.

35 Gregoriana non habet locum, quando ædificium faciendum à vicino eſt in parte poſteriori, vel interiori Domus, declara tamen in num. 37.

36 Gregoriana ut habeat locum, requiritur quod vicinus cœperit ædificare in ſuo, & quod fabricam perficere nequeat ſine Domo contigua.

38 Vicinus, qui vult ædificare ad ornatum Urbis, vigore Gregorianæ præfertur Inquilino.

39 Vicinus, & Inquilinus vigore Gregorianæ, præferuntur in concurſu cenſuarii, & conſanguinei.

40 Limita in concurſu conſortis prælationem petentis vigore Statuti Urbis.

41 Inter plures vicinos prælationem petentes vigore Gregorianæ, is præferendus eſt, qui magis indiget, & ſepoſita indigentia, is, qui vicinus ſit à pluribus partibus, & inter æquales is, qui plus, quique ad majorem ornatum ædificare voluerit.

42 Inter plures vicinos, is præfertur, qui habet majus jus, & majorem partem.

43 Inter plures vicinos is præfertur, qui ſimul vicinus eſt, & conſors.

In paritatem autem juris, & partis, is præfertur, qui prius præoccupavit.

44 Gregoriana non habet locum, quando venditio fuit facta uni ex pluribus vicinis, & num. 45.

46 Alii contrarium defendunt, quando is, qui emit, non habebat æquales qualitates, ſed prima opinio in praxi ſequitur.

47 Declara tamen, ſi de tempore emptionis, is, qui emit erat vicinus, ſecus ſi vicinus ſupervenerit poſt emptionem.

48 Gregoriana, licèt in ruſticis loquatur de coactiva venditione, tamen locum habet etiam in voluntaria, ad effectum petendi prælationem.

Et in hoc caſu, non requiritur, quod concurrant omnes qualitates in voluntaria, quæ debent concurrere in coactiva, ſed ſufficit ſola vicinitas, pretii ſolutio, & prædiorum ruſticorum unio.

49 Contrarium defendunt alii, ſcilicet quod debeant concurrere eadem qualitates in voluntaria, quæ requiruntur in coactiva, & hæc opinio defenditur.

50 Prælationis jus, aliud eſt proprium, aliud improprium.

51 Gregorianæ Conſtitutioni, renunciari poteſt tacitè, & expreſſè.

52 Gregoriana non habet locum pro ædificandis Granariis, vel Magazenis, licèt talia bona ſubjecta ſint paſſivè dictæ Conſtitutioni.

53 Gregoriana non habet locum pro ædificiis ignobilibus, & deſtinatis pro officinis palatii adjacentis.

54 Gregorianæ effectum, an, & quando impediat via publica exiſtens de medio.

55 Gregoriana habet locum in domu ſubjecta fideicommiſſo, & expreſſè alienari prohibita etiam ob hanc cauſam.

56 Limita ſi Domus ſit antiquiſſimæ familiæ, per quam ejus ſplendor, & honor conſervetur.

57 Declara id procedere in coactiva ſecus in voluntaria, & num. 58.

59 Ruſticum non retrahit urbanum.

60 Declara id procedere in concurſu alterius vicini habentis prædium urbanum, ſecus ſi concurrat ſolus vicinus habens prædium ruſticum.

61 Et quid vigore Gregorianæ.

62 Emphyteuta vigore Gregorianæ præfertur in emptione Canonis, quem Dominus directus alteri vendidit.

63 Vicinus, qui præfertur vigore Gregorianæ poteſt expellere Inquilinum, nec tenetur erga illum ad damna, & intereſſe.

NEgativè eſt reſpondendum, quia nec jus id diſpoſuit, imò contra deciſum ſcimus in *l. dudum, Cod de contrahen. empt.* Anchar. *cons.* 370. & 371. *in princip.* Vegg. *cons.* 2. *num.* 68. & *seqq.* Honded. *cons.* 7. *num.* 5. & *seqq. lib.* 1. ubi latè Rubert. Marant. *disput.* 8. *num.* 4. plenè Rot. coram Dunozet. ſin. *decis.* 173. *num.* 23. & coram Merlin. *decis.* 698. *num.* 1. & 2. & *decis.* 17. *num.* 23. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Nec ulla ratio cauſativa prælationis id ſuadet, habemus enim clarè cautum tam in Sacra pag. *lib.* 3. *Reg. cap.* 21. quòd quis vicino etiam Regi, & Principi vendere non cogitur, ut etiam meminit Joſeph. *antiquit. Judaic. lib.* 8. *c.* 11. quàm in Romanorum Imperatorum geſtis, ſcriptum enim apud Sveton. in vita Cæſar. Auguſt. *c.* 56. comperimus, quòd ille Imperator cum forum ædificaturus eſſet, illud fecit anguſtius, ne vicinos invitos ſibi ad vendendum compelleret, & ex his Alciat. *resp.* 67. *num.* 6. latè tuetur nullum dari Jus vicino cogendi alium ad vendendum; Cùm ideò nec lex prælationem vicino conferat, nec jus cogendi prælationis cauſativum illi tribuat, nulla danda eſt prælatio. 1 2

Et licèt Fabian. de Mont. *de empt. & vendit.* 2. *quæſt.*

quæſt. principali num. 45. & ſeqq. inter tract. tom. 6.
3 part. 1. fol. mihi 43. à tergo, defendat quòd vicino
prælatio competat, eumque ſequantur Bertrachin. in
repert. verbo vendere, fol. mihi 279. in fin. & in verb.
vicinus præſumitur num. 1. Riminald. Jun. conſ. 223.
num 87. Carpan ad Stat. Mediol. cap. 417. num. 555.
verſ. vel rem contiguam habent Votum Camerar. impreſ-
ſum in deciſ. 173. num. 11. & ſeqq part. 4. tom. 1. re-
cent. Burat. deciſ. 677. num. 11. Tamen ejuſdem Fa-
biani opinio eſt contra Ius apertum, & nullo nititur
fundamento, neque ullus ex DD. quos allegat iſtud
auſus fuit affirmare, ut etiam notavit in ſpecie Gra-
tian. diſcept. 546. num 6. & ſeqq. & tantùm procede-
re poſſet, quando rixæ, & diſcordiæ jam ſuborirentur,
vel damnum reſultaret vicino notabile, quod ſe-
cundario tenderet in præjudicium Civitatis, & Rei-
publicæ, cum declarationibus, quas notavi in quæſt.
48 verſ. dicendum ſi.

Neque Conſtitutio Friderici Imperatoris. qui in-
4 cipit Sancimus de jur. protom. concedens prælationem
vicino, & Conſtitutio Romani Lecapeni ejuſdem te-
noris in Oriente, debent haberi pro Jure communi,
ut prætenditur à Rendel. in dicta Conſtit Sancimus in
Rubr. & in dicto Voto impreſſ. in dicta deciſ. 173. num.
11. circa fin. & ſeqq. & latè à Capyc. Latr. conſult. 98.
num 5. ad 14.

Nam ultra quòd illæ Conſtitutiones non procedunt
5 in Terris Eccleſiæ, ut notavit Afflict de jur. protomiſ.
in princ. num. 1. Novell eodem tract. in princ. nu 27.
Benedel. in Rubric. num. 280. Bard. in princ Bulla
Sixt. de retract notab. 2. nu. 15. Rot. deciſ. 83. n. 3.
part. 2. rec. ubi in ſpecie revocatur dictum votum,
6 abſolutum hodiè eſt, quòd dd Conſtitutiones nun-
quam fuerint receptæ in leges univerſales, nec relatæ
in corpore Juris, nec in uſu ſint ultra illas Regiones,
in quibus adeſt earum obſervantia, ut optime probat
Carpzov. ad Conſtitut. Saxon. part. 2. Conſtitut. 31.
definit. 1. à num. 5. ad 8 Hieronym. Palm. alleg. 8.
num. 32. & ſeqq. Berlich. concluſ. 39. de jur. protomiſ.
num. 15. verſic. quia tamen part. 1. fol. mihi 271. Kop-
pen deciſ. German. 52. num. 9. ad 13. Roſenthal. de
feud. cap. 9 concluſ. 87. num. 2. & 3. Eminentiſſimus
de Luc. de ſervit. diſc. 104 n. 4. diſc. 105. n. 10. diſc.
70. n 19. & latiſſimè in diſc. 68. per totum, Coccin.
deciſ. 2229 num. 7. & 8.

Sed quid dicendum ſi vicinus habeter maximum
prædium, An in minimo venditor ab alio vicino
jus prælationis habeat; De Jure id ſtatutum non eſt,
ideò videndum eſt, an poſſit cogere alium ad ven-
dendum, ut poſtea ſcire poſſimus an etiam queat
præferri.

Quæſtio iſta non eſt ſine controverſia, multi enim
7 tenent, quod poſſit vicinus habens magnam Tenutam
cogere ad vendendum habentem propè ſuam Tenutam
prædiolum, ut apud Rumm. in Add. ad Afflict de jur.
protomiſ. fol. mihi 18. num. 15. ubi quod vicinus habens
domum parvam poteſt cogi ad vendendum pro amplia-
tione domus magnæ, & ſic etiam prædium, Neguſ.
Jun. conſ. 165. per tot. Caren. reſol. 2. per tot. Caſtil.
deciſ. 134. per tot. Jul. Capon. contr. for. 18. nu. 10. ad
16. ubi nn. ſeqq. id extendit etiamſi prædiolum ſit fi-
deicommiſſo ſubjectum, & quod eò maximè id pro-
cedit, ſi ultra pretium juſtum velit emptor dare addi-
tamentum non exiguum.

Multi autem, & melius defendunt contrarium, in-
8 ter quos eſt Bart. in l. fin. n. 4. in fin. ubi etiam Bald.
verſic. Item poteſt fieri ſtatutum, Angel. numer. pri-
mo in fin. Jo. de Plat. num. 4. verſ. & facis, Perez.
fol. mihi 909. num. 6. C. de debit. Civit. lib. 11. Iaſ. in
l. nec emere num. 4. verſic. hinc alibi, C. de Jur. deliber.
qui explicat Bart. loqui de hoc caſu, & dubitant, an
valeat ſtatutum, quòd mandet, quem cogi ad ven-
dendum; Ideò verius eſt, nec habenti magnum
prædium jus prælationis, aut coactionis competere,
ſepoſitis rixis damnis, & aliis conſideratis in dict. qu.
48. loco cit.

Et quia tractamus materiam vicinitatis, ideò ali-
qua circa Bullam Gregorii XIII. in 22. Bullar. tom. 9
2. dicenda ſuperſunt; In iſta enim Conſtitutione §. 8.
cavetur, quod ſi Vicinus velit rem ſuam vendere, re-
quirere teneatur perſonaliter cæteros Vicinos ad hoc
ut Vicinus ille, qui ædificare voluerit, & promiſerit
pro eodem pretio non dolo, nec fraude convento
(quod jurare contrahentes teneant) & cum iiſdem
pactis, & conditionibus preferendus ſit etiam Inqui-
lino.

Notandum ideò eſt primò, quod licèt multi tenue-
rint hanc Conſtitutionem procedere etiam in termi- 10
nis venditionis factæ ad vitam tantùm, ut plenè in
Romana retractus Palatii in Monte Jordano 19. De-
cembris 1604. coram Juſto, Millin. deciſ. 446. per tot.
plenè Ferentil ad Burat. deciſ. 937. num. 18. deciſ. 653.
part. 4. tom. 3. recent. Gratian diſcept. 460. num. 39.
& ſeqq. Antonel. de tempor. leg. lib. 3. cap. 2. num.
21. Urſel. concl. 62. num. 30. Tamen id ſtrictè intel-
ligendum venit in terminis Inquilini, de quo loquun- 11
tur deciſiones, non autem etiam in terminis Vici-
ni, & ratio differentiæ eſt duplex, primò, quia cùm
Inquilinus adſtrictus non ſit ædificare ad ornatum
Urbis prælationem petendo, Rot. coram Merlino
deciſ. 437. num. 4. 21. & ſeqq. & plenè in Voto im-
preſs. part. 13. recent. deciſ. 518 à num. 61. ad 66. pro-
inde etiam in venditione ad vitam ei competere poteſt
prælatio, è contra verò, quia Vicinus prælationem
petere nequit, niſi ſe obliget ad ædificandum ad or-
natum Urbis, atque actualiter ędificet, Merlin d. de-
ciſ. 437 per tot. & alibi paſſim, conſequens eſt, quod
in venditione ad vitam non poſſit prælationem petere,
quia aut vult ædificare, & repetere poſt ædificium fa-
ctum, & finitum tempus id, quòd impendit, & non
eſt ei permittendum contra voluntatem Domini, cui
ſit præjudicium maximum, ſi intendendo vendere ad
vitam ad reparandam aliquam ſuam neceſſitatem, non
poſſet poſtea rem repetere ſine refectione impenſi con-
tra ejus animum, aut non Intendit repetere, & ſtultus
erit, & hic eſt caſus difficilis, ut inveniatur; Aut non
vult ædificare, & non concurrentibus qualitatibus
à Bulla exoptatis eſt repellendus, ut apud Mer-
lin. & cæteros ubi ſupra, & in ſimili inter Inquili-
num, & Vicinum optimè diſtinguit Eminentiſſimus
de Luca de ſervit. ad mat. retract. diſc. 74. nume-
ro 5.

Secundò, quia ratio, propter quam Papa motus
fuit ad tale privilegium Inquilinis concedendum eſt, 12
ne ſcilicet turbentur, & cogantur ſuam, & familiæ
quietem turbare, quæ ratio cùm militet tam in ven-
ditione perpetua, quàm in venditione ad vitam, me-
ritò idem Jus prælationis debet competere, præcipuè
quia datur prælatio ei, qui Jus momentaneum ha-
bebat, ideò quoque juſtum eſt, ut in venditione ad
vitam locum habeat, ut Millin. dict. deciſ. 446. n. 13.
Add. ad Burat. dicta deciſ. 937. n. 19. Merlin. dict. de-
ciſ. 386. n. 19. & 20. & plenè Spad. conſ. 282. per tot.
lib. 2.

At in Vicinis eadem ratio non viget in venditione
perpetua, quæ viget in venditione ad vitam, &
jus ipſia non aſſiſtit, cùm videamus quod cæterea 13
ſtatuta de retractu ſive prælatione Vicinis danda non
habeant locum in venditione ad vitam, ſed tantum
in perpetua, ut notant multi, quos refert Tiraquel.
de retract. lignag. §. primo, gloſſ. 14. num. 89. Boer.
ad Conſtit. Bure. tit. de retract §. primo, Rendel. de
Jur. protomiſ. fol. mihi 60. num. 45. verſ. In terminis,
ubi tamen infrà videtur inclinare pro contraria, &
agnoſcere videtur ipſa deciſ. Millin. & Ferentil. idem
ad Burat. & plenè Eminentiſs. de Luca ubi ſupra,
de quo tamen vide, quæ dixi in quæſt. 16. num. 98.
& ſeqq.

64 ut tenoit Jo. Fab. *in §. adeo num. 5. cum ſeqq. inſti-*
tut. de locat, Thor. *in compend. decis. tom. 3. part. 2.*
verb. prælatio fol. 310. Contrarium tamen eſt verius,
quia cum emphyteuta reſpectu ſecundi Dominus di-
rectus non ſit, non poteſt ei competere prælatio, *qua*
à d. l. final. Domino tantum conceditur, ut plenè pro-
bat Marcian. *d. diſput. 97. per tot.* ubi ita judicatum
teſtatur, quòd tamen non ſic libenter admitterem,
quia Dominus ſubalternus, quoad ſubemphyteutam
dicitur Dominus, & habetur, uti Dominus quoad
eum, & non repugnat, quod ſint plures Domini di-
recti diverſis reſpectibus, latè Capyc. Latt. *d. decis.* 46.
nu. 24. *uſque ad num.* 30.

Quid autem dicendum ſit, quando emphyteutæ
reperitur data conceſſio alienandi, & vendendi, vel
inveſtitura eſt facta cum clauſula, *& quibus dederis;*
65 Siquidem hoc caſu Roman. *in l. filiusfamilias poſt nu.*
2. ff de acquir. hæredit. defendit, quòd ſatis ſit adhibere
conſenſum primi emphyteutæ, illique prælationem
concedere, quod tamen falſum eſt, quia dato etiam,
quod tales clauſulæ, & facultates poteſtatem tribue-
rent emphyteutæ ſubemphyteuticandi ſine Domini
conſenſu, adhuc tamen facta ſubemphyteuticatione
conſenſus Domini directi adhibendus eſt, quando ſub-
emphyteuta alienat, quia facultas alienandi, & clau-
ſulæ prædictæ ſolum operantur in prima alienatione
facta ab emphyteuta, non autem in aliis à ſubem-
phyteuta faciendis, ut eleganter notat Cald. *de*
emphyt. extinct. cap. 7. num. 45. qui etiam aliam addit
rationem de cujus tamen veritate valdè dubitan-
dum eſt.

66 Quærendum decimoquintò, an Dominus directus
præferatur in concurſu Vicini, Agnati, aut alterius,
cui à Statuto prælatio data eſt, affirmativa opinio
communiter à Doctoribus defenditur, ut videre eſt
apud Albéric. *in l. Imperator.* & ibi Bald. *verſic. extra*
quæro, & Angel. *num. 2. ff de pact.* Rip. *in l. 1. num.* 10.
ff de privileg. credit. Jaſon. *in dicta l. final. numer.* 12.
Tiraquel. *de retract. lignag. lib. 1. §. 1. gloſſ.* 14. *n.* 113.
& §. 21. *nu. 2. cum ſeq* Cald. *de emphyt. extinct.* c. 13.
nu. 22. ubi idem exiſtimat in feudo, & limitat hanc
concluſionem, quando alienatio facta fuiſſe Agna-
tis comprehenſis in inveſtitura, Capyc. *decis. 99. nu.*
2. Lanat. in Addit. ad Patruum *in repetit. 6. ſed etiam*
res num. 12. *per quos fiat inveſtit.* Amat. *reſolut. 54. nu-*
mer. 23. Ricc. *collect. decis.* 1395. Giurb. *decis. 51. num.*
1. *&* 2. Moutet. *decis. 43. num.* 44. Franch. *decis.* 610.
per tot. Cancer. *var. part. 1. cap. 11. num.* 60. de Ma-
rin. *quotid. tom. 1. cap.* 232. *num* 2. Gratian. *diſcept.*
460. *num.* 54. *& ſeqq.* ubi de Bulla Juris congrui de
Luc. ad Franch. *decis.* 610. Capyc. Latt. *decis. 46. nu.*
21. *& ſeqq.* & ratio eſt evidens, cùm enim Statuta in-
terpretationem recipiant à Jure communi, meritò dum
directus de Jure quibuſcumque aliis præfertur, ſtatu-
ta ipſa poſt Dominum directum Agnatis, & Vicinis
prælationem dediſſe videntur; Propterea ſi ſtatuto
caveatur, quòd Vicini præferantur etiam in concur-
ſu Domini directi, & Populus, qui illud condidit fa-
67 cultatem habuerit contra Jus ſtatuendi, certè Domi-
nus vicinia poſtponendus eſſet, ad tradita *in quæſt.* 6.
n. 6. & ſeq. benè tamen verum eſt, quòd nolente Do-
mino emere tenetur emphyteuta requirere alios, qui-
bus competit prælatio vigore ſtatuti, juxta *decis.* 153.
Afflict. & latè Rumm. in addit. ad eumdem *de Jur.*
protomiſ. ad not. 3. verſ. item num. 1. & ſeqq. fol. mi-
hi 61.

Quærendum decimoſextò, an prælatio Domino
danda ſit, quando primus emphyteuta alteri ſubem-
68 phyteuticavit reſervando ſibi majorem Canonem eo,
quem ſolvit; & poſtea vult dictum canonem extra-
neo vendere, prima facie affirmativè reſpondendum
videtur, quia, ut diximus, prælatio Domino datur
non ſolum in venditione ipſius rei emphyteuticæ,
ſed etiam in venditione melioramentorum; Unde
cùm tale augumentum Canonis dicatur melioramen-
tum, non videtur dubitandum, quòd in Ipſius Vendi-
tione Domino prælatio competat; Sed contrariam
opinionem plenè defendit Marcian. *diſput. 63 per tot.*
& movetur, ex quo lege non caveatur, quòd in alie-
natione Canonis prælatio Domino competat, quod-
que nequeat fieri extenſio de caſu ad caſum, contra
quam ratione facilè eſſet arguere, quatenus tale au-
gumentum canonis eſſet melioramentum rei emphy-
teuticæ, quia Text. *in dicta l. final.* præcisè locum
habet in alienatione omnium, & ſingulorum melio-
ramentorum; Ideò opinio Marcian. optimè defendi
poteſt reſpondendo, diſpoſitionem Text. *in dicta l.*
final. procedere in melioramentis ſolo affixis, & co-
hærentibus, non autem in ſeparatis, quale eſt augu-
mentum Canonis, quòd licèt contemplatione ſoli fa-
ctum ſit, non tamen ſolo affixum eſt, neque ullam 69
cum ipſo ſolo participationem habet, ut notat Pin-
heir. *de cenſ. & emphyt. diſput. 4. part. 2. ſect. 7. §. 7.*
numer. 140. Alvarez Pegal. *reſolut. forenſ. cap. 9. nu-*
mer. 89.

Quærendum decimoſeptimò, an ſi Dominus con-
ſenſerit venditioni factæ vili pretio cum pacto de re-
trovendendo, præferendus ſit in remiſſione, & re-
troceſſione dicti pacti facta ab emphyteuta; Quæſtio 70
videtur favore Domini decidenda, quia cùm dicta fa-
cultas redimendi rem emphyteuticam tanquam res
immobilis reputetur, ac cohærens ſit ipſi rei, jure
optimo Domino prælatio danda eſt, dum verifican-
tur verba Text. *in dicta l final.* qui in qualibet alie-
natione ſive partis, ſive totius rei emphyteuticæ
prælationem dat, ut concludit Tiraquel. *de retract.*
lignag. §. 1. gloſſ. 7. num. 31. fol. mihi 26. Contra-
rium tamen eſt verius, cùm enim liberum fuiſſet ven-
denti rem ipſam non repetere, ſi maluiſſet rem liberè 71
penes emptorem manere, ita quoque ſi poſtquam
emphyteuta cum Domini conſenſu vendidit jus illud
retrahendi juſto pretio remittat, non dicitur de no-
no vendere, aut novum contractum facere, ſed ma-
gis primum confirmare, & approbare, & declarare
animum ſuum rem ipſam non repetendi, unde dum
Dominus, jam declaravit nolle emere primæ ven-
ditioni conſenſum præſtando, audiri amplius non
debet prælationem petendo tempore approbationis
ipſius contractus, ut notat Carol. Molinæ. §. 55. 2.
part conſuet. Pariſ. num. 115. Cald. *de emphyt. extinct.*
cap. 13. num. 28. & pluribus ſeqq. ubi idem putat, ſi
emptor, emphyteutæ decepto ultra dimidiam juſti
pretii, pretium ſuppleat, & eo tantum caſu limitat
concluſionem, quando aut tacitè, aut expreſsè in
prima venditione Domini conſenſus non intervene-
rit, & latè Coccin. *decis. 1827. numer. 10. & ſeqq.* ubi
quòd ſi poſt venditionem factam cum conſenſu Do-
mini emphyteuta rem recuperet ob nullitatem, aut
reſciſſionem contractus non requiritur novus Domi-
ni conſenſus.

Quid autem dicendum ſit, ſi pactum de retroven-
dendo in alio diverſo Inſtrumento adjectum ſit, vel
ex intervallo appoſitum ſit ſine ſcientia Domini di-
recti; Quæſtio quidem videtur obſcura, quoniam 72
videmus in ſimili, quod licet emphyteuſis vendita
cum pacto retrovendendi poſſit ſine Domini conſenſu
revendi, & redimi vigore dicti pacti abſque eo quod
ulla Domino detur prælatio, ut notat Barbol. *in*
dicto cap. potuit num. 69. de locat. Gratian. *diſcept.* 180.
num. 20. Fulgin. *de jur. emphyt. quæſt. 1. de alienat. n.*
166. *fol. mihi* 465. Amade. à Pon. *de laudem. qu.* 37.
column. 2. verſ. eo tamen caſu, Cavaler. *decis.* 360.
num. 5. ſi tamen dictum pactum de retrovendendo à
principio non fuit appoſitum, ſed ex poſt facto, vel
in diverſo Inſtrumento à Domino ignorato, tunc in
retrovenditione, directi licentia requiritur, & ipſi
Domino prælatio concedenda eſt, & ratio eſt evi-
dens, quia dum unicus conſenſus tantum præſtitus
fuit

fuit ſuper alienatione, & venditione, non poteſt d. conſenſus ſuum effectum operari pro retrovenditione vigore pacti de retrovendendo in diverſo inſtrumento, & ex intervallo adjecti, quod non cenſetur amplius pars ipſius venditionis, neque efficit, ut retrovenditio ipſa dici valeat exequutio prioris contractus, ut latè probat Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. quæſt.* 16. *num.* 1. *cum ſeqq.* Franch. *decis.* 116. *num.* 2. *&* 5. Surd. *decis.* 182. *&* 344. *num.* 3. Coccin. *decis.* 1849. *num.* 24. *& ſeqq.* & optimè Tiraquel. *de retract. convent. gloſſ.* 2. §. 6. *num.* 20. *verſ. ſi autem plene*, Gratian. *dicto cap.* 180. *num.* 11. 15. *& ſeqq. & num.* 19. *uſque ad fin.* Corbul. *de cauſ. privat. ob alien. &c. ampliat.* 27. *ſub numer.* 8. *verſ. cæterum ego, & melius num.* 11. *verſ. ſi autem pactum fol. mihi* 197. *& ſeq.* Fulgin. *ubi ſupra num.* 168. 170. *&* 171.

Verùm contrarium tenuit Carol. Moline. *dict.* §. 55. *num.* 123. quem ſequitur Cald. *d. cap.* 13. *numer.* 30. *&* 31. qui movetur, ex quo ſcientia talis pacti potiùs removet Dominum, quàm illum inducat ad
73 tantumdem offerendum, ac prælationem petendam, dum plerumque prudentes viri hujuſmodi emptiones cum pacto de retrò deteſtari, & contemnere ſoleant, unde ſi Dominus noluit prælationem habere, & conſenſum præſtitit in ſimplici venditione ſine d. pacto ab ipſo ignorato, eo magis conſenſum ſuum præſtitiſſet, nec prælationem petiiſſet, ſi dictum ſciviſſet, aut in Inſtrumento adjectum fuiſſet, quæ ratio quan-
74 ti valeat quiſque videt, non enim conſiderare opus eſt, an Dominus directus ſciens tale pactum non emiſſet, quia id eſt divinare, ſed oportet vim facere in aſſenſu præſtito à Domino, qui cùm non trahatur ad ignorata, & conſequenter ad pacta extra Inſtrumentum ad ipſius notitiam deductum, neque extendi poſſit ad diverſos contractus, meritò non poteſt arcere Dominum à juſta prætenſione præſtandi novum aſſenſum, ac prælationem petendi in retrovenditione, quæ dici debet facta ex novo contractu, non autem in exequutionem priori venditionis ſimpliciter ſine dicto pacto ſtipulatæ.

Ex quibus etiam inſurgit, quòd ſi pars tantum emphyteuſis vendita ſit pacto adjecto, quod etiam
75 alia venderetur, quamvis in dicta venditione cum tali pacto aſſenſus Domini directi intervenerit, adhuc tamen in venditione alterius partis Dominus requirendus eſt, eique prælatio danda, quia venditio illa facta in exequutionem d. pacti non dicitur eadem cum prima, ſed nova prorſus, ac novus contractus, niſi liquido conſtaret emptorem empturum non fuiſſe primam partem, niſi altera quoque ipſi venderetur, ut Carol. Moline. *dicto* §. 55. *num.* 126. probat, & eum ſequitur Cald. *d. c.* 13. *num.* 31. cui quoque opinioni vix adhærere poſſum, nam omnes ferè rationes, quæ vigent in caſu quo denegatur
67 Domino prælatio in retrovenditione facta vigore pacti de retrovendendo, vigent etiam in venditione facta vigore pacti de vendendo; Etenim ſicuti opus non eſt nova Domini licentia in actu retrovenditionis, ſi Dominus licentiam conceſſit, ut res venderetur cum iſto pacto de retrò ex ea potiſſimum ratione, quod jam Dominus huic oneri conſenſit, & licentiam retrovendendi per neceſſarium conſequens dediſſe videtur, ita quoque novus aſſenſus non videtur neceſſarius in venditione alterius partis rei emphyteuticæ, nam Dominus dando licentiam vendendi partem cum pacto eidem emptori aliam vendendi, jam conſenſum præſtat venditioni alterius partis, ne aliàs dicamus pactum illud de licentia Domini appoſitum ſupervacaneum eſſe, & ne affirmare fas ſit, quod d. venditio alterius partis non ſit facta in exequutionem contractus, cui exequutioni Dominus aſſenſum præſtitit, ut præ cæteris optimè ratiocinatur Corbul. *de cauſ privat. ob alienat &c. d. ampliat.* 27 *ſub num.* 8 *verſ. cæterum ego*, Fulgin. *dict.*

quæſt 1. *n.* 170. conſonat Cagnol. *in l.* 2. *n.* 243. *Cod. de pact. inter. empt. & vendit.* Alex *conſ.* 228. *ſub nu.* 3. *verſ. Et ſimiliter non obſtat. lib.* 6. & in fortioribus eſt Text. *in cap. unic. de feud. non habent. prop feud. natur.* & optimè Surd. *videndus decis.* 105. *n.* 22. *ad* 2. ubi quod emphyteuta vendens vigore præcedentis promiſſionis nihil videtur de novo facere, ſed jam factum, ſeu promiſſum implere, atque exequi primum contractum, cui Dominus conſenſit, qui ſibi, conſentiendo, præjudicavit etiam quoad omnia conſequutiva, niſi limitatum conſenſum præſtitiſſet.

Præterea ſicuti conſenſus præſtitus à Domino in mandato de vendendo ad Emphyteuta dato operatur, ut poſſit res vendi ſine alio Domini conſenſu, & 77
abſque eo quod eidem prælatio detur, ut notat Afflict. *in cap. Imperialem quæſt.* 14. *numer.* 75. *de prohibit. feud alienat. per Frideric.* Caldas *de Emphyteuſis extinctione cap.* 12. *numer.* 29. *& ſeq.* ita quoque dici debet de conſenſu præſtito in pacto de vendendo, quia plus operatur pactum vendendi, quàm ipſum mandatum.

Quærendum decimooctavò, an Text. *in dicta l. fi-* 78
nal. habeat locum in donatione rei Emphyteuticæ, & concluſio eſt negativa, ut probat Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 93. *nu.* 29. *& ſeqq* Laurent. *decis. Avenionen.* 143. *num* 3. Surd. *decis.* 93. *num.* 1. Mut. *decis. Sicilia* 10. *n.* 1. Franch. *decis.* 201. *n.* 3. & latè de Luc. *ad eumdem pariter num.* 3. ubi contrarios rejicit Gregor. *decis.* 520. *num.* 1. ubi Addent. *litt. A.* Amat. Dunozett. *decis.* 538. *num.* 4. *& ſeqq.* Rub. in annot. ad *decis.* 131. *num.* 142. *& pluribus ſeqq. part.* 8. *recent.* qui tamen communiter aſſerunt, quòd antequam donatarius poſſeſſionem rei donatæ accipiat ſub pœna caducitatis obtinere debet Domini directi conſenſum, eique
laudemium ſolvere, ut Dominus examinet, & pro- 79
videat an ſibi expediat donatarium illum habere emphyteutam, & an ſit de prohibitis, potentior, vel talis perſona à qua vel difficillimè canonem habere poſſit, vel in qua extendatur linea, & eſſet ſpes reverſionis rei emphyteuticæ, ut ſubjungit Caldas *de emphyteuſ. extinct. cap.* 13. *num.* 39. ubi de Emphyteuta ſene, & liberis carente, qui in fraudem Domini donavit rem emphyteuticam juveni prolem habenti, & de hoc videas in *quæſt.* 16 *num.* 206. *& ſeqq.*

Idemque prorſus dicas de permutatione, in qua non requiritur Domini directi conſenſus, neque Do-
mino prælatio competit, Jaſ. *in d. l. final. num.* 102. 70
verſic. ergo, Bero. *in cap. potuit. num.* 96 *de locat.* Alerograd. *conſ.* 9. *n.* 31. *lib* 2. Hodiern ad Surd. *decis.* 173. *num.* 17. *& ſeq.* Amic. *de jur. emphyt. quæſt.* 13. *per tot.* Rub. *ubi ſupra num.* 153. *cum ſeq.* latè Rot. *decis.* 269. *nu*
29. *part.* 9. *recens.* niſi tamen ſit facta in fraudem, Al- 81
tograd. *d. conſ.* 9. *num.* 27. *& ſeqq.* Corbul. *de cauſ. privat limit.* 12. *& limit.* 13. *nu.* 7. & dummodo ante poſſeſſionis traditionem requiratur conſenſus Domini, ut ſupra, Hodiern. ad Surd. *dict. decis.* 173. *nu.* 17. circa quas quæſtiones vide, quæ dicta ſunt *in d. quæſt.* 16. *num.* 142. *& ſeqq.* & latè Cald. *lib.* 4. *cap.* 10. *nu.* 3. *& ſeqq.*

Notandum tamen eſt, quòd ſi Emphyteuſis titulo inſtitutionis alicui relinquatur, tunc non ſolum Do-
minus requirendus non eſt ante, verùm etiam neque 82
in actu apprehenſionis, & poſſeſſionis captæ, ut contra Jaſ. tenuit Cald. *d. lib.* 4. *cap* 10. *n.* 22.

Quærendum decimononò, an prælatio Domino directo concedatur in legato rei emphyteuticæ, & pro intelligentia quæſtionis diſtinguendum eſt, aut enim
emphyteuſis eſt conceſſa certis perſonis, vel eſt ex 38
pacto, & providentia, aut mixta, & tunc abſolutum eſt, quod non poſſit extra dictas perſonas irrequiſito Domino legari, etiam ad pias cauſas, ad Text. in *cap* 1. §. *donare qualiter olim poterat feudum alienari*, ubi Bald. *num.* 2. Præpoſit. *num.* 4. & Afflict. *n.* 9. *cum ſeq.* & latè Cald. *de emphyt. extinct. cap.* 10. *num*

19. *& ſeqq.* ubi latè diſputat an ſaltem debeatur æſti-
84 matio; Aut conceſſio emphyteuſis facta eſt pro hæ-
redibus, & ſucceſſoribus, & tunc legari poſſe, te-
nuit Bald. *in cap.* 1. *num.* 19. *de prohibit. feud. alienat.*
per Frideric. Curt. Jun. *cons.* 1. *num.* 2. *& ſeq.* Rot.
decis. 271. *num.* 2. *part.* 1 *recent.* Verum Bald. & ſe-
85 quaces id affirmant in emphyteuſi conceſſa pro hæ-
redibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, cæterum
quando ſimpliciter conceſſio facta eſt pro hæredibus,
& ſucceſſoribus, inconſulto Domino emphyteuſim
legari non poſſe, concludit Alex. *in l. quod dicitur n.*
26. *ff. de verb. oblig.* Imol. Coſt. & alii quos adducit
Cald. *d. cap.* 10. *num.* 15. §. *adverto tamen, & ſeqq.*

Quidquid tamen ſit de hac quæſtione abſolutum
eſt, quòd quotieſcumque legatur res emphyteutica
86 Domino prælatio non competit, ſicuti enim fruſtra-
torium eſt Dominum requirere in donatione ad ef-
fectum ut præferatur, ita etiam dicendum eſt in le-
gato, propterea ſicuti ante actualem traditionem, &
naturalem poſſeſſionem opus eſt facta donatione Do-
minum requirere, ut diſcernere valeat qualitatem
Donatarii; ita quoque neceſſaria eſt requiſitio ante-
quam hæres poſſeſſionem rei legatæ tradat legatario,
ut docet Cald. *dicto c.* 10. *ſub n.* 14. *verſic. hoc etiam, &*
ſeq. & latiùs dictum eſt *in d. quæſt.* 16. *n.* 10. Quan-
87 do autem Teſtator mandavit pretium retrahendum
ex venditione rei emphyteuticæ diſtribui inter pau-
peres, aut illud legavit alteri, & tunc venditio fieri
nequit ſine ſolemnitatibus Text. *in dict. l. final.* præ-
lationem Domino concedendo, ut notat Cald *dicto*
cap. 10. *nu.* 20. cum declarationibus relatis in *quæſt.*
28. *& in dict. quæſt.* 16. *num.* 205. *& ſeqq.* Et quam-
vis Rumm. in addit. ad Afflict. *de Iur. protom. fol.*
mihi 19. *nu.* 3. teneat, quòd facto legato Eccleſiæ, ne
emphyteuſis tranſeat ad manus mortuas poſſit Do-
minus uti prælatione, tamen allegat Theſaur. qui
nunquam id ſomniavit, ſed tantum quærit *lib.* 3. *qu.*
83. an Eccleſiæ debeatur æſtimatio.

Quærendum vigeſimò, an prælatio detur Domino
88 quando emphytenta locat ad longum tempus rem
emphyteuticam; Quæſtio quidem eſt ſolemnis ob di-
verſitatem opinionum, & rationum; Sunt enim qui
reſpondent liberè poſſe emphyteutam rem emphyteu-
ticam ad longum tempus locare nullam Domino
prælationem concedentes, ut tenuit Bero. *in cap.*
nulli num. 32. *de reb. Eccleſ. non alienan.* Pinel. *in l.* 1.
part. 3. *num.* 64. *verſ. alii autem, Cod. de bon. matern.*
Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 32. melius Imol. *in*
cap. potuit nu. 22. *verſ. item poteſt quæri de locat.* quem
ſequitur Jaſ. *in d. l. final. num.* 112. & Apoſtil. ad Alex.
conſ. 119. *circa finem, lib.* 3. Rodoan. *de reb. Eccleſiæ non*
alienan. fol. mihi 520. *num.* 34. Cald. *de emphyteuſ. ex-*
tinct. lib. 4. *cap.* 4. *num.* 41. *& ſeqq.* Nigr. *de laudem.*
quæſt. 10. *art.* 1. *num.* 15. *& ſeqq. tom.* 1. de Marin. *re-*
ſol. Iur. lib. 2. *cap.* 161. *num* 8. *in fin.* Amat. *reſol.* 54.
num. 24. Rumm. in Add. ad Afflict. *de Iur. protomiſ.*
fol. mihi 82. *num.* 28. *& pluribus ſeqq.* ubi plures alle-
gat rationes, qui moventur ex duplici ratione; Pri-
ma eſt, quia Text. *in dict. l. final.* ſtrictè intelligen-
dus eſt, ideòque diſponens de alienatione non poteſt
extendi ad talem locationem; Secunda eſt, quia
Dominus directus ſi præferretur in locatione eſſet
ſimul Dominus, & rei ſuæ conductor, ſimul ſupe-
rior, & inferior ſui emphyteutæ, & per circuitum
recognoſceret in Dominum eum, qui ipſum in Domi-
num recognoſcit, quod quidem videtur abſurdum,
& contra Text. *in leg. ſi aliquam rem.* 28. *ff. de acquir.*
poſſeſſ.

Sed contrarium tenuit Pert. Jacob. *in prax. fol. mihi*
13. *column.* 2. Alex. *conſil.* 104. *lib.* 3. & optimè Ruin.
89 *conſ.* 148. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 1. Bero. *cons.* 123. *num.*
4. *& 5. lib.* 1. Marta *vot.* 140. *n.* 1. Franciſc. Rocc. *reſp.*
2. *num.* 3. *& ſeqq. tom.* 2. ubi malè id extendit ad lo-
cationem modici temporis, Sanfelic, *decis.* 106. *num.*
8. Paclador. *diff.* 109. §. 1. *nu.* 5. *in fin. & ſeq.* Afflict.
decis. 238 ubi Urſil. Rumm. in Add ad Afflict. *de Iur.*
protomiſ. fol. 20. *num.* 12. idem Cald *de Emphyteuſ.*
extinct. lib. 4. *cap.* 1. *num.* 14. *& 15. & ſeqq.* &
latiùs *d. cap.* 4. *num.* 47. *& pluribus ſeqq ſignanter nu.*
52. & latè Corbul. *de cauſ. privat. ob alien. irrequiſ.*
Domino ampliat. 35. *per tot. ſignanter num.* 8. *& ſeqq.*
fol. mihi 220. Rot. *decis.* 1. *de locat.* in antiquis, quam
refert, & ſequitur Nigr *ubi ſupra numer.* 17. Quo-
niam locatio ad longum tempus utile dominium
transfert, & dicitur alienatio, unde falſum detegi-
tur quod non ſit incluſa in verbis *dicta l. final.* quæ
generaliter quamlibet alienationem utilis dominii
prohibet; Et parum refert ratio Imol. nam ratione
utilis Dominii, quod emphyteuta habet poteſt Do-
minus directus rem conducere, neque conducit rem
propriam, quia conducit utile dominium, quod
ipſe non habet, neque ullum conſideratur abſur-
dum, quia poſſunt eſſe plures Domini diverſis re-
ſpectibus, & propter diverſos reſpectus non eſt in
jure inconveniens, quod quis uti Dominus directus
ſit ſuperior, & quoad utile dominium recognoſcat
ſuum emphyteutam, ut dixit Rot. *in dict. decis.* 1.
poſt med. verſ. ſi tamen velles tenere, & coram Ubald.
decis. 384. *num.* 9. *verſ. non obſtat*; Imò ſi per lo-
cationem ad longum tempus transfertur utile domi-
nium ceſſat prorſus conſideratio contraria, nam di-
ci nequit directum recognoſcere emphyteutam, dum
emphyteuta ipſe nullum dominium habet directum,
nec utile, quod jam tranſtulit in Dominium dire-
ctum per locationem, unde verius eſt quod licèt 90
directus præſtare debeat conventam penſionem, ta-
men utilem non recognoſcat in Dominum, dum uti-
le dominium ſuppreſſum, ſeu dormiens pro tem-
pore conſtitutæ locationis manet in directo; Ideò
dicimus ex hac ratione, quòd res propria in pignus
nemini dari poteſt, *l. nec pignus, ff. de regul. jur.* cùm
tamen Domino directo feudum, aut emphyteuſis in
pignus dari non prohibeatur, *cap.* 1. *de feud. cap. con-*
queſtus de uſur. l. nec fructus rei, ff. de reg. jur. ſed de
hoc vide, quæ diximus in *quæſt.* 16. *numer.* 123. *&*
ſeqq.

Ex quibus facilè eſt reſolvere, quòd ſi emphyteu-
ta velit rem alteri ſubemphyteutica teneatur præfer- 91
re directum, ut notant plures apud Cordul. *ubi ſu-*
pra num. 1. *& ſeqq. & ampliat.* 48. *per tot.* Altograd.
conſ. 5. *nu.* 8. *& ſeqq. lib.* 2. ubi diſtinguit inter em-
phyteuſim, & feudum, Cald. *d. cap.* 4. *num.* 49. *&*
50. Rot. *dict. decis.* 1. *de locat. in antiquis*, Nigr. *de*
laudem. d. quæſt. 10. *art.* 1. *num.* 17. 20. *&* 22. Va-
laic. *de jur. emphyteut. quæſt* 13. *num.* 21. *& ſeqq.* li-
cèt contra tenuerit Speculat. *in dicto §. nunc aliqua,*
verſic. 129. Imol. *in d. cap. potuit num.* 20. Rodoan.
de reb. Eccleſ. non alien. d. fol. 520. *numer.* 35. Petr.
Jacob. *in ſua prax. rubr.* 4. *num.* 34. quorum dicta
vera ſolum eſſe poſſunt quando emphyteutæ vellet
rem emphyteuticam pro eodem, aut minori cano-
ne in feudum, aut emphyteuſim concedere bene-
merito animo donandi, & liberalitatem exercendi
erga conſanguineum, aut amicum, quia tunc repel-
litur Dominus ex eiſdem rationibus, quæ vigent in 92
donatione, ſecus verò quando emphyteuta non ani-
mo donandi, ſed lucri faciendi rem alteri in em-
phyteuſim concedit, ut eleganter explicat Bero. *in*
dicto cap. potuit num. 112. *verſic. & ideo, ut ſeq. de lo-*
cat. & ita intelligi debent illi, quos allegat Fulgin.
de Iur. emphyt. tit. de alienat. quæſt. 2. *numer.* 313. ſed
de hoc vide, quæ diximus in *d. quæſt.* 16. *num.* 113.
& ſeqq. ubi latè diſputavimus hanc quæſtionem.

Sed quid ſi emphyteuta locat cum expreſſo pacto,
quòd nullum jus reale transferatur in conductorem,
& cum expreſſa reſervatione utilis dominii, videtur
quod prælatio Domino non competat, tum ex theo- 93
rica Bart. *in l. penult.* §. *inſtituto num.* 4. *ff. de legat.* 2.
qui

Digitized by Google

qui ſcripſit alienare non dici illum, qui locavit etiam
ad centum annos promittendo tantum dare condu-
ctori fructus, tum etiam ex ſpeciali theorica Felin.
in cap. quæ in Eccleſiarum numer. 87. *de conſtitut.* ex ea
ratione, quòd videtur tantum ſimplicem commodita-
tem locare, in qua prælatio non habet locum, ſequi-
tur Gratian. *diſcept.* 149. *num.* 8. Simoncel. *de decret.*
lib. 2. *tit.* 6. *inſpect.* 2. *num.* 23. Corbul. *de cauſ. privat.*
ampliat. 39. *&* *ampliat.* 35. *num.* 13. *&* 14. ubi id co-
94 gitandum reliquit Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.*
5. *num.* 15. Sed contrarium tenuit Afflict. *in cap. Im-*
perialem in princ. num. 61. *de prohibit. feud. alien.* Alex.
conſil. 104. *n.* 7. *lib.* 3. *&* *conſ.* 165. *n.* 4. *lib.* 2. Covar. *var.*
lib. 2. *cap.* 16. *num.* 1. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *ſub nu.*
64. *C. de bonis maternis*, Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 45.
num. 15. *& ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 525. *num.* 10.
Caballin. *millo loq.* 160. *num.* 2. & plenè Fulgin. *tit.*
de alienat. quæſt. 1. *num.* 89. *per tot. ſignanter in verſ.*
tamen ratio ſupra allegata fol. mihi 446. qui moven-
tur ex duplici ratione; Prima eſt, quia cùm utile do-
minium, quod habet emphyteuta conſiſtat ſolum in
fruendo, & percipiendo fructus translatio jure per-
cipiendi fructus in conductorem ad longum tempus
qui poſſidere dicitur naturaliter jure proprio., vide-
tur translatum totum utile dominium, & conſequen-
ter proteſtatio ſive reſervatio utilis dominii uti con-
traria facto non eſt attendenda; Secunda eſt, quia
dum in locatinne ad longum tempus competit Do-
mino prælatio, dictum pactum reſervatinnis domi-
nii utilis, præſumitur factum in fraudem, & præju-
dicium ipſius Domini, & ad eum privandum jure præ-
lationis, propterea non eſt habendum in conſidera-
tione.

Prima autem ratio videtur præcisè contra commu-
nem Doctorum theoricam, qui prælationem negant
Domino in ſimplici venditione commoditatis, &
95 perceptionis fructuum, utique enim ſi reſervatio uti-
lis dominii expreſsè facta in locatione ad longum
tempus operare translationem ipſius utilis dominii
translato jure fruitionis in quo dominium utile juxta
DD. contrarios conſiſtit, eumdem prorſus effectum
operaretur venditio commoditatis, & fruitionis facta
durante vita emphyteutæ, quæ continet tacitè utilis
dominii retentionem, & reſervationem, in emphy-
teuta, ut notant DD. apud Fulgin. *dicta quæſt.* 1. *nu.*
309. & tamen contrarium eſt verius, & ideò denega-
tur Domino prælatio, quia nec dominium utile, ne-
que melioramentum ipſum aliénatur, ſed tantum ſim-
plex commoditas; Secunda verò ratio, neque ſatis-
facit, quia concluſio fundata eſt in præſumptione
fraudis, quæ ſicuti non præſumitur quando quis alie-
nat, & vendit commoditate, & jus fruendi ſimpli-
citer niſi ex conjecturis conſtet de fraude, & animo
utile dominium alienandi, ut ex Rimin. Seraphin. &
aliis notat Fulgin. *ubi ſupra nu.* 309. *&* 311. ita quo-
que præſumi non debet quando quis locat ad lon-
gum tempus cum reſervatione dominii utilis, quia
tunc cenſetur locare ſimplicem commoditatem, &
fruitionem, niſi conſtet de animo fraudandi Domi-
num, niſi dicas ex hoc ipſo fraudem præſumi ex di-
cta expreſſa reſervatione utilis dominii, quod cùm re-
maneat inefficax, & abſque ulla utilitate in emphyteu-
ta, videtur potius reſervatum, ut fraudaretur Dominus
jure ſuo, quam ut emphyteuta ſibi conſuleret, quod
cogitandum relinquo, cæterum animadvertendum pu-
to maximam adeſſe differentiam inter eum, qui me-
lioramenta vendit reſervato ſibi utilis Domino, &
inter eum, qui locat ad longum tempus cum eadem
reſervatione, primo enim caſu ideò Domino præla-
tio competit, quia utile Dominium eſt ſeparatum,
à meliorationibus ipſis quas lex prohibuit vendi poſ-
ſe ſine conſenſu Domini, ut dixi ſupra *nu.* 7. *& ſeqq.*
ſecundo verò caſu reſervato Domino utili, locatio
reſolvitur in locationem ſimplicis fruitionis, & com-
moditatis, neque poſſunt intelligi alienata aut vendi-
ta melioramenta.

Ex his etiam cognoſci poteſt quanti ponderis ſit
doctrina eorum, qui adhærendo theoricæ Baldi in *l.*
ſi domus, §. *fin. ff. de leg.* 1. dixerunt diſpoſitionem
dictæ *legis fin.* locum non habere in locatione ad 96
longum tempus etiam facta uſque ad centum an-
nos, quando conductor non pecuniam, ſed certam
quotam fructuum conſignare tenetur, ut probat Ruin.
conſ. 148. *num.* 11 *lib.* 1 Caroce. *de locat. tit. de jur.*
emphyt. num. 10. Quia Bald. expreſsè loquitur quando
res locatur cum expreſſa declaratione quod nec uti-
le, nec directum Dominium in conductorum trans- 97
feratur, ut explicat Fulgin. *d. quæſt.* 1. *num.* 80. *fol mi-*
hi 445. & quidem jure optimo quia nihil intereſt,
quòd conductor dare teneatur penſionem in pecu-
nia, aut in fructibus, ſicuti à pari nil refert quod
emphyteuta Domino ſolvat canonem, aut reſpon-
deat quartam partem fructuum, cùm utroque caſu
Domino prælatio competat, juxta doctrinam Spe-
culat. *in* §. *nunc aliqua quæſt.* 104. *num.* 128. *tit. de lo-*
cat. Corbul. *de cauſ. privat ob alienationem irrequiſ.*
Dom. limit. 40. *num* 1. *fol. mihi* 218. quæ tamen ad-
mittenda ſunt, quando verè datur in talibus contra-
ctibus prælatio.

Quærendum vigeſimoprimò, an prælatio locum
habeat quando emphyteuta alienat ex neceſſitate, pu-
ta quia alienavit compulſus auctoritate Principis aut
vigore conſtitutionis, vel ſtatuti propter ornatum 98
publicum, aut aliam publicam cauſam quem cogen-
tis ad vendendum, aut quia ſcivit ſe poſſe ad ven-
dendum compelli, & verius eſt prælationem Do-
mino denegari, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.*
14. *num.* 10. *& ſeq.* Gratian. *diſceptat.* 784 *num.* 6. *&*
7. Corbul *de cauſ. privat. &c. limit* 30. *per tot.* Ful-
gin. *dict. quæſt.* 1. *num.* 314 Mantic. *de tacit. lib.* 22.
tit. 28. *num.* 10. *& ſeq.* Merlin. *decis.* 871. *num.* 2.
& 3.

Quærendum vegeſimoſecundò, an facta à Domi-
no ceſſione hujus prælationis, (id poſſe fieri ſuaden-
te conſuetudine) valeat ceſſionarius excludi à jure
prælationis, ſi Dominus laudemium receperit, & 99
approbaverit venditionem; Hanc quæſtionem in ſi-
mili movet Ferrer in nov. addit ad Guidopap. *decis.*
477. *in fin.* ubi notat quòd ſi quis bona feudalia lo-
caverit cum facultate laudemia recipiendi, & omni-
moda laudemiorum translatione facta in conducto-
rem, ſi contingat quod conductor laudemia accepe-
rit ab emptore antequam Dominus denunciaverit
conductori, aut emptori quod volebat uti jure præ-
lationis Dominus à jure prælationis excludatur, &
ſequitur Tondut. *quæſt. civil cap.* 23. *num.* 13. ideò-
que è contra ſi emptor laudemium ſolvit Domino,
excludetur ceſſionarius à jure prælationis, niſi inter-
venerit denunciatio, & intimatio, aut unum ex re-
quiſitis *l.* 3. *C. de novat.* & optima ratione. quia licèt
Dominus alteri ceſſerit jus prælationis, adhuc ta- 100
men apud ipſum remanent actiones directæ, quarum
vigore laudemium recipiendo potuit emptorem à
jure prælationis liberare, ſalvo tamen regreſſum ceſ-
ſionario ſi ob id aliquod intereſſe prætendat adver-
ſus Dominum cedentem, ut plenè reſolvit Tondut.
d. cap. 23. *à num.* 10. *ad* 17.

Quærendum vigeſimotertiò, an ſi plures ſint Do-
mini & unus vendat portionem ſuam Domini directi,
valeant aliis jus prælationis prætendere in portione 101
illa vendita, & verita eſt, quòd nequeant, quia Text.
in d. l. final. non obligavit Dominos inter ſe ad de-
nunciandum, & prælationem patiendum, ſed tantum
emphyteutam adſtrinxit ad id, unde cùm unus ex
Dominis aliorum reſpectu non ſit emphyteuta non
eſt juſtum, quòd teneatur denunciare, & prælatio-
nem dare aliis, ita Ferron. *ad Conſuetud. Burdig.*
tit. 2. *de retract.* §. 19. Roſenthal. *de feud. cap.* 9.

membr. 2. concluſ. 92. num. 15. & 16. ubi tamen id de-
clarat ſi adſit ſtatutum jus prælationis, aut Conſo-
ciis tribuens, & iſti inter ſe eſſent agnati.

Quærendum vigeſimoquartò, an diſpoſitio prædi-
ctæ legis procedat favore Domini ſuperficiem conce-
dentis, quando is cui eam conceſſit vult illam alteri
vendere, & pro intelligentia prius ſciendum eſt, quòd
ſuperficiarius contractus perficitur, quando Dominus
à ſe Dominii jus non abdicando alicui concedit in
perpetuum, vel ad longum aut breve tempus ſuper-
102 ficiem alicujus ſoli, vel eam vendit, aut donat, aut
legat penſione ſibi reſervata, vel nulla, non enim
neceſſe eſt ad hunc effectum, quod pro ſuperficie pen-
ſio annua præſtetur, vel quod illa non ſolvatur, ſed
tantum opus eſt, quod ita contractus perficiatur, ut
in ſolo nil juris emens ſit habiturus, juxta theoricam
Bart. *in l. fin. in fin. ff. de ſuperfic.* quam ſequitur Jaſ.
*in l. 1. §. ſi ego num. 2. verſic. item eſt contractus, ff.
de nov. oper. nunciat.* Alciat. *in l. bonorum 49. verb ſu-
perficiaria, ff. de verb. ſingnif.* Valaſc. *de jur. emphyt. qu.
33. num. 1. & ſeqq. & num 5. ac ſeq.* Menoch. *de re-
tinend. poſſeſſ. remed. 4. nn. 5. & ſeq.* Alvarot. *de feud.
in præfat. nu. 43. verſ. capio primum,* Scrader. *de feud.
part. 2, cap. 2. num. 57 tom* 1. quod etiam notavit Bald.
in rubr. Cod de jur. emphyt. num. 2. Proinde pro reſo-
lutione noſtræ quæſtionis diſtinguendum eſt inter ſu-
perficiarium, qui ſuperficiem conduxit, vel eam alio
titulo detinet ſub certa annua præſtatione, & inter
illum qui illam emit, aut alio titulo gratuito habet,
ſed nullam obligatus eſt ſolvere penſionem, primò
caſu de iſto idem cenſendum eſt, ac de emphyteuta,
103 qui ſicuti non poteſt alienare ſine Domini conſen-
ſu, & eundem præferre tenetur, ita etiam iſte ſuper-
ficiarius facere debet, ſecundò verò caſu ſuperficia-
rius poteſt liberè vendere, & cedere alteri ſuperficiem
abſque Domini requiſitione, & abſque eò quòd patia-
tur eumdem præferri, juxta Text. *in l. 1. §. quod au-
tem, verſ. ſed & tradi*, ubi Bart. origo hujus diſtinctio-
nis *ſub num. 1. ff. de ſuperfic.* quem ſequuntur Aret.
in §. adeò autem num. 14. Inſtit. de locat. Iaſ. *in dict. l.
fin. num. 131. Cod. de Iur. emphyteut.* Soccin. ſen. *conſ.
287. num. 3. lib. 2.* Gratian. *diſcept. 3*[illegible]*0. numer. 18 &
ſeq.* Menoch. *de retinend. dict. remend. 4 nu.* 33. Va-
laſc. *de jur. emphyt. dict. quæſt. 33. num. 12.* Scrader. *de
feud. part. 2. cap. 2. num 57. in fin.* Afflict. *decis. 129.
num.* 8. Capyc. *decis. 196. ſub. num. 1. verſic. qui etiam,*
Cald. *de extinct. emphyteuſ. lib. 4. cap. 7. num. 38.* Re-
doan. *de reb. Eccleſ. non alien. tit. de caducit. 6. hic di-
ctis num. 7.* Coccin. *decis. 75. num.* 2. & optimè cum
hac diſtinctione prælationem concedendo, & negan-
do, Gomeſ. *ad leg. 70. Taur. num.* 31. Molin. *de con-
tract. diſp. 371. num.* 5. Nigr. *de laudem. tom. 1. quæſt. 40.
art. 3. num. 17. & ſeq.* Gratian. *dict. diſcept. 460. nu.
1. juncto num. 18. & ſeq.*

Quæ diſtinctio fortaſſe procedere non videtur in
ſuperficiario Eccleſiæ is enim nullo titulo quocum-
104 que modo ſuperficiem obtinuerit, poteſt in alios ſu-
perficiem transferre, ut per Text. *in l. 2. Cod. ne rei
Dominicæ, vel templor. probat.* Bart. *in dict. §. quod au-
tem in fin.* quem ſequitur Menoch. *dict. remed. 4.
numer.* 34. & clarè Valaſc. *dict. quæſt. 33. numer. 12.
in fin.* quòd tamen verum non exiſtimo, ſi enim quis
emiſſet ſuperficiem rei Eccleſiæ cum debitis ſolem-
nitatibus neque adſtrictus eſſet ad penſionem ſolven-
dam clarum videtur quòd ei licitum ſit ſuperficiem
alienare etiam Eccleſia ipſa non requiſita, ut vide-
tur eſſe de mente Bart. *in d. §. quod autem, verſic. præ-
dicta* Menoch. *dict. remed. 4. num.* 24. & quidem Text.
in dict. l. 2. ex quo DD. hanc prohibitionem colligunt,
loquitur expreſsè de prædiis colonicis ſive emphyteu-
ticis, & ex ſupra probatis, tunc ſuperficies conſide-
ratur, ut res emphyteutica quando pro ea ſolvitur
penſio, ſecus quando nulla penſio pro ea debe-
tur, idcòque hoc ſecundo caſu Textus non applicatur.

Sed an è contra ille qui obtinuit ſuperficiem præ-
feratur quando Dominus vendit, dicendum videtur
quod præferatur, ex Afflict. *de jur. protomiſ. in princ.
nn. 38. verſic. item quæro not.* 10. Gratian. *diſcept. 440.* 105
num. 1. & 2. negativa tamen eſt verior prout dixi-
mus ſupra in emphyteuta quando Dominus vendit
Canonem.

Quærendum vigeſimoquintò, an prælatio ceſſet
quando fuit facta conceſſio in emphyteuſim cum 106
pacto francandi, & emphyteuta cum eodem pacto
alteri vendiderit rem emphyteuticam ſalvo Domini
aſſenſu, & dicendum eſt, quòd ſi extraneus emptor
offerat pretium ad effectum francandi not devolutio,
nec prælatio Domino competat, ut tradit Franch.
decis. 267. per totam, Rendel. *de jur. protomiſ. verbo per
emphyteuſim num. 9. fol. mihi* 49. & de Luc. ad Franch.
dict. decis. 392. & 267. & melius in annot. *ad decis.
610. à numer. 3. uſque ad fin.* ubi diſputat caſum in
quo concurrat Dominus, & vicinus, & ait Domi-
num præferri, quia quouſque non eſt facta franca- 107
tio, Dominus eſt verus Dominus directus quoad om-
nes juris effectus, & allegat concordantes, ac re-
jicit Marſcian. *diſput. 37. per totam*, qui contrarium
defendit, niſi adſit in tali conceſſione pactum ſpecia-
le quod Dominus præferatur putans, quod talis con-
ceſſio ſit potius emptio, & venditio, quàm conceſ-
ſio emphyteutica, videndus tamen eſt idem de Luc. 108
ubi ſupra nn. 7. & ſeq. ubi ſequendo Franc. de Petr.
conſ. 21. reſpondit quòd conceſſa emphyteuſi in pe-
cunia redimibili, & cum pacto francandi habeat lo-
cum jus congrui favore vicini etiam concurrente, Do-
mino concedente, qui non videtur poſſe concurrere
prælationem petendo, dum ipſe idem conceſſit, &
dum ex ſua propria conceſſione oritur jus prælatio-
nis vicino competens, de quo etiam videndus eſt
Thor. *in compend. decis. Neap. part. 2. verb. prælatio
fol. mihi* 493.

Quærendum vigeſimoſextò, an obtinens fundum ve-
ctigalem à Repub. vel Fiſco, habeat prælationem,
quando Republ. vult vendere rem, aut vectigal, quòd 109
ſolvitur, & quod præferatur, tenuit Afflict. *de jur.
protomiſ. in princip. notab. 10. nu. 40. ad medium,* Gra-
tian *diſceptat. 460. num.* 3. per Text. *in l. 1. ff. ſi ager.
vectig.* ſed Text. ille id non dicit, & tantummo-
dò diſponit, quòd obtinens fundum vectigalem ha-
beat actionem in rem, ſicuti habet emphyteuta, &
quilibet utilis Dominus, propterea gloſſ. ibidem il-
lum æquiparat emphyteutæ, unde ſicuti emphyteu-
ta privati, & conductor ejuſdem in venditione rei vel
canonis, non habent prælationem, ut ſupra in prin-
cipio dictum eſt, & in quæſtione 40 ita quoque di-
cendum eſt in emphyteuta, ſeu obtinente fundum ve-
ctigalem Reipublicæ, & Fiſci, ne alias ſine lege ſcri-
pta in contrarium efficiamus deterioris conditionis
privato Fiſcum, & Rempub. & quamvis verum ſit, 110
quòd obtinens talem fundum ſit utilis Dominus, &
habeat jus in re, non tamen proinde ſub hoc præ-
textu poteſt obtinere prælationem; cùm illa pluri-
bus jus in re habentibus denegetur, ut ſæpius in tra-
ctatu dictum eſt.

QUÆSTIO XXXII.

An cenſuario prælatio in emptione rei cenſuatæ competat.

SUMMARIUM.

1 *Cenſuarius non præfertur in venditione rei cenſuæ.*
2 *Amplia, ut ipſi neque tanquam Socio, aut Conſorti detur prælatio, quæ talibus perſonis à Statuto conce-ditur.*
3 *Limita exiſtente conſuetudine in contrarium.*
Lim. 2. ſi Cenſus ſit mixtus cum contractu emphyteuſis.
4 *Pactum*

4 *Pactum quod Cenſuarius debeat pro eodem pretio præferri de Jure non valet tanquam oneroſum, & minuens rei pretium.*

Contrarium defenditur num. 6. & ſeqq.

5 *Pactum ſubjiciens fundum cenſitum favore Crediteris, laudemiis, devolationi, & ſimilibus eſt uſurarium, ſed vide num. 8.*

7 *Pactum renovandi fidejuſſorem, & alia gravantia debitorem Cenſus, quæ ſunt in æſtimatione, & meliorem reddunt creditoris conditionem ſunt permiſſa.*

9 *Pactum quod Domino Cenſus in venditione rei cenſuatæ non competat prælatio, etiam non obſtante Bulla Pii V. eſt validum.*

10 *Cenſus debitor, non præfertur in venditione, vel ceſſione Cenſus, quam Dominus alteri facit.*

11 *Cenſuarius præfertur, quando debitor Cenſus, rem cenſualem vendit perſonæ potentiori.*

12 *Contrarium tamen tanquam verius defenditur.*

13 *Cenſuarius præfertur in venditione rei cenſitæ per Conſtitutionem Sanctæ Memoriæ Pii Quinti de Cenſibus.*

14 *Limita ſi redimatur, & extinguatur Cenſus, antequam res cenſita vendatur.*

15 *Declara id procedere, ſi extinctio ſit prius facta ex intervallo, ſecus quando de tempore extinctionis, jam erat promiſſum emptore rem cenſitam vendere, vel ex circumſtantiis appareat venditionem jam fuiſſe factam ante extinctionem.*

16 *Declara ſecundo, ſi Cenſus extinguatur ex pecunia emptoris, vel inter extinctionem, & venditionem paucum adſit temporis intervallum, & appareat de fraude.*

17 *Cenſuarius vigore Bullæ B. Pii Quinti non præfertur in concurſu Domini directi conſortis, vicini, aut ſocii, quibus vigore legis, aut ſtatuti par latio competat.*

18 *Dummodo Conſortium adſit de tempore venditionis, ſecus ſi ſuperveniat.*

19 *Lim. ſi vendatur jus annui redditus, vel Ius piſcandi ſuper quibus Cenſus ſit impoſitus, quia tunc præfertur cenſuarius, ſi tamen in venditione iſtorum Jurium conſorti, vicinis, & ſimilibus, vigore ſtatuti non competat prælatio.*

20 *Cenſuarius, ſi vigore ſtatuti, aut conſuetudinis, præferatur etiam in concurſu vicini, non præfertur, ſi cenſus ſit cum fraude creatus, eo fine excludendi vicinum.*

21 *Cenſuarius non præfertur etiam vigore Bullæ B. Pii V. ſi cenſus ſit nullus.*

Et quid ſi Cenſus non ſit evidenter nullus.

22 *Cenſuario denunciari debet venditio, cum omnibus pactis, & conditionibus, & ſpatio unius menſis expectandus eſt vigore Bullæ B. Pii V.*

Et talis denunciatio requiritur pro forma, itaut non ſufficiat ſcientia aliunde habita.

23 *Et debet eſſe facta cum inſertione pactorum, & veri pretii conventi.*

24 *Et debet eſſe judicialis, nec ſufficit extrajudicialis.*

25 *Et debet fieri cenſuario, non autem ejus Procuratori.*

Cenſuarius extrajudicialiter requiſitus, ſi dixit nolle emere, adhuc tamen poteſt poſtea prælationem petere.

26 *Terminus unius Menſis datus cenſuario ad prælationem petendam, incipit currere a die facta denunciationis, & talis Menſis eſt dierum continuorum, non autem utilium, & accipiendus eſt prout currit.*

27 *Venditio rei cenſitæ facta ſine denunciatione non eſt nulla, ſed tantum reſpectu cenſuarii imperfecta, & hoc caſu cenſuarius intra triginta annos poteſt prælationem petere.*

Felican. de Cenſib. tom. 1. lib. 1. cap. 10. numer. 9. *rejicitur.*

28 *Cenſuarius poteſt prælationem petere venditione facta ſine ejus denunciatione, etiam ſi venditio ſubſequenter ſit facta duobus, aut pluribus perſonis.*

Et hoc caſu poteſt exequi ſententia contra poſſeſſorem per viam apprehenſionis.

29 *Cenſuarius facta venditione rei cenſitæ abſque ejus denunciatione, ſi nolit uti Jure prælationis, poteſt ſortem repetere, & contractum diſſolvere, de quo tamen dubitat Auctor.*

30 *Cenſuarius, qui vult prælationem, non tenetur pretium deponere, ſed ſufficit, quod illud offerat.*

31 *Declara id procedere ad effectum impediendi lapſum temporis, ſecus ſi velit conſtituere in mora emptorem, aut venditorem ad effectum lucrandi fructus.*

32 *Inter cenſuarios plures, cenſum ſuper unica re habentes, non præfertur is, qui habet majorem cenſum, ſed qui habet antiquiorem, ſive antiquior ſit creatus ante, ſive poſt Bullam.*

33 *Et quid ſi quis habeat Magnam Tenutam, ſuper qua plures Cenſus impoſuit, & vendat partem, & n. 34. ubi vide.*

Cenſuarius præfertur, ſive vendatur totus fundus, ſive ejus pars.

35 *Cenſuarius, qui præfertur vigore Bullæ B. Pii V. non poteſt expellere colonum, vel conductorem, qui pro obſervantia coloniæ, vel conductionis, habet candem rem cenſuatam hypothecatam.*

36 *Declara id procedere ſi res ſit locata, vel ad coloniam data à debitore cenſus, ſecus ſi locata ſit ab emptore.*

37 *Cenſuarius, qui præfertur, tenetur ſolvere pretium in contanti, nec poteſt petere compenſationem pro ſorte, aut fructibus cenſus decurſis.*

38 *Declara id procedere, quando cenſuarius tenetur ſolvere pretium emptori, qui illud debitori exburſavit, ſecus ſi pretium teneatur ſolvere venditori, ſed contrarium defenditur, num. 39. & ſeqq.*

39 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus fundis, non extinguitur per prælationem obtentam à cenſuario in uno ex dd. fundis.*

40 *Prælatio, quæ competit cenſuario in venditione rei cenſitæ vigore Bullæ B. Pii V. competit etiam ejus hæredibus, & datur ſive cenſus ſit habitus titulo emptionis, ſive ex teſtamento, præſcriptione, conſuetudine, aut tranſactione.*

41 *Cenſuarius non præfertur, quando cenſus fuit extinctus per incompatibilitatem.*

Declara id procedere quando debitor ipſe extinxit cenſum, quia tunc, etiam ſi obtinuerit ceſſionem, iſta intelligitur extinctiva, & non translativa, & proinde non confert Jus prælationis.

Secus verò, quando cenſum extinxit tertius ex pretio rei ipſi venditæ à debitore cenſus, qui ſi reportavit ceſſionem jurium licèt non poſſit agendo prælationis jus habere, tamen poteſt de illo excipere contra alios prætendentes præferri, ſed hoc rejicitur nu. 42. & ſeqq.

44 *Cenſus extinctus propter Incompatibilitatem, confert Jus prælationis ad effectum excipiendi, & retinendi contra alios, qui prætendunt præferri.*

45 *Limita quando cenſus eſt extinctus per actum retro ſimilem.*

46 *Cenſum anteriorem habeat, præfertur in emptione habenti cenſum poſteriorem, quamvis alter præoccupaverit.*

Amplia, quamvis qui cenſum anteriorem emiſſet poſt litem motam, nam adhuc retinere poterit contra alium cenſuarium poſteriorem, præferri prætendentem.

47 *Dominus directus emens melioramenta, non perdit Jus prælationis ad effectum retinendi rem, & excludendi alios, qui ſuper prædicta re prætendunt prælationem.*

QUæſtio breviter negativè abſolvitur, non enim
vera eſt quotuodam ſcotentiam aſſerentium,
cenſum æquiparari contractui emphyteutico, io quo
prælationis termini concurrunt, nam neque ullum rei
dominium, aut utile, aut directum ei, qui Cenſum
ſuper re habet, poteſt competere, neque is, qui eſt
2 rei Dominus de Jure in venditione rei cenſuatæ ex-
quirere tenetur conſenſum Creditoris Cenſus; Ideò-
que verum eſt, quòd in quemcumque fundus vadat
cenſui illi ſemper ſubjectus exiſtet, falſum autem,
quod pro eodem pretio Cenſuarius ad inſtar Domi-
ni directi præferatur, ut advertit Dec. *cons.* 163. *nu-
mer. tertio verſ. ultimo non obſtat*, Capyc. *decis.* 103.
& decis 196. *per totam.* ubi rejicit contrarium di-
ceotes Hondel. *cons.* 1. *num.* 5. *lib.* 2. Neapod. *ad con-
ſuetud. Neapol. conſid.* 1. *num.* 35. *de Jur. congrui*, Nigr.
de laudem. tom. 1. *quæſt.* 40. *art.* 2. *per tot. ſignanter nu-
mer.* 12. *& ſeqq.* 17. *& ſeqq.* Valaic. *de Iur. emphyt qu.*
32. *n.* 32. Roderic. *de anna. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 1. *ſub n.*
26. Molin. *de contract. diſp.* 372. *num.* 4. *& 5.* Feli-
cian. *de cens. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 29. Redoan. *de reb.
Eccleſ. non alien. tit. de caducit. ob rei alienat. in fin. n.*
8. *& ſeqq. fol. mihi* 525. Amat. *reſol.* 54. *n.* 17. ubi etiam,
quòd neque uti ſocio, aut conſorti datur tale Jus re-
3 trahendi à Statuto conceſſum talibus perſonis, Scra-
der. *de feudis part.* 2. *cap.* 2. *num.* 58. Guttierez *pract.
lib.* 2. *quæſt.* 166. *per tot.* & notabiliter Lanar. in addit.
ad Patr. *de feud. in repetit.* §. *ſed etiam res per quos fiat
inveſtitura num.* 15. *fol. mihi* 322. & ita in effectu con-
cludunt multæ deciſ. quas adducit Cenc. *de cens.
quæſt.* 66. *numer.* 15. *& ſeqq.* & Rot. coram Dunoz.
8 Sen. *decis.* 173. *num.* 30. & coram Ubald. *decis.* 186.
num. 2. Niſi tamen contraria adeſſet conſuetudo,
quæ circa id ſervanda eſſet, Foller. *de cenſ.* §. *hujuſ-
modi nu.* 54. Sola *ad conſuet. Sabaud. de Iur. emphyt.
quæſt.* 32. *num.* 7. *vers. non prætereo*, Nigr. *d. quæſt.* 40.
art. 2. *numer.* 21. *& ſeqq.* & dixi in *quæſt.* 6. & niſi
Cenſus ſit mixtus cum emphyteuſis contractu, ut io
caſu Molin. *de contract. tract.* 2. *diſp.* 372. §. *illud ad-
monuerim cum ſeq.*

Sed ounc eleganter quæramus, an pactum, quòd
Cenſuarius debeat pro eodem pretio præferri, &
4 quod ei venditio rei Cenſuatæ debeat denunciari, de
Jure ſit validum; Quæſtio eſt ſolemnis, nam Olanus
in antinomia Juris lit. A. num. 107. Roderic. *de annu.
reddit. lib.* 2. *qu.* 1. *ſub num.* 29. *verſic. decima quarta
clauſula*, quos ſequitur Amat. *var. part.* 2. *dicta re-
ſolut.* 54. *num.* 21. reſpondeor negativè ob duas præ-
cipuas rationes; Primò, quia hoc pactum eſt one-
roſum venditori, & injuriam, ac gravamen continet.
Secundò, quia minuit rei venditæ pretium, quòd
fieri non poteſt cum venditor cenſus alio onere gra-
vari nequeat quàm decretæ quantitatis.

Et ego addo tertiam rationem, ſicuti enim dici-
mus, quòd ſubjiciens fundum cenſitum favore Cre-
5 ditoris laudemiis, devolutioni, & ſimilibus ex pacto,
tale pactum, uti uſurarium, & contractum Cenſua-
lem in alium diverſum transformans non eſſet at-
tendendum, ut per Manent. *tract. de Jur. contract. Li-
vel. pact.* 9 *n.* 2. *&* 3. Nigr. *dicta qu.* 40. *art.* 2. *n* 16. &
hoc pactum contra legalem naturam contractus
Cenſualis inducens tale onus non eſt attendendum.

Veritas tamen eſt in contrarium, ut latè defendit
Felician. *de cens lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 8. Maſtril. *eodem
6 tractat. quæſt.* 7. *num.* 27. *& ſeqq.* Azot. *inſtit. moral.
part.* 3. *lib.* 10. *tit. de cenſ. cap.* 12. *in fin fol.* 768. ple-
nè Guttier. contra Olan. *civil. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 167.
num. 1. Cyriac. *controv.* 254. *nu.* 11. *& pluribus ſeqq.*
Duard. *de cens.* §. 4. *quæſt.* 5. *num.* 4. *fol. mihi* 583. *tom.*
1. Molin. *de contract. tractat.* 2. *diſp.* 372. §. *alius eſt
contractus lit. C verſ. verum.*

Et primæ conſiderationi contrariorum Doctorum
reſpondetur, quod cætera pacta prælationem dantia
ſunt gravantia, & onerosa, & tamen de Jure ſubſti-
nentur, ut in *quæſt.* 7. *per tot.* unde non ſatisfacit ra-
tio hæc in noſtro caſu.

Secundæ reſpondetur, quòd licèt negari nequeat,
quod tale pactum Jus aliquod pretio æſtimabile in
Creditorem transferat, tamen non per hoc ſequitur,
eſſe improbatum, ſi enim hoc eſſet, pactum reno-
vandi fidejuſſorem, & tot alia, quæ gravant debito-
rem Cenſus, & tutiorem reddendo in Creditorem in
æſtimatione ſunt, ac pretium augere videntur, juxtà
Text. *in l. eum qui*, §. *melior. ff. de in diem addict.* Ir-
ritarentur, & tamen contrarium quotidie practica- 7
tur; eo quia communiter Cenſus venduntur ad ſo-
litam rationem cum prædictis pactis, & quia talia pa-
cta non ſunt poſita principaliter, ut pars pretii,
ſed acceſſoriè, nec propter illa mutatur conditio,
& natura contractus, cùm ejus ſubſtantia ſemper re-
maneat eadem, ut benè conſiderat Guttier. *d. quæſt.*
167. *ſub num.* 1. *in med.*

Tertiæ pariter reſpondetur, quidquid enim ſit de
illis pactis devolutionis, ac laudemiis ſubjicientibus 8
debitorem Cenſus, quæ videntur in effectu contra-
ctum immutare, ejuſque naturam ſubvertere, quæ
tamen neque eſſe uſuraria poſſet tentari, ex quo in
pluribus locis talis conſuetudo cenſualem emphyteu-
tico contractui æquans ſubſtineatur, & ſervetur ac
valeat, ut Nigr. ipſe in dicta *quæſt.* 40. refert, quæ
tolerari non poſſet ſi uſuram induceret *cap.* 10. *de
conſuet. cap.* 2. *&* 3. *de uſur.* Dicimus, quòd pactum
de quo agimus eſt diverſiſſimum, cùm non mutet
naturam contractus Cenſualis, & ideò cùm nullibi
repetiatur prohibitum, neque ſit contra ſubſtantiam
Cenſus, debet ſubſtineri.

Ex his etiam notandum eſt, quòd pactum, quod 9
Domino Cenſus io venditione rei Cenſuatæ non com-
petat prælatio in Inſtrumento Cenſus appoſitum va-
let, neque irritatur, Scacc. *de Commerc. & Camb.* §.
1. *qu.* 1. *nu.* 245. *in* 3. *diffic. vers. concludo, quod eſt va-
lidum*, Duard. *de Cens.* §. 4. *quæſt.* 22. *per tot.*

Iterum quærendum eſt, an è contra, quando Do- 10
minus Cenſus, vult cedere, & vendere Jus illud Cen-
ſum exigendi alteri, Debitori Cenſus prælatio com-
petat, & negativè facilè eſt reſpondere, ex notatis in
q. 31. *in princ.* & in ſpecie Lanar. in addit. ad Patr. *di-
cto* §. *ſed etiam res ſub num.* 15. *vers. quid è contra fol.
mihi* 322. *per quos fiat inveſtit.* ubi ita refert judica-
tum, prout etiam Franc. *decis.* 17. *num.* 8. *& ad con-
ſuetudinem ſi quis emit de Iure congrui incip. quid ſi em-
ptor fol.* 325. Thor. *in compend. decis. Neapol. verb. Ius
congrui fol.* 299. *in fin. &* 300. *in princ.* ubi etiam re-
fert deciſum in contrarium, quidquid tenuerit Carp-
zov. *ad Conſtitut. Saxon. p.* 2. *conſtitut.* 31. *defin.* 5.
per tot. fol. 699.

Principalis tamen concluſio dupliciter limitatur
primò, ſi res Cenſualis vendi velit perſonæ poten- 11
tiori, ob quòd difficilior redditur Cenſus exactio,
tunc enim dicendum eſt, quod Creditori Cenſus præ-
latio competat, ut per Text. *in l. milites, C. locat.*
reſpondet Dan. Moll. *lib.* 2. *ſemeſtr. cap.* 13. Carpzov.
ad Conſtit. Saxon. part. 2. *conſtit.* 31. *defin.* 7. *num.* 6.
ubi ſic judicatum teſtatur.

Ego autem contrarium exiſtimo, quia licèt fiat
alienatio rei Cenſuatæ in potentiorem, adhuc cre- 12
ditori remanet actio pro actione ſui Cenſus tam
contra debitorem, quàm contra cætera ipſius bona,
ut notiſſimum eſt, & ad ſummum, quando daretur
caſus, in quo verificaretur, quòd exactio Cenſus ob
venditionem ipſius fundi redderetur difficilior, Cre-
ditor poſſet impedire effectum venditionis petendo
aſſociationem ad fundum cenſitum, vel fundi ipſius
fructuum ſequeſtrationem, aut retentionem, uſque-
quo ſatisfactus exiſtat, & propterea meliùs eſt, quòd
utatur remediis ſuis ordinariis, quàm ipſi extraor-
dinarium prælationis beneficium ob hanc cauſam in-
dulgere, ut dixi in *in quæſt.* 34. *num.* 16.

Secundo

Secundò, ſtante Bulla Sanctæ Memoriæ B. Pii V.
de Cenſibus §. *ubi autem vendenda*, quæ dat expreſsè
14 Cenſuario prælationem, & propterea quia materia
eſt quotidiana plura explicanda duxi ex dicta Con-
ſtitut. dependentia.

Et primò quærendum eſt, an hujus Bullæ diſpoſitio
poſſit aliquo modo evitari, & poſſe per indirectum, ſi
redimatur, & extinguatur Cenſus antequam res Cen-
ſualis vendatur, tenent Navar. *in ſuo Comment. de uſur.
qu.* 43. *n.* 127. Boccac. *de Cenſ. part.* 2. *n.* 61. Cenc.
eodem tract. quæſt. 65. *num.* 16. *& ſeqq.* Tomat. *deciſ.
Macerat.* 40. *n.* 34. *& ſeq.*

Sed circa id primò advertendum eſt, quòd ſi re-
demptio ſit prius facta ex intervallo, cautela ſuffra-
gatur, ſi autem quando fuit facta retrovenditio,
15 vel Cenſus extinctio, jam promiſſum erat emptori
rem vendere certo ſtatuto pretio, vel ex aliis cir-
cumſtantiis apparere poteſt, jam eſſe factam vendi-
tionem, & tantùm celari fraudibus, & palliari pro-
teſtationibus ad effectum, ut repellatur Dominus Cen-
ſus à prælationis Jure, tunc ſi Dominus petat præ-
ferri, eſt audiendus etiam poſt extinctum Cenſum,
ſed ignoratam ab eodem priorem venditionem, aut
certam promiſſionem de vendendo initam inter de-
bitorem Cenſus, & extraneum, ut notabiliter latè fir-
mat Cyriac. *controvers. Iur. lib.* 2. *controverſ.* 254. *à n.*
26. *uſque ad finem*, & quòd non ſuffragetur cautela ſi
poſt venditionem factam fiat extinctio, Tomat. *deciſ.*
40. *nu.* 24. *& ſeq.*

Secundò advertendum eſt, quòd ſi fraus probari poſ-
ſit, cautela locum non habeat, ſi enim Cenſus redi-
16 matur ex pecunia emptoris, vel inter redemptionem,
& ſubſequutam venditionem paucum adſit temporis
intervallum, niſi clara in contrarium urgeat præ-
ſumptio, quæ faciat fraudem ceſſare, prælatio po-
teſt à Cenſuario peti, & obtineri, ut notat Me-
rend. *controv. Iur lib* 22. *cap.* 40. *nu* 7. *& ſeqq.*

Notandum ſecundò, quòd prælatio hæc Creditori
17 Cenſus non competit, quando concurrit Conſors,
aut Vicinus, aut Socius, aut alius ex privilegio, vel
Statuti beneficio Jus prælationis habens, ut deciſum
fuit in Romana Domus coram Lancellotto, poſt tract.
deciſ. 6. quam refert Gratian. *diſcept.* 876. *num.* 1. *&
ſeqq. diſcept.* 903. *pariter nu.* 1. *& ſeqq.* ubi quòd Do-
minus directus præfertur Cenſuario, & vicino, ſequi-
tur latè Capyc. Latr. *deciſ.* 46. *à num.* 14. *ad finem*,
ubi de veriori Franc. *deciſ.* 610. *per tot.* de Luca, ad
eundem Reverendiſſimus Antonel. *de tempore legal.
lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 24. Cenc. *de Cenſ. qu.* 65. *num* 9. *&
ſeq.* Rot. coram Merlin. *deciſ.* 786. *numer.* 15. quidquid
firmare voluerit Merend. *controvers. Iur. lib.* 22. *cap.*
40. *poſt princ.* Dummodò conſortium adſit de tempo-
re venditionis, quia ſi ſuperveniat, non ſuffragatur,
18 Duran. *deciſ.* 52. *num.* 10. & dummodò verificentur in
vicino, aut alio, qui vult uti Jure prælationis omnes
qualitates, ad id requiſitæ, Dunoz.e. Sen. *deciſ.* 173.
à num. 23. *&* 28.

Atque ideò ſi contingat ſuper annuo reddit, vel
19 jure piſcandi cenſum imponi in venditione iſtius ju-
ris concurrentibus vicinis, conſanguineis, aut aliis
quibus jus prælationis ex ſtatuto, vel Jure com-
petit, & Cenſuario, præferendus eſt Cenſuarius, quo-
niam negatur prælatio illis in bonis mobilibus, aut
incorporalibus, ſed non negatur Cenſuario, cui cùm
Bulla prælationem tribuat in qualibet venditione rei
cenſitæ, & res cenſita poſſit conſiſtere in talibus red-
ditibus, ſeu juribus, conſequens eſt, quòd in illorum
etiam venditione prælatio competat, ita Duard. *de
Cenſ.* §. 4. *quæſt.* 11. *num.* 20. *& ſeqq. fol. mihi* 591.
tom. 1. videnda tamen ſunt quæ dixi in *quæſt.* 16. *n.*
17. *& ſeqq.* ubi latè tractavimus an in ſimilibus ju-
ribus competat prælatio, & in caſu quo verba Sta-
tuti etiam in ſimilibus juribus verificentur, certè
præferendus eſt Cenſuario, is, qui vigore Statuti præ-
lationem habet.

Et hic etiam animadvertendum eſt, quòd ſi contin-
geret, ex conſuetudine, & ſtylo Tribunalis, Jus præ- 20
lationis dari potius Cenſuario, quam vicino, id intel-
ligendum eſſet dummodò cenſus non eſſet cum frau-
de creatus, & eo fine excludendi vicinos, quod poteſt
ex conjecturis deduci, puta ſi cenſus ſit creatus pro par-
va quantitate, vel ſit ſimulatus, vel reſponſio pro-
miſſa ſit exigua, & paucos poſt menſes ſequatur rei
cenſuatæ venditio, ut benè advertit Merend. *d. lib.*
22. *cap.* 40. *num.* 9. *& ſeq.*

Notandum tertiò, quòd ſi cenſus ſit nullus, vel
invalidus, non poteſt cenſuarius jus prælationis pe- 21
tere, cùm enim id, quòd nullum eſt, nullum pro-
ducat juris effectum, *l. non putavit*, §. *non quævis, ff.
de bonorum poſſeſſ. contra tabul.* non poteſt creditor vi-
gore talis cenſus nulli acquirere jus prælationis, Gra-
tian. *d. diſc* 903. *num.* 8. Cenc. *de cenſ. d. quæſt.* 65. *n.*
1. *in fin. verſ. circa quod beneficium*, Duard. *eodem
tract.* §. 4. *quæſt.* 13. *in fin. tom.* 1. *fol.* 595. *& quæſt.* 16.
num. 10.

Quid autem ſi cenſus non ſit evidenter nullus, ſed
dubitetur, credo, quòd priùs ſit cognoſcenda iſta
cauſa validitatis, ſeu invaliditatis cenſus, & interim de-
beat ſilere illa prælationis, ut poſſit poſteà cenſuarius
detecta validitate, aut invaliditate cenſus admitti,
& rejici à prælationis jure, ut dictum eſt in *quæſt.*
23. *num* 15.

Notandum quartò, quòd debet cenſuario denun-
ciari venditio cum omnibus pactis, formulis, & con-
ditionibus, ut poſſit habere plenam notitiam contra- 22
ctus, & interim deliberare an ei proſit emere, an
non, ad quod deliberandum Bulla ipſi menſem con-
ceſſit, adeò ut illa denunciatio requiratur pro for-
ma, nec proinde ſufficiat ſcientia aliunde habita, Mil-
lin. *decis.* 253. *num.* 7. Gregor. *decis.* 425. *nu.* 7. & ibi
Adden. *num.* 12. Antonel. *dicto cap.* 2. *num.* 6. *& ſeq.*
Cenc. *de cenſ. quæſt.* 64. *num.* 9. *& ſeqq.* Duran. *de-
cis.* 52. *num.* 2. Eminentiſſimus Otthobon. *decis.* 268.
num. 2. *& ſeqq.* quidquid dicat Urſill. *concluſ.* 62. *ſub
nu.* 47. *verſ. licet ſit*, ubi quòd poteſt ſuppleri per æqui-
pollens, & ſi non ſit cum Inſertione pactorum, & ve-
ri pretii conventi, non ſuffragatur, Rot. coram Peu- 23
tinger. *deciſ* 449. *numer.* 2. *& ſeqq & decis.* 451. *per
tot. & decis.* 466. *pariter per tot.* de quo vide quæ di-
xi in *quæſt.* 4. *numer* 3. *&* 4. & debet eſſe judicialis,
cùm extrajudicialis non ſufficiat, Grat. *decis.* 742. *n.* 24
3. Maſtril. *decis.* 50. *num.* 12. Tomat. *decis. Macerat.*
49. *num.* 13. *& ſeqq.* Peutinger. *d. decis.* 466. *num.* 2.
& deciſ. 451. *num* 1. adeòut ſi cenſuarius extrajudicia-
liter requiſitus dixit nolle emere, adhuc poſtea po- 25
teſt prælationem petere, Tomat. *d. decis.* 40. *num.* 13.
& ſeqq. nec ſufficit quòd ſit facta procuratori, Duard.
de cenſ. §. 4. *q.* 14. *tom.* 1. *fol. mihi* 595. Rot. poſt eum-
dem *decis.* 307. *nu.* 4.

Terminus etiam dicti menſis incipit currere à die
factæ denunciationis, & non anteà Cenc. *de cenſ. qu.*
66. *num.* 83. *in fin.* Antonel. *d. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 13. *&* 26
ſeqq. ubi etiam quod talis menſis eſt dierum conti-
nuorum, non autem utilium, & accipiendus eſt, prout
currit, Peutinger. *d. decis.* 451. *num.* 9. ſed de his re-
currendum eſt ad *quæſt.* 14. *num.* 19. *& ſeqq.*

Advertendum tamen eſt, quòd licèt Molin. *de con-
tract. part.* 2. *diſp.* 372. *num.* 6. *verſic. quando autem*, &
Felician. *de cenſ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 9 dixe-
rint, talem venditionem rei cenſuatæ factam ſine de- 27
nunciatione eſſe nullam, & irritam, tamen veriùs
eſt, neque nullam, neque irritam eſſe, quia Con-
ſtitutio Piana non procedit, annullando venditionem
aliter factam, imò nec prohibet venditionem fieri
abſque denunciatione, ſed dumtaxat ſtatuit denun-
ciationem eſſe faciendam, ut notat Cenc. *de cenſ.
quæſt.* 66. *num.* 7. *& ſeqq.* & latè Spada *conſ.* 286. *n.*
5. *& ſeqq. lib* 2. Ideò veriùs eſt venditionem nullam
non eſſe, benè verum reſpectu cenſuarii imperfectam,
cum

cum poſſit ipſe non denunciatus prælationem petere,
Cenc. *d. quæſt.* 66. *num.* 40. Duard. *de cen.* §. 4. *q.* 15.
& 16. *per tot.* Seraphin. *decis.* 1474. *per tot.* & habeat
tempus triginta annorum ad eam petendam, Antonel.
d. cap. 2. *num.* 9. Gratian. *diſcept.* 742. *nu.* 12. *& ſeqq.*
Card. Orthob. *d. decis.* 208. *num.* 6.

Ex quo inſurgit concluſio, quòd ſcilicet poſſit cen-
28 ſuatius prælationem petere, etiam ſi venditio abſque
denunciatione fuiſſet facta duobus, aut tribus ſubſe-
quenter, eum ſemper ipſius reſpectu videatur imper-
fecta, Cenc. *d. q.* 66. *num.* 13. *verſ. cæterum, & num.*
40. *vers vel ſi nolint*, ubi optimè Duard. *d.* §. 4. *q.* 17.
per tot. Antonel. *d. cap.* 2. *num.* 3. Rot. coram Duran.
decis. 52. *num.* 3. *vers non obſtat dictam vineam, & ſeq.*
adeòut nec opus ſit ſententia reſciſſoria, ſeu revocato-
ria, cum poſſit executio contra poſſeſſorem fieri per
viam apprehenſionis, ſtante quod ipſius reſpectu con-
tractus fuit imperfectus, & nullius momenti, Thomat.
d. decis 40. *nu.* 25. *ad* 30.

Inſuper ſciendum eſt, quòd facta alienatione rei
cenſitæ abſque denunciatione, poteſt cenſuarius, ſi
29 jure prælationis, vel retractus nolit uti, ſortem repe-
tere, & contractum diſſolvere, Molpheſ. *in Summa
part.* 2. *cap.* 6. *tr.* 12. *numer.* 101. *& ſeqq.* Duard. *de
cenſ. d.* § 4. *qu.* 19. *num.* 1. *& ſeqq. & per tot.* de quo
valde dubito, quia hoc caſo non dat Bulla talem fa-
cultatem, & ſi ipſe vult uti jure prælationis, poteſt,
ſi verò non vult, uel non valet repetere ſortem, ſed
tantùm agere, vel contra debitorem, vel contra de-
tinentem rem pro fructibus.

Notandum quintò, quòd non tenetur cenſuarius,
qui vult præferri pretium deponere, ſed tantùm of-
30 ferre, Duard. *d.* §. 4. *q.* 18. *nu.* 2. Antonel. *d. cap.* 2.
num. 18. Cenc. *d. q.* 66. *num.* 17. Rot. apud eundem
decis. 157. & coram Millino *decis.* 253. *num.* 2. & di-
ctum eſt *in qu.* 23. Hoc tamen ſi tantùm velit non
labi tempus datum ad prælationem petendam, quia
ſi velit acquirere ulterius fructus ipſius rei, & illos à
venditore, vel emptore repetere, tenetur aut ſolvere
pretium, aut venditore reluctante illud deponere,
31 Cenc. *de cenſ. q.* 65 *ſub num.* 1. *& d. q.* 66. *numer.* 17.
Rot. apud eundem *decis.* 326 *per tot.* & latè dictum eſt
in d. quæſt. 23.

Notandum ſextò, quòd ſi plures adſint cenſuarii
32 cenſum ſuper unica re habentes, non ipſe præferen-
dus eſt, qui habet majorem cenſum, ſedqui habet
antiquiorem, ſive antiquior ſit creatus ante, ſive poſt
Bullam, Cenc. *d. q.* 65. *n.* 4. *& ſeq.* Rot. poſt eundem
decis. 308. *num.* 8. *& ſeqq decis.* 475. *num.* 14. *part.* 1.
diverſ. & plenè coram Dunozet. Sen. *deciſ.* 173. *per
totam.*

Sed hic diſputandum eſt, an idem procedat ſi
33 quis habeat magnam tenutam, ſuper qua plures cen-
ſus impoſuit, & vendat partem: & pro intelligentia
ſciendum eſt, quòd tale jus prælationis cenſuario con-
ceſſum habet locum, tam in toto fundo, quàm in
ejus parte vendita, ut notat Antonel. *d. cap.* 2. *num.*
7. *& ſeqq.* quo præſuppoſito, ſic diſtinguendum
puto.

Aut enim tenuta retinebatur à Domino pro in-
diviſo, & tamquam unum corpus, neque ejus par-
tes diverſo nomine, & diverſis locationibus à Domi-
no tamquam ſegregatæ reputabantur, & tunc ſi om-
nes cenſus ſunt impoſiti ſuper eadem tenuta genera-
liter, is qui habet cenſum anteriorem præferendus
eſt cæteris ut ſupra. Si verò ex deſtinatione Patris-
familias dicta tenuta licet unita, tamquam diviſa, &
ſegregata in partes exiſtimabatur, quas Dominus di-
verſis nuncupabat nominibus, diverſis dabat culto-
ribus, & ſegregatim locabat, & tunc, quia ea his fa-
ctis patet, quòd Dominus ipſe tenutam hanc tam-
quam diverſa prædia exiſtimabat, & reputabat, &
tamquam diverſa à jure exiſtimantur, juxta Text. *in
l. pediculis* 34. §. *Argentum, &* §. *quidam primipilaris, ff.
de Auro, & Argent. legat. l. Servis Urbanis, ff. de leg.*
3. *l. prædiis*, §. *Titio, ff. eodem, l. Seja*, §. *Tiranne. ff. de
fundo inſtructo*, Odd. *cons.* 21. *per tot.* Menoch. *conſ.* 337. 34
n. 23. *& ſeqq. & n.* 25. *& ſeqq.* Caſtil. *de conjectu.uls volunt.
lib.* 5. *cap.* 62. *ferè per tot.* ideò ſi cenſus omnes ſunt im-
poſiti generaliter ſuper tenuta, cujus nomen generale
apud Dominum, & vulgus retinebat aliqua magna
pars dictorum prædiorum, in venditione unius ex di-
ctis prædiis extra dictam partem, quæ vocabatur *Tenu-
ta*, nemini prælatio competit, ſi autem cenſus partim
ſuper tenuta, & partim ſuper prædio, & parte ſegre-
gata ex deſtinatione, & denominatione Patrisfamilias
ſunt impoſiti, tunc ſi vendatur dictum prædium, non
dabitur prælatio ei, qui ſuper tenuta habet cenſum
anteriorem, ſed illi, qui cenſum anteriorem habet ſu-
per eo prædio, & parte, & ita conſului in caſu præ-
ciſo.

Notandum ſeptimò, quòd cenſuarius qui præfertur 35
non poteſt expellere Colonum, vel conductorem, qui
pro obſervantia Coloniæ, vel conductionis habitæ ab
eo, qui erat verè Dominus habet eandem rem cen-
ſuatam hypothecatam, ita Cenc. *d. quæſt* 66. *n.* 18. &
egregiè Mantic *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 36. ubi addit
optimam rationem Duard. *d.* § 4. *quæſt* 18. *n.* 2.

Id autem tunc demum verum eſt, ſi res ſit locata,
vel ad Coloniam data à debitore cenſus, & ſic à Do-
mino, quia ſi ſit locata ab emptore, qui emit, & po- 36
ſtea Dominus cenſus rem ex prælatione obtinuit, non
tenetur ſtare Colono, vel conductori, cùm omnes
hypothecæ cæteraque onera hoc medio tempore ſu-
per eadem re impoſita reſolvantur ſtatim ac datur
cenſuario prælatio, ut dixi in *quæſt.* 30. *quæſit.* 4. &
eſt iſta diſtinctio animadvertenda, dum ſcribens pro
veritate in cauſa agitata in partibus obtinui, ut di-
ſtinxeram.

Notandum octavò, quòd cenſuarius non poteſt co-
gere debitorem cenſus poſtquam petiit prælationem
ad excomputandum pretium rei cum debito cenſus, 37
quia ſi ei prælatio debet competere cum iiſdem pactis
pro eodem pretio, & conditionibus, ut in *quæſt.* 5.
meritò ſi emptor pretium in contanti exburſavit, Do-
minus cenſus, non poteſt petere compenſationem, ut
dictum eſt in *dicta quæſt.* 5. *nu.* 5. & in ſpecie notant
Cenc. *dicta quæſt.* 66. *à n.* 14. *ad* 21. *ſignanter nu.* 18.
Rot. apud eundem *decis.* 71. *num.* 7. *& ſeq. & decis.* 159.
n. 4. *& ſeq.* coram Ubald. *decis.* 186. *nu.* 2. Tomat. *de- 38
cis.* 40. *nu.* 33. & licet Cenc. *dict. quæſt.* 66. *ſub nu.* 19.
verſic. licet enim hoc fortè, videatur fateri, id procede-
re, quando jam res eſſet vendita ſine denunciatione,
& emptor pretium exburſaverit, non autem quando
cenſuarius concurrit in prima venditione, & res tan-
tum vertitur inter cenſuarium, & debitorem cenſus,
quo caſu poſſet deſiderari à cenſuario compenſatio,
prout etiam diſtinguit Duard. *d.* §. 4. *quæſt.* 18. *per
tot. ſignanter in fine*, quod videtur ſequi Rot. coram Peu-
tinger. *decis.* 466 *n.* 7. *& ſeq.*

Attamen id eſſet dare maximum inconveniens, quia
poſſet adeſſe caſus, in quo cenſus eſſet fundatus ſuper 39
pluribus prædiis, quodque conſequenter per prælatio-
nem habitam à cenſuario ſuper una re non ſit cenſus
extinctus, Tomat. *d. decis.* 40 *nu.* 33. Rot. *decis.* 620.
nu. 3. *part.* 2. *recent.* coram Ubald. *d. decis* 186. *n.* 3. &
coram Peutinger. *d decis.* 466. *nu.* 5. *& ſeq.* quo præ-
ſuppoſito ſi daremus ſortis excomputationem, eſſet
cogere debitorem cenſus ad illum extinguendum,
& redimendum contra tenorem Bullæ Pianæ.

Et eſſet contra prælationis eſſentiam concludere,
quæ ſi ea neceſſitate exquirit, quòd detur pro pretio
eo modo, & forma, quo illud emptor dat, & cum
iiſdem pactis, & conditionibus, ut ea eadem Bulla
deducitur, & DD. communiter fatentur, meritò non
eſt quærendum, an res vertatur inter primum em-
ptorem, & cenſuarium, vel eundem, & debito-
rem cenſus, cùm ſemper cenſuarius prælationem
petat

petat, quam ſi vult, debet ſolvere pretium *incontanti*, prout ſolvebat emptor, & poſtea ſi cenſus exiſtit, fructus exigere, ſi verò ſit extinctus, ſortem repetere fateor tamen, quod hęc opinio eſt rigoroſa.

Notandum nonò, quòd prælatio iſta competit non ſolum emptori cenſus, verum etiam ejus hæredibus, & competit, ſive cenſus ſit titulo emptio-
40 nis comparatus, ſive ex teſtamento, præſcriptione, conſuetudine, tranſactione, aut alio quocumque titulo acquiſitus, Duard. *d. §. 4. quæſt. 12. per tot. fol. mihi 592. tom. 1.*

Notandum decimò, quòd licèt ſi cenſus ſit extinctus prælatio ex illo competere nequeat etiamſi ſit facta ceſſio jurium, quæ tamen nequeat eſſe
41 translativa, ſed extinctiva, puta quia ſit obtenta ab eo, qui erat debitor, ut latè apud Dunozet. Sen. *decis. 187. per tot.* tamen ſi is, qui extinxit, erat tertius, puta emptor, qui promiſit cenſum extinguere, & ſolvendo reportavit ceſſionem jurium ad effectum retinendi, tunc ſi cenſus, quam ita extinxit, erat anterior, licèt non conferat ipſi jus agendi pro prælatione, confert tamen jus retinendi, & excipiendi contra aliòs cenſuarios poſteriores, qui prælationem petunt uti non denunciati, nec requiſiti, ut plenè deciſum fuit per Rot. *decis. 121. per tot. part. 17. recentior.* quòd ſanè mirabile eſt, ſed verum non
42 credo, cùm enim emptor rei cenſuatæ promittens ſolvere cenſum reſpectu venditoris ſit accollatarius, & debitor, meritò extinguendo cenſum non poteſt acquirere jura cenſus tranſlativè, ſed tantum extinctivè ad effectum ſcilicet excipiendi, & ſe defendendi adverſus alios creditores hypothecarios poſteriores, ut apud Pacific. de Salvian. *inſpect. 3. cap. 2.*
43 *numer.* 957. Merlin. *de pignor. lib. 4. quæſt.* 44. *numer. 3. & ſeq.* Tondut. *quæſt civil. lib. 1. cap. 29. numer. 7. & 9.* Adden. ad Burat. *decis.* 420. *num.* 7. Gregor. *decis.* 68. *numer.* 5. Dunozet. Jun. *deciſ.* 858. *numer. 4. verſic. neque obſtat, & ſeq. & in recentior. decis.* 189. *numer. 13. & ſeq. part.* 12. cenſus itaque prorſus extinctus eſt, ideòque jus prælationis dare non poteſt, neque ad effectum actionis, ſive retentionis, cùm non entis nullæ ſint qualitates, & quia habemus exemplum, quod ei, cui jus prælationis non competit, vel non habet æquale jus, non prodeſt præoccupatio, nec retentionis exceptio, ut in *quæſt. 14. num.* 26.

Et alius eſt jura cenſus extincti prodeſſe quoad retentionem emptori ad hoc, ut valeat contra poſteriores retinere, & aliud cenſum ipſum reviviſce-
44 re quoties excipitur per retentionem, & extinctum eſſe quoties agitur pro prælatione, quoniam quoties cenſus extingueretur propter incompatibilitatem, & poſtea alius compareret, qui vellet prædium cenſitum evincere, illudque etiam mediante retractu obtinere, tunc verum eſt, quòd poſſet poſſeſſor excipere de cenſu anteriori, quia ſi contingeret prædium evinci, cenſus reviviſceret ceſſante incompatibilitate, & denuò poſſet auferri res à ſecundo emptore ad quem circulum inanem evitandum facilè daretur retentio, *ex decis.* 173. *num.* 8. coram Dunozet. Sen. Bich. *decis.* 551. *numer.* 10. *& ſeqq.*

At quando cenſus extinguitur per actum retroſi-
45 milem, ut in hoc caſu, tunc non datur ſine nova creatione cenſus ipſius reviviſcentia, ut apud Cenc. *de cenſ. quæſt.* 141. *num.* 14. *deciſ.* 278. *numer.* 21. *part. 5. tom. 1. decis.* 144. *num.* 26. *& decis.* 307. *n.* 5. *ad* 12. *part.* 11. *recent.* & coram Bich. *decis.* 380. *numer.* 23. *& ſeqq.* cùm igitur non detur unquam iſtius cenſus reviviſcentia videtur impoſſibile, quòd detur prælatio ſive agatur, ſive excipiatur ſive cenſu, & ob iſtas, & ſimiles rationes Rot. in eadem Faventina retractus 22. Junii 1676. coram R. P. D. Calataju impreſſa *part. 18. tom. 2. recent. decis.* 758. poſt hæc ſcripta perlecta, recedendo à prima deciſione ita reſolvit.

Notandum decimoprimò, quòd habens cenſum anteriorem præfertur habenti poſteriorem, quam- 46
vis alter præoccupaverit, & ejus cenſus ſit majoris quantitatis, plenè Rot. *decis. 17. num. 3. 10. & ſeqq. part. 4. tom 1. recent.* ubi etiam *num.* 2. dicitur quòd quamvis qui cenſum anteriorem emerit poſt litem motam adhuc retinere poterit contra alium cenſuarium prætendentem prælationem ex cenſu poſteriore, non obſtante quod poſſit dici ille cenſus emptus extinctus propter incompatibilitatem, dum idem emptor retinet fundum cenſitum ex rationibus ibi deductis, ut dicimus in ſimili quòd Dominus directus emens melioramenta, vel vicinus emens rem vicinam non per hoc perdit jus prælationis quod habebat ſuper illa re ad effectum ut poſſit alios excludere, & rem retinere, ut ex Neapolitan. & Afflict. notat Franch. *decis. 550. num. 7. & ſeqq.* Thor. *in compend. deciſ. verb vicinus*, Ricc. in Add. ad Franch. *ubi ſupra*, Maſtrill. *decis.* 102. *nu.* 8. *dec.* 103. *eodem num.* Capyc. Latr. *deciſ.* 46. *numer.* 34. *juncto num.* 30. quia extinctio juris quæ fit propter incompatibilitatem tunc fit, quando res acquiritur irrevocabilitèr.

QUÆSTIO XXXIII.

An Vicino competat prælatio.

SUMMARIUM.

1 *Vicino non competit prælatio.*
2 *Vicinus non poteſt cogere alium vicinum ad vendendum.*
3 *Contrarium ſcilicet quod vicino competat prælatio tenuit* Fabian. de Monte, *qui tamen communiter rejicitur.*
4 *Conſtitutio* Sancimus de Iur. protomiſ. *quæ dat prælationem vicinis, habetur pro lege communi.*
5 *Contrarium probatur, dum nunquam fuit recepta tanquam lex univerſalis, & relata in corpore Juris, & num 6.*
Et ideò d. Conſtit. Sancimus, non procedit in Terris Eccleſiæ ſubditis.
7 *Vicinus habens magnam tenutam, poteſt cogere ad vendendum alterum habentem prope ſuam Tenutam prædiolum.*
8 *Contrarium tamen eſt verius.*
9 *Gregoriana Conſtitutio, prælationem dat vicinis.*
10 *Gregoriana habet locum etiam in venditione ad vitam.*
9 *Declara id procedere in Inquilino, qui præfertur etiam in venditione ad vitam, ſecus autem in vicino.*
Inquilinus, qui præfertur vigore Gregorianæ non adſtringitur ad ædificandum ad ornatum Urbis.
Vicinus, qui vult præferri vigore Gregorianæ non poteſt ſi ſe non obliget ad ædificandum ad ornatum Urbis.
12 *Inquilinus perfertur vigore Gregorianæ ea ratione ne turbetur, & cogatur ſuam, & familiæ quietem turbare.*
13 *Statutum prælationem dans vicinis, non habet locum in venditione ad vitam.*
14 *Gregoriana habet locum quando maritus vendit Domum ſuam vicinam Domui dotali uxoris.*
15 *Gregoriana non procedit in eo, qui perfecit lautum ædificium, & poſtea vult aliquid addere, & ob id petit præferri in Domo vicina vendita.*
16 *Contrarium probant alii.*
17 *Alii diſtinguunt caſum, in quo ædificium fuerit ab initio habitum pro abſoluto, & perfecto, & hoc additamentum prætendatur fieri ad pompam, & aut nullum, aut parvum afferat decus Civitati, ab alio*

quæſt. principali num. 41. *& ſeqq. inter tract. tom.* 6.
3 *part.* 1. *fol. mihi* 43. *à tergo*, defendat quòd vicino
prælatio competat, eumque ſequantur Betrachln. *in
repert. verbo vendere, fol. mihi* 279. *in fin. & in verb.
vicinus præſumitur num.* 1. Riminald. Jun. *conſ.* 223.
num 87. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 417. *num.* 555.
*verſ. vel rem contiguam habent Votum Camerar. impreſ-
ſum in deciſ.* 173. *num* 11. *& ſeqq part.* 4. *tom.* 1. *re-
cent.* Burat. *deciſ.* 677. *num.* 11. Tamen ejuſdem Fa-
biani opinio eſt contra Ius apertum, & nullo nititur
fundamento, neque ullus ex DD. quos allegat iſtud
auſus fuit affirmare, ut etiam notavit in ſpecie Gra-
tian. *diſcept.* 546. *num* 6. *& ſeqq.* & tantùm procede-
re poſſet, quando rixæ, & diſcordiæ jam ſuboriren-
tur, vel damnom reſultaret vicino notabile, quod ſe-
cundario tenderet in præjudicium Civitatis, & Rei-
publicæ, cum declarationibus, quas notavi in *quæſt.*
48. *verſ. dicendum* 11.

Neque Conſtitutio Friderici Imperatoris. qui in-
4 cipit *Sancimus de jur. protom.* concedens prælationem
vicino, & Conſtitutio Romani Lecapeni ejuſdem te-
noris in Oriente, debent haberi pro Jure communi,
ut prætenditur à Rendel. *in dicta Conſtit Sancimus in
Rubr. & in dicto Voto impreſſ. in dicta deciſ.* 173. *num.*
11. *circa fin. & ſeqq.* & latè à Capyc. Latr. *conſult.* 98.
num 5. *ad* 14.

Nam ultra quòd illæ Conſtitutiones non procedunt
5 in Terris Eccleſiæ, ut notavit Afflict *de jur. protomiſ.
in princ num.* 2. Novell *eodem tract. in princ. nu* 27.
Benedei. *In Rubric. num.* 280. Bald. *in princ Bulla
Sixt. de retract notab.* 2. *nu.* 15. Rot. *deciſ.* 182. *n.* 3.
part. 2. *rec.* ubi in ſpecie revocatur dictum votum,
6 abſolutum hodiè eſt, quòd dd Conſtitutiones nun-
quam fuerint receptæ uti leges univerſales, nec relatæ
in corpore Juris, nec in uſu ſint ultra illas Regiones,
in quibus adeſt earum obſervantia, ut optime probat
Carpzov. *ad Conſtitut. Saxon. part.* 2. *Conſtitut.* 31.
definit. 1. *à num.* 5. *ad* 8 Hieronym. Palm. *alleg.* 8.
num. 32. *& ſeqq.* Berlich. *concluſ.* 39. *de jur. protomiſ.
num.* 15. *verſic. quia tamen part.* 1. *fol. mihi* 172. Kop-
pen *deciſ. German.* 52. *num.* 9. *ad* 13. Roſenthal. *de
feud. cap.* 9 *concluſ.* 87. *num.* 2. *&* 3. Eminentiſſimus
de Luc. *de ſervit. diſc.* 104 *n.* 4. *diſc.* 105. *n.* 10. *diſc.*
70. *n* 19. & latiſſimè *in diſc.* 68. *per totum*, Coccin.
deciſ. 2129 *num.* 7. *&* 8.

Sed quid dicendum ſi vicinus haberet maximum
prædium, An in minimo venditor ab alio vicino
jus prælationis habeat; De Jure id ſtatutum non eſt,
ideò videndum eſt, an poſſit cogere alium ad ven-
dendum, ut poſtea ſcire poſſimus an etiam queat
præferri.

Quæſtio iſta non eſt ſine controverſia, multi enim
7 tenent, quod poſſit vicinus habens magnam Tenutam
cogere ad vendendum habentem propè ſuam Tenutam
prædiolum, ut apud Rumm. in Add. ad Afflict *de jur.
protomiſ. fol. mihi* 18. *num.* 15. ubi quod vicinus habens
domum parvam poteſt cogi ad vendendum pro amplia-
tione domus magnæ, & ſic etiam prædium, Neguſ.
Jun. *conſ.* 165. *per tot.* Caren. *reſol.* 2. *per tot.* Caſtil.
deciſ. 134. *per tot.* Jul. Capon. *contr. for.* 18. *nu.* 10. *ad*
16. *ubi nn. ſeqq.* id extendit etiamſi prædiolum ſit fi-
deicommiſſo ſubjectum, & quod eò maximè id pro-
cedit, ſi ultra pretium juſtum velit emptor dare addi-
tamentum non exiguum.

Multi autem, & melius defendunt contrarium, in-
8 ter quos eſt Bart. *in l. fin. n.* 4. *in fin.* ubi etiam Bald.
verſic. Item poteſt fieri ſtatutum, Angel. *numer. pri-
mo in fin.* Jo. de Plat. *num.* 4. *verſ. & facit*, Perez.
fol. mihi 909. *num.* 6. *C. de debit. Civit. lib.* 11. Jaſ. *in
l. nec emere num.* 4. *verſic. hinc alibi*, *C. de Jur. deliber.*
qui explicat Bart. loqui de hoc caſu, & dubitant, an
valeat ſtatutum, quòd mandet, quem cogi ad ven-
dendum; Ideò verius eſt, nec habenti magnum
prædium jus prælationis, aut coactionis competere,

ſepoſitis rixis damnis, & aliis conſideratis in *dict. qu.*
48. *loco cit.*

Et quia tractamus materiam vicinitatis, ideò ali-
qua circa Bullam Gregorii XIII. la 22. Bullar. tom. 9
2. dicenda ſuperſunt; In iſta enim Conſtitutione §. 8.
cavetur, quod ſi Vicinus velit rem ſuam vendere, re-
quirere teneatur perſonaliter cæteros Vicinos ad hoc
ut Vicinus ille, qui ædificare voluerit, & promiſerit
pro eodem pretio non dolo, nec fraude convento
(quod jurare contrahentes teneant) & cum iiſdem
pactis, & conditionibus preferendus ſit etiam Inqui-
lino.

Notandum ideò eſt primò, quod licèt multi tenue-
tint hanc Conſtitutionem procedere etiam in termi- 10
nis venditionis factæ ad vitam tantùm, ut plenè in
Romana retractus Palatii in Monte Jordano 19. De-
cembris 1604. coram Juſto, Millin. *deciſ.* 446. *per tot.*
plenè Ferentil ad Burat. *deciſ.* 937. *num.* 18. *deciſ.* 653.
part. 4. *tom.* 3. *recent.* Gratian *diſcept.* 460. *num.* 39.
& ſeqq. Antonel. *de tempor. leg. lib.* 3. *cap.* 2. *num.*
21. Urſel. *concl.* 62. *num.* 30. Tamen id ſtrictè intel-
ligendum venit in terminis Inquilini, de quo loquun- 11
tur deciſiones, non autem etiam in terminis Vici-
ni, & ratio differentiæ eſt duplex, primò, quia cùm
Inquilinus adſtrictus non ſit ædificare ad ornatum
Urbis prælationem petendo, Rot. coram Merlino
deciſ. 437. *num.* 4. 21. *& ſeqq.* & plenè in Voto im-
preſſ. *part.* 13. *recent. deciſ.* 518 *à num.* 61. *ad* 66. pro-
inde etiam in venditione ad vitam ei competere poteſt
prælatio, è contra verò, quia Vicinus prælationem
petere nequit, niſi ſe obliget ad ædificandum ad or-
natum Urbis, atque actualiter ędificet, Merlin *d. de-
ciſ.* 437 *per tot.* & alibi paſſim, conſequens eſt, quod
in venditione ad vitam non poſſit prælationem petere,
quia aut vult ædificare, & repetere poſt ædificium fa-
ctum, & finitum tempus id, quòd impendit, & non
eſt ei permittendum contra voluntatem Domini, cui
ſit præjudicium maximum, ſi intendendo vendere ad
vitam ad reparandam aliquam ſuam neceſſitatem, non
poſſet poſtea rem repetere ſine refectione impenſi con-
tra ejus animum, aut non intendit repetere, & ſtultus
erit, & hic eſt caſus difficilis, ut inveniatur; Aut non
vult ædificare, & non concurrentibus qualitatibus
à Bulla exoptatis eſt repellendus, ut apud Mer-
lin. & cæteros ubi ſupra, & in ſimili inter Inquili-
num, & Vicinum optimè diſtinguit Eminentiſſimus
de Luca *de ſervit. ad mat. retract. diſc.* 74. *nume-
ro* 5.

Secundò, quia ratio, propter quam Papa motus
fuit ad tale privilegium Inquilinis concedendum eſt, 12
ne ſcilicet turbentur, & cogantur ſuam, & familiæ
quietem turbare, quæ ratio cùm militet tam in ven-
ditione perpetua, quàm in venditione ad vitam, me-
ritò idem Jus prælationis debet competere, præcipuè
quia datur prælatio ei, qui Jus momentaneum ha-
bebat, ideò quoque juſtum eſt, ut in venditione ad
vitam locum habeat, ut Millin. *dict. deciſ.* 446. *n.* 13.
Add. ad Burat. *dicta deciſ.* 937. *n.* 19. Merlin. *dict. de-
ciſ.* 386. *n.* 19. *&* 20. & plenè Spad. *conſ.* 282. *per tot.
lib.* 2.

At in Vicinis eadem ratio non viget in venditione
perpetua, quæ viget in venditione ad vitam, &
jus ipſis non aſſiſtit, cùm videamus quod cæterea 13
ſtatuta de retractu ſive prælatione Vicinis danda non
habeant locum in venditione ad vitam, ſed tantum
in perpetua, ut notant multi, quos refert Tiraquel.
de retract. lignag. §. *primo, gloſſ.* 14. *num.* 89. Boer.
ad Conſtit. Burg. tit. de retract §. *primo*, Rendel. *de
Jur. protomiſ. fol. mihi* 60. *num.* 45. *verſ. In terminis*,
ubi tamen infrà videtur inclinare pro contraria, &
agnoſcere videtur ipſa deciſ. Millin. & Ferentil. idem
ad Burat. & plenè Eminentiſſ. de Luca *ubi ſupra*,
de quo tamen vide, quæ dixi in *quæſt.* 16. *num.* 98.
& ſeqq.

Notandum ſecundò, quod ſi contingat Maritum
vendere domum ſuam vicinam illi, quæ eſt dotalis
14 Uxoris poſſeſſæ ab eodem Marito dotis cauſa, adhuc
Bulla locum habeat, & Uxor etiam Viro diſſentien-
te admitti poteſt ad prælationem petendam, etiamſi
ſtatuto caveatur, quod nequeat Uxor ſine conſenſu
Viri contrahere, adhuc enim Judex hoc caſu conſen-
ſum ſuppleret, ut plenè notat Rendel. *de Iur. protomiſ.
§. habeat n. 9. & ſeqq. fol. mihi* 16.

Notandum tertiò, quòd hæc Conſtitutio non ha-
bet locum in eo, qui lautum ędificium perfecit, &
15 poſtea vult aliquid addere, & ob id vult prælationem
in Domu proxima vendita petere, ex rationibus,
quas adducit Alciat *reſp.* 67. *n* 10. *vers. ſeptimò*, quod
reperit *in l. ædificia* 139. *§. perfeciſſe num.* 5. *ff. de verb.
ſign fic.* quem ſequitur Rota coram Merlin. *deciſ.* 386.
n. 41. & 42. *deciſ.* 538. *n.* 113. *& ſeqq. part.* 13. *recent.*
ubi tamen in *fin.* conantur DD. votantes declarare
doctrinam Alciat. ſed declarant Text. ab Alciat. al-
legatum, & non potentiſſimam rationem ab eo ad-
ductam, præſertim ſi ædificium retrahendum pari-
ter in ſe perfectum ſit, & ornatum conſtituat, Emi-
nentiſſ. de Luca *de ſervit. ad mat. retract. diſc.* 79.
per tot

16 Sed contrarium plenè tuetur Gratian. *diſceptat.*
745. *n.* 40. *& ſeq.* cui adhærere videtur *Votum in dicta
decis.* 538. *n.* 113. *& ſeqq relatum.*

Ideò diſtinguendum puto; Aut enim tales ſunt cir-
cumſtantię, quę demonſtrent voluntatem ędifican-
tis fuiſſe ædificium ſuum extendere, & talis exten-
17 tio actualiter majus decus Civitati præſtet, & ne-
ceſſitati, aut utilitati ædificaotis conſulit, & hoc
caſo Bulla locum habebit, niſi tameo ædificium,
quod retrahi prętenditur, ſit pulchrum, & orna-
tum non parvum conſtituat, aut ex conjecturis po-
tiùs ſuadetur contrarium, puta quia ędificium fue-
rat habitum pro abſoluto, fabrica, quę addi peti-
tur, eſt ſolum ad pompam, nec utilis, nec neceſſa-
ria, & parvum, aut nullum ſuperaddit decus, &
tunc deneganda eſt prælatio, tanquam ceſſet finis
Gregorianę, & cenſeatur potiùs ad æmulationem pe-
tita, ita colligo ex Gratian. & latiùs ex Merlin. *de-
cis.* 427. *n.* 30. *ad* 36.

Notandum quartò, quod hæc Conſtitutio locum
non habet quando id, quod emptor dat Vicioo non
poteſt præſtari à prælationem petente; Unde ſi Vi-
cinus rem dat, & pro pretio, vel re emptor vicino
cedit jus lignandi, Affictum, vel quid ſimile, quod
dari non poſſit ab alio Vicino, prælatio non com-
18 petit, neque hoc caſu æſtimationem Juris ceſſi præ-
ſtando, poteſt prælatio haberi cùm potiùs hæc ſit
permutatio, quàm venditio, in qua propterea præ-
lationis jus non viget, nt in ſpecie Rota coram Penia
decis. 88. *per tot. ſignanter num.* 10. *& ſeqq.* Urſel. *di-
cta conclus.* 2. *num.* 30. *verſic. licet, & melius num.* 42.
Add ad Burat. *decis.* 937. *num.* 19. *vers. verum eſt
notandum*, Rub. *in Annot. ad deciſ.* 131. *num.* 156.
& ſeqq. part. 8. *recent. & latè in deciſ.* 322. *n.* 12. *part.*
4. *tom.* 1. & 413. *part.* 2. Gratian. *diſcept.* 885. *nu.* 7.
& eſt doctrina Caſtren. *in l. prima num.* 3. *C. com.
utriuſque Iudic.* niſi ſit fraudulenta talis permutatio,
Eminentiſſimus de Luca *de ſervit. ad mat. retract. diſc.*
76. *n.* 8. *& ſeqq.* ſed vide, quæ in *dicta quaſt.* 16. *num.*
142. *& ſeqq.* dixi.

19 Notandum quintò, quod hæc conſtitutio ha-
bet locum etiam contra minores, mulieres, &
pupillos, Tiraquel. *de retract. lignag. §. primo,
gloſſ.* 13. *numer.* 11. Roland *de lucr. dot. quaſt.*
44. *numer.* 11. Rot. coram Coccin. *deciſ.* 1680.
numer. 120. *& ſeq.* ubi etiam, quod ita ſervatur
in Tribunall Cameræ Apoſtolicæ, Citoc. *diſc.* 29.
n. 48. *& ſeq.*

20 Et contra Clericos, & Eccleſias, ut expreſsè ibi-
dem ſancitur tam paſſivè, quàm activè, Squillant.
de privil. Clericor. cap. 7. *n.* 96. de Marin. *quotid. reſ.
lib. primo, cap.* 55. *per tot.*

Sed id intelligas, ſi alienatio ſit facta cum ſolem- 21
nitatibus, & ſit valida, ſecùs ſi invalida, & domi-
nium ob id non translatum, Gratian. *diſcept.* 526.
n. 15. Urſel. *dict. conclus.* 62. *n.* 53. *verſic. denique*,
ſed vide *dict. quaſt.* 16. *n.* 102. *& ſeq.*

Notandum ſextò, quod hæc Bulla ex quo loquitur
de proprietate, Domu ſcilicet, & fundo vendendo,
non habet locum in Jure, quòd quis habet ſuper Do- 22
mu, aut fundo, unde ſi quis cedit jus redimendi alte-
ri, Bulla non intrat, ita fuit dictum io Romana re-
tractus 31. Ianuarii 1605. coram Iuſto, quam refert
Urſel. *dict. concluſ.* 62. *nu.* 41. *& plenè in deciſ.* 502.
in fin. part. 2. *recent. repetit. deciſ* 547. *in fin. part.* 3.
& non obſcurè habetur io *Voto d. deciſ.* 538. *n.* 63. *&
ſeq. part.* 13. *recent.* Rub. *in Annot. ad dict. deciſ.* 131.
n 169. *in fin. & multis ſeqq. part.* 8. *recent.* ubi etiam
refert Rotam in Romana prælationis 16. Februarii
1618. *§. ſicut etiam*, coram Cardinali Sacrato, in qua
etiam additur, quod hæc Bulla non intrat, ſi ven-
ditio ſit mixta gratitudine, & idem habetur in *deciſ.*
322. *num.* 9 *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* ubi quod nec Bulla 23
locum habet, quando res partim venditur, & partim
donatur, ut ibidem *num.* 11. & in Romana retractus
26. Maii 1659. coram Priolo, & videnda ſunt, quæ
dixi in *dict. quaſt.* 16. *n.* 218. *& ſeqq.*

Sed hic opportunè diſputandum eſt, utrum ſi fue-
rit vendita Domus vicina, & unico, ac confuſo pre-
tio acceſſoriè ad d. Domum jus redimendi rem adhæ-
rentem, valeat Vicinus præferri tam in d. Domu, 24
quàm Iure redimendi acceſſoriè vendito, & Rendel.
de jur. protomiſ. verb. rem immobilem num. 2. *verſic. li-
mita*, Gratian. *diſcept.* 745. *num.* 67. *& ſeq.* & Rota
coram Burat. *deciſ.* 677. *n.* 3. *& ſeqq.* tenent affir-
mativè, & optima quidem ratione, quoniam illud
jus tunc videtur annexum, & acceſſorium, ac conſe-
quutivum Domui venditę, unde ſicut prælatio com-
petit ſuper principali, ita etiam debet competere ſu-
per acceſſorium, juxta regulam *l. ſecundum naturam,
ff. de reg. Iur.* ſive quia noo attendimus hoc caſu, nec
diſtinguimus venditionem Iuris redimendi à venditio-
ne Domus, quæ ſolum habetur primario in conſide-
ratione, nt in d. deciſ. Burat.

Sed videndus eſt Camuncul. *decis. Bonon.* 10. *per
tot.* qui latè declarat dictam deciſ. Burat. & egregiè
differit, an, & quando videatur d. pactum res acceſ-
ſoria, & videnda ſunt, quæ diximus in *quaſt.* 13.

Notandum ſeptimò, quod dicta Bulla locum non
habet, ſi Dominus idem velit, ac offerat ædificare ad 25
ornatum Urbis, nam ipſe eſt præferendus, etiamſi
alius ædificare jam cæpiſſet, ut plenè habetur io *de-
cis.* 475. *per tot. part.* 1. *diverſ.* quam ſequitur Coccin.
decis. 2. *per totam*, ubi etiam habetur, quod ne ta-
lis Bulla reddatur eluſoria, eſt Domino aſſignandus
terminus ad ædificandum; quo lapſo adjudicanda eſt
res vicino, ſequitur Gratian. *diſcept.* 747. *nu* 19. *ad*
30. ubi quod ita pluries deciſum fuit per Cameram,
etiamſi ornatus non eſſet æqualis. Urſell. *dict. conclus.*
62. *n.* 19 Royas *decis.* 229. *in fin.* ubi id extendit favo-
re Domini directi.

Sed contrarium plenè deciſum habemus in dicto
Voto impreſſo poſt *decis recent. part.* 12. *in ord n.* 138. 26
à num. 71. *uſque ad fin.* ubi plures afferunt Deciſiones
Cameræ, & rationes Bullæ Pii IV. & Leonis X. con-
cludentes poſt monitionem factam à Vicino non eſſe
audiendos vicinos aſſerentes, ſe velle ædificare. præ-
ſertim quando non eſſet ornatus æqualis, & idem non
reſultaret decor Urbis ex edificio, quod fit à Vicino,
& à Domino.

Verius tamen mihi videtur, quod ceſſante æmula-
tione Domini, & conjecturis pro æmulatione, qua 27
ſtante, nulla prælatio Domino competeret juxta ea,
quæ notantur in *dict. decis.* 475. *num.* 9. Gratian *d.*
diſcept.

Digitized by Google

diſcept. 745. *n.* 34. *& ſeqq.* Urſell. *dict. concluſ.* 62. *num.* 19. *verſ. quod tamen*, declara Eminentiſſimus de Luca *de ſervit. ad mat. retract. diſc.* 79. *num.* 4. Merlin. *deciſ.* 437. *num.* 31. *& ſeqq.* apud quos conjecturæ, de cætero Dominus præferendus ſit in ædificando Vicino etiam poſt monitionem, & etiam ſi æqualis non reſultaret ornatus, dummodo ædificium, quod Dominus facere intendit decus addat non parvum Civitati, quoniam caſus hic non eſt in verbis Bullæ Gregorianæ comprehenſus, eſt autem in ratione, & fine comprehenſus quando ornatus ex ædificio oblato à Domino non reſultaret, finis enim, & ratio Bullæ eſt ſolus ornatus Urbis, idcò ſi Dominus non intenderet ornare Urbem Arbitrio Camerarii, & Magiſtrorum, & poſſet effugere diſpoſitionem Bullæ, finis ejus, & ratio eluderetur, quod non eſt permittendum; Majoritas autem, & minoritas ornatus eo tantùm caſu à Bulla diſtincta, & conſiderata fuit,
28 quotieſcumque controverſia eſſet inter plures Vicinos, non autem inter Dominum, & Vicinum, de quo caſu Bulla non cogitavit, Rot. *dicta deciſ.* 475. *num.* 11. *ad med. verſic. non obſtat major, part.* 1. *diverſ.* Gratian. *dict. diſcept.* 745. *num.* 26. *verſ. neque obſtat, & ſeq.*

Neque allegandæ ſunt præcedentes Conſtitutiones Pii, & Leonis tanquam abrogatæ funditus à noſtra
29 Gregoriana, ut ibidem legitur, & notat Rot. coram Guglielm. Dunozet. *deciſ.* 172. *num.* 24. *& deciſ.* 783. *nu.* 8. *& pluribus ſeqq & ſingulariter num.* 10 *part.* 2. *recent.* Neque dicendum, rationes dd. Conſtitutionum abrogatarum poſſe allegari, ex doctrina gloſſ. *in cap. novit.* 13. *verbo quicunque circa fin verſ & ratio ejus de Judic.* Rebuff. *in l. derogatur legi* 102. 6. *effectus autem, ff. de verb ſignif.* Quoniam dd Conſtitutiones diſpoſuerunt, quod vicini poſtquam moniti fuerint ad vendendum, etſi dixerint velle ædificare, non audiantur, rationem vero propter quam id diſpoſuerunt non allegant, ſed in *d. voto num.* 80. ratio prætenditur eſſe, ne alias omnes moniti ſic dicendo, eluſorias redderent Conſtitutiones.

Unde aut volumus allegare effectum Conſtitutio-
30 num, & non poſſumus, dum ſunt abrogatæ, juxta Text. *in l. fin. ff. de falſ.* Rebuff. *ubi ſupra*, aut rationem, & nequimus tum quia ratio non eſt expreſſa, ſed præſumpta, Tiraquel. *tract. ceſſ. cauſa quæſt.* 1. *num.* 150. Tum etiam quia cùm potuiſſent Conſtitutiones aſſignando terminum ad declarandum, an voluiſſent vicini ædificare, efficere, ne diſpoſitio redderetur fruſtatoria, ut apud Cocc. *dicta deciſ.* 2. *in fin.* non eſt dicendum, quod ob hanc præcipuam rationem moræ fuerint ad talem libertatem vicinis ædificare volentibus poſt monitionem denegandam.

Sed hinc ſubſiſtendum eſt in diſtinctione, aut enim ſumus in caſu coactivę venditionis, & procedunt prædicta, aut in caſu, quo Dominus vendidit, & vicinus petit prælationem, & tunc, ſi Dominus ædi-
31 ficare offerret, non eſſet audiendus, dum ipſe jam vendidit, nec poteſt in præjudicium vicini prælationem petentis pœnitere, & contractum etiam cum conſenſu emptoris reſcindere, ut in *quæſt.* 16. *n.* 188. *& ſeqq.* & clarum eſſet id intendere ad æmulationem, ſi verò ædificare offerret emptor, & non erat vicinus, & non poteſt, quia id eſſet directo contra Gregorianam, aut erat vicinus, & tunc recurrendum eſt ad inſradicenda de pluribus vicinis concurrentibus.

Notandum octavò, quod ut hæc Bulla locum
32 habeat, opus eſt, quod vicinus ſit Dominus, Coccin. *deciſ.* 308. *num.* 1. & quod clarè conſtet de dominio, Urſel. *dict. concluſ.* 61. *num.* 26. adeò, ut non ſufficiat, quod habeat hypothecam, vel pignus, aut uſumfructum, Pariſ. *conſ.* 82. *num.* 21. *& pluribus ſeqq. lib.* 3. ubi quod neque is, qui habet Jus dominii,
33 ſed ſimulatum, cum verè ſit pignoris Jus, poſſit ex hoc jure præferri, Roland. *conſ.* 63. *nu.* 15. *& ſeqq.*

lib. 3. Rot. in Romana prætenſi retractus 19 Junii 1598. coram Corduba, quam ſequitur Gratian. *diſcept.* 526. *num.* 13. *& ſeqq. & nnmer.* 31. *& ſeqq.* ubi tamen ait, quòd non eſt neceſſa ia rigoroſa dominii probatio, Rumm. in Add. ad Afflict. 8. *not. verſic. item quæro fol. mihi* 87. & quod ſit Dominus utilis tantum, Urſel. *dicta concluſ.* 62. *nu.* 41, contra quod tenuit Gratian. *diſcept.* 742. *num.* 27. *ad* 50. ubi quòd prælatio datur emphyteutæ, fideicommiſſario, emptori cum pacto addictionis in diem, & cum pacto retrovendendi, quod etiam tenuit *diſcept.* 745. *numer* 47. *& ſeqq.* Mangil. *de evict. quæſt.* 159. *n.* 12. *& ſeqq.* Rot. coram Burat *deciſ.* 677. *num.* 1. & 2. coram Merlin. *deciſ.* 110 *num.* 9. *ad* 12. *& deciſ.* 386. *num.* 8. & ipſe Urſell. *dict. concluſ* 62. *num.* 26. ubi tamen ſe nimis extendit, *& num.* 37. *verſ. extende*, ubi ſequitur Gratian, & an ſufficiat ſola poſſeſſio, vide Rumm. in Add ad Afflict. *in* 6. *not. n.* 4. *& ſeqq. fol. mihi* 75.

Notandum nonò, quod dum Bulla loquitur per hæc verba ſcilicet *volente ſua ſponte Domum vendere*, 34
non habebit locum in venditione neceſſaria, vel illa, quę fit ſub hasta, & ad inſtantiam creditorum, neque in adjudicatione pignoris, Gratian. *diſceptat.* 876. *n.* 28. *& diſceptat.* 564. *n.* 21. *& ſeqq. ubi nu.* 30. ita teſtatur ſervatum Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt* 1. *nu.* 243. *verſ confirmatur*, Mangil. *de ſubhaſtat. quæſt.* 1at. *nu.* 8. *& ſeqq.* pleniſſimè Votum Camerarii impreſſ. *deciſ.* 184. *per tot. part.* 1. *recent.* Eminentiſſimus de Luca *de ſervit ad mat retract diſc.* 71. *num.* 13. quidquid firmare voluerit Urſell. *dicta concluſ.* 62. *nu.* 31. qui adhæret *deciſ.* 19. Gregor. cui addi poteſt *deciſ* 52. *num* 3. Duran. quæ cùm loquantur de ceſſuario, cui Bulla Piana per ſimilia verba pręlationis jus non tribuit, ſed per ampliora non eſt cur obſtare poſſit, ut etiam conſiderat Eminentiſſimus de Luca *ubi ſupra*, & videmus, quod per Statut Urbis *lib.* 1. *cap.* 110. prælationem concedens conſorti, ſi conſors vendere voluerit, non datur prælatio in venditione neceſſaria, & in ſubhaſtatione, ut in *quæſt.* 34. *num.* 31.

Notandum decimò, quòd hæc Bulla non habet locum, quando ędificium faciendum à vicino eſt in parte
poſteriori, vel interiori Domus, quia Urbis decor, 35
ad quem Gregorius reſpectum habuit, conſiſtit in eleganti facie, & ſtructura de foris expoſita, unde etiam ut habeat locum talis prælatio, opus eſt, quod Domus vicini retrahentis, cum facie Domus retrahendi connecti poſſit, ut unica, & latior, ac decoroſa Domus conſtrui valeat, ut conſuluit Petr. Aldobrandin. eximius J. C. cujus conſilium per extenſum refert Rub Sing. Rot. Rom. *tom.* 2. *part.* 3. *fol.* 211. quod paſſim ſervari in Curia notat Gratian. *diſceptat.* 947. *num.* 12. Rot. *deciſ.* 343. *num.* 42. *& ſeqq. par.* 5. *recent.* & coram Merlin. *deciſ.* 457. *num.* 10. *& ſeqq. ubi etiam num.* 22. *& pluribus ſeqq.* ex optimis rationibus firmat, quod nec Bulla favet vicino,
qui tantùm vellet ædificare in Domo retrahenda, & 36
non inceperit in propria, quia ſolùm voluit conſulere ornatui Urbis eo caſu, quo vicinus cæpit in ſua fabricam, eamque perficere nequit ſine Domo contigua, & ſequitur Eminentiſſimus de Luca *de ſervit. diſc.* 76. *n.* 3 *&* 12. ubi licèt moveret contra Merlin tamen ejus opinionem in praxi ſervandam eſſe concludit.

Sed hæc intelligenda ſunt, quotieſcumque ex con-
tinuatione ædificii facienda in ſolo Domus retrahen- 37
dę ad modum unius ędificii uſque ad publicam plateam, manifeſtus non reſultaret ornatus publicus, ſecùs contra, quia tunc non conſideratur, an pars retrahenda ſit in ſitu poſteriori, vel interiori, quia eadem ratio Bullæ viget, ut declarando conſilium Aldobrandini reſpondet Gratian. *diſcept.* 903. *à numer.* 12. *ad* 17. & pro veritate conſultus in cauſa D. Comitis Bigazaini reſpondet Illuſtriſſimus Dominus

Advocatus Tauruſius Sacræ Conſiſtorialis Aulę Ad-
vocatus, in cujus ſtudio maxima cum benignitate fe-
rè prima Iuris elementa habui, & ita etiam vidi te-
nuiſſe D. Advocatum Stanchellinum.

Notandum undecimò, quod ſi vicinus velit ædifi-
care præfertur Inquilino, ſi tamen Inquilinus ædifica-
re nollet, quia ſi ipſe quoque vellet ædificare, vici-
38 no eſſet præferendus, ut tradit Merlin. *deciſ.* 386. *n.*
10. *&* 12. quòd tamen videtur eſſe contra aperta verba
d. Conſtitutionis Gregorianæ §. 11. ubi inter Inquili-
num, & vicinos mandat diſtinctionem ſervari, *ut vo-
lentibus ædificare vicinis*, *Inquilini nulla ratio habeatur*,
ſed tantum vicinorum, quod etiam notat Gratian. *diſ-
cept.* 526. *n.* 7. *& ſeq.*

Advertendum quoque eſt, quod Vicinus, & Inqui-
39 linus vigore dictæ Conſtitutionis præferuntur Cen-
ſuario, Gratian. *diſcept.* 742 *n* 60. *& ſeq.* Ferentil. ad
Buratt. *decis.* 9.7 *n* 2. *verſic. in concurſu autem*, *& ſeq.*
Rot. coram Merlin *dicta deciſ.* 86. *n.* 14. *& ſeqq. &
deciſ.* 43. *n.* 15. *&* 16 *part.* 5 *recent.* imò etiam Con-
ſanguineo, Giurb. *deciſ.* 76. *num.* 3. *& ſeqq.* dummo-
dò concurrant in vicino requiſita neceſſaria, Duno-
zet. Sen. *deciſ.* 173. *n.* 24. *& ſeqq.*

Sed an præferatur Inquilinus, aut Vicinus Conſorti,
40 qui vigore Statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 110. prælationem
habet, diſtingue, nam ſi quis prætendat conſortium
habere ex quo habet muros communes, & tunc
quia non adeſt Conſortium, ſed ſola viciniras, di-
cendum eſt, ut infrà; Si verò habeat verum con-
ſortium, & tunc præferri debet ipſe vicino, aut
Inquilino, cùm Statut. Urb. ſit confirmatum ab eo-
dem Gregorio, cum ampliſſima derogatione, & poſt
Conſtitutionem retractus; Unde eſt, quod illud uti
poſterius ſit attendendum, ita Merlin. *deciſ.* 356 *n.* 5.
& n. 21. *ac pluribus ſeqq.* Urſell. *dicta concluſ.* 62. *n.* 22.
& ſeq. ubi latè.

Notandum decimoſecundò, quod ſi plures concur-
rant Vicini, & præferri petant, tunc is præferendus
41 eſt, qui magis indiget, quod ſi omnes æqualiter indi-
geant, fit diviſio, niſi portiones utrique fuerint inu-
tiles, quia tunc illi tribuenda eſt, cui magis adhæret
res, ſepoſita verò indigentia, is præferendus eſt, qui
vicinus ſit à pluribus partibus, & inter æquales, qui
plus, quique ad majorem ornatum ædificare voluerit,
vel potuerit, ut in eadem Bulla §. duodecimo, & in
Voto Cameratii in *dicta deciſ.* 538. *num.* 111. *part.* 13.
recentior Merlin. *deciſ.* 437. *n.* 19. Bard. *de Iur. proto-
miſ.* § *quinto*, *not.* 2. *n.* 2. §. *quæro etiam*, *circa fin.*
Gratian. *diſcept.* 745. *n.* 14 *ad* 19. ubi etiam quod is
debet præferri, qui majus, & amplius ædificium po-
teſt facere, & Domum propriam ampliorem habet,
& latè in *diſcept.* 742. *nu.* 75. *& ſeqq.* ubi quod Bulla
majorem adjacentiam conſideravit poſt indigentiam,
& quod Vicinus mediante Domo præfertur Vicino
mediante Cortile, ſeu Horto, & quod præferri debet
potiùs is, qui magis cohæret, quam is, qui à pluri-
bus partibus adhæret, & quod hęc procedant, etiam-
ſi iſte non prævenerit, Urſell. *dicta concluſ.* 62. *nu-
mer.* 27.

Et quod inter plures Vicinos is præferatur, qui
42 habet majus Ius, & partem majorem, notat Ancha-
ran. *conſil.* 370. *poſt princ.* Carpan. *ad Statut. Mediol.
cap.* 4 4. *nu.* 183. *& cap.* 417. *nu.* 558. Mut. *ad Con-
ſuet. Panorm. cap.* 28. *n.* 1. Bard. *de Iur. protomiſ.* §. 5.
in 2. *not. ſub nu.* 2 *verſic. ſi verò unus*, *&c.* de quo ta-
men vide *quæſt.* 14. *num.* 2. *& ſeqq.*

Item ſi inter duos vicinos unus habeat conſortium,
is cæteris præfertur, quia dicitur habere Ius potentius,
43 etiamſi ſit in minima parte, Gratian. *diſcept.* 526. *n.*
2. *& ſeq.* Merlin *deciſ.* 186. *nu.* 8. In paritate autem
Iuris, & partis is præfertur, qui prævenit, & præoc-
cupavit, Caſtrenſ. *conſ.* 221. *nu.* 2. *lib.* 2. Tiraquel. *de
retract. lignag* §. 11. *gloſſ.* 10. *num.* 2. *&* 4. Gratian.
diſcept. 526. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 475. *num.* 26. *part.* 2.
divers. de quo tamen vide *dictam. quæſt.* 14. ubi latè de
hoc tractavimus.

Advertendum tamen eſt, quod cùm Bulla loquatur
in caſu, quo plures Vicini rem petunt ſibi vendi, & 44
ad prælationem concurrunt ceſſat, quando unus ex
ipſis jam emit, quia tunc ſi ipſe Vicinus verè ſit, rem
habebit, nec inquietari poterit, dum iſte eſt caſus à
Bulla omiſſus, Gratian *diſcept.* 74. *num.* 87. *& ſeqq.*
Vermigliol. *cons.* 414. *num.* 7. Ann. *cons.* 47. Molfeſ.
ad conſuetud. Neapol. tom. 3. *part.* 12. *quæſt.* 21. *num.* 6.
Maſtril. *deciſ.* 102. *num.* 8. de Luc. ad Franch. *deciſ.*
550. *num.* 1. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 752. *num.* 43.
Eminentiſſimus de Luc. *de ſervit. diſc.* 70. *num.* 21. *&*
72. *nu.* 5. ubi teſtatur de praxi hujus Curiæ, & in for-
tioribus Petr. Gerard. *ſingul.* 16. *num.* 4. Cephal. *cons.*
179. *nu.* 15. *lib.* 2. Tiraquel. *de retract. lignag. in præ-
fat. n.* 73. *&* §. 11. *gloſſ.* 7. *n.* 2. Honded. *conſil.* 7. *nu.*
13. *lib.* 1. Ut in ſimili dicimus, quod exiſtente Statu- 45
to, quod adjacentes præferantur, ſi plus ſint adjacen-
tes eſt locus gratificationi, & ille rem habet, cui fuit
facta venditio, Caſtrenſ. *cons.* 221. *numer.* 2. *lib.* 1.
Honded. *cons.* 7. *num.* 7. *lib.* 1. Barz. *deciſ. Bonon.* 113.
num. 4. *ad* 8.

Verùm in terminis Bullæ Sixti IV. Bard. *de Iur. pro-
tom* §. 4. *in* 3. *not. ſub num* 6. §. *unde licet*, *verſic. &* 46
ex hoc deciditur illa quæſtio notat, quod ſi iſte alter Vi-
cinus ſit Vicinior, habeat majorem partem vicinam,
& poſſit facere majorem ornatum ſit præferendus,
& ita teſtatur judicatum à Magiſtratu. Et quidem her-
clè attentè obſervando votum Malvaſiæ, quod ſequi-
tur Gratian. illud iſtam ſententiam videtur admittere
in duobus locis; Cumque etiam in iſto caſu concur-
rat ratio finalis, & tot aliæ Bullæ Gregorianæ, nempè
ornatus Urbis, in eo pariter debet intrare Bullæ diſ-
poſitio, & quia quando lex, prout Bulla, Vicino
præfert Viciniorem, & eum, qui majorem ornatum
poteſt facere, Vicinus habetur pro extraneo, ut notat
Bard. *dicto* §. 4. *nu.* 6. *&* §. 7. *ſub num.* 5. Anſald. *cons.*
90. *nu.* 44. *&* 45. & ita conſuluit D. Advocatus Stan-
chellinus celeberrimus in Urbe.

Sed poteſt reſponderi, quod Bulla non conſidera-
vit iſtum caſum, & quod ſufficiat, quod ille etiam,
qui emit, velit ornare, licèt non ſequatur idem orna-
tus defendendo praxim, ut ſupra dictum eſt.

Hæc tamen benè procedunt, ſi emptor de tempore 47
emptionis erat Vicinus, nam ſi Vicinitas ſupervenerit
poſt emptionem factam non ſuffragatur, Robert. Ma-
rant. *conſil.* 84. *ſub num.* 9.

Notandum decimotertiò, quod licèt Gregoriana in
ruſticis loquantur tantùm in terminis coactivę vendi-
tionis, attamen locum etiam habebit in terminis vo-
luntariæ ad effectum petendi prælationem ex majori- 48
tate rationis, ut omnes infrà citandi concludunt; ſed
quod in caſu prælationis non requirantur cæteræ quali-
tates, & circumſtantiæ, quæ requiruntur in coacti-
va, ſed tantùm ſufficiat ſola vicinitas, & pretii ſolu-
tio, ac unio vinearum, & viridariorum, nulla alia
conſiderata quantitate, plenè deciſum fuit in Voto
Camerarii *impreſſ. part.* 4. *tom.* 1. *recent in ordine* 173.
per tot. & ſequitur Card. de Luc. *de ſervit diſc.* 77. *n.*
3. licèt dubitet Votum ejuſdem Cameratii *impreſſ d.
part.* 13. *in ordine* 538. *num.* 45. *ad* 61. Gratian. *diſcept.*
742. *n.* 61.

Sed à dicto Voto fuit in ſequenti inſtantia in plena
Camera receſſum, dictumque, quod licet Bulla vigeat 49
tam in coactiva, quam in voluntaria, attamen in
voluntaria debent concurrere omnia requiſita, quæ
in coactiva, & ideò ſicut in coactiva, ut quis valeat
obtinere opus eſt, quod vinea retrahentis ſit majoris
pretii, & menſurę, ac ædificiorum ſtructuris magis con-
ſpicua, ſic etiam opus eſt, ut quis obtineat in prela-
tione, & ſic de aliis, ita habemus *in deciſ* 74. *per
tot. part.* 2. *recent.* ubi reſpondetur ſingulis in dicto Vo-
to conſideratis Gratian. *diſcep.* 752. *num.* 27. *& ſeqq.*

&

& melius *diſcept.* 546. *nu.* 15. *& pluribus ſeqq.* Urſell. *dicta concluſ.* 62. *ſub numer.* 19. *verſic. quæ enim Conſtitutio*, Eminentiſſimus de Luc. *de ſervit. ad mat. retract. diſc.* 77. *num.* 2. *&* 3. *et ſeq.* & Rota coram Gulielm. Dunoz. *deciſ.* 173. *num.* 24. *ad* 28. ubi ſequitur dictum Votum Biſciæ ideſt, *deciſ.* 783.

Nec relevat id, quod conſideratur in dicto Voto impreſſ. *in part.* 13. *recent. numer.* 51. ſcilicèt, quod iſto caſu prælationem petens ultra pretium conventum cogeretur ſolvere etiam ulterius duodecimam pretii partem, juxta formam Bullæ in §. 14. ubi mandat talem duodecimam ſolvendam eſſe in coactiva, quod eſt remotiſſimum à ſenſu germano verbi *prælationis*.

Quoniam quidquid ſit de obſervantia, quæ ſi adeſt, prout verè adeſt in Tribunali Cameræ, & Viarum eſt ſervanda, dico, quòd de Juris rigore hoc caſu prælationem petens adſtrictus eſſet ad ſolvendam dictam duodecimam, imò ad ſolvendum juſtum pretium prout in coactiva, & non aliud ab alio oblatum, quoniam dum Conſtitutio in ruſticis non mandat talem prælationem dari, ſed tantum eam deſumimus ex majoritate rationis, congruum etiam eſt, quod ſi ratio eſt ipſa coactio, quæ eſt fortior prælatione, regulare debeamus circumſtantias, & qualitates ad formam rationis, & cauſæ, à qua derivat iſta prælatio, quæ cùm plures qualitates exigat, & pretium juſtum exquirat, & duodecimæ ſolutionem meritò idem debet eſſe in prelatione cauſata, alias in caſu, in quo non daremus coactionem, concederemus prælationem, & ita daremus effectum ſine ſua cauſa, ut latiùs dixi in *quæſt.* 48.

Neque procedendum eſt, juxta ſignificatum *prælationis*; quia quandoque hanc vocem aptamus perſonæ, & ſatis verificatus remanet ejus ſignificatus, ſi unam alteri præferimus, ut hic, quandoque &
50 perſonæ, & ceteris in contractu contentis, & tunc eſt propria, & plena prelatio, quę hic non verificatur, & non omnes, qui preferuntur uno jure tenentur, & non obſcurè, id notat Duard. *de Cenſ.* §. 4. *quæſt.* 5. *n.* 4. *tom.* 1. *fol. mihi* 583. & latiùs *quæſt.* 10. *n.* 2.

Notandum decimoquartò, quod licèt Mura *ſuper conſuet. Panormit. cap.* 31. *num.* 66. dixerit non poſſe
51 tali prælationi inductæ ob favorem publicum renunciari, & ſequitur in ſpecie Mantic. *deciſ.* 63. *num.* 7. *&* 10. Votum Cardinalis Bonviſii apud Mell. in addit. ad Caſtil. *de aliment. deciſ.* 16. *numer.* 42. *ad* 46. ubi etiam *num.* 34. *& pluribus ſeqq.* quod non valeant pacta contrahentium excludentia iſtud Jus productum ex hac Bulla. Tamen verior eſt in terminis hujus Gregorianæ, valere renunciationem, & tam tacitè, quàm expreſsè renunciando quem à tali beneficio removendum eſſe, ut plenè Gratian. *diſcept.* 672. *num.* 1. 2. *&* 3. *& ſeqq.* ubi refert Rotam in Reatina Caſtri Petræ 19. Martii 1584. coram Card. Platto, & latè etiam Urſell. *dicta concluſ.* 62. *n.* 43. *& ſeqq.* & pleniſſimè declarando dictam deciſ. Mantic. Eminentiſs. de Luca *de ſervit. ad mat. retract. diſc.* 80. *per tot.* & vide eundem *diſc.* 81. *num.* 10. *& ſeqq. eodem tit.* ubi diſtinguit inter retractum prælativum, coactivum, ſed in coactivo etiam verius putat valere renunciationem, dummodò non comparat Magiſtratus, qui nolit eam admittere, ac ſi ob decorem Urbis ipſi ſic Jus quęſitum.

Notandum decimoquintò, quod hoc Ius ex hac Bulla non competit pro ędificandis Granariis, vel Ma-
52 gazenis, licèt illa ſubjaceant paſſivè huic Iuris, quoniam in illorum ędificatione ceſſant Bullę requiſita, ut in ſimili dixit poſt Neapodan. Fab. de Anna *conſil.* 47. *num.* 8. Eminentiſs. de Luca *de ſervit. diſc.* 100. *num.* 11. ubi quod horrea, & ſimilia ędificia non habent ex dicta Conſtitut. Gregor. retractum, *& diſc.* 99. *num.* 6 in quibus etiam ait, quod dicta Bulla non habeat locum in ędificiis ignobilibus, & imperfectis, deſtinatis pro officinis Palatii adjacentis, ſed vide Anna *conſil.* 47. *num.* 8. ubi etiam quęrit an Magazenum, vel Granarium det Ius congrui.

Notandum decimoſextò, quod ſi quis reperitur conjunctus Domui Vicini per Pontem, ſive ſuperfi- 54
ciem ſupra viam publicam, via publica non obſtat, ut quis præferri poſſit vigore iſtius Bullæ, ut ſequendo Neapodan. tenet Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 62. *in fine*, & an, & quando via publica, vel flumen intermedium impediat vicinum retrahere, vide Caſtil. *deciſ.* 59. *num.* 12. Card. de Luc. *de ſervit. diſcurſ.* 89. *per tot.* Antonel *de loc. legal. lib.* 2. *qu.* 19. *num.* 321. *& ſeqq.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 477. *& ſeqq.* Hieronym. Palm. *allegat.* 8. *num.* 25. *& ſeqq.* Rota coram Ninot. *deciſ.* 58. *numer.* 19. *& ſeqq.*

Nota decimoſeptimò, quod hoc Jus vigore iſtius 55
Bullæ habet locum etiamſi Domus eſſet ſubjecta fideicommiſſo, & expreſsè alienari prohibita etiam ob hanc cauſam, Rot. coram Mantic. *deciſ.* 65. *per tot.* quam ſequitur Urſel. *dicta concluſ.* 62. *nu.* 36. & Eminentiſſimus de Luca *de ſervit. diſc.* 8. *num.* 5. *& ſeq.* ubi ita eam deciſ. declarat.

Sed hoc videtur procedere ſi domus non ſit anti- 56
quiſſimæ familiæ, per quam ejus ſplendor, & honor conſervetur, ut habetur in *deciſ.* 372. *&* 676. *per tot. part* 1. *recent.* & in ſpecie declarat Urſel. *dict. concluſ.* 62. *num.* 36. *verſ. licet ſecus.*

Id tamen mihi in ſenſu veritatis verum nunquam 57
viſum fuit; quoniam ſi agamus de facultate cogendi, & de coactione veriſſimum eſt, quod tale jus cogendi etiam vigore hujus Bullæ competere non valet contra domum antiquiſſimæ familiæ, & ita loquuntur deciſiones; Si verò ſimus in terminis in quibus poſſeſſor talis domus eam vendidit extraneis, & vicinus petat præferri, tunc omninò putarem prælationem vigore hujus Bullæ eſſe concedendam; quoniam ſi is jam domum vendiderat extraneo, non ampliùs ejuſdem familiæ ſplendor conſervari poterat domu illa mediante, quę jam exierat de ejuſdem familiæ dominio, & amiſerat illam qualitatem, ut in ſimili dicimus, quòd per legatum rei majorum noſtrorum factum extraneo ceſſet noſtra affectio, quàm habere veriſimiliter debebamus ad eam rem, & non ampliùs 58
præſumitur animus eam recuperandi, & quod ea res in noſtra familia permaneat, ut egregiè notatur apud Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 24. *verſ. & hoc etiam circa fin.* & conſonat Molin. *de contract. tract.* 2. *diſp.* 370. §. *dubium item eſt fol.* 511. & eſt Text. pro hoc non animadverſus in *l. ſi Avia* 19. *C. de donat.*

Notandum decimooctavò, quod vicinus horti, vel curtis non habet jus congrui ad domum conjunctam 59
dicto horto, vel curti, quia ejus res eſt ruſtica, & ruſticum non retrahit urbanum, argumento Text. *in l. fundi, ff. de act. empt. & in l. Lucius*, §. *Collegio ff. de legat.* 3. Afflict. *deciſ.* 223. *num.* 2. *&* 3. Neapodan. *ad conſuetud. Neap. tit. de jur. congr. ſub num.* 18. *verſ. ruſticum autem fol.* 319. Afflict. *de jur. protomiſ. in princ. num.* 15. Iacob Novel. *dict. tit* §. 1. *num.* 191. Pariſ. *conſil.* 82. *numer.* 45. *& ſeqq. lib.* 3. Carpan. *ad Stat. Mediolan. part.* 1. *cap.* 417. *num* 484. Decian. *conſ.* 15. *numer.* 21. *& ſeq. lib.* 4. Alex. Raudenſ. *var. cap.* 13. *num* 9. *&* 10. Thot. *in compend. deciſ. verbo Jus Congrui fol.* 301. Molfeſ. *ad conſuet Neapol. tom.* 3. *tit.* 12. *de Iur. Congr. q.* 7. *n.* 5.

Intellige hoc procedere, quando extat alius vicinus, qui habet domum junctam cum domo vendita, 60
tunc enim non admittitur alter conjunctus cum horto, & intrat regula *quod ruſticum, &c* At ſi non extat alius vicinus, ſed tantum dominus horti petat prælationem, tunc ipſe admittitur etiam in prædio urbano, ut tradit Hieronym. de Martino *in add. ad deciſ.* 223. Afflict. & Urſil. *ad eundem num.* 1. *&* 2. poſt.

Jo: de Amic. *conſ.* 1. *in* 3. *dub. n.* 33. Rendell. *de jur. protomiſ. verb agrum, vel domum, vel vineam num.* 4. *&* 5. Sanfelic. *deciſ.* 171. *num.* 2. *verſ. unde conjunctus*, ubi quòd datur prælatio ſive hortus ſit ruſticus, ſive urbanus, & in fine, ubi dat aliam rationem concludentem. Thoro *in compend. decis. ſub d. verbo Jus congrui verſ. an vicinus conjunctus*, latè Rota in Romana diſcooperti, ſeu prætenſi retractus 11. Decembris 1589. coram Orano, quam refert Rub. ſing. Rot. circa DD. approb. vel reprob. *part* 3. §. 9. *fol. mihi* 121. ubi etiam quod d. deciſ. Afflict. procedere poteſt, quando in horto fructus ſunt venales, quia tunc etſi ſit in Urbe cenſetur prædium ruſticum, ſecus ſi fructus non ſit venales, quia tunc eſt prædium urbanum.

61 Sed advertendum duxi, quod in terminis hujus Conſtitutionis videtur concedi retractus etiam vicino per prædium ruſticum in caſu voluntariæ venditionis, in iſto enim caſu *ſub* §. *ſed & cum aliqua*, diſponit venditorem teneri perquirere à vicinis quotquot erunt, *qui rem aliquam immobilem contiguam habuerint, &c.* appellatione enim cujuſcumque rei immobilis venit omne prædium tam ruſticum, quàm urbanum, *l.* 1. ubi DD. *ff. ſi cert. pet.* & in ſimili Jo: de Amic. *conſil.* 1. *nn.* 18. Carpan *ad Statut. Mediol. lib.* 2. *cap.* 417. Rendell. *de jur. protom. verb. Rem nu.* 9. *& ſeq. & nu.* 22. *&* 24.

Notandum decimononò, quod licèt de jure domi-
62 nus vendens canonem non teneatur præferre emphyteutam, ut *in quæſt.* 31. Contrarium tamen videtur ex hac Bulla deduci, dum enim in ea §. 13. ſtatuitur, quod habens domum, vel fundum in emphyteuſim perpetuam, vel ad vitam pro annuo canone conceſſum petens domum, & ædificare volens poſſit cogere dominum ad vendendam proprietatem, necnon eximendam à canone domum, illamque affrancandam, ut etiam notatur in voto Eminentiſſimi Bonviſii apud Mell. in addit. ad Caſtill. *de alim. decis.* 16. *per tot.* ubi notatur id procedere contra Eccleſiam, & loca pia, & etiam ſi adſit in inveſtituris pactum de non affrancando, etiam non obſtante Conſtitutione, vel Bulla (cum præſuppoſito, quod non valeat huic juri renunciari) conſequens eſt, quod volente Domino d. canonem alteri vendere, competat prælatio, ut ſupra dictum eſt, & latiùs in quæſt. 48.

Notandum vigeſimò, quod is, qui emit vigore hu-
63 jus Bullæ domum inhabitatam ab inquilino, poterit inquilinum expellere, nec poterit idem inquilinus ſub prætextu refectionis damnorum, & intereſſe, quæ ſequuntur ob non implementum locationis inſiſtere ſuper re, & prætendere ſatisfactionem, ita Mantic, *decis.* 63. *per tot.* Add. ad Buratt. *decis.* 106. *num.* 25. *lit.* B. Antonell. *de tem. legal. lib* 1. *cap.* 39. *num.* 51. ſed vide quæ diximus *quæſt.* 30. *quæſit.* 4. *numer.* 17. ubi deciſ. Mantic. ab impugnatoribus defendimus.

QUÆSTIO XXXIV.

An prælatio competat Conſorti, Socio, & habenti rem communem, & indiviſam, quando venditur vel locatur à conſorte, vel Conſocio pars propria.

SUMMARIUM.

1 *Conſorti, & Conſocio competit prælatio, quando vendit rem alius Conſors vel Conſocius.*

2 *Niſi Socius partem ſuam uni ex Conſociis vendiderit.*

3 *Socius quando vult locare tenetur potius locare Conſocio, quàm extraneo.*

4 *Contrarium, & verius defendunt alii, ſcilicet quod nec Conſors, ne Conſocius de jure, prælationis jus habeat.*

5 *Amplia, quamvis ſit Conſors Principis.*

Marſil. Singul. 441. *refutatur.*

6 *Conſocio, & Conſorti competit prælatio quando res, quæ venditur ab alio Conſocio poſſidetur pro indiviſo.*

Contrarium tamen eſt verius.

7 *Conſorti, & Socio competit prælatio, quando venditur res, quæ non recipit commodam diviſionem.*

Amplia in Cohæredibus, quorum unus ſi vendat partem rei, quæ commodam diviſionem non recipiat, alter præfertur.

8 *Contrarium alii defendunt.*

9 Text. in l. quidam, ff. de evictionibus, & in l. ſi Servus, ff. de donat. & in l. unic. C. non licet habitator. Metrocom. lib. 11. & in l. Sancimus, §. ne autem, C. de donat. declarantur.

10 Olea de Ceſſ. Jur. tit. 3. quæſt. 2. num. 32. & 33. declaratur.

Cohæredes ſoli remotis extraneis omnibus, admittuntur ad licitandum, quando res non recipit commodam diviſionem.

11 *Et quoties cohæredes juſtum rei pretium offerunt, extranei repelluntur, etiam ſi majus pretium offerant.*

12 *Cohæredibus tamen, juſtum rei pretium non offerentibus vel offerre recuſantibus, tunc poteſt Judex extraneos licitatores admittere.*

13 *Eodem modo, ſi unus ex Cohæredibus ſit pauper, poteſt Judex extraneum licitatorem ſupponere, dummodo non ſit ab uno ex Cohæredibus juſtum pretium oblatum.*

14 *Et ſi extraneus plus obtulerit, rem obtinere debet.*

Si verò par ſit oblatio extranei, & Cohæredis, tunc cohæres præfertur.

Et ſi Cohæredes idem pretium offerant, is præferendus eſt inter eos, qui majorem habet partem.

15 *Cohæres partem ſuam licèt indiviſam, & quæ commodam non patitur diviſionem, alienare non prohibetur.*

16 *Et facta alienatione, non competit alteri prælatio, ſed poterit Cohæres provocare ad diviſionem, & deveniri debet ad licitationem, eodem modo, quo fieri debebat cum Cohærede vendente.*

17 *Conſors in juriſdictione præfertur in venditione partis Caſtri Juriſdictionalis facta ab alio Conſorte.*

18 *Caſtrum alienari non poteſt, extra illos, qui comprehenduntur ſub inveſtitura facta à Principe.*

19 *Publica utilitas expoſcit, quod ſubditi, potiùs ab uno, quàm à pluribus gubernentur.*

20 *Alii verò defendunt, quod nullo modo Conſorti in juriſdictione prælatio competat.*

Alii diſtinguunt, credentes, quod ſi alienatio ſit facta in potentiorem, aut in fraudem, ſeu ad æmulationem, prælatio conſorti detur, ſecus contra.

21 *Opinio Angeli, quæ Conſorti in juriſdictione prælationem negat defenditur.*

Text. in l. quicumque Caſtellorum, C. de fund. limitroph. lib. 11. declaratur.

23 Diſtinctio Theſaur. & A Ponte rejicitur.

24 Rot. in Rom. Caſtri Porciliani deciſ. 1. & 4. poſt tractatum declaratur.

25 *Conſors, vigore ſtatuti* Urb. lib. 1. cap. 120. *præfertur in venditione rei communis.*

Declara, nam ut habeat locum dictum ſtatutum, requiritur communio, & participatio Dominii in re, quæ venditur.

Et licet ſufficiat adeſſe participationem Dominii etiam in minima parte, tamen requiritur, quòd illa minima pars ſit talis, ut influat in Dominium cujuslibet glebæ.

26 *Conſortium non dicitur adeſſe ex eo ſolùm, quòd murus diviſorius ſit communis.*

27 *Neque ex eo tantùm quod ſolaria ſint communia Conſortes non dicuntur, ſed vicini qui muro tantùm ſunt conjuncti.*

28 *Con-*

Digitized by Google

28 *Conſors non dicitur Dominus utilis reſpectu Domini directi.*

29 *Conſors non dicitur qui habet ſervitutem in aliqua re.*

30 *Conſortium inducitur per jannam, puteum, ſcalas, & ſimilia, quando illorum dominium, & uſus, promiſcuè, & pro indiviſo eſt apud plures.*

31 *Conſors vigore ſtatuti Vrbis præfertur tantùm in voluntaria, non autem in neceſſaria venditione.*

32 *Conſors vigore ſtatuti Vrbis, non præfertur, quando res fuit vendita alteri Conſorti.*

33 *Conſors quinam dicatur, & quæ requirantur ad Conſortium inducendum, ibi vide.*

1 ISta quæſtio prima facie videtur favore conſortis, & conſocii reſolvenda, licèt enim de ea dubitaverit Rota coram Merlin. *deciſ* 388. *num.* 7. *&* 21. tamen dubitationem omnem ſolvendo apertè pro conſorte, & conſocio reſpondit Guid. Pap. *ſingul.* 780. *num.* 1. quem ſequuntur Surd. *conſ.* 105. *num.* 3. *& cons* 43. *numer.* 12. Marant. *diſput.* 8. *numer.* 30. Franc. Rocc. *reſp* 8. *num.* 4. *lib.* 2. *& reſp.* 91. *num.* 11. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 442. *numer.* 14. Fontanell *de pact. nupt. clauſ* 4. *gloſ.* 9. *p.* 2. *num.* 15. *& ſeqq.* Carpan. *ad ſtat. Mediol. cap.* 417. *num.* 559. *& cap.* 434. *num.* 179 *part.* 1. Barboſ. *in l. dudum num.* 8. *& num.* 11. *Cod. de contrahen. empt.* ubi etiam no-
2 tat, quòd ſi ſocius partem ſuam uni ex conſociis vendiderit, alii non poterunt eam retrahere, licèt emptor minorem partem habeat, alii verò majorem, Niger. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 26. *& ſeq.* Grat. *diſcept.* 526. *num.* 3. *& ſeqq. & diſcept.* 842. *num.* 23. *& deciſ. March.* 169. *num.* 8 Donadc. *de renunc. tom.* 2. *cap.* 26. *num.* 84. *& ſeqq* Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 55. *num.* 4. *&* 5. Mattril. *deciſ.* 4. *num.* 5. Duran. *deciſ.* 52. *num.* 10. *deciſ.* 131. *&* 306. *numer.* 3. poſt Cenc. *de Conſ.* & poſt Mangil. *de ſubhaſt. deciſ.* 65. *num.* 2. & quòd ſi ſocius velit locare potiùs tenea-
3 tur locare ſocio, quàm extraneo, notat ad Franc. *dec.* 160 *num.* 8. *&* 12. Sanfelic. *deciſ* 106. *num.* 13. imò quòd in diviſione rerum communium poſſit unus ex ſociis petere in ſuam portionem ſibi aſſignari ea bona, quæ ſunt viciniora ſuis bonis, probat Anoa *ſing.* 158. Franc. Rocch. *d. reſp.* 8. *num.* 4. *lib.* 2.

4 Sed quidquid aſſerant DD. præcitati, & ſub imaginario æquitatis colore privare homines libera rebus ſuis utendi facultate prætendant, certum hodie eſt, & abſolutum apud omnea, quòd de jure nulla conſorti, & conſocio dari debet prælatio per Text. apertum *in l. falſo, Cod. de commun. rer. alienat. l. portionem eodem tit. l.* 1. ubi Bald. *in l. notabili, Cod. commun. divid.* & apertiſſimè *in l. dudum, C. de contrahen. empt.* ubi Bald. *in princ. & numer.* 1. *in fin. verſ.* 2. *quod intendit*, Salicet. *num.* 1. Aloys de Leo *num.* 2. idem Guid. Pap. *d. ſing.* 780. *num.* 1. *in fin.* Gregor. Lop. *ad l.* 55. *gloſſ.* 8. *tit.* 5. *part.* 5. Grat. *diſcept.* 546. *num.* 1. *& diſcept.* 572. *in fin. & numer.* 75. *ac diſcept.* 978. *num.* 18. Rot. *deciſ.* 502. *num.* 3. *verſ. & cum materia part.* 2. *recent.* & pleniſſimè coram Coccin. *deciſ.* 2229. *per tot. repetit. in deciſ.* 417. *part.* 12. *recent.* ubi de veriori teſtatur, & innumeros affert concordantes, quibus addo Franc. Rocc. *reſp.* 99. *num.* 6. *to.* 2. Eminentiſſimum de Luc. *de feud. diſc.* 38. *num.* 6. Oleam. *de ceſſ. jur. tit.* 3. *q.* 2. *num.* 27. *in fin. verſ. licet de jure.*

Proindè licèt Marſil. *ſingul.* 441. *num.* 2. *& Oter. de paſc. cap.* 20. *num.* 7. dixerint, quòd conſorti Prin-
5 cipis danda ſit prælatio quando Princeps vendit. tamen id eſt falſum, tum quia id eſſet reddere Principem deterioris conditionis privato, tum etiam quia Marſil. loquitur in caſu quo Princeps ex privilegio *l.* 2. *C. de commun. rer. alien.* vult vendere partem ſuam, & partem conſocii, quod etiam eſt falſum eo caſu ut diximus *in quæſt.* 38. *num.* 35. *& ſeqq.*

Sed hic primò quærendum eſt, an prælatio com- 6
petat, ſi conſors, vel ſocius ante diviſionem portionem ſuam vendat, maximè quando res non recipit commodam diviſionem. Et dicendum eſt, quòd licèt Ruin. *conſ.* 70. *num.* 6. *lib* 1. Carpan. *ad Statut Mediol. cap.* 417. *num.* 559. *& cap.* 434. *num.* 188. Amat. *reſol.* 54. *num.* 12. Scopp. in addit. ad Grat. *deciſ. March.* 169. *num.* 12. *& ſeqq.* de Luc. ad Franc. *dec.* 550. *num.* 6. concindant, quòd quando res poſſidetur pro indiviſo conſocio prælatio detur, & alii plures iſtam opinionem ſequuti ſint, attamen hæc opinio eſt contra apertum Text. *in d. l. falſo, C. de commun. rer. alienat. ubi gloſſ. verb. perſuaſum*, & alii plures, quos refert, & ſequitur Rota *d. deciſ.* 2229 *per tot. coram Coccin.* neque Ruin & plerique alii qui huic opinioni adhærere videntur loquuntur in terminis juris communis, ſed præſupponunt ſtatutum prælationem concedens.

Quando autem res non recipit commodam di- 7
viſionem, tunc quæſtio eſt admodum dubia, quòd enim hoc caſu prælatio competat, tenuit omnium anteſignanus Soccin. ſen. *conſ.* 58. *num.* 5. *lib.* 4. Lopez *ad l.* 55. *tit.* 5 *part.* 5. *gloſ.* 2. *col.* 1. *ad med.* Guttier. *practic. lib.* 2. *quæſt.* 165. *num.* 1. *verſ. qua ratione*, Caſtil. *de uſufruct. cap.* 74. *num.* 27. *& ſeqq.* Barboſ. *in d. l. dudum num.* 12. *&* 13. qui loquuntur de uſufructu, uſu, aut alia ſervitute communi vendita, & de venditione rei hæreditariæ facta à cohærede latè Olea *de ceſſ jur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *numer.* 32. *&* 33. & optimè Carpzov. *ad conſtit. Saxon. part.* 2. *conſtit.* 31. *definit.* 4. *per tot. fol mihi* 619. & generaliter Biloch. *conclus. feudal.* 28. *num.* 7. Portol. *de conſort. cap.* 45. *num.* 11. Michalor. *de Fratr. pars.* 3. *cap.* 38. *num.* 28. *& ſeqq.* Capyc. Latr. *deciſ.* 168 *num.* 54. 58. *& ſeqq. lib.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 521. *per tot. lib.* 2. Berlich. *part.* 3. *conclus.* 39. *de jur. protomis. num.* 10. ubi etiam quòd in concurſu filiorum primi, & ſecundi matrimonii, prælatio datur primis, latè Donad. *de renunc. tom.* 2. *cap.* 26. *num.* 114. *&* 115. ubi de venditione equi aut mancipii communis.

Sed iſtorum opinio non eſt tuta, quòd enim firma- 8
runt Lopez. Guttier. & ſequaces non eſt in terminis juris communia, ſed legum Hiſpaniarum, quod autem dixerunt Carpzov. & Olea eſt contra Text. *in l.* 2. *Cod. de commun. rer. alienat. & in l. ante diviſionem* 16. *ubi ſpecialiter gloſ. verb. prohibetur*, Bald. & Salic. *Cod. de jur. dot.* qui Text. loquitur in ſpecie de cohærede, & ſequitur Rot. *d. deciſ.* 417. *numer.* 6. *& ſeqq. & num.* 13. *&* 14. *part.* 12. *recent.* & notabiliter Molin. *de contract. tit. de retract. tractat.* 2. *diſput.* 370. *fol.* 522. *circa fin. litt. C. & D.* Cald. *de empt. cap.* 9. *num.* 15. *& ſeqq.*

Neque ulla lex ex his, quæ Carpzov. allegat ad- 9
duci poteſt ad hunc caſum, non Text. *in l. quidam* 42. *ff. de evict.* ubi nil aliud dicitur, niſi quòd alii cohæredes de evictione tenentur, ſi unus prædium commune integrè vendidit, & alii pretium receperunt, non Text. *in l. ſi ſervus* 39. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* ex quo tantum deſumitur, quòd res communis vendi, & donari non poteſt, niſi pro parte, quam Conſors habet, minuſque Text. *in l. unic. Cod. non lic. habit.* Metroc. *lib.* 11. qui extra ſuos caſus non extenditur, nec loquitur de hac materia; ut dixi *in quæſt.* 68. neque Text. *in l. Sancimus*, §. *ne autem, C. de donat.* qui non extenditur extra ſuum caſum donationis, ut dixi in *quæſt.* 53. & infrà dicam.

Oleæ verò opinio in ſuo ſenſu recepta veriſſima eſt,
indiſtinctè verò falſa videtur; Etenim ut dixi in 10
dicta quæſt. 53. quando res commodam non recipit diviſionem, tunc vel locari poterit, ſi cohæredes conſentiant, vel Iudex ad rei licitationem devenire poteſt, in qua primo loco admittuntur cohæredes ipſi ad licitandum remotis extraneis omnibus, qui etſi velint offerre non admittuntur, juxta Text. apertum in *l.*

prima, *& l. ad officium*, *C. commun. divid.* & proptereà extraneis plus offerentibus, Cohæres ille, qui reſpectu aliorum Cohæredum plus obtulit, præfertur, ut ait ipſe Olea, ſed impropriè loquitur, quia proprium eſt dicere, quòd quoties per Cohæredem plus offerentem juſtum rei pretium offertur, extranei repelluntur etiam ſi majus pretium offerant,
11 juxta Doctrinam Bald. *in d. l. ad officium*, *num.* 4. ubi etiam Salicet. *num.* 25. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 18. *num.* 2. *& ſeqq.* Valaſc. *de partit. bonor. cap* 22. *ſub num.* 10. Amat. *reſolut.* 77. *num.* 11. ubi conſiderat rationem legis, quæ voluit fraudibus occurrere,
12 cùm non deficerent ſuppoſiti licitatores ad augendum nimis rei pretium, ut pariter augeretur portio in pecunia Cohæredi debita, ſequitur Intrigliol. *conſ.* 12. *num* 16. Si autem Cohæredes juſtum rei pretium non offerant, vel offerre recuſaverint, tunc poteſt Judex extraneos licitatores admittere, *d. l. ad officium* ubi Bald. *num.* 4. Salicet. *num.* 2. Caſtren. *num.* 6. Jaſ. *in* §. *quædam num.* 60. *Inſtit. de action.* Valaſc. *de partit. cap* 11. *num.* 4. *& ſeq.* Amat. *d. reſol.* 77. *numer.* 1[illegible].
13 prout etiam ſi unus ex Cohæredibus ſit pauper poteſt extraneum licitatorem ſupponere, Bald. *in d. l. ad offic.* ... *num.* 6. dummodò jam non ſit à Cohærede juſtum pretium oblatum, Barboſ *in d. l.* 1. *num.* 7. *& in d. l. ad officium num.* 11. Valaſc. *de partit. cap.* 88.
14 *num.* 9. *&* 10. qui extraneus ſi vicerit in licitando rem obtinebit, ut eſt de mente omnium DD. relatorum, & Gloſs. *in d. l. ad officium in figuratione caſus in fin.* Morquech. *de diviſ. bonor. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 4. ſi autem par ſit oblatio extranei, & Cohæredis, tunc credo, quòd Cohæredi res adjudicanda ſit, & ipſe ſit præferendus, ſicuti enim dicimus, quòd ſi Cohæredum par ſit oblatio, is præferendus eſt, qui majorem habet partem, tanquam ſi habeat potentius Jus per Gloſ. *in d. l. Sancimus*, *§. ſin autem*, ubi ſingulariter Bald. *n.* 8. *verſ. ſi habemus*, *C. de donat.* Mangil. *de ſubhaſt. quæſt.* 58. *num.* 11. Poſth. *eod. tract. inſpect.* 36. *num.* 68. *& ſeq.* Jodocc. *eod. tract. cap.* 5. *num.* 15. Barz. *deciſ. Bonon.* 100. *num.* 9. *& pluribus ſeqq. & ſignanter num.* 18. ex doctrina Jaſ. *in d.* §. *quædam num.* 59. *Inſtit. de action.* & latè dixi *in dict. quæſt.* 55 *verſ. aut partes*, ita fortiùs dicere debemus, quòd concurrente extraneo pernecesſè admiſſo, & Cohærede, qui habet jus potentius, ipſe Cohæres præferendus ſit, ſi æquale pretium ſit oblatum, & ita intelligendus eſt Olea *d. tit.* 3. *quæſt.* 2. *numer.* 33. *in fin & ſeq.* qui in his terminis loquitur multùm notabiliter.

15 Si verò unus ex Cohæredibus partem ſuam licèt indiviſam, & quæ commodam non patitur diviſionem alienaverit, quòd facere non prohibetur ex *l.* 3. *C. de commun. rer. alienat.* Faber. *in Cod. lib.* 3. *tit.* 26. *commun. divid. definit.* 4. tunc ſi nolit ſtare in communione poterit provocare ad diviſionem, & deveniri poteſt ad licitationem cum emptore eodem modo, quo ſupra ſine ullo privilegio cogendi emptorem ad rem de directo relaxandam mediante
16 prælatione, ut egregiè notat Faber, *ubi ſupra*, quem ſequitur Cancer. *var. part.* 1. *cap* 13. *numer.* 11. *& ſeq* ubi ita judicatum teſtatur, & eleganter Molin. *de contract. tit de retract. tract.* 2. *diſp.* 270. *fol.* 522. §. *retractum litt. G. & D.* & ita intelligendus eſt Text. *in d. l. Sancimus*. §. *ac autem*, *C. de donat.* ut latiùs dixi *in d. quæſt.* 53. ubi cæteris contrariis fuit reſponſum.

Cæteri tandem DD. qui moventur ex motivo evitandi rixas, & contentiones, quæ facilè exoriuntur inter Conſortes rem non recipientem commodam diviſionem poſſidentes, non ſunt attendendi, quia licèt inter vicinos id admittatur, quando rixæ, & contentiones inter ipſos exortæ ſunt, & venditio facta eſt pariter rixoſo, & contentioſo viro ratione publicæ utilitatis, *ut in quæſt.* 48 *numer.* 75. *& ſeqq. & num.* 78. tamen id dictum eſt, non de rigore Juris, ſed ex quadam æquitate, ut pax inter ſubditos conſervetur, quia nullo alio remedio à Jure reperitur proviſum alteri vicino, qui non eſt rixoſus, aut ſcandaloſus; in noſtro verò caſu habemus leges, quæ ſua remedia provocandi ad diviſionem rem locandi vel uni alteri refuſa æſtimationes adjudicandi conſorti dederunt, proindè non eſt opus ipſi concedere rixarum contemplatione hoc prælationis remedium extraordinarium, ut benè in ſimili notat Thor. *in compend. deciſ. part.* 2. *verſ. prælatio*, *fol. mihi* 488. *& ſeqq.*

Secundò quærendum eſt, an in venditione partis Caſtri Juriſdictionalis facta à Conſorte alteri Conſorti 17
dantur ſit prælatio, & quæſtio videtur ardua; pugna enim maxima eſt inter Bald. & Angel. Bald. enim in *l.* 1. *ſub numer.* 8. *in fine verſ. & factum prædicta*, *Cod. qui teſtam. fac. poſſ.* ex rationibus ibidem adductis conſorti dat prælationem, idemque dixit *in conſ.* 220. *in fin. lib.* 2. ſequitur Fabian de Mont. *de empt. & vend.* 3. *quæſt. princip. num.* 41. *ante fin.* Arnold. Ferron. *ad conſuet. Burdigall. lib.* 1. *tit.* 1. *de retract. fol.* 28. *verſ. conſors etiam*, Vincent. de Anna *alleg.* 27. *num.* 20. *poſt med.* Rendell *de jur. protomiſ.* §. *in primis ſub num.* 54 *fol. mihi* 125. Barbat. *de fideicomm. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 37. Rumm. in addit. ad Afflict. *de jur. protom.* §. 7. *in prima addit. à numer.* 14. *ad fin* Capyc. Galeott. *reſp. fiſc.* 29. *num.* 29 *verſ. vel ratione Conſortii*, *& in appendic. ad contr.* 33. *lib.* 1. *num.* 24. *verſ.* 4. *caſus*, *& num.* 25. *fol.* 555. Mont *contr.* 21. *à nu.* 16. *ad* 23. Merlin. *de pignor. lib* 2. *quæſt.* 37. *num.* 6. Biloct. *concl. feud.* 28. *num* 7. Donad. *de reaunc. cap.* 26. *num.* 121. *& ſeqq.* Gratt. *diſcept.* 546 *num.* 3. *& diſc.* 897. *num.* 1. ubi ita teſtatur in S. C. reſolutum, Eminentiſſimus de Luc *de feud. diſc.* 8. *num.* 8. *ad fin.* Rota *conſult.* 16. *per tot.* Capyc. Latr. *deciſ.* 168. *num.* 21. 26. *& ſeqq. & num.* 54. Sanſelic. *deciſ.* 322. *per tot.* & in Romana Caſtri Porciliani 21. Aprilis 1679. §. *Prætereà* coram Reverendiſs. Albergato, confirmata coram R. P. D. Rondinino *poſt tract. deciſ.* 1. *&* 4.

Atque iſta concluſio fundatur in *l. quicumque Caſtel-* 18
lorum, *C. de fund. Limitroph. lib.* 11. *cum Gloſs. verb. antiquitas*, ubi cavetur, quòd ultra illos, quibus eſt à Principe Juriſdictio conceſſa, & qui comprehenduntur ſub conceſſione, non liceat Caſtrum alienare, unde congruum eſt, quòd facta venditione extraneo, alter frater, qui habet partem Juriſdictionis, uti Conſors præferatur, quia ita adimpletur præceptum d. legis.

Prætereà id quoque ſuadet publica ſubditorum utilitas, ſicuti enim dixi *in quæſt.* 47 quòd ſubditis venditis à Rege ob publicam utilitatem detur prælatio, ita
quoque in hoc caſu dicendum eſt, in quo publica uti- 19
litas ſubditorum eſt manifeſta, dicente Text. *lib. pri. annal. unum eſſe Reipublicæ corpus*, *atque unius animo regendum*, & lib. 12. *intentiorem fore diſciplinam*, *ſi ſubditi ab uno regerentur*, *& eodem libro primo non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe*, *quàm ab uno regeretur*, & melius Plin. Jun. *in panegyric. ediſcant quantum libertate diſcordi*, *ſervienti ſit utilius*, *unum eſſe ſerviant*, ita enim evitantur diſcordiæ, & contentiones inter plures juriſdictionem poſſidentes.

Angel. autem *in d. l.* 1. *ſub num.* 1. *verſ. item fallit*
ſecundum Bald. C qui teſtam. fac. poſſ. defendit, nul- 20
lam dandam eſſe prælationem, & poſſe conſortem liberè diſponere de portione ſua, & eum ſequitur ibidem Jaſ. *num.* 89. de Marin. *quotid. reſolut. lib.* 2. *cap.* 117. *numer.* 19. Lanat in addit. ad Patr. *in* §. *ſed etiam res num.* 7. *per quos fiat inveſtit. fol. mihi* 317. Ferron. *ad conſuet. Burdigall. tit. de retract. lib.* 1. §. 2. Amad. à Pont. *quæſt. laudem.* 13. *num* 18. Theſaur. *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 39. *num* 5. *verſ. & cum iſta opinione*, *& num* 7. de Luc. ad Franc *obſerv* 57. *num.* 2. *verſ. imò*, Jacob. Vulm. t. de Gornerb. *de alienat. Caſtr. diſc.* 7. *num.* 18. *& per tot.* quem ſequitur Rot. *d.*

deciſ.

deciſ. 2229. *num.* 6. *verſ. ubi concludit*, coram Coccin. Capyc. Latr. *d. deciſ.* 168. *num.* 41. *in fin.* ubi ita judicatum teſtatur, & plenè Cald. *de empt. & vend. cap.* 9. *à num.* 17. *ad* 20.

Sunt tamen, qui prætendunt concordare Bald. & Angel. dicentes, quòd tunc conſorti in Juriſdictione prælatio datur, quando pars Juriſdictionis à conſorte alienatur in potentiorem, aut in fraudem, ſeu ad æmulationem, & ita in effectu videtur loqui, Bald. *in d. l.* 1. & declarant à Pont. *d. quaſt.* 13. *numer.* 12. Theſau. *d. quæſt.* 39. *per tot. ſignanter num.* 5. Grat. *d. diſcept.* 546. *num.* 1.

21 Verior tamen videtur Angel. ſententia, cùm quilibet de jure ſit rei ſuæ moderator, & Arbiter, neque ulla adeſt lex, quæ id conſorti in Juriſdictione prohibeat, nam Text. *in d. l. quicumque Caſtellorum*, à Bald. citatus procedit ex politica particulari, ibi enim agitur de Caſtro conſtituto in limitibus Imperii, in quibus quemadmodum non licet cuipiam Caſtrum de novo ædificare, *l. quicumque*, *C. de ædific. privat.* ita nec licet emere ei, cui à Principe non fuit conceſſum, maximè namque Reipublicæ intereſt in his limitibus fidos habere cuſtodes, ut ſpecialiter reſpondet poſt alios Cald. *d. cap* 9. *num.* 17. *in fin.*

Utilitas autem ſubditorum non eſt apta ad tribuen-
22 dum aliis prælationem, quinimò neque ipſis ſemper, nam quando ſunt ſub ditione Baronis, habentis Juriſdictionem Civilem, ſi contingat, quòd eidem Baroni Princeps vendat quoque Criminalem, ipſis nulla datur prælatio. ut dictum eſt in *quaſt.* 47. & tamen ſi ipſis hoc caſu prælatio daretur eorum magna reſultaret utilitas conſiderata in *dicta quæſt.* 47. & hoc quia non debet omnis utilitas ſubditorum Dominum privare facultate liberè re ſua utendi.

23 Neque admittenda eſt diſtinctio à Pon. 12. Gaut. & Grat. quia quandoque frater expulſus à Caſtro ab alio Condomino, vult vendere partem ſuam Principi, vel Communitati potentiori, & non poteſt, quandoque verò vult vendere coæquali, & tunc aut poſt introductam litem, & rem affectam vitio litigioſi, & nequit, aut ante litem introductam, & non prohibetur etiam ſub æmulationis prætextu, quæ non cadit, quando quis licitè, & utiliter utitur facultate ſibi à jure tributa, ut eleganter notat Cald. *d. cap.* 9. *num.* 18.

Præterea conſors in Juriſdictione, ſive alienaverit
24 potentiorem, ſive ad æmulationem, vel non habens poteſtatem à lege alienandi, in caſu alienationis nunquam tenebitur præferre alium Conſortem, ſed vel poterit impediri ne alienet, vel alienatio facta, uti nulla revocabitur, ut in ſimili dictum eſt in *quaſt.* 40. *num.* 16. *verſ. quid autem*, & Rot. in dicta Romana Caſtri Porciliani noluit amplius hanc concluſionem firmare, ſed in ſubſequentibus ſolùm ratione fideicommiſſi prelationem dedit, & quamvis in *d. deciſ.* 4. coram R. P. D. Rondinino poſtea hoc motivum reaſſumpſerit, tamen S. Rota ibidem proteſtata eſt, quòd procedebat cum motivo æquitatis propter plura, quæ ibi concurrebant, & quia agebatur lis in Tribunali illo in hac Curia ſupremo, quod potuit ſequi, & quidem cum maxima Juſtitia æquitatem, cui adhæſerunt tot Doctores in hoc eodem articulo, unde fortius potuit juſtè id facere S. Rota in eo caſu, in quo plura concurrebant vincula pro danda prælatione.

Et quia ſumus in terminis Statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 110. quòd concedit prælationem Conſorti in venditione rei communis, ideò attingamus aliquid ad materiam ſpectans.

Et primò notandum eſt, quòd ad effectum Conſortii
25 requiritur communio, & participatio Dominii in illa eadem re, de cujus prælatione agitur. Bald. & Salicet. in *l dudum. num.* 1. *C. de contrahen. empt.* Gozzadin. *conſ.* 79. *num.* 2, *verſ. qui conſortes*, Ruin. *conſ.* 27. *numer.* 12. *verſ ſecundo reſpondetur lib.* 4. Fenzon. *ad. d. cap.* 11. *nu.* .. *verſ. ad rem*, Add ad Buratt. *deciſ.* 5. . *num* 13 Idcoque licèt, ut habeat locum d. Statutum ſufficiat adeſſe conſortium etiam in minima parte, Grat. *diſcept.* 526 *num.* 15 *& ſeqq.* *& diſc.* 842. *num.* 23. *& ſeq.* *& diſc.* 8 4 *num.* 17. *& ſeqq.* tamen illa minima pars debet eſſe talis, ut influat in dominium cujuslibet glebæ rei retrahendæ, nec ſufficit, quòd ſit diſtincta, & ſeparata; Merlin. *deciſ.* 386. *n.* 24. *uſque ad fin. & dec.* 411. *n.* 1. *& ſeqq. ac deciſ.* 437. *num.* 5. Add. ad Buratt. *d. dec.* 520. *num.* 10. *& ſeqq.*

Ex hoc etiam derivat, quòd Conſortium prælationem tribuens non dicitur adeſſe eo ſolùm, quòd mu- 26
rus diviſorius ſit communis, Merlin. *deciſ.* 386. *num.* 2. *& ſeqq. deciſ.* 411. *num.* 1. *& ſeqq ac deciſ* 437. *nu.* 37. *& ſeq.* Add ad Buratt. *d deciſ.* 520. *num.* 12. *& ſeqq. ubi num.* 15. quòd idem procedit reſpectu ſola- 27
riorum, quæ ſi ſint communia, conſortium non inducunt, & de illis, qui ſunt muro coniuncti, quòd dicantur vicini, non autem Conſortes, late Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 434. *num.* 24 *&* 32. Add. ad Buratt. *d. deciſ.* 520. *numer.* 14. *& alii ubi ſupra.*

Propterea etiam Statutum eſt, quòd Conſors non 28
dicitur dominus utilis, quia non habet dominium commune cum directo per participationem ejuſdem Dominii in qualitate, proinde ſi Dominus directus vendidit, prælatio utili non competit, Caſtill. *de uſufruct. cap.* 74. *numer.* 44. Barbos. *in l. dudum. nu.* 13. *C. de contrahen. empt.* atque ex iſtis falſa redditur opinio, Jacob Novell. *de Jure protomiſ.* §. 2. *numer.* 134. *uſque ad* 138 *inter tract. tom.* 17. *fol. mihi* 34. quem ſequitur Gratian. *diſc.* 745. *num.* 49. dicentis, quòd competat prælatio ratione ſervitutis, quam quis 29
habet in aliqua re, dum habet Ius connexum rei, & conjunctum cum ipſa re, quoniam loci corpus non eſt dominii ipſius, cui ſervitus debetur, neque in parte, neque in totum, ſed in plena poteſtate ejus, cujus eſt prædium, *l. loci corpus* 4. *ff. ſi ſervit. vindicetur*, & proindè ratione conſortii non poteſt eidem talis prælatio deficiente communione Dominii quæ adeſſe non poteſt, ut benè tradit Cuttier. *pract lib.* 2. *quaſt.* 156. *num.* 2. Amat. *reſolut.* 54. *num.* 6. Caſtill. *de uſufr. cap.* 74. *num.* 37. *& pluribus ſeqq* Conſtant. *in l.* 1. *num.* 44. *& ſeqq. Cod. de vendit. rer. fiſcal. lib.* 10.

Communio tamen quoad Ianuam, Atrium, Pu- 30
teum, Scalas, & ſimilia poteſt inducere conſortium, quando illorum dominium, & uſus promiſcuè, & pro indiviſo eſt apud plures, Merlin. *deciſ* 465. *num.* 11. *verſ. præterea*, Eminentiſs. de Luc. *de ſervit. diſc.* 70 *num.* 24.

Notandum ſecundò, quòd prædictum Statutum non 31
habet locum in venditione neceſſaria, ſed tantùm in voluntaria, quia diſponit per verba, *ſi quis voluerit vendere*, juxta conſ. Roman. 107. & conſ. Alex. 52. *lib.* 1. Fenzon. *ad d. cap.* 110. *in fin.* Grat. *diſc.* 544. *num.* 40. de Marin. *quotid. lib.* 1. *cap.* 255 *numer.* 13. *& ſeqq.* Rot. coram Gregor. *deciſ.* 193. *nu* 12. coram Merlin. *deciſ.* 465. *num.* 8. *& in recent. deciſ* 378. *nu.* 7. *& ſeqq. part* 5. ubi etiam videre poteris, an, & quando venditio facta in vim Statuti cogentis vendere ſit neceſſaria, ſi non ſit factum monitorium, & introducta lis, de quo etiam plenè Rot. *dec.* 84. *per tot.* apud Bonden. *collect. legal.*

Not. tertiò quòd prædictum Statutum non procedit
in venditione facta alteri conſorti, Rota *d. deciſ.* 378. 32
n. 12. *part.* 5. *recent.* & coram Pænia *deciſ.* 1114. *num.* 2. de quo vide *quæſt.* 14. *num.* 24 *uſque ad finem.*

Sed quis nam dicatur Conſors, & quænam requi- 33
rantur ad Conſortium, plenè explicant Portol. *in ſuo tractat. de Conſort* Palm. *conſult.* 46. *numer.* 15. *uſque ad finem*, ubi ſingulariter de materia Seſs. *deciſ.* 229. *per tot.* Rot. Bonon. *diverſ. deciſ.* 67.

per

per tot. & Merlin. *deciſ.* 383. 411. *&* 465. *per tot.* & latè Molin. *de contract. tractat.* 2. *diſput.* 371. *per tot.* qui plenè de omnibus quæſtionibus facientibus ad materiam, apud quos alia ad materiam videre poteris.

QUÆSTIO XXXV.

An in venditione feudi præferantur Agnati illius Vaſſalli, qui feudum vendit.

SUMMARIUM.

1 *Agnato competit Ius prohibendi, & denunciandi alteri Agnato, ne feudum extraneo vendat, dum ipſe præfertur.*

2 *Verius tamen eſt, quòd Agnatus, qui vult alienare feudum teneatur requirere proximiores, & eoſdem pro eodem pretio præferre.*

3 *Agnatus proximior, poſtquam fuit alienatum feudum, & deventum ad traditionem, habet jus retrahendi feudum venditum.*

Dummodò ſolvat idem pretium, non conſenſerit venditioni, & intra annum à die ſcientiæ retractum petat.

4 *Agnatus proximior, mortuo illo, qui feudum alienavit, poteſt illud revocare nullo refuſo pretio.*

5 *Agnatus præfertur, & habet retractum etiam in venditione feudi hereditarii, & ex ſui natura alienabilis in quoſcumque.*

6 *Contrarium defendunt alii plures, & hæc opinio verior probatur.*

7 *Feudum hereditarium alienari, & vendi poteſt ſine conſenſu, imò reluctantibus ipſis Agnatis.*

Sed non poteſt alienari ſine conſenſu Domini.

8 *Agnatus præfertur etiam in venditione feudi facta ſub haſta, & inſtantibus creditoribus, & in datione in ſolutum ipſius feudi.*

9 *Contrarium probant alii plures.*

10 *Prima opinio defenditur.*

11 Text. in cap. 1 § ſed etiam res, per quos fiat Inveſtitura *declaratur.*

12 *Agnatus præfertur, & retractum habet in locatione feudi.*

13 *Contrarium probant alii.*

14 *Alii diſtinguunt inter locationem ad longum tempus & illam ad modicum tempus factam.*

15 *Agnatus præfertur adhuc, ut habeat feudum alienatum illo medio tempore, quo vivit alienans.*

Et præfertur etiam in locatione ad vitam.

16 *Agnatus præfertur in venditione feudi ex pacto, & providentia, licèt ſit de novo acquiſitum.*

17 *Contrarium eſt verius.*

18 *Agnatus præfertur in venditione feudi, tam proprii, quam improprii.*

19 *Agnatus proximior retrahit feudum à remotiore qui illud emit.*

Et facta alienatione uni ex pluribus, qui alienantem æquali linea attingunt, alii agnati æque proximi, poſſunt pro portionibus ſuis rem retrahere.

20 *Agnatus remotior præfertur, quando proximior, aut tacitè, aut expreſsè conſenſum præſtitit alienationi feudi, & juri prælationis uti noluerit.*

Et quando proximior non eſt præſens, ſed abſens.

21 *Alii defendunt, quòd renunciantibus proximioribus, remotiores non admittantur, ſed contra eos ſtat verior opinio.*

22 *Agnatus, qui natus non eſt, ſed eſt in utero de tempore alienationis, prælationis jus non habet in venditione feudi*

Prælatio, an, & quando competat illi qui natus non eſt, ſed eſt in utero, & num. ſeqq.

23 *Contrarium defendunt alii, quando Agnatus eſt in utero, ſed prima opinio verior videtur.*

24 *Statutum deferens Ius aliquod Agnatis, intelligendum eſt de illis, qui ſunt nati, non autem de illis, qui ſunt in utero.*

25 *Partus, qui eſt in utero, non comprehenditur in contractibus ſtricti Iuris.*

26 *Fœmina agnata in alienatione feudi, non habet Ius prælationis.*

27 *Prælationem nomine partus, qui eſt in utero, nemo petere poteſt.*

28 *Retractus datur illis, qui nati non erant, ſed erant concepti de tempore alienationis, dummodo naſcantur intra tempus datum ad retrahendum.*

Si verò de tempore alienationis non erant concepti, tunc aliqui putant, quod nunquam admittantur, & num. 29

30 *Alii verò contrarium defendunt, & num. 31.*

32 *Agnati nati, & concepti poſt alienationem feudi, admittuntur ad revocandam alienationem, cui non conſenſerunt, ac ſi nati fuiſſent de tempore alienationis.*

33 *Retractus non datur illis, qui de tempore venditionis non erant concepti, licèt poſtea naſcantur intra tempus, ſi Statutum, aut lex admittit ad retrahendum tantum eos, qui tempore venditionis proximiores ſunt.*

Si verò Satuum, aut lex, reſpiciat proximitatem toto tempore exequutionis actus, & exequutionem confert in futurum, tunc agnatus, qui de tempore venditionis, nec natus, nec conceptus erat, ſi naſcatur tempore congruo admittitur ad retrahendam rem.

34 Text. in cap. 1. §. Titius, ff. de feud. defunct. &c. *explicatur.*

35 *Filius vivente Patre, qui alienavit, non habet Ius prælationis, & retractus tanquam Agnatus in feudo ab eodem Patre alienato.*

36 *Contrarium probant alii plures.*

37 *Et hæc ultima opinio defenditur.*

38 *Filius quando admittitur ad prælationem petendam in re alienata à Patre ipſo Patre vivente, cum maxima circumſpectione eſt admittendus ne fiat fraus legi.*

Fraus tamen non præſupponitur ex eo tantùm, quod filius ſit in poteſtate Patris, & Pater nomine filii compareat.

39 *Filiusfamilias non poteſt ſine conſenſu Patris petere prælationem in re alienata ab eodem Patre, ſi tamen Pater nolit conſentire, poterit talis conſenſus ſuppleri à Iudice.*

40 *Pater habet uſumfructum in bonis ab ipſo venditis, ſuper quibus filiusfamilias prælationem obtinuit.*

Contrarium defendunt alii, ſed prima opinio eſt verior, ut patet ex num. 46. & 47.

41 *Ius retractus, vel prælationis computatur inter bona adventitia.*

42 *Is, qui non poteſt per ſe acquirere ad ſui commodum, non poteſt eandem rem acquirere, mediante perſona alterius, qui ſit ſub ſua poteſtate.*

43 *Pater non habet uſumfructum, quando privatur quibuſdam bonis, quorum portio reſervatur filiis.*

44 *Pater non habet uſumfructum in bonis feudalibus filii etiam adventitiis.*

45 *Patri non quæritur uſusfructus, quando ipſe donat filio aliquam rem, vel ſummam, ad effectum præciſum aliquam rem emendi.*

46 *Pater habet uſumfructum in re acquiſita à filio, quamvis ipſe prohibitus eſſet rem illam acquirere.*

47 Soccin. Sen conſ. 124. num. 4. lib. 2. *declaratur.*

48 *Agnatis non competit prælatio, vel retractus, quando feudum alienatur ex cauſa legitima, & efficiente ipſum feudum.*

49 *Contrarium tamen tanquam verius defenditur.*

50 *Agnati non præferuntur, quando feudum non venditur, ſed donatur, permutatur, vel compenſatur.*

Niſi tales contractus ſint facti in fraudem.

51 *Agna-*

51 *Agnati non habent Ius prælationis in ſubinfeudatione, dummodo ſubinfeudatio non ſit facta in fraudem.*

52 *Agnati, non præferuntur in venditione nudæ poſſeſſionis feudi.*

Contrarium tamen probatur.

53 *Agnati, non præferuntur in venditione ſervitutis, aut actionis, quam quis habet ad feudum petendum.*

54 *Repræſentatio non habet locum in Iure prælationis, ſive retrahendi.*

55 *Contrarium, & verius defendunt alii.*

56 *Dominus feudi præfertur in alienatione facta à Vaſſallo, ſive feudum ſit novum, ſive antiquum.*

Admittitur tamen poſt Agnatos capaces, aut illis excluſis, & renunciantibus.

57 *Agnati, ſi petunt præferri in alienatione feudi, debent comparere antequam ſit facta venditio, & res tradita ſit, nec habent tempus aliquod determinatum in Iure feudali, ſi verò retrahere velint, debent comparere intra annum à die ſcientiæ.*

58 *Alii credunt, quod ſi alienatio feudi ſit facta in remotiorem, tunc anni ſpatium concedatur Agnatis, ſi verò ſit facta in prorſus extraneum, tunc Agnati admittantur intra triginta annos ad retractum.*

59 *Alii defendunt, quod ſemper, & indiſtinctè intra annum à die ſcientiæ comparere debeant.*

60 *Opinio eorum, qui diſtinguunt inter alienationem factam in remotiorem, & inter illam factam in prorſus extraneum defenditur in materia retractus.*

61 *Agnati, quibus competit Ius prælationis in alienatione feudi, denunciandi, & expectandi ſunt per ſpatium duorum menſium, & num. ſeqq.*

62 Carpzov. ad Conſtit. Saxon. part. 2. conſtit 60. definit. 1. *rejicitur.*

63 Text. in cap 1. §. Porrò, qualit. olim feud. poter. alienar. *declaratur.*

PRo intelligentia ſciendum eſt, quòd Agnatus pro-
1 ximior triplicem habet viam pro feudali re obtinenda; Prima eſt prælationis, cum qua videtur tantum, quòd ſciens proximiorem velle feudum alienare denunciet ipſi, ne alteri extraneo feudum vendat, quia vult illud emere pro eodem pretio, juxta diſpoſitionem Text. *in cap. 1. porrò, qualiter poterat olim feud. alien.* ubi dicitur, *in prohibendo autem, & redimendo potior erat Agnati, quam Domini conditio*, ut defendit Capyc. Latr. *conſ.* 28. *numer.* 4. *& ſeqq.* ſed re vera verius eſt, quòd teneantur Agnati, qui
2 volunt vendere feudum, extraneis, prius proximiores requirere, illiſque feudum offerre, ut poſſint ipſi pro eodem pretio præferri, ſi emere volunt, quibus renunciantibus opus eſt, quòd Dominum requirant, qui pariter pro eodem pretio præfertur, ut diſponitur in *d. §. porrò*, & apertè *in cap. 1. §. ſed etiam res, per quos fiant inveſtit.* qui licèt videatur auferre poteſtatem vendendi aliis, quàm proximioribus, verius tamen eſt, loqui de Jure prælationis, non enim Text. diceret, *pro æquali pretio accipere volenti*, nec urgeret proximiorem ad idem pretium, quòd extraneus dare vult, exponendum, ſed juſtum pretium dandum eſſe mandaret, & ita illum intelligunt ibidem gloſſ. *verb. proximiori, verſ. hic ergo dicitur*, & Iſern. *n.* 3. *& ſeqq.* Bald. *antè num.* 1. *& num.* 1. *& ſeq.* Schench *num.* 2. Alvarot *n.* 3. *&* 4. Præpoſit. *in d. §. porrò num.* 2. Lauden. *n.* 8. Piſtor. *lib.* 2. *part* 1. *q.* 21. *numer.* 2. Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *in princ. & numer.* 2. Roſenthal. *eodem tract. cap.* 9. *memb.* 2. *concl.* 86 *per tot.* ibique Add. *lit. C & D.* Cacheran *deciſ. Pedemont.* 137 *per tot.* A Pont. *deciſ.* 11. Sanfel. *deciſ.* 100. *num.* 2. Maſtril. *deciſ.* 8. *n.* 1 *&* 2. ubi latè.

Secunda eſt Juris retrahendi, atque hoc remedium
3 Agnato proximiori competit poſt factam à feudatario venditionem, & ſequutam traditionem oblato emptori pretio, quòd excurſavit, & hoc Jure poſſunt proximiores, non conſentientes tamen venditioni, uti intra annum, qui incipit currere à die, quo ſciverint alienationem, juxta Text. *in cap. primo, §. Titius il primo, ſi de feud. defunct. content. ſit inter Domin. & Vaſſal.* ubi Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſit. Schench. aliique repet. communiter Roſenthal. *de feud. d. cap.* 9. *concl.* 87. *num.* 1. *& ſeqq. & concl.* 88. *per tot. & concl.* 93. *numer.* 2. *& ſeqq.* Cujac. *tit.* 4. *& tit.* 14. *lib* 2. *de feud.* Scrader. *de feud. part.* 8. *cap* 5. *numer.* 1. *&* 7. *& cap.* 7. *num* 42. Sanfelic. *d. deciſ.* 100. *num.* 2. Capyc. Latr. *conſult.* 28. *num.* 16. *&* 18. Marin. *reſol. Iur. lib.* 2. *cap.* 116 *num* 19. licèt de hoc plures dubitent apud Capyc. Latr. *deciſ.* 57. *numer.* 39. *& conſ.* 28. *num.* 14. *& ſeqq.*

Tertia eſt Jure ſucceſſionis feudum alienatum revocandi non vivo, ſed mortuo alienante, & hoc pro- 4
ximior facere poteſt nullo refuſo pretio, per Text. *in d. cap.* 1. *§. Titius il primo, & in cap.* 1. *in princ.* & ibidem Iſern. *n.* 3. *in fin &* 7. Afflict. *nu.* 4. Balzaran. *num.* 8. *de alienat. feud. patern. cap.* 1, *§. è contrario de Inveſtit. de re alien. fact.* Roſental. *d. cap.* 9. *concl.* 67. *&* 68. *per tot* Capyc. Latr. *d. conſ.* 28. *nu.* 38. 43. 46. *& ſeqq.* Koppen. *decis. German.* 54. *n.* 43 Sanfelic. *d. decis.* 100. *n.* 2. *in fin &* 3. atque hoc remedium ſpatio triginta annorum tollitur, ut notat de Marin. *d. cap* 116. *num.* 19. *verſ. illud autem.*

Iſtis pro claritate materiæ præhabitis quærendum eſt, primò, an hoc Ius prælationis, & retractus habeat locum in feudo hæreditario, & quidem quæ- 5
ſtio eſt ardua, ſunt enim, qui latè defendunt, competere tale Ius in feudo hæreditario, & ex ſua natura, vel conventione in quoſcumque alienabili, inter quos ſunt Veſembec. *cons.* 5. *num.* 46. *& ſeq.* Herman. Vult. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 45. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt. Iur. part.* 1. *q.* 11. *n.* 20. Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *n.* 26. *verſ. concluſio ampliatur primo*, Roſental. *eod. tract. d. cap.* 9. *conclus.* 89. *per tot* ubi latè Add. *ſignanter lit. E. F. & M.* Theſaur. *quæſt forenſ. lib.* 1. *q.* 39. *nu.* 1. *&* 2. ubi innumeros refert Fab. de Ann. *obſerv.* 10. Rovit. *ad pragm. Regn. rubr. de feud. num.* 32. Goffr. Anton. *diſput. feud.* 10. *theſ.* 5. Scurph. *conſ.* 82 *nu.* 2. *cent.* 2. de Marin. ad Revert. *in obſerv ad deciſ.* 22. *num.* 4. ubi quòd ita ſemper fuit obſervatum à Pont. *decis.* 11. *num.* 10. Sanfelic. *decis.* 100. *num.* 12. *& num* 17. Capyc. Latr. *decis.* 57. *n.* 2. *& ſeqq.* & latè Gypſ. *in addit. ad d. decis.* 57. *num.* 1. *& pluribus ſeqq.* ubi refert, ita pluries fuiſſe deciſum, & in toto Orbe ſervari, & iſte eſt ſtylus Regni, ut Capyc. Latr. *ipſe d. deciſ.* 57. fatetur.

Contrarium tamen tenuit Iſern. *in dicto §. Titius, & in dicto §. Sed & res in princ.* ubi ait, quòd diſpo- 6
ſitio dd. Jurium procedit tantum in feudo ex pacto, & providentia, ubi Felix. de Rub. *in apoſtil. ad eundem in dicto §. Titius*, Paris de Put. *de reintegrat. feud. fol. mihi* 133. Roland. *conſil* 57. *num.* 76. *lib.* 3. Loff ed. *cons.* 1. *num.* 202. *& cons.* 14. *num.* 51. Lanar. *conſil.* 69. Theſaur. *deciſ.* 99. *num.* 1. *& ſeqq.* Franch. *dec.* 1. *ſub num.* 28. *verſic ſed pro parte, & ſeqq.* Grammat. *deciſ.* 103. *numer.* 207. Maſtril. *in cons. unic. poſt decis. lib.* 1. *numer.* 63. pleniſſimè Capyc. Latr. *conſult.* 27. *numer.* 11. *& pluribus ſeqq. & conſult.* 28. *ferè per tot. lib.* 1. Theodor *alleg.* 2. *n.* 1. *&* 2. Petagn. in allegat. impreſſ. poſt Rumm. ad Afflict. *de jur protomiſ. fol. mihi* 64. Eminentiſſimus de Luc. *de feud diſc.* 36. *num.* 4. *verſ. prout exceptis, & nu.* 9. *verſ. ſed hoc jure*, de Marin. *reſolut. jur. lib.* 2. *cap.* 116. *num.* 4. *& pluribus ſeqq.* ubi latè hanc opinionem defendit, & reſpondit Rovito, & ſequacibus, & de veriori teſtatur Roſa *conſ.* 27. *n.* 12. & hæc opinio videtur verior, tum quia ſi proximior Agnatus feudum hæreditarium non poteſt revocare, imò in feudo non poteſt ſuccedere, niſi jure hæreditario, conſequens eſt, quòd non poſſit feudum habere neq; mortuo, neq; vivente alienante, & teneatur factum

illius

illius ſervare, tam poſt mortem, quàm in vita, ne-
que prodeſt, quòd per prælationis jus, ſive retractum
non impugnetur alienatio, imò potiùs confirmetur,
& ſubrogetur prælationem petens in locum emptoris,
quoniam fateor hoc, ſed dum alienans alienando re-
nunciavit cuilibet juri ſibi in eadem re competenti,
& etiam juri prælationis, & retractus, ſi quod un-
quam potuiſſet ipſi competere, ut dictum eſt in *qu.*
28. meritò talis renunciatio excludit non ſolum ip-
ſum, ſed cæteros alios, qui uti ejus hæredes volunt
venire, maximè quia negari non poteſt, quòd licèt
non impugnetur contractus, impugnatur tamen vo-
luntas alienantis, quòd juxta Text. *in leg. cum à ma-
tre, Cod. de rei vendic.* ab hærede fieri nequit, de
qua ratione dubito propter adducta in dicta *qu.* 28. *n.*
5. *& ſeqq.*

7 Tum etiam quia, ſi abſolutum eſt apud omnes,
quòd poſſit feudum ipſum hæreditarium alienari, &
vendi ſine conſenſu, imò reluctantibus ipſis Agnatis,
quibus poteſt poſſeſſor præjudicare, ut latè præcitati
DD concludunt, & ſectatores contrariæ opinionis
non negant, intrat doctrina Bald. & aliorum, quos
retuli in *quæſt.* 31. *num* 35. *&* 36. dicentium negari
prælationem, quando à lege conceditur facultas alie-
nandi ſine conſenſu, imò reluctante etiam eo, qui
prælationem prætendit, ſed hæc ratio concludit re-
ſpectu Agnatorum, non autem reſpectu Domini,
cujus conſenſus etiam in alienatione feudi hæreditari
requiritur, Roſenthal. *de feud. cap.* 9 *membr.* 1. *litt.
E. in Add ad fin.*

8 Quærendum ſecundò eſt, an hoc Jus prælationis,
ſive retractus competat Agnatis etiam in venditione
facta ſub haſta, & inſtantibus creditoribus, & in
datione in ſolutum, etiam facta à Judice, & in hac
quæſtione variæ ſunt ſententiæ, Gloſſ. enim in dicto
cap. 1. §. *porrò, verb. æquali pretio. Qualiter olim feud.
poter. alien.* tenuit, quòd in illis locis, in quibus adeſt
conſuetudo, quod Vaſſallorum feuda poſſint pro de-
bitis alienari adhuc prælatio competat in venditione
facta ad inſtantiam creditorum, ſequitur Afflict. *in
dicto cap.* 1. § *donare numer.* 38. *fol. mihi* 138. Alti-
mar. in addit. ad Rovit. *conſ.* 21. *num.* 13. *lib.* 2. de
Marin. ad Reverter. *deciſ.* 278. *numer.* 3. Roſental. *de
feud. dicto cap.* 9. *concluſ.* 90. *num.* 11. Rodoer. in ad-
dit. ad de Marin. *reſolut.* 233. *num.* 2. Sanfelic. *deciſ.*
100. *num.* 24. *& ſeqq. & deciſ.* 105. *per tot.* Emi-
nentiſſimus de Luc. *de feud. diſc.* 36. *num.* 14. &
docet etiam Alvarot. *in d. §. porrò num.* 5. *verſ. quaro
cum gloſſ.*

9 Sed contrarium latè defendit Srader. *de feud. part.*
8. *cap.* 7. *num.* 34. A Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de
diverſis proviſ.* §. 1. *num.* 21. *& deciſ.* 11. *num.* 14. *&
ſeq.* Capyc Latr. *conſult.* 27. *num.* 50. *& ſeq. & con-
ſult.* 28. *numer.* 83. *& pluribus ſeqq. lib.* 1. *& conſult.*
96. *num.* 34. *lib.* 2. Petagn. in alleg. impreſſ. per
Rumm. In addit. ad Afflict. *de jur. protomiſ. fol. mihi*
64. *verſ. debet ſecundo, & ſeqq.* Rovit. *conſ.* 21. *num.*
4. *lib.* 2. Billoct. *concluſ. feud.* 19. *num.* 8. Ann. *in
repetit. conſtit. diva mem. num.* 232. Franc. Rocc. *reſp.*
6. *num.* 6. *verſ. tum quia lib.* 1. de Marin. *alleg.* 127.
numer. 18. *part.* 2. Eminentiſs. de Luc. *d. diſc.* 36. *n.*
13. *& ſeq. de ſervit. diſc.* 71. *num.* 13.

In hac quæſtione verior mihi videtur prima opi-
10 nio, quæ affirmat, quoniam ut dixi in *quæſt.* 17.
num. 5. *& ſeqq.* prælatio, & retractus locum habet
etiam in venditione ſub haſta, & licèt videatur in
hoc caſu ſpecialiter diſceptandum de verbis Jurium
feudalium talia privilegia concedentium, quæ viden-
tur eſſe contraria, dum Text. *in dict.* §. *ſed etiam
res*, ex quo, ut ſupra dictum eſt, clarius patet iſta
11 prælatio, loquitur, quando Agnatus *alienare volue-
rit*, unde dum explicat caſum alienationis volunta-
riæ, non eſt extendendus ad neceſſariam venditio-
nem, ut dictum eſt in dicta *quæſt.* 17. *num.* 7. *& ſe*
& benè explicat Sanfelic. *dicta deciſ.* 100. *num* 114.
verſ. & quia lex; Tamen non eſt recedendum à prædi-
cta opinione, quoniam jus retractus conceditur in-
tra annum *à dicto* § *porrò*, *& à dict.* §. *Titius ſi pri-
mo*, ſine dd. verbis indicantibus alienationem volun-
tariam, imò in *dicto* §. *porrò*, ubi dicitur, quòd in
caſu alienationis erit potior conditio Agnati, quàm
Domini in prohibendo, datur pariter expreſsè Jus
prælationis Agnato, quia effectus d. prohibitionis
conſiſtit in prælatione, ut probat Federic. Schench.
ibidem, Menoch. *conſil.* 745. *numer.* 43 Capyc. Latr.
d. conſult. 28. *num.* 4. *& ſeqq.* Unde dum habemus
alias leges prælationem, & retractum dantes indiſtin-
ctè abſque eo, quod ſe reſtringant ad voluntariam
venditionem, dicendum eſt, quod dd. verba *alienare
volueris*, expreſſa in *dicto* §. *ſed etiam res*, non reſtrin-
gant prælationis jus indiſtinctè ab aliis legibus datum
Agnatis, & ſignanter *à d.* §. *porrò ubi ſupra, & in*
§. *donare*, exprimitur caſus feudi dati in dotem filiæ,
quæ eſt alienatio neceſſaria, ut dictum eſt in dicta *qu.*
17. *circa finem.*

Tertiò quærendum eſt, an habeat locum hæc præ-
latio, & retractus in locatione, & quæſtio eſt admo- 12
dum controverſa, nam affirmativam latè tuetur Franc.
Rocc. *conſult.* 2. *per tot. tom.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 106. *&*
107. *per tot.* & pro hac deciſum refert Capyc Latr.
deciſ. 57. *num.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 168. *num.* 29. *&* 30.
Negativam tamen defendunt de Marin. *quotid re-
ſolut. lib.* 1. *cap.* 133. *num.* 34. *& ſeq.* & ibidem Rodoer. 13
in addit. *num.* 3. idem de Marin. in obſervat. ad Re-
verter. *deciſ.* 21. *num.* 4. *verſic. imò quod eſt fortius*, ubi
ita pluries deciſum teſtatur Afflict. *controv. jur. cap.*
20. latè Roſ. *conſult.* 27. *à num.* 1. *ad* 7.

Sunt autem, qui diſtinguunt inter locationem ad
modicum tempus, & inter illam ad longiſſimum 14
tempus factam, & in prima locatione prælationem
negant, in ſecunda verò concedunt, ut latè Roſen-
thal. *de feud. d. concluſ.* 90. *litt. O. poſt med. verſ. &
locatione*, Roſ. *dict. conſult.* 27. *numer.* 2. apud
quos alii.

Sed circa hoc me remitto ad ea, quæ dixi in *quæſt.*
16. *num.* 123. *& ſeqq.* ſolum autem ponderandum
exiſtimo, quòd abſque ullo dubio prælatio compe-
tat, ſi locatio ſit facta ad vitam locantis, cùm enim
ipſa feudi ex pacto, & providentia venditio facta
cum Domini conſenſu nil aliud importare poſſit,
quam ſimplicem emptionem fructuum feudi durante
vita alienantis, dum illo mortuo nullo refuſo pretio
proximior alienationem revocat, meritò prælatio ip- 15
ſa, & retractus datur ſolum, ut proximior habeat
feudum illo medio tempore, quo vivit alienans, ut
notat Hern. *in dicto* §. *Titius, verſic. quod ſi Titius*,
Laurent. Silvan. *cons.* 15. *num.* 41. ubi optimè, &
latè etiam Capyc. Latr. *dicta conſult.* 28. *ſub numer.*
9. *verſic. emptor etiam uſque ad num.* 14. & propte-
rea ſi negaremus prælationem in locatione ad vitam,
quæ in hoc caſu producit eumdem effectum, quem
producit ipſa venditio, fruſtratoriæ redderentur Con-
ſtitutiones feudales prælationem, & retractum dan-
tes, ideò Bald. *in dict. cap.* 1. §. *donare nu.* 7. *circa fin.
qualit. feud alien. poſſ.* in hoc caſu dat prælationem.

Quærendum quartò, an tale prælationis, & re-
tractus Jus competat Agnatis in alienatione feudi no- 16
vi etiam ex pacto, & providentia alienati à primo
acquirente, & licèt Roſenthal. *de feud. dicto cap.* 9.
concluſ. 87. *numer.* 6. *& concl.* 88. *in fin.* concludat
Agnatos præferendos eſſe intelligendo Text. *in d.* §.
porrò, prælationem Agnatis negare in feudo novo eo
ſolo caſu, quo concurrat Dominus, tamen contra
eum eſt communis opinio, quæ fundatur in aperta
diſpoſitione *dict.* §. *porrò*, ubi prælatio datur Agnatis,
ſi tamen feudum erat paternum, quæ dictio *ſi tamen*
reſtringit diſpoſitionem legis ad dictum caſum præ-
ciſum, ut feudiſtæ in dict. Text. communiter aſſe-
runt,

runt, & notat Barboſ. *dict.* 401. *num.* 1. & eodem modo loquitur Text. *in dicto* §. *ſed etiam res*, qui prælationem dat in alienatione rei, quæ à communi parente per ſucceſſionem pervenit ad alienantem, & cu-
17 jus alienatio in præjudicium Agnatorum erat prohibita, quæ non poſſunt verificari in feudo noviter acquiſito, de quo poteſt poſſeſſor ad libitum in præjudicium Agnatorum diſponere, ut latè probat Surd. *cons.* 331. *num.* 23. *&* 38 *vers. non reſiſtit lib.* 3. Maſtril. *decis.* 8. *num.* 22. & ita in puncto concludunt Iſern. Alvarot. & alii in *dicto* § *Titius*, Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *num.* 32. *vers. hac tamen ratione*, Capyc. Latr. *d. conſult.* 27. *num.* 36. *& ſeqq & conſult.* 28. *num.* 24. de Mario. *lib.* 2. *reſol.* 1.6. *num.* 2. *& ſeqq. & lib.* 1. *reſol.* 24. *num.* 10. *& ſeqq.* Eminentiſſimus de Luc. *de feud. diſc.* 37. *nu.* 5. *& ſeqq.* ubi rejicit Roſenthal, *& n.* 6. id extendit, etiamſi conceſſio facta ſit cum clauſula *ut jure antiqui feudi conceſſio facta cenſeatur*, A Pont. *decis.* 11. *nu.* 12. Maſtril. *d. decis.* 8. *n.* 21. Sanfelic *decis.* 104. *n.* 20.

Sed an hoc Jus competat tam in feudo proprio,
18 quàm improprio, affirmativa videtur verior, quam latè tuetur Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *numer.* 27. de Marin. *quotid. reſol lib* 1. *cap.* 233. *per tot.* ubi etiam notat, quod procedit in feudo plano de tabula, & quaternat.

Quærendum quintò, an ſi feudum alienatum ſit in remotiorem etiam cum Domini conſenſu, competat tale jus proximiori, & quamvis inter feudiſtas de hoc
19 ſit acerba controverſia, verius tamen eſt, quod proximiori Agnato permittatur feudum retrahere à remotiore, qui emit, idque probatur apertè in dicto §. *ſed etiam res*, *&* § *porro*, imò ex eodem § *Titius*, ex quo quidam contrarium ſibi ſuadere videntur, ubi ſpecialiter Bald. *in princip. & n.* 1. Jacob. de Belviſ. Laudenſ. *nu.* 11. Scheuch. *nu.* 2. Scradet. *conſil.* 20. *nu.* 165. *& ſeqq. tom.* 2. *& in tract. de feud. dict. part.* 8. *cap.* 7. *n.* 15. *& pluribus ſeqq & ſignanter n.* 28. *ubi etiam in verſic. quarto hac concluſio*, ait, quod ſi Vaſſallus in unum ex pluribus, qui ipſum æquali linea attingunt, alienaverit, cæteri Agnati æquè proximi poſſint pro portionibus ſuis rem retrahere, & latè Roſenthal. *de feud. dict cap.* 9. *conclus.* 88. *ſub num.* 6. *verſic. qua propter, & ſeqq. & quaſt* 82. *per tot.* Molin. *de contract. tract.* 2. *diſput.* 170. §. *dubium deinde, &* §. *dubium quoque*, & latè Berlich. *conclus. jur. part.* 2. *conclus.* 60. *nu.* 33. *& ſeqq.*

E contra etiam quamvis proximior, aut tacitè, aut expreſsè conſenſum præſtiterit alienationi, & juri
20 prælationi renunciaverit, vel hoc Jure uti noluerit, adhuc tamen remotiores non excluduntur, ſed admitti debent ad prælationem obtinendam, ut probat Afflict. *in d. cap.* 1. §. *ſed etiam res n.* 4. *per quos fiat inveſtit & in dicto cap.* 1. §. *donare num.* 36. *qualiter olim poter. feud alien.* Jacob. de Ardizon. *in tit. quib. mod. feud. amittat. ſub rubric.* 108. *verſic. ſi verò quidem Agnati*, Nevizan. *conſil.* 20. *num.* 17. Schurff. *conſil.* 89. *n.* 4. *cent.* 3. Marin. *de qualit. feud. tit.* 2. *de feud. ex pact. & provid. part.* 1. *nu.* 49. *&* 68. Carpzov. *ad conſtit. Saxon. part.* 2. *conſt.* 49. *defin.* 7. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 11. *gloſſ.* 4. *per tot.* Facchin. *controv. jur. lib.* 7. *cap.* 17. *per tot.* Donad. *de renunc. cap.* 26. *n.* 14. *tom.* 2. Robles *de repræſent. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 17. *in med.* ubi etiam addit, quòd ſi non ſit præſens proximior, admittitur remotior, Gallerat. *de renunc. cent.* 1. *renunc.* 42. *n.* 10. Rovit. *in reſp. impreſſ. poſt decis.* 11. de Pont. *n.* 92. *& in rubric. de feud. n.* 29. Scrader. *de feud. dict. part.* 8. *cap.* 7. *n.* 5. 54. *& pluribus ſeqq.* Roſenthal. *eodem tract. dict. cap.* 9. *concl.* 85. *ſub n.* 7 *vers. etenim, & ſeqq. & d. concl.* 86. *ſub n.* 3. *verſic. itaut*, latè Capyc. Latr. *d. decis.* 57. *n.* 27. *uſque ad* 38. *ſignanter n.* 34. *lib.* 1.

Et quamvis Hartman. Piſtor. *quaſt. Iur. lib.* 2. *quaſt.* 12. *n.* 66. Vulte. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 101. Gal-

lup. *eodem tract. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 25. Roſ. *conſult.* 21
27. *n.* 11. & plenè omnibus contrariis reſpondens de Marin. *quotid. lib.* 2. *cap.* 126. *n.* 32. *& ſeqq* defendant, quod renunciantibus proximioribus tale jus ad remotiores non deferatur, tamen contra eos ſtat verior ſententia, quoniam abſolutum eſt, quod prælatio competit etiam remotioribus, de medio ſublatis proximioribus, cum proximior ad hunc effectum dicatur is, quem nemo præcedit in retrahendo, atque is excludi non poteſt à proximiore, vel pari in gradu, qui non vult, aut non poteſt venire, cùm in hac materia non ſit conceſſum Agnatis Jura ſua prælationis alteri cedere, & renunciare, ut in *quaſt.* 10. dictum eſt, & latè probat Roſenthal. *dicto cap.* 9. *concl* 92. *n.* 1. *& pluribus ſeqq* Ideoque intrat dilemma, quod aut proximiores mediante conſenſu, vel renunciatione ſe abdicarunt, & datur locus remotioribus, aut transtulerunt Jura ſua in emptorem, & talis facultas cedendi Ipſius negatur.

Quærendum ſextò, an admittatur ad hoc jus ille Agnatus, qui natus non eſt, ſed eſt in utero; Quæ- 22
ſtio quidem eſt ſolemnis, & quia variæ ſunt opiniones, idcòque plures caſus diſtinguendos eſſe exiſtimo; Primus eſt, an talibus perſonis competat jus prohibendi, vel prælationis, & tunc negativè reſpondendum eſt, cùm enim Text. feudales Agnato concedant facultatem prohibendi, ſive meliùs jus prælationem obtinendi, & conſequenter gravent venditorem ad offerendum prius feudum Agnato, conſequens eſt, quod intelligendi ſint de Agnato, qui tunc temporis extat in rerum natura, non autem de illo, qui nondum natus eſt, cui feudum nec offerri poteſt, per Text. *in l.* 4. §. *toties*, *ff. de damn. infect.* & latè in his terminis Dec. *cons.* 212. *toto num* 1. *&* 2. Soccin. Jun. *cons.* 22. *num primo, & ſeqq. lib.* 1. Benedell. *de jur. protomis. in princ. num.* 158. Novell. *eodem tract.* §. 4. *num.* 60. *& ſeq.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 417. *num.* 173. 542. *&* 545. Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *art.* 86. *num.* 10. Comaz. *decis.* 62. *num.* 1. *& ſeqq.* & latè Giurb. *decis.* 76. *num.* 1. *&* 20. Grat. *diſc.* 433. *num.* 47. *& ſeqq.* quamvis Agnatus in utero ſit, licèt enim per Text. *in l. prima*, §. *ſi quis proximior*, *ff unde cognat.* dicere opus ſit, quod is, qui eſt in utero de 23
tempore ſucceſſionis in ea conditione ſit, ut dici debeat obſtare ſequentibus in gradu, & propterea illi prælationis jus competere affirmandum ſit, cùm poſſit ejus nomine requiri Curator ei datus à Judice pro bonis tuendis, ut in puncto probat Tiraquel. *de retract. lignag.* § 1. *gloſſ.* 9. *num.* 79. *& ſeqq.* & cum ſequitur Add. ad Dec. *d. conſ.* 225. *litt. B.* ubi ita conciliat Tiraquel. & Dec. Boer. *deciſ.* 138 *nu.* 3. & Giurb. *d. decis* 76. *num.* 12. *& ad conſuet. Senat. Meſſanens. cap.* 1. *gloſſ.* 4. *part.* 1. *nu* 83. Palacz *de majorat. part.* 3. *quaſt.* 2. *num.* 8. tamen contrarium verius videtur, quia jus iſtud prælationis, ut pluries dictum eſt, ſtrictiſſimi Juris eſt, & non extendendum, & proinde dum à lege, vel ſtatuto datur Agnato, id intelligendum eſt de eo, 24
qui talis verè reperitur in rerum natura, non autem de illo, qui per fictionem Iuris talis reputatur, maximè quia in his, quæ ſunt ſtricti Iuris non includuntur illi, qui ſunt in utero, per Text. *in l. ſi prægnans* 42. *cum l. ſeq. ff. de evict. & in l. non quocumque*, §. *ff. de legat. primo*, & latè Alheric. *in l, qui in utero n.* 15. *&* 16. *ff. de ſtat. homin. & in prima parte ſtatut. quaſt.* 134 *per tot.* Bald. *in l. idem erit in prima lect. circa med. ff. eodem tit. de ſtat. homin.* Angel. *in l. Arethuſa n.* 5. *verſ. quid ſi de genere*, *ff. eodem*, Valenſuel. *cons.* 96. *per tot.* & hanc opinionem amplectitur ipſemet Tiraquel. *dicta gloſſ.* 9. *numer.* 80. qui licèt *numer.* 81. videatur declarare Iura præcitata, & doctrinam Angel. & Bald. tamen non poteſt negari, quin dd. leges attentè perlectæ fundent hanc ſententiam, ſi enim vendita Ancilla, aut Vacca prægnante, eaque evicta, non debetur evictio pro partu. 25

id evenit, quia partus, qui erat in utero non comprehendebatur ſub venditione, quæ eſt contractus ſtricti Iuris, aliàs enim ſi partus comprehenderetur, utique evictio præſtanda eſſet, & quidem Tiraquel. nil audet contra Alberic. determinare, cùm ipſius doctrina ſit communis, eamque ſequantur Nell. *de bannit. in prima parte, prim. temp. in 9. quaſt. circa med. verſ. & nota quod ſi banniuntur*, Hyppolit. de Marſil. *ſingul.* 426. *verſic. iſtud tamen credo*, Cephal. *conſil.* 319 *num.* 28. *& ſeqq.*

Idque etiam admittendum eſt, ne cogatur venditor, & emptor ſtare in ſuſpenſo, & ſub incertitudine
27 quouſque naſcatur partus, qui poteſt eſſe fœmina, & uti talis excluſa ab hoc Jure, de Marin. *quotid. lib.* 2. *cap.* 116. *num.* 18. *& ſeqq.* quatenus tamen fœminæ ab illo feudo ſint excluſæ, & quia partu interim exiſtente in utero nemo ad prælationem petendam ejus nomine admitti poteſt, Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 417. *num.* 175. Giurb. *d. deciſ.* 76. *num.* 13. propterea injuſtè, & contra intentionem præfatarum legum feudalium impediretur hoc medio tempore Agnatus vendere, & concederetur tempus determinatum uſque ad nativitatem Agnato, qui eſt in ute-
28 ro, cùm tamen leges feudales nullum temporis ſpatium conceſſerint proximiori ad effectum prælationem petendi, ſed tantum anni ſpatium ad effectum retractum poſt venditionem factam obtinendi; Illi autem, qui in contrarium fortaſsè poſſunt adduci procedunt in terminis ſecundi caſus.

Secundus caſus eſt, ſi agamus de retractu, & tunc diſtinguendum eſt; Nam aut is, qui venit intra tempus intra quod natus eſt, erat conceptus de tempore alienationis, & tunc abſolutum eſt, quod poſſit retrahere feudum, & excludere eum, qui erat proximior de tempore alienationis, quem tamen ipſe poſt nativitatem præcedit; Aut de tempore alienationis non erat conceptus, & tunc non benè conveniunt DD. Sunt enim, qui latè defendunt hunc admitten-
28 dum non eſſe, ut latè Tiraquel. *dicta gloſſ.* 9. *à n.* 82. *uſque ad* 98. ubi hanc ſententiam veriorem putat Decian. *conſ.* 32. *nu.* 6. *lib.* 4. Carpan. *ad dict. cap.* 417. *num.* 173. 542. & 575. Benedel. *de jur. protomiſ. in princ. num.* 158. Cavalcan. *deciſ.* 19. *num.* 87. *part.* 2. Gregor. Toloſ. *Syntag. jur. part.* 3. *lib.* 26. *cap.* 16. Rot. Lucenſ *diverſ. deciſ.* 115. *verſ. præter quam*, & fundatur iſta opinio in *d. l. prima*, §. *ſi proximior*, *ff. unde cognat.* ubi apertè dicitur, quod is, qui eſt in
29 utero, tunc natus præcedit alios in gradu, quando ante mortem ipſius, de cujus hæreditate agitur, erat conceptus, nam ſi poſt mortem fuit conceptus neque obſtabit aliis, neque ipſe admittetur, cùm non fuerit proximior Cognatus ei, quo vivo non eſt conceptus, idemque habetur in *l. Titius*, *& in l. item Prætor in princ. ff. de ſuis, & legit. & in l. ſi quis filio exhæredato in princ.* ubi Bart. & Roman. *ff. de injuſt. Teſtam.*

30 Alii autem contrarium latè defendunt, ut ſunt Boer. *deciſ.* 12. *nu.* 3. Papon. *lib.* 11. *tit.* 6. *arreſt. primo*, Decian. *conſ.* 15. *num.* 14. *lib.* 4. Tepat. *var. lib.* 1. *tit. de retract. column.* 3. *verſ. jus retrahendi*, Dec. *conſ.* 299. *num.* 7. *& conſ.* 395. *in fin.* Pereg. *deciſ. Patav.* 24. *num.* 9. & 10. Giurb. *d. deciſ.* 76. *num.* 9. & *n.* 5. *& ſeqq.* conſonat Curt. Sen. *conſil.* 82. *ſub nu.* 4. *circa fin. verſ. & ſi opponatur*, & moventur ex Text. *in l. Paulus*, §. *Paulus il ſecondo*, *ff. de bon. libert.* ubi cavent, quòd in his, quæ citrà hæreditatem alicui uti
31 proximiori obveniunt conceptus etiam poſt mortem admittatur, & ſequitur eleganter Bart. *in l. ſi quis filio exhæredato in princ. ff. de liber. & poſthum.* Roman. *ſingul.* 299. *per tot.* ubi latè Nicol. Pig in addit. ad eundem affert concordantes Fulgoſ. *conſ.* 34. *col.* 2. *verſ. nec me movet*; Moventur quoque ex doctrina Iſern. *in cap. primo*, §. *hoc quoque notandum tot. n.* 9. *de ſucceſſ.*
32 *feud.* ubi etiam Alvarot. *poſt princ.* ac Laudenſ. Zaſ. *de feud. part.* 9. *fol. mihi* 3. *verſ. verumtamen ſi poſtea*, Dec. *dicto conſ.* 395. *in fin.* quos refert Tiraquel. *dicta gloſſ.* 9. *n.* 92. Giurb. *d. deciſ.* 76. *ſub n.* 5. qui concludunt, Agnatos natos, & conceptos poſt alienationem audiri admitti ad revocandum alienationem, cui non conſenſerunt non minus, ac ſi nati fuiſſent tempore alienationis, Marta *digeſt. tom.* 3. *tit. Retractus cap.* 25. *per tot.* Papon. *lib.* 11. *arreſt.* 1.

In hac opinionum diverſitate, in qua Caſſan. *ad conſuet. Burgund. rubric.* 10. *de retract.* §. *primo. verb. Lepius prochain ſub n.* 14. *verſ. ſed maius eſt dubium fol. mihi* 1531. noluit ſuam opinionem in medium af- 33
ferre, diſtinguendum eſſe opinor; aut enim lex, ſive ſtatutum, tacitè, vel expreſsè indicat proximitatem de tempore venditionis, & eos admittit ad retrahendum, qui tempore venditionis proximiores ſunt, & non admittitur, qui tempore venditionis non erat conceptus, licèt poſtea natus veniat intra tempus datum ad retrahendum: Aut lex reſpicit proximitatem toto tempore executionis actus, puta quia executionem confert in futurum, & proximos vocat poſt perfectam venditionem, & traditam poſſeſſionem, & proximitatem attendit de tempore, quo retrahitur, & nunc ſufficit, quod eo tempore quis ſit natus, & proximior, licèt tempore alienationis non fuerit conceptus, & ita intelligendus eſt Boer. *deciſ.* 18. *numer.* 3. *& ad conſuetud. Burdigal. tit. de retract.* §. 2. *col.* 2. *poſt princ. verſic. ſed quid ſi unus fol. mihi* 52. *& in tract. les coſtumes de Teurs eodem tit. quæſt.* 10. *fol. mihi* 155. *à tergo*, & diſtinguunt Alberic. *de ſtatut. part. prima quæſt.* 136. Tiraquel. *d. gloſſ.* 9. *num.* 104. & 106. Menoch. *conſ.* 106 *n.* 151. & 157. Raudenſ. *de analog. cap.* 27. *num* 55. Tepat. *lib.* 2. *tit. de retract. col.* 4 *verſ. retractus*, Carpan. *ad d. cap.* 417. *num.* 542. Giurb. *d. deciſ.* 76. *num.* 7. 8. & 10. Peregrin. *d. deciſ.* 24. *n.* 10. *& ſeq.*

Unde cùm in §. *Titius*, *ſi de feud. defunct. &c.* cau- 34
tum habeamus, quòd proximior intra annum à die alienationis, vel ſcientiæ poſſit feudum retrahere, clarum eſt, quòd ibidem non attendatur tantum tempus alienationis, ſed etiam tempus futurum retractus, & ſcientiæ, quæ aliquando poſt curſum multorum annorum habetur, & propterea admittetur Agnatus natus, & conceptus poſt alienationem.

Quærendum ſeptimò, an filius vivente patre, qui
alienavit, habeat jus prælationis, & retractus, & 35
variæ ſunt opiniones, nam Iacob. de Belvis *in d.* §. *Titius*, ubi etiam Bald. *n.* 2. Laudenſ. *n.* 11. Schench. *n.* 2. Albert. Brun. *conſ. feud.* 80. *n.* 12. & 13. Scurph. *conſ.* 89. *nu.* 3. *cent.* 3. Scrader. *conſ.* 20. *n.* 165. *& ſeq. tom.* 2. *& de feud. part.* 8. *cap.* 7. *nu.* 7. Vultc. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *n* 88. & 91. Piſtor. *lib.* 2. *part.* 1. *q.* 5. *n.* 10. & *q.* 13. *n.* 23. Facchin. *lib.* 7. *controv. cap.* 29. Capuc. Latr. *conſul.* 27. *n.* 52. *& plurib. ſeqq. & conſul.* 28 *n.* 62. *& ſeqq.* ubi id abſolutum dicit in feudo hæreditario, de Marin. *lib* 2. *cap.* 116. *nu.* 42. negant, & moventur, ex quo filii patris Iure veniant ad retrahendum, & nullus adſit Text. feudalis, qui filiis hoc jus concedat, imò in *d.* §. *Titius*, Agnato proximiori permittitur rem retrahere etiam exiſtentibus filiis illius, qui alienavit.

Alii verò contrarium, & verius defendunt, ut ſunt 36
Andr. de Iſern. *in d.* §. *Titius num.* 1. Alvarot. *nu.* 3. Afflict. *n.* 9. & Propoſit. *in fin. principii*, Bald. *conſ.* 276. *in fin. lib.* 5. Roland. *conſ.* 57. *num.* 19. *lib.* 2. Scurph. *d. conſ.* 89. *n.* 4. & 5. *cent.* 3. Cephal. *conſ.* 233. *numer.* 74. *& ſeqq.* Thom. Marin. *de qualit. feud. tit.* 2. *de feud. ex pact. & provid. ſect. prima n.* 49. & 68. Cannet. *in Extravag. Volentes*, §. *& quia ſtat firma regula*, *& ſect.* 10. *n.* 12. *& ſeqq. & in* §. *& reterma ſect.* 41. *n.* 7. ubi id extendit ad Nepotes. Intrigl. *de feud. cent. prima quæſt.* 51. *num.* 16. *& ſeq.* Zaſ. *eod. tract. part.* 9. *n.* 20. Scrad. *d. cap.* 7. *n.* 9. Miſing. *obſerv.* 85. *cent* 4. *ferè per tot.* Orat. *de contr. tr.* 21. *diſput.* 72. *ſect.* 2. *num.* 50.

num 50. *ad* 54. *fol.* 278. *tom.* 3. *part.* 1. ubi quòd da-
tur filiis exhæredatis, & naturalibus, non autem ſpu-
riis, Nigr. *de laudem. quæſt.* 16. *numer.* 29. *& ſeqq.*
tom. 2. *fol. mihi* 256. Berlich. *p.* 2. *concl.* 60. *num.* 27.
Carpzov. *ad Conſt. Saxon. part.* 2. *conſ.* 49. *defin.* 4.
Tiraquell. *de retract. lignag.* §. *primo*, *gloſſ.* 9. *numer.*
47. *&* 54. Bald. Novell. *de jur. protomiſ.* §. 2. *numer.*
33. *& ſeqq.* Benedel. *eodem tract. in rubric. de jur. proto-*
miſ. in animadverſ. ad princ. conſtit. toto num. 16. apud
Rendel. *fol. mihi* 371. latè Roſenthal. *de feud. cap.* 9.
concl. 88. *per tot.* Boer. *decis.* 138. Cacheran. *decis.*
Pedemont. 173. *n.* 2. ubi quod oblatio feudi fieri prius
debet à patre vendente filiis, Sanfelic. *decis.* 100.
Maſtril. *decis.* 8. *n.* 20. *vers. licet*, ubi ita judicatum
teſtatur, qui moventur optima ratione, nam in *dicto*
§. *Porrò*, *Qualiter poter. feud. alien.* expreſsè dicitur ge-
neraliter, quod potior ſit proximi Agnati conditio,
filii autem proximiores ſunt cæteris omnibus patri
alienanti, ergo ipſis danda eſt prælatio, & retractus;
Neque verum eſt, quod in feudo ex pacto, & provi-
dentia filii veniant jure patris, ſed ex perſona propria,
& uti Agnati proximiores hoc Iure utuntur; Multò-
37 que minus in *d.* §. *Titius*, negatur filiis alienantis tale
jus, quod omnibus Agnatis conceditur, ſed tantum
ex d. Text deducitur, quod ſi filii nolint d. Iure uti,
tunc admittantur cæteri proximiores, ut apud Roſen-
tal. *d. concl.* 88. *n.* 6.

Verum tamen eſt, quod id cum maxima cautela eſt
admittendum, ne ſcilicet filius pauper non induſtrio-
38 ſus, & ſine bonis admittatur commodo ipſius Patris,
qui alienavit ad rem retrahendam in fraudem legis, &
multò magis, quando pater ipſe nomine filii ſui im-
puberis, & minoris prælationem petere vellet, quia
licèt non excludatur, tamen cum maxima attentio-
ne eſt admittendus, & ponderandum priùs eſt ne
fiat fraus legi, ne ſcilicet Pater, qui ſuo nomine
repellitur, habeat commodum rei retrahendæ, no-
men filii expendendo, & ita intelligendus eſt Clau-
dius le Maret. inter conſ. Caſſan. *conſ.* 23. *num.* 12.
& ſeqq. Tiraquel. *dict. gloſſ.* 9. *nu.* 59. *ad* 76. Oſaſch.
dict. deciſ. 173. *num.* 2. *& per tot.* Iacob. Novel. *d.*
§. 3. *num.* 43. ubi tradit modos fraudem detegendi,
Rendel. *ubi ſupra num.* 16. *vers. limitatur tamen*, Ma-
ſtril. *dict. deciſ.* 8. *num.* 20. Brixian. in repertor. de-
cil. Borgnin. Cavalcan. *tom.* 3. *part.* 4. *verb. jus Con-*
grui num. 8. Gratian. *diſcept.* 433. *num.* 83. *& ſeq.* ubi
tamen firmat, quod fraus non eſt præſumenda ex eo
tantum, quod filii ſint in poteſtate Patris, & non
habeant unde ſolvere poſſint, Aldoin. *conſ.* 76. *per tot.*
ubi etiam latè probat, quod non poteſt filius ſine
conſenſu patris comparere in Iudicio ad effectum præ-
39 lationem petendi, & concludit, quod ſi pater nolit
conſentire, poſſit judicis auctoritatem compelli,
Curel. *de donat. tract.* 2. *diſc.* 1. *ſpec.* 22. *n.* 21. & ple-
niſſimè Belmont. *deciſ.* 134. *à num.* 1. *ad* 49. ubi latè
probat tale jus competere etiam filiis emancipatis,
minoribus, atque pupillis, etiam ſi pauperes ſint. quæ
tamen intelligenda ſunt, juxta conſ. Martianeſii 5.
per tot. lib. 1.

Sed an pater habeat uſumfructum in dictis bonis ab
40 ipſo venditis, & à filio retractis, quæſtio non eſt mo-
dica, nam Claud. Merl. inter conſ. Caſſan. *conſ.* 23.
n. 11. & Tiraquel. *d.* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 75. *verſic. ſed ita*
fortè, concludunt, patri deberi uſumfructum; E con-
tra verò Bellamer. *in cap. conſtitutus column.* 10. *vers.*
plus dicebam de reſtit. in integr. Manſuet. *in prax. tit.*
de retract. §. *item filiusfamilias*, quos refert Tiraquel.
d. gloſſ. 9. *n.* 70. *in fin. & ſeqq.* & ſequitur Grat. *d.*
diſc. 433. *n.* 12. Belmont. *d. deciſ.* 134. *n.* 18. *&* 19.
negant patri uſumfructum; Primi moventur ex quo
41 jus ipſum retractus ſit adventitium, in quo peculio
regulariter patri quæritur uſufructus, per Text. *in l.*
cum oportet in princ. C. de bon. quæ liber. l. fin. C. de
emancip. lib.

Secundi verò moventur ex pluribus rationibus, &
primo ex Text. *in l. ſervus meus*, *& l. homo liber*, §.
quidquid, *ff. de acquir. rer. Domin. & in l. non minus*, 42
ff. de hered. inſtit. l. ſi mihi, §. *regula*, *ff. de leg.* 1. *l.*
neque per ſe, *C. de hered. inſtituen.* ex quibus deſumi-
tur regula, quòd quando quis propter factum ſuum
ſibi non poteſt acquirere, ut hic pater propter vendi-
tionem, neque poteſt acquirere per eum, qui ſuo
juri ſubjectus eſt; ſecundo ex his quæ notat Bald. *in*
cap. 1. §. *ſi verò violator. col.* 3. *totius princ. de pac. te-*
nend. quem ſequuntur Lauden. Alvaror. & cæteri,
Soccin. ſen. *conſ.* 124. *nu.* 4. *lib.* 3. qui tenet, quòd
quando pater privatur quibuſdam bonis, quorum por- 43
tio reſervatur filiis tunc ipſi non quæratur uſusfructus.

In hac quæſtione diſtinguendum eſt inter bona feu-
dalia, & allodialia; Si enim agatur de bonis feuda-
libus à patre venditis, & à filiis retractis, tunc abſque 44
dubio patri uſusfructus non quæritur, quoniam in
feudalibus bonis etiam adventitiis patri non quæritur
uſusfructus, ex doctrina Bald. *in cap. ſi duo de duob.*
frat. de nov. benefic. inveſtit. & in cap. 1. §. *hoc quo-*
que col. 3. *verſ. accidit. tit. de ſucceſſ. feud.* ubi agit
de hoc caſu Iſern. *in cap.* 1. ubi etiam Afflict. *num.*
64. *qui feud. dar. poſſ.* Roland. *conſ.* 71. *numer.* 65. *&*
ſeqq. lib. 2. Intrigliol. *de feud.* 1. *quæſt.* 52. *numer.* 18.
Roſenthal. *eodem tract. cap.* 9. *memb.* 2. *concluſ.* 66. *n.*
47. *& ſeqq.*

Si autem de allodialibus diſtinguendum puto, aut
enim pater filio donavit ſummam aliquam ad effe-
ctum, ut proprio filii commodo, filius rem retra-
heret, nulla tamen ſubſiſtente fraude, & tunc vide-
tur, quòd patri non quæratur uſusfructus, quoniam 45
quando pater donat filio, in re donata eidem uſus-
fructus non quæritur, ut voluit gloſſ. *in l. fra-*
ter à fratre in gloſſ. magna in fin. ubi latè Jaſ. *numer.*
44. & Caccialup. *num.* 76. *&* 91. *ff. de condict. inde-*
bit. Vincent. de Ann. *alleg.* 73. *num.* 2. *& ſeqq.* Cra-
vet. *cons.* 84. *num.* 15. Paſcal. *de Patr. poteſt. part.* 1. *cap.*
3. *numer.* 56. *& ſeq.* Tiraquell. *dict. gloſſ.* 9. *num.* 66.
& ſeqq. ubi ultra addit, quòd hoc caſu pater donans
filio pecuniam cenſeatur eumdem quoad dictum actum
emancipare, Curel. *de donat. diſc.* 1. *tract.* 2. *ſpec.* 39.
num. 13. ubi addit, quòd eo ipſo, quòd pater donat
filio, cenſetur ſe ſpoliare omnibus prærogativis eidem
uti patri competentibus, etiam quòd id non exprimat.

Aut filius rem retrahit propria pecunia, & tunc
opinor patri uſumfructum quæri, non enim negari 46
poteſt, quòd iſtud quod filius retrahit, dicatur pecu-
lium adventitium, in quo patri uſusfructus regula-
riter quæritur, neque leges, quas DD. contrarii affe-
runt quidquam concludunt, nam licèt vera ſit con-
cluſio, quòd ſcilicet quando pater non poteſt proprio
nomine aliquid acquirere, id nec poſſit mediante per-
ſona filiorum, tamen hic non eſt caſus noſter, quam-
vis enim pater vendens non poſſit per ſe, & per perſo-
nam filii proprio commodo rem retrahere, & ipſius
rei proprietatem acquirere, tamen prohibitum non
reperitur, quòd in re per filium capacem ſuo nomine
retrahendi acquiſita, uſumfructum habeat, ut benè
notat Signorol. *cons.* 114. *numer.* 4. Tiraquel. *dict.*
gloſſ. 9. *num.* 69. Unde argumentum obſtat tantum
quoad proprietatem, non autem quoad uſumfructum, 47
doctrina autem Bald. Alvarot. & ſequacium procedit
quando pater propter delictum privatur aliquibus
bonis, & filiis certa portio reſervatur, ne ſcilicet
pater aliquid commodi percipiat ex reſervatione illa
facta in commiſerationem filiorum, qui non deli-
querunt, ut benè explicat Soccin. ſen. *dict. conſil.* 124.
numer. 4. *lib.* 3. & propterea ejuſdem doctrina non
poteſt extendi ad hunc caſum, in quo pater non
privatur proprietate bonorum ex delicto, ſed ex-
cluditur a jure retrahendi ex ſuo proprio contra-
ctu, alias enim quotieſcumque filius ex peculio
adventitio retraheret bona aliqua, quæ pater re-

trahere non poſſet, nunquam competeret patri uſufructus, & ita in ſpecie declarat Martianeſius *conſ.* 5. *n.* 67. *lib.* 1.

48 Quærendum octavò, an tale jus competat agnatis, quando ex cauſa legitima, & ſubſiſtente feudum alienatur, & negativè videtur reſpondendum, nam Andr. de Iſern. *in d. §. Titius*, *&* *§. ſed res*, Cannet. *in cap. volentes*, *verſ. ſed quia ſi feudum num.* 13. *&* 24. *fol.* 32. *& verſ. proſpexit n.* 16. *fol.* 199. Maſtril. *d. deciſ.* 8. *num.* 16. defendunt, quod diſpoſitio Text. *in d. §. Titius*, non procedit in alienatione facta ex cauſa legitima, & afficiente feudum ipſum.

49 Sed horum opinio eſt manifeſtè contraria gloſſ. *in cap.* 1. *§. porrò*, *verbo æquali pretio*, *Qualiter olim feud. poter. alien.* ubi defendit, quod agnati prælatio competat etiam in feudi venditione facta pro ſolvendis debitis, quæ afficiebant ipſum feudum, & contra plures DD. quos ſupra in *quæſit.* 2. adduxi, qui retractum concedunt Agnatis etiam in venditione ſub haſta; Meritò igitur Iterniam, & ſequaces, & ſignanter Maſtrill. rejicit Curell. *de donat. tract.* 2. *diſc.* 1. *ſpec.* 22. *ſub num.* 20. *verſ. ait ſecundò*, *& verſ. ſed ceſſat.*

50 Quærendum nonò, an hoc jus procedat in aliis contractibus præter venditionem, & ejuſdem naturæ contractus, & negativè reſpondet Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *num.* 33. Unde eſt, quod non habet locum in contractibus lucrativis, in donationibus ſcilicet, & ſimilibus, neque in permutatione, & compenſatione, dummodo tales contractus non ſint fa ti in fraudem venditionis, ut latè probat Scradet. *d. cap.* 7. *num.* 33. *in fin.* & plenè Roſental. *d. cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 90. *num.* 7. *& pluribus ſeqq. ubi litt. N & O.* dat concordantes, neque procedit in ſubin-
51 feudatione, dummodo de dolo, & colluſione non conſtet, puta, quia ſub nomine ſitbinfeudationis interveniat pretium, & ita res vendatur potiùs, quàm ſubinfeudetur, quia eo caſu reſtituto pretio eſt locus retractui, juxta Text. apertum in *dict. cap.* 1. *§. ſed etiam res per quos fiat inveſtit.* ubi Alvarot. *nu.* 4. *in princip.* Landenſ. *n.* 3. Præpoſit. *n.* 1. Afflict. *num.* 3. *& ſeqq.* Schench. *nu.* 7. *&* 8. Vult. *de feud. d. cap.* 11. *num* 150. Piſtor. *d. quæſt.* 12. *n.* 14. *& ſeq.* Roſental. *d. cap.* 9. *concluſ.* 90. *nu.* 4. *& ſeqq. lit. N.* Roſa *conſul.* 27. *n.* 3. de quibus vide in *quæſt.* 16. *à nu.* 113. *& ſeqq.*

Sed an habeat locum, quando feudatarius vendit
52 alicui nudam poſſeſſionem feudi; Licèt Scrader. *de feud. d. cap.* 7. *n.* 36. *verſic. ſimiliter*, negativam defendat, ex quo diverſum ſit feudum ipſum à nuda poſſeſſione, tamen contrarium verius exiſtimo, nam ut in *quæſit.* 3. ex Silvano, & Capyc. Latr. probavi, prælatio, & retractus in re feudali datur agnato, qui alias poſt mortem alienantis poſſet nullo refuſo pretio ex ſucceſſione rem habere, ut, dum vivit alienans, fruatur re illa; Cùm igitur idem effectus reſultet ex venditione nudæ poſſeſſionis feudi, meritò prælatio in hoc caſu eſt concedenda, videmus enim quod in locatione feudi facta ad vitam ipſius locantis prælatio competit, & tamen per dictam locationem non transfertur niſi jus fruendi re locata, quod æquè transfertur per venditionem nudæ poſſeſſionis feudi, niſi tamen venditio poſſeſſionis eſſet ita facta, ut nil commodi ex ea circa fructus, aut quid modicum emptor haberet.

Fatendum etiam eſt, quod in venditione ſervitu-
53 tis realis, aut perſonalis, aut actionis perſonalis, quam quis habet ad feudum petendum, prælatio non competat, ut latè probat Scrader. *d. cap.* 7. *num.* 35. *&* 36.

Quærendum decimò. An filius ingrediatur in locum Patris prædefuncti, atque ejuſdem perſonam repræſentet etiam ad effectum prælationem habendi, & retra-
54 hendi, & negativè videtur reſpondendum, quoniam cùm Jus iſtud proveniat à Jure ſpeciali, meritò in eo non habet locum repræſentatio, ut per Text *in l. mihi, & Titio* 74. *ff. de condit. & demonſtrat.* notat Guglielm. Benedict. *in cap. Raynutius verbo mortuo itaque Teſtatore il ſecundo num.* 119. & benè Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 11. *gloſſ.* 9. *per tot.* Robl. *de repræſent. lib.* 3. *cap.* 15. *per tot.* Olea *de ceſſ. Iur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *numer.* 8. Grivel. *deciſ.* 40. *n.* 19. *& ſeqq.*

Affirmativa tamen opinio videtur verior, quia cùm
iſtud Ius retrahendi competat Agnatis proximioribus 55
ad inſtar ſucceſſionis ab inteſtato, Afflict. *in dicto cap.* 1. *ſed etiam res numer.* 10. *per quos fiat inveſtit. & alii in princ. citati*, ideò filius in hoc Iure poteſt ingredi locum, & gradum Patris, cùm in omnibus illis, quæ ad ſimilitudinem ſucceſſionis ab inteſtato deferuntur, filius valeat uti Jure repræſentationis, Angel. *in §. cum filius num.* 3. *inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. de fer.* Tiraquel. *dicto §.* 1. *gloſſ.* 9. *n.* 93. Gratian. *diſceptat.* 433. *num.* 25. *& pluribus ſeqq.* Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *num.* 38. *& ſeqq.* Marcian. *diſp.* 2. *num.* 33.

Quærendum undecimò. An tale jus competat Do-
mino feudi, & planum eſt illi competere poſt agnatos 56
capaces, ut ſcilicet admittantur prius agnati, quibus aut renunciantibus, aut excluſis, aut incapacibus Dominus præferendus eſt, ut diſponitur *in dict. §. porrò*, ubi Laudenſ. *num.* 8. & Præpoſitus *num.* 2. Rota coram Amat. Dunozet. *deciſ.* 760. *num.* 16. *verſic. tum etiam quia circa finem*, & latè Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *concluſ.* 86. *num.* 3. *& lit. C. in medio*, *& concluſ.* 87. *num.* 6. ubi id extendit ſive feudum ſit novum, ſive antiquum.

Quærendum duodecimò, quanto tempore hoc jus 57
duret, & quidem quæſtio eſt difficillima; Quoniam Roſenthal. *dicto cap.* 9. *membr.* 2. *concluſ.* 93. *num.* 1. *verſ. circa quas*, *& num.* 2. videtur diſtinguere inter jus prohibitionis ſive prælationis, & jus retractus, & concludit jus prohibitionis ſive prælationis non eſſe à jure feudali ſpecialiter limitatum, & reſtrictum, ſed eo uſque durare quo venditio jam ſit facta, & res tradita, jus verò retractus intra anni ſpatium competere, quæ quidem opinio poſſet fortaſſe locum habere ſi jura feudalia ſimplex jus prohibendi venditionem concederent, nunc enim opus eſſet, quod Agnati, qui prohibere vellent ante venditionem, & traditionem occurrerent; Cùm autem, ut dictum eſt in principio communis opinio ſit, quod agnati ſint vocandi, & denunciandi à vendere volente rem feudalem, proindè juſtum eſt, quod tempus congruum ad deliberandum obtineant, nec eſſe debeat in libertate venditoris ſtatim vendere, & tradere, & conſequenter tali agnatos privare.

Sunt tamen, qui diſtinguunt inter alienationem 58
feudi, quæ fieri vult, vel facta eſt in prorſus extraneum, & inter alienationem, quæ facta eſt in remotiorem, & primo caſu triginta annis, tale jus durare concludunt, ſecundo verò caſu per anni ſpatium talem actionem ſublatam eſſe defendunt, ut expreſſè probat Gloſſ. *in dicto §. Titius*, *verb. per annum*, quam ſequuntur Iſern. & alii feudiſtæ, Bald. *conſil.* 16 *column.* 1. *lib.* 1. Iaſon. *conſ.* 159. *in fin. lib.* 2. *& conſil.* 7. *in fin. lib.* 3. Ruin. *conſil.* 151. *nu.* 19. *& conſ.* 213. *num.* 9. *lib.* 1. & alii plures quos refert, & ſequitur Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 10 *num.* 9. ubi de veriori teſtatur Ludovic. Morot. *conſ.* 89. *ſub numer.* 2. Gayl. *practic. obſervat. lib.* 2. *obſervat.* 19. *n.* 13. Gozadin. *conſ.* 71. *ſub num.* 1. Grevei. *practic. concluſ. lib.* 2. *concluſ.* 19, *conſiderat.* 1. *nu.* 5. Maſtril. *deciſ.* 8. *num.* 3. ubi plures cumulat Carpzov. *ad Conſtit. Saxon. part.* 2. *conſtit.* 50. *definit.* 4. *num.* 2. Quorum diſtinctio plenè impugnatur à pluribus, qui credunt ſemper, & indiſtinctè anni ſpatium conceſſum eſſe,
ſive alienatio facta ſit in extraneum, ſive in agna- 59
tum remotiorem, ut videre eſt plenè apud Roſenthal.

de

Digitized by Google

de feud. dicto cap. 9. membr. 2. concluſ. 93. num. 6. & pluribus ſeqq. Piſtor. *quæſt. lib. 2. quæſt. 8. & quæſt. 12. numer. 18. & pluribus ſeqq.* Fachin. *controverſ. Jur. lib. 7. cap. 9. verſ. poſtremo, & cap. 15 verſ. ego puto*, Beilich. *part. 2. concl. 63. num. 2.* Koppen. *deciſ. German. 54. num. 58. & ſeqq.* Rovit. *ad pragmat. 63. Regn. de offic. procurat. Cæſar. num. 8.* de Marin. *reſol. Iur. lib. 1. cap. 329. n. 11. & pluribus ſeqq.* qui prætendit hanc concluſionem deduci ex Text. aperto *in dicto §. Titius*, ubi ponitur caſus alienationis factæ in extraneum, & in agnatum remotiorem, & unica determinatione dicitur in fine annale tempus expectandum eſſe.

Pro reſolutione tamen quæſtionis diſtinguendom eſt, inter retractum, & prælationem, ſi enim facta
60 eſſet alienatio in extraneum, tunc proximiores, uſque ad triginta annos retrahere poſſe opinor ſequendo gloſſ. *in dict. §. Titius, verb. per annum*, à qua non audeo recedere, tum ob ejus authoritatem, tum ob ſinceram interpretationem *dicti §. Titius*, in quo ponitur quidem caſus partis alienatæ in extraneum, & partis alienatæ in remotiorem, ſed Textus præciſè deſcendit ad caſum in quo proximior agnatus partem remotioris, tantùm velit retrahere, unde cùm in eo tantum caſu annale ſpatium proximiori concedat, ad retrahendam partem alienatam in remotiorem, nil diſponendo de parte alienata in prorſus extraneum, de qua ibi nulla erat queſtio, optimè intrat interpretatio gloſſæ cujus auctoritas, vim
61 legis habere debet; Si verò agatur de prelatione, tunc omnino credo, quod dum non habemus ex confeſſione Roſenthal. Textum feudalem, aliquid circa id diſponentem expectandus ſit agnatus denuncia-
62 tus per ſpatium duorum menſium, ut pleuè dictum eſt in *quæſtione 4. num. 47.* quamvis Carpzov. *ad Conſtitut. Saxon part. 2 conſtitut. 50. definit. 1.* & Beilich. *dicta concluſ. 63. num 2.* inter Ius protomiſeos feudale, & retractum feudalem non diſtinguens utroque caſu annale tempus concedi exiſtimet adhærens forcaſſe diſpoſitioni Text. *in dict. cap. 1. §. porrò Qua-*
63 *liter olim feud poter. alienar.* ubi dicitur, quod de conſuetudine feudali conceſſa eſt Domino pro æquali pretio redemptio intra annum ſi ſciverit, & intra triginta ſi ignoraverit, ſed ibidem Text. loquitur de retractu, ut omnes feudiſtæ concludunt, & meliùs ſe explicat idem Text. *in fin.* obi ait: *in prohibendo autem, vel redimendo potior erat proximus Agnatus, quam Domini conditio*, unde diſtinguit Jus prohibitionis, ſive prælationis, à Iure redemptionis, ſive retractus, ut dictum eſt in princ. quæſt. quæ opinio eò magis eſt ſequenda, quia ſi idem prorſus annale tempus daremus pro prælatione, & retractu, iſta remedia, & privilegia nomine tantùm differrent, & à Iure feudali ineptè conceſſa eſſent cum tam rigoroſa differentia, ſi verò annale tempus concederemus pro prælatione obtinenda, & aliud anni ſpatium poſtmodum pro re retrahenda jam duorum annorum ſpatin expectare opus eſſet, & ſub incerto eſſe deberet emptor, quod nemo unquam uſque adhuc dixit, aut cogitavit; Ideòque juxta Theoricam meliorem Doctorum Interpretari debemus Ius feudale dicendo, quod dum dedit prælationem, tempus non limitando, voluerit dictum Ius regulari debere, juſta alias communes regulas, quas in eadem materia habemus, alias ſicuti annale tempus dedit pro retractu, ita ſtatuiſſet circa prælationes, ſi voluiſſet à regulis propriis prælationis recedere.

QUÆSTIO XXXVI.

An prælatio detur vocato ad fideicommiſſum, quando ex juſta cauſa alienantur bona fideicommiſſo ſubjecta.

Corrad. de Iur. Prælat.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſarius prælationis Jus habet, quando ex juſta cauſa venditur res fideicommiſſo ſubjecta.*
2 *Amplia etiam quando bona alienantur pro dotis Conſtitutione, vel reſtitutione, vel pro legitima deſcendentium.*
3 *Amplia 2. etiam quando bona fideicommiſſi venduntur pro debitis Baronis hæredis gravati vigore Bullæ Baronum.*
4 *Proximiori vocato competit prælatio, quando venditur feudum gentilitium.*
5 *Fideicommiſſum, & feudum ex pacto, & providentia æquiparantur, & de uno ad aliud valet argumentum.*
6 *Legis mens potiùs, quàm verba eſt attendenda.*
7 *Fideicommiſſarius præfertur, quando alienatur res antiqua, in qua cadat particularis affectio.*
8 *Contrarium ſcilicet, quod fideicommiſſario nulla danda ſit prælatio alii defendunt, & n. 9.*
10 Batt. conſ. 19. lib. 1. *declaratur.*
11 Text. in l. 1. ff. de privil. credit. *declaratur, & num 12.*
13 *Fideicommiſſarius revocat rem fideicommiſſi, ſine juſta cauſa a gravato venditam ſine ulla refuſione pretii poſt gravati obitum.*
15 *A fideicommiſſo ad feudum, & è contra. non valet argumentum in iis, quæ ex feudorum conſuetudinibus contra Iuris regulas introducta ſunt.*
Prælatio, quæ in Iure feudali datur proximiori, eſt contra Iuris regulas, & tolerata ex ſpeciali conſuetudine feudali.
Et ideò ad alias materias non extenditur.
16 *Fideicommiſſarius, quando alienantur bona fideicommiſſi ex juſta cauſa, poteſt offerre pecuniam pro debito illo ſolvendo, & ita ad ſui commodum bona illa retinere.*
17 *Amplia etiam in caſu, quo Princeps concedat licentiam alienandi rem fideicommiſſariam propter aliquam neceſſitatem.*
18 *Amplia, ut nolente gravato offerre, admittatur fideicommiſſarius remotior poſt eum vocatus.*
19 *Fideicommiſſarius poſtquam res exiit de fideicommiſſo propter aliquam juſtam cauſam, non admittitur ad eam redimendam, oblato pretio tertio poſſeſſori.*
20 *Limita quando fuerunt alienata bona fideicommiſſi non diſcuſſis prius bonis liberis.*
21 *Limita 2. quando alienatio, non eſſet facta juſto pretio, & bona fide, ſed cum fraude, & colluſione, & numer. 22.*
23 *Teſtatoris voluntas, omni meliori modo, quo fieri poteſt, ſervari debet.*
24 Niger. de laudem. tom. 1. quæſt. 30. num. 90. *rejicitur.*
25 *Fideicommiſſarius, qui tanquam Dominus directus, vel vicinus prælationem obtinuit, eveniente caſu reſtitutionis, non tenetur reſtituere id, quod occaſione fideicommiſſi Iure prælationis proprio nomine quæſivit, licet alii contrarium teneant, ut numer. 26.*
27 *Fideicommiſſarius, id quod acquirit ex legis diſpoſitione concurrente facto Teſtatoris, citra ejus factum, & induſtriam, non ſibi, ſed fideicommiſſo acquirit.*
28 *Si vero propter rem hæreditariam, propria induſtria, & diligentia bona, quæ non fuerunt in hæreditate Teſtatoris acquirat, ſibi acquirit.*
29 *Fideicommiſſarius, qui occaſione rei fideicommiſſi obtinuit præferri, non ſibi, ſed fideicommiſſo acquirit, quando apparet de voluntate Teſtatoris, quod illa res emeretur, vel quod exoptabat unionem prædiorum.*
30 *Amplia, ut idem procedat, quando apparet fideicommiſſu-*

prima, *& l. ad officium*, *C. commun. divid.* & propereà extraneis plus offerentibus, Cohæres ille, qui reſpectu aliorum Cohæredum plus obtulit, præfertur, ut ait ipſe Olea, ſed impropriè loquitur, quia proprium eſt dicere, quòd quoties per Cohæredem plus offerentem juſtum rei pretium offertur, extranei repelluntur etiam ſi majus pretium offerant,
11 juxta Doctrinam Bald. *in d. l. ad officium*, *num.* 4. ubi etiam Salicet. *num.* 25. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 18. *num.* 2. *& ſeqq.* Valaſc. *de partit. bonor. cap.* 22. *ſub num.* 10. Amat. *reſolut.* 77. *num.* 11. ubi conſiderat rationem legis, quæ voluit fraudibus occurre-
12 re, cùm non deficerent ſuppoſiti licitatores ad augendum nimis rei pretium, ut pariter augeretur portio in pecunia Cohæredi debita, ſequitur Intrigliol. *conſ.* 12. *num* 16. Si autem Cohæredes juſtum rei pretium non offerant, vel offerre recuſaverint, tunc poteſt Judex extraneos licitatores admittere, *d. l. ad officium* ubi Bald. *num.* 4. Salicet. *num.* 2. Caſtren. *num.* 6. Jaſ. *in* §. *quadam num.* 60. *Inſtit. de action.* Valaſc. *de partit. cap* 12. *num.* 4. *& ſeq.* Amat. *d. reſol.* 77. *numer.* 1. prout etiam ſi unus ex Cohæredibus ſit pauper poteſt
13 extraneum licitatorem ſupponere, Bald. *in d. l. ad officium num.* 6. dummodo jam non ſit à Cohærede juſtum pretium oblatum, Barboſ *in d. l.* 1. *num.* 7. *& in d. l. ad officium num.* 12. Valaſc. *de partit. cap.* 22.
14 *num.* 9. *&* 10. qui extraneus ſi vicerit in licitando rem obtinebit, ut eſt de mente omnium DD. relatorum, & Gloſs. *in d. l. ad officium in figuratione caſus in fin.* Morquech. *de diviſ. bonor. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 4. ſi autem par ſit oblatio extranei, & Cohæredis, tunc credo, quòd Cohæredi res adjudicanda ſit, & ipſe ſit præferendus, ſicuti enim dicimus, quòd ſi Cohæredum par ſit oblatio, is præferendus eſt, qui majorem habet partem, tanquam ſi habeat potentius Jus per Gloſ. *in d. l. Sancimus*, §. *ſin autem*, ubi ſingulariter Bald. *n.* 8. *verſ. ſi habemus*, *C. de donat.* Mangil. *de ſubhaſt. quæſt.* 58. *num.* 11. Poſth. *eod. tract. inſpect.* 36. *num.* 68. *& ſeq.* Jodocc. *eod. tract. cap.* 5. *num.* 15. Barz. *deciſ. Bonon.* 100. *num.* 9. *& pluribus ſeqq. & ſignanter num.* 18. ex doctrina Jaſ. *in d.* §. *quadam num.* 59. *Inſtit. de action.* & latè dixi *in dict. quæſt.* 53 *verſ. aut partes*, ita fortiùs dicere debemus, quòd concurrente extraneo pernecesſè admiſſo, & Cohærede, qui habet jus potentius, ipſe Cohæres præferendus ſit, ſi æquale pretium ſit oblatum, & ita intelligendus eſt Olea *d. tit.* 3. *quæſt.* 2. *numer.* 33. *in fin & ſeq.* qui in his terminis loquitur multùm notabiliter.

Si verò unus ex Cohæredibus partem ſuam licèt
15 indiviſam, & quæ commodam non patitur diviſionem alienaverit, quòd facere non prohibetur ex *l.* 3. *C. de commun. rer. alienat.* Faber. *in Cod. lib.* 3. *tit.* 26. *commun. divid. definit.* 4. tunc ſi nolit ſtare in communione poterit provocare ad diviſionem, & deveniri poteſt ad licitationem cum emptore eodem modo, quo ſupra ſine ullo privilegio cogendi emptorem ad rem de directo relaxandam mediante prælatione, ut egregiè notat Faber, *ubi ſupra*, quem
16 ſequitur Cancer. *var. part.* 3. *cap* 13. *numer.* 11. *& ſeq.* ubi ita judicatum teſtatur, & eleganter Molin. *de contract. tit de retract. tract.* 2. *diſp.* 770. *fol.* 522. §. *retractum litt. G. & D.* & ita intelligendus eſt Text. *in d. l. Sancimus*. §. *ne autem*, *C. de donat.* ut latiùs dixi *in d. quæſt.* 53. ubi cæteris contrariis fuit reſponſum.

Cæteri tandem DD. qui moventur ex motivo evitandi rixas, & contentiones, quæ facilè exoriuntur inter Conſortes rem non recipientem commodam diviſionem poſſidentes, non ſunt attendendi, quia licèt inter vicinos id admittatur, quando rixæ, & contentiones inter ipſos exortæ ſunt, & venditio facta eſt pariter rixoſo, & contentioſo viro ratione publicæ utilitatis, *ut in quæſt.* 48 *numer.* 75. *& ſeqq. & num.* 78. tamen id dictum eſt, non de rigore Juris, ſed ex quadam æquitate, ut pax inter ſubditos conſervetur, quia nullo alio remedio à Jure reperitur proviſum alteri vicino, qui non eſt rixoſus, aut ſcandaloſus; in noſtro verò caſu habemus leges, quæ ſua remedia provocandi ad diviſionem rem locandi vel uni alteri refuſa æſtimationes adjudicandi conſorti dederunt, proindè non eſt opus ipſi concedere rixarum contemplatione hoc prælationis remedium extraordinarium, ut benè in ſimili notat Thor. *in compend. deciſ. part.* 2. *verſ. prælatio*, *fol. mihi* 488. *& ſeqq.*

Secundò quærendum eſt, an in venditione partis Caſtri Juriſdictionalis facta à Conſorte alteri Conſorti 7
dandur ſit prælatio, & quæſtio videtur ardua; pugna enim maxima eſt inter Bald. & Angel. Bald. enim *in l.* 1. *ſub numer.* 8. *in fine verſ. & facinus prædicta*, *Cod. qui teſtam fac. poſſ* ex rationibus ibidem adductis conſorti dat prælationem, idemque dixit *in conſ.* 220. *in fin. lib.* 2. ſequitur Fabian de Mont. *de empt & vend.* 3. *quæſt. princip. num.* 41. *ante fin.* Arnold. Ferron. *ad conſuet. Burdigall. lib.* 1. *tit.* 1. *de retract. fol.* 28. *verſ. conſors etiam*, Vincent. de Anna *alleg.* 27. *num.* 20. *poſt med.* Rendell *de jur. protomiſ.* § *in primis ſub num.* 54 *fol. mihi* 125. Barbat. *de fideicomm. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 37. Rumm. in addit. ad Afflict. *de jur protom.* §. 7. *in prima addit. à numer.* 14. *ad fin* Capyc. Galeott. *reſp. fiſc.* 29. *num.* 29 *verſ. vel ratione Conſortii*, *& in appendic ad contr.* 33. *lib.* 1. *num.* 24. *verſ.* 4. *caſus*, *& num.* 25. *fol.* 555. Mont *contr.* 21. *à nu.* 16. *ad* 23. Merlin. *de pignor. lib* 2. *quæſt.* 37. *num.* 6. Biloct. *concl. feud.* 28. *num* 7. Donad. *de renunc. cap.* 26. *num.* 121. *& ſeqq.* Gratt. *diſcept.* 546. *num.* 3. *& diſc.* 897. *num.* 1. ubi ita teſtatur in S. C. reſolutum, Eminentiſſimus de Luc *de feud. diſc.* 18. *num.* 8. *ad fin.* Rota *conſult.* 16. *per tot.* Capyc. Latr. *deciſ* 168. *num.* 21. 26. *& ſeqq. & num.* 54. Sanſelic. *deciſ.* 322. *per tot.* & in Romana Caſtri Porciliani 21. Aprilis 1679. §. *Præterea* coram Reverendiſs. Albergato, confirmata coram R. P. D. Rondinino *poſt tract. deciſ.* 1. *&* 4.

Atque iſta concluſio fundatur in *l. quicumque Caſtel-* 18
lorum, *C. de fund. Limitroph. lib.* 11. *cum Gloſs. verb. antiquitas*, ubi cavetur, quòd ultra illos, quibus eſt à Principe Iuriſdictio conceſſa, & qui comprehenduntur ſub conceſſione, non liceat Caſtrum alienare, unde congruum eſt, quòd facta venditione extraneo, alter frater, qui habet partem Iuriſdictionis, uti Conſors præferatur, quia ita adimpletur præceptum d. legis.

Præterea id quoque ſuadet publica ſubditorum utilitas, ſicuti enim dixi *in quæſt.* 47 quòd ſubditis venditis à Rege ob publicam utilitatem detur prælatio, ita
quoque in hoc caſu dicendum eſt, in quo publica uti- 19
litas ſubditorum eſt manifeſta, dicente Text. *lib. pri. annal. unum eſſe Reipublicæ corpus, atque unius animo regendum*, & lib. 12. *intentiorem fore diſciplinam, ſi ſubditi ab uno regerentur, & eodem libro primo non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quàm ab uno regeretur*, & melius Plin. Iun. *in panegyric. ediſcant quantum libertate diſcordi, ſervienti ſit utilius, unum eſſe ſerviant*, ita enim evitantur diſcordiæ, & contentiones inter plures juriſdictionem poſſidentes.

Angel. autem *in d. l.* 1. *ſub num.* 1. *verſ. item fallit*
ſecundum Bald. C qui teſtam. fac. poſſ. defendit, nul- 20
lam dandam eſſe prælationem, & poſſe conſortem liberè diſponere de portione ſua, & eum ſequitur ibidem Jaſ. *num.* 29. de Marin. *quotid. reſolut. lib.* 2. *cap.* 117. *numer.* 19. Lanar in addit. ad Patr. *in* §. *ſed etiam res num.* 7. *per quos fiat inveſtit. fol. mihi* 317. Ferron. *ad conſuet. Burdigall. tit. de retract. lib.* 1. §. 2. Amad. à Pont. *quæſt. laudem.* 13. *num* 11. Theſaur. *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 39. *num* 5. *verſ. & cum iſta opinione*, *& num.* 7. de Luc. ad Franc *obſerv* 17. *num.* 2. *verſ. imò*, Iacob. Vulmar. de Gornerb. *de alienat. Caſtr. diſc.* 7. *num.* 18. *& per tot.* quem ſequitur Rot. *d. deciſ.*

decif. 2229. *num.* 6. *verſ. ubi concludit*, coram Coccin. Capyc. Latt. *d. decif.* 168. *num.* 41. *in fin.* ubi ita judicatum teſtatur, & plenè Cald. *de empt. & vend. cap.* 9. *à num.* 17. *ad* 20.

Sunt tamen, qui prætendunt concordare Bald. & Angel. dicentes, quòd tunc conſorti in Juriſdictione prælatio datur, quando pars Juriſdictionis à conſorte alienatur in potentiorem, aut in fraudem, ſeu ad æmulationem, & ita in effectu videtur loqui, Bald. *in d. l.* 1. & declarant à Pont. *d. quæſt.* 13. *numer.* 12. Theſau. *d. quæſt.* 39. *per tot. ſignanter num.* 5. Grat. *d. diſcept.* 546. *num.* 3.

21 Verior tamen videtur Angel. ſententia, cùm quilibet de jure ſit rei ſuæ moderator, & Arbiter, neque ulla adeſt lex, quæ id conſorti in Juriſdictione prohibeat, nam Text. *in d. l. quicumque Caſtellorum*, à Bald. citatus procedit ex politica particulari, ibi enim agitur de Caſtro conſtituto in limitibus Imperii, in quibus quemadmodum non licet cuipiam Caſtrum de novo ædificare, *l. quicumque*, *C. de ædific. privat.* ita nec licet emere ei, cui à Principe non fuit conceſſum, maximè namque Reipublicæ intereſt in his limitibus fidos habere cuſtodes, ut ſpecialiter reſpondet poſt alios Cald. *d. cap* 9. *num.* 17. *in fin.*

Utilitas autem ſubditorum non eſt apta ad tribuen-
22 dum aliis prælationem, quinimò neque ipſis ſemper, nam quando ſunt ſub ditione Baronis, habentis Juriſdictionem Civilem, ſi contingat, quòd eidem Baroni Princeps vendat quoque Criminalem, ipſis nulla datur prælatio, ut dictum eſt in *quæſt.* 47. & tamen ſi ipſis hoc caſu prælatio daretur eorum magna reſultaret utilitas conſiderata in *dicta quæſt.* 47. & hoc quia non debet omnis utilitas ſubditorum Dominum privare facultate liberè re ſua utendi.

Neque admittenda eſt diſtinctio à Po . 1. ſaur.
23 & Grat. quia quandoque frater expulſus à Caſtro ab alio Condomino, vult vendere partem ſuam Principi, vel Communitati potentiori, & non poteſt, quandoque verò vult vendere coæquali, & tunc aut poſt introductam litem, & rem affectam vitio litigioſi, & nequit, aut ante litem introductam, & non prohibetur etiam ſub æmulationis prætextu, quæ non cadit, quando quis licitè, & utiliter utitur facultate ſibi à jure tributa, ut eleganter notat Cald. *d. cap.* 9. *num.* 18.

Præterea conſors in Juriſdictione, ſive alienaverit
24 potentiorem, ſive ad æmulationem, vel non habens poteſtatem à lege alienandi, in caſu alienationis nunquam tenebitur præferre alium Conſortem, ſed vel poterit impediri ne alienet, vel alienatio facta, uti nulla revocabitur, ut in ſimili dictum eſt in *quæſt.* 40. *num.* 16. *verſ. quid autem*, & Rot. in dicta Romana Caſtri Porciliani noluit amplius hanc concluſionem firmare, ſed in ſubſequentibus ſolùm ratione fideicommiſſi prelationem dedit, & quamvis in *d. decif.* 4. coram R. P. D. Rondinino poſtea hoc motivum reaſſumpſerit, tamen S. Rota ibidem proteſtata eſt, quòd procedebat cum motivo æquitatis propter plura, quæ ibi concurrebant, & quia agebatur lis in Tribunali illo in hac Curia ſupremo, quod potuit ſequi, & quidem cum maxima Juſtitia æquitatem, cui adhæſerunt tot Doctores in hoc eodem articulo, unde fortius potuit juſtè id facere S. Rota in eo caſu, in quo plura concurrebant vincula pro danda prælatione.

Et quia ſumus in terminis Statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 110. quòd concedit prælationem Conſorti in venditione rei communis, ideò attingamus aliquid ad materiam ſpectans.

Et primò notandum eſt, quòd ad effectum Conſortii
25 requiritur communio, & participatio Dominii in illa eadem re, de cujus prælatione agitur. Bald. & Salicet. in *l dudum. num.* 1. *C. de contrahen. empt.* Gozzadin. *conſ.* 79. *num.* 2, *verſ. qui conſortes*, Ruin. *conſ.* 27. *numer.* 12. *verſ ſecundo reſpondetur lib.* 4. Fenzon. *ad. d. cap.* 11.. *nu* .. *verſ. ad rem*, Add ad Buratt. *decif.* 5... *num* 13 ideoque licèt, ut habeat locum d. Statutum ſufficiat adeſſe conſortium etiam in minima parte, Grat *diſcept.* 526 *num.* 15 *& ſeqq.* *& diſc.* 842. *num.* 23. *& ſeq.* *& diſc.* 8 4 *num.* 17. *& ſeqq.* tamen illa minima pars debet eſſe talis, ut influat in dominium cujuslibet glebæ rei retrahendæ, nec ſufficit, quòd ſit diſtincta, & ſeparata; Merlin. *decif.* 386. *n.* 24. *uſque ad fin. & dec.* 411. *n.* 1. *& ſeqq. ac decif.* 437. *num.* 3. Add. ad Buratt. *d. dec.* 520. *num.* 10. *& ſeqq.*

Ex hoc etiam derivat, quòd Conſortium prælationem tribuens non dicitur adeſſe eo ſolùm, quòd mu- 26
rus diviſorius ſit communis, Merlin. *decif.* 86. *num.* 2. *& ſeqq. decif.* 411. *num.* 1. *& ſeqq ac decif* 437. *nu.* 37. *& ſeq.* Add ad Buratt. *d decif.* 520. *num.* 12 *& ſeqq. ubi num.* 15. quòd idem procedit reſpectu ſola 27
riorum, quæ ſi ſint communia, conſortium non inducunt, & de illis, qui ſunt muro conjuncti, quòd dicantur vicini, non autem Conſortes, late Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 434. *num.* 24 *&* 32. Add. ad Buratt. *d. decif.* 520. *numer.* 14. *& alii ubi ſupra.*

Propterea etiam Statutum eſt, quòd Conſors non 28
dicitur dominus utilis, quia non habet dominium commune cum directo per participationem ejuſdem Dominii in qualitate, proinde ſi Dominus directus vendidit, prælatio utili non competit, Caſtill. *de uſufruct. cap.* 74. *numer.* 44. Barbol. *in l dudum. nu.* 12. *C. de contrahen. empt.* atque ex iſtis falſa redditur opinio, Jacob Novell. *de jure protomiſ.* §. 2. *numer.* 134. *uſque ad* 138 *inter tract. tom.* 17. *fol. mihi* 34. quem ſequitur Gratian. *diſc.* 745, *num.* 49. dicentis, quòd competat prælatio ratione ſervitutis, quam quis 29
habet in aliqua re, dum habet Ius connexum rei, & conjunctum cum ipſa re, quoniam loci corpus non eſt dominii ipſius, cui ſervitus debetur, neque in parte, neque in totum, ſed in plena poteſtate ejus, cujus eſt prædium, *l. loci corpus* 4. *ff. ſi ſervit. vendicetur*. & proindè ratione conſortii non poteſt eidem talis prælatio deficiente communione Dominii quæ adeſſe non poteſt, ut benè tradit Cuttiet. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 1*6. *num.* 2. Amat. *reſolut.* 54. *num.* 5. Caſtill. *de uſufr. cap.* 74. *num.* 37. *& pluribus ſeqq* Conſtant. *in l.* 1. *num.* 44. *& ſeqq. Cod. de vendit. rer. fiſcal. lib.* 10.

Communio tamen quoad Ianuam, Atrium, Pu- 30
teum, Scalas, & ſimilia poteſt inducere conſortium, quando illorum dominium, & uſus promiſcuè, & pro indiviſo eſt apud plures, Merlin *decif* 465. *num.* 11. *verſ. prætereà*, Eminentiſs. de Luc. *de ſervit. diſc.* 70 *num.* 24.

Notandum ſecundò, quòd prædictum Statutum non 31
habet locum in venditione neceſſaria, ſed tantùm in voluntaria, quia diſponit per verba, *ſi quis voluerit vendere*, juxta conſ. Roman. 107. & conſ. Alex. 52. *lib.* 1. Fenzon. *ad d. cap.* 110. *in fin.* Grat. *diſc.* 544. *num.* 40. de Marin. *quotid. lib.* 1. *cap.* 255. *numer.* 13. *& ſeqq.* Rot. coram Gregor. *decif.* 193. *nu* 12, coram Merlin. *decif.* 465. *num.* 8. *& in recent. decif.* 378. *nu.* 7. *& ſeqq. part* 5. ubi etiam videre poteris an, & quando venditio facta in vim Statuti cogentis vendere ſit neceſſaria, ſi non ſit factum monitorium, & introducta lis, de quo etiam plenè Rot. *dec.* 84. *per tot.* apud Bonden. *collect. legal.*

Not. tertiò quòd prædictum Statutum non procedit 32
in venditione facta alteri conſorti, Rota *d. decif.* 378. *n.* 12. *part.* 5. *recent.* & coram Pænia *decif.* 1114. *num.* 2. de quo vide *quæſt.* 14. *num.* 24. *uſque ad finem.*

Sed quis nam dicatur Conſors, & quænam requi- 33
rantur ad Conſortium, plenè explicant Portol. *in ſuo tractat. de Conſort* Palm. *conſult.* 46. *numer.* 15. *uſque ad finem*, ubi ſingulariter de materia Seſs. *decif.* 229. *per tot.* Rot. Bonon. *diverſ. decif.* 67.

per

per tot. & Merlin. *deciſ.* 383. 411. *&* 465. *per tot.* & latè Molin. *de contract. tractat.* 2. *diſput.* 371. *per tot.* qui plenè de omnibus quæſtionibus facientibus ad materiam, apud quos alia ad materiam videre poteris.

QUÆSTIO XXXV.

An in venditione feudi præferantur Agnati illius Vaſſalli, qui feudum vendit.

SUMMARIUM.

1 *Agnato competit Ius prohibendi, & denunciandi alteri Agnato, ne feudum extraneo vendat, dum ipſe præfertur.*

2 *Verius tamen eſt, quòd Agnatus, qui vult alienare feudum teneatur requirere proximiores, & eoſdem pro eodem pretio præferre.*

3 *Agnatus proximior, poſtquam fuit alienatum feudum, & deventum ad traditionem, habet jus retrahendi feudum venditum.*

Dummodò ſolvat idem pretium, non conſenſerit venditioni, & intra annum à die ſcientia retractum petat.

4 *Agnatus proximior, mortuo illo, qui feudum alienavit, poteſt illud revocare nullo refuſo pretio.*

5 *Agnatus præfertur, & habet retractum etiam in venditione feudi hæreditarii, & ex ſui natura alienabilis in quoſcumque.*

6 Contrarium *defendunt alii plures, & hæc opinio verior probatur.*

7 *Feudum hæreditarium alienari, & vendi poteſt ſine conſenſu, imò reluctantibus ipſis Agnatis.*

Sed non poteſt alienari ſine conſenſu Domini.

8 *Agnatus præfertur etiam in venditione feudi facta ſub haſta, & inſtantibus creditoribus, & in datione in ſolutum ipſius feudi.*

9 *Contrarium probant alii plures.*

10 *Prima opinio defenditur.*

11 Text. in cap. 1 § ſed etiam res, per quos fiat Inveſtitura *declaratur.*

12 *Agnatus præfertur, & retractum habet in locatione feudi.*

13 *Contrarium probant alii.*

14 *Alii diſtinguunt inter locationem ad longum tempus & illam ad modicum tempus factam.*

15 *Agnatus præfertur adhoc, ut habeat feudum alienatum illo medio tempore, quo vivit alienans.*

Et præfertur etiam in locatione ad vitam.

16 *Agnatus præfertur in venditione feudi ex pacto, & providentia, licèt ſit de novo acquiſitum.*

17 *Contrarium eſt verius.*

18 *Agnatus præfertur in venditione feudi, tam proprii, quam improprii.*

19 *Agnatus proximior retrahit feudum à remotiore qui illud emit.*

Et facta alienatione uni ex pluribus, qui alienantem æquali linea attingunt, alii agnati æque proximi, poſſunt pro portionibus ſuis rem retrahere.

20 *Agnatus remotior præfertur, quando proximior, aut tacitè, aut expreſsè conſenſum præſtitit alienationi feudi, & juri prælationis uti noluerit.*

Et quando proximior non eſt præſens, ſed abſens.

21 *Alii defendunt, quòd renunciantibus proximioribus, remotiores non admittantur, ſed contra eos ſtat verior opinio.*

22 *Agnatus, qui natus non eſt, ſed eſt in utero de tempore alienationis, prælationis jus non habet in venditione feudi.*

Prælatio, an, & quando competat illi qui natus non eſt, ſed eſt in utero, & num. ſeqq.

23 *Contrarium defendunt alii, quando Agnatus eſt in utero, ſed prima opinio verior videtur.*

24 *Statutum deferens Ius aliquod Agnatis, intelligendum eſt de illis, qui ſunt nati, non autem de illis, qui ſunt in utero.*

25 *Partus, qui eſt in utero, non comprehenditur in contractibus ſtricti Iuris.*

26 *Fœmina agnata in alienatione feudi, non habet Ius prælationis.*

27 *Prælationem nomine partus, qui eſt in utero, nemo petere poteſt.*

28 *Retractus datur illis, qui nati non erant, ſed erant concepti de tempore alienationis, dummodo naſcantur intra tempus datum ad retrahendum.*

Si verò de tempore alienationis non erant concepti, tunc aliqui putant, quod nunquam admittantur, & num. 29

30 *Alii vero contrarium defendunt, & num.* 31.

32 *Agnati nati, & concepti poſt alienationem feudi, admittuntur ad revocandam alienationem, cui non conſenſerunt, ac ſi nati fuiſſent de tempore alienationis.*

33 *Retractus non datur illis, qui de tempore venditionis non erant concepti, licèt poſtea naſcantur intra tempus, ſi Statutum, aut lex admittit ad retrahendum tantùm eos, qui tempore venditionis proximiores ſunt.*

Si verò Statutum, aut lex, reſpiciat proximitatem toto tempore exequutionis actus, & exequutionem confert in futurum, tunc agnatus, qui de tempore venditionis, nec natus, nec conceptus erat, ſi naſcatur tempore congruo admittitur ad retrahendam rem.

34 Text. in cap. 1. §. Titius, ff. de feud. defunct. &c. *explicatur.*

35 *Filius vivente Patre, qui alienavit, non habet Ius prælationis, & retractus tanquam Agnatus in feudo ab eodem Patre alienato.*

36 *Contrarium probant alii plures.*

37 *Et hæc ultima opinio defenditur.*

38 *Filius quando admittitur ad prælationem petendam in re alienata à Patre ipſo Patre vivente, cum maxima circumſpectione eſt admittendus ne fiat fraus legi.*

Fraus tamen non præſupponitur ex eo tantùm, quod filius ſit in poteſtate Patris, & Pater nomine filii compareat.

39 *Filiusfamilias non poteſt ſine conſenſu Patris petere prælationem in re alienata ab eodem Patre, ſi tamen Pater nolit conſentire, poterit talis conſenſus ſuppleri à Iudice.*

40 *Pater habet uſumfructum in bonis ab ipſo venditis, ſuper quibus filiusfamilias prælationem obtinuit.*

Contrarium defendunt alii, ſed prima opinio eſt verior, ut patet ex num. 46. *&* 47.

41 *Ius retractus, vel prælationis computatur inter bona adventitia.*

42 *Is, qui non poteſt per ſe acquirere ad ſui commodum, non poteſt eandem rem acquirere, mediante perſona alterius, qui ſit ſub ſua poteſtate.*

43 *Pater non habet uſumfructum, quando privatur quibuſdam bonis, quorum portio reſervatur filiis.*

44 *Pater non habet uſumfructum in bonis feudalibus filii etiam adventitiis.*

45 *Patri non quæritur uſusfructus, quando ipſe donat filio aliquam rem, vel ſummam, ad effectum præciſum aliquam rem emendi.*

46 *Pater habet uſumfructum in re acquiſita à filio, quamvis ipſe prohibitus eſſet rem illam acquirere.*

47 Soccin. Sen conſ. 124. num. 4. lib. 3. *declaratur.*

48 *Agnatis non competit prælatio, vel retractus, quando feudum alienatur ex cauſa legitima, & efficiente ipſum feudum.*

49 *Contrarium tamen tanquam verius defenditur.*

50 *Agnati non præferuntur, quando feudum non venditur, ſed donatur, permutatur, vel compenſatur.*

Niſi tales contractus ſint facti in fraudem.

51 *Agna-*

51 *Agnati non habent Ius prælationis in ſubinfeudatione, dummodo ſubinfeudatio non ſit facta in fraudem.*

52 *Agnati, non præferuntur in venditione nudæ poſſeſſionis feudi.*

Contrarium tamen probatur.

53 *Agnati, non præferuntur in venditione ſervitutis, aut actionis, quam quis habet ad feudum petendum.*

54 *Repræſentatio non habet locum in Iure prælationis, ſive retrahendi.*

55 *Contrarium, & verius defendunt alii.*

56 *Dominus feudi præfertur in alienatione facta à Vaſſallo, ſive feudum ſit novum, ſive antiquum.*

Admittitur tamen poſt Agnatos capaces, aut illis excluſis, & renunciantibus.

57 *Agnati, ſi petunt præferri in alienatione feudi, debent comparere antequam ſit facta venditio, & res tradita ſit, nec habent tempus aliquod determinatum in Iure feudali, ſi verò retrahere velint, debent comparere intra annum à die ſcientiæ.*

58 *Alii credunt, quod ſi alienatio feudi ſit facta in remotiorem, tunc anni ſpatium concedatur Agnatis, ſi verò ſit facta in prorſus extraneum, tunc Agnati admittantur intra triginta annos ad retractum.*

59 *Alii defendunt, quod ſemper, & indiſtincte intra annum à die ſcientiæ comparere debeant.*

60 *Opinio eorum, qui diſtinguunt inter alienationem factam in remotiorem, & inter illam factam in prorſus extraneum defenditur in materia retractus.*

61 *Agnati, quibus competit Ius prælationis in alienatione feudi, denunciandi, & expectandi ſunt per ſpatium duorum menſium, & num. ſeqq.*

62 Carpzov. ad Conſtit. Saxon. part. 2. conſtit 60. definit. 1. *rejicitur.*

63 Text. in cap 1. §. Porrò, qualit. olim feud. potet. alienat. *declaratur.*

1 PRo intelligentia ſciendum eſt, quòd Agnatus proximior triplicem habet viam pro feudali re obtinenda; Prima eſt prælationis, cum qua videtur tantum, quòd ſciens proximiorem velle feudum alienare denunciet ipſi, ne alteri extraneo feudum vendat, quia vult illud emere pro eodem pretio, juxta diſpoſitionem Text. *in cap.* 1. *porrò, qualiter poterat olim feud. alien.* ubi dicitur, *in prohibendo autem, & redimendo potior erat Agnati, quam Domini conditio*, ut defendit Capyc. Latr. *conſ.* 28. *numer.* 4. *& ſeqq.* ſed re vera verius eſt, quòd teneantur Agnati, qui 2 volunt vendere feudum, extraneis, prius proximiores requirere, illiſque feudum offerre, ut poſſint ipſi pro eodem pretio præferri, ſi emere volunt, quibus renunciantibus opus eſt, quòd Dominum requirant; qui pariter pro eodem pretio præfertur, ut diſponitur in *d.* §. *porrò*, & apertè *in cap.* 1. §. *ſed etiam res, per quos fiant inveſtit.* qui licèt videatur auferre poteſtatem vendendi aliis, quàm proximioribus, verius tamen eſt, loqui de Jure prælationis, non enim Text. diceret, *pro æquali pretio accipere volenti*, nec urgeret proximiorem ad idem pretium, quòd extraneus dare vult, exponendum, ſed juſtum pretium dandum eſſe mandaret, & ita illum intelligunt ibidem gloſſ. *verb. proximiori, verſ. hic ergo dicitur*, & Iſern. *n.* 3. *& ſeqq.* Bald. *antè num.* 1. *& num.* 1. *& ſeq.* Schench *num.* 1. Alvarot. *n.* 3. *&* 4. Præpoſit. *in d.* §. *porrò num.* 2. Lauden. *n.* 8. Piſtor. *lib.* 2. *part* 1. *q.* 21. *numer.* 2. Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *in princ. & numer.* 2. Roſenthal. *eodem tract. cap.* 9. *memb.* 2. *concl.* 86. *per tot.* ibique Add. *lit. C. & D.* Cacheran *deciſ. Pedemont.* 137 *per tot.* A Pont. *deciſ.* 11. Sanfel. *deciſ.* 100. *num.* 2. Maſtril. *deciſ.* 8. *n.* 1 *&* 2. ubi latè.

3 Secunda eſt Juris retrahendi, atque hoc remedium Agnato proximiori competit poſt factam à feudatario venditionem, & ſequutam traditionem oblato emptori pretio, quòd excurſavit, & hoc Jure poſſunt proximiores, non conſentientes tamen venditioni, uti intra annum, qui incipit currere à die, quo ſciverunt alienationem, juxta Text. *in cap. primo*, §. *Titius il primo, ſi de feud. defunct. content. ſit inter Domin. & Vaſſal.* ubi Iſern. Bald. Alvarot. Præpoſit. Schench. aliique repet. communiter Roſenthal. *de feud. d. cap.* 9. *concl.* 87. *num.* 1. *& ſeqq. & concl.* 88. *per tot. & concl.* 93. *numer.* 2. *& ſeqq.* Cujac. *tit.* 4. *& tit.* 14. *lib* 2. *de feud.* Scrader. *de feud. part.* 8. *cap* 3. *numer.* 1. *&* 7. *& cap.* 7. *num* 42. Sanfelic. *d. deciſ.* 100. *num.* 2. Capyc. Latr. *conſult.* 28. *num.* 16. *&* 18. Marin. *reſol. Iur. lib.* 2. *cap.* 116. *num.* 19. licèt de hoc plures dubitent apud Capyc. Latr. *deciſ.* 57. *numer.* 39. *& conſ.* 28. *num.* 14. *& ſeqq.*

Tertia eſt Jure ſucceſſionis feudum alienatum revocandi non vivo, ſed mortuo alienante, & hoc proximior facere poteſt nullo refuſo pretio, per Text. 4
in d. cap. 1. §. *Titius il primo, & in cap.* 1. *in princ.* & ibidem Iſern. *n.* 3. *in fin & 7.* Afflict. *nu.* 4. Balzaran. *num.* 8. *de alienat. feud. patern. cap.* 1. §. *è contrario de Inveſtit. de re alien. fact.* Roſental. *d cap.* 9. *concl.* 67. *&* 68. *per tot* Capyc. Latr. *d. conſ.* 28. *nu.* 38. 43. 46. *& ſeqq.* Koppen. *decis. German.* 54. *n.* 43 Sanfelic. *d. decis.* 100. *n.* 2. *in fin &* 3. atque hoc remedium ſpatio triginta annorum tollitur, ut notat de Marin. *d. cap* 116. *num.* 19. *verſ. illud autem.*

Iſtis pro claritate materiæ præhabitis quærendum eſt, primò, an hoc Ius prælationis, & retractus habeat locum in feudo hæreditario, & quidem quæſtio eſt ardua, ſunt enim, qui latè defendunt, competere tale Ius in feudo hæreditario, & ex ſua natura, vel conventione in quoſcumque alienabili, inter quos ſunt Veſembec. *conſ.* 3. *num.* 46. *& ſeq.* Herman. Vult. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 45. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt. Iur. part.* 1. *q.* 11. *n.* 20. Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *n.* 26. *verſ. concluſio ampliatur primo*, Roſental. *eod tract. d. cap.* 9. *conclus.* 89. *per tot* ubi latè Add. *ſignanter lit. E. F. & M.* Theſaur. *quæſt forenſ. lib.* 1. *q.* 59. *nu.* 1. *&* 2. obi innumeros refert Fab. de Ann. *obſerv.* 10. Rovit. *ad pragm. Regn. rubr. de feud. num.* 32. Goffr. Anton. *diſput. feud.* 10. *theſ.* 5. Scurph. *conſ.* 82 *nu.* 2. *cent.* 2. de Marin. ad Revert. *in obſerv ad deciſ.* 22. *num.* 4. ubi quòd ita ſemper fuit obſervatum à Pont. *decis.* 11. *num.* 10. Sanfelic. *decis.* 100. *num.* 12. *& num.* 17. Capyc. Latr. *decis.* 57. *n.* 1. *& ſeqq.* & latè Gypſ. *in addit. ad d. decis.* 57. *num.* 1. *& pluribus ſeqq.* ubi refert, ita pluries fuiſſe deciſum, & in toto Orbe ſervari, & iſte eſt ſtylus Regni, ut Capyc. Latr. *ipſe d. deciſ.* 57. fatetur. 5

Contrarium tamen tenuit Iſern. *in dicto* §. *Titius, & in dicto* §. *Sed & res in princ.* ubi ait, quòd diſpoſitio dd. Jurium procedit tantum in feudo ex pacto, 6
& providentia, ubi Felix. de Rub. *in apoſtil. ad eumdem in dicto* §. *Titius*, Paris de Put. *de reintegrat. feud. fol. mihi* 133. Roland. *conſil* 57. *num.* 76. *lib.* 3. Loff ed. *cons.* 1. *num.* 102. *& cons.* 14. *num.* 51. Lanar. *conſil.* 69. Theſaur. *deciſ.* 99. *num.* 1. *& ſeqq.* Franch. *dec.* 1. *ſub num.* 28. *verſic ſed pro parte, & ſeqq.* Grammat. *deciſ.* 103. *numer.* 207. Maſtril. *in cons. unic. poſt decis. lib.* 1. *numer.* 63. pleniſſimè Capyc. Latr. *conſult.* 27. *numer.* 11. *& pluribus ſeqq. & conſult.* 28. *ferè per tot. lib.* 1. Theodor *alleg.* 2. *n.* 1. *&* 2. Petagn. in allegat. impreſſ. poſt Rumm. ad Afflict. *de jur protomiſ. fol. mihi* 64. Eminentiſſimus de Luc. *de feud diſc.* 16. *num.* 4. *verſ. prout exceptis, & nu.* 9. *verſ. ſed hoc jure*, de Marin. *reſolut. jur. lib.* 2. *cap.* 116. *num.* 4. *& pluribus ſeqq.* ubi latè hanc opinionem defendit, & reſpondit Rovito, & ſequacibus, & de veriori teſtatur Roſa *conſ.* 27. *n.* 12. & hæc opinio videtur verior, tum quia, ſi proximior Agnatus feudum hæreditarium non poteſt revocare, imò in feudo non poteſt ſuccedere, niſi jure hæreditario, conſequens eſt, quòd non poſſit feudum habere neq; mortuo, neq; vivente alienante, & teneatur factum

illius

ſllius ſervare, tam poſt mortem, quàm in vita, neque prodeſt, quòd per prælationis jus, ſive retractum non impugnetur alienatio, imò potiùs confirmetur, & ſubrogetur prælationem petens in locum emptoris, quoniam fateor hoc, ſed dum alienans alienando renunciavit cuilibet juri ſibi in eadem re competenti, & etiam juri prælationis, & retractus, ſi quod unquam potuiſſet ipſi competere, ut dictum eſt in *qu.* 28. meritò talis renunciatio excludit non ſolum ipſum, ſed cæteros alios, qui uti ejus hæredes volunt venire, maximè quia negari non poteſt, quòd licèt non impugnetur contractus, impugnatur tamen voluntas alienantis, quòd juxta Text. *in leg. cum a matre, Cod. de rei vendic.* ab hærede fieri nequit, de qua ratione dubito propter adducta in dicta *qu.* 28. *n.* 5. *& ſeqq.*

7 Tum etiam quia, ſi abſolutum eſt apud omnes, quòd poſſit feudum ipſum hæreditarium alienari, & vendi ſine conſenſu, imò reluctantibus ipſis Agnatis, quibus poteſt poſſeſſor præjudicare, ut latè præcitati DD. concludunt, & ſectatores contrariæ opinionis non negant, intrat doctrina Bald. & aliorum, quos retuli in *quæſt.* 31. *num* 35. *&* 36. dicentium negari prælationem, quando à lege conceditur facultas alienandi ſine conſenſu, imò reluctante etiam eo, qui prælationem prætendit, ſed hæc ratio concludit reſpectu Agnatorum, non autem reſpectu Domini, cujus conſenſus etiam in alienatione feudi hæreditari requiritur, Roſenthal. *de feud. cap.* 9 *membr.* 1. *litt. E. in Add ad fin.*

8 Quærendum ſecundò eſt, an hoc Jus prælationis, ſive retractus competat Agnatis etiam in venditione facta ſub haſta, & inſtantibus creditoribus, & in datione in ſolutum, etiam facta à Judice, & in hac quæſtione variæ ſunt ſententiæ, Gloſſ. enim in dicto *cap.* 1. §. *porrò, verb. æquali pretio. Qualiter olim feud. poter. alien.* tenuit, quòd in illis locis, in quibus adeſt conſuetudo, quod Vaſſallorum feuda poſſint pro debitis alienari adhuc prælatio competat in venditione facta ad inſtantiam creditorum, ſequitur Afflict. *in dicto cap.* 1. § *donare numer.* 38. *fol. mihi* 138. Altimar. in addit. ad Rovit. *conſ.* 21. *num.* 13. *lib.* 2. de Marin. ad Revertet. *deciſ.* 278. *numer.* 3. Roſental. *de feud. dicto cap.* 9. *concluſ.* 90. *num.* 11. Rodoer. in addit. ad de Marin. *reſolut.* 233. *num.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 100. *num.* 24. *& ſeqq. & deciſ.* 103. *per tot.* Eminentiſſimus de Luc. *de feud. diſc.* 36. *num.* 14. & docet etiam Alvarot. *in d. §. porrò num.* 5. *verſ. quæro cum gloſſ.*

9 Sed contrarium latè defendit Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *num.* 34. A Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de diverſis proviſ.* §. 1. *num.* 21. *& deciſ.* 11. *num.* 14. *& ſeq.* Capyc Latr. *conſult.* 27. *num.* 50. *& ſeq. & conſult.* 28. *numer.* 83. *& pluribus ſeqq. lib.* 1. *& conſult.* 96. *num.* 34. *lib.* 2. Petagn. in alleg. impreſſ. per Rumm. in addit. ad Afflict. *de jur. protomiſ. fol. mihi* 64. *verſ. debet ſecundo, & ſeqq.* Rovit. *conſ.* 22. *num.* 4. *lib.* 2. Billoct. *concluſ. feud.* 19. *num.* 8. Ann. *in repetit. conſtit. divæ mem. num.* 232. Franc. Rocc. *reſp.* 6. *num.* 6. *verſ. tum quia lib.* 2. de Marin. *alleg.* 127. *numer.* 18. *part.* 2. Eminentiſſ. de Luc. *d. diſc.* 36. *n.* 13. *& ſeq. de ſervit. diſc* 71. *num.* 13.

In hac quæſtione verior mihi videtur prima opi-
10 nio, quæ affirmat, quoniam ut dixi in *quæſt.* 17. *num.* 5. *& ſeqq.* prælatio, & retractus locum habet etiam in venditione ſub haſta, & licèt videatur in hoc caſu ſpecialiter diſceptandum de verbis Jurium feudalium talia privilegia concedentium, quæ videntur eſſe contraria, dum Text. *in dict.* §. *ſed etiam res*, ex quo, ut ſupra dictum eſt, clarius patet iſta
11 prælatio, loquitur, quando Agnatus *alienare voluerit*, unde dum explicat caſum alienationis voluntariæ, non eſt extendendus ad neceſſariam venditionem, ut dictum eſt in dicta *quæſt.* 17. *num.* 7. *& ſe*

& benè explicat Sanfelic. *dicta deciſ.* 100. *num* 114. *verſ. & quia lex*; Tamen non eſt recedendum à prædicta opinione, quoniam jus retractus conceditur intra annum *à dicto* § *porrò, & à dict.* §. *Titius ſi primo*, ſine dd. verbis indicantibus alienationem voluntariam, imò in *dicto* §. *porrò*, ubi dicitur, quòd in caſu alienationis erit potior conditio Agnati, quàm Domini in prohibendo, datur pariter expreſsè jus prelationis Agnato, quia effectus d. prohibitionis conſiſtit in prælatione, ut probat Federic. Scheneh. *ibidem*, Menoch. *conſil.* 745. *numer.* 43 Capyc. Latr. *d. conſult.* 28. *num.* 4. *& ſeqq.* Unde dum habemus alias leges prælationem, & retractum dantes indiſtinctè abſque eo, quod ſe reſtringant ad volontariam venditionem, dicendum eſt, quod dd. verba *alienare voluerit*, expreſſa in *dicto* §. *ſed etiam res*, non reſtringant prælationis jus indiſtinctè ab aliis legibus datum Agnatis, & ſignanter *à d.* §. *porrò ubi ſupra, & in* §. *donare*, exprimitur caſus feudi dati in dotem filiæ, quæ eſt alienatio neceſſaria, ut dictum eſt in dicta *qu.* 17. *circa finem.*

Tertiò quærendum eſt, an habeat locum hæc præ-
latio, & retractus in locatione, & quæſtio eſt admo- 12
dum controverſa, nam affirmativam latè tuetur Franc. Rocc. *conſult.* 2. *per tot. tom.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 106. *&* 107. *per tot.* & pro hac deciſum refert Capyc Latr. *deciſ.* 57. *num.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 168. *num.* 29. *&* 30.

Negativam tamen defendunt de Marin. *quotid. re-*
ſolut. lib. 1. *cap.* 133. *num.* 24. *& ſeq.* & ibidem Rodoer. 13
in addit. *num.* 3. idem de Marin. in obſervat. ad Revertet. *deciſ.* 22. *num.* 4. *verſic. imò quod eſt fortius*, ubi ita pluries deciſum teſtatur Afflict. *controv. jur. cap.* 20. latè Roſ. *conſult.* 27. *à num.* 1. *ad* 7.

Sunt autem, qui diſtinguunt inter locationem ad 14
modicum tempus, & inter illam ad longiſſimum tempus factam, & in prima locatione prælationem negant, in ſecunda verò concedunt, ut latè Roſenthal. *de feud. d. concluſ.* 90. *litt. O. poſt med. verſ. & locatione*, Roſ. *dict. conſult*, 27. *numer.* 2. apud quos alii.

Sed circa hoc me remitto ad ea, quæ dixi in *quæſt.* 16. *num.* 123. *& ſeqq.* ſolum autem ponderandum exiſtimo, quòd abſque ullo dubio prælatio competat, ſi locatio ſit facta ad vitam locantis, tùm enim ipſa feudi ex pacto, & providentia venditio facta cum Domini conſenſu nil aliud importare poſſit, quam ſimplicem emptionem fructuum feudi durante vita alienantis, dum illo mortuo nullo refuſo pretio
proximior alienationem revocat, meritò prælatio ip- 15
ſa, & retractus datur ſolum, ut proximior habeat feudum illo medio tempore, quo vivit alienans, ut notat Iſern. *in dicto* §. *Titius, verſic. quod ſi Titius*, Laurent. Silvan. *cons.* 15. *num.* 41. ubi optimè, & latè etiam Capyc. Latr. *dicta conſult.* 28. *ſub numer.* 9. *verſic. emptor etiam uſque ad num.* 14. & propterea ſi negaremus prælationem in locatione ad vitam, quæ in hoc caſu producit eumdem effectum, quem producit ipſa venditio, fruſtratoriæ redderentur Conſtitutiones feudales prælationem, & retractum dantes, ideò Bald. *in dict. cap.* 1. § *donare nu.* 7. *circa fin. qualit. feud alien. poſſ.* in hoc caſu dat prælationem.

Quærendum quartò, an tale prælationis, & re- 16
tractus Jus competat Agnatis in alienatione feudi novi etiam ex pacto, & providentia alienati à primo acquirente, & licèt Roſenthal. *de feud. dicto cap.* 9. *concluſ.* 87. *numer.* 6. *& concl.* 88. *in fin.* concludat Agnatos præferendos eſſe intelligendo Text. *in d.* §. *porrò*, prælationem Agnatis negare in feudo novo eo ſolo caſu, quo concurrat Dominus, tamen contra eum eſt communis opinio, quæ fundatur in aperta diſpoſitione *dict.* §. *porrò*, ubi prælatio datur Agnatis, *ſi tamen feudum erat paternum*, quæ dictio *ſi tamen* reſtringit diſpoſitionem legis ad dictum caſum præciſum, ut feudiſtæ in dict. Text. communiter aſſerunt,

nint, & notat Barboſ. *dict.* 401. *num.* 1. & eodem
modo loquitur Text. *in dicto* §. *ſed etiam res*, qui præ-
lationem dat in alienatione rei, quæ à communi pa-
rente per ſucceſſionem pervenit ad alienantem, & cu-
17 jus alienatio in præjudicium Agnatorum erat prohibi-
ta, quæ non poſſunt verificari in feudo noviter acqui-
ſito, de quo poteſt poſſeſſor ad libitum in præjudi-
cium Agnatorum diſponere, ut latè probat Surd. *conſ.*
331. *num.* 24. & 38 *vers. non reſiſtit lib.* 3. Maſtril. *de-
cis.* 8. *num.* 22. & ita in puncto concludunt Iſern. Al-
vator. & alii in *dicto* § *Titius*, Scrader. *de feud. part.* 8.
cap. 7. *num.* 32. *vers. hac tamen ratione*, Capyc. Latr.
d. conſult. 27. *num.* 36. & *ſeqq* & *conſult.* 28. *num.* 24.
de Mario. *lib.* 2. *reſol* 16. *num.* 2. & *ſeqq.* & *lib.* 1.
reſol. 24. *num.* 10. & *ſeqq.* Eminentiſſimus de Luc.
de feud. diſc. 37. *nu.* 2. & *ſeqq.* ubi rejicit Roſenthal.
& *n.* 6. id extendit, etiamſi conceſſio facta ſit cum
clauſula *ut jure antiqui feudi conceſſio facta cenſeatur*, A
Pont. *decis.* 11. *nu.* 12. Maſtril. *d. decis.* 8. *n.* 21. San-
felic *decis.* 104. *n.* 20.

Sed an hoc Jus competat tam in feudo proprio,
18 quàm improprio, affirmativa videtur verior, quam
latè tuetur Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 7. *numer.* 27.
de Mario. *quotid. reſol lib* 1. *cap.* 255. *per tot.* ubi et-
iam notat, quod procedit in feudo plano de tabula,
& quaternat.

Quærendum quintò, an ſi feudum alienatum ſit in
remotiorem etiam cum Domini conſenſu, competat
tale jus proximiori, & quamvis inter feudiſtas de hoc
19 ſit acerba controverſia, verius tamen eſt, quod proxi-
miori Agnato permittatur feudum retrahere à remo-
tiore, qui emit, idque prohibetur aperte in dicto §. *ſed
etiam res*, & § *porro*, imò ex eodem § *Titius*, ex quo
quidam contrarium ſibi ſuadere videntur, ubi ſpecia-
liter Bald. *in princip.* & *n.* 1. Jacob. de Belvis. Laudenſ.
nu. 11. Schenck. *nu.* 2. Scrader. *conſil.* 20. *nu.* 165. &
ſeqq. tom. 2. & *in tract. de feud. dict. part.* 8. *cap.* 7. *n.*
15. & *pluribus ſeqq* & *ſignanter n.* 28. *ubi etiam in ver-
ſic. quarto hac concluſio*, ait, quod ſi Vaſſallus in unum
ex pluribus, qui ipſum æquali linea attingunt, alie-
naverit, cæteri Agnati æquè proximi poſſint pro por-
tionibus ſuis rem retrahere, & latè Roſenthal. *de feud.
dict. cap.* 9. *conclus.* 88. *ſub num.* 6. *verſic. qua propter*,
& *ſeqq.* & *quaſt* 82. *per tot.* Molin. *de contract. tract.*
2. *diſput.* 370. §. *dubium deinde*, & §. *dubium quoque*,
& latè Berlich. *conclus. jur. part.* 2. *conclus.* 60. *nu.* 33.
& *ſeqq.*

E contra etiam quamvis proximior, aut tacitè,
aut expreſsè conſenſum præſtiterit alienationi, & juri
20 prælationi renunciaverit, vel hoc Jure uti noluerit,
adhuc tamen remotiores non excluduntur, ſed admit-
ti debent ad prælationem obtinendam, ut probat Af-
flict. *in d. cap.* 1. §. *ſed etiam res n.* 4. *per quos fiat inve-
ſtit.* & *in dicto cap.* 1. §. *donare num.* 36. *qualiter olim
poter. feud. alien.* Jacob. de Ardizon. *in tit. quib. mod.
feud. amittat. ſub rubric.* 108. *verſic. ſi verò quidem A-
gnatus*, Nevizan. *conſil.* 10. *num.* 17. Schurff. *conſil.*
89. *n.* 4. *cent.* 3. Marin. *de qualit. feud. tit.* 2. *de feud.
ex pact.* & *provid. part.* 1. *nu.* 49. & 68. Carpzov. *ad
conſtit. Saxon. part.* 2. *conſt.* 49. *defin.* 7. Tiraquel. *de
retract. lignag.* §. 11. *gloſſ.* 4. *per tot.* Facchin. *controv.
jur. lib.* 7. *cap.* 17. *per tot.* Donad. *de renunc. cap.* 26.
n. 14. *tom.* 2. Robles *de repræſent. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 17.
in med. ubi etiam addit, quòd ſi non ſit præſens pro-
ximior, admittitur remotior, Gallerat. *de renunc. cent.*
1. *renunc.* 42. *n.* 10. Rovit. *in reſp. impreſſ. poſt decis.* 11.
de Pont. *n.* 92. & *in rubric. de feud. n.* 29. Scrader. *de
feud. dict. part.* 8. *cap.* 7. *n.* 5. 54. & *pluribus ſeqq.* Ro-
ſenthal. *eodem tract. dict. cap.* 9. *concl.* 82. *ſub n.* 7 *vers.
etenim*, & *ſeqq.* & *d. concl.* 86. *ſub n.* 3. *verſic. haud*,
latè Capyc. Latr. *d. decis.* 57. *n.* 27. *uſque ad* 38. *ſignan-
ter n.* 24. *lib.* 1.

Et quamvis Hartman. Piſtor. *quaſt. Iur. lib.* 3. *quaſt.*
12. *n.* 66. Vultc. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 101. Gal-

Corrad. de Jure Prælat.

ſup. *eodem tract. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 25. Roſ. *conſult.* 21
27. *n.* 11. & plenè omnibus contrariis reſpondens de
Marin. *quotid. lib.* 2. *cap.* 116. *n.* 52. & *ſeqq* defen-
dant, quod renunciantibus proximioribus tale jus ad
remotiores non deferatur, tamen contra eos ſtat ve-
rior ſententia, quoniam abſolutum eſt, quod præla-
tio competit etiam remotioribus, de medio ſublatis
proximioribus, cum proximior ad hunc effectum di-
catur is, quem nemo præcedit in retrahendo, atque
is excludi non poteſt à proximiore, vel pari in gra-
du, qui non vult, aut non poteſt venire, cùm in hac
materia non ſit conceſſum Agnatis Jura ſua prælatio-
nis alteri cedere, & renunciare, ut in *quaſt.* 10. dictum
eſt, & latè probat Roſenthal. *dicto cap.* 9. *concl.* 92. *n.*
1. & *pluribus ſeqq* Ideoque intrat dilemma, quod aut
proximiores mediante conſenſu, vel renunciatione ſe
abdicarunt, & datur locus remotioribus, aut transtu-
lerunt Jura ſua in emptorem, & talis facultas cedendi
ipſius negatur.

Quærendum ſextò, an admittatur ad hoc jus ille
Agnatus, qui natus non eſt, ſed eſt in utero; Quæ- 22
ſtio quidem eſt ſolemnis, & quia variæ ſunt opinio-
nes, ideòque plures caſus diſtinguendos eſſe exiſtimo;
Primus eſt, an talibus perſonis competat jus prohiben-
di, vel prælationis, & tunc negative reſpondendum
eſt, cùm enim Text. feudales Agnato concedant fa-
cultatem prohibendi, ſive melius jus prælationem
obtinendi, & conſequenter graveut venditorem ad
offerendum prius feudum Agnato, conſequens eſt,
quod intelligendi ſint de Agnato, qui tunc tempo-
ris extat in rerum natura, non autem de illo, qui
nondum natus eſt, cui feudum nec offerri poteſt, per
Text. *in l.* 4. §. *toties*, *ff. de damn. infect.* & latè in his
terminis Dec. *cons.* 222. *ſeto num* 1. & 2. Soccin. Jun.
cons. 22. *num primo*, & *ſeqq. lib.* 1. Benedell. *de jur.
protomis. in princ. num.* 158. Novell. *eodem tract.* §. 4.
num. 60. & *ſeq.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 417.
num. 173. 542. & 545. Intrigliol. *de feud. cent.* 2.
art. 86. *num.* 10. Cornaa. *decis.* 62. *num.* 1. & *ſeqq.*
& latè Giurb. *decis.* 76. *num.* 1. & 20. Grat. *diſc.* 433.
num. 47. & *ſeqq.* quamvis Agnatus in utero ſit, licèt
enim per Text. *in l. prima*, §. *ſi quis proximior*, *ff unde
cognat.* dicere opus ſit, quod is, qui eſt in utero de 23
tempore ſucceſſionis in ea conditione ſit, ut dici de-
beat obſtare ſequentibus in gradu, & propterea illi
prælationis jus competere affirmandum ſit, cùm poſſit
ejus nomine requiri Curator ei datus à Judice pro bo-
nis tuendis, ut in puncto probat Tiraquel. *de retract.
lignag.* § 1. *gloſſ.* 9. *num.* 79. & *ſeqq.* & eum ſequitur
Add. ad Dec. *d. conſ.* 222. *litt. B.* ubi ita conciliat Ti-
raquel. & Dec. Boer *decıſ.* 138 *nu.* 5. & Giurb. *d. de-
cis* 76. *num.* 12. & *ad conſuet. Senat. Meſſanens. cap.* 1.
gloſſ. 4. *part.* 1. *nu* 85. Palacz *de majorat. part.* 3. *quaſt.*
2. *num.* 8. tamen contrarium verius videtur, quia jus
iſtud prælationis, ut pluries dictum eſt, ſtrictiſſimi Ju-
ris eſt, & non extendendum, & proinde dum à lege,
vel ſtatuto datur Agnato, id intelligendum eſt de eo, 24
qui talis verè reperitur in rerum natura, non autem
de illo, qui per fictionem Iuris talis reputatur, ma-
ximè quia in his, quæ ſunt ſtricti Iuris non includun-
tur illi, qui ſunt in utero, per Text. *in l. ſi pragnans*
42. *cum l. ſeq. ff. de evict.* & *in l. non quocumque*, §.
ff. de legat. prime, & latè Alberic. *in l*, *qui in utero n.*
15. & 16. *ff. de ſtat. homin.* & *in prima parte ſtatut.
quaſt.* 124 *per tot.* Bald. *in l. idem erit in prima lect.
circa med. ff. eodem tit. de ſtat. homin.* Angel. *in l. Are-
tuſa n.* 5. *verſ. quid ſi de genere*, *ff. eodem*, Valenſuel.
cons. 96. *per tot.* & hanc opinionem amplectitur
ipſemet Tiraquel. *dicta gloſſ.* 9. *numer.* 80. qui licèt
numer. 81. videatur declarare Iura præcitata, & do-
ctrinam Angel. & Bald. tamen non poteſt negari,
quin dd. leges attentè perlectæ ſundent hanc ſen-
tentiam, ſi enim vendita Ancilla, aut Vacca præ-
gnante, eaque evicta, non debetur evictio pro partu, 25

id evenit, quia partus, qui erat in utero non comprehendebatur ſub venditione, quæ eſt contractus ſtricti Iuris, aliàs enim ſi partus comprehenderetur, utique evictio præſtanda eſſet, & quidem Tiraquel. nil audet contra Alberic. determinate, cùm ipſius doctrina ſit communis, eamque ſequantur Nell. de bannit. in prima parte, primi temp. in 9. quaſt. circa med. verſ. & nota quod ſi banniuntur, Hyppolit. de Marſil. ſingul. 426. verſic. iſtud tamen credo, Cephal. conſil. 319 num. 28. & ſeqq.

Idque etiam admittendum eſt, ne cogatur venditor, & emptor ſtare in ſuſpenſo, & ſub incertitudine
27 quouſque naſcatur partus, qui poteſt eſſe fœmina, & uti talis excluſa ab hoc Iure, de Marin. quotid. lib. 2. cap. 116. num. 18. & ſeqq. quatenus tamen fœminæ ab illo feudo ſint excluſæ, & quia partu interim exiſtente in utero nemo ad prælationem petendam ejus nomine admitti poteſt, Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 417. num. 175. Giurb. d. deciſ. 76. num. 13. propterea injuſtè, & contra intentionem præfatarum legum feudalium impediretur hoc medio tempore Agnatus vendere, & concederetur tempus determinatum uſque ad nativitatem Agnato, qui eſt in ute-
18 ro, cùm tamen leges feudales nullum temporis ſpatium conceſſerint proximiori ad effectum prælationem petendi, ſed tantum anni ſpatium ad effectum retractum poſt venditionem factam obtinendi; Illi autem, qui in contrarium fortaſsè poſſunt adduci procedunt in terminis ſecundi caſus.

Secundus caſus eſt, ſi agamus de retractu, & tunc diſtinguendum eſt; Nam aut is, qui venit intra tempus intra quod natus eſt, erat conceptus de tempore alienationis, & tunc abſolutum eſt, quod poſſit retrahere feudum, & excludere eum, qui erat proximior de tempore alienationis, quem tamen ipſe poſt nativitatem præcedit; Aut de tempore alienationis non erat conceptus, & tunc non benè conveniunt DD. Sunt enim, qui latè defendunt hunc admitten-
28 dum non eſſe, ut latè Tiraquel. dicta gloſſ. 9. à n. 82. uſque ad 98. ubi hanc ſententiam veriorem putat Decian. conſ. 32. nu. 6. lib. 4. Carpan. ad dict. cap. 417. num. 173. 541. & 575. Benedel. de jur. protomiſ. in princ. num. 158. Cavalcan. deciſ. 19. num. 87. part. 2. Gregor. Toloſ. Syntag. jur. part. 3. lib. 26. cap. 16. Rot. Lucenſ diverſ. deciſ. 125. verſ. præter quam, & fundatur iſta opinio in d. l. prima, §. ſi proximior, ff. unde cognat. ubi apertè dicitur, quod is, qui eſt in
92 utero, tunc natus præcedit alios in gradu, quando ante mortem ipſius, de cujus hæreditate agitur, erat conceptus, nam ſi poſt mortem fuit conceptus neque obſtabit aliis, neque ipſe admittetur, cùm non fuerit proximior Cognatus ei, quo vivo non eſt conceptus, idemque habetur in l. Titius, & in l. nem Prætor in princ. ff. de ſuis, & legit. & in l. ſi quis filio exhæredato in princ. ubi Bart. & Roman. ff. de injuſt. Teſtam.

30 Alii autem contrarium latè defendunt, ut ſunt Boer. deciſ. 12. nu. 5. Papon. lib. 11. tit. 6. arreſt. primo, Decian. conſ. 15. num. 14. lib. 4. Tepat. var. lib. 1. tit. de retract. column. 3. verſ. jus retrahendi, Dec. conſ. 299. num. 7. & conſ. 395. in fin. Pereg. deciſ. Patav. 24. num. 9. & 10. Giurb. d. deciſ. 76. num. 9. & n. 5. & ſeqq. conſonat Curt. Sen. conſil. 87. ſub nu. 4. circa fin. verſ. & ſi opponatur, & moventur ex Text. in l. Paulus, §. Paulus il ſecondo, ff. de bon. libert. ubi cavetur, quòd in his, quæ citrà hereditatem alieni uti
31 proximiori obveniunt conceptus etiam poſt mortem admittatur, & ſequitur eleganter Bart. in l. ſi quis filio exhæredato in princ. ff. de liber. & poſthum. Roman. ſingul. 299. per tot. ubi latè Nicol. Pig in addit. ad eundem affert concordantes Fulgoſ. conſ. 34. col. 2. verſ. nec me movet; Moventur quoque ex doctrina Iſern. in cap. primo, §. hoc quoque notandum tot. n. 9. de ſucceſſ.
32 feud. ubi etiam Alvarot. poſt princ. ac Laudenſ. Zaſ. de feud. part. 9. fol. mihi 3. verſ. verumtamen ſi poſtea, Dec. dicto conſ. 395. in fin. quos refert Tiraquel. dicta gloſſ. 9. n. 92. Giurb. d. deciſ. 76. ſub n. 5. qui concludunt, Agnatos natos, & conceptos poſt alienationem feudi admitti ad revocandum alienationem, cui non conſenſerunt non minus, ac ſi nati fuiſſent tempore alienationis, Marta digeſt. tom. 3. tit. Retractus cap. 25. per tot. Papon. lib. 11. arreſt. 1.

In hac opinionum diverſitate, in qua Caſſan. ad conſuet. Burgund. rubric. 10. de retract. §. primo. verb. Leplus prochain ſub n. 14. verſ. ſed majus eſt dubium fol. mihi 1351. noluit ſuam opinionem in medium afferre, diſtinguendum eſſe opinor; aut enim lex, ſive ſtatutum, tacitè, vel expreſsè indicat proximitatem de tempore venditionis, & eos admittit ad retrahendum, qui tempore venditionis proximiores ſunt, & non admittitur, qui tempore venditionis non erat conceptus, licèt poſtea natus veniat intra tempus datum ad retrahendum: Aut lex reſpicit proximitatem toto tempore exequutionis actus, puta quia executionem confert in futurum, & proximos vocat poſt perfectam venditionem, & traditam poſſeſſionem, & proximitatem attendit de tempore, quo retrahitur, & tunc ſufficit, quod eo tempore quis ſit natus, & proximior, licèt tempore alienationis non fuerit conceptus, & ita intelligendus eſt Boer. deciſ. 18. numer. 3. & ad conſuetud. Burdegal. tit. de retract. §. 2. col. 2. poſt princ. verſic. ſed quid ſi unus fol. mihi 52. & in tract. les coſtumes de Tours eodem tit. quæſt. 10. fol. mihi 155. à tergo, & diſtinguunt Alberic. de ſtatut. part. prima quæſt. 136. Tiraquel. d. gloſſ. 9. num. 104. & 106. Menoch. conſ. 106 n. 151. & 157. Raudenſ. de analog. cap. 27. num 55. Tepat. lib. 2. tit. de retract. col. 4. verſ. retractus, Carpan. ad d. cap. 417. num. 542. Giurb. d. deciſ. 76. num. 7. 8. & 10. Peregrin. d. deciſ. 24. n. 10. & ſeq. 33

Unde cùm in §. Titius, ſi de feud. defunct. &c. cautum habeamus, quòd proximior intra annum à die alienationis, vel ſcientiæ poſſit feudum retrahere, clarum eſt, quòd ibidem non attendatur tantum tempus alienationis, ſed etiam tempus futurum retractus, & ſcientiæ, quę aliquando poſt curſum multorum annorum habetur, & propterea admittetur Agnatus natus, & conceptus poſt alienationem. 34

Quærendum ſeptimò, an filius vivente patre, qui alienavit, habeat jus prælationis, & retractus, & variæ ſunt opiniones, nam Iacob. de Belvis in d. §. Titius, ubi etiam Bald. n. 2. Laudenſ. n. 11. Schench. n. 2. Albert. Brun. conſ. feud. 80. n. 12. & 13. Scurph. conſ. 89. nu. 3. cent. 3. Scrader. conſ. 20. n. 165. & ſeq. tom. 2. & de feud. part. 8. cap. 7. nu. 7. Vulte. de feud. lib. 1. cap. 11. n. 88. & 91. Piſtor. lib. 2. part. 1. q. 5. n. 10. & q. 13. n. 23. Facchin. lib. 7. controv. cap. 19. Capuc. Latr. conſul. 27. n. 52. & plurib. ſeqq. & conſul. 28. n. 63. & ſeqq. ubi id abſolutum dicit in feudo hæreditario, de Marin. lib. 5. cap. 116. nu. 42. negant, & moventur, ex quo filii patris Iure veniant ad retrahendum, & nullus adſit Text. feudalis, qui filiis hoc jus concedat, imò in d. §. Titius, Agnato proximiori permittitur rem retrahere etiam exiſtentibus filiis illius, qui alienavit. 35

Alii verò contrarium, & verius defenditur, ut ſunt 36 Andr. de Iſern. in d. §. Titius num. 1. Alvarot. nu. 3. Afflict. n. 9. & Propoſit. in fin. principii, Bald. conſ. 276. in fin. lib. 5. Roland. conſ. 57. num. 19. lib. 2. Scurph. d. conſ. 89. n. 4. & 5. cent. 3. Cephal. conſ. 133. numer. 74. & ſeqq. Thom. Marin. de qualit. feud. tit. 5. de feud. ex pact. & provid. ſect. prima n. 49. & 68. Cannet. in Extravag. Volentes, §. & quia ſtat firma regula, & ſect. 10. n. 12. & ſeq. & in §. & reterma ſect. 41. n. 7. ubi id extendit ad Nepotes. Intrigl. de feud. cent. prima quæſt. 51. num. 16. & ſeq. Zaſ. eod. tract. part. 9. n. 20. Scrad. d. cap. 7. n. 9. Miſing. obſerv. 85. cent 4. ferè per tot. Orat. de contr. tr. 21. diſput. 72. ſect. 1. num. 50.

Digitized by Google

Verum tamen eſt, quòd quando ex aliquo debito, vel remedio ſubſidiario bona fideicommiſſo ſubjecta alienantur competat oblationis beneficium, poteſt enim ad fideicommiſſum vocatus offerre pecuniam pro debito illo ſolvendo, & ita à debito redimere 16
bona fideicommiſſaria propriis pecuniis, & proprio commodo, & ita loquuntur Peregr. *d. decis. Patavin.* 96. ac Rota Bonon. *poſt conſ.* 73. Giovagnon. *num.* 119. *verſ. hujus autem in medio*, qui dicunt poſſe vocatum ad fideicommiſſum ne alienentur bona fideicommiſſaria afferre pecuniam competentem pro dotandis filiabus gravati, & optimè Gregor. Lopez. *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *in gloſ. in verbo no valdrà fol.* 84. *colum.* 1. *in fin. num.* 14. Mierez. *de Majorat tom.* 2. 4 *part. quæſt.* 1. *num.* 137. *fol. mihi* 166. *à tergo*, qui dicunt, quòd ſi Princeps concedat facultatem ven- 17
dendi aliquam rem majoratus ex aliqua neceſſitate, poſſit vocatus contradicere offerendo pretium ad ſublevandam neceſſitatem, pro qua venditur res majoratus, & ita venditionem impedire, & meritò, quia cum hoc potuiſſet facere hæres gravatus, qui ſolvendo debitum abſque dubio bona fideicommiſſaria alienari prohibuiſſet, vel jam venditioni obnoxia

recuperaſſet, ita etiam hoc poteſt facere fideicom-
18 miſſarius remotior poſt eum vocatus, nolente hoc jure uti hærede gravato, vel fideicommiſſario proximiore Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 13. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicom. art.* 42. *num.* 24. *in fin.* ubi quòd ita obtinuit in judicio, & videndum relinquo Andreol. *contr.* 241.

Propterea communis exorta eſt opinio, ex qua habetur fideicommiſſarium non admitti ad vendicandam rem alienatam pro debito, vel dotis conſtitutione,
19 aut reſtitutione, oblato pretio tertio poſſeſſori, vel ei, cui fuit res in dotem data, dum enim lex permittit hoc caſu alienationem, non debemus dicere, quòd illam revocabiliter permittat, ut inquit Caſtrenſ. *in dict. Authent. res quæ num.* 6. ac Jaſ. *nu.* 11. Urceol. *conſult.* 6. *num.* 18. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 52. Peregr. *de fideicom. art.* 42. *num.* 22. *& ſeq.* Cenſal *ad eundem verſ.* 8. *declaratur*, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt* 521. *numer.* 56. *& quæſt.* 532. *numer.* 19. Bois. *de dot cap.* 16. §. 6. *num.* 250. *&* 155. *fol. mihi* 631. Eminentiſſ. de Luca *de fideicom. diſc.* 145. *numer.* 9. Salgad. *in labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 27.
20 *& ſeqq. ubi num.* 4. limitat, ſi fuerunt alienata bona fideicommiſſi, & prius non diſcuſſa bona libera, Rota *decis.* 312. *num.* 44. *& ſeqq. part.* 6. *& decis.* 275. *num.* 7 *part.* 10. *recent.* coram Merlin. *dec.* 675. *num.* 14. *& decis.* 273. poſt Merlin. *de legit. num.* 7. *ac decis.* 1.. *num.* 16. poſt Cenſal. in addit. ad Peregrin. *de fideicom.* & conſonant, Franc. Rocch. *d. reſp.* 99. *num.* 5. *verſ. neque militat tom.* 2. Sanſelic. *d. decis* 104. *num* 19. *& ſeqq.* Quidquid affirment Peregrin. *d. decis. Patavin.* 96. *numer.* 3. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *num* 64. *part.* 2. Rocch. *d reſp.* 8. *num.* 13. qui refelluntur paſſim ab omnibus ſupra citatis, quando tamen alienatio facta
21 eſt juſto pretio bona fide, & abſque fraude, ac collutione ex Peregrin. *d. art.* 42. *num.* 24. Fuſar. *d. quæſt.* 521. *num.* 57. *& quæſt.* 532. *num.* 19. *verſ. quòd ſi alienatio.*

Quod certè verum non eſſet, ſi fideicommiſſario prælatio competiiſſet, quia ipſe priùs requiri debuiſſet, an vellet pro eodem pretio rem emere, quòd
22 cùm factum non fuiſſet non ſine ratione poſſet ad revocationem alienationis devenire, ex notatis *in quæſt.* 4. *num* 1. *& ſeqq. & num.* 42. *& ſeqq.*

Et ita etiam adimpleretur mens legis, quia ſatisfieret creditoribus, læderetur cum minori incommodo Teſtatoris voluntas, quia eadem bona devenirent ad quem ipſe exoptavit, & juri communi non tam acerrimè derogaretur, cùm ſecundùm legum placita nil aliud exoptetur, quàm quòd omni meliori
23 modo Teſtatoris voluntas ſervetur, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtr. l. cùm quæſtio in fin. C. de legat.* §. *diſponas*, *Auth. de nuptiis,* ſed vid. infrà *n.* 36. *& ſeqq* ubi latiùs de materia.

Ita etiam intelligas Nigr. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.*
24 30. *numer.* 90. qui dicit gravatum poſt mortem reſtituere in venditione rei præferri quibuſcumque, Id enim falſum eſt, cùm nulla lege caveatur, benè verum ſi ex juſta cauſa bona alienentur, poterit ea liberare debitum offerendo.

Sed an hæres gravatus, qui uti Dominus directus, vel jure fideicommiſſi poterat præferri, & ex tali jure obtinuit prælationem, eveniente caſu reſtitutionis te-
25 neatur etiam reſtituere id, quòd occaſione fideicommiſſi Jure prælationis proprio nomine quæſivit, & negativè eſt reſpondendum per Text. ſatis clarum *in cap.* 1. §. *è contrario de Inveſtit. de re alien. fact.* ubi habetur, quòd feudatarius (qui aſſimilatur fideicommiſſario) ſi proprio nomine quid adjecerit fideicommiſſo, quod per ſe ſubſiſtere poteſt, non teneatur reſtituere, ut plenè probant in puncto Bertran. *conſ.* 379. *numer.* 10. *&* 11. *lib.* 1. *part.* 1. Dec. *conſ.* 52. *in fin. num.* 64. *lib.* 1. & ita judicatum refert Peregr. *de fideicom. art.* 10. *num.* 4. Grat. *diſc.* 742. *numer.* 41. *& ſeqq.* Mangil. *de evict. quæſt.* 139. *num.* 24. Proſper. Rendell. *de jur. protom. verb. habent numer.* 15. *&* 16. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 26. *numer.* 8. latè Giurba *decis.* 91. *numer.* 2. *& ſeqq* quem ſequitur Cenſal. ad Peregr. *de fideicom. d. art.* 10. *in princ.* Ludovic. Caſanat. *cont.* 10. *num.* 143 Valeron. *de tranſact. tract.* 4. *tit.* 5. *part.* 6. *nu.* 8. *& ſeqq.*

Non obſtat, quòd videatur hæres acquirere propter fideicommiſſum, quia ſi non eſſet fideicommiſſarius, & vocatus, non potuiſſet, jure proprio prælationem petere, & conſequenter, quòd res illa acquiratur fi- 26
deicommiſſo cum onere tantùm reſtituendi pretium, ad Text. *in l. mella*, §. *ff. in eo, ff. ad l. aquil. l. bovem,* § *ſi quis ſervum*, *& in l. cum autem*, § *cùm redhiberetur*, *ff. de ædilit. adit.*

Quoniam quandoque hæres gravatus quærit ex legis diſpoſitione concurrente facto Teſtatoris, vel ſuchorum ſuorum citra ejus factum, puta, quia res emphyteutica finita generatione Domino redit, aut incidit in Commiſſum, & tunc quærit fideicommiſſo, 27
& non ſibi, quia ſicut ad onus fideicommiſſi ſpectat rerum peremptio, & diminutio contingens ſine dolo, & culpa hæredis, *l. mulier*, §. *ſed etenim*, *ff ad Trebell.* ſic quoque augumentum contingens ex lege citra factum hæredis fideicommiſſi commodo debet cedere, *l. ſcribit Celſus*, *ff. ad Trebell.* Peregr. *d. art.* 10. *num.* 8. *& ſeqq.*

Quandoque acquirit propter rem hæreditariam, ſed 28
ex ſua induſtria, & providentia bona, vel dominium, quod non fuit in hæreditate Teſtatoris prout in caſu, & tunc acquiſitio cedit ipſius commodo, ut eſt Text. formalis *in l.* 3. *ff ad l. Falcid.* ubi Bartol. Alberic. Angel. Odofred. Imol. & cæteri, Ruin. *conſ.* 97. *nu.* 13. *lib.* 5. Mantic *de conject. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 19. *ad med.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 627. *num.* 4. Salgad. *in labyrint. cred. part.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. *& ſeqq.* Neguerol. *alleg.* 11. *num.* 120. *& ſeq.* Urceol. *de tranſact.* 482. *num.* 4. *& pluribus ſeqq.*

Animadvertendum tamen eſt primò, quòd ſi con- 29
currebat voluntas, aut præceptum Teſtatoris circa emptionem illius rei, & petitionem prælationis, putà, quia appareat ex dictis in Teſtamento, quòd Teſtator exoptabat Unionem prædiorum, vel quod res illa ad ſuam hæreditatem pertineret, & tunc ſicuti poſſet hæres gravatus ſucceſſorem cogere ad refundendum ſibi pretium, & rem habendam etiam poſtea deterioratam, & ferè peremptam, & periculum rei ad fideicommiſſum ſpectabat, ita etiam congruum eſt, quòd fideicommiſſario, & ſucceſſori licitum etiam ſit pretium refundere, & gravatum ad illam rem tradendam cogere, ut optimè probat ratio Text. *in d. l.* 3. *ff. ad l. falcid.* & latè Eminentiſſ. de Luca *de ſervit. in ſupplem. diſc.* 109. *ſub num.* 21. *verſ. ſed nihilominus*, conſonat Duran. *decis.* 210. *num.* 20. *&* 21. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *p.* 3. *num.* 41. *& ſeq.* Valeron. *de tranſact. tit.* 5. *quæſt.* 6. *numer.* 19. Roſa *conſult.* 30. *num.* 1. *& ſeqq.*

Secundò, quòd ſi fideicommiſſarius prælationem 30
petiit nomine fideicommiſſi, & ex ejus verbis, vel ex aliis probationibus appareat voluiſſe prælationem petere pro fideicommiſſo, & animo fideicommiſſo acquirendi, & tunc ceſſat omnis hæſitatio, & fideicommiſſo eſt reſtituenda, Mantic. *de conject. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 19. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 627. *num.* 22. latè Urceol. *de tranſact. quæſt* 62. *num.* 40. & Rota coram Zarat. *decis.* 75. *num.* 23. *& ſeqq. & decis.* 135. *num.* 29. *part.* 16. & in puncto Molin. *d. cap.* 26. *n.* 8. *in fin.*

Tertiò, ſi fideicommiſſo maximè expedivisset de tempore petitæ prælationis rem habere, quia tunc 31
fideicommiſſo eſt reſtituenda, ut apud Eminentiſſ. de Luca *de ſervit. d. diſc.* 109. *nu.* 21. *verſ. & nihilominus,*

qui

qui tamen intelligendus eſt, ſi præcedat voluntas Teſtatoris, aliàs enim, quamvis expediviſſet fideicom-
32 miſſo, & utiliſſimum eſſet rem habere, non tenetur gravatus hanc utilitatem fideicommiſſo facere, nec pro eo induſtrioſus eſſe, nec pro eo negotiari, ſed poteſt proprio commodo emere *per d. l. 3. ff. ad l. falcid. l. debitor, §. fin. in l. fideicommiſſarium, §. quoties, l. ita tamen, §. 1. ff. ad Trebell.* Cyriac. *contr.* 610. *numer.* 28. Salgad. *in labyrint. creditor. part.* 2. *d. cap.* 20. *numer.* 9. *& ſeqq.* Noguerolл. *d. alleg.* 11. *num.* 121. Coccio. *decis.* 409. *per tot. & decis.* 46. *num.* 16. *part.* 11. *recent.*

33 Quartò, quòd ſi prælatio competat fideicommiſſario ratione viciniratis, aut alterius juris introducti à Statuto ad removendas contentiones, & rixas, quæ inter vicinos oriri ſolent, vel ut detur unio prædiorum pro decore, & tunc tenetur fideicommiſſarius rem reſtituere fideicommiſſo, aliàs enim eluderetur intentio ſtatuti, & legis, quia veniente caſu reſtitutionis remanerent prædia ſeparata, & eſſet timor, quòd denuò rixæ oriri poſſent, quod non eſt admittendum, ut eleganter probat Marant. *de multiplic. alien. numer.* 128 cujus opinionem valdè probabilem exiſtimo, licèt contrarium in ſtatuto dante prælationem vicino dixerit in hac ſpecie Tiraquell. *lib.* 1. *retr.* §. 10. *gloſſ.* 1. *num.* 18. *&* 19. Giurb. *deciſ.* 92. *num.* 9. *verſ. diverſum.*

Quintò, quòd ſi fuerit ſimpliciter petita prælatio à fideicommiſſario, & res poſtea empta ex pecunia
34 ipſius fideicommiſſi deſtinata ad prædiorum emptionem, tunc fideicommiſſo ea res eſſet reſtituenda, ut eleganter probat Molin. *de primogen. lib.* 1. *d. cap.* 26. *num.* 8 *in fin.* cujus doctrina tunc demum poteſt habere locum, ſi hæres gravatus ſimpliciter prælationem petiiſſet, nam ſi expreſsè petierit prælationem proprio nomine, & animo ſibi acquirendi, quamvis poſtea ex pecunia fideicommiſſi deſtinata pro reinveſtimento rem habuerit adhuc ſibi, & non fideicom-
35 miſſo àcquiſiviſſe dicendum eſt, & tantùm remanebit debitor pecuniæ, plenè Urceol. *de tranſact. d. quæſt.* 82. *num.* 38. *& ſeqq. & fere per tot.* Rota coram Zarat. *d. decis.* 75. *num.* 23. *& ſeqq.* tenebitur de lata culpa, & ad intereſſe, ad Text. *in lex quæ Tutores* 22. *§. jam ergo cum ſeqq. C. de adminiſtrat. Tutor. gloſſ. in l. Marcellus* 3. *§. res quæ*, ubi Caſtrenſ. *num.* 1. *ff. ad ſenat. conſ. Trebell.* Peregr. *de fideic. art.* 10. *num.* 34. *& art.* 4. *num.* 37.

SEQUITUR QUÆSTIO.

Poſt hæc ſcripta quia denuò Cauſa Romana Caſtri Porciliani coram Reverendiſs. Decano revideri debeat ſui requiſitus à bon. mem. Prælato ab Auria, ut ſcriberem pro D. Carolo Gavotto contra deciſiones jam promulgatas, prout ſcripſi, ſed poſtmodum ſcripturam propalare nolui attento, quòd pro D. Barone Aloyſio del Nero antecedenter ſtudueram, dum pro eodem ſcribebat Illuſtriſs. Advoc. Taurufius. Ideoque exiſtimavi utile eſſe eamdem ſcripturam in qua magis plenè rationes, & motiva pro negatione prælationis exponuntur hic inſerere, non ut credam deciſiones Sacr. Rotæ inſubſiſtentes, quòd nunquam excogitavi, cùm verè illæ Doctoribus, & rationibus efficacibus adhæreant, & ſignanter æquitati, quæ apud tribunalia ſoprema poteſt haberi in conſideratione, & ſatis ſit tot à inſignibus J. C. & Patribus editas fuiſſe, ut venerationem maximam mereantur, & ſequi omninò debeant; ſed ut quiſque cognoſcat, quòd pro contraria opinione plures aliæ vigent rationes, aliique aſſiſtunt DD. ex quibus opinio prælationem negans non poteſt dici ſine fundamento, nec adeò ſpernenda, ut defendi rigoroſè nequeat; ſcriptura autem eſt tenoris ſequentis.

Reverendiſs. P. Recedendum videtur à deciſis, quia D. Baro Aloyſius Maria Adverſarius, neque uti fideicommiſſarius, neque uti conſors in juriſdictione eſt præferendus, ut præſupponitur in contrariis deciſionibus.

Non uti fideicommiſſarius, quia nulla lex reperitur, quæ in venditione bonorum fideicommiſſi tale jus prælationis vocato conceſſerit, & tamen cautum ſpecialiter habemus, quòd nulli prelatio danda eſt, 36
niſi lex ſpecialiter id depoſuerit, ut clarè ſancitum eſt *in l. dudum, C. de contrahen. empt.* & optimè notat Lancell. Gall. *conſ.* 76. *num.* 1. *& ſeqq.* Farinac. *in ſuo repert. de contract. quæſt.* 2. *ſub num.* 3. *verſ. ſecundo facit fol. mihi* 3. Manz. *deciſ. Palatin.* 11. *& decis.* 12. *per tot.*

Neque argumentari valet à Feudo ex pacto, & pro- 37
videntia ad fideicommiſſum agnatitium, ut ſicuti in feudo per Text. *in cap.* 1. §. *porrò Qualiter olim feud. poterat alien. & in cap.* 1. §. *Titius il primo ſi de feud. defunct. content. ſit*, conceſſa eſt proximiori Vocato prælatio ita quoque fideicommiſſario vocato, ut arguit Franc. Rocch. *reſp.* 8. *num.* 1. 2. *& ſeq. tom.* 2. ut enim patet apertè ex lectura dictorum Jurium feudalium talis prælatio ex ſpeciali conſuetudine feudali 38
contra jus fuit conceſſa, & propterea non poteſt extendi extra materiam feudalem, ut in puncto notat Scrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 2. *& cap.* 8. *numer.* 41. Roſenthal. *eod. tract. tom.* 1. *cap* 9. *membr.* 2. *conclus.* 87. *num.* 2. *& ſeqq. & ſignanter litt. B.* Theſ. *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 6. Rot. *decis.* 417. *num.* 12. *part.* 12. *recent.* maximè quia ex his quæ introducta ſunt ex feudorum conſuetudinibus non valet trahi argumentum ad res fideicommiſſarias, ut eleganter probat Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 7. *ſub num.* 5. *verſ. pro vera, & num.* 6. *apud quem concordantes.*

Meritò igitur in hac ſpeciali quæſtione contra ſe 39
judicatum refert Rocch. *dict. reſp.* 8. *in fine*, & Vocato denegandam prælationem in fortioribus notat Bald. *de jur. protom. num.* 7. *verſ. quid ſit Teſtator inter tract. tom.* 17 *fol. mihi* 18. *à terg.* ubi probat, quòd ſi Teſtator legaverit alicui fundum cum expreſſo fideicommiſſo, & prohibitione illum alienandi, & in caſu venditionis mandaverit fundum vendi Titio tantùm adhoc Titius in caſu venditionis non præferatur alteri, qui habebat jus prelationis, niſi eſſet conjunctus, cui per Conſtitutionem Sancimus, debetur prælatio, quem ſequitur Afflict. *eod. tractat.* §. 3. *num.* 10. & optimè Rendell. *eod. tract.* §. *cauſa verò dotis, verb. ex teſtamento num.* 3. *& num.* 5. *fol. mihi* 204. *viden.* Bald. igitur firmat, quòd Titio non competat jus prælationis. Si enim hoc jus ei competeret uti ſpecialiter vocato, (prout ferè ſimilis erat caſus Batt. *in contrariis deciſ. allegat.*) neceſſariò vinceret, & præferretur alteri etiam jus prælationis habenti, cùm ultra æquale jus prelationis haberet voluntatem præciſam defuncti, & ſpecialem prohibitionem Teſtatoris, quòd in alterum fundus non transferatur, quæ circumſtantiæ junctæ cum æquali jure prælationis 40
efficerent, ut Titius habens fortiora jura repelleret prælationem, tantùm habentem, ad Text. *in l. prima, ff. de privil. credit.* Anchatan. *cons.* 371. *num.* 3. Dec. *cons.* 619. *num.* 6. *in fin. & ſeq.* Decian *reſp.* 15. *num.* 26. *lib.* 4. & plenè tradit Cirocch. *diſcept.* 29. *numer.* 23. *ad* 26. Rota *decis.* 17. *per tot. ſignanter num.* 13. *& pluribus ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* præcipuè quia Bald putavit Titium præferri alteri habenti jus protomiſeos, ſi fuiſſet conjunctus, ideſt ſi ratione conjunctionis potuiſſet habere prelationem per Conſtitutionem Sancimus, ergo non conſideravit in Titio expreſsè vocato, quotieſcumque non fuiſſet conjunctus, jus prælationis, quia eodem modo eum prætuliſſet extraneo in concurſu.

Quę concluſio apertiſſimè probatur ex inconciliabili diſſonantia duarum communium opinionum, quæ

quæ aliàs ſequeretur. Nam communis eſt opinio DD.
41 aſſerentium indiſtinctè, numquam fideicommiſſarium
admittendum eſſe ad vendicandam rem alienatam
pro dotis conſtitutione, aut reſtitutione, vel alio
juſto debito, oblato pretio tertio poſſeſſori, Caſtr. *in
Auth. res quæ num. 6.* ubi etiam Jaſ. *num. 11. Cod. de
commun. de legat.* Boſs. *de dot. capit. 16. §. 6. num. 250.
& 255. fol. mihi 631.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt 531. n. 56.
& quæſt. 532. n. 19. ubi circa fin.* conſiderat, quòd aliàs
emptores non invenirentur, Peregrin. *de fideicomm.
art. 42. num. 22. & ſeq.* Cenſal. *ad eumdem verſ. octa-
vo declaratur*, Sanfelic. *decisſ. 104. num. 19. & ſeq.*
Rot. *decisſ. 273. num. 7.* poſt Merlin. *de legitim. &
decisſ. 12. num. 16.* poſt Cenſal. *ubi ſupra, & in recent.
decisſ. 312. num. 44. & ſeqq. part. 6. & decis. 273. num.
7. part. 10.*
42 Communis quoque eſt DD. opinio, quòd ille, cui
competit prælatio, antequam res vèndatur, denun-
ciandus ſit, ut eſt Text. apertus *in l. qui Romæ, §.
cohæredes*, ubi Bart. *num. 1. vers. hic facio*, Angel.
num. 3. & 4. Caſtren. *num. 4. in fin.* & Alex. *num.
3. & ſeqq. & num 12. ff. de verbor. obligat.* & latè
ſequitur Beron. *cons. 171. numer. 15. lib. 1.* Palm.
conſult. 46. num. 4. Onciac. *accademic. quæſt. lib. 1.
cap. 40. num. 2.* Mangil. *de evict. q. 135. num. 1.* &
eleganter de Marin. *quotid. lib. 2. cap. 117. numer. 10.*
Franch. *decis. 17. num. 9.* & de Luca ad eumdem, qui
tenentur de natura prælationis eſſe, quòd antequam
quis vendat, debeat requirere eum, cui prælatio com-
petit, ut ſe præparet ad emendum, concordat Mar-
cian. *diſput. 63. num. 27. & diſput. 97. num. 15. &
18. tom. 2.* adeò ut facta venditione ſine tali denuncia-
43 tione, venditio reſpectu prælationem habentis dica-
tur imperfecta, & ipſe valeat prælationem petere eti-
am poſt factam venditionem, ac ſi traditio non eſſet
ſequuta, ad Text. *in l. 2.* ubi DD. *C. de jur. emphyt.*
Cenc. *de cenſ. quæſt. 66. ſub num 40. verſ. vel ſi noliꝰ aut
uſque ad n. 43. ſignanter num. 42.* Duard. *eod. tractat. §.
4 quæſt. 15. & 16. per tot.* Tiraquell. *de retract. lignag.
§. 36. gloſſ. 2. num. 36.* Antone l. *de tempor. leg. lib. 3.
cap. 2. n. 9.* Card. Otthobon. *decis. 268. n. 6.*

Unde vel dicendum eſt, quòd non eſt vera com-
munis opinio DD. aſſerentium numquam poſt alie-
nationem factam juſto pretio, & ſine fraude admitti
fideicommiſſarium, dum ſi ipſe non fuerit requiſi-
tus antequam bona venderentur poſſet prælationem
petendo revocare alienationem reſpectu ipſius imper-
fectam, aut quòd eſt falſa alia communis opinio
eorum, qui docuerunt denunciationem ſemper eſſe
neceſſariam, & ex non facta jus prælationis compe-
tere etiam poſt venditionem, quas concluſiones cùm
impugnare difficile ſit, apparet veritas noſtræ conclu-
ſionis, quòd ſcilicet facta alienatione numquam ad-
mittatur fideicommiſſarius ad eam revocandam, quia
non eſt neceſſe, quòd ante venditionem requiratur,
dum ei nulla competit prælatio.

Prætereà probatur concluſio ex manifeſtiſſimo ab-
ſurdo, quòd aliàs facilè reſultare poteſt; Cùm enim
tam Imperator *in dicta Authen. res quæ*, mandans
bona fideicommiſſi pro Dote alienari poſſe, dotibus
apertè favere voluerit, quam Pontifex jubens eadem
bona pro debitis Baronis vendi poſſe conſulere credi-
torum indemnitati contra potentiam Baronum exop-
44 taverit, ſi prælatio quando fiunt tales venditiones vo-
catis ad fideicommiſſum competeret, facilè eveniret
contra publicam utilitatem, quòd emptores non in-
venirentur, aut difficillimè, vel multò minus pre-
tium offerentes, ut benè conſiderat Fulvius Lanar.
in addit. ad Patruum *§. ſed etiam res per quos fiat
Inveſtitur. num. 37.* Novar. *de gravam. Vaſſall. gra-
vam. 15. num. 5.* Ciroc *diſcept. 69. numer. 40. in
med. tom. 1.* Rot. coram Bicch. *deciſ. 500. num. 12.*
& præjudicatum hoc modo eſſet dotibus, ac credito-
ribus, & potentiæ Baronum ſatisfactum contra
mentem Imperatoris, & Pontificis, & ſpecialiter
contra mentem ſan. memor. Urbani Octavi qui me-
diante Chirographo declaravit venditiones fieri pretio
majori, quod poterit inveniri, ut optim. ponderat
Fuſar. *de ſubſtit dicta quæſt. 532. nu 19. paulò ante fin.
verſ. accedente quòd ſi emptor.*

Inſuper vocatus ad fideicommiſſum non ſolùm pro
ſe nullam poteſt allegare legem, quæ ipſi prælatio-
nem tribuat; verùm etiam nec ullam adducere po- 45
teſt rationem, ex qua tale jus prælationis deducere
valeat; Si enim prætendit præferri, quia eſt con-
ſanguineus, & ei obſtat Text. apertus *in dicta l. du-
dum, C. de contrahen. empt. l. 1. C. commun. divid. &
in l. partionem, C. comm. rer. alienat* ubi DD. com-
muniter, & plenè Rot. *d. deciſ. 417. nu. 3. 6. 18. &
29. part. 12. recent.* Si verò præferri vult, quia agitur
de re ſuorum majorum propter ſpecialem affectionem, 46
quam conſiderat Text. *in l. ſi in emptionem 36. ff. de
minor.* & repellitur, quia *in dicta l. ſi in emptionem*,
datur quidem minori propter ſpecialem affectionem
reſtitutio in integrum, ſed non conceditur prælatio,
ut probat ibidem gloſs. *verbo audietur*, de Marin.
*quotid. lib. 2. capit. 116. num. 28. & alleg. 127. num.
13.* Franc. Rocch. *reſp. 59. à num. 1. ad 5. lib. 1.* imò
etiam ſecundum ſenſum illorum, qui exiſtimarunt 47
eamdem legem in re majorum prælationem induce-
re, opus eſt, quòd duo pernecеſſe concurrant, ideſt
minor ætas, & quòd minor rem jam emiſſet cum
pacto addictionis in diem, nam extra iſtum caſum non
poteſt in re majorum prælatio competere, ut plenè
probat Amaya *in l. ſi tempora num. 28. Cod. de fid. in-
ſtrum. & jur. haſt. fiſc. lib. 10.* Koppenſ. *decis. Ger-
man. 51. num. 7.*

Si autem prælationem petit ex quo ſit vocatus ad
eamdem rem, & nequit, quoniam in fortioribus
terminis cautum habemus, quòd etiam in materia
feudali, in qua eſt conceſſa vocatis prælatio, illa
non tribuatur vocatis in feudo novo, quod non vide- 48
tur habere qualitates feudi, ſed potiùs bonorum allo-
dialium, licèt impropriè, unde apparet, quòd de
jure prælatio negetur ex eo tantum, quod aliquis re-
periatur in aliqua re vocatus, ut eſt theorica Iſern.
*in cap. 1. §. Titius il primo ſub num. 1. in fin. ſi de feud.
defunct. controv. fuerit &c.* & latè *in cap. 1. numer. 9. de
alien. feud. patern.* ubi allegat rationem, quòd ubi
non adeſt lex ſpecialis in contrarium, non eſt prohi-
benda ingenuis rerum ſuarum libera alienatio, Scrader.
*de feud. part. 8. cap. 7. num. 32. verſ. hac tamen ratio-
ne*, Sola *ad conſuet. Sabaud. tit. de feud. 2. part. gloſſ.
4. numer. 18. fol. mihi 66.* Capyc. Latr. *conſult. 27.
num. 36. & ſeqq & conſult. 28. num. 24.* de Marin.
*quotid. lib. 1. reſol 24. num. 10. & ſeqq. & lib. 2. reſ.
116. num. 2. & ſeqq.* bon. mem. Eminentiſs. de Luca
de feud. diſc. 37. num. 2. & ſeqq. Apont. *decis. 11.
num. 12.* Maſtrill. *decis 8. num. 21.* Sanfelic. *decis.
104. num. 20.*

Si tandem, ut non lædetur voluntas Teſtatoris,
illaque quantum fieri poteſt conſervetur, & funda- 49
mentum debile apparet, non enim debemus contra
jus ſcriptum, quod voluit in his caſibus fideicom-
miſſa, & prohibitiones alienationum non attende-
re, ac defunctorum voluntates publicæ utilitati poſt-
ponere, ut *in dicta Authentica res quæ, & in Bulla
Baronum* apertè ſancitur, conſiderare earumdem vo-
luntatum læſionem, aut conſervationem cum dam-
no notabili tam creditorum, quàm mulierum, qui-
bus voluit tam Imperator, quàm Pontifex provi-
dere, ut ſupra probatum eſt, maximè quia neque
in caſu Bald. & aliorum, qui eum ſequuntur in
quo major aderat læſio, & repugnantia voluntatis
defuncti fuit id habitum in conſideratione ad effe-
ctum dandi prælationem vocato.

His itaque probatis non relevant DD. qui in con-
trarium allegantur; Quoniam nec Bart. nec cæteri,
qui

qui eum ſequuntur unquam affirmarunt vocato ad
50 ndeicommiſſum prælationem competere; Etenim ſi attentè legatur caſus *conſ.* 19. *lib.* 1. Bart. multum videbitur diſtare à caſu noſtro, in illo enim caſu Teſtator mandaverat, quòd hæredes tenerentur reſtituere fratribus ſuis, quod ſupererat ex rebus hæreditariis vendendis, ut patet ex Summ. conſilii, *& ex num.* 1. unde benè reſpondit, quòd dum hæredes viliori pretio quaſdam res alienarunt animo fraudandi fratres, & intervertendi fideicommiſſum, & aderat timor, quòd alienent alias res etiam viliori pretio, debet per Judicem mandari, quod ipſi hæredes non vendant, niſi præſentibus fratribus, & fratres proteſtari, quod ſunt parati offerre in emptione ipſarum rerum etiam majus pretium, quo caſu ſi fratres æquale pretium offerant, ac extranei ſunt præferendi, per Text. *in l.* 1. *ff. de privil. credit.* idque Bart. firmavit per Text. *in dict. leg.* 1. qui creditori prælationem ſimpliciter non tribuit, ſed tantum mandat, quòd creditor in licitatione concurrens, & ſe præparans auctioni, extra-
51 neis præferendus ſit in paritate oblationis, ut indicat ipſius lectura, & notat apertè ibidem Bart. *paulo ante princip. vers. vel dic.* & Alex. in addit. ad eumdem *litt.* C. Albetic. *numer.* 2. *circa fin.* Angel. *numer.* 2. *&* 3. Jacob. de Aren. *num.* 1. optimè Mangil. *de ſubhaſt quæſt.* 64. *num.* 9. *& ſeqq.* Rodriq. *de concurſ. credit. part* 2. *art.* 5. *ſub num.* 7 *circa fin. fol. mihi* 177. Gratian *diſcept.* 978. *num.* 13. Poſth *in addit. ad tract. de ſubhaſt. inſpect.* 36. *num.* 6 *&* 18. Franc. Rocch. *reſp.* 99 *num.* 12. *& ſeq. lib.* 2. Capyc. Latr. *conſult.* 27 *num* 57. *& conſult.* 28. *num.* 69. *& ſeq.* Sanfelic. *deciſ.* 100. *num.* 70. *& ſeq. & num.* 177. *& deciſ.* 104 *num* 9. *&* 20. quia reſpectu illius pluris, quod
52 ſupererat ex rebus vendiris, fratres uti legatarii erant creditores hæredum alienantium, & conſequenter concurrendo in licitatione rem debebant obtinere, vel majus pretium offerendo, vel in paritate oblationis; Propterea caſum Bart. non poſſumus ad hunc extendere in quo nec Baro Aloyſius Maria venit uti creditor; nec cum aliis licitatus fuit, neque ſe præparavit ad auctionem, ſed tantùm poſt apertas ſchedulas, & poſt decretum de deliberando favore D. Gavotti prælationem petiit.

53 Ideoque Tiraq. *de retract. lignag. in præfat. num.* 43. referens, quòd Bart. movetur per Text. *in dicta l.* 1. eſt juxta caſum Bartoli intelligendus, & ita etiam Sanfelic. & cæteri, qui eum ſequuntur.

Minus applicatur doctrina Rot. Bonon. penes Gio-
54 vagnon. *cons.* 73 *num.* 117. *lib.* 1. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 14. *à num.* 40. *ad* 43. Cavaler. *dec.* 367. *in princip.* Quoniam de diverſiſſima quæſtione agunt, quærunt enim, an fideicommiſſarius poſſit hæredi, qui ex propriis pecuniis ſolvit æs alienum Teſtatoris, offerre eveniente caſu reſtitutionis pecunias, quas ſolvit, & impedire exceptionem retentionis allegatam ab hærede, quod nullo modo applicari poteſt caſui noſtro.

55 Eoque minus applicantur Peregr. *decis. Patav.* 96. *numer.* 2. *verſ. ſextò adducebam*, Mierez *de majorat. tom.* 2. 4. *part. quæſt.* 1. *num.* 137. *fol. mihi* 106. *à terg.* Fuſar. *de ſubſtit quæſt.* 541. *num.* 15. *in fin.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *part.* 2. *num.* 64. & cæteri ſimiles qui poſſunt adduci; Aliqui enim ipſorum concludunt, quòd poſſit fideicommiſſarius bona poſſidens impedire diſtractionem ipſorum bonorum fideicommiſſi pro debito, vel pro dote faciendam, ſolvendo debitum, ſive dotem, quod idem eſt ac privilegium traditum *in l. ſi fundus, ff. de reſcin. vendit. & in l. reſiduum, & in l. ſi prius quam, C. de diſtract pignor.* in quibus permittitur debitori offerre creditori creditum, & ita impedire bonorum, ſeu pignoris ven-
56 ditionem; Aliqui verò dicunt, quòd tale jus offerendi debitum pro liberandis bonis ab urgenti venditione competat etiam ſubſequenter vocato, qui termini non benè conveniunt cum noſtris, quia D. Baro Adverſarius non eſt immediatè vocatus ad partem dicti Caſtri poſt mortem DD Baronum Caroli Venturæ, & Fratrum, cùm eum alii præcedant ad tradita per Andreol. *controv.* 241. *num.* 10. *&* 12. Præterea ipſe non obtulit debita ſolvere, ſed prælationem petiit, & ſic emere voluit bona, dum prælationem petens poſtulat ſubrogari in locum emptoris, Capyc. Galeott. *reſp. fiſcal.* 29. *num.* 25 *verſ. & quoniam, & ſeq.* Mangil. *de ſubhaſt. quæſt.* 119 *num.* 5. *& ſeq.* Ganavet. *conſil.* 2. *num.* 8. *& ſeqq. poſt ſuas deciſ.* Donad. *de renunciat. tom.* 2. *cap.* 26. *num.* 51. *& ſeqq.*

Ulterius poſtquam Congregatio Baronum poſſeſſio- 57
nem ceperat medietatis prædicti Caſtri, & proceſſum fuit ad ultimam oblationem, & ad decretum de deliberando atque ad tot citationes, non erat amplius locus juri offerendi, Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 17. *num.* 99. *& ſeq.* Rot *decis.* 89. *num.* 11. *poſt eumdem*, & tandem oblatio ejuſdem Baronis fuit tantùm verbalis, non autem realis, & cum effectu, cùm tamen ad 58
hunc effectum ut poſſit eximi à venditione pignus, neceſſe ſit, quod debitum in pecunia numerata ſolvatur, & conſignetur, gloſs. *in l. fin. verb. non poteſt, Cod. ſi antiquior creditor pign. &c.* Barboſ. *in l. ſi mora* 10. *nu.* 55 *&* 56 *vers. caterum, ff. ſolut. matrim.* Merlin. *de pignor. lib.* 4. *quæſt.* 77 *num.* 2. *& quæſt.* 83. *numer.* 35. ubi contrarios rejicit Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 17. *nu.* 179. *ad* 182.

Ultimò non merentur allegari *decis.* 50. *&* 55. *part.* 1. *recent.* in illis enim nullum verbum de prælatione fit, imò neque fuit deventum ad venditionem, neque Congregatio Baronum proceſſit per viam licitationis, 59
ſed per modum cujuſdam particularis tractatus, & concordiæ, ut patet ex *d. decis.* 55. *numer.* 2. *circa fin.* undè cùm nec potuerunt evenire caſus prælationis non concurrentibus aliis emptoribus, videtur evidens nullum poſſe trahi argumentum ex prædictis deciſionibus pro prælatione favore vocati.

Remanet igitur prælatio in deciſionibus contrariis conceſſa ſine lege, & Doctoribus, atque ratione deſtituta contra tot evidentia argumenta, & contra apertam diſpoſitionem *dicta l. dudum, Cod de contrahen. empt.* quæ conſiderans injuriam, & damnum, quod patitur venditor mediante prælatione illam generaliter negat, niſi eam ſpecialis lex introduxerit, & non ſolùm id lex ſancivit, ne quis cogatur invitus alteri vendere, ut præſupponunt deciſiones contrariæ, ſed etiam ne venditor damnum patiatur, quia aut difficilius, aut nullo modo, aut viliori pretio rem ſuam venderet, ex Lanar. Cirocc. & aliis præcitatis, quibus addo Tiraq. *de retract. lignag. in præfat. nu.* 27. *&* 28. Coccin. *deciſ* 2229. *num.* 24. quæ ratio magis adaptatur venditioni factæ ſub haſta, facilè enim retrahuntur ab oblatione, vel ab auctione oblatores ſcientes mediante prælatione rem non eſſe apud eos permanſuram.

Neque D. Baro Adverſarius præferendus eſt uti condominus in juriſdictione, juxta theoricam Bald *in l.* 1. *num.* 8 *vers. faciunt prædicta, Cod. qui teſtam facer. poſſ.* quoniam contra Bald. viget verior opinio, & multò fortiores militant rationes; Baldum enim reprobat Angel. *in dicta l.* 1. *ſub numer.* 1. *vers. item ſecundum Baldum*, ubi etiam Jaſon. *num.* 29. Ferron. *ad conſuet. Burdigall. tit. de retr. lib.* 1. §. 2. Lanar. in addit. ad Patruum *in dicto* §. *ſed etiam res numer.* 7. *per quos fiat inveſtitura fol. mihi* 317. de Marin. *quotid. lib.* 2. *cap.* 117. *numer.* 19. Theſaur. *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 5. *vers. & cum iſta opinione, & num.* 7 ubi ita judicatum teſtatur de Luca ad Franch. *decis.* 17. *num.* 2. *vers. imò*, Jacob. Vulner. *de alienat. Caſtr. diſc.* 7. *num.* 28. *& per tot.* quem ſequitur Rot. coram Coccin. *dicta decis.* 2229. *numer.* 6. *vers. ubi concludit*, Capyc. Latr. *decis.* 168 *num.* 41. *in fin.* ubi ita judicatum teſtatur, & pleniſſimè Cald. *de empt.*

Digitized by Google

empt. & vendit, cap. 9. à num. 17. *ad* 20. quam opinionem, quoties non concurrit æmulario tenuit etiam Grat *diſcept.* 546. *num.* 5. Amad. à Ponte *quæſt. laudem.* 1:, *num.* 12.

Et quidem neque lex, quam allegat Bald. neque
61 rationes à ſuis ſequacibus adductæ, & breviter in deciſionibus contrariis reaſſumptæ quidquam concludunt; Nam Text. *in l. quicumque Caſtellorum, C. de fund. limitroph lib.* 11. ſuper quo Bald. ſe fundat procedit ex politica ſpeciali, ibi enim agebatur de Caſtro conſtituto in limitibus Imperii, in quibus quemadmodum non licet cuipiam Caſtrum de novo ædificare, per Text. *in l. quicumque, C. de ædific. privat.* ita nec licebat emere ei, cui à Principe non erat con-
62 ceſſum extra illos qui erant comprehenſi in inveſtitura, ea ratione, quòd multum intereſt Reipublicæ in talibus limitibus fidos, & cognitos habere cuſtodes, ut ſpecialiter poſt alios reſpondet Cald. *d. cap.* 9. *num.* 17. *in fin* qui propterea ait non poſſe diſpoſitionem dictæ legis ſententiam Baldi confovere.

63 Rationes autem commodi ſubditorum, & evitandi pericula rixarum non ſunt aptæ ad talem prælationem contra rigorem juris inducendam, prima enim ratio, quæ deducitur ex Text. *lib.* 12. *Annal.* dicente: *interiturem fore diſciplinam, ſi ſubditi ab uno regerentur*, & ex Plin. jun. *in panegyr.* exclamante: *ediſcant quantum libertate diſcordi ſervienti ſit utilius, unum eſſe cui ſerviant*, uti politicæ adhærens poteſt quidem animum Principis movere ad concedendum in aliquo ſpeciali caſu prælationem, non autem poteſt movere judicem, qui in his caſibus non niſi rigorem juris ſervari debet, & non politicam, aut æquitatem, Rot. *decis* 547. *num.* 3. *part.* 2 *recent.* Cirocc. *diſcept.* 69. *num.* 40. *in med. tom* 1.

64 Quinimò neque tale commodum ſubditorum ipſis iiſdem, quando una cum Curia, ſeu Caſtro venduntur Baroni, valet prælationem tribuere, ut latè probat Loffred. *in c. Imperialem, §. præterea, verſ. nec Dominus de probib. feud. alienat. per Frideric.* Lancellott. Gall. *cons.* 46. *per tot. lib.* 1. plenè Maſtrill *in cons. unic. poſt primum tom. ſuarum decis. à num.* 30 *uſque ad fin.* Revertet. *decis.* 22. *per totam*, & ibidem de Marin.
65 *num.* 1. præſertim quando ab uno Barone venduntur alteri, quo caſu ipſis non datur prælatio, ut plenè Franch. *decis.* 17. *num* 2. *& per tot.* Antunez. *de donat. Reg. lib* 1. *part.* 2 *cap.* 4. *à numer.* 29. *ad* 34. *fol. mihi* 78. quamvis tunc commodum ipſorum ſit evidens, quia ſi prælationem haberent conſervarentur ſub demanio, ideſt immediato ſervitio Regis, & eximerentur ab angariis Baronum, ſub quorum dominio vivere dura ſervitus reputatur, ut latè explicat Lucas de Penn. *in l. unica num.* 5. & benè *num.* 8. *C. de capit. cens. eximen. lib.* 11. Salernit. *alleg.* 5. *per tot. ſignanter num.* 5. *& ſeqq.* Unde ſi ſubditorum commodum non poteſt ſibi ipſis prælationis jus tribuere, quantò minus poterit illud dare conſorti? ut patet ad ſenſum

67 Secunda verò ratio evitandi rixas præſupponit Caſtrum non recipere commodam diviſionem, quòd in facto negatur; Præterea ſi hæc ratio poſſet prælationem tribuere, utique ipſa daretur in omni venditione partis propriè facta à Conſorte ante diviſionem, quòd eſſet contra Text. *in l.* 2. *C. de commun. rer. alienat. & in l.* 1. ubi Bald. *in* 1. *not. C. commun. divid. & in l. ante diviſionem* 16. ubi ſpecialiter gloſs. *verb. prohibetur*, Bald. & Salic. *C. de jur. dot* Molin. *de contract. tit de retract. tract.* 2. *diſput.* 370. *fol.* 522. *circa fin. lite C. & D.* Cald. *dicto cap.* 9. *nu.* 15. *& ſeqq.* Coccin *d. decis.* 2229. *à n.* 1 *ad* 5.

Et quidem ex evidenti motivo, cùm enim ſive conſors alienaverit, ſive non, alius nolens ſtare in
68 communione poſſit provocare ad diviſionem deveniendo ad licitationem, vel implorando Judicis officium, qui vel admittat ipſos conſortes ad licitandum, & in eorum defectum extraneos, vel uni rem tribuat, & alteri æquivalens, vel in pretio, vel in bonis, Tex. *in l prima, & l. ad officium*, ubi DD. *C. commun. divid.* de quo caſu loquitur Gratian. *diſcept.* 997. *per totam*, referens reſolutionem Sacr. Conſultæ, meritò non eſt privandus alter conſors etiam ante diviſionem facultate in quemlibet portionem ſuam alienandi, ut eleganter notat Fab. *in ſuo Cod. lib.* 3. *tit.* 26. *commun. divid definit.* 4. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 13. *numer.* 11. *& ſeq.* ubi ita judicatum teſtatur, & optimè Molina *dicta diſp.* 370. *§. retractu lit. C. & D. fol. mihi* 522. & proindè dum conſor- 69
tes ad rixas evitandas habent eorum remedia ordinaria à jure tributa, non debet ipſis hoc prælationis remedium extraordinarium concedi, ut benè notat Thor. *in compend. deciſ. part.* 2. *verb. prælatio fol. mihi* 488. *& ſeq.*

His omnibus additur, quòd etiam ſi prælatio competiiſſet, adhuc D. Baroni Adverſario concedi non poterat, dum ipſe ſimpliciter obtulit pecuniam, non 70
autem illam conſignavit, aut depoſuit, ut opus erat, juxta doctrinam Fabr. *in l. acceptam in fin. C. de uſur.* Boer. *dec.* 124. *ſub num.* 24. *circa fin.* Gutier. *practic. lib.* 2. *quæſt.* 160. *n.* 2. *verſ. his tamen non obſtantibus*, Barboſ. *lib.* 3. *vot.* 8. *n.* 12. *&* 14. Giurb. *deciſ.* 77. *nu.* 1 ubi plures concordantes Cirocc. *diſcept.* 29. *nu* 6. *& ſeq.* Maſtril. *deciſ.* 148. *num.* 14 *& ſeqq.* Fontanell. *deciſ.* 57. *num.* 13. Rovit. *deciſ.* 24. *num.* 33. Capyc. Latr. *deciſ* 56. *num* 42.

Sed his non obſtantibus Sac. Rota in dicta Cauſa Romana Caſtri Porciliani coram R. P. D. Rondinino 71
poſt tractatum impreſſa *deciſ.* 3. contrariam opinionem ſequuta fuit, exiſtimando vocato ad fideicommiſſum prælationem competere ſaltem de æquitate, quam ſequuntur multoties juxta facti circumſtantias Tribunalia ſuprema, atque ideò ipſius opinio ſequenda eſt; Verum tamen eſt, quòd in Cauſa Romana, ſeu Tuſculana Vineæ 26. Januarii 1685. *§. à prælatione*, coram cl. me R. P. D. Pauluc. *poſt tractat. deciſ.* 5. viſa eſt eadem Rota de hacmet opinione dubitare, ſed verè vocato ad fideicommiſſum in dicta deciſione prælationem negavit, quia à Teſtatore fuerat data facultas vendendi, unde ſicuti in caſu venditionis ceſſabat fideicommiſſum ita quoque ceſſabat particularis Teſtatoris affectio, ac votum eadem bona in familia conſervandi, & conſequenter prælatio, ut clarè dicitur in dicta deciſione.

QUÆSTIO XXXVII.

An emptor domus cum pacto de retrovendendo præferendus ſit aliis, quando domus venditur liberè, vel ceditur jus redimendi alteri.

SUMMARIUM.

1 *Emptori cum pacto de retrovendendo competit prælatio, quando ceditur, aut venditur jus redimendi.*
2 *Jus quæſitum præfertur in concurſu juris quærendi.*
3 *Melior eſt conditio poſſidentis.*
4 *Amplia etiam in pari cauſa.*
5 *Contrarium ſcilicet, quòd Emptori cum pacto de retrovendendo non competat prælatio, eſt verius.*
Amplia etiam ſi emptorem melioravit.
6 *Inquilinus, qui vigore* Gregorianæ *habet prælationem, ſi emit rem cum pacto retrovendendi, non præfertur quando ceditur, vel venditur jus redimendi alteri.*
Emptor cum pacto retrovendendi præfertur in ceſſione Juris redimendi, quando per pactum ſibi proſpexit, quod præferri volebat in hoc caſu.
7 *Prælationis jus non debet concedi ex ſolo motivo æquitatis.*
8 *Prælationis jus, in multis, & ſignanter in pretio præjudicat Venditori.*

9 *Præ-*

9 *Prælatio non conceditur ex eo ſolùm, quòd quis habeat jus in re.*

10 *Emptor cum pacto de retrovendendo, non præfertur, præſertim quando venditor in Inſtrumento reſervavit jus redimendi, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus.*

11 *Statutum, vel lex mandans, quem præferri in emptione rei immobilis, habet locum etiam quando venditur jus redimendi.*

Videtur dicendum, quòd talis emptor cuicumque ceſſionario iſtius juris redimendi, ſive emptori
1 libero præferatur, quia ipſe primus emptor habere videtur jus in re, ut in puncto concludunt Novar, *quæſt. forenſ. lib. quæſt.* 2. ac Franc. Rocc. *reſp.* 92. *num.* 13. *lib.* 1. & quia ipſe interim eſt rei Dominus, & poſſeſſor, ad Text. *in l fin. Cod. com. de leg.* Tiraquell. *de retr. convent.* §. 2. *gloſſ. unic. num.* 33. *& ſeq.* Niger. *de laudem. tom.* 1. *q.* 30 *num.* 90.

Sive quia ipſe habet jus quæſitum, quod potentius eſt Jure quærendo, quod alius extraneus redemptor
2 habere præſumit, ad Text *in l. ita ſcriptum*, §. 1. *ff. de legat.* 2. & propterea ipſius jus eſt præferendum, imò impedire videtur jus quærendum aliorum, quod cùm ſit minus potens facilius impeditur, Franc. Rocc. *dict. reſp.* 92. *num.* 14.

Militat etiam pro eo æquitatis potiſſima ratio, nam æquum eſt, quòd ille, qui emit cum pacto de retro-
3 vendendo pro eodem pretio præferatur illi, qui emere vult, & qui nec habet jus, nec poſſidet, de Marin. *reſ. jur. lib.* 2. *cap.* 161. *num.* 5. *& ſeqq.* aliàs enim melior eſſet conditio emptoris novi, qui non poſſideret, contra Text. *in l. ſi debitor, ff. de pignor. & l. ſi quis diſtinaut, ff. de rei vendic. l. fin. C. eod. tit. l. qui accuſare, C. de edend.* §. *retinenda, vers. commodum inſtit. de interdict. cap. pro poſſeſſore de reg. jur. in* 6.

Et ſi potior eſt cauſa primi emptoris poſſidentis,
4 quare non debet præferri novo non poſſidenti, cùm ſciamus etiam in pari cauſa meliorem eſſe conditionem poſſidentis, *l. apud Celſum*, §. *Marcellus*, *ff. de dol. mal. except. l. ſi ſervum*, §. *ſequitur*, *ff. de verb. oblig. l. fin. C. de rei vendit. cap. in pari de reg. jur. in* 6. Conſiderato præſertim, quòd ideò præferuntur Cenſuarius, & Dominus directus extraneis emptoribus, ac alii relati per infra citan. quia illi habent jus in re, & ideò ſi habere videtur emptor cum pacto de retrovendendo jus in re, quælibet juſtitiæ ratio ſuadet, ut ipſi prælatio concedatur, ut arguunt Franc. Rocc. *dict. reſp.* 92. *per tot.* qui multa affert exempla, melius Novar. *dict. quæſt.* 2. qui id multum defendere conatur.

Sed veritas eſt, quòd nulla concedi debet præla-
5 tio emptori cum pacto de retrovendendo, quando ceditur illud jus redimendi, & venditur res liberè ut expreſsè tenent Amat. *var. reſ. reſ.* § 4. *num.* 26. Jo: Angel. Pitanell. *in conſuet. Neap. ſi quis emit in Addit. fol. mihi* 333. *incip. ſampta occaſione*, plenè de Marin. *var. reſ. lib.* 2. *cap.* 117. *num.* 12. *& ſeqq. & num.* 18. ac pleniùs *cap.* 161. *num.* 4. 5. *& ſeqq. & nu.* 15. *& multis ſeqq.* Jo: Baptiſt. Silvaticus *cons.* 48. *num.* 21. *fol. mihi* 372. Gizzius in Addit. ad Capyc. Latr. *deciſ.* 39. *n.* 14. *& ſeqq.* ubi id extendit, quamvis per d. emptorem res fuerit meliorata, & ita decisum teſtatur Ciroce *diſcept.* 69. *num.* 39. *tom.* 1. Rota *decis.* 502. *deciſ.* 547. *per tot. part.* 3. *recent.* & videtur tenere etiam Rota *deciſ.* 322. *num.* 9. *&* 10. *part* 4. *recent.* ubi in terminis fortioribus tenet, quòd ſi venditio cum pacto
6 retrovendendi eſt facta inquilino, qui in Urbe habet ex jure inquilinatus prælationem, tamen ſi ceditur illud jus redimendi, inquilinus præferri non debeat, & tenet etiam Eminentiſſimus de Luca *de ſervit. ad mator, retract. diſc.* 88. *num.* 2. ubi contrarium *num. ſeqq.* ſtatuit in eo, qui emit cum pacto retrovendendi, ſed per pactum ſpeciale ſibi proſpexerit,

quòd præferri volebat, tunc enim rectè dicit, quod emtori vid. pacti jus prælationis competat, ſi venditor velit illud jus redimendi alteri cedere, ea ratione, quia aliàs pactum eſſet fruſtratorium, & non verificabile, niſi in dicta ceſſione, ut ibi per eum.

Non obſtat æquitas, quia propter imaginariam 7
æquitatem non eſt novus laqueus privatorum rebus injiciendus, imò potiùs æquitas ſuadet contrarium, quòd ſcilicet quilibet ſit rei ſuæ moderator, & arbiter, *vulg. l. in re mandata, C. mand.* & ita reſpondet de Marin. *d. cap.* 161. *num.* 6. Rot. *d. deciſ.* 547. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* & plenè *deciſ.* 117. *à num.* 21. *ad* 27. *part.* 12. *recent.* ubi refert concordantes.

Et quia iſta æquitas admitteretur contra jus venditoris, qui ob iſtam imaginariam æquitatem admo-
dum læſus reperiretur, dum venderet rem ſuam mi- 8
noris, cum indubitatum ſit, quòd res in quibus competit aliis prælatio, minùs vendantur, ut conſiderat Rota *dicta deciſ.* 547. *num.* 3. Ciroc. *diſcept.* 69. *num.* 40 *in med. tom.* 1. & quotidiana praxis obſervat.

Exempla non applicantur, quia ideò præfertur Cen-
ſuarius, & Dominus directus, quia ſic reperitur in 9
Conſtitutionibus, & Jure cautum, quòd non ſolùm diſpoſitum non reperitur in caſu noſtro, verum etiam contrarium eſt ſtatutum ex regula *l. dudum, Cod. de contrahend. empt.* prout etiam cætera exempla, quæ à DD. contrariis adducuntur diverſæ rationis & diverſorum Jurium regula diriguntur, ut conſiderat plenè de Marin. *in dict. cap.* 161. *num.* 15 *&* 16. qui etiam omnia alia diluit.

Et iſta concluſio eò magis procederet, ſi emptor 10
cum pacto de retrovendendo ſtipulari paſſus fuerit per venditorem retrovendendi jus pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, tunc enim nullo modo petere poſſet prælationem, quia eſſet hoc facere contra expreſſam ſtipulationem, quæ admittit omnem ſucceſſorem, nomine cujus venit emptor, & ceſſionarius, ut accuratè dixit Rota *dicta deciſ.* 322. *num.* 10. *verſ. imo multò magis part.* 4. *recent.*

Nota tamen, quòd ſi exiſtat ſtatutum mandans aliquem in venditione rei immobilis præferri, debet
etiam præferri à ſtatuto nominatus, quando venditur 11
facultas redimendi rem immobilem ab aliquo venditam eo pacto, ut emptor teneretur revendere, quia cùm dicta facultas redimendi rem immobilem tanquam immobilis à jure reputetur, in ipſius venditione verificantur verba ſtatuti, ut peritiſſimus Tiraquell. concludit. *in ſuo tract. de retr. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num* 32. *fol. mihi* 26. Carpan. *ad ſtat. Mediol. cap.* 417. *num.* 400.

QUÆSTIO XXXVIII.

An Conſors, cujus pars venditur à fiſco præferri debeat in ea venditione cuilibet privato.

SUMMARIUM.

1 *Fiſcus poteſt partem conſortis vendere eo invito.*

2 *Amplia primò ſive ſciat, ſive ignoret fiſcus partem illam eſſe Conſortis, & num.* 3.

4 *Amplia ſecundò ſive pars, quam fiſcus habet communem cum privato ſit magna, ſive modica, & minima.*

Amplia tertiò ſive res ſit diviſibilis, ſive indiviſibilis.

5 *Amplia quartò quamvis fiſcus habeat communionem cum bonis dotalibus, vel doti obligatis.*

6 *Amplia quintò, ut fiſcus poſſit pro executione pœnæ vigore dicti privilegii deſtruere totam domum, ſi delinquens habeat illam communem cum alio*

7 *Amplia ſextò, ut poſſit partem conſortis non ſolùm vendere,*

dere, ſed etiam locare, vel in feudum, aut in emphyteuſim dare.

8 *Niſi mediante contractu locationis, privato magnum redundaret incommodum.*

9 *Ampliaſeptimò, in locatione dohanarum, & vectigalium, quæ ex gratia Barones poſſident.*

10 *Contrarium tamen & verius defendunt alii, credentes, quòd fiſcus non poſſit partem Conſocii locare, vel in feudum, aut emphyteuſim dare.*

11 *Alii verò credunt, quòd fiſcus non poſſit locare perpetuò partem Conſocii, ſed tantùm brevi tempore, ſed contrarium defenditur.*

12 *Fiſcus non poteſt donare partem Conſocii eo invito.*

13 *Limita ſi donet remunerationis gratia, contrarium tamen defenditur, num. 18 & ſeqq.*

14 *Fiſcus, quando una cum parte ſua, vendit etiam partem Conſocii tenetur adhibere ſolemnitates, quæ requiruntur in venditione rerum fiſcalium.*

15 *Princeps non tenetur ex debito morali Vaſſallorum ſervitia remunerari.*

16 *Tenetur tamen dicta ſervitia remunerari ex quadam ratione naturali.*

17 *Princeps remunerandi gratia milites, poteſt res privatorum alienare, ſolvendo æſtimationem rei.*

18 *Fiſcus quando alienat partem Conſocii, tenetur pretium illius partis Conſocio reſtituere.*

19 *Imò quòd poſſit Conſocius recta, via contra emptorem agere pro ſolutione partis pretii plures defendunt.*

20 *Verbum*, reſtituere, *importat reſtitutionem eorum, quæ accepimus.*

21 *Non autem importat ſolvere de proprio.*

22 *Princeps remunerandi gratia aliquem, quem publica utilitas, vel Regium decus ita remunerari ſuadeat, poteſt alienare rem privati eo invito, ſive cum eo habeat partem, ſive non.*

Tenetur tamen privato ſolvere juſtum pretium.

23 *Et juſtum pretium dicitur illud, quod eſt commune, & curris de tempore ablationis rei.*

24 *Donatio facta à Principe ſubdito, an, & quando dicatur remuneratoria.*

25 *Fiſcus non poteſt pignorare partem Conſocii eo invito, nec illam cum alio permutare.*

26 *Fiſcus non poteſt alienare partem Conſocii, ſi non probet habere cum illo communionem.*

27 *Civitas, vel Univerſitas, non poteſt vendere partem Conſocii eo invito.*

Eccleſia non poteſt vendere partem Conſocii eo invito.

28 *Fiſcus poteſt vendere partem Conſocii, ſive ſit Civitas, ſive alia quæcumque perſona privilegiata.*

Limita ſi ſit Eccleſia.

29 *Fiſcus non poteſt vendere partem Conſocii, quando non probat communionem Dominii, ſed tantum communionem uſusfructus, aut alterius Iuris.*

30 *Contrarium defendunt alii, ſed prima opinio probatur, & num. 31.*

31 *Fiſcus poteſt rem, quam in pignus habet alienare Domino invito, contrarium tamen ut verius defenditur.*

32 *Fiſcus non poteſt vendere partem Conſocii, poſt quam elegit viam diviſionis.*

33 *Conſors, ſive Conſocius fiſci, præfertur in emptione, quando fiſcus ex privilegio, quod habet, vendit partem propriam, & partem Conſocii eo invito.*

34 *Alii credunt, quòd de rigore Iuris Conſors non præferatur, ſed tantum de æquitate.*

35 *Contraria opinio illorum, qui probant, quòd Conſors, ſive Conſocius hoc caſu non præferatur defenditur.*

Text. in l. multum intereſt, C. de com. rer. alienat. *expenditur.*

36 *Fiſci privilegium, quod habet vendendi partem Conſocii, eſt favorabile, & ampliandum, non autem reſtringendum.*

37 *Et tale privilegium ipſi eſt conceſſum, ut facilius majori pretio partem ſuam vendere poſſit, totam rem vendendo.*

38 *Et tale privilegium præferendum eſt cuilibet privati commodo, neque eſt tollendum ſub prætextu imaginariæ æquitatis.*

PRæmittas priùs, quod Principi, ejuſque fiſco eſt per peculiare privilegium conceſſa à Iure facultas totam rem invito privato vendendi, ſi partem in illa 1
te cum privato habeat, per Text. *in l. unica, C. de venden. reb. fiſcal. commun. cum privat. lib.* 10. *l. multum intereſt.* 2. *C. de commun. rer. alienat.* Afflict. *ad conſtit. Neapol. lib.* 2. *rub.* 6. *num.* 12. *fol. mihi* 27. Caſtill. *conr. Iur. lib.* 3. *cap.* 6. *num. & ſeqq.* ſive ſciat, ſi- 2
ve ignoret partem illam eſſe alienam, Capyc. Galeot. *reſpons. fisc.* 28. *num.* 92. *&* 93. ad differentiam priva- 3
ti, cui non eſt permiſſum partem ſocii eo invito vendere, licèt pretium fiſco ſolvere intendat. *d. l. multum intereſt*, ubi gloſſ. & DD. communiter.

Quod privilegium procedit, ſive pars, quam fiſcus habet communem cum privato ſit magna, ſive mo- 4
dica, & minima, ut diſponitur in *d. l. unic.* ubi Bart. aliique ſcribentes, Peregrin. *de jur. fisc. l.* 6. *tit.* 4. *n.* 23. Barbol. *in d. l. multum intereſt n.* 8. Alpharus *de offic. fiſcat. gloſſ.* 34. *num.* 25. Maſtrill. *de magiſtrat. lib* 3. *c.* 4. *n.* 474. ſive res ſit diviſibilis, ſive indiviſibilis, adhuc enim fiſcus poteſt totum vendere, gloſſ. *in d. l. unic. verbo diſtrahantur in fin.* ubi Bart. *num.* 1. Bald. *num.* 7. Conſtans. *num.* 22. Gail. *de credit. cap.* 4. *quæſit.* 6. *num.* 406. Poſth. *de ſubh. ſt. inſpect.* 58. *num.* 62. Peregrin. *dicto tit.* 4. *numer.* 23 Capyc. Galeot. *reſp. fiſcal.* 28. *num.* 8. Maſſin. *de confiscat. quæſt.* 47. *num.* 5. 5
78. etiamſi fiſcus habeat communionem cum bonis dotalibus, vel Doti obligatis, Bald. *conſ.* 171. *lib.* 1. Arias de Meſa *var. reſ. lib.* 2. *cap.* 17. *num* 4. Imò 6
quòd poſſit pro executione pœnæ deſtruere totam domum, ſi delinquens habeat illam communem cum alio etiam eo invito, Capyc. Galeot. *d. reſp.* 28. *numer* 135.

Ampliùs poteſt partem illius privati locare, vel in 7
feudum, aut emphyteuſim dare, ſi enim poteſt vendere, quod eſt majus, poterit etiam locare, quod eſt minus, ex auctoritate Bald. *conſ.* 332. *& conſ.* 33. *per tot. lib.* 5. Boſſ. *de fisco numer.* 39. Bajard. *quæſt* 95. *ſub num.* 24. *ad med.* Card. Tuſcus *lit. C. verb. communis res conc ut.* 542. *num.* 2. *& lit. F. verb. Fiſcus concluſ.* 383. *num.* 40 Gail. *de credit. cap.* 4. *quæſit.* 7. *numer.* 407. *& ſeqq.* Guazzin. *de confiſc. concl.* 13. *limit.* 44. *num.* 17 Felic. *de ſociet. cap.* 28. *num* 13. Garzon. *decis. Marth* 169. *num.* 1. *in addit.* Capyc. Galeot. *dicta reſp.* 28. *num.* 78. *& ſeq.* Conſtant. *in dicta l. unic. num.* 58. *& ſeqq.* Moles *decis. Camer. tit. de Iur. Dohanar.* §. 6. *quæſt.* 12. *num.* 16. *& ſeq.* Arias de Meſa *var lib.* 2 *dicto cap.* 17. *num.* 20 Gipſ. ad Capyc. Latr. *decis.* 28 *num.* 30. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 414. *in fin.* Idque eò magis ſi privatus ſolitus 8
ſit locare, ut notat Conſtant. *in dicta l. unic. num.* 60. qui tamen hoc non admittit ſi privato magnum inferatur incommodum, & præjudicium, puta quia velit vendere partem ſuam pro debitis ſolvendis, & fiſcus velit illam locare.

Imò & plus, quòd fiſcus poſſit locare Dohanas, & 9
vectigalia, quæ ex gratia Barones poſſident, & id exequi invitis Baronibus ex vi privilegii, de quo *in dicta l. unic.* dixerunt Conſtant. *ibidem num.* 59. *& ſeqq.* ubi tamen contrarium potius affirmare videtur Arias de Meſa *dicto cap.* 17 *per tot ſignanter num* 20 Gipſius in addit. ad Capyc Latr. *d. decis.* 28 *num.* 30.

Sed contra non abſque rationibus, & fundamentis, quòd ſcilicet fiſcus non poſſit partem illius privati locare, vel in emphyteuſim, aut in feudum dare nec ſic 10
cogatur privatus invitus emphyteutam, vel Vaſſallus perpetuum habere, & quoniam non conveniunt

verba

verbe legis fiſco privilegium concedentis, quæ ſi mandat, quòd privatus conſequatur integrum ſuæ partis pretium re venditæ, quomodo poterit hoc adaptari emphyteuſis, vel locationis contractui, in quo ſingulis annis, certum quid percipere tantùm poterit? concluduntque contra Bard. & ſequaces, qui clauſis oculis ejus tantùm auctoritati inhærentes, nec rationes ab eo adductas librantes in eandem ſententiam convenere, Afflict. *ad Conſtitut. Neapolit. lib. 2. rubr. 7. num. 12. fol. mihi* 27. Andr. de Barulo *in d. l. unic.* ubi etiam Anton. Perez *num.* 8. Peregrin. *de Iur. fiſci lib. 6. tit.* 4. *num.* 23. *verſic. ampla* Amay. *in dict. l. unic. num.* 46. *&* 59. ubi etiam Conſtant. *num.* 61. Barboſ. *in dict. l. multum intereſt num.* 12. & plenè omnibus Bald. rationibus reſpondens Caſtill. *contr. Iur. lib. 3. cap. 6. num.* 18. *& ſeqq.*

11 Diſtinguunt tamen inter locationem perpetuam, & brevem, idem Caſtill. *dict. c. 6. n.* 22. *& ſeq.* Conſtant. *in dict. l. unic. n.* 60 *juncto n.* 61. ubi concludunt, quòd ad breve tempus fiſcus poterit locare rem conſortis, ad longum verò, & perpetuum non, quia ita ei adimeret perpetuò rei propriæ libertatem, quòd nullo jure eſt concedendum, ſed id eſt contra omnem æquitatem, nec lege, nec ratione legis probatur, cùm non parum ſit privati incommodum uſu rei ſuæ privari, & conductorem penſionem reſpondentem habere, & deficiat legis intentio, quæ voluit fiſci utilitati conſulere cum ſolo incommodo venditionis rei privati, & non cum tot continuatis incommodis, & ſine perceptione totius pretii cogendo eum ad annuam penſionem habendam.

12 Atque hic eleganter quærendum eſt, utrum poſſit fiſcus partem ſocii eo invito donare, & hîc Conſtant. *in dicta l. unic. num* 65. *& ſeq.* affirmativam defendit, negativa tamen in Jure verior videtur, quam tenent Barboſ. *in dicta l. multum intereſt numer.* 11. & Caſtill. *dicto cap. 6. num.* 14. *&* 18.

13 Spernenda tamen in hac quæſtione non videtur diſtinctio Conſtant. *in loco citato*, dicentis poſſe fiſcum remunerationis gratiæ donare partem ſocii, gratuitò verò non; Quod optima ratione probari poteſt, ſi enim fiſco permitteretur gratuitò donare, etiam partem conſocii, abuteretur potiùs privilegio ſibi conceſſo, quod ipſi datum fuit contemplatione utilitatis propriæ propter rationem, quam adducit Bartol. *in dicta l. unic. num.* 2. nempè, quia majori pretio venditur tota res, quam ejus correſpectivè loquendo, quam etiam recitant Amaye *ibidem num* 64. *&* 67. Amat. *reſolut.* 54. *num.* 3. *lib.* 2. Gratian. *decis. March.* 169. *num.* 7. *&* 8. Arias de Meſa *dicto cap.* 17. *num.* 12. Felic. *de ſociet. dicto cap.* 28. *num.* 15. Peregrin. *de Iur. fiſci dicto tit. 4 ampl* 1. plenè Galeot. *dict. reſp. fiſcal* 28. *num.* 80. *ad* 84. optimè Ganover. *decis. Neapol.* 9 *num.* 64 *& ſeq* quorum aliqui propterea dicunt ſervandas eſſe ſolemnitates omnes venditionis rerum fi-

14 ſcalium, quidquid afferant, poſſe fiſcum, etiam ſepoſita utilitate partem privati alienare, multi, quos ſequitur Barboſ. *in dicta l. multum intereſt numer.* 9. & Caſtill. *dicto cap. 6. num.* 13. acerrimus contrariæ ſententiæ propugnator.

15 Unde ſi in donatione gratuita deficit utilitas fiſci, & ſic ratio à lege conſiderata, debet etiam ceſſare ipſius legis beneficium, quod non evenit in donatione remuneratoria, Princeps enim ejuſque fiſcus, licèt non teneatur ex debito morali Vaſſallorum ſervitia remunerari, Cabed. *decis. Luſitan.* 36. *num.* 12. Gama *decis.* 29. *num.* 1. *verſ. neque ſervitia*, Afflict. *decis.* 307. *num.* 3. Urſill. *ad eandem num* 9. neque id id cogi poſſit conſiderando in hac materia verba Senec. *lib. 2. de benefic. cap.* 14. ita dicentis: *Etiam, atque etiam cui Beneficium des conſidera: nulla actio erit, nulla repetitio, erras ſi exiſtimas ſuccurſurum tibi Iudicem, nulla lex te in integrum reſtituet.*

Communis tamen ratio etiam barbara admittit

Principis remunerationem in ſubditos, ut inquit idem Seneca ad Lucill, Epiſt. 8. ibi: *Credamus nihil eſſe animo honeſtius, omnes hoc Vrbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes clamant, in tanta judiciorum diverſitate referendam benemerentibus gratiam omnes uno ore affirmant*, quod non diſplicuit Alex. ab Alex. *genial. lib. 5. cap.* 1. *fol. mihi* 148. ubi ait: *Natura ita eſſe comparatum, ut beneficium accepit conſilio, & animo ſit, ut illi à quo accepit ad tantundem ſpontè obligatus maneat, eumque pars obſequiis devinciat*, & ad propoſitum Caſſiodor. *lib* 11. *Epiſt.* 37. dicens: *bene proviſum eſt, ut labores ſui pretia recipiant, qui publicis utilitatibus obſecundant.*

Et peculiaria habemus Imperatorum exempla, qui non ehiſque propriorum reddituum, & obſequiorum in- 17
commodo ob merita ſervientium plura privilegia illis non indignati fuere concedere, ut patet ex *l. 1. & 2. C. de privileg. eorum qui in Sacr. Palat. milit. lib.* 12. *l. cum Navarchus C. de Navicular. lib.* 11. *l. hac ſaluberrima, Cod. de Prapoſ. Agent. in rebus lib.* 10. *cum ſimilibus*, & alienando res privatorum remunerandi gratia Milites privatis pretio dato, ut in *l. item ſi verberatum* 15. *§. item ſi forte ager, ff de rei vendicat.* oſtenderunt quanti ponderis debeat eſſe in Principe ſervitiorum remuneratio, ut ſcilicet alii exemplum munificentiæ Regalia conſpicientes faciliùs accurrant ad obſequia, & ſervitia ipſis præſtandum; Ideòque ſi utile, & ut ita dicam ferè neceſſarium eſt Principi, ejuſque fiſco ſervitia ſibi præſtita remunerare, cur non permittetur ipſi remunerationis gratia partem conſocii donare? ut arguit, idem Conſtant. *ubi ſupra.*

Sed ego pace Conſtant. arbitror ex privilegio *à dicta l. unic.* fiſco conceſſo potiùs negari, quam argui 18
hanc poteſtatem donandi partem ſocii, ſive gratuito, ſive remunerationis gratia, & pro hoc expendo verba *dicta l. unic.* ibi *ſed pretium partis tantùm in fiſcum redigatur reliquum Dominis pretium reſtituunt*, ecce quod lex exoptat partem totius pretii portioni privati correſpondentem prius fiſco ſolvendam eſſe, & poſtea à fiſco conſocio reſtituendam, ut notat gloſ. *in dicta l. unic.* & Bartol. *ibidem num.* 4. ubi Addent. *lit. A.* dat concordantes, idem Conſtant. *ibidem nu.* 72. ubi etiam tuetur poſſe rectè ſolvi ab emptore par- 19
tem illius pretii privato, imò quòd rectè ipſe inſtabit pro parte ſua, contra emptorem ad evitandos inanes circuitus; Si igitur fiſcus reſtituere debet partem illius pretii, quod habuit, conſocio, quomodo hæc lex poterit adaptari in donationis caſu in quo Donatarius nullum exponit pretium, nec privatus ullam 20
partem pretii à Donatario expoſiti poteſt habere, dum ipſe nil præſtat? & tamen *reſtituere* verbum importat reſtitutionem eorum, quæ accepimus, *l. ſi Procuratorem* 8. *§. ultim. ff. mandati*, Gratian. *diſceptat.* 824. *number.* 6. *verſic. maximè & numer.* 7. Thomat. *deciſ.* 50. *numer.* 301. & præſupponit rem prius fuiſſe 21
datam, reſtitui autem non poteſt, quod datam non fuit, Becc. *conſil.* 53. *num.* 8. Surd. *de aliment. tit. 6. quæſt.* 23. *numer.* 4. *& tit. 9. quæſt.* 40. *num.* 13. *& ſeq.* Actolin. *reſolut. for.* 32. *num.* 70. debet ideò prius fiſcus pretium ab emptore habere, ut reſtituat conſocio alias enim de proprio daret, quòd non eſſet reſtituere, ut dixit Rot. *deciſ.* 314. *num.* 2. *& 3. part.* 14. *recentior.* quòd cùm non poſſit facere mediante donationis contractu, ſequitur quod illius legis diſpoſitio illo caſu locum non habeat.

Imò dico plus quod permittere, quod Princeps, vel fiſcus pro remunerandis benemeritis poſſit partem privati ex dictæ legis beneficio alienare eſt potiùs reſtringere, quàm ampliare fiſci, & Principis poteſtatem, quando enim agitur de remunerendo aliquem, quem publica utilitas, vel Principis decus, ita remunerari ſuadeat, poteſt Princeps alienare 22
rem privati, ſive cum eo habeat partem ſive non, ut patet *ex dicta l. item ſi verberatum, §. item ſi*

forte ager, ff. de rei vendicat. & in l. Lucius 11. in med.
ubi gloſſ. *verbo aſſignatas*, & DD. *ff. de evict.* ſoluto
tamen ipſi privato pretio, *l.* 2. *C. quibus ex cauſ. ſer-*
vus libertat. accip. Jaſon. *in l. Barbarius num.* 36. *&*
ſeqq. ff. de offic. prætor. Peregrin. *conſ.* 16. *num.* 1. *& ſeqq.*
lib. 2. Paſchal *de Patria poteſt. part.* 1. *cap.* 1. *numer.*
69. *ſeqq.* Solorzan. *de Iur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21.
num. 62. *& ſeq.* Capyc. Latr. *deciſ.* 188. *num.* 112. *lib.* 2.
Rot. coram Ubald. *deciſ.* 478. *num.* 9. & quidem juſto,
Roland. *conſ.* 69. *per tot. lib.* 2. Natt. *conſ.* 554. *per tot.*
& conſ. 122. *num.* 16. *& ſeq.* Caſtil. *controverſ. Iur lib.*
3. *cap.* 6. *num.* 6. *&* 12. Ubald. *d. deciſ.* 478. *num.* 9. Ideſt
communi, & currente de tempore ablationis, Spad.
23 *conſ.* 189. *num.* 8. *lib.* 2. Altograd. *conſ.* 101. *num.* 67. *&*
ſeq. lib. 2. Maſſin. *de confiſcat. quæſt.* 18. *num.* 121. *&*
ſeq. Creveius ad Gal. *concluſ.* 56. *conſil.* 2. *num.* 3. Re-
verter. *deciſ.* 436. *per tot.* bon. mem. Fagnan. *in cap.* 1.
num. 14. *&* 15. *de probat.* Eminentiſſ. de Luca *de regal.*
diſc. 148. *num.* 18. quidquid dixerint Peregrin. *de Iur.*
fiſci lib. 5 *tit.* 2. *num.* 52, *verſ. ego autem fol. mihi* 292.
Galeot. *reſp. fiſcal.* 23. *concluſ.* 4. *num.* 73. qui repro-
batur ab Eminentiſſ. de Luca *ubi ſupra*, Capyc. Latr.
deciſ. 188. *per tot.* Unde non eget Princeps ejuſque fi-
ſcus hoc beneficio uti in donatione verè remuneratto-
ria, ſi in ipſo reſidet poteſtas donandi ex ordinaria po-
teſtate, dixi tamen in vera donatione remuneratoria
cùm non ſemper donationes, quæ fiunt à Principe ſub-
dito, propter aliqua merita dicantur verè remunera-
24 toriæ, necesſè enim eſt, ut remuneratoria poſſit dici do-
natio, quod præter debita Vaſſalli ſervitia, aliqua obſe-
quia ingentia, aliaque ſervitia fuerint in Principem
collata, de quo plenè diſcurrit Capyc. Latr. *conſul.*
38. *à num.* 13. *ad fin. ſignanter num.* 26. *lib.* 1.

25 An autem poſſit fiſcus pignorare partem conſocii
eſt quæſtio, nam Rip *in l.* 1. *numer.* 16. *ff. de pignor.*
negativam defendit, Boſſ. *autem tit. de fiſc. num.* 39.
Duen. *regul.* 375. *num.* 4. & Barbol. *in dicta l. multum*
intereſt. num. 10. affirmativam tuentur, ſed mihi ad-
modum placet diſtinctio Conſtant *in dicta l. unic. n.*
64. *&* 65. ubi etiam *num.* 68. latè defendit nec poſſe
fiſcum partem conſocii permutare.

Notandum eſt, quòd tale privilegium ceſſat quoties
26 fiſcus non probat habere communionem cum re pri-
vati, Bald. *in d. l.* 2. *num.* 3. *C. de comm. rer. alienat.*
A Ponte *conſ.* 155. *lib.* 2. Aſin. *in praxi* §. 7. *cap.* 5. *li-*
mit. 128. Arias de Meſa *dicto cap.* 17. *num.* 6.

27 Notandum etiam, quòd tale privilegium non ha-
bet locum in Eccleſia, & Civitate, Conſtant. *in di-*
cta l. unic. num. 25. ubi etiam Amaya *num.* 70. Arias
de Meſa *dicto cap.* 17. *num.* 32. Galeot. *dict reſp.* 28. *num.*
125. *& ſeq.* benè tamen contra Civitatem aliaſque
perſonas privilegiatas, Meſa *dicto cap.* 17. *per tot.* Ga-
naver. *deciſ.* 9. *num.* 36. *& ſeqq.* ſed non contra Ec-
28 cleſiam, Conſtant. *ubi ſupra num.* 29. *& ſeqq.* Maſſin.
de confiſcat. d. quæſt. 47. *num.* 79.

Minuſque locum habet, quando fiſcus non habet
29 communionem dominii, ſed tantum communionem
uſusfructus, aut alterius Juris, Bald. *in dicta l.* 2. *num.*
5. *&* 6. Amaya *in d. l unic. num.* 24. *& ſeqq.* Caſtil.
d. cap. 6. *num.* 27. *fol.* 88. Alphar. *de offic. fiſcal. gloſ.*
34. §. 1. *ſub num.* 14. *verſ. communio autem*, *&*
num. 25. ſed contrarium defendunt Peregrin. *de Iur.*
fiſc. lib. 6. *tit.* 4. *num.* 23. *verſ. & ſecundum regulam,*
30 *in medio*, Felic. *de ſociet. cap.* 28. *num.* 14. Gait. *de*
credit. cap. 4. *num.* 409. Galeot. *d. reſp.* 28. *num.* 73.
& ſeqq. ubi quòd poteſt etiam rem quam in pignus
tenet alienare, Arias de Meſa *d. cap.* 17. *num.* 11. *&*
ſeqq. & ferè per tot. ubi latè Carpan. *ad Statut. Mediol.*
lib. 2. *cap.* 433. *num.* 78. *& ſeqq.* ubi tamen *num.* 83.
teſtatur negatum fuiſſe à Magiſtratu Mediolani tale
privilegium fiſco, qui erat Dominus utilis contra
Dominum directum; Ideòque licèt iſta concluſio
ſit multum controverſa, verior tamen videtur ſen-
tentia, quæ probat in fiſco requiri communionem
dominii, & ſpecialiter videtur damnanda Galeot.
opinio: Iſtud privilegium extendentis ad rem, quam
fiſcus habet in pignus non enim ſuaderi poteſt, quod
communionem in re habeat, qui tantum creditor eſt,
& Jus pignoris, ideſt meram detentionem habet, ut
in *l.* 1. §. *per ſervum* 15. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Item nec fiſcus poteſt uti hoc privilegio, quando 32
elegit viam diviſionis, & actualiter diviſit, quia tunc
deficit communio, Conſtant. *ubi ſupra num.* 22. *verſ.*
non autem, Maſſin. *de confiſcat. d. q.* 47. *num.* 84.

His pro claritate materiæ præhabitis venio ad pun- 33
ctum quæſtionis, in qua multi dixerunt, quòd an-
tequam fiſcus vendat communem, & partem priva-
ti, teneatur eum requirere, quia ſi ipſe conſocius,
velit emere pro eodem pretio præfertur, ita Bald.
in dicta l. 2. *num.* 3. *C. de commun. rer. alienat.* ibi:
Aequum tamen puto quod fatiat requiſite conſorte,
nam ſi ille vult tantum dare quantum alius debet
præferri, ſequitur Addit. ad Bart. *in d. l. unic.* Jaſ. *in*
l. fin. num. 11. *Cod de Iur. emphyt.* Rip. *in l. ſervo ele-*
ctione, §. *labeo num.* 15. *ff. de legat.* 1. Maſtil. *ſingul.* 441.
num. 2. Surd. *conſ.* 43. *ind. num.* 11. *& conſ.* 205. *numer.*
3. Amaya *in d. l. unic. num.* 64. *&* 67. ubi etiam Con-
ſtant. *num.* 69. *verſ & denique*, Barboſ. *in d. l. mul-*
tum intereſt, *num.* 6. *&* 7. Amat. *reſol.* 54. *numer.* 3.
Maſtill. *conſ. unic. num.* 13. *&* 14. *poſt tom.* 1. *de Magi-*
ſtrat. Peregr. *de Iur. fiſc. d. tit.* 4. *num.* 23. Fontanel.
de pact. nupt. clauſ 4. *gloſ.* 9. *part.* 2. *num.* 16. *lib.* 1.
Gratian. *diſcept.* 874. *num.* 4. Berlich. *concl.* 39. *de Iur.*
protom. num. 11. Caldas *de empt. & vendit. cap.* 9. *num.*
30. *verſ. & in Hiſpania*, Gait. *de credit. d. cap* 6. *n.*
412. Felic. *de ſociet. cap.* 28. *num* 11. Tiraq. *de retract.*
lignag. § 1. *gloſ.* 18. *num.* 7. Galeot *reſp. fiſc.* 15. *num.*
27. Poſth *de ſubhaſt. inſpect.* 36. *num.* 74. Maſſin.
dicta q. 47. *num* 82. Otet. *de paſcuis cap.* 30 *num* 6.
Gratian. *deciſ March* 169 *num* 7 *&* 8. ubi quòd
alias venditio eſſet nulla, Franc. Marc. h. *deciſ* 368
num. 5. *part.* 2. Santelic. *deciſ.* 326. *num.* 11. ubi quòd
ita ſervari debet in Tribunalibus.

Alii verò tenent, quòd non teneatur fiſcus conſor- 34
tem requirere, neque eum præferre de Juris rigore,
ſed tantum de æquitate, ut dixerunt multi ex jam re-
latis, & ſignanter Maſtril. *dicto conſ. unic. nume.* 61.
verſic. quinto, Aſin. *in praxi* §. 7. *dicto cap.* 5. *d. limit.*
128. Gipſ. ad Capyc. Latr. *deciſ.* 28. *num.* 28.

Verius tamen crederem, quòd nec fiſcus teneatur 35
conſortem requirere, neque is ſit præficiendus.

Primò, quia obſtat littera Textus *in l. multum in-*
tereſt, *C. de comm. rer. alienat.* ubi quæritur an facta
jam venditione totius rei communis ſine voluntate; &
abſque ulla requiſitione conſortis valeat ipſe ejus par-
tem vindicare, & reſpondetur, quòd ſi venditio ſit
facta à fiſco ex privilegio, quod habet vendendi to-
tam rem communem, *fidem ejus infringi minimè ra-*
tionis eſt, ſunt verba Textus, ubi etiam gloſſ. Si igitur
facta jam venditione inſcio conſorte, eoque non re-
quiſito, imò etiam invito, ut DD. ſuper eadem *l.*
ſcribentes fatentur, & ſpecialiter Couat. *var. lib.* 3.
cap. 14. *num.* 8. *verſic. rurſus*, non eſt opus amplius diſ-
ceptare de firmitate venditionis, neque amplius ejus
fides à conſorte infringi poteſt, meritò dicendum eſt,
quod eam lex noluerit conſortem præferri, ſi enim
id conceſſiſſet dicere oporteret, contra litteram Text.
quòd reſpectu conſortis fides venditionis infringere-
tur, dum ipſe uti non requiſitus, & inſcitus talis alie-
nationis non potuit prælationem petere ante vendi-
tionem, ideòque præferre eumdem oporteret poſt ven-
ditionem, cùm ejus reſpectu venditio eſſet nulla, ut
in *q.* 4. *num.* 41. diximus.

Secundò, quia leges tale privilegium fiſco conce- 36
dentes ſunt favorabiles, & ampliandæ, Bald. *conſil.*
336. *num.* 2. *verſic. ſed ego credo lib.* 5. Conſtant. *in*
dict. l. unic. num. 68. *&* 69. Arias de Meſa *dicto cap.* 17.
num 3. Ganav. *dicta deciſ.* 9, *num.* 65. Si autem talis
prælatio

prælatio daretur non totum eorum diſpoſitio non amplecteretur, ſed maximo cum incommodo, & detrimento fiſci privilegii reſtringeretur, ut conſiderat Caſtil. *controverſ. lib. 5. dict. cap. 6. num. 16. & de uſufruct. cap. 74. num. 13.*

27 Tertiò, quia ſi tale privilegium fiſco conceſſum eſt ob utilitatem, ut ſcilicet faciliùs, & majori pretio totam rem vendendo, partem quoque ſuam vendere poſſit, ut ſupra dictum eſt, quomodo dicemus, quòd conſorti detur prælatio, quæ operatur, ut res minoris vendatur, ut ſæpiùs probatum eſt in tractatu, certè ſi id permitteretur eveniret contrarium ejus, quod lex voluit, ut patet ſenſui.

28 Quartò, quia cùm nullam habeamus legem, quæ prælationem hanc concedat, imò litteram Text. contrariam, nec rationem aliquam prælationis cauſativam, meritò non debemus ex noſtro capite eam concedere, neque ſub palliato æquitatis colore poſſumus illam dare, quia ut conſiderat Caſtil. allegatur, qui hanc tuetur ſententiam, quem etiam ſequitur Rot. *deciſ. 417. num. 14. & 15. part. 12. recentior.* æquitas iſta nullo legis ſomento ſobſtentari valet, & ſæpius dictum eſt, quòd ad hanc effectum nimis debile eſt æquitatis fundamentum, quinimò hoc privilegium præferendum eſt cuilibet privati commodo, & ideò aſſertæ æquitati anteponendum, Ganaver. *dicta deciſ. 9. num. 65.* Arias de Meſa *dict. cap. 17. num 3. in fin.*

QUÆSTIO XXXIX.

An prælatio detur creditori in venditione rei debitoris.

SUMMARIUM.

1 *Creditor prælationem habet quando venditur res ſui debitoris.*

2 *Ampliа præſertim ſi ſit agnatus.*

3 *Creditor in ſubhaſtatione rerum debitoris, in pari cauſa præfertur extraneis.*

4 *Quamvis extraneus ſit debitoris Cognatus, vel Agnatus, nam adhuc creditor ipſi præfertur.*

5 *Ampliа etiam in feudalibus.*

6 *Contrarium, ſcilicet quod creditor indiſtinctè non præferatur quando debitor vult vendere ſua bona alteri, tanquam verius defenditur, & num. 7. & ſeqq. ſignanter num. 11.*

Text. in l. 1. ff. de privileg. Credit. *habet locum quando ab initio concurrunt plures, qui volunt emere res debitoris, idest creditor, & extraneus, vel plures creditores inter ſe.*

7 *Et caſus expreſſus* in d. l. 1. *eſt ſpecialis, nec extendi poteſt ad alios.*

8 *Creditores ſi ab initio concurrunt ad emendum rem debitoris, præferuntur extraneis, ſi offerant æquale pretium, & ſi ſint plures creditores, is præfertur, qui inſimul creditor eſt, & Agnatus.*

9 *Et creditor tantum præfertur Agnato tantum.*

10 *Et data æqualitate inter ipſos, is præfertur, cui major pecuniæ ſumma debetur.*

11 *Creditor vigore* d. l. 1. *præfertur extraneis, ſi in licitatione rei debitoris offerat idem pretium, quod obtulit extraneus.*

12 *Creditor, ut valeat præferri, neceſſe eſt, quod antequam emptio ſit perfecta, expreſsè proteſtetur, quod intendit præferri pro eodem pretio, quod ab alio reperitur poſt oblationem factam, quod tamen ibidem impugnatur.*

Capyc. Latr. conſult. 28. num. 96. & ſeq. lib. 1. *refutatur.*

13 *Majorem partem habens in paritate oblationis, præfertur quando licitatur res, quæ non patitur commodam diviſionem.*

14 *Creditor poſt concluſam venditionem, non admittitur ad offerandum, nec ad prælationem petendam.*

15 *Limita ſi creditor petat prælationem ante traditam poſſeſſionem, & ſtipulatam venditionem, ſed hæc limitatio non admittitur, ſi creditor non obtulit cum aliis ab initio.*

17 *Creditor non præfertur extraneo, quando extraneus offert majus pretium, & creditor juſtum pretium intendit dare.*

18 Capyc. Latr. conſult. 28. numer. 98 lib. 1. & Anton. Fabr. in Cod. tit. de jur. deliber. defin. 14. *declarantur.*

19 *Creditor, ut præferri poſſit vigore* d. l. 1. *requiritur quod totum debitum, quod omnibus concreditoribus debetur, ſolvat, ſed contrarium eſt verius.*

20 Text. in l. 1. ff. de privileg. creditor. *pluribus modis declaratur.*

Creditor ut præferri poſſit in paritate oblationis neceſſe eſt primò, quod conſtet de credito liquido.

21 *Secundo, quod is, qui præferri vult, ſit creditor in majori ſumma.*

22 *Declara quando alii, qui concurrunt ſunt pariter creditores, & ſunt in æquali gradu Agnati, vel nullus inter ipſos adeſt Agnatus, ſecus in concurſu extranei, quia tunc creditor cujuſcumque ſummæ ſit, aliis præfertur.*

23 *Tertio quod res, quæ venditur ſit apud debitorem, nam ſi ſit à debitore tranſlata in alium, qui de tempore venditionis illam poſſideat, tunc non præfertur creditor in emptione.*

24 *Quartò, quod creditor, qui vult præferri, non ſit rei, quæ venditur poſſeſſor, nam ſi eſſet poſſeſſor, deberet uti remedio Ordinario, idest jure offerendi.*

25 *Remedium ordinarium non excludit extraordinarium quando ambo remedia ex diverſis fontibus, & legibus originem trahunt.*

26 *Remedio magis ſibi proficuo quis uti poteſt, quando plura remedia, lex eidem tribuit.*

27 *Inter plures creditores, ii, qui ſunt Agnati aliis præferuntur, & ſi plures ſint Agnati, quilibet pro ſua rata admittitur.*

Videtur dicendum, quòd prælatio competat creditori, quando venditur res debitoris juxta Text. 1
in l. prima, ff. de privileg. credit. l. Imperator, ff. de pact. & latè Ripa *in dict. l. prima,* Tiraquell. *de retract. lignag. in præfatione num. 41.* Faber. *in Cod. lib. 8. tit. 16. definit. 14. propè fin.* Grat. *diſc. 978 num. 13. & ſeqq.* Sanfelic. *deciſ. 100. num. 19. & ſeqq.* ubi ait, id præ- 2
ſertim procedere, ſi creditor ſit etiam agnatus, quodque Text. *in d. l. prima*, non ſit correctus *à l. dudum, C. de contrahen. empt.* ſequitur Mangil. *de ſubhaſt. quæſt. 64. num. 1.* Berlich. *concl. 39. de Jur. Protom. num. 8.* Modeſtio. Piſtor. *conſ. 39. numer. 13. vol. 2.* Imò quòd 3
etiam in ſubhaſtatione, & licitatione rerum debitoris in pari cauſa præferatur creditor extraneis, notat. Aſtn. *de exequut. §. 4. cap. 69. num 1. & §. 6. cap. 8. num. 5.* Brun. *de ceſſ. bonor. qu. 23. in princ.* Faber. *lib. 5. Conject. cap. 15. num. 6. in fin.* Mangil. *de ſubhaſt. quæſt. 60. & quæſt. 64. num. 1.* Poſth. *eod. tract. inſpect. 36. num. 50. & ſeqq.* Sanfel. *dict. deciſ. 100. numer. 19. & ſeq.* Rodriq. *de concurſ. credit. part. 2. art. 3. tit. forma libel de remiſſion. ſub num. 7. circa fin. fol. mihi 177.* li- 4
cèt contra videatur tenere Bart. *in d. l. prima propè fin.* de Marin. *quotid. reſol. lib. 1. cap. 117. num. 2.* idque, etſi extraneus, oblator ſit debitoris cognatus, vel agnatus, adhuc enim creditor ipſi præfertur, ut expreſsè ſancivit Imperator *in d. l. prima.* & notant Brun. *dicta quæſt. 23. poſt princ.* Poſth. *d. inſpect. 26. num. 51.* Faber. *in Cod. lib. 6. tit. 11. de jur. deliber. defin. 14. in fin.*

Amplius, quòd iſta prælatio locum habeat etiam in 5
feudalibus, notat Franc. Marſciao. *diſp. 50. num. 21. & ſeq.* Sanfelic. *d. deciſ. 100. num. 21.*

Corrad. de Iure Prælat. Q 3 Sed

6 Sed quidquid concludant prædicti DD. videtur eo-
rum opinio eſſe contra præciſum caſum ipſius *primæ*,
nam rejecta lectura gloſſæ putantis Text. loqui de plu-
ribus creditoribus, quorum aliqui volebant rem de-
bitoris vendere, aliqui verò non, & ſequendo lectu-
ram Jacob. de Aren. *ibidem*, nempè, quòd caſus *d.*
l. primæ ſit, quando concurrunt plures, qui volunt
emere res debitoris, & offerunt æquale pretium, quòd
potior ſit cauſa creditoris, ut etiam ſequuntur An-
gel. *in dict. l. prima num.* 1. *&* 2. Bart. *ante num.* 1.
verſ. quare dic, Alberic. *num.* 1. *circa fin.* quod etiam
ſequitur Franch. *deciſ.* 82. *num.* 3. adhuc tamen non
eſt adhærendum dicto eorum DD. putantium, diſpo-
ſitionem d. l. habere locum in omni caſu venditionis,
7 adeout impediatur debitor rem ſuam liberè vendere
cuicunque, & teneatur pari in quocunque caſu ven-
ditionis creditorem præferre; Etenim caſus *d. l. pri-*
mæ eſt ſpecialis, & minimè extendendus, notat
Franch. *ubi ſupra num.* 3. Grat. *dict. diſcept.* 978. *nu.*
15. *in fin.* cùm igitur Text. loquatur in caſu, quo bona
debitoris venduntur, & plures ſunt, qui concurrunt
ab initio ad emendum extranei ſcilicet, & Credito-
res, & in comparationem ideſt parificationem extra-
8 nei, offerentibus ſcilicet omnibus æquale pretium,
dicat extraneo præferendum eſſe creditorem, & cre-
ditoribus illum, qui ſit pariter creditor, & Agna-
tus, Gratien. *dict. diſcept.* 978. *num.* 13. *& ſeqq.* Man-
gil. *de ſubhaſt. quæſt.* 64. *num.* 9 *&* 10. Poſth. *d. in-*
ſpect. 36. *num.* 55. Rota *deciſ.* 173. *num.* 11. *verſic. diſ-*
9 *ponente part.* 4. *tom.* 1. *recent.* & creditorem tantum,
Agnato tantum eſſe præferendum, Gratian. & Man-
gil. *ubi ſupra*, Poſth. *d. inſpect.* 36. *numer.* 56. Ro-
driq. *de concurſ. credit. dict. art.* 5. *numer.* 7.
circa fin. & data paritate Agnationis concludat po-
tiorem eſſe cauſam ejus Creditoris, cui major pecu-
10 niæ ſumma debetur, Mangil. *quæſt.* 64. *numer.* 10.
Poſth. *d. inſpect.* 36. *numer.* 57.

Non extendendus, quando debitor idem elegit
emptorem, & vendit rem ſuam extraneo ſine fraude,
& colluſione, ſed tantum intelligendus, quando bona
debitoris venduntur à Judice, vel ad inſtantiam ipſo-
11 rum Creditorum data facultate cuilibet offerendi, aut
quando non invenitur emptor, qui juſto pretio velit
bona debitoris emere, iſte enim caſibus ſi creditores
iidem concurrant in licitatione, & offerant pretium
æquale, extraneis ſunt præferendi, ut indicat ſincera
lectura ipſius Text. & notat apertè Bart. *ibidem pau-*
lò ante princ. verſic. vel dic, & Alex. in addit. ad eum-
dem *lit.* C. Alberic. *num.* 2. *circa fin.* Angel. *num.* 2. *&*
3. Jacob. de Aren. *num.* 1. optimè Mangil. *d. quæſt.* 64.
num. 9. *& ſeqq.* Rodriq. *d. art.* 5. *ſub num.* 7. *circa fin.*
Vanderan. *de privileg. credit. cap.* 10. *&* 12. *verſ. quæ*
autem, Gratian. *d. cap.* 978. *num.* 15. Poſth. *in addit.*
ad d. inſpect. 56. *&* 58. Franc. Rocc. *reſp.* 99. *num.* 12.
& ſeq. lib. 2. Marant. *diſp.* 50. *num.* 24. Sanfelic. *dict.*
deciſ. 100. *num.* 70. *& ſeq. & num.* 177. *& deciſ.* 104.
num. 9. *&* 20. conſonat Capyc. Latr. *conſult.* 27. *nu-*
mer. 57. *lib.* 2.

Proinde vana videtur conſideratio Capyc. Latr. *con-*
ſult. 58. *n.* 96. *& ſeq. lib.* 1. putantis Creditorem, qui vult
12 præferri, opus eſſe, ut expreſsè dicat antequam em-
ptio ſit perfecta, quòd vult præferri pro pretio, quòd
ab alio reperitur poſt oblationem factam, quoniam
neceſſe eſt, quòd creditor veniat licitando, & offe-
rat idem pretium, quod obtulit extraneus, & quouſ-
que tempus erit augendi poterit ipſe quoque offer-
re, & augere, quando verò finita licitatione apparе-
bit, oblationem creditoris, & extranei eſſe æqualem,
tunc ad Judicem ſpectabit præferre Creditorem, ut in
ſimili ſtatutum habemus quando res, quæ non patitur
commodam diviſionem licitatur, tunc enim ſi alter
13 habeat majorem, alter verò minorem partem, & neu-
ter offert majus pretium altero, debet Judex præfer-
re eum, qui habet majorem partem, ſed non poteſt
iſte non concurrere in licitando, nec præferri in qua-
libet emptione ſimpliciter, ut notat Jaſ. *in §. quadam*
num. 59. *verſ. dicebat tamen Inſtit. de action.* Tiraquel.
de primog. q. 60. *num.* 16. & latius dixi in *q.* 53.

Ex his etiam facile eſt diſcernere quantum vera ſit 14
opinio illorum, qui putarunt, quòd creditor, ſi poſt
concluſam venditionem offerre velit, non eſt admit-
tendus, ut Petr. Vander. *de privil. credit. cap.* 15. *cir-*
ca fin. Capyc. Latr. *d. conſult.* 57. *num.* 58. Fabian. de
Mont. *de empt. & vendit. part.* 5. *ſub num.* 90. Sanfe-
lic. *deciſ.* 104. *num.* 19. Franc. Rocc. *reſp.* 99. *num.* 12.
& ſeqq. lib. 2. Fulv. Lanar. in addit. ad Patr. *de Feud.*
fol. mihi 329. *num.* 39. *verſ. nec habet locum*, Thor *in*
comp. deciſ. part. 2. *verb. prælatio fol. mihi* 488. *& ſeq.*
Marcian. *d. diſp.* 50. *num.* 24.

Imò ex prædictis patet etiam, quòd non eſt tuta 15
ſententia Sanfelic. *dict. deciſ.* 100. *num.* 5. *propè fin.*
Franc. Rocc. *reſp.* 92. *in princ. lib. primo*, qui dixe-
runt ſufficere, quòd creditor petat prælationem an-
te traditam poſſeſſionem, & ſtipulatam venditionem,
nam quotieſcunque Creditor non eſt licitatus, nec
obtulit tempore congruo, ideſt ante extinctam can-
delam, vel apertas ſchedulas à Judice non poteſt, 16
poſtquam ſcivit pretium oblatum ab extraneis re non
integra amplius offerre, ut latè notat Capyc. Latr.
d. conſult. 27. *num.* 56. *& ſeq. & d. conſult.* 28 *n.* 96. *&*
ſeq. atque hæc eſt differentia inter Jus prælationis, &
prælationem iſtam, illud enim competit pro pretio
ab alio oblato poſt jam factam oblationem, & quan-
doque poſt extinctam candelam, ante traditam poſ-
ſeſſionem, iſta verò datur à Judice, quando oblationes
jam factæ à creditore, & extraneo ſunt æquales.

Patet etiam, quòd eſt indubitata doctrina Rip. *in*
dict. l. prima circa fin. quem ſequitur Poſth. *dict. in-* 17
ſpect. 36. *num.* 59. *& ſeq.* docentis, ſi extranei offer-
rent majus pretium eo quo res valet, creditor verò
vel Agnatus juſtum pretium vellent dare, Judex præ-
ferre teneatur extraneos vi *d. l. prima*, quidquid in
contrarium defendere conatus ſit Lanar. *ubi ſupra*
fol. mihi 331. *num.* 46. *& ſeqq.* cujus opinio admitti
tantum poteſt, quando apparere poſſet de fraude, &
colluſione.

Apparet quoque inſubſiſtentia illius, quòd ponde- 18
rat idem Capyc. Latr. *d. conſult.* 28. *num.* 98. *lib.* 1. qui
ex Fabr. *in Cod. tit. de Iur. deliber. definit.* 14. *in fin.*
dicente, quòd tunc præfertur creditor Agnatus, quan-
do nullum poſſet aliis creditoribus inferri præjudicium,
infert, quòd ſi creditor admitteretur ante accenſionem
candelæ ad offerendum generaliter, maximum infer-
retur præjudicium, quia nunquam reperiretur, qui
poſt prælationem petitam offerret, ſciens rem ſibi non
eſſe remanſuram, ſi enim creditor ab initio licitatio-
nis vellet generaliter inſtare præferri pro eodem pre-
tio cuicunque, certum eſt, quòd non poſſet, ſi autem
ab initio vult licitari cum aliis, & inſtare, quod ſi
oblationes erunt æquales petit cæteris anteponi, non
impeditur, nec ex hoc præjudicium ullum concredi-
toribus effertur, imò potius lucrum, nam oblatores
ſemper pretium augebunt, ne æquale offerendo ſupe-
rentur à creditoribus.

Minus ſubſiſtit id, quòd dicit idem Capyc. Latr. *di-* 19
cta conſultat. 27. *num.* 59. nempè, quòd ut creditor præ-
feratur, oporteat, quòd totum debitum, quod om-
nibus concreditoribus debetur, ſolvat, ne contingat,
cæteros non ſatisfactos poſſe rem etiam poſt prælatio-
nem obtentam avocare.

Quia ſicuti extraneus oblator non tenetur totum de-
bitum ſolvere, ut rem particularem debitoris emat
ſub haſta non obſtante, quòd poſſit ab aliis poſtmo-
dum res evinci, ut habemus exemplum in *l. ſi pignora,*
& in l. ſi plus, vel minus, ff. de evict. ita nec creditor
tenetur totum debitum offerre, nam ipſe conſidera-
tur tanquam oblator cum ſolo privilegio prælationis
ſtante paritate oblationis.

No-

Notandum primò eſt, quòd ut habeat locum diſpo-
20 ſitio *d. l. prima* plura requiruntur: primò quòd conſtet
de credito liquido, Grat. *d. cap.* 978. *num.* 12. Capyc.
Latr. *d. conſult.* 17. *num.* 55 *lib.* 1.

21 Secundò, quòd creditor, qui vult præferri ſit cre-
ditor in majori ſumma, Alberic. *in d. l. prima num.* 1.
Capyc. Latr. *d. conſult.* 17. *num.* 55. Thoro *in compend.
deciſ. part.* 2. *verb. prælatio fol. mihi* 488. *& ſeq* quod
tamen eſt falſum, nam creditor, qui cum aliis prorſus
extraneis non creditoribus concurrit, præfertur cu-
juſcumque ſummæ ſit, ut clarè diſponit Text. *in d. l.*
22 *prima*, ſi verò plures ſint creditores, & non adſit aliquis,
qui ſit Agnatus, vel Cognatus in paritate oblationis
præfertur ille, qui eſt creditor in majori ſumma, ut
declarat Rip. *in d. l.* 1. *paulò ante num.* 1. *& num.* 17.
Gratian. *d. cap.* 978. *numer.* 13. *& ſeq.* Maugil. *d.
quæſt* 60. *num.* 10. *in fin.* Poſth. *d. inſpect.* 36. *num.* 58.
Marſcian, *d. diſput.* 50. *num.* 13.

Tertiò, quòd res, quæ venditur ſit in poſſe debi-
toris, nam ſi ſit penes alium licet hypothecis, & cre-
23 ditis ſubjecta non intrat diſpoſitio *dict. l. prima*, quæ
loquitur tantum de re creditoris, non autem de re
à debitore translata in alium, ut egregiè ponderat
Thoro *in compend. deciſ. dict. part.* 2. *verb. prælatio
fol. mihi* 488. *& ſeq.* de cujus theorica valdè dubito, ſi
res apud alium exiſtat titulo pignoris, cùm tunc non
deſinat eſſe debitoris.

Quartò tandem, quòd creditor, qui vult præferri
24 non ſit rei, quæ venditur poſſeſſor, nam cùm hoc
caſu ipſe habeat remedium ordinarium ſcilicet Jus
offerendi creditum, non poteſt uti hoc remedio ex-
traordinario, ut concludit idem Thor. *ubi ſupra*, con-
tra quem facilè poteſt objici, tum quia quando reme-
dium ordinarium, & extraordinarium ex diverſis
fontibus, & legibus originem trahunt, tunc reme-
25 dium ordinarium non excludit ordinarium, ad Text.
in *l. quoties, ff. de act.* & latè Coccin. *deciſ.* 1331.
26 *num.* 53. *& ſeq.* tum etiam quia poteſt quis habens
duo remedia uti illo ſibi magis proficuo, Butr. *in
cap. cum dilectus in fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Me-
noch. *de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 849. *& ſeq.* unde
non impeditur creditor in caſu quo poſſit vendi res
debitoris, quam ipſe fortaſſe pro creditore poſſidet
licitari, & in paritate oblationis præferri, quando ſi-
bi hoc magis proficuum videtur.

Not. ſecundò, quòd ſi plures adſint creditores, &
27 inter iſtos duo ſint agnati debitoris in pari cauſa, iſti
præferuntur aliis, & quilibet pro ſua rata præferendus
eſſet aliis oblatoribus non conſanguineis, Coſt. *de rat.
rata q.* 237. *num.* 6. *ubi num.* 7. conſiderat caſum ab
hac quæſtione prorſus extraneum.

QUÆSTIO XL.

An locatori competat prælatio, quando Conductor vult alteri ſublocare, & an è contrà competat Cooductori prælatio, quando locator rem locatam vult vendere.

SUMMARIUM.

1 *Colonus intendens vendere fructus fundi, tenetur pro eodem pretio Dominum præferri.*

2 *Locatori datur prælatio, quando conductor vult rem ſublocare.*

3 *Contrarium tamen defenditur, num. 4. & ſeq.*

Conductor poteſt etiam inſcio, & irrequiſito locatore ſublocare rem conductam.

Dummodo non adſit pactum in contrarium, & ſublocatio non fiat extra uſum deſtinatum, vel perſona non tuta.

4 *Prælatio tacitè negatur à lege vel ſtatuto, quando lex mandat, quod poſſint aliqua bona vendi etiam invito, & irrequiſito illo, qui præferri petit.*

5 *Conductor rei ſuæ nemo eſſe poteſt.*

6 *Dominus an, & quando admittatur ad ſubconducendum rem propriam, & num. 7. & ſeqq.*

8 *Conductio illius Iuris quod à Domino abeſt, valet.*

9 *Conductio rei propriæ poſſeſſæ, facta à ſciente, ſubſtinetur reſpectu ſolius poſſeſſionis.*

10 Bart. in l. 1. C. de Matailat. *rejicitur.*

11 *Locatori non competit prælatio, quamvis conductor velit ſublocare rem ad uſum non deſtinatum, & tunc ſolum ſublocatio erit nulla.*

12 *Conductor non habet prælationem, quando venditur res conducta alteri.*

13 *Limita in conductore ad longum tempus, qui præfertur.*

14 *Contrarium tamen eſt verius.*

15 *Inquilinus vigore Gregorianæ præfertur in emptione rei conductæ.*

16 *Inquilinus non poteſt jus prælationis, quod habet, vigore Gregorianæ alteri cedere.*

17 *Amplia, ut nec poſſit per viam communicationis, aſſumendo alium in ſocium, vel participem tale Ius prælationis transferre.*

18 *Limita quando adeſſet pactum in Inſtrumento locationis per quod Inquilinus poſſet aſſumere alium in ſocium, vel quando locator conſentiret in actu Aſſumptionis ab Inquilino facta.*

19 *Inquilinus poteſt renunciare prælationi, quam ipſi dat Gregoriana.*

20 *Inquilinus videtur renunciaſſe prælationi, ſi cum Iuramento abſque ulla præſervatione promiſit, finita locatione, domum liberam, vacuam, & expeditam conſignare locatori.*

21 *Contrarium tamen eſt verius.*

22 *Inquilinus conducens domum cum pactis factis antecedenter cum alio conductore, renunciaſſe cenſetur juri prælationis, ſi in prima conductione aderat talis expreſſa renunciatio.*

Amplia, quamvis præcedens conductio eſſet nulla, ut num. 24. & ſeq.

23 *Renuncians Iuri prælationis, non excluditur, quando contractus in quo renunciavit, declaratur nullus, declara ut num. 25.*

24 *Pacta inita in contractu valide juxtà relationem habitam ad illa exiſtentia in contractu nullo, ſubſiſtuntur.*

26 *Subinquilinus non præfertur vigore Gregorianæ, quæ loquitur tantum de Inquilinis, declara ut num. 27.*

28 *Inquilinus, qui ſublocavit alteri, & Domum non inhabitat, non præfertur vigore Gregorianæ.*

29 *Inquilinus, quamvis poſt venditionem factam à locatore recognoſcat emptorem in Dominum, illique promittat penſiones ſolvere abſque ulla proteſtatione, adhuc tamen non cenſetur renunciaſſe Iuri prælationis.*

30 *Inquilinus, poſtquam rem emit cum pacto retrovendendi, non eſt amplius Inquilinus, nec vigore Gregorianæ amplius præfertur in ceſſione Iuris redimendi alteri facta.*

31 *Conductor prædii Ruſtici, non præfertur vigore Gregorianæ, quæ loquitur tantum de urbanis.*

32 *Inquilinus qui malè uſus fuit domo conducta, & in ſolvenda penſione fuit moroſus, non habet Ius prælationis vigore Gregorianæ*

33 *Conductor Apothecæ & Magazeni, qui noctu ibidem non inhabitant, non præferuntur vigore Gregorianæ.*

34 *Contrarium tamen defenditur.*

35 *Inquilinus vigore Gregorianæ præfertur etiam in venditione ad vitam.*

36 *Inquilinus vigore Gregorianæ non præfertur, quando non venditur Domus, ſed Ius aliquod, quod quis habet ſuper domum.*

37 *Nec præfertur in donatione, aut permutatione, nec in ſubhaſtatione.*

38 *Inquilinus vigore Gregoriana præfertur etiam in concurſu cenſuarii, licèt non præferatur in concurſu Conſortis, aut vicini, qui velit ædificare.*

QUoad primum affirmativè videtur reſolvendum
per ea, quæ notant Bartol. Luc. de Penn. Jo. de
1 Platea, & alii ferè communiter in *l.* 1. *C. de Metallar.*
lib. 11. qui tenent, quòd ſi Colonus vult vendere fru-
ctus fundi, competat Domino fundi pro eodem pretio
prælatio; Si autem id non niſi ratione directi Domi-
2 nii, poteſt evenire, ut dixi in *quæſt.* 23. fortius danda
eſt locatori prælatio, quando conductor vult ſublo-
care, ex quo locator non ſolum directum, ſed etiam
utile, & totale Dominium retinet, *l. ſi at certum*. *§. ſi*
duobus, *ff. commodat. l.* 3. *§. ex contrario*, *ff. de acquir.*
poſſeſſ. Bero. *in cap. ex literis num.* 2. *de Iur. Patron.*
& ita in ſpecie arguit Nigr. *de laudem. tom.* 1. *quæſt.*
30. *art.* 9. *num.* 12. *& ſeqq. fol. mihi* 609. ſequitur
Camuncul. *deciſ. Bonon.* 9. *n.* 10. quæ eſt deciſ. Burat.
præſertim ſi ſit cognatus, vel conſanguineus locatori,
Berlich. *concluſ.* 39. *part.* 2. *num.* 83. *& ſeq.* ubi alle-
gat Rip *in l. cum bona* 1. *num* 6. *&* 7. *ff. de privil. cre-
dit.* qui tamen nil ad propoſitum.

Contrarium tamen eſt verius, nam cuilibet pacto in
contrarium non exiſtente licet ſublocare rem condu-
3 ctam, *l. nemo*, *C. d. locat.* dummodò extra uſum deſti-
natum, vel perſonæ non tutæ, vel rixoſæ non ſublo-
cet, gloſſ. *in d. l. nemo*, & DD. communiter & ſignan-
ter Barboſ. *num.* 25. *& ſeqq.* Gomez. *var. tom.* 2. *de
locat. & conduct. cap.* 3. *num.* 11. & non ſolùm cuilibet
ideſt permiſſum, verùm etiam id licet inſcio, nec re-
quiſito, imò diſſentiente ipſo locatore, Rot. Januen.
deciſ. 14. *num.* 15. *in fin.* Cæſ. Mouent. *deciſ.* 39. *num.*
1. D. Pacion. *de locat. cap.* 32. *num.* 36. Card. Ottbob.
deciſ. 40. *num.* 32.

Si igitur locator nec requirendus eſt, nec ipſius
conſenſus exigitur, clarum eſt, quòd nulla competit
4 prælatio, quando conductor vult ſublocare, non enim
permitteretur conductori ſine requiſitione, & con-
ſenſu Domini ſublocare, ſi Domino competeret præ-
latio, quæ perneceſſe præſupponit, quod eam ha-
bens debeat requiri, ut notavit Bald. *in l. ante divi-
ſionem* 17. *C. de jur. dot. in fin.* ubi ait, quòd dum in
eadem lege notabatur, quòd Soror bona communia,
quæ habebat cum fratre poterat alienare etiam eo
invito, habeat locum Text. *in l. dudum*, *C. de con-
trahen. empt.* prælationem negans, idemque ait Bald.
non relato Marcian. *diſput.* 63. *numer.* 27. *diſput.* 97.
13. *&* 18. *tom.* 2. atque in ſpecie contra locatorem
reſolvit Jaſ. *in l. fin. num.* 112. *C. de Iur. emphyt.* Aret.
conſil. 46. *num.* 16. Rot. coram. Seraph. *deciſ.* 174.
num. 2. *& ſeq. & deciſ.* 177. *num.* 3. *& ſeqq.* Farinac.
in repert. de contract. quæſt. 2. *num.* 9. ubi id extendit.
etiam facta conceſſione jurium conductionis, & ibidem
verb. conductor num. 12. & videtur tenere idem Nigr.
ubi ſupra num. 18. *& ſeqq.* ubi prius firmat regulam,
quòd, cui debetur laudemium, debeatur etiam præ-
latio, & è contra, poſtea verò concludit, quòd nil
debeatur à conductore ſublocante locatori propter
ſublocationem, & melius *quæſt.* 40. *art.* 12. *num.* 40.

Additur, quòd non poteſt quis eſſe Dominus ſimul,
& conductor, *l. ſi aliquam rem* 28. *ff. de acquir. poſſeſſ.*
5 Ideò ſi Domino locanti in ſublocatione daretur præ-
latio, ipſe idem eſſet Dominus, & rei ſuæ conductor,
cùm reſpectu ſublocationis recognoſceret in auctorem
ſuum conductorem, proinde ne tale ſequatur abſur-
dum, nec requirendus eſt, nec prælatio ipſi conceden-
da, Imol. *in cap. potuit*, *col.* 25. *de locat.* quem ſequitur
Jaſ. *in d. l. fin. num.* 112. Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 4.
cap. 4. *num.* 50. *& ſeqq.*

Sed huic motivo poteſt ſatis probabiliter reſpon-
6 deri, nam poſſet illius ſublocationis utilitas æſtimari,
& conductori ſublocanti dari, cum quo ipſa ſubloca-
tio, & conductio evaneſceret, & libera res à tali onere
rediret ad Dominum, quod non eſt abſurdum ſecun-
dum Jaſ. *in d. l. fin. numer.* 110. *&* 112. Cald. *d. cap.* 4.
num. 48. ubi tamen *num.* 49. ſuſpectam dicit hanc cau-
telam, cum ea mediante conductor invitus jus ſuum 7
vendere compelleretur.

Quidquid tamen ſit de hac cautela ſemper verum
eſt, quòd hic nullum ſequeretur abſurdum, nam per
locationem Dominus ſe privaret jure fruendi re loca-
ta, & detentationem ipſius rei conductori permiſit,
l. ſi quis ante 12. *§. idem Pomponius*, *ff. de acquir. poſ-* 8
ſeſſ. l. Attilius Regulus 27. *ff. de donat.* D. Pacion. *de
locat. cap.* 21. *num.* 15. unde licèt conductio proprie-
tatis facta à Domino non valeret, nec detur, tamen
valet, & datur conductio juris illius, quòd à Domi-
no abeſt, & ſic illius detentationis, & fruitionis, ut eſt
Text. clarus in *l. ſi aliquam* 28. *ff. de acquir. poſſeſſ.* ple-
nè Caroc. *de locat. tit. de re propria à num.* 14. *ad* 18.
fol. mihi 141. ubi latè, & proinde ſi valet conductio
propriæ poſſeſſæ facta à ſciente reſpectu ſolius poſſeſ- 9
ſionis, ex quo eo ipſo, quo quis conducit reſpectu poſ-
ſeſſionis, videtur eam transferre in eum, qui locat.
& ille Domino relocare, juxta theoricam Bart. *in dict.
l. ſi aliquam rem* 28. *num.* 10. *in med.* quem ſequuntur
ibidem Roman. & Alex. & latiùs Rip. *num.* 45. Ca-
roc. *ubi ſupra num.* 7. ita etiam fortius valere debet
conductio illius juris fruendi, & detinendi facta à
Domino quod non videtur admittere difficultatem.

Non relevat doctrina, Bart. & aliorum *in l.* 1. *C. de* 10
Metall. quia ut dixi in *quæſt.* 43. eſt erronea, & fal-
ſiſſima, & proinde ex ea nullum poteſt deſumi argu-
mentum, minuſque doctrina Nigr. qui non loquitur
concluſivè, ſed tantum objectivè, nec deciſ. Burat. pe-
nes Camuncul. quæ loquitur obiter, neque erat ca-
ſus deciſionis, nec figit pedem in concluſione.

Quid autem ſit ſi conductor velit ſublocare rem ad 11
uſum non deſtinatum vel perſonis non ſolitis, an tunc
ulla poſſit competere prælatio, dicendum eſt, quòd
non, quia aut Dominus conſenſit, aut non, ſi non con-
ſenſit, & tunc eſt nulla ſublocatio, gloſſ. *in d. l. nemo*, &
ibi Bald. & alii communiter, Caroc. *tit. de ſubloc. quæſt.*
3. *num.* 4. Gratian. *diſcept.* 547. *num.* 52. Cyriac. *con-
trov.* 234. *num.* 12. ſi conſenſit, & tunc ſublocatio eſt
valida, & ex duplici ratione removetur Dominus à
prælatione, primò quia hoc jus ei non competit, ſe-
cundò quia ſi quod ei competeret per conſenſum
præſtitum cenſetur remiſſum, ut in *quæſt.* 28. *num.*
1. *& ſeqq.*

Item eleganter quæramus, an ſi conductor ad lon-
gum pariter velit ad longum tempus ſublocare, vel
ſublocaverit pro eadem penſione, Dominus in ſublo-
catione præferatur, & dicendum eſt prout in *quæſt* 37.
num. 43. *& ſeqq.*

Quoad ſecundum breviter eſt dicendum, quòd nul- 12
la competat prælatio conductori, quando venditur res
conducta, ſi enim *in quæſt.* 59. talem prælationem nega-
vimus ſervitutem habenti, quando res ipſa, quæ ſer-
vit, venditur, quomodo eam dare poſſumus condu-
ctori, quando res conducta venditur, fortius enim ha-
bet jus Dominus ſervitutis, & emptor cum pacto
de retrovendendo, quam conductor, & benè id
agnovit ſemper laudandus Dominus M. Pacion. *de
locat. cap.* 27. *numer.* 144. *& ſeqq.* qui rectè adver-
tit, quod, nec Rota *in deciſ.* 547. *numer.* 2. *prope fin.
part.* 2. *recent.* de hoc dubitavit, nam licèt ibi con-
cluſionem favore conductoris firmaverit, tamen DD.
quos allegat id non dicunt, & infra in fortioribus
prælationem negat, quod etiam notat Onat. *de contract.
tract.* 21. *de empt. diſp.* 72. *ſect.* 7. *num.* 23.

An autem idem dicendum ſit in conductore ad lon- 13
gum tempus, quæſtio videtur anceps, nam multi te-
nent, quod conductor ad longum tempus ex quo ha-
bet utile Dominium, & jus in re debeat in venditio-
ne ipſius rei præferri, ut tenuit Affl ct. *de jur. proto-
miſ. §.* 1. *num* 38. *verſ. item quæro inter tract. tom.* 17.
fol.

fol. mihi 6. à terga, Rendel. *eodem tract. verbo per locationem numer.* 24. & 32. *fol. mihi* 72. & 74. Carpan. *ad Statut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 417. *num.* 498. Gratian *diſcept.* 460. *num.* 1. & 2.

14 Ego verò contrarium puto verius, ſi enim non præfertur in venditione Domini directi emphyteuta, qui habet potentius, vel ſaltem æquale jus, ut in *quæſt.* 31. *num.* 2. & *ſeqq.* quanto minus præferri debet conductor ad longum tempus; Imò, ut latè probatum fuit in *quæſt.* 41. *in fin.* conductor ad longum tempus nec præfertur in nova locatione.

15 Hæc tamen non procedunt Romæ, ubi conductor præfertur, ſicuti præfertur vicinus ædificare volens cuilibet domum conductam emere volenti per Conſtitut. 22. Gregor. XIII. §. 11. & quia materie eſt quotidiana, ideò fas ſit aliquantulum eam attingere.

16 Notandum primò, quòd inquilinus ex hac Bulla non poteſt jus prælationis alteri cedere, Rot. *decis.* 540. *num.* 2. *part. recent.* Merlin. *deciſ.* 386. *num.* 1.

17 Et ex hoc habetur, quòd ſicuti hoc jus in alium mediante ceſſione transferri non poteſt, ita nec poterit per viam communicationis aſſumendo alium in ſocium, ut non obſcurè notatur apud Gregor. *dec.* 115. *per tot.* & plenè D. Pacion. *de locat. cap.* 20. *numer.* 88.

Sed id procederet, quando non adeſſet conſenſus locatoris, quia exiſtente conſenſu locatoris, vel pacto,
18 quòd poſſit primus conductor aſſumere aliquem in ſocium, tunc ſtatim ac eſt aſſumptus, non dicitur ſubinquilinus, ſed conductori, ut latè Rota Genuenſ. *decis.* 114. *num.* 24. Gratian. *diſceptat.* 547. *numer.* 31. & *ſeqq.* Abb. *conſil.* 86. *ſub num* 1. *verſ. ſed his non obſtantibus*, & *ſeq. lib.* 2. Pariſ. *conſil* 82. *per tot. lib.* 1. Tondut. *quæſt Civil. lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 8. *verſ. nec etiam*, Rot. *decis.* 208 *num.* 6. & *ſeqq. part.* 4. *recent.* & coram Eminentiſſ. Otthob. *decis.* 40. *num.* 33. & *ſeqq.* Eminentiſſ. de Luc. *de locat. diſc.* 26. *numer.* 6. & 7. & *diſc.* 27. *num.* 4. & *ſeq.*

Notandum ſecundò, quòd tali juri ab inquilino
19 renunciari poteſt, ut ſervat, teſtatur D Pacion. *d. c.* 20. *num.* 89. Sed an huic juri renunciatum cenſeatur, ſi inquilinus promiſerit cum juramento, & abſque alia proteſtatione, domum finita locatione liberam, vacuam, & expeditam tradere, videtur affirmativè reſpondendum per ea, quæ notantur in *decis.* 322. *num.* 10. *circa fin. part.* 4. *tom.* 1. *recent.* ubi dicitur, quòd
20 ſi quis permiſerit venditionem ſtipulari cum pacto de retrovendendo pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus etiam extraneis, tunc cenſeatur renunciaſſe juri prælationem obtinendi, quod ei alias in ceſſione juris redimendi competere poterat, & loquitur præcisè de inquilino, ſequitur Ubald. *decis.* 301. *num.* 16. *in fin.*

Sed veritas eſt in contrarium, quia talis promiſſio
21 intelligitur ſecundum jus commune, ſive ſtatutum, & conſtitutione loci, quatenus ſcilicet D. velit pro ſe retinere, ut notat Pur. *decis.* 161. *lib.* 1. *in correctis*, Rot. poſt Zacch. *de oblig. Cam. deciſ.* 90. *numer.* 3. & *ſeqq.* Pacion. *dict. cap.* 20 *numer.* 91. & *ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 520 *num.* 12. & *ſeqq.* Urſel. *concluſ.* 62. *num.* 48. ubi tamen contarium putat quando eſſet renunciatum ulterius omni legum, ſtatutorum, & conſtitutionum auxilio, de quo tamen vide quæ diximus in *quæſt.* 28. *num* 53. & *ſeqq.*

22 Et quid, ſi quis conducat cum pactis factis antecedenter cum alio conductore, inter quæ aderat pactum, quo ad tali juri renunciatum extiterat, dicendum eſt, quod renunciaſſe intelligitur huic juri, ita Rot. *decis.* 540. *num.* 1. *propè fin. part.* 2. *recent.* Pacion. *d. cap.* 20. *num.* 90.

23 Sed quid dicendum ſi præcedens conductio erat nulla, & ideò cætera etiam pacta in inſtrumento contenta, videtur dicendum, quòd non cenſeatur renunciatum, quoniam ſi quis expreſsè renunciaverit in contractu huic juri, adhuc prælatio competit, ſi contractus ille, ubi renunciatio adeſt, nullus declaretur, ut plenè Gratian. *diſcept.* 715. *num.* 17. & *pluribus ſeqq.* D. Pacion. *d cap.* 20 *num.* 94. ſed contrarium eſt verius, quia non eſt prohibitum referre noſtrum contractum ad pacta inita in contractu nullo, & invalido, & ea ſervare tenemus, non uti pacta inita in contractu nullo, ſed uti pacta in noſtro contractu valido ſti- 24
pulata, juxta conſ. Caſtrenſ. 377. *in princ. lib.* 2. Cravet. *conſil.* 143. *n.* 6. Becc. *conſ.* 41. *n.* 22. *poſt princ. verſic.* & *procedit etiam*, Gratian. *diſceptat.* 751. *n.* 3. 4. & 8. contraria verò procedunt, quando quis actualiter renunciavit in contractu nullo, & eo caſu diſtinguendum putarem, nam ſi lex, aut ſtatutum diceret, quod, ut quis excludatur à prælatione, ſufficiat ſola animi declaratio, tunc illa renunciatio ſufficeret, cùm etiam ex actu nullo eliciatur valida animi declaratio, *l fin. ff.* 25
de reb. cer. l. in teſtamenta, ff de fideicommiſſ. libert. l. 2. *C. de confirm. Tutor.* Rot. *deciſ.* 613. *num.* 7. *part.* 1. *divers.* coram Cavaler. *decis.* 326. *num.* 3. & coram Coccin. *deciſ.* 2123. *num.* 24. ſi verò ſtatutum exigeret renunciationem, & tunc opus eſſet, ut renunciatio valida exiſteret. Sed de his recurrendum eſt ad *quæſt.* 28. *per tot.*

Notandum tertiò, quòd hæc Bulla non habet lo- 26
cum in ſubinquilinis, cùm loquatur tantùm de inquilinis, Rot. in Romana Inquilinatus 1. Junii 1598. coram Lancellotto, & *decis.* 540 *num* 2. *part.* 2. *rec.* Add. ad Gregor. *decis.* 115. *lib. B.* Add. ad Butat. *decis.* 937. *num.* 24. Urſel. *d. concluſ.* 92. *num.* 29. plenè Merlin. *d. deciſ.* 386. *num.* 1. 13. & 14. ubi quòd concluſio procedit, quouſque durat locatio per ipſum Dominum primò facta, nam ſi ea ſit finita, & ſubinquilinus continuet habitare, & ſolvat penſiones Domino, efficitur inquilinus, & habet locum prælatio, D. Pacion. *d. cap.* 20. *num.* 78. & *ſeqq.* ubi id verum intelligit in præjudicium Domini, cum ejus reſpectu ſubinquilinus non ſit propriè inquilinus, non autem in præjudicium inquilini ſublocantis, cum ejus reſpectu ſubinquilinus ſit conductor, & inquilinus, & ideò ei ſuffragatur Bulla, quatenus primus conductor velit ſublocare, ex dict. deciſ. Gregor. 115 *num.* 7.

Sed an vigeat Bulla favore Conductoris, qui ſubloca- 27
vit, quando ſubinquilino tale jus non competit, & verior videtur opinio negativè, quoniam hæc Bulla requirit habitationem, & movetur, ne conductor cogatur domum deſerere propter extraneum, atque aliam domum cum notabili incommodo tranſportationis bonorum de loco ad locum invenire, quæ ratio cùm non congruat conductori, qui ſublocavit, & propte- 29
rea domum non inhabitat, meritò neque ipſi prodeſſe poteſt Bullæ diſpoſitio, ut non obſcurè notavit Eminentiſs. de Luca *de ſervit. diſc.* 82. *num.* 11. *circa fin.* & *ſeq.*

Notandum quartò, quòd ſi inquilinus recognovit
emptorem in dominum, illique promiſit penſiones 28
ſolvere abſque ulla proteſtatione, adhuc tamen non cenſetur huic juri renunciaſſe, quia cùm inquilinus habeat annum ad prælationem petendam, & intra illum emptor ſit dominus licèt revocabilis, proinde neceſſario tenebatur conſentire ſolutioni penſionis favore emptoris, illumque in dominum recognoſcere, ideoque dum id fecit ex neceſſitate non debet ei præjudicare, & quia recognitio poteſt concordari cum jure intra annum prælationem petendi, cùm poſſit intelligi temporalis, quouſque ſcilicet duret dominium, & tempus ad prælationem petendam datum, ut plene Urſell. *dict. concluſ.* 61. *num.* 44. *verſic. ſed eſt benè verum*, & *ſeq.* & latè Millin. *deciſ.* 446. *num.* 25. *uſque ad fin.* ubi cæteris contrariis reſpondet.

Notandum quintò, quòd ſi inquilinus emat rem 30
cum pacto retrovendendi, ſtatim expirat jus inquilinatus, ideoque ſi velit poſtea in ceſſione juris redimendi alteri facta præferri, non poterit, latè Rot. *deciſ.* 320. *per tot. part.* 4. *tom.* 1. *recent.*

No:

31 Notandum ſextò, quòd hæc Bulla non habet locum in colonis, & iis, qui conduxerunt prædium ruſticum etiam cum palatio, vel domo, nam loquitur tantum in urbanis, & an prædium ſit ruſticum, vel urbanum ſtatur deſtinationi patris familias, Rot. *deciſ.* 184. *per tot. ſignanter in fin. part. 1. recent.*

32 Notandum ſeptimò, quòd ſi quis malè uſus fuerit domo, & in ſolvenda penſione moroſus fuerit, & ex ſua culpa penſiones non ſolverit, ex quo amiſit jus inquilinatus, amiſiſſe dicendum eſt quoque jus prælationis, ita Rot. *deciſ.* 95. *num.* 5 poſt Zacch. *de oblig. Camer.* D Pacion *d. cap.* 20. *num.* 206.

33 Notandum octavò, quòd dicta Bulla loquitur de inquilinis, qui non cenſentur conductores apothecæ, & magazeni, ex quo noctu ibidem non inhabitant, ideò non poteſt habere locum in his conductoribus, nam ut quis dicatur inquilinus, requiritur, quod conduxerit ad effectum habitationis, ut ſenſit Rota in Romana Prælationis, 16. Februarii 1618. coram Sacrato, & in ſpecie Eminentiſs. de Luca *de ſervit. ad materiam retract. diſcurſ.* 82 *per tot.*

34 Sed contrarium verius eſt, quia ſolent tota die, & parte non minima noctis in apothecis, & magazenis inhabitare, & commorari: Unde ſatis eſt iſta inhabitatio, ut verificata remaneant verba Bullæ, & etiam ratio, quoniam ſi voluit Bulla conſulere etiam commodo inquilini, ne cogatur res aſportare, & familiarem rem perturbare, eadem prorſus ratio viget in conductore apothecæ, qui in ea meliorem partem ſuorum bonorum habet, & ita habetur in *deciſ.* 184. *num.* 15. *propè fin. part.* 1. *recent.* & iſte etiam videtur ſenſus deciſionis Gregor. 115. Grat. *diſcept.* 947. *num.* 3. *& ſeqq. & num.* 18. D. Pacion. *de locat. d. cap.* 10. *num.* 82. *& ſeqq & cap.* 17. *num.* 150.

35 Notandum nonò, quòd Bulla iſta habet locum etiam in venditione ad vitam, Millin. *deciſ.* 436. *per tot.* & dixi latiùs *in quæſt.* 16. *num.* 98. *& ſeqq.* dummodò vendatur domus, & non jus aliquod ſuper domo,

36 Rot. *deciſ.* 322. *num.* 9. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* & dummodò venditio non ſit mixta cum donatione, vel ſit facta donatio, aut permutatio, & inquilinus id, quod emptor pro pretio dedit, præſtare nequeat, ut ple-

37 nè *d. deciſ.* 322. *num.* 11. *& ſeqq.* & latiſſimè dixi in *d. quæſt.* 16. *num.* 142. *& ſeqq.* ubi etiam notavi, quod non habet locum in ſubhaſtatione, & venditione neceſſaria.

38 Notandum decimò, quòd Inquilinus ex dicta Bulla præfertur etiam in concurſu cenſuarii, non tamen in concurſu conſortis, aut vicini, qui velit ædificare, ut in *q.* 33. *num.* 39. *&* 40. latiùs firmavimus.

QUÆSTIO XLI.

An Conductor in nova locatione præferatur pro eodem pretio novo conductori.

SUMMARIUM.

1 *Conductor antiquus in nova locatione non habet jus prælationis.*

2 *Conductor in conductione finita tempore perſiſtere non tenetur.*

3 Text. in l. ne cui Cod. locati *explicatur, & per tot. quæſtionem.*

Conductor non præfertur in locatione nova, ſive agatur de prædiis urbanis, ſive de prædiis ruſticis.

4 *Amplia, ut non præferatur, ſive locatio ſit facta ab Eccleſia, ſive à laico, ſive ab hoſpitali, vel ſocietate laicorum, & num.* 5.

6 *Contrarium tamen defendunt alii, ſed prima opinio eſt verior, & num.* 7.

8 *Conductor antiquus non præfertur in nova locatione, quamvis melioraſſet rem conductam, & quamvis expenſas feciſſet in hic colendo, ſed tantum poteſt prætendere reſtitutionem expenſarum, & num.* 9.

10 *Conductor antiquus, qui rem conductam deterioravit, non præfertur in nova conductione.*

11 *Conductor antiquus præfertur, quando Procurator conſtitutus à Domino ad locandum, intendit locare alteri.*

12 *Contrarium tanquam verius defenditur.*

13 Bart. in l. eorem ferro, §. agri publici numer. 1. ff. de public. *declaratur.*

14 *Domini perſona non efficitur deterior per mandatum procura.*

15 *Conductor antiquus Fiſci præfertur, quando Fiſcus de novo finita locatione vult alteri locare.*

16 *Conductor Fiſci poteſt etiam invitus à Fiſco cogi ad iterum rem conducendum.*

17 *Conductor antiquus Fiſci non præfertur in novo locatione in iis regionibus in quibus Fiſcus non ſolet cogere conductores fiſcales invitos ad iterum conducendum, ſed de hoc dubitat Auctor, ut num.* 18.

19 *Conductores antiqui Reſpub. Municipes, & Civitatis novis præferuntur.*

20 *Conductor antiquus Fiſci præfertur in nova locatione, ſive ſit conductor ad longum, ſive ad breve tempus.*

21 *Contrarium alii defendunt, ſed prima opinio eſt verior.*

22 *Conductor antiquus fiſci, ſi decedat durante conductione relictis hæredibus, privilegium prælationis transfert in hæredes.*

23 *Filius conductoris fiſci antiqui, patre vivente, non poteſt prælationem petere in nova locatione.*

24 *Filius jura perſonalia patris exercere non poteſt.*

25 *Conductor antiquus fiſci tunc præfertur, quando ſolvit penſiones præterita locationis.*

26 *Et quando offere idem pretium ab alio oblatum, & vult conducere cum iiſdem conditionibus, & pactis.*

27 *Et quando vult conducere omnes introitus fiſci, prout facere intendit novus conductor.*

28 *Conductor antiquus fiſci non præfertur ſi fecit pactum de evacuando, locatione finita.*

29 *Contrarium tamen defenditur.*

30 *Conductor antiquus ſi ſit Scholaris, Doctor, vel Magiſter præfertur aliis novis.*

31 *Locator finito tempore locationis poteſt rem alteri locare, quamvis prima locatio fuiſſet facta Scholari.*

32 *Conductor antiquus novo præfertur, ſi ſit ſcriptor ſcholarium, cartarius, librarius, maſſarius, aut bidellus ſtudii, ſed hoc in praxi non admittitur.*

33 *Conductor antiquus ſi ſit ſcholaris præfertur, licèt nova locatio fiat alteri ſcholari.*

34 *Prælatio nunquam datur quando Dominus vult rem pro ſe retinere.*

35 *Et ſi Dominus dicat, vel jure velle rem pro ſe retinere, poſtea tamen rem illam vendat, aut locet, poteſt peti prælatio, & revocari contractus uti factus in fraudem.*

36 *Conductor antiquus fiſci non præfertur, quando fiſcus vult rem pro ſe retinere.*

37 *Scholares, Magiſtri, Iudices, & ſimiles non poſſunt expelli de domo conducta, licèt Dominus velit eam domum inhabitare propter neceſſitatem, quam ipſi ſupervenit.*

38 *Alii contrarium defendunt, quando facilè Scholaris poteſt aliam domum commodam invenire.*

39 *Scholares poſſunt expelli finita locatione, quando Dominus vult domum pro ſe.*

Scholares, Doctores, Iudices, & ſimiles poſſunt cogere Dominum invitum ad locandam, & relocandam domum commodam pro ſtudiis.

40 *Et ſi Dominus velit immenſam penſionem, Rector Scholarium, vel Taxatores publici poterunt eam taxare.*

Amplia ut teneatur Dominus Scholaribus locare, quamvis non ſit ſolitus locare.

41 Decla-

41 *Declara hac procedere quando Scholaris inveniret alias domos, & adeſſet præciſa neceſſitas moralis.*

Conductor antiquus, ſi ſit Scholaris, non præfertur quando Dominus vult domum pro ſe.

42 *Limita quando Scholaris eſt externus, & indiget præciſè dicta domo, & Dominus eſt Civis, qui facilè ſine ſuo incommodo invenire poſſit aliam domum pro ſua neceſſitate.*

43 *Iuramento Scholaris, quod non poſſit invenire in Civitate aliam domum, ſtari debet.*

Iuramento Domini jurantis velle retinere rem pro uſu ſuo, ſtari debet.

44 *Conductor antiquus, ſi ſit nimis pauper, vel alia miſerabilis perſona, præfertur in nova locatione.*

Amplia ſi ſit locus pius, vel Eccleſia, quia etiam præfertur ex quadam æquitate.

Amplia, ut tales perſonæ præferantur etiam in locatione facta ſubhaſta.

45 *Conductor antiquus præfertur exiſtente conſuetudine.*

46 *Vel pacto quod præferatur, ſed an pactum debeat eſſe in ſcriptis, ibi vide.*

47 *Conductor antiquus, qui aliàs vigore ſtatuti, vel legis habet prælationem, non præfertur ſi locatio ſit nulla.*

48 *Conductor antiquus in caſibus in quibus præfertur, non habet prælationem, ſi velit partem, & non totam rem reconducere, & ſi non offerat tantum, quantum offerunt alii.*

49 *Conductor ad longum tempus præfertur, quando finito tempore Domino vult rem alteri locare.*

50 *Contrarium tamen eſt veriùs.*

1 CONcluſio eſt, quòd non præfertur, ſed quod finita locatione poſſit res alteri locari ad libitum Domini *l. ne cui, C. locat.* ubi Bald. Salicet. Alberic. & alii communiter, Boer. *deciſ.* 107. Miſinger. *centur.* 4. *obſerv.* 23. Gratian. *diſcep. for.* 357. *in princ.* Ridolfin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 43. Fulvius Lanar. in addit. ad Patruum *de feud. fol. mihi* 3:6. *num* 28. ubi etiam quòd *dicta lex ne cui*, non admittit contra Dominum, & novum conductorem probationem in contrarium niſi per ſcripturam, Francus *deciſ.* 406. Gizzarel. *deciſ.* 5. *per totam*, ubi latè reſpondet *legibus*, quæ in contrarium poſſunt adduci, quæ uti loquentes de conductoribus fiſcalibus, non debent ad alios privatos extendi, de Angel. in add. ad eundem *num.* 1. *& ſeqq.* & ibi etiam Joſeph. de Mele. *num.* 1. 2. *& ſeqq.* ubi de communi teſtatur Marta *vot.* 149. Sanfelic. *deciſ.* 109. *num.* 1. apud quem alii D. Pacion. *de locat. cap.* 20. *num.* 39. ubi rejicit contrarium dicen-
2 tes, & hoc etiam ratione æqualitatis ſervandæ, cùm enim conductor in conductione, finito tempore perſiſtere non teneatur, *l. invitos* 11. *C. locat.* ita etiam dicendum eſt, ut nec Dominus invitus ſit cogendus eidem relocare. Sanfelic. *d. deciſ.* 109. *numer.* 1. plenè Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 30. *numer.* 82. *& ſeq.*

Cujus legis diſpoſitio nedum procedit in prædiis
3 urbanis tantùm, ut voluerunt Marant. *conſ.* 96. *num.* 7. Afflict. *deciſ.* 238. *num* 2. Roginel. *pract. quæſt.* 22. *num.* 8. *verſ. contrariam*, Cattar *deciſ.* 97. *num.* 7. ſed etiam in prædiis ruſticis, quorum antiqui conductores novis præferri non debent, Vela *diſſert.* 13. *num.* 5. *& ſeq.* Gratian. *diſcept.* 357. *num.* 31. D. Pacion. *de locat. d. cap.* 20. *numer.* 41. *& ſeqq.* & *num.* 122. *& ſeqq.* ubi cæteris DD. contrariis reſpondet, Anna *conſ.* 77. *num.* 11. Maſtril. *deciſ.* 309. *num.* 18. Giurba *deciſ.* 59. *num.* 9 *& ſeq.* Fulvius Lanar. *de feud. in addit. ad Patruum fol. mihi* 325. *numer.* 26. Donad. *de renunc. d. cap.* 30. *num.* 82. *in fin.*

Procedit etiam ſive locaſſet Eccleſia, ſive laicus, non enim debemus in Eccleſia reſtringere facultatem
4 locandi cui ſibi benè videtur; ideò conductores Eccleſiæ aut qui novis præferri non debent, A Ponte *conſil.* 23. *num.* 10. *&* 26. Novar. *de privil. miſer. perſon. privil.* 42. *num.* 7. Caſtil. *deciſ.* 114. *num.* 10. 17. *&* 20. Maſtril. *deciſ.* 309. *numer.* 17. *& ſeqq* D. Pacion. *d. cap.* 20. *num.* 108. Riccius *deciſ.* 181. *per totam, part.* 1. Tapia *deciſ.* 59. *num.* 10. *ad finem*, Franc. *deciſ.* 406. *per totam*, Sanfelic. *deciſ.* 109. *per totam.* Gizzarel. *deciſ.* 5. *numer.* 24. *& ſeqq.* Carena *reſol.* 46. *&* 47. Eminentiſſimus de Luca *de locat. diſc.* 50. *numer.* 10. *& ſeq.* Fab. de Anno *conſ.* 77. *ferè per tot.* Rot. *deciſ.* 210. *num.* 10. *& ſequen. part.* 10. *recent.* præſertim ſi eſſemus in caſu locationis factæ ab hoſpita-
li, vel ſocietate laicorum Epiſcopi auctoritate non 5
erectis, quia tunc abſque difficultate talis prælatio non deretur, Rot. coram Ubaldo *deciſ.* 301. *num.* 16. *& in recent. deciſ.* 69. *num.* 4. *part.* 1.

Contrarium tamen nempè quòd conductores bo-
norum Eccleſiæ præferentur pro eodem pretio no- 6
vis conductoribus, tenuit Alfer. *conſil.* 51. *per totum.* Cevol. *de commun. contra commun. quæſt.* 736. *num.* 60. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 357. *num.* 42. *& diſcept.* 715. *num.* 20. Balthaxar. de Angelis in add. ad Gizzarel. *d. deciſ.* 5 *num.* 10. *& ſeqq.* Marant, *diſput.* 8. *num.* 40. Giurba *deciſ.* 59. *num.* 2. *vers. id verum*, Ruginellus *pract. quæſt. cap.* 22. *num.* 7. plenè Donad. *d. cap.* 30. *num.* 88. & videtur ſenſiſſe Rot. *deciſ.* 692. *num.* 11. *p.* 1. *recent.* ſed iſtos ſequi non eſt juſtum, cùm nulla adſit lex, aut ratio, quæ eo-
rum opinioni aſſiſtat; Eſtque nimis incongruum Ec- 7
cleſiam in hoc caſu diſtinguere à perſona laici, eamque privare abſque lege ſcripta facultate cuilibet locandi, & proinde contra eos eſt verior opinio, & magis recepta ſententia, juxta quam pluries vidi judicatum, ut etiam teſtatur Eminentiſſimus de Luca
de locat. d. diſc. 50. *num.* 9. *& ſeqq.* 8

Habet quoque locum diſpoſitio *dicta legis*, *ne cui*, quamvis primus conductor melioraſſet rem conductam, nam adhuc non præfertur, Valaſc. *de jur emphyteut. q.* 21. *num* 8. Anna *conſ.* 77. *num.* 29. de Angelis in addit. ad Gizzarell. *dicta deciſ.* 5. *num.* 6. Gra-
tian. *diſcept.* 337. *num.* 32. Imò etſi primus conductor 9
expenſas feciſſet in his culrando, adhuc non præfertur, ſed tantùm poteſt prætendere, quòd ipſæ expenſæ ſibi reſtituantur, Anna *d. conſ.* 77. *num.* 29.
de Angelis *ubi ſupra num.* 7. 10

Hæc omnia eò magis locum habent in conductore, qui rem conductam deterioravit, is enim nullo modo, etiam ſub quocumque prætextu admittendus eſt ad prælationem petendam, Gizzarell. *deciſ. n.* 9.

Sed hic primò quærendum eſt, an habens ſpeciale
mandatum ad locandum poſſit rem à primo poſſeſſo- 11
re & conductore volente offerre idem pretium, auferre, & alteri dare, & negativè videtur reſpondendum, quia Bart. *in l. Cotem. ferro*, §. *agri publici num.* 1. *vers. item nota*, *ff. de publican.* hanc præciſam quæſtionem ponit, & reſpondet, quòd habens ſpeciale mandatum, *poteſt ab uno poſſeſſore, auferre, & alteri dare, niſi primus poſſeſſor tantum vult offerre, quantum ſecundus dat*, hoc enim caſu Bart. dat primo poſſeſſori prælationem ſi velit idem pretium offerre, ſequitur Cuman. *conſ.* 55. *& conſ.* 21. Caſtill. *de uſufruct. cap.* 74. *num.* 43. *& ſeq.* Oterius *de paſcuis cap.* 30. *num.* 7. *vers. qui ait in medio.*

Sed ut verum foret Concluſio nullo nititur Juris 12
fundamento, neque indiſtinctè à Bart. reperitur firmata, ipſe enim prius quærit an Syndici, & Procuratores generales Reipublicæ vel Civitatis poſſint rem ab uno emphyteuta recipere, & alii dare, & reſpondet negativè, niſi adſit ſpeciale mandatum poſtea notat, quòd etſi illi habeant ſpeciale mandatum, nequeunt rem à primo auferre, & alteri dare, ſi primus velit idem pretium dare, allegando Text. *in l. congruit, C. de locat. præd. Civil. lib.* 11. qui loquitur in terminis locationis prædiorum publicorum; Unde non negatur

gatur veritas concluſionis Bart. Sicuti enim ſi Raſpu-
blica velit prædia ſua locare tenetur pati, quòd an-
tiquus conductor pro eodem pretio præferatur, ut in-
fra, ita etiam procurator ſpecialiter ad hunc effe-
ctum à Republica deputatus per regulam Text.
in l. 2. C. de pœnis, cap. nemo poteſt de regul. Iur. in 6.
Negatur autem, quòd indefinitè is, qui habet ſpecia-
le mandatum ad locandum teneatur pati, quòd anti-
quus poſſeſſor pro eadem penſione præferatur, ſicu-
ti enim extendere Text. *in d. l. Congruit*, ad res pri-
vatorum eſt abſurdiſſimum, ut notat Gloſſ. *in l. fin.
verb. maneat, Cod. de locat. præd. Civil. lib.* 11. & alii
plures, quos refert Gizzarell. *decis. 5. per tot.* ita etiam
pariter incongruum eſt, Doctrinam Bartol. quæ con-
cludit id quod Text. *in d. l. congruit*, aſſerit ad ca-
ſus longè diverſos, & prædia privatorum extendere,
ut dixi in ſimili caſu in *quaſt.* 43.

Præterea ſi habemus in Jure cautum, quòd Domi-
nus volens rem alteri locare non teneatur præferre an-
14 tiquum conductorem, ut ſupra dictum eſt, quare de-
bemus contrarium affirmare in procuratore à Domi-
no Conſtituto, per mandatum enim procuræ non ef-
ficitur deterior Domini perſona, Gloſ. *penult. in l. pro-
curator meus* 28. *ff. de procurat.* & tamen hoc modo
efficeretur deterior, nam ſi ipſe locaret prælatio an-
tiquo conductori non competeret, ſi verò per procu-
ratorem locare vellet prælatio conductori daretur,
quod eſſet nimis durum, & præjudiciale, ut ait Text.
in l. dudum, C. de contrahen. empt.

Secundò quærendum eſt, an conductoribus fiſca-
libus eadem penſionem offerentibus prælatio ſit dan-
da caſu quo fiſcus alteri rem vellet locare, & affir-
15 mativa habet pro ſe Textum apertum *in l. congruit.
& l. fin. C. de locat. præd. Civil. lib.* 11. & pluſes DD.
communiter apud Gratianum *diſcept. 557. num. 6. &
ſeqq.* Coſta *remed. ſubſid. 76. num. 3.* Mantic. *de tacit.
lib. 5. tit. 3. num. 27.* Novar. *quaſt. for. part. 1. quaſt.
86. num. 1. & ſeqq.* A Ponte *conſ. 25. num. 11. & ſeqq.*
D. Pacion. *de locat. d. cap. 20. num.* 112. ubi id ex-
tendit etiam ad conductores gabellarum fiſcalium,
Gizzarell. *deciſ. 5. per tot.* ibique omnes ad eum ad-
dentes, Cartar. *decis. 97. num. 5.* Giurba *dict. deciſ.
59. num. 16.* Sanfelic. *dict. deciſ. 109. num. 7.* & latè
Donad. *de renunc. d. cap. 30. num. 91.* Eminentiſs. de
Luca *de locat. d. diſc. 50. num. 11. & 12.* ubi affert ra-
16 tiones pro Confirmatione iſtius opinionis, nempè quod
ſicuti in Jure cautum eſt, quòd conductores fiſcales,
etiam inviti poſſint cogi à fiſco ad relocandum, ita
& in hoc relevari debeant prælationem in nova con-
ductione obtinendo, quando quam rationem mutuavit
à Gratian. *de deciſ. 357. num.* 12. Maſtrill. *de deciſ.* 309.
num. 18. in fine, & num. 19. & omnium Anteſignanus
Gomez. *var. tom. 2. cap. 3. num. 5.* Barboſ. *vot. 81. num.
22. & ſeqq. lib.* 3.

17 Sed Peregr. *de jur. fiſci lib. 6. tit. 5. num. 6 in fin.
verſ. licèt autem*, dicit, quòd ex quo Patavii veteres
Conductores non tenebantur reconducere, ita nec no-
vis licitatoribus, præferebantur sed plus offerenti ve-
ctigalia ipſa conceduntur, quod & in Hiſpaniarum
Regnis ſervari dicit Guttierez *de gabell. quaſt* 140.
num. 9. de qua praxi teſtatur etiam Gizzarell. *d. deciſ.
Neap. 5. num. 26. & 27.* Mangill *de ſubhaſt. quaſt.* 107.
num. 6. ubi quòd ita vidit ſemper ſervari Poſth. *eod.
tract. inſpect. 36. num.* 38.

Ut autem verum fatear non eſt fundamentum cur
18 conductoribus fiſcalibus auferri debeat tale prælatio-
nis privilegium quando fiſcus non ſolet ipſos cogere
ad reconducendum, non enim Text. *in d. l. con-
gruit*, hoc jus antiquis conductoribus dat, eo quia
ſolùm conſideret, quòd fiſcus eos poſſit cogere, ſed
quia etiam ex quadam congruitate putavit non eſſe à
fiſco antiquis conductoribus eandem penſionem offe-
rentibus rem auferendam, ideò hoc cogitandum re-
linquo, fateor tamen quòd ſi adſit conſuetudo ta-
lem prælationem negans ſit ſervanda.

Amplia diſpoſitionem *d. l. congruit*, in conducto-
ribus Reipublicæ Municipii, & Caſtri, qui etiam præ- 19
feruntur novis, Guttierez *pract. qq. Civil. lib. 1. quaſt.
38. num.* 6. Gratian. *dict. cap. 357. num.* 19. Pacion. *d.
cap. 20. num.* 113. Gizzarell. *deciſ.* 5. Contra Amayam
ad lib. 10. Cod. tit. de fide, & jur. haſta fiſcal n. 28. & ſeq.

Amplia ſecundò ſive conductio, & locatio rerum fi- 20
ſcalium ſit ad longum tempus, ſive ad breve, Gratian. *d.
cap. 357. n. 15. & ſeqq.* D. Pacionus *de locato d. cap. 20. n.* 114.

Sed contra videtur tenere Barboſ. *in vot. 81. num. 20.
& ſeqq.* Valaſcus *de jur. emphyt. quaſt. 24. num. 2. in* 21
fin. Amaya *ad lib. 10. Cod. tit. de fid. & jur. haſta fiſcalis
n. 30. & ſeqq. ubi plenè probat, quod d. l. congruit* habet
tantùm locum in colonis, & conductoribus perpetua-
ciis, & Perez *in Cod. tit. de fid. Inſtrumentorum, & jur.
haſtæ fiſcal. lib. 10. tit. 3. num. 7. fol. mihi* 730.

Sed prima opinio eſt verior.

Notandum tamen eſt, quòd licèt præferatur pro
eodem pretio antiqui conductores rerum fiſcalium,
non tamen hoc beneficium extendi valet ad Conſan-
guineos eorundem conductorum qui præferri ne- 22
queunt, quod intelligendum eſt, niſi primus conde-
ctor eſſet mortuus, & ei ſucceſſiſſent Conſanguinei,
quia tunc ſicuti ipſi uti hæredes cogi poſſent ad ite-
rum conducendum, & Jus Conductionis in eos trans-
fertur, ita etiam habere debent prælationem, & ita
intelligendus eſt Add. ad Clar. *in § emphyteuſis quaſt.
45. num.* 8. prout explicat Lanar. in Add. ad Pattum
de feudis. fol. mihi 325. num. 25.

Et quid ad filium vivente patre dicendum eſt quòd 23
neque hoc privilegium ipſi concedatur, cùm enim
ut diximus privilegium hoc prælationis perſonaliter
antiquo conductori ſit conceſſum, Ideò non tran-
ſit in filium, Bald. *in l. maximum vitium num. 6. C.
de liberis præterit.* Alex. *in l. etiam, ff. ſolut. matr.*
Menoch. *conſ. 215. num. 159 & ſeq.* & licèt filius vi-
deatur eſſe eadem perſona cum Patre, attamen id eve-
nit fictè, & impropriè, & proinde Jura perſonalia
patris obtinere non poteſt, Menoch. *d. conſ. 215. num.* 24
159. & ita conſului in caſu quo pater erat conductor,
& ejus filius proprio nomine obtulit, & ſuperatus in
oblatione prælationem petiit.

Prælatio tamen quæ antiquo conductori fiſcali da-
tur, tunc demum ei competit quando ſolviſſet pen- 25
ſiones præteritæ locationis, ſecus contra Caroc. *de
locat. tit. de loc. pub. quaſt. 4. in princip.* Gratian. *de
diſcept. 357. num.* 22. D. Pacionus *d. cap. 20 num.* 15.
& ſi pro eodem pretio & iiſdem conditionibus, ac 26
pactis velit conducere, Add. ad Clar. *in emphyteu-
ſis d. quaſt. 45. num.* 8. Novar. *ad Pragm. Regni tit. de
administ. Univer. Pragm. 5. num. 98. fol. mihi* 59. & ſi
antiquus conductor vellet partem, introituum com- 27
munitatis conducere novus verò omnes introitus,
tunc novus eſſet præferendus, Novar. *de pragm 5. nu-
mer. 99. fol. mihi* 59.

Notandum quoque eſt, quòd ſi antiquus conductor 28
in Inſtrumento locationis feciſſet pactum de evacuan-
do locatione finita prælationem non haberet, Rot.
decis. 652. num 11. part. 1. recentio. Pacion. *d. cap. 20.
num.* 116. Ubald. *decis. 301. num. 16. in fin.*

Veruntamen videtur contrarium, quia ſicuti pro- 29
miſſio cum juramento facta ab inquilino tradendi Do-
mum finita locatione liberam, vacuam, & expeditam
abſque ulla proteſtatione, non operatur, quod ipſe
cenſeatur renunciaſſe prælationis Juri, quia dicta
promiſſio intelligenda eſt ſecundum Jus commune,
cujus vigore, ſi prælatio competat non obſtante tali
promiſſione, quæ de directo prælationi non repugnat,
prælatio non tollitur, cùm iſtæ ſint clauſulæ generales
apponi ſolitæ à Notariis, quæ propterea nil operantur,
juxta deciſ. Par. 161. *lib. 1. in correct.* poſt Zacch. *de obli-
gat. Camer. deciſ. 90 num. 3. & ſeqq.* Pacion. *de locat. d. c. 20.
numer. 91. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. 520. numer. 18.
& ſeqq.*

Digitized by Google

& ſeqq. Urſell. *concl.* 62. *nu.* 48. ita etiam pactum de
evacuando intelligi debet quatenus ſcilicet Dominus
velit pro ſe retinere, & prælatio de jure non com-
peteret.

Tertiò quærendum eſt, an ſi conductor antiquus ſit
30 ſcholaris, vel magiſter ſit præferendus, & affirmativa
opinio verſor videtur, quam tenentur Gratian. *d. cap.*
357. *nu.* 24. Boet. *deciſ.* 107. *nu.* 3. Gomez *var. re-
ſolut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. Afflict. *deciſ.* 238. *num.* 3.
Cartar. *deciſ.* 97. *num.* 2. *&* 5. Caſtill. *deciſ.* 114. *nu.*
23. Maſtrill. *deciſ.* 309. *eod num.* Baldaxar. de Angel.
in Add. ad dictam deciſ. 5. Gizzarell. *num.* 12. Lucius
de privileg. Scholarium privil. 41. ubi præſertim ſi Do-
mum propè Doctorem conducat, & tenent omnes
ferè Canoniſtæ *in cap.* 1. *de locat.* ex quo tamen non
31 colligitur, ut aliqui prætendunt, quòd Dominus Do-
mus non poſſit locare alteri, & cui velit finito tem-
pore primæ locationis factæ ſcholari, dum apertè con-
trarium ibidem ſtatuitur, ut ibidem notat Hoſtienſ.
num. 11. Ancharan. *num.* 3. ubi etiam quòd poteſt
Dominus durante tempore alteri locare, dummodò
conductio conferatur in tempus finitæ locationis, quòd
etiam notat Caſtill. *deciſ.* 194. *num.* 23. *&* 24. verum
tamen eſt, quòd hoc Dominus debet facere de con-
ſenſu ſcholaris inquilini, ideſt ipſo requiſito, quia ei
competit prælatio ratione publicæ utilitatis, quæ con-
ſiſtit in ipſorum ſcholarium educatione, cujus vigore,
ne ipſi cogantur Domos quærere, & per Urbem ſæpè
vagari tam pro Domibus inveniendis, quàm pro ſu-
pellectilia mutanda ſicuti non poſſunt expelli à Domo
conducta, ut infra, & Dominus eis tenetur Domum
locare, & relocare, Gugl. de Cuneo *in l. decerni-
mus*, *C. de Epiſc. & Cleric.* & alii plures quos mox
adducam, ita præferri debent.

32 Atque hæc amplies in ſcriptoribus ſcholarium non
uxoratis in Cartariis, Librariis, & Maſſariis eorum
Cartariorum, ac etiam in bidello Studii propter pu-
blicam utilitatem in Scholaribus ſupra conſideratam,
ut docet Gloſs. *in d. cap.* 1. *de locat.* Afflict. *de jur.
protomiſ. in rubric. n.* 3. ubi etiam de famulis, & pe-
diſſequis Scholarium, Caroc. *de locat. fol. mihi* 145.
num. 17. licèt quoad hos id receſſerit ab aula.

33 Hic autem eleganter diſceptandum eſt, an quan-
do tam antiquus, quàm novus conductor ſunt Scho-
lares poſſit Dominus locare, cui voluerit, an tenea-
tur præferre antiquum conductorem, & in hac quæ-
ſtione, licet Barboſ. *in d. cap.* 1. *n.* 2. *de locat.* tenuerit
quòd Dominus poſſit locare, cui voluerit, tamen con-
trarium ſemper mihi placuit, & ſæpè audivi verio-
rem in hoc caſu eſſe ſententiam, quòd Scholaris an-
tiquus conductor ſit præferendus, etiam ſi ipſe non ſit
nisi artium Studens; ac novus Conductor ſit Theolo-
gus, ut notat Rebuff. *de privileg. Scholar. privil.* 9. *in
fin.* Caſtill. *deciſ.* 193. *num.* 29. *& ſeqq.* & ratio eſt,
quia non debet una ara detegi, ut tegatur alia, con-
tra Textum *in l. aſſiduis*, §. *exceptis*, *C. qui potior in
pignor. hab.* & quia alii Scholares ſunt prohibiti lo-
care quamdiu alius ſtudens Domum tenet ex locato
dict. cap. 1. *de locat.* ubi omnes Canoniſtæ, cui tamen
rationi non adhæreo locatione finita, ut ſupra, &
quamvis Caſtilius *dicta deciſ.* 193. *n.* 17. *& ſeqq.* in ca-
ſu ſuo ſpeciali contrarium referat deciſum, non ta-
men hanc concluſionem controvertit, ſed ob diver-
ſam facti ſpeciem diverſam deciſionem promul-
gavit.

34 Iterum quæramus, an ſi Dominus velit rem pro
ſe retinere, & nemini intendat locare, Scholares ſint
præferendi. Quæſtio quidem eſt agitata, nam regula-
riter, numquam prælatio competit, quando Domi-
nus vult pro ſe rem retinere, ut notat Abb. *in cap.
bonæ il ſecundo num.* 28. *de poſtulat.* Ripa *in l.* 1. *num.*
35 9. *&* 10. *ff de privileg. credit.* ubi etiam notat, quod
ſi Dominus dicat velle rem pro ſe retinere, & poſtea
alteri eam locet, vel tradat, poterit primus condu-
ctor petere revocationem dictæ locationis, ut fa-
ctæ in fraudem, Lucas de Penna *in d. l. congruit, ver-
ſic. nam ſi neutri.* Boet. *deciſ.* 107. *ſub num.* 1. *circa fi-
nem*, *verſic. tamen ſi Dominus*, qui ait, quod ſi fiſcus
vult rem pro ſe, antiquus conductor non præfertur, 36
Clar. *in dict.* §. *emphyteuſis quæſt.* 43. *in fine*, ubi de
veriori, & æquiori ſententia Surd. *conſil.* 203. *n.* 12. *&
ſub num.* 23. Rot. coram Gregor. *deciſ.* 45. *n.* 3. ſed
hæc concluſio non videtur applicari poſſe in termi-
ni Scholarium, Magiſtrorum, Judicum & ſimilium,
qui expelli non poſſunt de Domo conducta, etiam ſi
Dominus velit ipſam Domum inhabitare, & ipſi ſuper- 37
venerit neceſſitas, Bolognett. *in Auth. habita nu.* 369.
Cod. ne fil. pro Patr. Rebuff. *de privil. Schol. privil.* 8.
Caroc. *de locat. tit. de libert. & materiam. l. ne cui quæſt.*
1. *num.* 12. *& ſeqq. fol. mihi* 145. Ceval *commun. con-
tra commun. quæſt.* 7. 6. *num.* 41. Moria *in Empor. Iur.
part.* 1. *tit.* 10. *num.* 16. Barboſ. *in cap. propter num.*
27. *de locat.* Mart. Medic. *examin.* 18. *num.* 33. Paſcal.
de patria poteſt. part. 4. *cap.* 6. *numer.* 22. Ioſeph. de
Mele in Addit. ad Gizarell. *dicta deciſ.* 5. *num.* 28.
Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *reſ* 4. *num.* 7 Valaſc.
de privil. paup. 3. *part. in proœm. num.* 73. Olea *de
ceſs. Iur tit.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 23. *poſt med.*

Sed veritas eſt, quòd Scholaribus hoc caſu eſt de-
neganda prælatio, nam quidquid ſit de concluſione à 38
præcitatis firmata contra quam tenuerunt Valaſc. *de
jur. emphyt. quæſt.* 22. *n.* 5. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 7 *n.* 52.
ff. ſolut. matrimon. & quam limitant procedere tan-
tùm quando Scholari eſſet præcisè neceſſaria Domus
conducta, ut tenuerunt Barboſ. *in dicta lib.* 1. *n.* 53.
in princip. Molin. *de Iuſt. & Iur. diſp.* 499. *n.* 9. *tract.*
2. D. Pacion *de locat. cap.* 56. *numer.* 32. *& ſeq.*
adeò ut ſi Scholaris invenire poſſit parvo negotio a-
liam Domum in eadem Civitate, ceſſet privilegium,
Rebuff. *de privil. Scholar. privil.* 8. *ſub nu.* 2. *circa fi-
nem*, *verſ. intellige.*

Non applicatur concluſio quia, DD. loquuntur du- 39
rante locatione non ea finita, quia finità locatione;
Dominus, qui vult rem pro ſe, nulli tenetur locare
ex prædictis, & licèt favore Scholarium etiam ſit
inductum, quòd ipſis volentibus Dominus etiam in-
vitus teneatur ipſis Domum locare, & relocare, Jaſon.
in l. 1. *num.* 48. ubi Ripa *in fin. ff. ſolut. matrimon.*
idem Jaſon. *in l. nec emere num.* 4. *limit ultim. C.
de jur. deliberan.* Rebuff. *privileg. Scholar.* 7. *num.* 1.
& ſeqq. ubi idem putat favore Doctorum, & Civita-
tis, quę non habet locum pro collocando infectos
peſte, & ait, quòd Dominus teneatur locare, &
num. 9. ubi quòd ſi Dominus velit immenſam pen-
ſionem Rector Scholarium eam taxare poterit, niſi 40
ſint deputati taxatores à publico, Horatius Lucius
eodem tract. privil. 39. ubi quòd penſio taxanda eſt
per duos taxatores; idemque protinus de cubiculo,
Camera, aliiſque rebus mobilibus, & de Equo ad
vecturam in caſu reditus ad patriam, dixit idem
Rebuff. *dicto privileg.* 7. *num.* 3. *& ſeqq.* Caroc. *de
locat. quæſt.* 1. *numer.* 19. *tit. de libertate ad materiam
leg. ne cui fol. mihi* 145. & plenè Andreolus *con-
troverſia* 290. *num.* 9. *ubi numer. ſeqq.* id ampliat,
etſi Dominus non ſit ſolitus locare contra Bolognett.
& Barboſ.

Tamen iſta concluſio etiam intelligenda eſt, quan- 41
do Scholaris non inveniret alias Domos, & adeſſet
præciſa neceſſitas moralis, ut loquitur Rebuff. *dicto
privil.* 7. *numer.* 1. & explicat Valaſc. *dicta quæſt.*
24. *num.* 2. *in fin.* Pacion. *dicto cap.* 20. *num.* 36.
37. & quando locatio fieri poſſet ſine magno incom-
modo, & damno Domini ex cumulatis per eundem
Pacion. *dicto cap.* 20. *numer.* 38. propterea quando
Dominus eget Domo, & vult pro ſe, non debet
cogi ad locandum alteri, quia prima charitas benè or-
dinata incipit à ſe ipſo, *l. præſes* 6 *C. de ſervit. & aqua
cap. niſi de author. & uſu pallii*, & quia aliàs maximum

Digitized by Google

pateretur incommodum, & damnum, & nulli cum alterius damno eſt conſulendum, *Can.* 1. §. *non eſt* 22. *quæſt.* 2. imò abſurdum eſt aliis benefacere, & ſe ipſum negligere, *dicto cap. niſi de auctorit. & uſu pallii.*

41 Hæc tamen non procedunt, quando Scholaris eſt oterus, & Dominus Domus, eſt Civis cognitus, ac Scholaris aliam Domum invenire non poteſt, habetque neceſſitatem Domus, quam inhabitat, tunc enim ſi Dominos pro neceſſitate ſua facilè invenire poterit inter amicos, & agnatos Domum pro ſe tenetur ſcholari locare, neque enim finita locatione poterit expellere, quamvis pro ſe vellet retinere, debet enim ipſe pati, quòd præferatur ſuæ privatæ utilitati publica utilitas, quæ ex ſtudio provenit, ex latè congeſtis per Rebuff. *dicto privil.* 8. *num.* 1. *in fin. &* 2. & hic admittenda cenſeo, quæ tradit Andreol. *dicta controverſ.* 209. *num.* 10.

43 Et nota, quòd ad probandum, quòd Scholaris non poſſit invenire in Civitate aliam Domum ſtatur ipſius juramento, Rebuff. *dicto privileg.* 8. *ſub num.* 2. *ultra verſic. intellige in verſic. & arbitror in hoc caſu*, prout etiam creditur Domino juranti velle retinere rem pro uſu ſuo, plen. Surd. *conſ.* 205. *num.* 14.

44 Eidem prorſus prælatio competeret conductori, ſi eſſet pauper nimis, vel alia miſerabilis perſona ex quadam æquitate, & pietate ſervanda, Novat. *in praxi privileg. miſerab privil.* 42. Leoncill. *de privil. pauper part.* 2 *privil.* 31. de Angelis in addit. ad Gizzarell. *dicta decis.* 5. *numer.* 15 idemque procederet ſi conductor ſit locus pius, vel Eccleſia, Novat. *dicto privil.* 42. *num.* 6. Pacion. *dicto cap.* 20. *numer.* 111. ſive locatio ſit facta à Domino, ſive à Judice ſub haſta, Revertet *decis* 278 *in med. verſic. ratio deciſionis fuit*, de Marin. *in obſervatione ad eundem num.* 2. quæ tamen opiniones pietati tantùm, non autem legi ſcriptæ adhærent.

45 Advertendum tamen eſt, quòd diſpoſitio *dicta l. nemo*, non procedit, ſi adeſſe conſuetudo prælationem antiquo conductori concedens, ut notant Gomeſ. *var. tom.* 2. *capit.* 3. *numer.* 5. *in fine*, Caroc. *de locat. tit. de libertate q.* 1. *fol.* 144. *à tergo*, *numer.* 4. *in fin.*

46 plenè Donad *de renunciat. tom.* 1. *cap.* 30. *numer.* 90. Neque ſi adeſſet pactum inter Dominum, & conductorem, quòd non liceret Domino alteri locare, dum primus conductor rem vellet habere, ut deducitur *ex d. l. nemo*, ubi gloſs & DD Boet. *decis.* 107. *num* 3. *verſic. idem fallit*, Donadeus *dicto cap.* 30. *n.* 89 plenè Caroc. *de locat. tit. de libertate fol. mihi* 144. *à tergo num* 4. *& pluribus ſeqq.* ubi etiam quærit, an pacta debeant eſſe in ſcriptis, & quid ſi non ſint in ſcriptis, de quo etiam Mantill. *dict. decis.* 309.

47 Notandum etiam eſt, quòd hiſce caſibus quibus antiquo conductori prælatio competit, illa non datur, ſi locatio fuiſſet nulla, tunc enim nullum tribueret Juris effectum, & conſequenter, neque prælationem, Rot. apud Picum *ad Statutum Urb. dec.* 38. *ſub n.* 5. *verſic non diſplicebat Dominis*, *& dec.* 220. *n.* 24. *part.* 10. *rec.* & dixi *in quæſt.* 26. *num.* 102. *& ſeqq.*

48 Item notandum eſt, quòd tunc demum conductori prælatio in prænarratis caſibus datur, ſi velit totam rem reconducere, & non partem, & tantum offerat, quantum alii, Novat. *quæſt forenſ. part.* 1. *quæſt.* 86. Creſp. *obſervat.* 45 *num.* 8. *verſ quæ omnia.*

49 Item notandum eſt, quòd conductor ad longum tempus, videtur præferendus, quando finito tempore Dominus vult rem alteri locare, ut latè firmat Afflict. *de jur. protomiſ. in princip. num.* 38. *verſic. ſi in quaro not.* 10. Gratian. *diſc.* 440. *num.* 1. *&* 2. Ann. *conſil.* 97 *numer* 25. Lanar. in addit ad Patr. *de feud. fol. mihi* 125. *num.* 25. D. Pacion. *dicto cap.* 20. *num.* 124. Sanfelic. *dicta deciſ.* 100. *numer.* 5. Gizzarell. *deciſ.* 6. *num* 20. Eminentiſs. de Luca *de locat. diſc.* 50 *nu.* 6.

50 ubi etiam, quòd non dicitur locatio ad longum tempus locatio renovata de triennio in triennium, & continuata per quadraginta annos; Sed contrarium latè defendunt multi, quos adducit Antonell *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 8. Donad. *de renunciat tom.* 1. *cap.* 30 *num.* 94. ubi pluries pro hac opinione judicaturn teſtatur non abſque ratione, licèt enim conductor ad longum tempus habeat Jus in re, nihilominus ex hoc capite non poteſt prætendere prælationem, videmus enim, quòd emphyteuta habet Jus in re, & utile dominium, & tamen non præfertur, ut dixi *in quæſt.* 31, *numer.* 2. *& ſeqq.*

QUÆSTIO XLII.

An finita emphyteuſi, ſi Dominus velit illam concedere extraneis, teneatur præferre conſanguineos ultimi Defuncti.

SUMMARIUM.

1 *Dominum aquæ devoluta eſt impetrabile.*

2 *Emphyteuſis finita inveſtitura, potiùs eſt renovanda deſcendentibus, quam extraneis.*

Et poſſunt deſcendentes cogere Dominum mediante recurſu ad ſuperiorem, ut ipſis revocationem faciat.

3 *Amplia, ut talem prælationem in nova conceſſione Emphyteuſis, habeant non ſolùm deſcendentes ultimi inveſtiti, ſed etiam tranſverſales, non ſolùm Agnati, ſed etiam Cognati.*

4 *Contrarium tamen, quòd ſcilicet de rigore Iuris talis prælatio non detur deſcendentibus, vel Agnatis in nova conceſſione Emphyteuſis, ſed tantùm ex quadam æquitate probant alii plures, ſed prima opinio in praxi ſervatur, & num.* 5.

6 *Amplia etiam in fœminis, quibus deficientibus Maſculis debetur iſta prælatio.*

7 *Amplia quamvis fœmina non ſint in inveſtitura comprehenſa.*

8 *Declara, nam ſi concurrant una cum fœminis Maſculi, in æquali gradu Maſculi præferuntur.*

9 *Amplia, quamvis in Inveſtitura adeſſet pactum, quòd finita generatione, bona libere ad Dominum directum revertantur, quia hoc pactum non tollit Agnatis prælationem.*

10 *Limita, quando in Inveſtitura adeſt pactum, quòd liceat Domino finita Inveſtitura, pro ſe retinere, vel quemcumque voluerit inveſtire.*

Gamm. deciſ. Luſitan. 41. & 226. *rejicitur.*

11 *Emphyteuſis, quando eſt devoluta ob culpam, aut delictum inveſtiti, tunc etiam in concurſu extraneis, tenetur Dominus potiùs renovare proximioribus inveſtiti, quàm aliis.*

12 *Contrarium tamen eſt verius.*

13 *Emphyteuſi finita, hæredibus etiam extraneis ultimi inveſtiti competit prælatio in renovatione etiam in concurſu Agnatorum, & Cognatorum.*

14 *Præſertim, quando Emphyteuſis non eſt Eccleſiaſtica, ſed eſt tranſitoria ad quoſcumque hæredes etiam extraneos*

15 *Contrarium tamen tanquam verius defenditur.*

16 Gloſs. in l. 1. § permittitur, verb. planè, ff. de aqu. quotid. & æſtiv. *declaratur.*

Verbum hæres in materia feudali idem ſonat, ac deſcendens.

17 *In Emphyteuſis renovatione competit prælatio ex ſola ratione agnationis, & propinquitatis.*

18 *In renovatione Emphyteuſis hæreditariæ, non competit prælatio Agnatis, ſi inſimul non ſint hæredes, vel ſaltem ſucceſſores ſingulares.*

19 *Et ſi Agnatus hæres non ſit capax, renovatio facienda eſt alteri hæredi proximiori Capaci.*

20 *In renovatione Emphyteuſis ex pacto, & providentia, præferuntur Agnati, licet non ſint hæredes.*

21 *In renovatione emphyteuſis, non competit Agnatis prælatio, quando ultimus defunctus titulo inſtitutionis,*

Digitized by Google

nis, vel legari, velquit alicui rem emphyteuticam cum facultate petendi renovationem.

22 *Declara id procedere, quando is, qui eſt inſtitutus, vel legatarius iure emphyteutica, eſt etiam conſanguineus, ſecus ſi ſit extraneus.*

23 Text. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. & æſtiv. *declaratur.*

24 *In revocatione emphyteuſis, poteſt Dominus gratificari hæredi extraneo, & omittere proximiores.*

25 *Contrarium tamen tanquam verius defenditur.*

26 Ruin. conſil. 45. num. 20. lib. 1. *reiicitur.*

27 *Prælationis ius eſt purum, radicatum, & quæſitum, non autem quærendum.*

28 Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de renovat. quæſt. 1. num. 39. *reiicitur*

29 *In renovatione emphyteuſis hæreditaria, hæredes conſanguinei præferuntur cæteris non hæredibus, quamvis proximioribus.*

30 *In renovatione emphyteuſis ex pacto, & providentia, ſi non adſint proximiores capaces, præferuntur potius hæredes, quam alii non hæredes.*

31 *Contrarium tamen probatur.*

32 *Renovatio inveſtituræ, facienda eſt tantum proximioribus, qui ſunt ultra ſeptimum gradum, & non ultra.*

33 *In renovatione emphyteuſis, conſideranda eſt proximitas primi inveſtiti.*

34 *Contrarium, quod ſcilicet, tam in emphyteuſi ex pacto, quam in hæreditaria, attendenda ſit proximitas ultimi defuncti, eſt verius.*

35 *Emphyteuſis, concurrentibus pluribus proximioribus in æquali gradu renovanda eſt omnibus, neque poteſt Dominus uni gratificari.*

36 *Amplia, quamvis ii, qui concurrunt ſint Agnati, & Cognati, qui ſi ſint in æquali gradu, abſque ulla differentia, pro rata admittendi ſunt.*

37 *Amplia, ut concurrente proximiore, & remotiore, pro rata admittantur, ſi remotior gradum proximioris repræſentare poſſit.*

38 *Conductori, vel Colono, qui bona prorſus ſterilia ad Culturam reduxit, tenetur Dominus finita locatione iterum locare.*

Conductor privati, ſive Eccleſiæ, qui bona ſterilia ad Culturam redegit, non poteſt expelli, nec ei poteſt Canon augeri.

39 *Amplia, quamvis res ſit ad tempus locata, & Eccleſia velit extraneo, qui majorem penſionem offerat, rem locare.*

40 *Amplia, quamvis Dominus offerat Conductori meliorationes, quia tunc ſi velit locare extraneis plus offerentibus, præfertur antiquus Conductor, vel ejus hæres, ſi eandem penſionem præſtare velit.*

41 *Contrarium tamen defenditur, & n. 42. & ſeqq.*

42 Rot. deciſ. 360. num. 6. part. 1. diverſor. *declaratur.*

43 Rot. coram Coccin. deciſ. 2228. num. 9. *declaratur.*

44 *Conductor finita locatione non poteſt conqueri de Domino, ſi nolit denuò ipſi, ſed aliis locare.*

45 Text. in l. quicumque, Cod. de omn. agr. deſert. lib. 11. *declaratur.*

46 *Locator, non poteſt finita locatione rem pro ſe retinere, niſi offerat meliorationes factas à Colono, qui fundum ſterilem ad Culturam reduxit.*

47 *Eccleſia dicitur decepta, quando locavit bona pro parva quantitate, & fuerunt ſpretæ oblationes aliorum, qui plus obtulerunt.*

48 *Et tunc Eccleſia poteſt rem auferre à primo Conductore, qui eam melioravit, niſi ille offerat eandem penſionem, quæ reperitur ab aliis, quia tunc præfertur, de quo tamen, vide num. 49. & 50.*

51 *Colonus, vel Conductor, qui fundum pro parte cultum, & pro parte incultum, totum ad culturam reduxit, finita locatione expelli poteſt, ſed vide num. 52.*

53 *Colonus Partiarius, qui fundum ſterilem ad culturam reduxit, poteſt expelli finita locatione, nec tenetur Dominus ad renovandam amplius talem Coloniam.*

54 *Contraria tamen opinio defenditur.*

55 *Colonia Ius, tranſit ad hæredes.*

56 *Conductor, qui rem melioravit, an, & quando poſſit expelli, ibi, vide.*

57 *Renovationem emphyteuſis non poſſunt petere Agnati finita inveſtitura, quando Dominus vult pro ſe retinere.*

Amplia etiam ſtante conſuetudine, ſtatuto, vel pacto, quod fieri debeat renovatio.

58 *Si tamen Dominus poſtquam declaravit velle pro ſe retinere, emphyteuſim alteri conceſſerit, ſtatim Agnati petere poſſunt renovationem.*

59 *Limita, ſi Dominus rem poſt talem declarationem extraneo conceſſerit titulo precario, vel cum pacto revocandi ad libitum.*

6c *Emphyteuſi finita, antequam Dominus extraneum inveſtiat, debet ipſe denunciare proximioribus omnes conditiones, & pacta, cum quibus vult extraneum inveſtire.*

61 *Contrarium nempè, quod proximiores ipſi debeant ſponte comparere, & implorare Iudicis officium, ut cogat Dominum ad ipſis potius renovandum emphyteuſim, ſed prima opinio in praxi eſt magis ſecura, ut num. 62.*

8; *Proximiores, qui petunt renovationem emphyteuſis, debent eam petere infra annum, ſi Domus inveſtivit remotiore. ſi verò inveſtivit extraneum, poſſunt eam petere infra triginta annos.*

64 *Feudum, finita inveſtitura, an, & quando potiùs ſit renovandum Agnatis, quàm concedendum extraneis, ibi, vide.*

65 *Conſors in conceſſione officii, vel in re donata à Principe pluribus, vacante parte unius, eſt præferendus in conceſſione iterum facienda à Principe omnibus aliis extraneis.*

66 *Contrarium tamen, quod Conſors iſto caſu non præferatur, ſed partem vacantem habeat iure ſucceſſionis ſingularis probant alii magis communiter, & num. 67.*

68 *Ad effectum tamen, quod Conſors poſſit obtinere partem alterius vacantem jure ſucceſſionis ſingularis, plura requiruntur, de quibus, ibi, vide.*

69 *Ius accreſcendi, non datur in emphyteuſi conceſſa à Principe Supremo pluribus.*

70 *Ius accreſcendi datur in feudo conceſſo à Principe pluribus.*

CONcluſio eſt affirmativa, & probatur per Text. 1
in l. §. permittitur, verſ. planè, ff. de aqu. quotid. & æſtiv. ubi dicitur, quòd Dominium aquæ devolutæ ſit impetrabile, & ibidem gloſſ. *verbo impetrabile,* obſervat, quòd mortuo Vaſſallo facilè poteſt ipſius hæres maſculus impetrare inveſtituram feudi, imò, quod ei dari debeat. & Bart. id extendit ad emphyteuſim, cujus inveſtituram finita generatione renovandam potiùs eſſe deſcendentibus ultimi defuncti, quàm exteris concedendam aſſirmat, addendo, quòd poſſunt dd. deſcendentes de Jure Canonico ad Superiorem recurrere, ut cogat Dominum renuentem renovare, eamdemque concluſionem probant innumeri, quos refert Gabr. *de iur. emphyt. concl. 1. num. 1. & ſeqq.* Mandoſ. ad Roman. *conſ. 2*. *lit. K verſ. communis opinio,* Clar. *in §. emphyteuſis quæſt. 42. in princ.* Mareſcott. *var. lib. 1. cap. 3. num. 1.* Gratian. *diſcept.* 88 *num. 24. & ſeqq.* de Luca *de Iur. legal art. 22. num. 9. & ſeqq.* Tiraq. *de retract. lignag. in præfat. num. 41. & ſeqq.* Uſell. *concl.* 81. *num.* 88. *& ſeqq.* Amic. *de iur. emphyt. quæſt.* 19. *num.* 60. *& ſeq.* Gizzarell. *deciſ.* 6. *per tot.* Cald. *de renovat. emphyt. lib. 1. quæſt. 9. nu 13. & 14.* ubi latè probat, quod talis prælatio danda eſt non ſolùm deſcendentibus, verùm 3

etiam tranſverſalibus, non ſolùm Agnatis, ſed etiam
Cognatis, quod latè probat Ciroc. diſcept. 60. nu. 1.
& hanc opinionem perpetuò tenuit Rot. etiam in Ec-
cleſia nolente pro ſe retinere, ut in deciſ. 66. poſt
Fenzon. ad Statut. Urb. coram Duran. deciſ. 457. 334.
& 431. num. 1. & in recent. deciſ. 200. part. 7. dec. 46.
num. 18. & ſeqq. & deciſ. 143. num. 2. & ſeqq. p. 10.
& deciſ. 513. per tot. p. 13. & alibi paſſim.
4 Sed t e vera hæc concluſio videtur magis procedere
ex æquitate, quàm rigore Iuris, & tenore inveſtitu-
ræ, contrarium enim cautum eſt l. ne cui, Cod. locat.
l. dudum, C. de contrahen. empt. per quas denegandam
eſſe talem prælationem Agnatis, tuetur Imol. in l. ſi
mihi, & Titio, ubi latè Alex. numer. 19. ff. de verb.
obligat. Fulgoſ. conſ. 222. circa fin. Caſtr. conſ. 32. per
tot. ſignanter num. 2. lib. 1. Roman. conſ. 70. ſub num.
30. vers. non obſtat, quòd notat Bartolus, Zaſ. conſ. 11.
poſt med. lib. 1. Gozadin. cons. 39. num. 18. & ſeqq.
ubi ſignanter ſi agatur de emphyteoſi Eccleſiæ, &
plenè Gratian. reſp. 110. num. 30. & innumeris ſeqq.
lib. 1. Cald. de renovat. emphyt. lib. 1. quæſt. 9. numer. 22.
Petr. cons. 112. in princip. & plenè Rot decis. 357. num.
62. & ſeqq. part. 11. rec. ubi talem æquitatem odio-
ſam, & exorbitantem appellat, & contra jus ſcri-
ptum eam eſſe aſſerit, quòd etiam notavit coram
Coccin. decis. 2228. num. 4. & ſeqq. & latè etiam
Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 24. nu. 21. & ſeqq.
de Luca de lin. d. art. 22. ſub num. 9. vers. jus petendi,
Eminentiſſimos de Luca de emphyt. diſc. 3. num. 2. Et
quidem cùm habeamus leges apertas talem prælatio-
5 nem denegantes, neque argumenta, & jura per Bart.
adducta quicquam concludant, illiſque optimè, &
eruditè reſpondeat Gratian. d. reſp. 110. numer. 30. &
ſeqq. lib. 1. non videtur poſſe fieri ulla vis in longa
caterva DD. qui Bartoli opinionem clauſis oculis,
& non perpenſis ejuſdem fundamentis ſequuntur,
adhærendo æquitati, quæ in his caſibus potiùs eſt
iniquitas, cùm reſtringat facultatem Domini, ad
quem reverſa eſt emphyteuſis, de re ſua liberè diſpo-
nendi contra tenorem inveſtituræ, quæ poſt finitam
generationem jubet ad Dominum rem reverti; quia
tamen iſta concluſio poteſt dici de communi con-
ſuetudine recepta, ideò eam impugnare ampliùs
juſtum non videtur, & proinde Bartoli opinione
retenta.
6 Ampliatur procedere etiam in fœminis, quibus de-
ficientibus maſculis, debetur iſta prælatio, Roman.
conſ. 22. num. 5. Alex. cons. 80. num. 10. & 20. lib. 1.
Gratian. d. diſcept. 88 num. 24. & ſeqq. Fulgin. de
jur. emphyt. tit. de renovat. quæſt. 1. num. 69. vers. at-
tamen, Mareſcott. var. d. cap. 3. num. 4. & 5. Rot.
coram Seraphin. decis. 610. numer. 1. & deciſ. 176.
num. 29. coram Duran. deciſ. 334. numer. 3. coram
Amat. Dunozett. decis. 175. num. 2. & plenè decis.
143. num. 6. & ſeqq. part. 10. recent. qui omnes con-
7 cluſionem extendunt, quamvis fœminæ non ſint in
inveſtitura comprehenſæ, Ciroc. diſcept. 62. nu. 23.
ubi quòd priùs admittendi ſunt maſculi, & poſtea
fœminæ, imò quòd in concurſu cum maſculis ſi ſint
8 proximiores præferantur, Giovagnon. reſp. 44. n. 118.
lib. 2. D. Pacion. de locat. cap. 62. num. 82. & ſeq. ubi
etiam ſi ſint in inveſtitura excluſæ.
Ampliatur ſecundò, quamvis in inveſtitura adeſſet
9 pactum, quod finita tertia generatione bona liberè
ad Dominum directum revertantur, quia hoc pactum
non tollit proximioribus facultatem petendi renova-
tionem, & prælationem obtinendi, quando Domi-
nus vult extraneos inveſtire, ut plenè probat Cald.
de renovat. emphyt. quæſt. 8. num. 16. 18. 19. & ſeqq.
& num. 23. ubi id extendit etiam ſi verba eſſent gemi-
nata, & quæſt. 11. num. 21. & ſeqq. quem ſequitur
Valaſc. conſult. 128. num. 13. Gratian. diſcept. 758. nu.
12. & ſeqq. ubi id extendit etſi poſt eadem verba adſit
renunciatio generalis, Gizzarell. decis. Neapolit. 6.
num. 14. & pleniſſimè Rot. coram Amat. Dunozett.
decis. 498. num. 8. & pluribus ſeqq. ubi declarat om-
nes DD. & deciſiones contrarias, deceditque illas pro-
cedere poſſe, quando adeſſet pactum, quòd liceat 10
Domino finita inveſtitura pro ſe retinere, & alteri re-
novare, vel quemcumque ſibi licuerit inveſtire, &
rejicit opinionem Gamæ decis. Luſit. 41. & 326. &
explicat deciſ. 60. part. 5. recent. quæ videtur ſequi opi-
nionem Gamæ, loqui incidenter, atque hanc opi-
nionem ſequitur etiam Ciroc. d. diſcept. 62. nu-
mer. 77.
Sed hic primò quærendum eſt, an talis prælatio
competat proximioribus, quando emphyteuſis eſt de- 11
voluta ob culpam, aut delictum inveſtiti, qui aut
Canonem non ſolvit, aut pacta non ſervavit, aut re
abuſus fuit, aut nominavit incapacem, & quidquid
dixerit Gabr. de jur. emphyt. d. concl. 1. num. 9. &
Alex. in d. l. 1. §. permittitur, lit. C. de aqu. quotid. &
æſtiv. & conſ. 9. num. 11. & 13. lib. 2. qui putavit,
quòd talis facultas competat, quamvis emphyteuſis
devoluta ſit ob alienationem factam irrequiſito Do-
mino, adhuc tamen verior opinio eſt, quod dd. ca- 12
ſibus facultas renovationem petendi proximioribus
non competat, Roman. conſ. 212. nu. 1. ubi Mandoſ.
litt. A. & idem in addit. ad conſ. 21. ejuſdem lit. K.
verſ. tertiò limita, Felin. conſ. 32. num. 9. & ſeqq. Jaſ.
in l. 2. num. 22. Cod. de jur. emphyt. Soccin. jun. conſ.
9. num. 13. & 14. lib. 3. Riminald. jun. cons. 157. nu.
101. & ſeqq. lib. 3. Honded. cons. 51. num. 49. lib. 1.
Surd. conſ. 181. num. 29. & ſeq. ubi optimè Roſenthal.
d. concl. 24. num. 11. & litt. O. Mareſcott. dict. cap. 3.
num. 10. Gratian. d. diſcept. 88. num. 38. Fulgin. dicta
quæſt. 1. num. 15. Cald. dicta quæſt. 9. num. 4. 8 & 12.
& quæſt. 8. num. 1. & ſeqq. Ciroc. dicta diſcept. 62.
ſub num. 60. in fin. Præb. decis. Luſit. 30. per tot. lib.
1. Penia decis. 275. num. 7. Dotan. decis. 251. num. 2.
& in recent. d. decis. 143. num. 12. & ſeqq. part. 10. ubi
tamen explicat devolutionem ad hunc effectum debere
eſſe adeò claram, & patentem, ut nullo modo con-
troverti poſſit.
Quærendum ſecundò, an talis facultas petendi re-
novationem inveſtituræ, & prælationem competat 13
ſolis hæredibus ultimi inveſtiti, quamvis extraneis,
in ſolis proximioribus, quamvis non hæredibus, &
quo ad primum videtur talis facultas competere hæ-
redibus etiam extraneis, quos præferendos eſſe Agna-
tis, ſive Cognatis defuncti, notat Alex. in addit. ad
Bart. in d. §. permittitur, ubi allegat quoddam conſ. Jo.
Imo idemque repetit in l. ſi mihi, & Titio num. 19.
in fin. ff. de verb. ſignific. & in conſ. 161. num. 2. lib. 7. 14
quam opinionem quotieſcumque emphyteuſis non ſit
Eccleſiaſtica, ſed de ſui natura tranſitoria ad quoſcun-
que hæredes etiam extraneos, tenuit Bero conſ. 103.
num. 11. lib. 1. Marſil. ſingul. 419. in fin. Gamm. dec.
Luſitan. 326. num. 3. in fin. ubi ita judicatum teſtatur
Cald. d. quæſt. 9. num. 24. & ſeqq. & hanc opinionem
admittit etiam Gozadin. cons. 86. num. 23. Afflict. ad
conſtit. Regn. tit. de fil. Presb. circa fin. Gratian. conſ.
96. num. 21. lib. 1. Gabr. de jur. emphyt. d. concl. 1. n.
18. Aldobrand. cons. 21. num. 5. & 16. & 19. lib. 2.
Rot. coram Celſ. decis. 192. num. 7. Eminentiſſimus
de Luca de emphyt. d. diſc. 3. num. 9. & 19. & plures
quos refert Roſenthal. d. concl. 24. litt. R.
Sed contrarium verius eſſe opinor per ea, quæ 15
probat Curt. ſen. cons. 47. num. 10. poſt princip. verſ.
& iſtam partem, ubi notat, quòd Imol. in conſ. quod
refert Alex. hæredes protinus extraneos excludit,
idemque repetit num. 13. ſequitur Dec. cons. 121. nu-
mer. 5. circa fin. & ſeq. atque hanc opinionem ve-
riorem putat Gamma dicta decis. 326. num. 5. Staphile
de litt. Grat. fol. mihi 196. in princip. & pro indubitato
id eſſe aſſerit Cald. parum ſibi conſtans d. quæſt. 9. ſub
num. 33. circa fin. verſ. compertum eſt enim, & num. 17.
Et quidem ſi attendamus principia eorum, qui hanc
con-

Digitized by Google

conclusionem authorizarunt, hæc opinio apparebit evidens; Quoniam gloſs. *in d. §. permittitur*, apertè tuetur,
16 quòd in feudis hæres maſculus poteſt novam inveſtituram impetrare, & proindè ſe reſtrinxit ad deſcendentes maſculos, cùm in materia feudali verbum *hæres* idem ſonet, ac deſcendens, ut per Text. *in cap.* 1. *cap.* 1. §. *& ſi clientulis de alienat. feud.* optimè probat Curt. Sen. *dicto conſ.* 47. *num.* 13. explicando d. gloſs. Bart. autem *in eodem* §. *permittitur num.* 1. adeò litteraliter loquitur de deſcendentibus, ut innumeri DD. quos refert Cald. *d. quæſt* 9. *n.* 22. *& reſolut num. ſeqq.* putaverint extra deſcendentes privilegium prælationem petendi extendendum non eſſe, non ſine ratione, quia cum Bart opinio, ut jam dictum eſt apertè contradicat Juri ſcripto, & aereæ æquitati adhæreat, quæ potiùs iniquitatem redolet uti exorbitans non eſſet extendenda extra proprios terminos, in quibus loquitur; Rip. verò *in l.* 1. *num.* 8. *ff. de privil. credit.* conſiderat utramque qualitatem ſcilicet propinquitatis, & hæredis, unde cùm ipſi DD. ſuper quorum doctrina ſe fundat hæc ſententia, non admittant hæredes extraneos, incongruum eſt tale jus extendere favore omnium hæredum extraneorum & ita auferre in perpetuum Domino libertatem rem emphyteuticam concedendi aliis ſibi benè viſis.

Maximè, quia ratio eſſentialis, ſuper qua fundatur
17 dicta opinio Bart nulli adhæret Juris principio inter tot, quæ attulit Roman. *d. conſ.* 22. quæ omnia debilia ſunt, & erronea, ut ſingulariter in qualibet ſua materia probavimus in tractatu, neque in illa ratione, quam ponderat Eminentiſs. de Luca *d. diſc.* 3. *num.* 13. *verſ. præterea*, nempè quia prædeceſſores eorum, qui petunt renovationem, utile dominium bonorum, & jus in re habuerunt, quia hæc ratio nimis frivola eſt, & ſicuti prælationem tribuere non poteſt illi, qui habet jus in re, & utile dominium prout in emphyteuta dictum eſt *in quæſt.* 31. *nu.* 2. *& ſeqq.* multò minus tale jus potuiſſet concedere ſucceſſoribus eorum, qui habuerunt utile dominium; ſed vera ratio eſt totaliter fundata in æquitate, quæ ex eo conſideratur, quòd petens renovationem ratione Agnationis, & propinquitatis, quam habet cum ultimo poſſeſſore debeat preferri, ut optimè probat Alex. *cons.* 8. *in fin. lib.* 1. & eo non relata Gamma *dicta decis* 326. *num.* 5. *in fin.* & propterea ſi fundamentum prædictæ concluſionis eſt conſanguinitas, clarum eſt, quòd non debet tale jus concedi extraneis, ut eleganter probat Dec. *dicto cons.* 78. *num* 5. Eoque magis, quia plerique ex contrariis DD. & ſignanter Alex. *dicto cons.* 161. *num.* 2. & cæteri ſimiles tantùm affirmant qualitatem hæreditariam requiri in conſanguineis, & Anchar. *cons.* 134. *num.* 3. *verſ. & iſtud jus*, qui fatetur tale jus eſſe hæreditarium, expreſsè loquitur de conſanguineis, & vult denotare, quòd in conſanguineis petentibus renovationem requiratur qualitas hæreditaria, Rot autem coram Celſ. loquitur de bonis Status Urbini, quæ habent diverſiſſimam qualitatem ab aliis.

Quoad ſecundum diſtinguendum eſt inter emphyteuſim ex pacto, & providentia, & inter hæreditariam, ſi enim emphyteuſis ſit hæreditaria, tunc non
18 ſolùm requiritur conſanguinitas, verùm etiam hæreditaria qualitas, & ita intelligendus eſt Paril. *conſ.* 23. *num.* 24. *lib.* 1. Add ad Roman *d. cons.* 22. *vers ſeptimò declara*, Gozzadin. *d. cons.* 86. *num.* 23. ubi quod ſaltem debet eſſe ſucceſſor ſingularis in re, Alex. *cons.* 10. *num.* 11. *lib.* 3. Mareſcott. *dict. cap.* 3. *n.* 26.
19 *& ſeq* ubi id verum intelligit ſtante capacitate talis hæredis, quia ſi ipſe eſſet incapax renovatio facienda eſſet alteri hæredi proximiori capaci, Buratt *decis.* 67. *num.* 1?. ubi de Marito Gamm. *d. decis.* 316. ubi de Uxore Fulgin. *d. quæſt.* 1. *num.* 37. Seraphin. *decis.* 610. *num.* 10. Coccin. *decis* 1113. *num.* 12. Eminentiſs. de Luca *d. diſc.* 3. *numer.* 10. & alii plures apud Roſenthal. *d. concl.* 24. *litt. S.*

Si autem ſit ex pacto, & providentia, tunc non 20
requiritur qualitas hæreditaria, ut notat Rip *in d. l.* 1. *num.* 8. *ff. de privil. credit.* Rimin Jun. *cons.* 138. *num.* 22. *& conſ.* 444. *numer* 15. Gabr. *dicta concl.* 1. *num.* 18. *vers. contrarium*, *& cons.* 30. *num.* 10. *lib.* 1. Ferret. *cons.* 103. *numer.* 10. Dec. *cons.* 78. *circa med.* Eminentiſſimus de Luca *dicto diſc.* 3. *nu.* 10. Fulgin. *d. quæſt.* 1. *num.* 38. Citocc. *dicta diſcept.* 62. *num.* 8 Rot. coram Duran. *decis.* 431. *num* 4. coram Merlin *decis.* 332. *numer.* 1. *&* 2. *& decis.* 554. *num.* 1. *& in recent. decis.* 704. *numer.* 3. *& pluribus ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. ubi rejicit Cald. *dicta quæſt.* 9 contrarium dicentem, omnibuſque ejuſdem rationibus reſpondet, *& decis.* 271. *ſub num.* 10. *vers. reliqua viſa ſunt*, *& ſeq. part.* 17. & optimè etiam Gratian. *cons.* 110 *numer.* 46. *& ſeqq. lib.* 1. ubi ponderat, quòd cùm renovatio non alteret primævam naturam emphyteuſis, ſed fieri debeat cum iiſdem qualitatibus, quæ erant in prima, redditur apertum, quod ſicuti in prima non fuit conſiderata qualitas hæreditaria, ita etiam neque illa requiratur in renovatione.

Ex his etiam apparet quantum ſit ſuſpecta doctrina Gabr. *cons.* 78. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. quem 21
ſequitur Grat *dicta diſcept.* 28. *num.* 43. *& diſcept.* 813. *num.* 31. dicentis, quod ſi ultimus defunctus titulo inſtitutionis, vel legati alicui rem emphyteuticam reliquerit cum facultate petendi renovationem, non competat Agnatis facultas prælationem hanc petendi, ſed illa ſpectet ad eum, cui Teſtator rem reliquit, quod apertè probatur per doctrinam Dec. *cons.* 78. *num* 3. *vers. nam ad hoc*, *& ſeq.* quem ſequitur Gozzadin. *d cons.* 86. *num.* 13 *verſ idem Decius*, Cald. *dicta quæſt.* 9. *n.* 18. *&* 30. *qui ex gloſs. in d. §. permittitur deducit*, quòd ſicuti illi ad quem dominium prædiorum tranſivit, devolvitur juxta ſententiam gloſ. jus impetrandi privilegium aquę ducendæ, ita quoque dictum jus renovationem petendi competat ſucceſſori ſingulari prædiorum, qui in impetratione d. Juris aliis quibuſcunque debet præferri; Quoniam ita eſſet in poteſtate ultimi defuncti cogere Dominum ad renovandam emphyteuſim hęredi, aut ſucceſſori extraneo, qui ex prædictis nullo modo ſi non ſit conſanguineus poteſt renovationem petere, eſſet quoque auferre ab agnatis in emphyteuſis ex pacto, & providentia Ius prælationis, quando non ſolùm non requiritur hæreditaria qualitas, ſed Agnati præferuntur
hæredibus, unde eorum opinio ad ſummum poterit 22
habere locum, quando is, cui ultimus poſſeſſor rem reliquit cum tali facultate renovationem petendi eſſet conſanguineus; Et ſanè ratio, quam affert Gabr. non facit ad rem, ille enim putat, quod privilegium iſtud datum ſit favore primi acquirentis, & poſſeſſoris rei, quam melioravit, unde non ſit extendendum favore Agnati contra illum, qui habet ſpecialem voluntatem defuncti, ne retorqueatur in odium, quod inductum eſt ejus favore, quod quidem erroneum eſt, quia hoc privilegium ex auctoritate Bart. introductum fuit ſolùm ex quadam imaginaria æquitate favore conſanguinitatis, & rigoroſè favore deſcendentium, quibus æquiùs videbatur pro eodem pretio faciendam renovationem potiùs, quàm extraneis, ut etiam notat D. Pacion. *de locat. cap.* 6?. *numer.* 16. *verſ. animadvertendum*, & ſi diceremus id eſſe introductum favore primi acquirentis, aut ultimi poſſeſſoris, ſemper nulla facta diſtinctione tale jus ſpectaret ad hæredes ipſius, in quos evidens eſt jura velle, quod fluant omnia privilegia, & favores ſuorum auctorum, non autem in alios, quos Teſtator non dilexit, nec
vocavit; Fundamentum verò Dec. non poteſt addu- 23
ci ſtante maxima diverſitate caſus, Text. & gloſs. *in dicto* §. *permittitur*, & noſtri, quoniam ille Textdum dicit, quod jus ducendi aquam eſt impetrabile,

ſubdit ſe reſtringendo in caſu, quo docuerit prædiis
ſuis aquam debitam, & ſic quando jus debebatur rei,
quo caſu ad quem tranſit res tranſit jus impetrandi,
quod certè convenire non poteſt noſtro caſui, in quo
tale jus non adhæret rei, neque res illa ab ultimo
potuit relinqui alteri, ut eleganter reſpondet Gra-
tian *d. reſp.* 110. *num.* 33. *lib.* 1.

24 Ex his etiam apparet minus tuta opinio Ruin. *conſ.*
45. *num.* 20. *lib.* 1. quem ſequitur D. Pacion. *dicto*
cap. 62. *ſub num.* 106. qui affirmavit, quod ſi ulti-
mus defunctus instituit extraneum hæredem cum fa-
cultate renovationem Inveſtituræ petendi poſſit Do-
minus approbare, & ratificare hanc diſpoſitionem,
atque renovare Inveſtituram favore extranei omiſſis
proximioribus, quoniam, aut dicimus, quod opinio
Bart. proximioribus jus prælationis conferens ſit com-
muniter recepta tanquam lex, & tunc pernecesſè fa-
25 teri oportebit, quod Dominus non poſſit in præju-
dicium illius, qui habet jus prælationis gratificari ex-
traneo hæredi, in quem non potuit ultimus vocatus
in præjudicium proximiorum transferre tale jus, ad
quod hæredes extranei non admittuntur, ut ſupra di-
ctum eſt; & optimè probat Rot coram Coccin. *de-*
ciſ. 1164. *in fin. & per tot.* Aut dicimus opinionem
Bart. eſſe falſam, & tunc non impeditur Dominus
26 inveſtire hæredem extraneum ultimi, quia ſicuti poſſet
inveſtire quemlibet ſibi benè viſum, poſſet etiam in
gratiam ultimi gratificati ejus hæredi, & ita videtur
loqui Ruin. qui *num.* 20. agit de Agnatis petentibus
renovationem ex gratia, & quatenus ipſe vellet ſub-
ſtinere ſuam opinionem etiam in terminis doctrinæ
Bart. facilè convinceretur, quia ratio, quam affert,
nempè quod tam ultimus defunctus, quam Dominus
approbans ejuſdem diſpoſitionem præjudicet tantùm
Agnatis in jure quærendo, quod non eſt conſiderabi-
le, eſt falſa jus enim prælationis, quod habent Ag-
nati cogendi Dominum pro eodem pretio ipſis potiùs,
quàm exteris inveſtituram dandi, eſt purum, radica-
27 tum, & quæſitum, non autem quærendum, licèt ef-
fectus ipſius juris ſit dilatus ad tempus finitæ lineæ,
quo Dominus velit alios inveſtire, ut eleganter pro-
bat Tenc. *de cenſ quæſt.* 65. *num.* 14.

28 Neque in dd. caſibus admittenda eſt diſtinctio Ful-
gin. *de jur. emphyt. tit. de renovat. quæſt.* 1. *numer.* 39.
inter emphyteuſim hæreditariam, & ex pacto, ad-
mittendo primo caſu, renovationem eſſe faciendam
etiam legatario, ſecundo verò non, quem ſemoto ca-
ſu legatarii videtur approbare D Pacion. *dicto cap.* 62.
num 17. *& ſeq.* quia ſi juxta veriorem, ſive emphy-
teuſis ſit hæreditaria, ſive ex pacto ſemper requiritur
qualitas Agnationis, vel Cognationis cum hac diffe-
rentia, quod in emphyteuſi hæreditaria proximiores
29 hæredes tantùm admittuntur, & præferuntur cæteris
non hæredibus, quamvis proximioribus, vel in pa-
ri gradu, ut notat Mareſcott. *d. cap.* 3. *num.* 26. *&*
an in emphyteuſi verò ex pacto conſideratur tantùm
qualitas Agnationis, ſive Cognationis, ut ſupra di-
ctum eſt, ideò facto legato, aut relicta hæreditate ex-
traneo, ipſe nunquam poterit talem prælationem ha-
bere.

30 Conſequenter etiam ſoſpecta redditur doctrina Al-
dobrandin. *conſ.* 21. *num.* 16. *lib.* 2. quem obiter ſe-
quitur Rot. coram Celſ. *d. deciſ.* 192. *num.* 7. & D.
Pacion. *dicto cap.* 62. *num* 63. qui dixit, quod etiam
in emphyteuſi ex pacto, ſi non adſint proximiores ca-
paces renovatio potiùs facienda ſit hæredi, quàm al-
31 teri non hæredi, quia ſi juxta prædicta hæredes extra-
nei non admittuntur, non exiſtentibus proximioribus
remanebit in poteſtate Domini inveſtire quemlibet ſi-
bi benè viſum, atque hæc omnia admittenda viden-
tur, ne opinio Bart. admiſſa ex quadam æquitate ini-
quitatem redoleat, auferendo in perpetuum à Domi-
nis facultatem de re ſua liberè diſponendi, prout eve-
32 niret, ſi admitterentur hæredes etiam extranei, cùm
enim conceſſa tali facultate proximioribus tantùm,
iſti intra ſeptimum gradum admittuntur, & non ul-
tra, ut cenſuit Rot. *deciſ.* 151. *num* 16. *part.* 9. *recent.*
D. Pacion. *de locat. dicto cap.* 62. *num.* 118. poteſt to-
lerari opinio Bart. cùm remaneat ſpes Domino inve-
ſtiendi quoſcunque, quando autem hæredes extranei
in defectum conſanguineorum, aut illis non capa-
cibus poſſent obtinere talem prælationem, utique ra-
rò contingeret, Domino remanere poſſe liberam fa-
cultatem inveſtiendi finita linea, ut de ſe patet, &
propterea non debemus in hac materia odioſa, &
exorbitante extendere doctrinam Bart. imò potiùs
eam opus eſt reſtringere, ut permaneat primæva fa-
cultas Dominis tributa in *l. ne cui*, *C. locat.*

Quærendum tertiò, an conſideranda ſit ad hunc 33
effectum proximitas primi inveſtiti, an verò proxi-
mitas ultimi poſſeſſoris, & quidquid tenuerint plu-
res relati à Jal. *in l.* 2. *num.* 22. *Cod. de jur. emphyt.*
Pariſ. *conſ.* 108. *n.* 53. *lib.* 1. Aldobrandin. *conſ.* 26. 34
n. 9. *lib.* 2. hodie indubitatum eſt, quod tam in em-
phyteuſi ex pacto, quàm in hæreditaria attenda ſit
proximitas ultimi defuncti, ut videre eſt apud Rom.
conſ. 22. *n.* 5. Gabr. *de jur. emphyt. d. concluſ.* 1. *n.* 27.
Mareſcott. *d. cap.* 3. *num.* 28. Gratian. *diſcept.* 934.
n. 1. *& ſeqq.* Gamma *deciſ. Luſit.* 7. *n.* 2. Cald. *de re-*
novat. emphyt. lib. 1. *dicta quæſt.* 9. *n.* 20. Cirocc. *di-*
ſcept. 78. *n.* 124. Rot. *deciſ.* 151. *num.* 17. *part.* 9. *de-*
ciſ. 166. *num.* 15. *part.* 11. *& deciſ.* 476. *n.* 4. *part.* 14.
recent.

Quærendum quartò, quid faciendum ſit, ſi adſint
plures proximiores, qui petunt renovationem, & di- 35
cendum eſt, quod aut concurrunt plures in eodem
gradu exiſtentes, qui ſint capaces, & tunc omnibus
facienda eſt renovatio, neque poterit uni Dominus
gratificari, ut deciſum refert Mareſcott. *dicto cap.* 3.
num. 7. *& ſeq.* ubi id ampliat, quamvis in prima
Inveſtitura unus tantùm ſit vocatus. & plenè Rot.
coram Coccin. *deciſ.* 1164. *per tot.* ubi reſpondet om-
nibus argumentis contrariis; Aut concurrunt Agnati, 36
& Cognati, & tunc non eſt habenda ratio differen-
tiæ inter Agnationem, & Cognationem, ſed Cogna-
tis debebitur renovatio, ſi ſint proximiores Agnatis,
unde matri proximiori potiùs, quàm aliis debita eſt
renovatio, ut contra Alex. & ſequaces adhærendo
opinioni Roman. *conſ.* 22. & Imol. *conſ.* 39. pro-
bant Aldobrandin. *conſ.* 21. *& per tot. lib.* 2. Fulgin.
tit. de renovat. dicta quæſt. 1. *num.* 5. Gamma *dicta de-*
ciſ. 7. *num.* 2. Cald. *dicta quæſt.* 9. *num.* 24. Rot. *deciſ.*
66. *per tot. part.* 15. *& deciſ.* 271. *per tot. part.* 17. *re-*
cent. à qua opinione, quamvis videatur recedere Emi-
nentiſſ. de Luca *de emphyt. d. diſc.* 3. *num.* 12. *& ſeqq.*
juncto num. 7. *& ſeqq.* tamen ejuſdem fundamenta
nec placuerunt alteri, de Luc. *de lin. d. art.* 22. *n.* 15.
ſignanter in fin. verſ. ipſe nihilominus, qui opinionem
Rotæ ſequitur; Aut concurrit proximior, & remo-
tior, qui tamen repræſentare poteſt gradum pariter 37
proximioris, & tunc per Jus repræſentationis remo-
tior juris fictione in pari gradu exiſtens inveſtiendus
eſt, cum proximiore, ut latè probat Mareſcott *d. cap.*
3. *num.* 31. D. Pacion. *d. cap.* 62. *n.* 67. *& ſeqq.*

Quærendum quintò, an idem dicendum ſit de co-
lono, vel conductore, qui res incultas, & ſteriles ad
culturam reduxit, & ſanè cùm quæſtio ſit ſolemnis,
plures caſus diſtinguendos eſſe exiſtimo.

Primus eſt, quando bona ſive privati, ſive Eccle-
ſiæ erant prorſus ſterilia, & tunc aut Dominus vult 38
poſt finitum tempus rem à Conductore auferre, vel
eidem canonem augere, & nequit, imò pro antiquo
Canone, & iiſdem pactis tenetur Conductori, ejuſ-
que hæredibus denuò locare, per Text. *in l. quicun-*
que, ubi Bart. *in fin. n.* 4. Angel. & Luc. de Penna *n.*
1. *& in l. fin. C. de omn. agr. deſert. lib.* 21. *cap. ad au-*
res, ubi ſingulariter gloſſ. *verbo tunc de reb. Eccleſ. non*
alien. notat, quod quando à principio conceſſionis
Eccleſiæ

Eccleſia non fuit decepta, & res poſtea à conductore
meliorata, non poſſit conductor expelli, ſequitur
ibidem Abb. *num.* 5. latè Caſtr. *conſ.* 142. *ſub num.* 1.
verſ. ſed his non obſtantibus uſque ad fin. lib. 2. Curt.
Sen. *conſil.* 47. *num.* 7. *& ſeqq.* Ruin. *conſil.* 116. *ſub*
num. 2. *in fin. & pluribus ſeqq. lib.* 1. Bero. *conſil.* 89.
n. 15. *lib.* 1. ubi quòd nec poteſt novum onus imponi,
Becc. *conſ.* 3. *num.* 33. Cephal. *conſ.* 463. *numer.* 23.
Mazol. *conſ.* 16. *num.* 9. Bertazol. *conſ. Civil.* 25. *nu-*
mer. 29. Gratian. *diſcept.* 813. *num.* 38. Rub. *ſingul.*
Rot. Rom. *circa alienat. rer. Eccleſ. num.* 160. *&* 163.
fol. mihi 253. Sanſelic. *decis.* 109. *num.* 6. Baldax de
Angel. in addit. ad Gizzarell. *decis.* 5. *num.* 8. Rot.
coram Mantic. *decis.* 17. *num.* 3. *& ſeqq.* ubi plene;
39 Unde apparet, quòd iſta ſit verior opinio, quamvis
res ſit ad tempus locata, & Eccleſia velit extraneo
concedere, qui majorem penſionem velit ſolvere,
quidquid dixerit Rip. *de peſt. tit. de remed. præſervat.*
poſt num. 259. Giovagnon. *cons.* 37. *num.* 13. *lib.* 2.
Cald *de jur. emphyt. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 64. *& ſeqq.*
Rot. in Nucerina Prædii 3. Martii 1614. coram Card.
Sacrato, cùm iſtorum opinio ſit contra rationem
Text. *in d. l. quicumque*, & contra opinionem præci-
tatorum DD. quibus addi poteſt Peregr. *conſ.* 8. *n.* 18.
lib. 3. & D. Pacion. *de locat. d. cap.* 62. *n.* 2. *& pluri-*
bus ſeqq. & num. 34. qui latè id defendit.
Aut Dominus offert Conductori, vel Colono me-
liorationes factas, & tunc ſi extraneus majus pretium
40 offert Conductori, ejuſque hæredibus præfertur, niſi
ipſe Conductor velit idem pretium ab extraneo obla-
tum præſtare, quia eo caſu Conductori, ejuſque hæ-
redibus, quamvis extraneis potiùs revocanda eſt con-
ductio, quam exteris res locanda, ut reſpondet Rip.
in l. 1. *num.* 16. *ff. de privil. credit.* Curt. Sen. *conſ.*
47. *num.* 7. Rub. *ubi ſupra numer.* 161. *&* 163. ubi
plures allegat, quorum plerique loquuntur in ter-
minis primæ partis, Cæſ. de Graſs. *dec.* 4. *num.* 11.
de reb. Eccleſ. non alien. Coccin. *deciſ.* 2228. *n.* 9. &
videtur eſſe theorica Hoſtienſ. *in ſumm. de reb. Eccleſ.*
non alienan. §. *& quibus ex cauſis ſub num.* 3. *vers. ergo*
ſi laborans fol. mihi 914. ſed re vera Hoſtienſ. non lo-
quitur de hoc caſu, ſed de ſecundo, & multò minus
Rip. qui ait, quòd Domino volente meliorationes per-
41 ſolvere, tunc non præfertur hæres extraneus emphy-
teutæ, ſeu Conductoris, ſed procedunt ea, quæ di-
xit Bart. *in d.* §. *permittitur*, admittens proximiores
petentes renovationem pro eadem petitione præferri
extraneis, de quo latè ſupra dictum eſt, ergo ſi Ripa
hæredi extraneo Conductoris denegat prælationem,
quando Dominus vellet ipſi offerre melioramenta,
& è converſo nolente Domino illa reficere ait, quòd
ipſe hæres non poſſit expelli, neque ei Canon augeri,
ut *num.* 14. non poteſt unquam adduci pro conclu-
ſione prædicta, imò pro contraria apertè decidit,
contemplans hæredem emphyteutæ ultimi finita em-
42 phyteuſi uti conductorem finita conductione, Rot.
autem coram Graſs. *repetit. part.* 1. *divers. decis.* 360.
n. 6. neque prædictam concluſionem benè explicat,
quia loquitur de Agnatis proximioribus, & diſtin-
ctionem Rip. amplectitur; Imò *num.* 4. ubi in ſpe-
cie loquitur de hæredibus Conductoris ait; quòd ipſi
non ſunt præferendi, quando res poſſet locari ad
majorem utilitatem Eccleſiæ, quæ utilitas maximè
creſcit, ſi prælatio ipſis non datur, cùm prælationis
contemplatio non parvi rei valorem diminuat, &
43 emptores removeat ab emptione, ut pluries dictum eſt
in tractatu; Rot. tandem coram Coccin. apertè lo-
quitur de proximiore petente renovationem ad ter-
minos doctrinæ Bart. Et quidem aut conſideramus
Jus, aut rationem propter quam DD. concludunt,
Conductorem meliorantem res ſteriles expelli non
poſſe, ſi Jus, & ſatis compertum eſt, quòd finita
44 locatione, ſeu tempore, pro quo res fuit locata, fi-
nitur etiam Jus Conductoris, qui conqueri non poteſt
de Domino, ſi nolit denuò ipſi locare, *l. fin.* §. *ſa-*
nè, Cod. de locat. præd. Civil. l. ne cui, Cod. locat. Bald.
in cap. 1. *in fin. de controverſ. Inter Domin. &c.* Rip.
ubi ſuprà num. 259. Cald. *dicta quæſt.* 23. *num.* 64. ſi
rationem quæ fundata eſt in *l. fin. Cod. de alluvion. &*
in d. l. quicunque, ne ſcilicet Conductorem doleat 45
operam ſuam agri dediſſe culturæ, neque intelligat
diligentiam ſuam ſibi fuiſſe damnoſam, & iſta ratio
ceſſat, quotieſcunque ipſi ſolvuntur meliorationes, &
proinde debet hoc caſu remanere in libertate Domini
locare cui vult; Unde eo magis hoc caſu Dominus 46
poterit rem pro ſe retinere, licèt nequeat quando non
vult meliorationes offerre, quia tunc injuriam faceret
colono, ut probat Rip. *ubi ſupra*, & Cald. *d. qu.* 23.
n. 66. Cæſ. de Graſs. *dicta decis.* 4. Coccin. *dict. decis.*
2228. *confirmata in decis.* 2311. *ſignanter in fin.* coram
eodem, & ita intelligendus eſt Bero. *conſil.* 98 *lib.* 1.
Eminentiſſimus de Luca *de emphyteuſ. diſc.* 7. *num.* 7.
& alter de Luc. *de lin. art.* 22. *n.* 11.
Secundus caſus eſt, quando Eccleſia in prima lo-
catione ne fuit decepta, puta quia reperiebatur ali-
quis, qui ab initio plus obtulit, quòd ab Eccleſia 47
probetur, Ruin. *conſil.* 157. *n.* 17. *l.* 1. Burſat. *conſil.* 30.
n. 136. *verſ. ſecundo melior*, & tunc ſi alius quoque etiam
poſt meliorationem reperiatur, qui plus offerat, res
debet auferri à primo, qui eam melioravit, niſi ille 48
offerat eamdem penſionem, quæ reperitur ab aliis,
ut videtur eſſe ſenſus Text *in dicto cap. ad aures*, ubi
gloſs. *verbo tunc*, & Hoſtienſ. *ibidem*, *& in ſumm. eo-*
dem tit. ſub numer. 3. *verſic. quartò*, quem ita intelligit
Caſtrenſ. *dicto conſ.* 142 *ſub num.* 2. *verſic. ſed ſi fuiſſet*
decepta lib. 2. Ruin. *dicto conſil.* 116. *ſub num.* 3. *verſ. &*
prout videtur in med. lib. 1.
Sed hæc quoque concluſio non tranſit ſine ſua diſ-
ficultate, quoniam ſi Eccleſia verè probabit, quòd 49
de tempore factæ primæ conceſſionis aderat is, qui
meliorem conditionem offerre volebat, tunc quam-
vis res eſſet inculta, conceſſio, & locatio eſſet nulla,
ut non obſcurè notatur *in d. cap. ad aures*, ubi Hoſtienſ.
num. 1. & ſingulariter Card. Zabarel. *poſt med. verſ.*
ſed tu dic, & clarius Ant. de Butr. *num.* 8. niſi dici
poſſet, quòd Eccleſia uti læſa jure minoris poſſet re- 50
ſtitui in integrum, ut explicat gloſs. *in dict. cap. ad*
aures, *verbo tunc*, & ibidem Anchar. *in fin.* quo caſu
poſſet conductor ſupplere uſque ad quantitatem ob-
latam ab aliis, ut notat Abb. *in cap. conſtitutus num.*
10. *de reſtit. in integr.* Sed verius eſt, quòd conceſſio
ſit nulla, ut reprehendendo gloſs. explicat Zabarel. *ubi*
ſupra, & proinde nulla exiſtente conceſſione non po-
teſt tractari de prælatione; ſed potius ex quadam
æquitate opinio præcitatorum admittenda eſſet.
Tertius caſus eſt, quando quis fundum pro parte
cultum, & pro parte incultum totum, & integrum
ad culturam reduxit, & tunc poſt tempus conductio-
nis poterit expelli, per Text. *in l.* 2. *Cod. de locat.* 51
præd. Civil. lib. 11. ubi gloſs. *in princ.* Caſtr. *dict. conſ.*
142, *ſub n.* 2. *in fin. verſic. nec etiam obſtat*, Ruin *dict.*
conſil. 116. *ſub num.* 4. *verſic. nec obſtat ſecundum*. Bur-
ſat. *conſ.* 350. *num.* 138. *& conſ.* 23. *num.* 9. Honded.
conſ. 85. *num.* 42. *lib.* 1. ubi etiam *num.* 41. ait, quòd
debent probari melioramenta in ſpecie, ut reducens
rem penitus ſterilem non poſſit expelli, Coccin *decis.*
2311. *num.* 16. ubi de prædio urbano conceſſo pro ædi-
ficanda domo, Capyc. *deciſ. Neapolit.* 105. *in fin.* ubi
latè Add. & ratio concluſionis videtur eſſe, quia idem
Text. *in d. l. quicumque Cod. de omn. agr. deſerto lib.* 11.
videtur hanc diſtinctionem admittere inter colonum
poſſidentem fundum penitus ſterilem, & inter il-
lum, qui partem fundi opimam, & aliam partem
incultam poſſidet, cui non ſolum non indulget pri-
vilegium aliquod, ſed potius eum adſtringit ad ſol-
vendam penſionem etiam pro parte inculta; Sed de
hoc latè ſcripſit Eminentiſſimus de Luca *de locat.*
diſc. 50. *nu.* 8. ubi idem privilegium dat illi qui 52

notabiliter fundum melioravit, & D. Pacion. *d. cap.*
62. num 9. & ſeqq. ſignanter *num.* 12. ubi ſpecialiter
opinionem Burſat. & Honded. impugnat, licèt *num.*
8. plures alios ſectatores præcitatæ opinionis adducat,
ideò cogitandum relioquo cuinam opinioni ſit inſi-
ſtendum.

Quartus caſus eſt, quando agitur de colono par-
53 tiario, & tunc videtur dicendum, quòd Dominus
poſſit eum expellere, nec teneatur ipſi, ejuſque hæ-
redibus locationem renovare, cùm enim colonia
partiaria ſapiat de ſocietate, *l. ſi merces, §. vis ma-*
jor, ff de locat. dicendum eſt, quòd ſicuti non poteſt
quis invitus cogi ad renovandam ſocietatem præſer-
tim perpetuò duraturam, *l. actione, §. diximus, ff.*
pro ſocio, l. in hoc judicio, ff. comm. divid. ità etiam
non debet adſtringi ad renovandam hanc coloniam
perpetuò duraturam, ut probat Rimin. Sen. *conſil.*
102. *num.* 15. *& ſeq.* Ruin. *conſ.* 151. *num.* 7. *& ſeq.*
lib. 4. Burſat. *cons.* 330. *num.* 138. *vers. octavò ceſſat,*
Honded. *conſil.* 85. *num.* 12. *lib.* 1. Eugen. *conſ.* 28.
numer. 11. *& ſeq. lib.* 2. Rodetic. *de ann. redit. lib.* 1.
quæſt. 15. *numer.* 51. *vers. nec decipiaris*, D. Pacion.
d. cap 62. *numer.* 23. *&* 24. ubi declarat deciſ.
Mantic.

Sed contraria opinio verior videtur, quam tenuit
54 Rot coram Mantic. *decis.* 17. *num.* 6. *& ſeqq.* quo-
niam ſi adhæremus rationi conſideratæ in *d. l. quicun-*
que, & l. ult Cod. de alluvion. illa eſt eadem, & æquè
convenit colonis partiariis, ac conductoribus, qui
fundos ſteriles ad culturam reduxerunt, ſi verò opi-
nioni DD. & facilè videri poterit, quod nec Rimin.
nec Ruin. qui fuerunt auctores hujus ſententiæ lo-
quuntur in terminis coloni, qui fundum ſterilem ad
culturam reduxit, imò Honded. *d. cons.* 85. poſtquam
num. 54. firmavit colonum partiarium poſſe expelli
quamvis per longiſſimum tempus in colonia perman-
ſerit, & *ſub num* 40. *& ſeqq* agendo de hac præciſa
quæſtione non negat concluſionem firmatam coram
Mantic. ſed eam limitat non ſolum, quia non pro-
babatur prior ſterilitas fundi, ſed etiam quia appare-
bat partem fundi fuiſſe optimam; Neque verum eſt,
quòd colonus partiarius ſit propriè ſocius, dum im-
55 propriè ſocietatem habet, & ſicuti Jus coloniæ tran-
ſit ad hæredes, eum quibus tenetur Dominus conti-
nuare ad diſferen iam veri ſocii, ita quoque non eſt ab-
ſurdum, neque repugnat Juris principiis, quod Do-
minus teneatur continuare perpetuò cum hæredibus
coloni, ut latè probatur in dict. deciſ. Mantic.

Videndum tamen relinquo Burſat. *cons.* 330. *num.*
176. *& ſeqq. lib.* 3. *& cons.* 23. *num.* 8. ubi octo re-
56 quiſita copularivè exigit, ut conductor, qui meliora-
vit, non poſſit expelli, ſed quædam non ſubſiſtunt, &
inter alia illud, quod adſit pactum, ut poſt meliora-
tionem res debeat dari in emphyteuſim, & illud, quod
melior conditio tempore locationis non fuerit reperta,
quod habet locum tantum in rebus Eccleſiæ, non au-
tem in rebus privatorum non privilegiatorum, & cæ-
tera, quæ dicit explicanda ſunt, ut ſupra.

Quærendum ſextò, an Dominus teneatur præfer-
57 re Agnatos, ſi velit pro ſe retinere, & concluſio eſt
negativa, ut videre eſt apud Mandoſ. in Addit. ad Ro-
man. *dict. conſil.* 2:. *litt. K. verſic. quintò limita*, Va-
laſc. *de jur. emphyt quæſt.* 2. *num.* 7. Gratian. *discept.*
477. *num.* 17 *discept.* 813. *num.* 35. *& discept.* 83. *n.* 5.
& ſeqq. Mareſcot. *dicto cap* 3. *num.* 11. Roſenthal. *d.*
conclus. 24. *num.* 1. *& litt. T.* ubi plures refert etiam
contradicentes D. Pacion. *dicto cap.* 62. *numer.* 41. *&*
ſeqq. ubi ampliat etiam ſtante conſuetudine, ſtatuto,
vel pacto. quod fieri debeat renovatio, Rot. coram
Veral *decis.* 305. *part.* 1. coram Mantic. *decis.* 10. *nu.*
6. coram Dutan. *decis.* 411. *numer.* 1. coram Amat.
Dunozet. *decis.* 498. *num.* 2. *& deciſ.* 762. *numer.* 1.
& ſeq. & in recent. decis. 151. *num.* 4. *part.* 9. *ac decis.*
143. *n.* 2. *p.* 10. & latè Ciroc. *d. diſcept.* 62. *num.* 2. *&*
ſeqq. ubi quòd ſi Dominus alteri poſt declarationem
conceſſerit emphyteuſim, ſtatim peti poteſt renovatio,
quia ex hoc probatur nolle pro ſe retinere, de quo ta- 58
men vide *decis.* 200. *n.* 15. *& ſeqq. part.* 7. *recent.* ubi
egregiè probatur, quòd ſi Dominus poſt talem decla-
rationem rem extraneo conceſſerit præcario, & cum
pacto revocandi ad libitum, proximiores non poſſint
petere prælationem, quia poteſt Dominus ſemper, & 59
quandocunque revocare, & pro ſe retinere, ma-
ximè quia ſi quæ competeret prælatio, illa deberetur
cum omnibus pactis, & conditionibus, cum quibus
Dominus locavit extero, & ſic cum eodem pacto
revocabilitatis, unde fruſtratoria eſſet prælatio, quam
Dominus ſtatim revocando auferre poſſet.

Quærendum ſeptimò, an proximiores denunciandi
ſint a Domino antequam inveſtiatur extraneus, &
ipſis denunciandas eſſe omnes conditiones, & pacta,
quibus extranei petunt inveſtiri, tenuit Rot. coram
Priol. *decis.* 387. *num.* 12. quia cùm proximior petens
talem prælationem debeat offerre omnes conditiones, 60
quas Dominus reperit ab alio, Honded. *conſil.* 51. *nu.*
59. *& ſeqq. lib.* 1. Mareſcot. *dicto cap.* 3. *nu.* 24. Rot.
decis. 195. *num.* 9. *part.* 2. *divers.* meritò ut poſſit of-
ferre, dictæ conditiones denunciandæ ipſi ſunt; Ve-
rum contraria opinio eſt verior, nempè quòd ipſe 61
debeat ſponte comparere, & implorare Judicis offi-
cium, ut cogat Dominum ad faciendam talem reno-
vationem, ut latè dictum eſt in *quæſt.* 4. *numer.* 47.
neque contrarium prætendit firmare Rot. coram Priol.
ſed tantum, quòd ſi proximior non habuit ſcientiam
præciſam inveſtituræ factæ extraneo cum omnibus pa-
ctis, & conditionibus, non poſſit labi tempus datum
ad habe renovationem petendam; Fateor tamen quòd
optimum erit proximioribus denunciare pacta, & con-
ditiones, ut tollatur quælibet ipſorum excuſatio, &
ut ipſis præjudicet oblatio facta cum pactis diſſimili- 62
bus illi, quam extraneus fecit, cum alias abſque cer-
tiotatione ſpeciali d. oblatio diverſa proximioribus
non noceret, ut apud Seraphin. *decis.* 630. *num.* 3. *&*
ſeq. & decis. 195. *n.* 9. *p.* 2. *divers.*

Quærendum octavò, intra quod tempus admitti
debeant proximiores ad petendam talem renovatio-
nem, & breviter diſtinguendum eſt, quod aut Domi- 63
nus inveſtivit proximiores remotiores, & tunc pro-
ximiores debent petere renovationem infra annum à
die finitæ emphyteuſis, & à die ſcientiæ de qua debet
plenè conſtare, computandum, niſi proximior pe-
tierit infra annum, quia tunc prorogatur tempus uſ-
que ad ſpatium triginta annorum; Aut Dominus in-
veſtivit extraneum, & eo caſu perpetuatur proximio-
ribus facultas petendi renovationem pariter uſque ad
triginta annos, ut latè probat Rot. coram Seraphin.
decis. 630. *num.* 2. *&* 3. coram Cell. *decis.* 192. *nu.* 9.
& ſeqq. coram Amat. Dunozet. *decis.* 575. *numer.* 4.
coram Priol. *decis.* 387. *num.* 3. *& pluribus ſeqq. ſig-*
nanter num. 12. coram Caril. *decis* 253. *num.* 12. *&*
pluribus ſeqq. ubi admittitur probatio ſcientiæ per con-
jecturas, & in *recentior. decis.* 513. *n.* 4. *& ſeqq. p.* 13.
& latè Ciroc. *d. diſcept.* 62. *n.* 68. *& ſeqq. & num.* 71.
de Luc. *de Lin. d art.* 22. *n* 16 *in fin.*

Cætera videnda relinquo apud Cald. *in toto ſuo lib.*
1. *de renovat. emphyt.* ubi plures quæſtiones diſcurrit, &
apud Pacion. *d. cap.* 62. qui pariter plura alia adducit
notabilia, quæ non opus eſt denuò tranſcribere, de
quibus etiam plenè Fulgin. *in locis ſupra citatis*, &
Roſenthal. *de feud. d cap.* 7 *conclus.* 24. *per tot* ubi
quod talis renovatio etiam in feudo facienda eſt niſi
feudum fuiſſet illegitimè acquiſitum ſine inveſtitura, 64
& ex ſola tolerantia Principis ad vitam tantum Vaſ-
ſalli, & niſi feudum ſit conceſſum ab Imperatore,
vel ſupremo Principe, de quo tamen dubitat, &
dummodò conſanguinei petant renovationem re in-
tegra, ìdeſt re alteri non conceſſa nec facta inve-
ſtitura extraneo, quod tamen intra annum falſum eſt,
ut

ut ipſe idem concludit, prout de hoc latius dictum eſt ſupra.

Sed hic eleganter quærendum eſt, an ſi Princeps donet aut liberè concedat duobus Titio nempè, & Sempronio rem aliquam, mortuo altero ex iſtis ſine
65 hærede volente Principe partem illam vacantem alteri donare, vel concedere, teneatur potius præferre conſortem in conceſſione, & affirmativè reſpondendum videtur per Text. ſingularem in *l. unica, C. ſi liberal. Imperial. ſoc. ſine hæred. deceſſ. lib.* 10. ubi dicitur: *quod ad conſortem potius ſolatium, quàm ad perſonam aliam pars decedentis pervenire debet*, & ita in ſpecie defendit Bellon. *de jur. accreſcend. cap. 6. q.* 36. *num.* 19. *& ſeqq.* Quæ quidem opinio eſt contra communem DD. theoricam, & ipſi litteræ Text. adver-
66 ſatur; Nam Imperator in *d. l.* vult ad conſortem portionem alterius conſortis prædefuncti ſtatim ipſo jure, & ſine ullo impedimento pervenire non ex nova conceſſione, & ex renovatione prioris, ſed potius ex jure accreſcendi, ut rejecto Alciat. *in l. re conjuncti num.* 57. *verſ. in Imperiali, ff. de legat.* 3. qui tenuit portionem conſortis ad alium pertinere ex vi repetitæ conceſſionis, quaſi Princeps cenſeatur ab initio repetiiſſe donationem partis in perſona ſuperſtitis quatenus alter ſine hærede deceſſerit, & contra Zucchard. *in conſil.* 2. *numer.* 54. *&* 22. *verſic. nec obſtat, & conſ.* 3. *n.* 8. *&* 17. *verſic. nec obſtat cum dicitur*, credentem hanc portionem ſpectare ad conſocium jure ceſſionis ſingularis datæ ſuperſtiti à Principe in ſolatium amiſſi ſocii, tenuerunt Cyn. *in l. unica numer.* 10. & ibi
67 Bald. *num.* 27. ac Jo: Gutter. *num.* 16. *C. quando non petent. partes*, Bart. *in d. l. reconjuncti nu.* 65. ubi etiam Rip *num.* 226. Jaſ. *num.* 223. & Crot. *numer.* 91. *&* 145. *verſ. tertio fallit*, & plures alii repetentes apud Gomeſ. *tom.* 1. *var. cap.* 10. *num.* 2. Ferakt. *in l. & Proculo* 20. *num.* 14. *verſ. ſeptimo, ff. de legat.* 2. Peregr. *de jur fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 103. Craſſ. *in* §. *jus accreſcendi quæſt.* 15. *num.* 4. Menoch. *conſil.* 376. *n.* 31. *& conſ.* 514. *n.* 1. Gratian. *diſcept.* 272. *num.* 19. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *n.* 11. Corbul. *de cauſ. privat. ob lin. finit. n.* 119. *& ſeq.* Cyriac. *contr.* 2. *n.* 52. Roſenthal. *de feud. cap.* 6. *concl.* 74. *num.* 1. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 431. *p.* 4. *diverſ.* & hæc opinio verior eſt, nec ab ea in judicando eſt recedendum, ut notat etiam Bellon. *ubi ſupra ſign. n.* 20. *in fin. apud quem nu.* 36. *& pluribus ſeqq.* videri poteſt in quibuſnam Principibus hæc concluſio procedat.

Verum ut diſpoſitio hujus legis vim ſuam habeat plura requiruntur, primò, ut res ſit gratuito à Prin-
68 cipe conceſſa ſine ulla obligatione aut correſpectivitate nec aliquo dato; ſecundò, quòd donatio, & conceſſio ſit facta motu proprio, non autem ad petitionem partis; tertiò, quòd conſors prædecedat ſine hærede, & quidem capaci non excluſo ex tacita, vel aperta voluntate Principis concedentis; quartò, quòd conceſſio ſit facta conjunctim, nam ſi ſit facta disjunctim re, & verbis non habet locum; quintò, quod ſocius deficiat ſive ante ſive poſt acquiſitionem, & excludatur ope tamen exceptionis non ipſo jure, quia ſi excluderetur ſocius a ſua portione, vel re judicata, vel jurejurando, vel alia exceptione ſimili ceſſaret jus accreſcendi; ſextò, ſi conſors velit nam ſi nolit portionem conſortis, & conſocii certè adſtringi non poterit; ſeptimò, tandem ſi in illa portione conſorti conceſſa tertius jus non acquiſiverit, ut plenè apud Bellon. *d. cap.* 6. *q.* 36. *à n.* 15. *uſque ad fin.* Roſenthal. *de feud. d. cap.* 6. *concluſ.* 74. *per tot.* Cyriac. *d. controv.* 2. *numer* 110. *verſ. tertium autem, & ſeqq.* Peregrin. *de jur. fiſci lib.* 1. *d. tit.* 2. *numer.* 103. Rot. *d. deciſ.* 432. *num.* 4. *p.* 4. *diverſ.* apud quos plures concordantes.

Diſputant etiam DD. an dictæ legis diſpoſitio procedat in conceſſione emphyteuſis, vel feudi facta à Principe ſupremo duobus, & in conceſſione emphyteuſis veriorem puto opinionem negantem jus accreſcendi, quidquid enim tenuerit Corbul. *de cauſ. privat. ob lin. finit. numer.* 119. putans doctores dantes jus accreſcendi in conceſſione feudali extendi poſſe ad conceſſionem emphyteuticam, verius eſt talem extenſionem fieri non poſſe, quia cùm ſemper in emphyteuſi conderetur correſpectivitas, & interveniat ſemper annua canonis ſolutio, meritò quæ dicuntur de feudo, in quo canon non ſolvitur extendi non poſſunt ad emphyteuſim; Quinimò ſi pro feudo annua ſolutio fieret etiam illi qui defendunt in tali conceſſione feudali locum eſſe juri accreſcendi fatentur dicto caſu diſpoſitionem *dicta l. unica*, non procedere, ut notat Soccin. Jun. *conſil.* 92. *numer.* 10. *verſic. ſed & ſecundò lib.* 4. Bellon. *dict. cap.* 6. *quæſt.* 37. *num.* 212. *&* 213. Roſenthal. *de feud. d. concl.* 74. *litt. A.*

In conceſſione autem feudi licèt plures tenuerint
diſpoſitionem *d. l. unica*, nec procedere, ut videre eſt 70
apud Fachin. *lib.* 7. *controv. cap.* 63. *verſ. hanc poſteriorem*, Roſenthal. *d. cap.* 6. *concluſ.* 74. *nu.* 11. adhuc tamen verior eſt opinio contraria quam tenuit antiquioribus relatis Clar. *in* §. *feudum quæſt.* 77. *numer.* 3. Craſſ. *in* §. *jus accreſcendi quæſt.* 53. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 160. *num.* 51. & alii plures quos refert, & ſequitur Bellon. *d. quæſt.* 37. *num.* 163. *uſque ad fin. ſignanter num.* 171. *& pluribus ſeqq.* apud quem ampliationes, & limitationes videri poterunt.

QUÆSTIO XLIII.

An Baro, & Dominus præferantur in emptione fructuum recollectorum à Vaſſallo, vel Colono in fundo, aut in feudo.

SUMMARIUM.

1 *Dominus præfertur in venditione fructuum facta à ſuo colono.*
2 *Barones habent Jus prælationis, quando Vaſſallus vendit fructus recollectos in feudo.*
3 *Ampl. etiam in locatione facta ad inſtantiam creditorum coloni.*
Contrarium tamen defendunt alii.
4 *Ampl. 2. ut hæc prælatio non ſolum competat Baroni in fructibus recollectis à Vaſſallo in feudo, ſed etiam in aliis fructibus undequaque perceptis.*
5 *Contrarium alii credunt.*
6 *Baroni non competit prælatio in emptione ovorum, gallinarum, vitulorum, & ſimilium, quæ Vaſſallus expoſuit venalia.*
7 *Dominus qui præfertur in venditione fructuum facta à colono tenetur ſolvere juſtum pretium.*
8 *Alii verò crediderunt, quòd teneatur ſolvere pretium ab alio oblatum.*
9 *Dominus moroſus, non admittitur ad prælationem prætendam in fructibus à colono venditis.*
Et mora in hoc caſu committitur per lapſum unius hebdomadæ, imò etiam unius diei.
10 *Dominus ſi nolit pro ſe fructus emere non habet prælationem, nec poteſt tale Jus alteri cedere.*
11 *Dominus non præfertur, quando colonus ſummarium vendit fructus ad ſe liberè ſpectantes.*
12 *Nec præfertur in venditione fructuum pendentium.*
13 *Nec prælationem habet, quando colonus Jurat velle fructus pro ſe retinere.*
14 *Contrarium tamen quod neque Dominus, neque Baro prælationem habeat in fructibus recollectis à colono, vel Vaſſallo in fundo colonico, vel feudali, eſt verius, & magis communiter defenditur.*
15 *Colonus fructus quos percipit ſoluta penſione, vel portione Colonica, ex Domini voluntate percipit.*
16 *Prælationis Jus removet emptores ab emption. & redolet onus nimis grave.*
17 *Bannimenta quod non liceat vendere fructus, niſi Baroni, ſunt nulla.*

Ampl.

Ampl. n: ſint etiam nulla, per quæ mandatur, quod nemo irrequiſito Barone fructus vendat.

18 Text. io l. 1. Cod. de Metallar. lib. 11. *declaratur.*

19 *Colonus partiarius Societatis Ius cum Domino, habere dicitur, dum damnum, & lucrum cum eodem Domino patitur.*

20 *Declara nam talis Societas non eſt propria, ſed impropria, incluſa ſub contractu locationis.*

21 *Colonus in fructibus percipit ex fundo, poſtquam ſolvit penſionem, vel portionem Colonicam, neminem recognoſcit.*

22 *Barones poſſunt cogere Vaſſallos, ipſis vendere fructus neceſſarios pro victu eorum familia.*

Et ſtante tali neceſſitate præferuntur in venditione dictorum fructuum facta extraneis.

23 *Vaſſalli in neceſſitate poſiti, poſſunt cogere Baronem ad victualia ipſis vendendum, ſi Baro ea habeat ultra victum.*

Et in dicto caſu præferuntur alius ſi ſit facta venditio.

Nimis agitata à juris luminaribus quæſtio iſta
non eſt, quia libenti animo prælationem Do-
1 mino in venditione fructuum facienda à Colono con-
ceſſit argumento *legis 1. C. de Metal. lib. 11.* Bartol.
ibidem nu. 3. ubi etiam Joan. de Platea, Rebuff. &
Lucas de Penna *num. 2.* Roman. *in l. 1. numer. 7. ff.*
ſolut. Matrim. Jaſ. *in l. fin. num. 11. C. de Iur. emphyt.*
& in l. qui Romæ, §. Coheredes numer. 26 ff. de verb.
obligat. Felin. *in cap. 1 col. 2. vers. idem in Colono de*
Judic. Soccinus *verb. vendere lit. V. regul. 2 fallent. 2.*
Ripa *de remed. conſervat. contra peſtem num. 16.* Paris
de Puteo *de reintegrat. feudor. fol. mihi 77. à tergo numer.*
4. Anton. de Burgos *in cap. 1. nu. 18. de empt. & vendit.* Rebuff. *de privil. Scholar. privil. 9. n. 2.* Hyppolitus
de Marſ. *ſingul. 510. num. 4* Cavalcan. *de uſufruct. ſub*
num. 173. verſic. & videmus circa finem, Romanus *conſ.*
2 22. *verſic. 3. hoc quidem probatur,* quod procedit tam
in Colono quàm in Vaſſallo reſpectu Baronis, ut affirmant Lucas de Penna *ubi ſupra,* Surd. *conſ.* 205 *n. 1.*
& ſeqq. Amat. *reſolut. 54. num. 7.* A Ponte *conſ. 72. n.*
5. lib. 2. Franc. Rocc. *reſponſ. 92. num. 9. lib. 2. &*
reſp. 92. num. 7. lib. 1. Marant. *diſput. 8. numer. 32.*
Cancer. *part. 1. cap. 11. num. 52. & ſeqq.* Antonel. *de*
temp. legal. lib. 3. cap. 7. num. 6. & 71. Olea *de ceſſ.*
Iur. tit. 2. q. 1. n. 21. ibique Add. *num. 18. verſ. hodierna,* Caſtil. *de uſufruct. cap. 74. nu. 15.* Tiraquellus *de*
retract. lignag. §. 1. gloſ. 18. n. 2. Merlin. *de pignor. lib.*
4. tit. 2. q. 45. nu. 34. Nigr. *de laud. tom. 1. quæſt. 40.*
art. 9. num. 12. & pluribus ſeqq. Gratian. *diſcept. 149.*
num. 1. & ſeqq. Parlador. *diff. 109 §. 1. num. 5. & 6.*
Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 5. cap. 18. num. 38.* Novat.
de gravam. Vaſſal. gravam. 19. num. 2. & ſeqq. multos
Hiſpanos refert Barboſ *in l. dudum num. 3. & 5. C. de*
contrahend. empt. Paſchal. *de patr. poteſt. part. 4. cap. 6.*
n. 64 ad finem, de Marin. *reſolut. lib. 2. cap. 161. n. 9.*
Capiblanc. *de Baron. tom. 1. pragm. 1. nu. 144. & 154.*
fol. mihi 41. Cavalcan. *deciſ. 30. num. 97. lib. 2.* Boer.
deciſ 107. nu. 2. Gratian *deciſ. March. 77 per totam,*
Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ. 24. in fin* ubi limitat ſi
contrarium pactum interceſſerit, Sanfelic. *deciſ. 107.*
& 106. utrobique num. 9 Rot. *deciſ. 547. n. 2. vers. & è*
contra part. 1. rec. apud quos etiam alios videre poteris.
Idque verum non ſolùm in venditione, ſed etiam
3 in locatione quamvis facta ad inſtantiam creditorum,
ex Capye. *deciſ. 99.* notavit Sanfelic. *dicta deciſ. 107.*
num. 6 in fin. & deciſ. 106. num. 10. quòd tamen non
placuit pluribus adductis per Farinac. *in repertor. de*
contractib. quæſt. 2. num. 9. ubi quòd poteſt liberè
Colonus ſublocare, & cedere ſua Jura alteri, & *num.*
10. ubi quòd iſta prælatio non extenditur ad alios contractus præter venditionem
Imò iſtam prælationem Baroni, & Feudatario non
ſolum in fructibus feudi à Vaſſallo perceptis; verùm
etiam in fructibus undequaque perceptis ex propriis
Vaſſalli bonis ſi habeat eos venales, conceſſerunt 4
Capiblanc. *de Baron. dicta pragmat. 1. num. 154. &*
ſeqq. de Marin. *dicto cap. 161. nu. 9. verſ. verum etiam,*
quibus tamen nullo modo in hoc adhærent, ſed apertè diſſentiunt, quamvis cum ipſis quoad venditionem
fructuum recollectorum in fundo feudali, vel domi- 5
nicali conſentiant, Frec. *de auctor. Baron. auctor. 38.*
declarat prima, pleniſſimè Fulvius Lanat. in Addit.
ad Patruum *in §. ſed etiam res per quos fiat inveſtit. num.*
29. & plurib. ſeqq. & numer 35 cum duobus ſeqq. fol.
mihi 326. & 327. Novar. *d. gravam. 19. num. 4. lib.*
primo, Farinac. *d. quæſt. 2. num. 8.* ubi quòd non pro- 6
cedit iſta concluſio, in venditione aliarum rerum,
Betlich. *concluſ 39. part. 2. tit. de jur. preemiſ. numer.*
42. & ſeqq. ubi deciſum teſtatur, quòd Baroni non
competit prælatio in emptione ovorum gallinarum,
vitulorum, & ſimilium, quæ Vaſſallus expoſuit venalia.
Talem autem prelationem aliqui ex præcitatis DD.
Domino conceſſerunt cum onere ſolvendi juſtum pre- 7
tium, ut ſunt Bartolus *in d. l. prima,* ac Lucas de
Penna *ibidem vers. ſuſcipiant,* Lanar. *ubi ſupra nu. 29.*
verſ. hanc concluſionem, Frec. *d. auctorit. 38.* Aliqui 8
verò eum obligaverunt non ad ſolvendum juſtum pretium, ſed ſolum ab aliis prolatum, prout dixerunt,
Surd. *d. conſ. 205. n. 29. & 30.* Gratian. *d. diſcept. 149.*
num. 29. & ſeqq. Sarmient. *Selectar. interpret. lib 3.*
cap. 7. n. 1. Farinac. *d. q. 1. num. 4.*
Item dictam prælationem tunc demum Domino
dederunt ſi promptus ſit in emendo, ſicus ſi ſit in mo- 9
ra, & differat, ita ex Rebuf. *in d. l. prima,* notarunt
Frec. *d. auctor. 38. verſ. tertio intellige,* Lanar *ubi ſupra*
num. 30. Surd. *d. conſ. 205. num. 19.* ubi quòd mora
committitur in hac materia per lapſum unius hebdomadæ, imò ſæpè in ſimilibus unius diei, Gratian. *dicto*
diſcept. 149. à num. 21. ad 24. ubi etiam *nu. 25.* notat
quòd iſtud pretium debet ſolvi in pecunia numerata.
Et dummodò Dominus velit fructus emere pro ſe,
ſecus autem ſi pro altero, vel ceſſionarius Domini
hoc facere intendat, hic autem repellendus eſſet, 10
Frec. *dicta auctor. 38.* Surd. *dicto conſil. 205. num. 22.*
Gratian. *d. diſcept. 149. num. 10. & pluribus ſeqq. &*
d. deciſ. March. 77. Lanar. *in dicto §. ſed etiam res*
num. 31. Capiblanc. *d. pragmat. 1. num. 157.* Giurba
deciſ. 51. num. 8. circa med. & plures Hiſpanos refert 11
Olea *de Ceſſ. Iur. lib 3. quæſt. 2. num. 22. in fin.* Et niſi
Colonus ſit nummarius non autem partiarius, qui
enim penſionem ſolvit, dicitur emere fructus, &
ideò liberè poteſt illos vendere, Farinac. *d. quæſt. 2.*
num. 10. ac dummodò agatur de venditione fructuum 12
perceptorum, ſecus tractetur de venditione pendentium, Farinac. *ubi ſupra numer. 5.* ubi plures concordantes; Ac tandem niſi Colonus, vel Vaſſallus
proteſtatus fuerit, ac juraverit velle fructus pro ſe 13
retinere, tunc enim nullo Jure eſt cogendus illos vendere Domino quamvis prius fructus etiam ad vitam
pertinentes venales expoſuerit, ſi adſit juſta cauſa
mutandi propoſitum, ita plene Surd. *d. conſ. 205. à*
num. 12. ad 17. Gratian. *d. cap. 149. nu. 18. & ſeqq.*
Hæ ſunt ferè omnes ampliationes, & limitationes
adductæ in hac materia à DD. quas retuli eas nullo
modo ſequuturus, cùm ſemper mihi placuerit contraria opinio contra Bartol. & ſequaces, non enim 14
ullo Jure cautum reperies, quod Colonus, Vaſſallus
fructus liberè ad ſe ſpectantes potiùs Domino, & Baroni, quàm aliis vendere teneatur, & ſi id admitteretur non ſolùm Colonus privaretur libera facultate
rem ſuam cuilibet vendendi, verùm etiam anſa daretur Dominis præſertim Baronibus Subditos angariandi, & injuſtis premendi vexationibus tam circa
pretium, quàm circa tempus ſolutionis, & non
raro evenire poſſet caſus de facto rem auferendi ſub prætextu prælationis, & fructus, ut Ba-

roni

roni ejuſque Miniſtris libet, menſurandi, optimè igi-
tur contra Bartol. concludit Covar. *var. lib. 3. cap. 14.*
ſub num. 6. verſic. cæterum, quo rem iſtam, ubi apertè
fatetur, quòd licèt Bartoli opinio ſit receptiſſima,
tamen eſt falſa, & nullo nititur juris fomento, Surd.
dicto conſil. 205. *numer.* 9. & 10. Marcus Mantua *de*
jur. protomiſ. pag. mihi 172. *verſic. undecimo dubitare*
contingit, Fragoſ. *de regim. Chriſt. Reip. part.* 3. *lib.* 6.
diſput. 11. §. .. *num.* 27. *in fin. fol.* 427. *tom.* 3 Sar-
mient. *Select. interpret. lib.* 3 *cap.* 7. *numer. primo, ver-*
ſic. 2. *pro iſta parte*, & *numer.* 3. *verſic. non obſtant.*
Rumm. in Addit. ad Afflict. *ad* 8. *not. numer.* 49. *fol.*
mihi 83. Farinac. *in repert. de contract. dicta quæſt.* 2.
num. 3. Rovit *ad pragmat. Regni pragmat. prima de*
Baron. ſub num. 5. *verſic. vis ergo conſiſtit fol.* 89. Andr.
Rauchb. *part.* 2. *quæſt.* 22. *in princ. verſic. & in utroque*
caſu, Betlich *conclus.* 39. *part.* 2. *de jur. protomis. num.*
42. *& ſeqq.* Valaſc. *de jur. emphyteuſ. quæſt.* 24. *nu.* 3.
in fin. ubi quòd praxis hanc concluſionem recepit
Caldas *eod. tract. lib.* 4. *cap.* 3. *tit. de emphyteuſ. extinct.*
ſub num. 15. *verſic ſi præſertim cum Mantua*, ubi quòd
hęc opinio eſt verior, Surd *de aliment. tit. primo q.* 93.
num. 14. Manzius *dec. Palat. quæſt.* 12. *per totam*,
ubi omnibus contrariis reſpondet, & addit, quòd ex
urbanitatem Subditorum id poſſet permitti, non
autem ea neceſſitate, D. Pacion. *de locat. cap.* 33. *nu.*
69. licèt de prædictis nullam faciat mentionem ex-
cepto Covar. & ita deciſum fuit per Rotam Romanam
coram Bichio *decis.* 5.. *num.* 32. *& ſeqq.* quamvis
neminem allęget, & licèt aliqui ex prædictis DD. lo-
quantur de locatore reſpectu Coloni eorum tamen
opinio procedit etiam in terminis Baronis fiſcum non
habentis reſpectu Vaſſalli, quia eiſdem reguntur fun-
damentis legibus, ac rationibus, ut munet Surd.
dicto conſil 205. *num.* 23.

Et ratio concluſionis eſt evidens, quoniam fructus,
quos percipit Colonus, vel Vaſſallus ſoluta penſio-
15 ne, vel data portione ad Dominum ſpectante, &
Domini voluntate percipere videtur, & ſuos facit,
l. ſi ſervus 63. *§. locavi, verſic. etenim, ff. de furtis*,
nec in eis nullum cognoſcit, Valaſc. *dicta quæſt.* 24.
ſub num. 3. *in fin.* proinde nullum pręferre tenetur,
nec cogi poteſt potius Domino, quàm alteri vendere,
neque ipſi hoc præjudicium debet afferri cùm commo-
16 dè non inveniret emptores, qui ſciendo Barones,
vel Dominos poſſe eos repellere pro eodem pretio dif-
ficilè ad emptionem accederent, Lanar. *in dicta repe-*
tit. § ſed etiam res numer. 37. Novar. *dicto gravam.* 19.
num. 5. hoc enim redolet onus nimis grave, &
odioſum, Bich. *dicta decis.* 500. *num.* 33. Ideòque
17 ordines. ſeu banna, quòd non liceat vendere fructus
liberè ſpectantes ad Vaſſallum, niſi Baroni nullius
eſſent momenti, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib* 4. *cap.* 18.
num 37. Novar. *dicto gravam.* 19. *numer.* 7. Manzius
dicta quæſt 12. *num.* 8. Rumm. in Addit. ad Afflict.
de jur. protomiſ. fol. mihi 156. *numer.* 24. ubi etiam
quòd non poteſt Baro banno præcipere, quod ne-
mo vendat eo, irrequiſito.

Nec magnum affert incommodum reſponſio ad
fundamentum doctrinæ Bart. & ſequacium, ipſe enim
ſe fundat in diſpoſitione *l. prima, Cod. de Metallar.*
lib. 11. cujus diſpoſitionem ad privatorum res extende-
re non ſolùm durum eſt, ſed ab omni ratione
alienum: nam textus peculiare dat privilegium Prin-
18 cipi, & fiſco prælationem obtinendi in venditione
metallorum quando is, qui jus fodiendi metalla, ea-
que expurgandi obtinuit à Principe, illa vendere
exoptat, eſtque rationi conſonum, quòd Princeps
ejuſque fiſcus præferatur, diſſonat tamen à naturali
inſtitutione, quòd hoc privilegium Principi, & fiſ-
co conceſſum extendatur ad Colonos, & Vaſſallos
privati, & ad fructus naturales, vel induſtriales in
fundo natos, ut benè reſpondet Covar. *dicto cap.* 14.
ſub numer. 6. *verſic. quippe in metallis, & in fiſco*,
Valaſc. *dicta quæſt.* 24. *numer.* 3. *in fin.* D. Pacion.
dicto cap. 33. *num.* 69. & ferè omnes alii jam citati
inter quos præſertim videndus eſt Rovit *dict. pragm.*
prima de Baron. ſub num. 5. *& ſeqq.* ubi plures alias
reſponſiones dat diſpoſitioni *d. l. prima.*

Cæteræ autem rationes, quas tamen Bartol. non
adduxit, ſed DD. ex eorum capite invenerunt mi-
nus relevant, ratio enim, quam allegat Surd. *dict.*
conſil. 205. *n.* 1. *& ſeqq.* Gratian *dicto cap.* 149. *pariter*
num. 1. *& ſeqq.* aliique in contrarium adducti, nempè
quòd Colonus partiarius ſocietatis Jura cum Domino 19
habere dicatur, dum damnum, & lucrum cum eo-
dem Domino, patitur, ex Text *in l. ſi merces* 28. *§.*
vis major, ff. locat. l. cum duobus 52. *§. ſi in coëunda*,
ff. pro ſoc. & propterea eadem ratione, qua ſocius
aliis præfertur, ſi etiam Dominus præferendus.

Non obſtat, quia ultra quòd inter eos propriè ſo-
cietas non viget, ſed impropriè idest ſub contractu 20
locationis incluſa, ut plenè tradit ex Bald. *in l. certi*
Juris num 8. *quæſt* 3. *Cod. locat.* Rot *decis.* 119. *n.* 14.
part. 1 *recent.* Argumentum majorem haberet veram,
minorem autem, & conſequentiam falſam, nam ut
dictum eſt *in quæſt.* 24. *per tot.* Nullo modo Socius
præfertur in venditione facta Conſocio, imò ſi illatio
vera eſſet, reſultaret, quòd etiam Colonus præfe-
rendus eſſet in emptione fructuum venditorum a Do-
mino, quia ipſe etiam eſt ſocius, quod falſiſſimum
eſſe dixi in *quæſt.* 40.

Quod autem Colonus ratione fructuum habeat
cautam à Domino, & proindè æquum ſit, quòd
eum præferat aliis, ex Gratian. *dicto cap.* 149. *num.* 21
4. *& ſ.* vel non eſt verum, quia ut dixi Colonus in
fructibus perceptis ex fundo ſoluta mercede, &
data parte Domino neminem recognoſcit, ex Valaſc.
dict. quæſt. 24. *num* 3. *in fin.* vel non relevat, ut enim
toties dictum eſt non debemus ſub palliato honeſtatis,
& æquitatis colore aliquem rei ſuæ libera adminiſtra-
tione privare, juxta Text. *in l. dudum, C. de contrahend.*
emption.

Quid autem dicendum ſit, ſi Baro egeat frumento
aliiſque fructibus pro ſe, & familia, atque habeat
ipſorum præciſam neceſſitatem, affirmandum vide-
tur, quòd ſicuti Vaſſalli cogi poſſunt pro neceſſitate
victus Baronis, ejuſque familiæ ipſi vendere fructus 22
neceſſarios, ut plenè probat Maſtril. *de Magiſtrat. lib.*
4 *cap* 18 *num.* 1.6. *& ſeq.* Rumm. in Addit. ad Af-
flict. *de Jur. protomis. fol. mihi* 156. *numer.* 26. *& ſeqq.*
Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *pragmat* 1. *num.* 170. *ver-*
ſic. & ex dicta, & ex pluribus ſeqq. ubi etiam latè pro-
bat, quòd non tenentur Vaſſalli habere fidem de pre-
tio, niſi Baro ſit in maxima neceſſitate poſitus, ita
quoque Baro præferri poſſit facta jam dictorum fru-
ctuum venditione, ſi tamen facultas cogendi cadere
valeat in illis, qui vendiderunt.

E contra vero Vaſſalli in neceſſitate poſiti cogere
poſſunt Baronem ad victualia ipſis vendendum, ſi ta- 23
men Baro ea habeat ultra ſuum victum; ut ex doctrina
Bartol. *in l.* 1. *§ cura carnis, ff. de offic præfect. Urb.*
notat Maranta *in praxi artic. inquiſitio num* 181. Capi-
blanc. *dicta pragmat.* 1. *num.* 171. Maſtril *dicto cap.* 18.
num 1.7. & proindè ſi Baro jam victualia vendidiſſet,
ſubditis tali caſu prælatio competeret.

QUÆSTIO XLIV.

An Barones, & Principes habeant jus prælatio-
nis in locatione, vel venditione prædiorum
Ruſticorum, aut Urbanorum facta à Vaſſal-
lis, & quid in Principe ſupremo.

SUMMARIUM.

1 Barones nullo modo poſſunt cogere Vaſſallos ad locandum,
vel vendendum ipſis ruſtica, vel urbana prædia.

2 Ba-

Digitized by Google

2 *Barones habent jus prælationis in caſu, quo Vaſſallus locare, aut vendere vult proprium prædium.*
3 *Contrarium, & verius defendunt alii.*
4 *Niſi Barones habeant annexam aliam qualitatem, quæ de Iure communi, vel Statutario prælationem tribuat.*
5 *Dominus Caſtri propter ſimplicem juriſdictionem, non habet prælationem in emptione fundi venditi à Vaſſallo.*
Vaſſalli non habent Ius prælationis, quando Baro vendit, aut locat ſua bona aliis.
6 *Princeps ſupremus non habet de Iure prælationem, ſive retractum in rebus venditis à ſubditis, etiamſi habeant qualitatem, quæ aliis privatis Ius prælationis tribueret.*
7 *Emphyteuta Fiſci, & Principis poteſt, eo irrequiſito vendere, nec illi datur prælatio.*
8 *Contrarium tamen eſt verius.*
Text. in l. 1. C. de fund. patrimonial. lib. 11. *declaratur, & num. 9.*
10 *Princeps concedens res in emphyteuſim transfert dominium in emphyteutam.*
11 *Declara id procedere in fundis patrimonialibus qui antiquitus concedebantur à Principe, ſecùs in fundis, qui noſtro tempore in emphyteuſim conceduntur.*
12 *Conſenſus Domini directi in alienatione emphyteuſis requiritur non ſolum, ut Domino cautum ſit pro Canone, ſed etiam, ut ipſe poſſit idem pretium ſolvere, & præferri aliis.*
13 *Princeps ſupremus ex Iure principali non præfertur in alienatione facta à ſubditis, ſed ſi habeat qualitatem annexam, quæ tribuat privatis prælationem, ipſe quoque præfertur, prout quoque præfertur, quando adeſt publica utilitas, vel neceſſitas.*
14 *Princeps tenetur præferre in venditione rei ſuæ eum, cui à lege, vel ſtatuto datur prælatio.*
15 *Contrarium alii defendunt.*
Diſtinguitur Caſus in quo prælatio ſit conceſſa à Iure, & tunc Princeps tenetur privatum præferre, ab alio Caſu, in quo prælatio ſit conceſſa à Statuto, vel conſuetudine, & tunc Princeps non tenetur privatum præferre.
16 *Princeps ſupremus legibus vi directiva ligatur.*
17 *Principi, & Baroni competit prælatio in emptione victualium, quibus præcisè indigeant.*
18 *Principi in alienatione Caſtellorum ſub ſua Iuriſdictione exiſtentium competit prælatio.*
Text. quicumque Caſtellorum, Cod. de fund. limitroph. lib. 11. *explicatur.*
19 *Princeps an præferatur in paſcuis ſolitis locari à Barone, vel univerſitate, quando habent defenſas uſum proprium, ibi vide.*

Concordant Doctores in hoc, quòd ſcilicet Barones, & Principes inferiores nullo modo poſ-
1 ſint Vaſſallos ad locandum, vel vendendum ipſis ruſtica, aut Urbana prædia cogere, ita judicatum pluries teſtatur Capiblanc. *de Baron. tit. 1. pragm. 1. num.* 329. Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 4. cap.* 18. *n.* 65. Novar. *de gravam Vaſſal. tom. 2. gravam.* 31. *per tot.* Rumm. in Add. ad Afflict. *de Iur. protom. fol. mihi* 156. *nu.* 20. *& ſeqq.*

Diſcordant tamen in alio, Maſtril. enim, & Capoblanc jam citati prælationem in caſu, quo velit Vaſſallus locare, aut vendere Baronibus dandam eſſe con-
2 cludunt, & afferunt decretum Neapolitani Conſilii, quòd ſequitur etiam Santelic. *deciſ.* 107. *num.* 6.

Rendel verò *de Iur. protomiſ. §. in primis, verſic. ſub eodem ſervitio num.* 62. ac Novar. *ubi ſupra num.* 9. *&*
3 10. & Rumm. in Add. ad Afflict. *ubi ſupra numer.* 19. *& ſeqq. & numer.* 24. *&* 28. tunc demum Baronibus Jus prælationis concedunt, ſi Jus conſortii, aut aliud prælationem de Jure dans annexum habeant quibus facilè adhæreo, cùm nullo Jure cautum reperiatur, Barones poſſe in emptione, & locatione hujuſmodi rerum præferri, nec Jus cogendi cauſarivum prælationis habeant, quòd ſi annexam Barones ha-
beant aliquam qualitatem prælationem tribuentem, 4
tunc non ex quo Barones ſunt, ſed ex quo illam qualitatem habent, debent præferri; Ideò advertas, quòd ſi Conſortium ſimplex de Jure nullam dat prælationem, junctum cum Baronali qualitate nec dictam prælationem dare eſt aptum, nam, ut dixi, Baro ex Baronali qualitate nullam poteſt prætendere prælationem, & ita intelligo Rendell. & Novar. jam allegatos, & in ſpecie notat Manzius *decis. Palatin quæſt.* 11. *per tot.* ubi latè probat, quòd Dominus Caſtri ratione Juriſdictionis Jus prælationis non habet in venditione fundi facta à ſubdito, & affert diverſitatem inter emphyteutam, & Dominum particularem, & inter Dominum univerſalem habentem Juriſdictionem.

Multò minùs admitto id, quòd tenet Capoblanc.
dicta pragmat. 1. *num.* 331. dicens, quòd ſi Baro, vel 5
Dominus vult locare aliis, teneatur præferre Cives, nam hoc tantùm verum poſſet eſſe, quando ageretur de locatione eorum, quæ neceſſaria ſunt pro commodo Vaſſallorum facta exteris, & ignotis, ut dixi in *quæſt.* 49. *per tot.*

Hæc de Principibus inferioribus, quid igitur dicen-
dum putas de Superiorem non recognoſcentibus, quæ- 6
ſtio eſt magna; Sunt enim, qui ſemper Jus prælationis, ſive retractus Supremo Principi negant, etiamſi alias habere poſſet locum inter privatos, teſte Papon. *de retract. lib.* 11. *tit.* 5. *in appendic. arreſt.* 1. *& tit.* 7. *de retract. gentilis. arreſt.* 10. relato à Nigr. *de laud. tom.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 93. *fol. mihi* 491.

Moti fortaſſe ex illa communi concluſione, quòd ſcilicet emphyteuta Fiſci, & Principis Supremi poteſt
rem emphyteuticam vendere, & donare, Fiſco, & 7
Principe irrequiſito, nec ipſi ulla poteſt competere prælatio, ad differentiam privati cui competit prælatio, & cujus conſenſus in alienatione exigitur, ut eſt Text. in *l.* 1. ubi ſingulariter Gloſſ. & Bart. ac Joan. de Platea *num.* 1. *&* 3. *ſignanter in verſic. ſed communiter*, ubi reſpondet contrariis *C. de fund. patrimonial. lib.* 11. Imol. *in cap. potuit numer.* 11. *verſic ſed poteſt*, ubi etiam Barboſ. *num.* 83. *de locat.* Arnold. Feron *ad conſuet. Burdigalenſ. tit.* 8. *de feud. & jur. emphyteuſ. qu.* 10. *in princ.* quem ſequitur Rendel. *de jur. protom. vers. per emphyteuſim. num.* 29. Nigr. *de laudem. quæſt.* 47. *num.* 46. *& ſeqq. tom.* 1. Peregr. *de Iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 40. Gratian *disc.* 36 *n.* 33. Gamma *decis. Luſit.* 242. *n.* 2. Rodoer. in Addit. ad de Marin. *cap.* 232. *n.* 10. *& ſeq.* ubi idem putat in Republica, & Eccleſia, aut Civitate.

Sed nec iſta concluſio eſt vera, nec alia, nam Text.
in dicta *l.* 1. loquitur de donatione, quæ ſicuti poteſt 8
à privatis emphyteuſim retinentibus fieri abſque eo, quod poſſit Domino directo competere prælatio, eodem modo poteſt fieri ab emphyteuta fiſci abſque eo, quòd Fiſco, & Principi competat prælatio. non ſic autem evenit in venditione, in qua ſicuti privatus emphyteuta Dominum præferre tenetur, ita & Fiſci,
aut Principis emphyteuta, ne Fiſcus, ac Princeps 9
deterioris conditionis ſit privato, ita egregiè tenet doctiſſimus vir Andreas de Barulo *in dicta l.* 1. *Cod. de fund. patrimon. lib.* 11. ubi etiam Lucas de Penna *n.* 1. Valaſc. *de Iur. emphyt. quæſt.* 48. *numer.* 6. *in fin.* Rebello *lib.* 13. *qu.* 5. *num.* 2. *in fin.* & optimè Ant. Perez. *in dicto tit. de fund. patrim. lib.* 11. *Cod. nu.* 9. *vers. at dicet quis fol. mihi* 949. ubi removet contraria Carol. Molin. *ad Conſuet. Paris.* 2. *part. §* 56. *gloſ.* 1. *numer.* 11. Caldas *de jur. emph. lib.* 4. *tit. extinct. emphyt. cap.* 2. *num.* 9. *in fin. & plurib. ſeqq. & cap.* 4. *n.* 35. *& ſeqq.* ubi latè, & plenè dictum eſt in *q.* 31. *num.* 15. *& ſeqq.*

Nec unquam me ſatisfacere potuit ratio per DD. conſiderata, quòd ſcilicet quando Fiſcus, aut Princeps

ceps in emphyteuſim rem concedit tranſeat illa res
10 iu Dominium emphyteutæ, qui ad nil aliud tenetur
excepta canonis ſolutione, cùm conceſſiones Princi-
pis plenum dent Dominium, ad Text. *in l. fin. C. de
fund. patrimon l.* 11.

Quia antiquitus in fundis patrimonialibus id con-
tingebat, ex quo eorum conceſſio ſolebat à Principe
fieri in perpetuum abſque caducitatis rimore, & fa-
cta conceſſione in privatum conceſſionarii Domi-
nium fundus tranſibat nonniſi Canone Principi re-
ſervato, & iſti poſſeſſores, non autem emphyteutæ vo-
cabantur, quia ipſi fundos à Principe ſuſcipiebant ut
proprios jure privato, emphyteutæ verò illis frue-
11 bantur, & modo etiam fruuntur, ut alienis, unde
quam diſſonum videatur, leges loquentes de dd. fun-
dis ad conceſſiones noſtri temporis extendere, qui-
libet expers noſtri ſæculi cognoſcit, ut dicit Valaſc.
de Iur. emphyt. quæſt. 15. *num.* 1. *verſic rurſus non va-
let.* Anton. Perez. *ad dictum tit.* 61. *de fund. patrimon.
lib.* 11. *Cod. num.* 4. *& ſeqq.* ubi ſatis eruditè de hoc
diſſerit.

Alia autem ratio adducta per Bart. & Adden. ad
eumdem *in dicta l.* 1. ac ſequaces, nempè quòd pri-
vati conſenſum, ideò requiſivit lex, qoia nimis du-
rum videbatur pro canone privatum rei vendicatio-
nis remedio uti debere, cùm nulla ei ſuperſit per-
ſonalis actio, quòd non evenit in Fiſco, & Princi-
pe, qui ſemper poſſunt actione perſonali contra
Emptores pro Canone agere, nec ſatisfacit: Nam
Domini directi conſenſus non ſolùm requiritur, ut
12 Domino cautum ſit pro Canone, ſed etiam, ut ipſe
poſſit idem pretium offerre, & pro eodem præferri,
ut benè Iaſon. *in l. fin. num.* 54. *vers. tertiò adducit,
Cod. d. Iur. emphyt* & Caldas *ubi ſupra.* Unde ſi ſuper-
eſt iſta ratio, ceſſat omne objectum.

Ex iſtis etiam apparet, quàm debile ſit aſſerere
prælationis Ius aliàs competens ſtatuti, vel legis vi-
gore privatis, non competere Principi ſupremo eaſ-
dem habenti qualitates, nam hoc de directo eſt Prin-
cipem deterioris conditionis efficere illa privatorum,
quod nunquam in his circumſtantiis eſt affirman-
dum.

Ideòque pro quæſtionis reſolutione diſtinguendum
13 eſt, nam aut nulla adeſt ratio, & cauſa, nec publi-
cam primariò, aut ſecundariò reſpiciens utilitatem,
& neceſſitatem, & eſt certum, Principem non eſſe
præferendum in venditione, aut locatione facta à
Vaſſallis, ſi aliam non habeat qualitatem dantem
prælationem, Sanfelic. *decis.* 135. *num.* 5. *&* 6. Aut
dicta neceſſitas ſubeſt, & tunc non eſt deneganda
Principi ſupremo prælatio, ut dixi latius in *quæſt.* 48.
vers. dicendum 4. *& ſeqq.*

Hic autem ſubnectere dixi quæſtionem illam, an
ſcilicet Princeps ſi vendat rem patrimonialem, aut
emat rem aliquam poſſit prælationis Ius effugere,
14 & quod teneatur præferre illum, cui tale Ius com-
petit etiamſi à ſtatuto, vel conſuetudine illud ſit indu-
ctum, tenuit Afflict. *de Iur. protomiſ.* §. *eſt autem nu.*
21. Marſil. *ſingul.* 441. *num.* 2. Otet. *de paſc. cap.* 30.
num. 7. Scradet. *d. feud. par.* 9. *part. princ. ſect.* 3. *num.*
156 *verſ. nenò fol mihi* 470 *tom.* 1.

Negativam verò tenuerunt Papon. & Niger. *ſu-
pra citati*. & ſequitur Tiraquel. *de retract. lignag.* §.
1. *gloſſ* 13. *num.* 30. *& ſeq.* & plenè Cutel. *de donat.
part.* 2. *ſpecial* 22. *num.* 11. *& pluribus ſeqq.* ubi latiſ-
15 ſimè, qui tamen ultimi duo loquuntur de ſtatuto,
& conſuetudine, ideòque eorum doctrinam libenter
admitterem, cùm clarum ſit ſtatutis, & conſuetudi-
nibus nec vi coactiva, nec directiva Principem ligari,
exceptis illis, quæ naturali rationi, vel publico bono
adhærent, nam tunc directiva vi ad eorum obſervan-
tiam compellitur, qualia non ſunt ſtatuta prælatio-
nem dantia.

Sed quando prælatio de Iure competit, tunc quia
legibus Princeps ſupremus omnium conſenſu directi-
ve ligatur, per Text. *in l. digna vox. C. de legib. l. ex
imperfecto, C. de Teſt.* Maſtril. *de Magiſt. lib.* 3. *cap.* 3.
num. 74. 75. *& ſeqq.* juſtum eſt, quòd patiatur in
ſuo contractu legis vim habere, niſi tamen ordi-
naria poteſtate poſſit legis vim effugere aliquibus ſub-
ſiſtentibus cauſis, rationibus, de quibus dixi *in dicta
quæſt.* 48. *& quæſt.* 11. 16

Sed his omnibus obſtant ea quæ diximus in *qu.*
11. *num.* 22. ubi defendimus, quòd Princeps poteſt
non ſolùm aliis concedere Ius prælationis, ſed etiam
diſponere, quod facta venditione ab aliquibus præ-
latio non competat, ideò cogita.

Animadvertendum tamen eſt, quòd ſi Baro, aut
Princeps poſiti reperiantur in neceſſitate, ipſis in 17
emptione victualium competi prælatio, prout è con-
tra idem dicendum eſt de Vaſſallis, ut latè dictum
eſt in *quæſt.* 43. *num.* 32 *& ſeqq.*

Item notandum eſt, quòd Princeps in alienatione 18
Caſtellorum ſub ſua juriſdictione exiſtentium præfer-
tur, ut notat Onat. *de contract. tract.* 21. *diſput.* 71.
ſect. 2. *nu.* 27 *fol.* 175 *tom.* 3. *part* 1 qui licèt lo-
quatur in terminis legum Hiſpaniarum tale Ius ex-
preſsè Principi concedentium, idem tamen dicendum
eſt in terminis Iuris communis, per Text. *in l. qui-
cunque Caſtellorum, C. de fund limitroph. lib.* 11. ra-
tione politicæ, & publicæ utilitatis totius Imperii,
conſonum enim eſt optimo regendi modo, quod
Princeps venditionum Caſtellorum non ſit ignarus,
ut non ſolùm perſonam emptoris valeat diſcernere
ejuſque qualitates conſiderare, ſed etiam, ſi ita utile
ſubditis putaverit, valeat in emptione præferri, &
ita communiter practicant, & de Iure eſt indubi-
tatum quando eſt Dominus ſupremus, & Caſtrum
eſt feudale, ut dictum eſt in *quæſt* ... *n.* 56

An autem Princeps præferatur in paſcuis ſolitis
locari à Barone, vel Univerſitate, quando habens 19
defenſas ultra uſum, videndum relinquo Ioſeph de
Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 5. *num.* 16.

QUÆSTIO XLV.

An Baro præferatur in conductione operarum Vaſſallorum ad effectum culturæ Agrorum feudalium, & an è contra talis prælatio in locatione dictarum terrarum Vaſſallis detur.

SUMMARIUM.

1 *Barones poſſunt cogere Vaſſallos ad juriſdictionalia, & non extera Territoria aſſictanda.*

Et in conductione operarum Vaſſalli hoc caſu præfertur.

2 *Limita quando in loco competentes adeſſent Cultores, nam tunc aliquos recedentes, & extera Territoria aſſictantes, non poterit compellere, neque in conductione eorum operarum præferri poteſt.*

3 *Coloni Metrocomiæ, & Illyricani non poterant recedere à terris ipſis aſſignatis.*

4 *Univerſitas poteſt ſuos Cives cogere ad patriis colendos agros, ſi pro publica utilitate, aut neceſſitate cultoribus indigeat.*

5 *Barones non habent Ius cogendi Vaſſallos ad aſſictanda, vel colenda propria prædia, ſi prædia illa Baronis ſint arida vel infructifera, vel Vaſſallus majorem aliunde haberet mercedem, vel minorem penſionem ſolveret.*

6 *Et ſi Baro nolit in potu, & cibo eos tractare eo modo, quo illos tractare ſoliti ſunt alii.*

Vel ſi Baro ſit homo rixoſus, aut moroſus in ſolvendo.

6 *Contrarium ſcilicet, quod ſufficiat hoc caſu quod Baro, Vaſſallis det juſtam mercedem, non autem eam, quam alibi Vaſſalli reperirent.*

7 *Et ſufficit, quod adſit neceſſitas Coloniæ, non autem re-*

quiritur,

quiritur, quod Terræ Baronis ſint fructifera eodem modo, quo ſunt aliæ.
8 Manzius deciſ. Palatin. 13. per tot. *declaratur.*
9 *Vaſſalli præferuntur in cultura agrorum Baronis, quando ipſe vult exteros admittere, vel exteris affictare, ſi eadem cultura Vaſſalli indigeant.*
10 *Limita quando Vaſſalli habent alias Terras congruas ad colendum.*
11 *Limit. 2. quando Vaſſalli nollent ſolvere eandem penſionem, vel reſponſionem, aut portionem annuam.*
Limita 3. quando Baro vellet pro ſe, vel pro ſuis retinere.

QUæſtio eſt favore Baronis in prima parte abſolvenda, ne enim feudales poſſeſſiones proprio,
& patrio occuparo Cultore depereant, & ne proin-
1 dè Civitas, & Caſtrum feudale ob cibariorum charitatem deſoletur, aut habitatoribus viduetur, ſicuti poteſt à Barone cogi Vaſſallus ad feudalia, & non extera territoria affictanda, vel colenda, ita etiam Baro debet præferri, quando Vaſſallus locare vellet operas ſuas extero ad alienas terras excolendas, vel illas affictare, ita ex ſententia Divi Gregorii, & ex Textu *in l.* 1. *Cod. de metall. lib.* 11. notat Lucas de Penna *in l. quiſquis ſecunda num.* 3. *Cod. de cenſib. & cenſit. lib.* 11. Petr. Gregor. *de conceſſ. feud. part.* 7. *qu.* 6. *num.* 8. Novat. *de gravam. Vaſſal. part.* 1. *gravam.* 362. *num.* 2. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 18. *nu.* 76. Montan. *de regal.* §. *& plauſtrorum colum.* 3. *ſub num.* 2. *verſic. parner, quod ſolus*, Capiblanc. *de Baron. pragmat.* 16. *num.* 25. *& ſeqq.* & licèt Text. *in dicta l.* 1. non valeat ad banc concluſionem neque ultra ſuam materiam extendi, ut dixi in *quæſt.* 43. *num.* 14. *& ſeqq.* tamen hanc concluſionem veriſſimam puto ex illa ſola ratione, quod ne feudales poſſeſſiones remaneant inutiles, & incultæ ob agricolarum deficientiam talis coactio, & prælationis Jus Baroni eſt concedendum.

Unde eſt, quòd ſi in loco competentes adeſſent
2 Cultores habiles tamen, & apti, & aliqui vellent recedere, & alienas terras conducere, nequeat Baro tali Jure coactivo, & prælativo uti, dum ceſſat ratio ob quam tale Jus ipſi eſt indultum, & ita intelligendus eſt Manzius *decis. Palatin. quæſt.* 13. *per totam*, non enim Vaſſallos, & ſubditos exiſtimare debemus, ut Colonos adſcripritios, Palæſtinos, Thracenſes,
3 aut Illyricanos, vel Metrocomiæ habitatores, quibus à terris ipſis aſſignatis, vel in propria habitatione exiſtentibus recedere ſine pœna non licebat, illaſque vi legum coacti ſolum colere poterant, ut in *tit. de Colonis Palæſtinis cum duobus ſeqq. Cod. lib.* 11. *& C. de habitator. Metrocom. eodem lib.* neque ipſi Agros colendos diviſos habent, nec Licurgi, aut Numæ ſpecialibus legis à Plutarc. *in Reg. Apoph. & in Numam* relatis vivunt, ut nonniſi agros, quos Princeps velit debeant colere.

Præſertim, quia tale Jus non derivat à ſola ju-
4 riſdictione, ſed à dicta ratione deſcendit, quæ cum aliquali juriſdictione unita apta eſt illud tribuere; unde eſt quod Civitas poteſt ſuos Cives cogere ad patrios colendos agros, ſi pro publica utilitate, aut neceſſitate eorum Cultura indigeat, & Cultores habiles deficiant, ad tradita per Cohel. *ad Bull. bon. regim. cap.* 42. *nu.* 31. ubi concordantes.

Hoc tamen Iure tunc demum Baro, uti valet, quando Vaſſallorum non redditur pejor conditio; & proptereà ſi Terræ Baronis ſint aridæ, & inſructiferæ, vel non tam fructiferæ, aut Vaſſallus majorem haberet aliunde mercedem, vel Baro vellet ex tali Affictu majorem penſionem illa, quàm alii offerunt, aut penſionem conſuetam vellet augere, tunc tale
5 coactionis, & prælationis Jus ipſi non competeret, ut deciſum teſtantur Frec. *de auctorit. Baronum auctor.* 41. Capiblanc. *dicta pragmat.* 16. *numer.* 16. *& ſeqq.* Montan. *in d.* §. *& plauſtrorum column.* 3. *num.* 2. Novar. *d. gravam.* 362. *num.* 3. *& ſeqq.* Manzius *d. quæſt.* 13. *per tot.* ubi etiam notat, quòd iſta etiam ſunt ſervanda requiſita, ut Dominus in potu, & cibo eos æqualiter tractet, utque juſtas excuſationes admittat, ut Dominus non ſit homo rixoſus, vel moroſus in ſolvendo, & ſi Vaſſallus non reperiatur alteri obligatus ad ea opera præſtanda.

Sed quoad mercedem, vel portionem colonicam falſum eſt, quòd dixi, nam non tenetur Baro Vaſſal-
lo hoc caſu dare mercedem, vel portionem, quam 6
alibi reperiret, ſed ſufficit, quòd juſtam, & conſuetam mercedem, vel portionem Vaſſallo det, Franc. *decis.* 526. *num.* 2. Maſtril. *de Magiſtr. d. cap.* 18. *numer.* 77.

Quoad terrarum qualitatem notandum eſt, quòd ſi verè ex deficientia Colonorum Baronis Terræ redderentur inutiles, & prorſus incultæ, tunc non putarem habendam eſſe in conſideratione terrarum frugalitatem, ſed tantùm portionis Colonicæ excreſcentiam, vel affictus diminutionem, ſi enim ut non
remaneant dictæ terræ inutiles introductum eſt tale 7
Jus, quomodo ceſſabit ex majori, vel minori terrarum ubertate, ſi eadem ratio viget, & proindè conſidera.

Quoad obligationem Vaſſalli alteri factam, ut ait 8
Manzius, diſtinguendum eſt, nam ſi alii adſint Vaſſalli idonei alteri non obligati, non ſunt cogendi illi, qui aliis ſuas operas promiſerunt, neque prælatio peti poteſt, alias ſecus.

Si igitur Baro tale Jus valet exercere, idem protinus poſſunt ejus Vaſſalli, ſi enim ipſe contra perfectum regimen vellet ad Culturam feudalium poſ-
ſeſſionum exteros admittere, non valeret, ſi Vaſ- 9
ſallus pro eadem penſione, vel eodem modo vellet colere, & in affictu peteret, præferri, ut plenè notat Frecc. *de auctorit. Baron. dicta auctor.* 41. *circa med. lib.* 2. Camillus de Laratha *conſil.* 41. *per totum*, Maſtril. *dicto cap.* 18. *nu.* 78. Anna *ſingul.* 461. Novat. *de gravam. Vaſſal. gravam.* 361. *per tot.* ubi ita pluries judicatum teſtatur.

Sed iſta quoque prælatio danda eſt, juxta terminos rationis à qua derivat, textum enim non ha-
bemus tale Ius Vaſſallis tribuentem, rationem autem 10
habemus, ut enim non cogantur Vaſſalli, extra proprias exire habitationes, & extra illas maximo cum incommodo, & periculo victum ſibi quærere, ac filiorum, & Uxorum nequeant in Cultura ob diſtantiam opera, & auxilio uti, inducta eſt talis prælatio, qua communis iſta ratio voluit, & Baronis crudelitati, & Vaſſallorum indemnitati conſulere, ceſſante ideò tali ratione, puta quia habeant Vaſſalli alias terras congruas ad colendum, ceſſare quoque debet tale prælationis Ius, ex dictis in *quæſt.* 49.

Nota tandem, quòd talis prælatio Vaſſallis com-
petit pro eodem affictu, reſponſione, aut portione; 11
pro qua exterus vellet affictare, aut recipere terras, ut judicatum teſtatur Novar. *dict. gravam.* 361. *in fin.* & tunc demum datur ſi Baro nolit pro ſe, vel ſuis retinere, Camil. de Larath. *d. conſil.* 41. *nu.* 9.

QUÆSTIO XLVI.

An de Jure in bonis Burgenſaticis, quæ fuerunt noſtrorum majorum, agnatis prælatio competat.

SUMMARIUM.

1 *Majorum res plurimum intereſt in familia retinere.*
2 *Minor reſtituitur in integrum ſi fuit ſuperatus in oblatione ab alio poſtquam rem emerat, cum pacto addictionis in diem, quæ erat majorum ſuorum.*
3 *Here-*

Digitized by Google

3 *Hæreditatis aditio cenſetur potius lucroſa, quam damnoſa, ſi in ea adſint prædia in quibus repoſita ſunt ſepulchra majorum.*

4 *Pupillus poteſt prædium antiquum ſuæ familiæ etiam majori pretio, quam valeat, redimere.*

5 *Officialis, aut Judex poteſt in loco ſuæ juriſdictionis emere prædium, quod fuerat majorum ſuorum.*

6 *Affectio magna ſolet haberi in re majorum.*

7 *Agnati prælationem habent, quando venditur res majorum, vel familiaris, quæ diu permanſerat in eorum familia.*

8 *Filii ſpurii præferuntur aliis extraneis, quando venduntur bona paterna.*

9 *Contrarium ſcilicet, quod Agnati non habeant de Jure prælationem, tanquam veriùs defenditur.*

10 *Leges Hebræorum ultra Hebræos non extenduntur.*

11 *Leges feudales de prælationis Iure loquentes non extenduntur extra materiam feudalem, quamvis eſſemus in caſu, in quo eadem imò major ratio concurreret.*

12 *Agnati non præferuntur, quando venditur feudum hæreditarium.*

13 Text. in cap. conſtitutus de in integr. reſtitut. *declaratur.*

14 Text. in l. Imperator, ff. de pact. *declaratur.*

15 *Agnati præferuntur, quando venditur res majorum, in qua habent ſpecialem affectionem.*

16 *Contrarium eſt veriùs.*

17 Text in l. ſi in emptionem, ff. de minorib. *declaratur, & nu.* 18.

19 *Minor reſtituitur, quando poterat emere rem, in qua habebat ſpecialem affectionem, & ex incuria eam emere omiſit.*

20 *Ampl. ut minor reſtituatur, ſi alienaverit prædium exiſtens in aëre ſalubri.*

MUlta introduxit lex favore agnatorum, dum ſatis lugubre exiſtimavit eſſe extra agnatorum
1 Dominium eam rem, in qua majores defecerunt, & creverunt, nimiſque deplorabile putavit majorum Imagines non videre fixas, aut videre revulſas, juxta Text. *in l. lex quæ Tutores, C. de adminiſtr. Tutor.* Rot. *decis.* 372. *num.* 5. *p.* 1. *recent.* à quibus non diſſentit Cic. *act.* 6. *in Verrem*, melius Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 5. qui ait: *neſcit amor priſcis cedere Imaginibus.*

Proinde Hermogenianus *in l. ſi in emptionem* 36. *ff.*
2 *de minor.* ſine ſcrupulo dixi reſtituendum eſſe in integrum minorem ab extraneo oblatore ſuperatum in addictione, & emptione alicujus rei, quæ à majoribus proveniebat propter nimiæ affectionis intereſſe, quod enormis læſionis cauſam fuiſſe approbavit. Et
3 Jabolenus *in l. libertus* 36. *ff. de bon. libertor.* aditionem hæreditatis, quæ non erat ſolvendo alias damnoſam, potius lucroſam eſſe putavit, ſi in ea aliqua reperiantur prædia in quibus majorum ſepulchra repoſita ſint, *non enim* (ait J. C.) *pretio communi, ſed effectu illa hæreditas ab adeunte magni extimatur*, & ex hoc poteſt defendi doctrina Iaſ. *in l.* 1. *num.* 90. *ff. de legat.* 1. dicentis permiſſum eſſe etiam pupillo prædium Progenitorum ſuorum etiam majori pretio quàm valeat, redimere. Imò Modeſtinus *in l. qui officii* 22 *ff.*
4 *de contrahen. empt.* delinquere non credidit officialem, vel adminiſtratorem Reipublicæ, qui emit aliquod
5 prædium majorum ſuorum, licèt alias apertè delinquat militans, vel rempublicam adminiſtrans ſi bona aliqua in ea Provincia emat, quod etiam notavit Martianus *in l. milites* 9. *ff. de re militar.* Et ex Celſo *in l. fundo* 39. *vers. finge pauperem, ff. de rei vendicat.* gloſſ. *ibidem verbo cavendum ſit*, notavit non eſſe veriſimile quem laribus avitis ſe propria voluntate privare alienando rem majorum, quæ non ſolet niſi magna urgente neceſſitate alienari merito igitur dixi gloſſ. *in l. ſi tutor. ff. de ſuſpect. Tutor.* multa ratione conſanguinitatis fieri poſſe atque à lege permitti, quæ alias fieri nequirent.

Quanti autem homines extiment res eorum inter 6
agnatos conſervari, eorumque memorias ad poſteros tranſmitti quotidiana praxis obſervat, & antiqua legum oracula propalarunt, quæ videri poſſunt in *l. pater*, §. *fundum*, *ff. de legat.* 2. *l. qui ſolidum*, §. *prædium*, *l. cum pater*, §. *libertis*, *l. peto*, § *frater*, *l. filius familias*, §. *cum pater*, *ff. eodem*, *l. pater* 38. *ff. de legat.* 3. antiqua enim prædia, & habitationes multum conferunt ad honorem familiarum, & ad eorum nobilitatem conſervandam, Tiraquel. *de Nobil. cap.* 37. *n.* 23. Otalor. *eod. tract. part.* 2. *cap.* 4. *numer.* 8. *& ſeqq.* Garz. *eod. tract. gloſſ.* 18. *num.* 28. *& ſeqq.*

Propterea in Sacris Paginis ſcriptum comperimus majorum ſuorum vineam, nec Principis Imperio, nec minarum timore, & utilitatis conſideratione potuiſſe Achab induci ad vendendum, ſed tantum ejuſdem interitu fuiſſe à Rege occupata magno ſubſequente iræ Divinæ Supplicio, ut legitur in lib. 3. Reg. cap. 21. prout etiam non obſcurè in lib. Numer. cap. fin. & Levitic. cap. 25. legitur non debere majorum inſignia in extraneos tranſire, neque miſceri familiaria; Unde apud Lacedæmonios turpitudinem fuiſſe prædium majorum vendere, notavit Heraclides *lib.* 1. *de politic. in Repub. Lacedæm.* & in veteri Teſtamento licitum non fuiſſe prædium de tribu in tribu, nec de familia in familiam transferre ſcriptum reliquit Divus Hieron. in Jerem. cap. 32.

Ideò propter iſtam affectionem, & intereſſe præferendos eſſe agnatos, & propinquos omnibus extraneis emere volentibus, ne bona exeant de familia, 7
& genere acquirentium, uſque conſervetur familiarum ſplendor, & honor, ac naturalis noſtra affectio ſatisfacta remaneat, per Text. prius ſcripturalem de quo in dict. lib. Ierem. cap. 32. ubi ſic ſcribitur, *eme tibi agrum meum in Anathot, tibi enim competit ex propinquitate ut emas*, & in lib. Livitic. cap. 25. ac in lib. Ruth. cap. 4. ex quo apertè id deducitur, & per Text. feudales *in cap.* 1. §. *porro qualiter olim feuda, &c. cap.* 1. §. *ſed & res per quos fiat inveſtitura, & in cap.* 1. §. *Titius il.* 1. *ſi de feud. defuncti contentio ſit, &c.* hoc apertè diſponentes, & per Text. Canonic. *in cap. conſtitutus* 8. *de in integr. reſtitutione*, & per Text. Civilem *in l.* 1. *ff de privil. credit. & in l. Imperator.* 60. *ff. de pact.* tenuerunt licèt omnibus non relatis Ripa *in dicta l.* 1. *numer.* 7. Anchar. *cons.* 171. *col.* 3. *vers. item quia dicta bona*, Guidopap. *cons.* 97. *per totum*, ſignanter in ultimo dubio, ubi quòd licèt teſtator aliquam portionem bonorum reliquerit Ordinibus mendicantium, & ea poſtea vendentur ad commodum dictorum Ordinum, filiis teſtatoris ſint præferendi omnibus aliis emere volentibus, Maranta *diſputat.* 8. *n.* 29. Parlador. *quotid. diff.* 109. §. 3. *ferè per totum, ſignanter num.* 6. *&* 7. ubi etiam quòd iſta prælatio datur tam deſcendentibus, quàm aſcendentibus, Novar. *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 41. *num.* 5. Rovit. *cons.* 21. *num.* 3. *lib.* 2. ubi quòd hæc prælatio conceditur de Iure Agnato, cognato, & affini, Franciſc. Roc. *reſp.* 8. *num.* 12. *& pluribus ſeqq. tom.* 2. Donad. *de renunc. tom.* 2. *cap.* 26. *num.* 13. *& ſeqq.* ubi plura affert requiſita ad probandam conſanguinitatem, & notat, quòd iſta prælatio competit per ordinem, & gradatim, A Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de donis, & expenſis Univerſit.* §. 1. *num.* 12. *&* 19. *fol.* 478. *& ſeq. ac decis.* 11. *num.* 15. Capyc. Latr. *decis.* 168. *num.* 31. *lib.* 2. Sanfelic. *decis.* 111. *per totum*, Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 45. *nu.* 35. & plures alii, quos conſultò omitto.

Imò filiis ſpuriis, quando venduntur bona paterna 8
prælationem dari aſſeruit Maranta *dicta diſp.* 8. *num.* 30. *cum ſeqq.* Franciſ. Roc. *d. reſp.* 8. *num.* 10 quod tamen apertè negarunt Barbat. *de divis. fruct. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 28. *fol. mihi* 157. aliique ab eo adducti, ubi ampliat etiam ſi non eſſent legitimati.

Contra verò ſunt textus aperti *in l. dudum, C. de*

contrahend. empt. in l. prima, C. comm. divid. & in l. por-
tionem, C. comm. ver. alienat. ex quibus clarè dedu-
9 citur, quòd agnatis cæteriſque conſanguineis nulla præ-
làtio competit, juxta quas etiam in bonis burgenſa-
ticis agnatis ſolius conſanguinitatis ratione prælatio-
nem denegant Bartol. in d. l. 1. in ſummario, & ante
num. 1. vers. item creditor, ff. de privil. credit. gloſſ. in
l. dudum, verbo emptorem, ubi Bald. & Angel. num. 1.
Saciect. nu. 1. & 4. Caſtr. num. 1. & 2. Albericus nu.
1. Barboſ. num. 1. & 2. idem Caſtr. in d. l. 1. num. 2.
C. commun. divid. Mozz. de Contract. tractat. de empt.
& vendit. tit. de perſonis quæ poſſunt emere num. 3. cum
ſeqq. Portol. de conſort. ejuſdem rei cap. 9. nu. 3. & 13.
Pariſ. de Puteo de feud. reintegrat. fol. mihi 133. nu. 17.
Rovit. ad pragm. Regni Rub. de feud. num. 46. vers.
Paris deniq. & vers. ex quibus, fol. mihi 248. plenè
Franc. Roc. ſibi contrarius cons. 99. num. 6. & ſeqq.
tom. 2. Capyc. Latr. conſult. 27. num. 32. conſul. 28. n.
65. & conſult. 96. num. 5. & 6. Theſ. jun. quæſt. for. lib.
1. qu. 39. num. 6. & 8. Robles de repræſent. lib. 3. cap.
35. num. 6. de Marin. quotid. lib. 2. cap. 116. num. 7.
& allegat. 127. num. 4. Maſtrill. in ſuo cons. unic. im-
preſ. poſt primum tom. decis. num. 40. Eminentiſſ. de Lu-
ca de feud. diſc. 36. nu. 9. & diſc. 38. num. 2. vers ſe-
cundo fortius. Caroc. decis. 26. num. 4. Sanſelic. ſibi
contrarius decis. 100. num. 51. & 53. probat etiam
Rot. decis. 417. num. 3. 6. 28. ac 29. part. 12. recent.
licèt iſtis non relatis, & quamvis iſta ſit veriſſima opi-
nio, &, ut ita dicam, in totum terrarum orbem con-
ſuetudine, vel ſtatuto in contrarium non exiſtente re-
cepta, & pro ſe habeat, Text. apertiſſimum in d. l.
dudum, attamen quia noſtra tempeſtate ob aliquo-
rum DD. abuſum, nec opinio legis Claræ auctoritate
firmata eſt ſecura, niſi DD. etiam auctoritate fir-
metur, & aliorum contrarium tenentium fundamen-
ta protinus extirpentur, ut eſt mihi teſtis licèt anti-
quus Socin. jun. conſ. 10. num. 11. verſ. verum quia,
lib. 3. ideò neceſſe duxi non ſolùm tot inſignium vi-
rorum auctoritate ſanctionem dictæ l. dudum compro-
bare, verùm etiam contrariæ ſententiæ ſectatoribus
reſpondere.
10 Si enim vim facimus in legibus ſcriptis in ſac. pá-
gina etiamus, dum illæ aliam rationem habent, &
ultra Hebræos non extenduntur, ut notat Theſaur.
jun. quæſt. for. lib. 1. dicta quæſt. 39. num. 6. vers mi-
nuſque obſtat, & dixi in quæſt. 11. num. 19.
11 Si verò in legibus feudalibus, & iſtæ tamquam ex
quadam conſuetudine feudali procedentes debent ſtri-
ctè interpretari, nec extra caſus feudales, de quibus
ſpecialiter loquuntur, poſſunt extendi, etiamſi caſus
ſint ſimiles, & parem vel majorem rationem haben-
tes, ut probat Roſenthal. de feud. cap. 9. memb. 2.
concl. 87. in add. lit. B. fol. mihi 871. Theſ. d. quæſt. 39.
num. 6. Rot. d. decis. 417. num. 12. part. 12. recent. &
benè Capyc. Latr. dicta conſult. 96. num. 17. Sanſelic.
d. decis. 100. num. 59. Imò dictæ leges ſecundum com-
12 muniorem DD. ſententiam retorquerentur, nam jux-
ta veriorem non dant prælationem agnatis in feudo
hæreditario, ut dixi in quæſt. 35. num. 9. & ſeqq. unde
induci poſſunt ad probandum, quòd prælatio non
competat in re hæreditaria, quæ fuit noſtrorum ma-
jorum, ut concludit Franc. Rocc. d. reſp. 99. num. 11.
vers. quanto fortius lib. 2.
Si autem in cap. conſtituti de in integr. reſtit. &
hic Text. numquam legitur agnatis prælationem de-
diſſe, ſed tantùm minorem probata minori ætate, &
13 læſione reſtituiſſe in integrum adverſus lapſum tem-
poris datum ab approbata conſuetudine ſpeciali mu-
nicipii Patoſinen. quæ prælationem agnationis con-
cedebat, ut not. gloſs. ibidem in figurat. caſus, & ver-
bo læſos, & verbo conſuetudinem, & Canoniſtæ omnes
communiter, ac benè de Marin. d. cap. 116. num. 26.
verſ. & primo d. allegat. 127. num. 11. Capyc. Galeott.
conſ. 61. num. 40. lib. 1. unde non negamus per conſue-
tudinem favorem agnatorum poſſe introduci, ſed de
Jure dicimus non competere.
Si tandem in d. l. 1. ff. de privil. credit. & in d. l.
Imperator. ff. de pact. & pariter iſtæ leges potius retor- 14
quentur, quia prælationem concedunt creditori, non
autem agnato, hoc enim tantùm ſanciverunt, quòd
ſi inter creditores adſit agnatus, ipſe aliis omnibus
præferatur, ſi verò adſit creditor, & agnatus, qui
creditor non ſit diſpoſuerunt creditorem eſſe agna-
to præferendum, ut explicat Bartol. in d. l. 1. in
Summar. & ante numer. 1. verſ. item creditor, Franc.
Rocc. d. reſ. 99. numer. 4. & ſequuntur alii ſecundum
communiorem adducti in quæſt. 35. unde agnatis tan-
tùm proſpexerunt concurrente in ipſis qualitate credi-
ti, aliàs eos cæteris creditoribus etiam extraneis poſt-
poſuerunt.
Remanet nunc cæteris juribus in princip. quæſt. ad-
ductis reſpondendum, ideoque dicimus, quòd omnes
leges prædictæ non ſunt trahendæ ad hunc caſum pro-
tinus diverſum, neque earum rationes affectionem hu-
manam demonſtrantes poſſunt nos cogere contra aper- 15
tam diſpoſitionem d. l. dudum. tales rationes ſpernen-
tis, ad prælationem concedendam.
Et quamvis ab aliquibus magna vis fiat in exagerato
textu in d. l. ſi in emptionem, ff de minor. qui prælatio-
nem minori in re ſuorum majorum, & antiquæ fami-
liæ videtur conceſſiſſe, ut inter alios probant Ro-
man. conſ. 21. verſ. ultimo ad hoc ſpecialiter, Card. 16
Tuſch. concl. lor. litter. l. to. 4. concl. 583. numer. 25,
tamen verius eſt, quòd Text. ille non induxit favo-
re minoris prælationis beneficium, ſed tantùm ſan-
civit, quòd ſi minor realiter obtulit id, quod alius
offerebat in emptione rei à majoribus provenien-
tis, & in oblatione fuerit poſtea ab illo extraneo ſupe-
ratus poſſit implorare reſtitutionis in integrum benefi-
cium, quia cùm potuiſſet offerre, & dare id quod alius
dare poſtea obtulit, ſi recuſavit dicitur læſus ex quo eme-
re recuſavit rem in qua ſpecialis affectionis ratio vige-
bat, ut benè probat gloſs. in dicta l. ſi in emptionem,
verbo audietur, de Marin. d. cap. 116. n. 28. & dicta
allegat. 117. n. 13. Franc. Rocc. dict. reſp. 99. à n. 1. ad 5. 17
l. 2. qui etiam reſpondet aliis legibus, in princ. qu. alleg.
Ultra quod extrema illius Textus ſunt minor ætas,
quod res fuerit majorum, & proindè ſola affectio, quæ
habetur in rebus majorum ſine minori ætate non rele-
vat, Theſaur. deciſ. 99. nu. 6. Capyc. Latr. d. conſult.
27. n. 33. & ſeq. Sanſelic. d. deciſ. 100. n. 54.
Et ceſſat omnis difficultas ex quo caſus d. l. erat iſte, 18
minor enim emerat rem majorum cum pacto addictio-
nis in diem, cùm autem intra tempus ſtatutum ab
alio fuerit oblata melior conditio, ille rem obti-
nuit, dicit lex, quòd minor reſtituitur in inte-
grum, & habere debet rem ſi tantum offerat, quan-
tum alius dedit nam per talem in integrum reſtitu-
tionem reponitur minor in priſtinum ſtatum in quo
erat, dum offerendo prius id quod alius poſtea ob-
tulit rem poterat retinere, nunquam autem Text. in-
dicat poſſe minorem in re majorem vendita præla-
tionem petere, ut exponit gloſs in eadem l. in figura-
tione caſus, Curt. Sen. conſ 38. Soccin. Jun. conſ. 46.
n. 42. circa fin. lib. 4. Franc. Rocc. d. reſp. 99. n. 1.
& ſeqq. de Marin. d. cap. 116. nu. 27. d. allegat. 127. 19
num. 12. Capyc. Latr. d. conſult. 27. num. 34. verſ. 4.
Alex. Raud. deciſ. Piſan. 12. Giurba deciſ. 78. numer.
14. ubi tamen ait d. l. uti fundatam in affectione
non ſolùm ad caſum addictionis in diem, verùm
etiam ad alium quemcunque ubi eadem affectio-
nis viget ratio extendendam eſſe, prout etiam con-
cludunt Ripa de Peſte in ult. part. col. 1. fol. 15. Franch. 20
deciſ. 17. n. 19. qui notant, quòd minor reſtituitur,
ſi alienaſſet fundum exiſtentem in aëre Salubri.

QUÆSTIO XLVII.

An quando Princeps, vel Rex vendit Civita-
tem,

tem vel Villam unà cum Vaſſallis, detur ipſi Civitati, & Vaſſallis pro eodem pretio prælatio.

SUMMARIUM.

1 Socius invito Conſocio poteſt ſervum communem manumittere, & poteſt cogere conſocium ad vendendam partem ſuam.

2 Servus oblata pecunia poteſt etiam invito Domino ſemet ipſum redimere.

3 Servus pro ſuo delicto in ſatisfactionem noxa in ſolutum datus poteſt quæſita pecunia damnum actori reſarcire, & invito Domino manumitti.

4 Vaſſalli, qui à Principe alienantur, poſſunt oblato pretio antequam id Princeps faciat ſe liberare.

5 Vaſſalli, & Univerſitas prælationis jus habent, quando Princeps vult Civitatem ipſam Baroni vendere, vide tamen num. 13. & ſeqq.

6 Servus ſemel venditus non poteſt ſe redimere etiam cum propria pecunia invito emptore.

7 Dominus promittens libertatem ſervo id ſervare non cogitur, quamvis ab eo pretium receperit.

8 Dominus non cogitur ſervum manumittere etiam fiſco id petente.

Ampl. ut nec cogi poſſit etiam inſtante hærede ejus, qui mandavit pretio ſoluto ſervum manumitti.

9 Servus venalis expoſitus à Domino non præfertur pro eodem pretio alteri, qui eum emere vult.

10 Princeps poteſt res ſuas cuilibet ſibi beneviſo alienare.

11 Princeps poteſt Vaſſallos arbitrio ſuo alteri vendere.

12 Univerſitas, & Vaſſalli prælationis jus non habent, quando Princeps eos vult vendere alteri.

13 Diſtingue, nam aut Rex vult vendere Vaſſallos, qui erant ſub immediata ejus juriſdictione, inferiori, & tunc ſubditis competit prælatio, aut vult vendere æquali, & prælatio non datur.

Vaſſalli Baronus, vel Principis inferioris non habent de jure prælationem, quando Baro eos vult vendere alteri.

14 Filius qui fuit alienatus propter neceſſitatem à Patre, poteſt pretio ablato ſemet ipſum redimere.

15 Libertas ſumma eſt ſub Rege, & ſupremo Principe vivere.

16 Princeps eſt pater ſubditorum, eoſque uti filios affectione paterna exiſtimat.

17 Baronis ſub dominio exiſtere dura ſervitus reputatur.

18 Regum dominium non mutari ſummoperè Reipublicæ intereſt.

19 Vaſſallorum intereſt è Gubernio Regio non exire.

20 Principis onus eſt ſubditos ab omni damno, & injuria liberare.

21 Libertatis favore in dubio reſpondendum eſt.

22 Servus à Domino alienatus cum pacto ne manumittatur, adhuc tamen manumitti debet, ſi communis utilitas id exquirat.

23 Camillus de Curte in ſuo Diverſor. feudal. fol. 8. n. 39. rejicitur.

24 Princeps ſupremus Subditos invitos Baroni, & inferiori alienare non poteſt.

25 Limita, quando eos alienaret cum Curia, & Territorio, vel ob aliquam juſtam cauſam, & publicam neceſſitatem, aut ex cauſa remunerationis, vel quando alienaret utile, & retineret directum dominium.

26 Baro non poſt Vaſſallos invitos alienare.

27 Principis utilitati anteponendum eſt ſubditorum commodum.

29 Baronis Vaſſalli ſervis aſſimilantur.

30 Vaſſalli Baronis poſſunt prælationem petere, quando venduntur nomine Principis ſupremi Domini directi & ad ejus beneficium.

31 Contrarium tamquam verius defenditur.

Prælationis jus, quod habet Princeps ſupremus ratione directi dominii non poteſt peti ab alio ejus nomine nec alteri cedi.

32 Vaſſalli, qui venduntur à Rege Baroni ante venditionem requirendi, & citandi ſunt.

33 Et ſi Vaſſalli non fuerint requiſiti, & ignoraverint venditionem, admittuntur etiam poſt perfectam venditionem.

34 Declara id procedere, ſi in actu in quo emptor capiat poſſeſſionem, proteſtentur, & declarent ſe velle præferri, & non recognoſcant emptorem in Dominum, ſecus contra.

35 Sufficit tamen, quod aliqui non conſenſerint, licèt major pars conſenſerit.

36 Vaſſalli admittuntur ad prælationem petendam, etiam ipſa Univerſitate contradicente, & non ſolum major pars, ſed etiam minor, imò unus tantùm prævalere debet.

37 Dummodò particulares in ſe onus ſuſcipiant.

38 Univerſitates tam magnæ, quàm parvæ admittuntur ad hanc prælationem petendam.

39 Venditis duabus Terris, vel Civitatibus unico pretio, poteſt admitti una Terra, vel Civitas, licèt alia nolit, vel non redimatur.

Limita, quando ambæ Terræ erant tamquam ſub una Baronia.

40 Vaſſalli non præferuntur, quando Rex eos alienare vult in æqualem.

41 Vel quando Princeps eos venderet primogenito ſuo, vel alteri Agnato proximè ſucceſſuro.

42 Vaſſalli non præferuntur, quando Princeps inferiori, qui jam habebat juriſdictionem civilem vendit juriſdictionem criminalem.

43 Contrarium alii defendunt, ſed prima opinio verior probatur, ut num. 44.

45 Plus, & minus non variant ſubſtantiam.

46 Doctores Neapolit. de hac materia loquentes declarantur.

47 Univerſitate comparente, & prælationem petente, non poteſt fiſcus recipere majorem oblationem, & uti privilegio additionis in diem.

48 Contrarium tamen defenditur.

49 Univerſitates non habent privilegium addictionis in diem in venditione ſuarum rerum.

50 Univerſitas an præferatur, quando Princeps vult alteri Terram locare, ibi vide.

51 Clerici an teneantur concurrere ad Demanium à Civitate petitum, ibi vide.

52 Baro, qui primo emerat Terram, vel Civitatem, quæ pretio oblato fuit admiſſa ad Demanium, non præfertur, ſi iterum ob paupertatem, alteri Terra, vel Civitas ipſa vendatur, niſi conſtet de fraude.

53 Univerſitas præfertur, quando ob ejus debita vendatur, proprium feudum, vel prædium.

Contrarium, ſcilicet, quòd non præferatur, ſed quòd admittatur tantum ad ſolvendum debitum eſt verius.

PRo affirmativa urgere videntur plures leges: & primò Text. in l. 1. C. de commun. ſerv. manumiſſ. & in §. fin. Inſtit. de donat. ubi favore libertatis conſtitutum habemus, quòd ſocius ſervum communem 1
invitio conſocio poſſit manumittere, quodque uno ex ſociis libertatem ſervo imponere exoptante omnes alii ſocii eidem partes ſuas qualeſcunque ſint, vendere teneantur.

Secundò Text. in l. ſi ſervum 70. ubi gloſſ. verb. of- 2
ferat, in fin. & DD. ff. de acquir. vel ommit. hæredit. & in l. 2. C. ſi liber. ingen. eſſe dicat, ubi ſancitum eſt, quòd Dominus favore libertatis cogatur pati ſervum pretio ſoluto poſſe ſemetipſum redimere.

Tertiò Text. in § Dominus, ubi gloſſ. & Franc. de 3
Aretio Inſtit. de noxal. action. quo cavetur, quòd poſſit

ſervus pro delicto ſuo in ſatisfactionem noxæ inſolutum
datus, quæſita pecunia damnum actori reſarcire, & li-
bet effici, & ita invito Domino Prætoria auxilio manu-
mitti, ex quo Text. Joan. Faber. ibidem arguit, quòd
4 ad conſervandam libertatem, Vaſſalli, & Subditi, qui
à Principe alienantur poſſint oblato pretio, ante-
quam id Princeps faciat ſe libetare, quem ſequitur,
& laudat Didacus Perez *in l. 12. tit. 11. lib 4. ordin.*

Atque ex hac doctrina ita in præpoſita quæſtione
5 prælationem dantes Civitati, & Subditis concludunt
Iſern *de prohibit feud alienat. per Frederic. anno.* 45.
Covarr. *in cap. quamvis pactum 2. part. relect §. 1 ſub
num 4. vers, quod autem Rex circa fin.* ubi allegat Fe-
lin & Hoſtienſ. hoc tamen non dicentes Bobadill.
in ſua politic. lib. 2. cap. 16. *num.* 13. Ripolt. *var. cap.*
11. *num.* 34 Frece. *de ſubfeud. lib. 2. author. 2. nu.* 20.
Vincent. de Anna *alleg.* 17. *num.* 19. Camill de Curte
in ſuo diverſor feudal. fol. 6. *num.* 39. *& ſeqq* Rovir.
ad pragm Regni tit. de offic. Procurat. Cæſar. pragm. 63.
nu. 2. *& ſeqq & quæſt. forenſ.* 106. *&* 120 *per tot. tom.*
1. Larath. *in Theat. feudal. part.* 11. *delucid.* 28. *per tot.*
plene Carol. Tapia *de Jur. Regni Neapol. lib.* 6. *tit.*
de Demanio fol. mihi 8, *verſ. ſed hic non obſtantibus,
& ſeqq.* Otr. *de Paſc. cap* 30. *num.* 2. ubi ſatis doctè
plenè Seſſe *deciſ. Aragon* 26. *per tot* Sanfelic. *deciſ.* 107.
num. 2. *& pluribus ſeqq. & deciſ* 326. *num* 9. Anton.
Perez *ad tit* 4 *lib.* 10 *Cod. tit. de vendit. rer fiſcal. fol.
mihi* 731. ubi quòd Univerſitati competit prælatio,
quando Princeps vendit jus aliquod, cui ſit annexa
juriſdictio, Cutell. *deciſ.* 1. *n.* 13. *& ſeqq. & decis.* 10. *n.*
12. *tom.* 1.

Pro negativa tamen reſolvendum videtur, ex quo
6 videmus, quòd ſervus ſemel venditus non poteſt ſe
redimere, niſi ab initio hoc actum fuerit cum futu-
ro emptore, *l. ſi quis, §. ſi ab ignoto, ff. de manumiſſ.*
Imò fortiùs, & ſi Dominus promiſerit libertatem
7 ſervo, id ſervare non cogitur, quamvis ab eo pre-
tium receperit, *l cùm affirmes, C. de liberal. cauſ. l. ſi
liber Cod. de condict ob cauſ.* imò etiam fiſco peten-
8 te non cogitur Dominus pretio recepto ſervum ma-
numittere. *l. poſt legatum, §. ſi pater, verſ. ſi ſervum,
ff. de his, quib. ut indign.* & hærede inſtante cogi non
poteſt quis ſervum vendere, licèt Teſtatoris judicium,
& voluntas in ipſius ſervi libertatem dirigatur, *l.
deberi 6. cum gloſſ. C. de fideicommiſſ. libert.*

Et optimè reſpondit Marcell. *in l. Titius tertia, ff.*
9 *de obſeq. à libert. & libert. &c.* quòd ſi quis ſervum
vendi juſſit, & exoratus à ſervo antequam vendere-
tur pretio recepto illum à ſervitute liberavit, bene-
ficium in eum contulit, cùm manumittere eum non
teneretur, & non obſtante pretii oblatione potuiſſet
eum vendere, ut obſervat ibidem gloſſ. *ver. beneficium*;
unde arguitur ad evidentiam, quòd non præfertur
ob hanc cauſam extraneo emptori.

Unde ſi privatis hoc eſt tributum, qui non cogun-
tur ſervo libertatem dare, & iniquum reputatur iſtis
rerum ſuarum alienationem interdici, *l. 1. ff. ſi a pa-
rent. quis fuer. manumiſſ.* quantò magis hoc tribuen-
10 dum eſt Principi, cui res ſuas fortiùs, & longè magis
cuilibet ſibi beneviſo alienare eſt licitum? *Auth. ut
non fiant pignorationes, §. illud quoque proſpeximus,
Can. illud tertio diſtinct.* 95. & ſi ipſe poteſt juſtificare,
& damnare ſubditorum perſonas, ut in eis pœnas
11 leviet, vel augeat, *§ planè Inſtit. de Jur. natur. &c.*
& ſola ejus voluntas juſta cauſa reputatur, *l. Relega-
ti in fin. C. de pœn.* multò fortiùs ad nutum ſuæ vo-
luntatis poterit Subditos, & Vaſſallos in alienam
transferre juriſdictionem ſignanter ratione duce, vel
cauſa, ad Text. *in Can. convenior. cum ſeq. 23. qu.* 8.
imò ſi nemini conceſſum eſt pro eodem pretio
emptorem repellere, ipſique præferri, niſi id cavea-
tur expreſſè in lege, conſuetudine, aut ſtatuto. *l. du-
dum, & l ſuvitum, C. de contrahen. empt. l fin. §. ſed
neque, C. de Jur. emphyt.* quomodo Vaſſallis licitum

eſſe putamus contra Principis voluntatem emptorem 12
ab eodem electum pro eodem pretio excludere ſine
Iureſcripto hoc tribuente? Non immeritò igitur ta-
lem prælationem Subditis, atque Vaſſallis, negant
Loffred. *in cap. Imperialem, §. præterea, vers. nec
Dominus de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* ubi etiam
Camerar. *in fin.* Lancellot. Gallia *cons.* 46. *per tot. lib.*
1. Camill. de Curte *in diverſor. Jur. feudal. part.* 1.
num. 38. *fol. mihi* 8. *ac nu.* 47. *&* 74. plen. Maſtrill.
in conſ. unic. poſt primum tom. ſuarum decis. à num. 30.
uſque ad fin. ubi omnibus contrariis reſpondet, quem
ſequitur Berlich *concl* 29. *de jur protomiſ. num.* 45.
& quod Juris termini huic prælationi non aſſiſtant, ſed
tantum in Regno ex quadam conſuetudine fuerit
tolerata, notant Franc. *decis.* 27. *per tot.* de Luca *ad
eumdem num.* 1. *vers. è contra*, A Ponte *de poteſt. Pro-
reg. tit. de diverſis proviſionibus nu.* 15. *& ſeqq. fol. mi-
hi* 474. de Marin *quotid. lib. 2. cap.* 117. *numer.* 8. *&
ſeqq.* & in obſer ad Revertet. *decis.* 488. *nu.* 1. Revet-
ter. *decis.* 22. *per tot.* & ibidem pariter de Marin. *n.*
1. Camill. de Medic. *cons.* 164. *num.* 2. 3. *&* 13. Emi-
nentiſſ. de Luca *de Regal. diſc.* 148. *numer.* 32. *&* 33.
Capyc Latr. *decis.* 168. *nu.* 31. *ad* 38. *lib.* 2.

In tanta autem DD. contrarietate diſtinguendum
puto, Aut enim Rex vult vendere Principi inferiori,
aut Baroni Vaſſallos, & Civitatem, quæ immediatè
ſemper fuit ſub ejus dominio, & tantùm ipſum Re-
gem recognoſcebat, & tunc dicendum eſt Civitati 13
pro eodem pretio prælationem dari. Aut verò Ci-
vitas jam ſubdita Baroni, vel Principi inferiori ab
eodem Barone venditur, & tunc negatur talis præ-
latio, ita probat Anell. Salernitan. *in allegat.* 5. *poſt
ſuas decis. per totam ſignanter num.* 8. *& ſeqq.* Maſtrill.
dicto conſ. unic. num. 20. *& ſeqq. & num.* 49. *& ſeqq.
& in ſua allegat. impreſſ. poſt lib. 3. tract. de Magi-
ſtrat. cap.* 10. *num.* 35. *& ſeqq. & numer.* 47. *& ſeqq.*
Franc. *decis.* 17. *nu.* 2. *& per tot.* Revetter. *decis.* 488.
col. 2. vers. pro ratione, Nigr. *de laudem. tom. 2. qu.*
25. *num.* 9. *&* 10. *fol. mihi* 337. Capiblanc. *de Baron.
pragm.* 8. *part.* 3. *num* 250. *& ſeqq. tom.* 1. Seſſe *decis.
Aragon.* 36. *n.* 23. Roderic. Suarez *alleg.* 9. *n.* 6. Larrea
allegat. 45. *n.* 5. *& ſeqq.* Caſtill. *de tertiis c.* 17 *n.* 20. *vers.
an autem, & vers. ego ſane, fol. mihi* 138. & plenè An-
tunez *de donat. Reg. lib.* 1. *part* 2. *cap.* 4. *d. n.* 29. *ad*
34. *fol. mihi* 38. & ita in effectu loquuntur DD. qui
inter ſe contrarii videntur, nam illi relati pro affir-
mativa ferè omnes loquuntur de Vaſſallis ſub Rege
exiſtentibus ab eodem venditis, adducti verò pro
negativa loquuntur etiam ferè omnes de Vaſſallis ſub
ditione Baronis manentibus, & à Barone alienatis.

Concluſio ſic diſtincta ſequentibus rationibus pro-
batur; & primum caput diſtinctionis argumento præ- 14
ciſo Text. *in l. 2. C. de patrib. qui filios diſtraxer.* pro-
batur, cui conſonat locus ſacræ paginæ lib. Nehe-
miæ cap. 5. in quo clarè ſancitur, quòd ſi pater
propter nimiam neceſſitatem vendiderit filium, li-
ceat ipſi filio, qui alienatus eſt pretio ſublato ſemet-
ipſum redimere, & hoc admittitur favore priſtinæ
libertatis, dum filius de libero fuit effectus ſervus,
& ejus conditio fuit mutata, ut notat Franc. *dicta de-
cis* 17. *num* 15. Lancellot. Gall *cons.* 46. *numer.* 53.
& 54. Maſtril. *de Magiſtrat. dicto cap.* 10. *lib* 3. *num.*
51. *in allegat.* Si igitur hoc filio alienato per Patrem
poſt jam perfectam alienationem eſt licitum, multò
magis antequam ſequatur alienationis effectus pretio
oblato emptorem removere poterit, ut eſt abſolutum
apud omnes.

Iſta clara, & indubitata lege poſita idem potinus
reſpondendum eſt in Vaſſallis à Rege venditis; cùm 15
enim Vaſſalli, licèt ſubditi, liberi tamen protinus exi-
ſtant, ſumma enim libertas eſt ſub Rege, & ſupremo
Principe vivere, Iſern. *in §. præterea Ducatus nu.* 45.
de prohibit. feud. alienat per Frideric Lucas de Penna
in l. unic. num. 5. *in fin. Cod. de capit. cenſi eximen.*
lib.

lib. 11. Camill. de Medic. *conſ.* 164. *num.* 11. Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 361. Capyc. Latr. *dicta decis.* 168. *num.* 34. Salernit. *dicta allegat.* 5. *nu.* 8. & 23. dicente Claudiano lib. 3.

Fallitur egregio quiſquis ſub Principe credit
Servitium, nunquam libertas gratior extat,
Quam ſub Rege pio.

16 Quinimò Princeps ipſe ſibi Subditos vocat amicos, ut in *l. divi, ff. de jur. patron.* Cumque Supremus Princeps ſit Pater Subditorum, eoſque uti filios affectione paterna, & imitatione exiſtimet, juxta verba Text. *in l. ſi quis filium* 34. *vers. ſed nos, C. de inoffic. teſtam. l. fin. C. de debitor. Civit. lib.* 10 *§. oportet. Auth. de armis, cap. conquærente de reſtit. ſpoliat.* quibus congruit *locus elegantiſſimus Sancti Bernardini in moral. dicentis, Quid enim eſt Regnum quam magna familia? quid Rex, niſi plurimorum pater*, & Senec. *de clemen. cap.* 10.) Conſequens ideo eſt, quòd ſi neceſſitate ur-

17 gente Subditos, quos uti filios habet alienare velit Baroni, aut alteri inferiori, & de liberis eos ſervos efficere, cùm ſub ditione Baronis, & Inferioris Principis exiſtere dura ſit ſervitus, ut plenè probant Luc. de Penn. *in d. l. unic. num.* 5. & benè *num.* 8. & alii relati per Antunez, *de donat. Reg. dicta part.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Salernitan. *d. allegat.* 5. *per tot. & ſignanter n.* 5. *& ſeqq.* ubi plura congerit ferè à Luca de Penna excerpta, ipſis Vaſſallis conceſſum ſit à ſervitute iſta ſemetipſos redimere, ſeſeque in libertate conſervare idem pretium offerendo, quo pari modo neceſſitati Principis eorum Patris ſubvenitur, & Baronem, qui velit emere, repellere, ex notatis etiam per Maſtrill. *dicto cons. unic. num.* 39.

18 Quòd equidem politicæ, æquitati, & rigori Juris convenit, Politicæ quidem, quia Reipublicæ intereſt dominium Regum non mutari, Suarez. *dicta alleg.* 9. *num.* 6. Larrea *d. alleg.* 45. *num.* 8. quòd etiam. & Tacit. *lib.* 1. *annal.* Liv. Beroald. & cæteri Hiſtorici at-

19 que Politici affirmant; Sicuti etiam ſubjectorum omnium intereſt è gubernio Regio non exire, & Dominos non mutare, Innoc. *in cap. audiitis* 15. *col.* 2. *ſub num.* 2. *vers. & in hoc caſu ultimo de præſcript.* Luc. de Penn. *in dicta l. unic. num.* 4. *in fin.* Ripa *cons.* 179. *num.* 3. Caſtill. *de tertiis d. cap.* 17. *num.* 20. *verſ. rationes autem.*

20 Æquitati, quia non eſt æquum ſubditos in alterius Dominium transferri ut ſic de liberis fiant ſervi arbitrii libertate privati, & aliis oneribus, Collectis, Juramentis, gravaminibus, & oppreſſionibus mediante novo dominio Baronis, onerati à Principe, cujus partes eſſe debent, eos potiùs ab omni damno, & onere liberare; ut in *Auth. ut Judices ſine quoque ſuffragio in princip.* & plenè Luca de Penna *in l. unic. num.* 5. *ad* 9. Salernitan. *d. alleg.* 5. *ferè per tot.* Bobadilla *in politic. l.* 2. *cap.* 16. *num.* 12. *& ſeqq.*

Rigori Juris, quia ſi Jus permittit filio, qui à Patre urgente neceſſitate alienatur, ut ſe in ſua libertate conſervet, hoc quoque permittendum eſt ſubditis filiis Principis, qui à Principe eorum Patre alienantur, ut ſe in eorum libertate conſervent.

21 Et iſta opinio eſt tenenda, cùm etſi eſſemus in dubiis favore libertatis eſſet reſpondendum, *l. quoties* 21. *ff. de regul. Iur. l. Cum inter* 14. *C. de fideicomm. libert.* & optimus Text. *in l. Iunia* 24. *ff. de manumiſſ.*

22 Præſertim quia ſi in *l. ſi quis gravis* 3. *§. utrum autem, ff. ad S. C. Syllan.* ſtatuitur, quòd ſi ſervus à Domino alienetur cum hac lege, & pacto, ne manumittatur, & liber fiat, adhuc tamen ſi communis utilitas expoſtulet eum liberum evadere, poterit ſervus ad libertatem pacto non obſtante pervenire; Quantò magis Vaſſalli, & Subditi aliàs liberi ſub Rege exiſtentes poterunt à ſervitute ſe liberare, & in libertate ſe conſervare, quando in Baronem transferre eos vult Rex, & Princeps, dum non ſolùm lex non eſt in contrarium, ſed eis favet, & communis tam Reipublicæ, quàm ipſorum ſubditorum utilitas hoc exquirit?

His poſitis non eſt inſiſtendum in ponderatione, Camill. de Curte *in ſuo divers. feud. fol. mihi* 8. *nu.* 39. 23
quem ſequitur Maſtrill. *d. cons. unic. numer.* 49. & *Magiſtrat. in dict. alleg. poſt d. lib.* 3. *cap.* 10. *num* 37. *vers. & ideò melius fol. mihi* 406. dicentis, quòd ſubditis à Rege alienatis principaliter non competit Ius prælationis, quia nulla lege cavetur, ſed cautativè ex quo ſi ipſos invitos Rex alienare non poteſt, & poſſunt Regi dicere. Nos nolumus eſſe ſubjecti Baronis, vel alterius, ex Doctrina Gloſſ. *in l. invitus,* 24
C. de fideicomm libert. Hoſt. & Io: Andr. *in cap dilecti de major't. & obed.* Bald. *in cap.* 1. *§. in generali ſi de feud. fuerit contr.* Craver. *cons.* 241. *per tot.* Rol. *conſ.* 1. *num.* 34. *& ſeqq.* & plenè Lucas de Penna *in tota l. unic C. de Capit Civ cens. exim. lib.* 11. Burſatt. *cons.* 160 *per tot* Otet *de paſc. cap.* 30. *toto num.* 3. & 4. Maſtrill. *d. conſ unic. numer.* 3. *& ſeq.* Seſſe *decis.* 36. *per tot.* Paſchal *de patr. pot. part.* 1. *num* 24. *& ſeqq.* plenè Antunez *de donat Reg lib* 1. *part.* .. *cap.* 4. *num.* 6. *& ſeqq.* Ita etiam audiri debent offerendo Regi pretium, quod ab alio dari prætenditur.

Quoniam quòd in hoc caſu lex deficiat non eſt verum ex prædictis, & ſi ex hac ſola ratione poſſet ſubditis competere prælatio nunquam aut rarò practicaretur, quia regula ſupradicta, quòd ſcilicet in- 25
viti non poſſint ſubditi à Principe alienari, habet multas limitationes, & ſignanter talis facultas datur Regi, & Principi, quando vult vendere, & alienare Vaſſallos etiam invitos cum Territorio, Univerſitate, ſeu Curia, quando adeſt conſuetudo, quæ à DD generaliter adeſſe dicitur, quando alienantur ob aliquam juſtam cauſam, & publicam neceſſitatem, quando ex cauſa remunerationis fieret alienatio, & quando Princeps alienaret utile, & retineret directum Dominium, ut plenè probat Oddus *de prob bit alienat. quæſt.* 3. *art.* 4. *num.* 48. *ad* 85. Antunez *d. cap* 4. *à num.* 18. *ad* 28. Maſtrill. *de Magiſt. lib.* 3. *d. cap.* 10. *à num.* 39. *ad* 45. Caſtill. *de tert. cap.* 17. *ſub num.* 20. *à vers limitatur etiam communiter uſque ad verſic. non aliter, & qualiter*, Unde ut dicebam ferè impracticabilis eſſet concluſio, cùm aut nullus, aut rarò detur caſus alienationis ſine aliqua iſtarum limitationum, & tamen Caſtill ubi ſupra, tunc quæſtionem prælationis format, quando Vaſſalli venduntur inviti, & contradicentes, & Antunez ubi ſupra *num.* 32. prælationem dat ſubditis, quando Princeps publica neceſſitate urgente alienat, Imò ſi vera eſſet ponderatio, inutilis eſſet proviſio, ſi enim quando Rex vult alienare ſubditos, ipſi contradicerent, & de Jure ſtante tali contradictione Princeps non valeret ad talem alienationem pervenire, quænam neceſſitas urgeret ſubditos ad petendam hanc prælationem, dum certò ſcirent non poſſe alienari, & libertatem, quam habent nec poſſe amittere, nec augere? Imò ſi vera eſſet talis ratio poſſent etiam admitti ſubditi Baronis, & Principis inferioris, quando ab ipſo venduntur, ad talem prælationem, quod nos apertè negamus, quia licèt plenè Maſtrill. 26
de Magiſtrat. d. cap. 10. *num.* 35. *& multis ſeqq. & ferè per tot.* defenderit, Baronem poſſe Vaſſallos invitos de Jure alienare tamen multos pro contraria opinione retulit Caſtill *de cap.* 17. *nu.* 20 *verſ. quòd tamen*, ut dilucidè, & eam communem profitetur.

Non obſtat, quòd ſi iſta prælatio admitteretur Regis maximum reſultaret præjudicium, quia hoc non eſt verum; imò dico, quod maxima Regis, & Coronæ verſatur utilitas, nam intereſt Reipublicæ plures
habere Vaſſallos, & ne minuantur jura Regni, atque 27
Juriſdictionis, quas potius conſervare, quàm minuere Rex debet, ut benè reſpondet Antunez *d. cap.* 4. *n.* 12. Ultra quod anteponendum eſt commodum ſubditorum ipſi utilitati Principis, cujus ſuis non propria,

ſed ſubditorum utilitas eſſe debet, *Auth. ut Iudices*
ſine quoque ſuffragio in princ. l. unic. §. tantum penult. C.
de caduc. tollen.

Leges verò pro negativa opinione adductæ loquun-
tur de ſervo vendito, & non de libero, qui vult qua-
ſi redigi in ſervitutem.

28 Tam exagerata Principis poteſtas, & libertas res
ſuas alienandi procedit in bis, quæ poteſt ſine ſubdi-
torum detrimento transferre, ſecùs è contra, præſer-
tim quando ſervitus quædam ſubditorum inducere-
tur, ut reſpondet Iſern. *in d. cap. Imperialem, §. nec*
Dominus num. 45. circa fin. vers. nam Ius ſuum de pro-
hibit. feud. alienat. per Frideric.

Secundum verò caput diſtinctionis apertiſſimè ve-
rum probatur, quia quando Univerſitas, & Vaſſalli
erant ſubditi Baronis, jam in ſervitutem erant reda-
cti, Ideò ſi ab eo alteri vendantur, & alienantur ceſ-
ſat ratio conſervandi libertatem, quam jam non ba-
29 bebant, nec in majorem, propter hanc alienationem
rediguntur ſervitutem, nam novo Domino ea præſta-
re coacti erunt, quæ priori præſtabant, & contra
eos vigent Textus aperti qui ſervis negant poſſe li-
bertatem conſequi, minuſque permittunt eos coge-
re DD ad eos manumittendos, & leges, quæ pro
ipſis adducuntur non faciunt ad propoſitum, & ha-
bent ſuas congruas reſponſiones, quas ne referam,
videre poteris apud Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3. c. 10.*
à num 49. uſque ad 69. qui reſpondet l. 2. C. de patr.
qui fil. diſtr. §. Dominus Inſtit. de noxal. act. l. prima,
C. de comm. ſerv. manumiſſ. & omnibus DD. qui al-
legari poſſunt, *& nu.* 57. dicit Neapolitanos, qui ta-
lem opinionem defendunt loqui de uſu, & ſtylo co-
rum Tribunalium, quæ boc admittunt, ideò iſto
modo intelligas etiam Rovit. *ad pragm. Regni tit. de*
offic. proc. Cæſar. pragm. 63. num. 26. & ſeqq. & alios
DD. Neapolitanos, qui tenent contrarium.

Nec de Iure admittas, quòd prælatio iſta poteſt
30 competere ſubditis Baronis non ex Iure proprio, ſed
Jure Regio, & Principis, cùm quodammodò petant
prælationem ad beneficium Domini directi eorum
mediante pecunia, eaque obtenta dominium utile,
quod erat penes Baronem conſolidetur cum directo,
quod eſt penes Principem quod admiſerunt multi al-
legati per Rovit. *dicta pragmat. 63. nu. 27.* Maſtrill.
d. cons unic. num. 71. de Marin. *quotid. reſ. lib. 2. c.*
117. *num.* 8. *&* 9. Revert. *decis.* 488. *num. 1. in fin.*
plenè Capyc Latr. *decis. 374. num 64. & ſeqq.* quod
etiam videtur tenere Franc. Marc. *decis. Delphin.* 368.
num. 18. *in medio part.* 1. Tondut. *reſ. Civil.* 91. *n.* 13.
ubi dat remedium ſupplicandi Principem.

Quia, ut de Marinis ipſe fatetur, & notat etiam
Marſcian. *diſput. 63. num. 15. & 16.* hoc procedit ex
inveterata conſuetudine ita judicandi in Regno,
31 non autem de Jure Ius prælationis, quod Principi
directo Dominó competit, non poteſt experiri, ni-
ſi à ſolo Rege, & non ab alio ejus nomine, nec ex
Jure ceſſo, cùm nullo modo ſit ceſſibile, ut benè
conſiderat Camill. de Curte *in ſuo divers. fol. mibi 9.*
num. 50. & ſeqq. Maſtrill. *de Magiſtrat. d. lib. 3. cap.*
10. *num. 47. vers. item quod hujuſmodi*, Capyc. Latr.
decis. 168. num. 51. & dixi in quaſt. 10.

Primum verò caput diſtinctionis, quod ſcilicet
32 quando ſupremus Princeps vult vendere Vaſſallos,
ipſi præferantur, ampliatur, ut ideò ipſi ſint re-
quirendi, & citandi, ut tenuit Lucas de Penna *in*
d. l. unic num. 8. *C. de capit. Civ. cons. eximen. lib.*
33 11. & plenè Sanfelic. *decis. 326. per tot.* Propterea ſi
non ſint requiſiti, & ignoraverint ſe vendi, etiam
poſt perfectam venditionem admittuntur; ſecus ſi ſci-
verint, & fuerint requiſiti, & ſine ulla declaratio-
ne, aut proteſtatione paſſi fuerint ſe vendi, quia tunc
non admittuntur ampliùs, ex traditis per Carol. Ta-
piam *tom. 6. Jur. Regni tit. de demanio 9. col. 2. in fin.*
fol. mibi 87. Sanfelic. *d. decis. 326. num. 9. vers. 2. ci-*
mundi, & quidem Jure merito, quia hæc non eſt ve-
ra prælatio, ſed impropria, & potiùs oblatio, &
quaſi venditionis faciendæ impedimentum; ſubditi
enim, ut filius exponendo pecuniam reparando ne-
ceſſitati Principis impediunt effectum venditionis, &
ſi velimus dicere, quod ſit propriè prælatio, tunc
quamvis ſubditi fuerint venditi, adhuc tamen præ-
ferri poſſent, quia prælatio poſt venditionem factam,
& ſcientiam pactorum locum habet, ut dictum eſt
in quaſt. 24. num. 7. & ſeqq. & ideò dubitarem de
prædicta conclusione, quæ tantùm ut infra admit-
tenda eſt.

Notandum tamen eſt, quòd ſi ſubditi venditi an-
tequam novus Dominus capiat poſſeſſionem, vel in 34
actu ipſius captæ poſſeſſionis proteſtentur, & decla-
rent, ſe velle præferri, tunc tale Ius ipſis competit,
quòd ſi novum Dominum abſque tali proteſtatione
recipiant, & recognoſcant, quinimò etiam tali exi-
ſtente proteſtatione eum recipiant, tunc amplius ip-
ſis prælationis Jus non competit, & ita loquitur
Iſern. *in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus num.* 48.
vers. ſed ſtando de prohibit. feud. alienat. per Frideric.
Franc. *decis.* 17 *num.* 21. plenè Maſtrill. *de conſ. unic.*
num. 47. Lancellott. Gall. *conſ* 46. *num.* 56. Anna *al-*
legat. 50. *num.* 5. *& allegat. 69. numer.* 13. & plenè
etiam idem Maſtrill. *de Magiſt. lib 3. cap.* 10, *numer.*
68. Antunez *de donat. Reg. lib. 1. d. cap. 4. num.* 20.
& ſeqq. fol. mibi 36. tom. 1. ubi tamen advertit, quòd 35
etſi major pars conſenſerit, non per hoc præjudi-
cabitur aliis, qui non conſenſerunt quoad petendam
iſtam prælationem.

Amplia ſecundò, ut etiam ipſa Civitate vendita
contradicente, particulares ad hanc prælationem ad- 36
mittantur, & non ſolùm major pars, verùm etiam
minor, imò unus circa hoc prævaleat, cùm agatur
de conſervatione libertatis, plenè Anna *cons. 53. lib.*
1. Camill. de Curte *in divers. feud. num. 70. fol. mi-*
bi 10. Rovit. *ad d. pragm. 63. de offic. Procur. Cæſar. n.*
2. Novat. *quaſt. for. 110. per tot. part. 1. & de gra-*
vam. Vaſſall. part. 3. prælud. 6. n. 4. de Luca ad Franch.
decis. 17. num. 7. vers. minor. pars, ubi cum Camill. 37
de Curte, ubi ſupra notat, id verum eſſe ſi particu-
lares in ſe onus ſuſcipiant, ut debent boc caſu fa-
cere, & circa hoc vide plenè Galeot. *contr. for. lib.*
1. *fol. mibi 541. cum ſeqq.*

Amplia tertiò, ut competat hæc facultas tam ma- 38
gnis, quàm parvis Univerſitatibus, Novar. *ad pragm.*
Regni d. pragm. 63. de offic. Procur. Cæſar. num. 4.

Amplia quartò, ut venditis duabus Terris, vel 39
Civitatibus unico pretio poſſit uti Jure prælationis
una Terra etiam non facta reemptione alterius Ter-
ræ, niſi ambæ eſſent tanquam ſub una Baronia,
quia tunc ambæ Terræ ſunt reemendæ, ita Camill.
de Curte *in ſæpè repetito divers. feud. vers. licet autem*
veriſſima num 69. Franch. *decis. 17. in fin.* de Luca
ad eundem num. 6. de Marin. ad Reverter. *decis.* 274.
Novar. *ad pragm. Regni d. pragm. 63. n. 4. in fin. & n.* 5.

Limita tamen primò, quando Princeps alienaret
in partem, & æquè idoneum paratum tamen re-
cipere Vaſſallos ſub eiſdem conditionibus, quibus 40
manebant ſub primo Domino; tunc enim quia ceſ-
ſat eorum intereſſe, & ſub novo Principe priſtinum
libertatis ſtatum adhuc retinent, nec aliis gravami-
nibus ſubjiciuntur, ceſſant quoque omnia fundamen-
ta, quibus prælationem Vaſſallis dandam eſſe duxi-
mus, ex traditis per Marſill. *in l. §. cum quidam nu.*
4. & 5. ff. de quaſt. A Ponte *de pot. Proreg. tit. de*
demanio. §. 1. n. 2. & plenè Maſtrill. *de Magiſtrat. in al-*
legat. poſt d. c. 10. numer. 42.

Limit ſecundò, ut ceſſet prælatio, quando Princeps
venderet Primogenito ſuo, vel alteri Agnato proximo, 41
ſucceſſuro, Bammac. *in cap. beneficium à Vaſſallo nu.*
112. *& ſeqq. ſi de feud. de functi fuerit contr.* Novar. *d.*
pragmat. 63. n. 6. Sanfelic. *decis. 100. n. 30. & ſeqq.*

Limit.

42 Limit. tertiò, quando Princeps Baroni, aut alteri habenti Juriſdictionem Civilem venderet Juriſdictionem Criminalem, quia cùm reperiatur jam Civitas ſub Juriſdictione, & ditione Baronis, ceſſat ratio, & favor libertatis, in qua ſe fundare poteſt, ita Frecc. *de ſubfeud tit de Author. Baron. Author.* 2. *n.* 26. *verſ. ſi Dominus*, & aliis, quos allegat. Maſtrill. *in d. conſ. unic. num.* 16. ubi quòd iſta limitatio nullam patitur difficultatem, & faciunt adducta per Capyc. Latt. *decis.* 168. *numer.* 26. 27. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 107. *per totam.*

43 Contrarium tamen tenet plenè Carol. Tapia *Iuris Regni lib.* 6. *tit. de demanio fol. mihi* 88. *&* 89. ubi ita refert judicatum Capyc. Latt. *d. decis.* 168. *n.* 38. *& ſeq.* de Marin. *quotid. reſ. lib.* 2. *cap.* 117 *n.* 21. ubi ita contra Frecc. & alios teſtatur deciſum, de Luca ad Franch. *dicta decis.* 17. *num.* 4. ubi concordantes, & plenè Salernitan. *d. allegat.* 5. *per tot. ſignanter nu.* 11. ubi conſiderat etiam hoc caſu, quando ſcilicet venditur à Rege Juriſdictio Criminalis, vel ſecundarum Cauſarum ſatis apparere de intereſſe Vaſſallorum, & quàm deterior fiat eorum conditio, quia licèt ſint ſub Iuriſdictione Baronis in primis Cauſis adhuc tamen aderant ſub Regis protectione, ad quem caſum gravaminis poterant recurrere, & licèt eſſent ſub dominio Baronis, non tamen erant ſub ejus poteſtate in Criminalibus; Unde ut in iſta libertate ſe conſervent, ipſis dandam eſſe prælationem defendit, & ſecundùm ejus dicta judicatam teſtatur tam ipſe Salernitanus, quàm Addens ad eundem.

Concludendum tamen exiſtimo, quòd nulla com-
44 petat hoc caſu Vaſſallis de Iure prælatio; quia Princeps vendendo juriſdictionem Criminalem alteri, qui habebat Civilem, & Baroniam, non transfert in eum Vaſſallorum dominium, nec Vaſſallos jam alienatos denuò alienat, ſed tantùm Baroni, & emptori poteſtatem quamdam majorem illa, quam habebat, concedit, & vendit, ad Text. *in l. Imperium, ff. de juriſdict. omn. Judic.* Unde ſi Vaſſalli in qualibet venditione, & alienatione juriſdictionis, & poteſtatis, quam Princeps facit, in ſervitutem novam non rediguntur, ſed tantum eorum ſervituti, in qua jam ſunt, quid aliud accreſcit, non poteſt conſiderari ratio conſervationis totalis libertatis, quam jam amiſerant, ſed tantum incrementi eorum ſervitutis, quod
45 non mutat ſubſtantiam ipſius ſervitutis, *l. fin. ff. de fund. inſtruct. l. legato generaliter, ff. de legat.* 1. Ideò ceſſant prælatio, quæ eſt introducta in hoc caſu, ut Vaſſalli ſub Rege (& ſic in totali libertate exiſtentes) ſe conſervent in illa libertate, evitando ſervitutem in quam alias inciderent, ſi venderentur Baroni. vel inferiori exemplo *dicta l.* 2. *C. de patr. qui fil. diſtraxer.* non autem, ut jam exiſtentes in ſervitute incrementum ipſius evitare poſſint, & quamvis non negem etiam hoc caſu adeſſe ſubditorum præjudicium, attamen ſi in omni caſu, in quo illud adeſt, vellemus ipſis dare prælationem, actum eſſet de poteſtate Regis.

Neque curandum eſt de deciſionibus, atque DD. Neapolitanis in contrarium adductis, quia procedunt juxta ſtylum, & praxim Tribunalium Neapolis, in quibus ſicuti conceditur prælatio, quando venditur à
46 Barone Univerſitas, quæ jam in ſervitute exiſtebat contra Juris regulas, ita etiam multò fortiùs conceditur, quando Univerſitas aderat in ſervitute, quoad certas tantùm juriſdictiones, & in aliis aderat in libertate, ut conſiderat Tapia *ubi ſupra fol. mihi* 88. *verſic. ſed pro contraria*, imò incidentes quæſtiones in hac materia contra Juris regulas ex quadam æquitate in dictis Tribunalibus determinantur, Capyc. Latt. *in dicta decis.* 168 *num.* 24. *& ſeq.* non immeritò, quia in eodem Regno Barones & Principes inferiores, quaſi tyrannizant, ut perlegi apud Iſtirt. Salernitan. Novar, alioſque, & ſæpiùs audivi.

Quærendum tandem eſt an ſi fuerit vendita Terra à Rege, ſive ejus Fiſco, & poſtquam pretium. & contractus fuit cognitus comparuerit Univerſitas ipſius Terræ, & prælationem petierit, poſſit Fiſcus re- 47
cipere majorem oblationem, & uti privilegio addictionis in diem, de quo latè in *quæſt.* 64. *& ſeqq.* & primo aſpectu contra Fiſcum videtur reſpondendum ex duplici ratione; primò, quia non poteſt Fiſcus uti tali privilegio contra pariter privilegiatum, prout eſt Univerſitas, quæ utitur pariter Jure minoris prout Fiſcus; ſecundò, quia nova oblatio à Fiſco tunc demum admitti poteſt, quando id fit in præjudicium primi emptoris, non autem, quando fit in præjudicium prælationem intentantis, cujus Juri per primam venditionem ſemel quæſito nova oblatio amplius nocere non poteſt, ut judicatum referunt in ſpecie Rovit. *ad pragmat* 6. *de offic Procur. Cæſar. num.* 27. & plenè Arias de Meſa *var. lib.* 2. *cap.* 21. *a num.* 18. *uſque ad fin.* ubi contra Ganaver. deciſum teſtatur.

Ut autem verum fatear contraria Ganaver. *conſil.* 2. *num.* 73 *& pluribus ſeqq.* ſententia mihi verior 48
videtur, quia diverſus eſt caſus, quando contendunt emptor, & prælationem petens, illo augente pretium, hoc negante poſſe fieri auctionem, dum jam perfecta erat venditio, & Ius irrevocabile in prælationem petentem translatum, & auctio facta in fraudem, poſtquam contractus purè initus erat, & iſte quando ſcilicet emptor obtulit, Univerſitas petiit prælationem, & Fiſcus ex ſuo privilegio admittit novam oblationem, quo caſu nec oblatio poteſt dici admiſſa in fraudem, ſed ex privilegio, quo quis utendo nulli injuriam facit, nec contractus ab initio dicebatur purus, & perfectus, imò contrarium dicendo efficeremus emptore melioris conditionis prælationem petentem, & redderemus conditionem venditoris deteriorem, dum privaretur mediante prælatione ſuo privilegio contra ea, quæ latè notavimus in *quæſt.* 5. *per tot.*

Quod autem privilegium Univerſitatis ſit æquale eſt falſum, nam Fiſcus non habet hoc privilegium me- 49
diante reſtitutione in Integrum., ſed ex Iure directo, *l. ſi tempora, C. de fid Inſtrument. & Iar. baſt. Fiſcal. lib.* 10. quo privilegio non poteſt uti Univerſitas, *l. Lucius, §. fin. ff. ad municip l.* 1. *&* 2. *Cod. de vend. rebus Civit. lib.* 11. ubi gloſs & Doctores

An autem talis prælatio competat Univerſitatibus in 50
locatione, vide Matt. *deciſ. Piſan* 240. *per tot.* Novar. *ad dicta pragmat.* 63 *num* 3. ubi etiam quid in contractu ad gaudendum, Sanfelic. *deciſ.* 106. *num* 4. *&* 5. *& deciſ.* 107. *nu.* 5. de Luca ad Franch *deciſ.* 17. *num* 5. Marſcian *conſ.* 44. *num.* 12. *& ſeqq* qui omnes affirmant, ſed videnda ſunt, quæ dixi in *quæſt.* 16. *num.* 123. *& ſeqq.* Roſam *conſult.* 27. *num.* 8.

Et an teneantur Clerici concurrere ad Demanium
à Civitate petitum, videas Iul. Capon *diſc.* 10 . *per tot.* 51

Notandum eſt, quòd ſi Terra, quæ obtinuit præferri pecunias mutuò ſuſceperit, & poſtea ex paupertate non longo temporis intervallo, neceſſè ſit, quòd venditioni ſubjiciatur primo Baroni, qui emerat non 52
competit in hac ſecunda venditione prælatio, niſi poſſet conſtare de fraude, puta quia appareret non longo tempore rem illam permanſuram in poſſe Civitatis, vel Civitatem pro alio rem petiiſſet, ut notabiliter explicat Ioan. Baptiſtæ Thoro *in compend. deciſ. Neapol. part.* 3. *ſect.* 2. *verſ. prælatio, an competat ei, qui prius emerat Terram.*

Ultimò ſciendum eſt, quòd ſi vendantur bona Univerſitatis, vel feudum aliquod ipſius ob ejus debita, 53
poteſt ipſa debitum offerre, & ſe liberare, Thoro *in compend deciſ. Neapol. part.* 2. *verb. prælatio fol.* 495. qui tamen confundit hos terminos cum demanio. & prælatione, ſed minùs congruè, cùm termini ſint diverſiſſimi, ut dictum eſt in *quæſt.* 31. *numer.* 8. *& ſeqq.*

QUÆSTIO

Digitized by Google

QUÆSTIO XLVIII.

An illi ad cujus favorem quis cogitur vendere competat prælatio.

SUMMARIUM.

1 *Lex qua cogit aliquem ad vendendum non dat prælationem.*
Contrarium tamen probatur, num. 7. & ſeqq.
2 *Prælationis jus eſt longè minùs, quam jus cogendi aliquem ad vendendum.*
3 *Plus cui conceditur minùs etiam conceſſum intelligitur.*
4 *Mandatarius poteſt fundum emere minori pretio eo quod eſt expreſſum in mandato.*
5 *Pater dum poteſt vendere filium propter famem, fortiùs ob dictam cauſam poterit eum pignorare.*
6 *Socius poteſt in ſolo communi Eccleſiam ædificare alio invito cogendo alium ad ſibi vendendum ſuam partem.*
7 *Prælationis jus provenit ex ipſa cauſa coactionis, unde dicitur cauſatum ab ipſo jure cogendi, quod lex dat.*
8 *Fiſcus præfertur in emptione ſalis cuicumque extraneo.*
9 *Princeps præfertur in conductione navis, ſi ea indigeat pro publica militiæ, vel neceſſitate.*
10 *Princeps poteſt cogere privatos naves habentes ad ſibi eas locandum, cum omnibus Nautis, & ameʒis tempore publicæ neceſſitatis.*
11 *Statutum, vel lex concedent certis caſibus, jus cogendi aliquem ad vendendum, quod eſt plus, tacitè in iiſdem caſibus concedit jus prælationis in caſu voluntariæ venditionis, quod eſt minus.*
12 *Limita è contra.*
13 *Declara id procedere, ſi in caſu voluntariæ venditionis concurrant omnia requiſita, & eadem ratio, quæ concurrere debet in caſu coactivæ, ſecus contra.*
14 *Vendere quis cogitur Reipublicæ, & Civitati locum commodum pro erectione Furcarum, ſi eo propter commoditatem, vel neceſſitatem Civitas indigeat.*
15 *Vendere quis cogitur Civitati domum, vel fundum pro loco judicii, ſi dicta domu, vel fundum Civitas pro commoditate indigeat.*
16 *Ampl. 1. ut vendere quis cogatur pro ædificii publici conſtructione tam in Urbe, quàm in Villis.*
17 *Ampl. 2. etiam pro faciendis foſſatis pro tuitione Civitatis.*
18 *Ampl. 3. etiam pro amplianda, & commoda reddenda via publica, etſi ampliatio fiat ex ſola Populi recreatione.*
19 *Ampl. 4. etiam pro via publica conſtruenda, dummodo coacto ſolvatur juſtum rei pretium.*
20 *Niſi Princeps velit tranſire per fundum fundatarii, quia tunc poteſt cogere eum ad ſibi dandam viam nullo refuſo pretio, & num. 21.*
22 *Ampl. 5. ut poſſit quis cogi ad vendendum pro Scholarium, & Studiorum ampliatione, vel conſtructione.*
23 *Ampl. 6. etiam pro ampliando Palatio Principis.*
24 *Ampl. 7. etiam pro ampliatione mœnium, & turrium Civitatis.*
25 *Ampl. 8. etiam pro carcere conſtruendo.*
26 Text. Sac. Paginæ lib. 3. Regum cap. 21. *declaratur, & num. 27.*
28 Locus Svetonii in Cæſarem Auguſtum cap. 56. *declaratur, & num. 29.*
30 *Ampl. 9. ut pauper habens in Civitate decora Palatium everſum, & dirutum, non habens modum illud reſtaurandi, cogatur illud vendere reſtaurare volenti.*
31 *Limita ſi ipſe idem illud velit reficere.*
32 Barboſ. in l. invitum num. 17. C. de contrahen. emption. *rejicitur.*
34 *Ampl. 10. ut quis cogatur rem ſuam vendere ſi illa ad communem, & publicam utilitatem neceſſaria ſit.*
35 *Ampl. 11. ut Domini Lacunæ, & loci Paluſtris cogi poſſint ad vendendum dicta loca illis, qui ea volunt exiccare, & ad culturam redigere, & n. 36.*
37 *Agros paluſtres Dominis negligentibus illos colere quilibet occupare poteſt, & colere.*
Et ſi poſt biennium antiquus Dominus expenſis, & meliorationibus reſtitutis, occupantem non ejecerit, & agrum coluerit, occupans verus Dominus remaneat, etiam mala fide concurrente, ut n. 38.
39 *Antequam tamen quis occupet citare tenetur omnes illos, quorum putat intereſſe, ut compareant intra ſex menſes ad contradicendum.*
Text. in l. qui agros, Cod. de omn. agr. deſert. lib. 11. *declaratur.*
40 *Cives poſſunt cogi ad colendum agros, plantandum vineas, ſimilia facienda, adhoc ut ipſa Civitas victualibus abundet.*
42 *Vicinus poteſt cogi ab altero vicino ad vendendum ſibi locum commodum pro via, ſi ad colendum, & aquandum proprium fundum non poteſt per aliam viam accedere.*
43 *Declara ſi alibi vicinus non habeat viam, ſecus ſi per alium locum poſſit tranſire licèt ſit prolixior, & remotior, & num. 44. & 46.*
45 *Venditor non cogitur etiam pretio oblato vendere viam nec partem, quam non vendidit, etiamſi alibi non pateat emptori acceſſus, ſed ibi vide.*
48 *Vendere quis cogitur Monaſterio, vel Canonicis domum ſuam, quam habet propè Monaſterium, ſi in ea exerceat officia mechanica, quorum rumore Divina Officia perturbet.*
Limita ſi velit ad laborandum alibi accedere.
49 *Ampl. ut tales ſtrepitoſas artes exercentes propè domum Doctoris, vel Officialis publici, & propè Scholas cogi poſſint ad vendendum, & nu. 50.*
51 *Vendere cogitur ſocius partem ſuam, quando alter ſocius totam rem communem favore piæ cauſæ, & Religionis legavit, & num. 52.*
53 *Ampl. ut ſocius cogatur vendere partem ſuam favore libertatis, quando ſcilicet alter ſocius vult manumittere ſervum communem.*
45 *Sub ampl. etiamſi Fiſcus ſit ſocius.*
55 *Et etiamſi plures ſint ſocii, & unum tantum manumittat, vel manumittere poſtulavit.*
56 *Ampl. quando ſocius mandavit Eccleſiam conſtrui in ſolo communi, quia tunc alter ſocius invitus cogitur vendere partem ſuam.*
57 *Vendere cogitur vicinus quando Teſtator mandavit Eccleſiam conſtrui in loco ſuo, ſi locus ille non eſt ſufficiens, & num. 58.*
59 *Vendere cogitur Procurator conſtitutus ab alio ad emendum totum fundum Titianum, ſi ipſe acceptet mandatum, & habeat in dicto fundo partem.*
60 *Declara ſi mandatum non ſit de toto, & integro fundo emende, ſed tantum de emenda parte aliorum, & num. 61.*
62 *Vendere quis cogitur favore libertatis, imò ſi emit pati tenetur etiam invitus redemptionem.*
63 *Vendere cogetur Dominus ſervum Maurum, ſi eo opus ſit, ut Chriſtianus captus à Mauris libertatem conſequi poſſit.*
65 *Vendere ſervum quis non cogitur etiam Fiſco, & herede inſtante.*
Declara tamen, ut in num. 66.
67 *Vendere cogitur ſervum is qui eum ſeveriter, & cum duritie tractat, ac parcè alimenta illi præſtat.*
68 *Amplia ad malè utentes rebus ſuis, & de evitandas rixas continuas, & ſcandala inter cohærentes.*
69 *Et hoc caſu minorem partem habent cogi poteſt ad vendendum partem ſuam, dummodo tamen ſpecificè conſtet de cauſa tumultuandi, & rixandi, ut n. 70.*
71 *Contrarium ſcilicet, quod re ſua inanimata abutens poſſit*

poſſit cogi à Principe, non autem à privato ad vendendum probatur.

72 Text. in §. fin. inſtitut. de his, quæ ſunt ſui, vel alien. jur. *explicatur.*

73 *Servus naturali jure principia libertatis retinet.*

74 *Servum injuria afficiens apud Athenienſes, & Saracenos atrocius puniebatur.*

75 *Vendere cogitur malè utens re ſua, quando abuſus primariò præjudicat Privato, ſecundariò autem Reipublicæ, & num. 76.*

77 *Vendere cogitur poſſidens modicam rem, juxta confinia habentium magnam poſſeſſionem, ſi inde commodum Civitatis accedat.*

78 *Vicinus præfertur in emptione, quando alter vicinus rixoſus, & ſcandaloſus vult vendere alteri pariter, rixoſo, & ſcandaloſo viro.*

79 *Vendere coguntur debitores publici, qui multis obnexii uſuris maximam bonorum partem alienarunt alicui viro idoneo, aliam minorem partem eidem viro.*

80 *Vendens pro ſolvendo ære alieno partem rei ſuæ Civitati cogitur juſto pretio reliquum dictæ Civitati vendere, contrarium tamen probatur.*

81 *Emens partem patrimonii à debitore Civitatis poteſt cogi ab eadem Civitate ad emendum reſiduum dicti patrimonii ad effectum, ut Civitas ſatisfiat, & num. 82. & 83.*

84 *Limita quando reſiduum patrimonii debitoris publici non eſt ſufficiens ad totum debitum ſolvendum.*

85 *Contrarium ſcilicet, quod is qui emit partem patrimonii à debitore publico non poſſit cogi ad emendum reſiduum verius probatur.*

Text. in l. fin. Cod. debitor. Civit. lib. 11. *declaratur.*

86 *Fiſcus ſi ſolitus ſit ſubditis ſuis pecunias ſub uſuris credere, ex quo magnam ærarium percipiat utilitatem, ſi unus ex debitoribus prædictis dilapidet poteſt cogere eumdem ad reſiduum rerum ſuarum vendendum idoneo viro, qui etiam cogi poterit ad ſibi accollandum pro currenti quantitate pretii dictum debitum cum uſuris.*

87 *Vendere quis cogitur ſi concurrat utilitas publica, vel aliqua ratio, & cauſa rationabilis, & juſta, ſive publica, ſive privata, imo etiam ſola æquitas ſufficit.*

Et proinde Doctoribus, vel Scholaribus quis cogitur vendere domum propriam, contrarium num. 90.

89 *Contrarium ſcilicet, quod ſola utilitas Privati, vel æquitas non ſufficiat, ad quem cogendum ad vendendum tamquam verius defenditur.*

91 *Vendere cogitur Civitati, aut Baroni ſervitutem appodiationis in Ripa proprio fluminis, alter Baro, vel Civitas, ſi alter velit facere Ferrerias, molendina, cartierias, & ſimilia, ibi vide.*

92 *Vendere quis cogitur rem ſibi inutilem ſi alteri ſit utilis, declara tamen ut ibidem.*

93 Text. in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de religioſ. & ſumpt. funerum explicatur, *& num. ſeqq.*

Vendere quis cogitur rem ſuam pro Eccleſia ædificanda, vel ampliando.

94 *Eccleſia tamen, quæ vult cogere non habet actionem, ſed tenetur implorare officium Judicis, quod impertiri debet juxta terminos ipſius præciſæ neceſſitatis.*

Et conſiderandum eſt, damnum vicini ſit magnum, & notabile, nec ne.

96 *Ampl. ut tale privilegium habeat locum tam pro ædificanda Eccleſia, quam pro ædificando Monaſterio, atrio ſeu Cappella, & habitatione Religioſorum, ſeu Clericorum ipſi Eccleſiæ inſervientium.*

97 *Ampl. 2. etiam pro reædificatione, & pro dormitorii extenſione.*

98 *Ampl. 3. ut non ſit neceſſaria præciſa neceſſitas, ſed ſufficiat utilitas, vel majus decus Eccleſiæ.*

99 *Ampl. 4. ut Eccleſia poſſit cogere ad dd. effectus vicinos ad vendendum ſervitutem altius non tollendi etiam via publica intermedia.*

Ampl. 5. ut ex eadem ratione poſſit cogere vicinos ad vendendum ſervitutem non proſpiciendi, & obturandi feneſtras.

100 *Ampl. 6. ut Eccleſia poſſit cogere vicinum ad vendendum pro ampliatione, quamvis inter domum vicinam, & Eccleſiam adſit via publica.*

101 *Declara id procedere, quando illa domus vicina deſerviret pro ampliatione atrii, vel plateæ ante Eccleſiam, vel Palatium Epiſcopale pro majori ornatu.*

102 *Et quando non adeſſent alia domus vicinæ, quibus commodius poſſet Eccleſia uti, ſecus contra.*

103 *Ampl. 7. etiam pro ædificando, vel ampliando hoſpitio Religioſorum, & pro ampliatione viridarii Monaſterii, vel pro viridarii clauſura, & n. 104.*

105 *Ampl. 8. etiam pro ampliatione Capellæ, & Oratorii, aut ejuſdem ædificio.*

106 *Ampl. 9. ut pro dictis effectibus non ſolùm poſſit Privatus, cogi ad vendendum totam rem, ſed etiam illius partem, ſi tantum pars neceſſaria ſit.*

Sed hoc caſu ultra juſtum pretium illius partis ſolvi etiam debet ab Eccleſia damnum, quod coacto infertur.

107 *Ampl. 10. ut pro dictis effectibus poſſit cogi ad vendendum habens rem fideicommiſſo ſubjectam, imò expreſſè alienari prohibitam etiam ob hanc cauſam.*

108 *Limita ſi Palatium ſit antiquiſſimum, & inſigne per quod familiæ ſplendor conſervetur.*

109 *Ampl. 11. etiam inter duas Eccleſias quarum una cogitur vendere alteri, & quomodo hoc procedat, vide uſque ad num. 124.*

124 *Ampl. 12. quamvis privatus vellet in domo, quam Eccleſia vult retrahere pro ſua ampliatione, ædificare pro ornatu Urbis.*

QUæſtio iſta eſt difficillima, cùm nemo ex multis Doctoribus, quos perlegi eam pertractet, neque ex antiquis legum, aut Doctorum oraculis aliquid deprehendere ad materiam ſpectans ſit permiſſum, unde primò aſpectu negativè videtur reſpondendum, cùm ut toties in tractatu eſt dictum nulla competat prælatio, ſi ſpeciali lege, id non ſit cautum.

Neque lex, quæ cogit aliquem alterius favore ad vendendum prælationem dare, unquam affirmare fas
eſt, aliud enim eſt prælationem habere, alius verò 1
poſſe, quem cogere ad vendendum, ut dixi in *qu. 1. num. 9. & ſeqq.*

Contrarium tamen eſt verius, & pro intelligentia prius ſciendum eſt, quòd plus alicui lex concedit ſi facultatem aliquem cogendi ad vendendum, ipſi im- 2
pertiatur, quàm ſi prælationis Ius ipſi tribuat, fortiùs enim, & durius eſt, quem poſſe cogere ad vendendum, minùs autem, & non tam exoſum, quem præferri dato, quòd Dominus velit vendere, ut benè probat Franc. *deciſ.* 117. *num.* 9 Capyc. Latr. *deciſ.* 168. *num.* 58. *ad* 60. & plenè dictum eſt in *d. q.* 1.

Si igitur lex alicui concedit in aliquibus circumſtantiis poſſe, quem cogere ad vendendum, quod eſt plus, debemus etiam dicere, quod iiſdem exi-
ſtentibus circumſtantiis concedat eidem prælationis 3
Ius, quod eſt minus, *Cap. cui licet* 51. *de regul. jur. in* 6. *l. non debet* 21. *ff. eodem*, & notabilis Text. *in*
cap. ex parte 17. *de decim.* Unde eſt, quòd ſi quis man- 4
daverit fundum emi centum poteſt Mandatarius emere minori pretio ſi inveniat, *§. Is qui exequitur inſtitut. mandat.* & dum Patri permiſſum eſt à lege propter famem vendere filium, *l.* 2. *Cod. de Patri, qui fil. diſtrax.* fortius permiſſum eſt eum ob dictam cau-
ſam pignorare, quòd eſt minus, ut concludunt Gloſſ. 5
Bald.

Bald. & Salicet. *in dicta l.* 2. & Cagnol. *in dicta l. non debet num.* 4. *in fin. ff. de regul. Iur.*

Probo ulterius aſſumptum ex doctrina Franc. Rocc.
6 *In not. ab* 56. *de Societat.* ubi dicit ex Bald. & Rip. quòd ſicuti favore Religionis poteſt quis compelli ad vendendum pro Eccleſia conſtruenda, vel amplianda, quod eſt fortiùs; Ita etiam poterit ſocius in ſolo communi Eccleſiam ædificare alio invito, quod eſt minus.

7 Evidenter probatur concluſio ex his, quæ ponderat Camil. de Curte *in ſuo diverſ. feud. fol. mihi* 8 *nu.* 39. quem ſequitur Maſtril. *conſil. unic. numer.* 49. *poſt primum tom.* Suar. *decis. & de Magiſtrat. in alleg. poſt lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 37. *verſic. & ideò melius fol. mihi* 406. qui defendunt, quòd licèt alicui non competat Ius prælationis principaliter, ex quo nulla lege id caveatur expreſsè, poteſt tamen idem Ius ipſi competere cauſativè, afferendo exemplum Vaſſallorum, qui dum inviti à Principe alienari nequeunt, & poſſunt Principi dicere nos nolumus eſſe ſubjecti Baroni, ita etiam cauſativè illis competat prælatio, quoties Princeps eos vult vendere, quòd licèt non admiſerim in *quaſt.* 47. *§. his poſitis*, tamen quo ad iſtam prælationem cauſativam admittendum cenſeo; Unde in ſimili, ſicuti quis poteſt cogere aliquem certò caſu ad vendendum, ita etiam poteſt obtinere Ius prælationis ex cauſa ipſius coactionis, quæ eſt multò potentior prælatione.

8 Clariùs ex notatis per Afflict. *in cap.* 1. *§. Argentaria numer.* 3. *quæ ſint regalia fol. mihi* 356. qui ait, quòd ex quo Rex poteſt cogere facientes ſaltem in ſalinis propriis ipſum ſalem vendere fiſco, ex hoc fiſcus habeat prærogativam prælationem petendi in emptione dicti ſalis.

Hinc eſt, quòd Reſpublica, Princeps, & Rex
9 prælationis Ius habent in conductione navis, ſi urgeat publica utilitas, vel neceſſitas, ut ſingulariter concludit Franc. Rocc. *de Navibus notab.* 49. *n.* 130. *& ſeq.* ex ſolo motivo *leg.* 2. *C. de Navib. non excuſan. lib.* 11. quæ tamen prælationem non dat, ſed tantum urgente publica utilitate, aut neceſſitate facul-
10 tatem dat Principi privatis Naves habentes cogendi ad ſibi eas locandum cum omnibus nautis, & annexis, & ab eis invitis illas auferendi, ut etiam notant Lucas de Penna *ibi num.* 6. & Anton. Perez. *n.* 9. unde iſta facultas cogendi cauſa eſt in hoc caſu prælationis.

Et in ſpecie videatur Covar. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.*
11 14. *nu.* 6. *in princip. & ſignanter verſic. Tertio mihi probatiſſimum*, ubi defendit, quòd Civitati competat de tempore publicæ neceſſitatis prælatio in emptione frumenti, & Annonæ, non ex aliqua ſpeciali lege, quæ id caveat, ſed tantùm ex evidenti ratione, quia ſicuti Civitas tempore neceſſitatis poteſt cogere Iudicis officio privatos ad vendendum frumentum; Ita etiam ſi in venditione ipſius frumenti præferri petat, eſt audienda, ut dixi in *quaſt.* 49. *nu.* 7. *& ſeqq.* necnon Gratian. *diſcept.* 546. *num.* 15. Rot. *decis.* 793. *n.* 3. *part.* 2. *decis.* 175. *num.* 17. *& per tot. part.* 4. *tom.* 1. *ac decis.* 538. *num.* 44. *& ſeqq. part.* 13. *recent.* ex quibus habetur punctualiter, quòd ex majoritate rationis ab eadem lege, & ſtatuto dante Ius coactionis, tacitè conceditur Ius prælationis, ut etiam latè dictum eſt in *quaſt.* 33. *num.* 48. *& ſeqq.*

Non obſtat igitur, quòd lex, quæ dat coactionem non tribuat prælationem multo differentem ab ipſa coactione, licèt enim expreſsè lex prælationem non tribuat, cauſativè tamen, & tacitè eam permittit, nam ſi coactionem dat, ipſa coactio eſt cauſa ipſius prælationis, unde valet argumentum lex dat in certo caſu alicujus favore facultatem cogendi aliquem ad ſibi vendendum, ergo ex cauſa ipſius coactionis, quæ eſt multò fortior prælatione, talem facultatem habens poteſt prælationem habere in emptione, ſi
vult, non tamen è contra, nam ſi lex alicujus fa- 12
vore concedit prælationem, quòd eſt minus, non debemus dicere, quod eidem tribuat coactionis, Ius, quòd eſt majus, ut admonet, Text. *in, Clement. non poteſt* 2. *de Procur.* & dictum eſt *quaſt.* 1.

Sed iſta intelligenda ſunt, quando tam in ipſa coactione, quàm in ipſa prælatione, eadem verſatur ratio, & concurrunt requiſita, ſi autem ratio ſit di- 13
verſa, vel non adſint eædem circumſtantiæ, tunc ſicuti non valet argumentum, quòd cui à lege majus conceditur, minus etiam concedatur, ut latè Decius *in d. l. non debet*, ubi plenè Cagnol. *num.* 13. ita etiam, negatur prælatio, ut in puncto probat Gratian. *d. diſc.* 546. *num.* 16. Rot. *dict. decis.* 783. *num.* 3. *& deciſ.* 175. *num.* 17. *& ſeqq.* & alii quos refero in *d. quaſt.* 1.

Dicendum igitur eſt primò, quòd ſicuti pro ere-
ctione furcarum cogitur quis Principi, vel Reipubli- 14
cæ, aut Civitati vendere partem fundi, vel territorii ſui, quæ ad iſtum effectum ſufficiat, quando Civitas non habet pro hoc locum aptum, vel habet incommodum, *arg. l. ſi quis ex fundo, cum l. ſeq. §. fin. ff. quemad. ſervit. amit.* & plenè Ioan. Andr. in Addit. ad Specul. *in rubric. de execut. ſententia, verſ. vidi dubitari, uſque ad finem*, ubi hoc extendit etiam
pro loco Iudicii qui in Civitate deficiat, vel nimis 15
incommodus ſit, & tenet, quod habens locum commodum poſſit ad vendendum compelli, ſequitur Felin. *in cap.* 1. *num.* 2. *verſ. ſimile de Iudæis*, Alex. *in l.* 1. *num.* 45. *ff ſolut. Matrim.* Ferron. *in ſuis coment. lib.* 8. *de feud. §.* 10. *col.* 2. *verſ. ſic propter*, Carpan. *ad ſtatut. Mediol. part.* 2. *cap.* 433. *num.* 85. *& ſeqq.*
nec non pro ædificii publici conſtructione, ad Text. 16
in l. præſcriptio, & l. omnes, C. de oper. publ. Giurba, *deciſ.* 86. *num.* 4. Ripolt. *de regal. cap.* 46. *nu.* 46. ubi id extendit ad omnia publica ædificia tam in Urbe, quàm in Villis, puta pro horreo, & ſimili-
bus, nec non pro faciendis foſſatis pro tuitione ip- 17
ſius Civitatis, Bald. *in l.* 2. *Cod. quibus ex cauſis ſervi, &c.* Roland. *conſil.* 71. *nu.* 6. *lib.* 3. & pro am-
plianda, & commoda reddenda via publica, Barboſ. 18
in l. Invitum num. 6. *C. de contrahend. empt.* Rubeus *ſingul.* Rot. Roman. *part.* 5. *ad l. ſi quis Sepulchrum n.* 9. *fol. mihi* 571. & eſt Text. *in l. ædificia* 13. *C. de operibus publ.* ubi deſtrui mandantur ædificia per quæ Platearum ſpatia anguſtentur, vel Porticibus latitudo minuatur, idque procedit etiam ſi via publica am-
plietur ex ſola populi recreatione, Thoro in Addit. 19
ad De Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 4. *in princip. num.* 66. Andreol. *controv.* 290. *num.* 5. Carena *reſolut.* 2. *n.* 12. ubi concordantes, nec non pro via publica conſtruenda, ex *l. ſi locus* 14. *§. cum via publica, ff. quemad. ſervit. amit.* Barboſ. *in dicta l. invitum numer.* 19. Natta *conſ.* 641. *num.* 7. *& ſeqq.* Covar. *var. lib.* 3. *c.* 14. *num.* 8. *in princ.* Boer. *decis.* 321. *num.* 9. Barz. *decis. Bonon.* 56. *num.* 14. *& ſeq.* Cabed. *decis. Luſit.* 105. *num.* 7. *part.* 1. Gizzarel. *decis. Neapol.* 27. *num.* 1. *in fin. & 2.* ubi latè Adden. qui omnes id intel-
ligunt juſto pretio ſoluto, præcipuè ſi Rex velit per 20
illam viam tranſire, & is, qui eam præſtare tenetur ſit feudatarius, quo caſu neque Rex pretium ſolvere tenetur, ut latè probat Larat. *in Theatr. feud. part.* 10. *Dilucid.* 72. *cauſ.* 64. *per tot.* ad quem recurrendum eſt.

Ita etiam ſi quis locum illum vendere voluerit, 21
& Civitas prælationem petierit eſt præferenda pro dictis effectibus.

Dicendum ſecundò, quòd eodem modo, quo quis
poteſt cogi ad vendendum pro ſcholarum, & ſtudio- 22
rum ampliatione, vel conſtructione, Gulielm. de Cun. *in l. decernimus, C. de Epiſcop. & Cleric.* Cepol. *de Servit. Urb. præd. in ult. rubr. tit. de Sepulchr. nu.* 5. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 7. *num.* 50. *verſ. unde infertur, ff. ſolut. Matrim.* Coſta *remed. ſubſid.* 76. *num.* 9. *fol. mihi*
226.

226. Franc. Marc. *deciſ. D lſ.* 534. *num* 5. *part.* 1.
Gizzatel. *d. deciſ.* 37. *numer.* 3. & 5. ubi Joſeph.
Mele *in addit. num.* 33. Andreol. *contr.* 290. *num* 3.
& 4. Carena *reſol.* 2. *n.* 12.
Et pro ampliando Palatio Principis, ad Text. *in l. ſi*
23 *quando, C. de oper. public.* Conſtant. *in l. unic. numer.*
40. *C. de Palat. & Domibus Domin. lib.* 11. *fol. mihi*
243. Nicol. *in §. final. numer.* 19. *verſic.* 4. *general.*
fol. mihi 292. *Inſtit. de empt. & vendit.* Carena *dicta*
reſol. 2. *numer.* 50. plene Joſeph Melle *in addit. ad*
d. deciſ. 37. Gizzatel. *numer.* 16. *ubi num.* 17. *& ſeqq.*
24 id extendit etiam pro ampliatione mœnium Civitatis,
& Turrium, ad Text. *in l. Turres* 17. *C. de operibus*
public. & pro Carcere conſtruendo, & notat quòd ſi
capta fuerit Domus pro dictis effectibus, & coactè
25 vendita, reſtituenda ſit, ſi effectus non fuerit ſequutus.
Et quamvis habeamus exempla in contrarium tam
in Sacr. Pagina lib. 3. Regum cap. 21. ubi Achab Rex
26 non potuit de Jure cogere Naboth ad Vineam ſibi vi-
cinam vendendum pro propria amplianda quam apud
Sveton. in vita Cæſar. Auguſt. cap. 56. ubi legimus
quòd ille Imperator cum forum ædificaturus eſſet illud
fecit anguſtius ne vicinos invitos ſibi ad vendendum
compelleret.
Tamen non puto recedendum à ſupradicta opinio-
27 ne; Nam Text. in Sacr. Pagin. non loquitur de caſu
in quo Princeps Palatium ſuum ampliare velit, quod
eſt opus publicum, & ad publicam, communemque
Civitatis, & Regni utilitatem, Majeſtatem, & deco-
rem ſpectat; Ultra quod intelligendus eſt de Principe
qui Jure privato vellet uti ad dictam coactionem, ſe-
cus ſi vellet uti Jure Regio, ut tradit Rendel *de Iur. Pro-*
tomiſ. §. eſt autem, ante fin. fol. mihi 354. & dixi in
quæſt. 11. *n.* 16 *& ſeqq.*
Exemplum autem Cæſaris adduci poteſt, ut cæteri
Principes, qui volunt benevolentiam Subditorum ex-
28 citare, non ſemper utantur poteſtate ipſis tributa,
præſertim in odioſis, non autem ut reſtringamus po-
teſtatem Principis ad facere volentis. Ideoque Beroald.
comment. in Sveton. loco citato, miram Principis mo-
deſtiam illam Auguſti fuiſſe profitetur.
Eodem protinus modo ſi res vendita ſit, Civitas,
29 & Princeps poſſent pro dictis effectibus prælationem
petere.
Dicendum tertiò, quòd ſicuti Pauper habens in Ci-
vitate decora Palatium ſuum everſum, & dirutum non
30 habens modum illud ædificandi, vel reſtaurandi, cogi-
tur illud vendere ædificare, vel reſtaurare volenti, ne
Civitas tam decora deformata remaneat, cùm publicè
interſit Civitates Domibus, atque Palatiis ornari, *l.*
cætera, ff. de legat. 1. *l. Senatus, Cod. de contrah.*
empt. l. ſi quis poſt hanc cum duabus ſequentibus, C.
de ædific. privat. l. ſi quando, l. ne ſplendidiſſima, & l.
præſcriptio, Cod. de oper. publ. & optimè in l. præſes 7.
ff. de offic. præſid. Cavagnol. *ad decr. Montisferr.* 78.
§. 1. *numer.* 3. Marſil. *ſingul.* 470. ubi etiam ſequen-
do doctrinam Specul. (qui tamen de hoc non loquitur)
dat remedium ſi inventum non fuerit juſtum rei pre-
tium, Cepol. *de ſervit. Urban. præd. cap.* 59. *de refect.*
circa princ. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. *numer.* 132.
Theſaur. *quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 64. *numer.* 4. Carpan.
ad d. cap. 333. *numer.* 84. plenè Giurba *deciſ.* 86.
numer. 5. ubi hoc limitat ſi ipſe velit reficere, Barboſ.
31 *in l. invitum n.* 17. *Cod. de contrah. empt.* ubi id abſque
fundamento extendit ad vicinos habentes Domun-
culas deformes favore illius qui velit Palatium, ædi-
32 ficare, Bobadil. *in ſua politic. lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 27.
Guzman. *de evict. quæſtio* 52. *numer.* 4. Ric. *deciſ.*
Cur. Archiep. Neapol. deciſ. 132. *n.* 2. *verſ.* 4. *part.* 1.
Ita quoque ſi Dives ædificare volens petat præferri
33 in venditione, quæ æquè pauperi, & ædificare, vel
reſtaurare non valenti fit à Domino diruti ædificii
eſt præferendus niſi emptor ipſe ædificare velit; Et
quid ſi plures concurrant ad emendum pro ædifican-
do; dicendum eſt quod ſi eodem tempore concurrant,
locus eſt gratificationi, *l. fin. ff. de Relig. & ſumpt fu-*
ner. Cepol. *de ſervit. Ruſt. præd. cap.* 4. *n.* 43. *verſ. pri-*
mo caſu, ſed de hoc recurras ad qu. 14. *per tot.*
Dicendum quartò, quòd eodem modo quo quis 34
compellitur vendere rem ſuam ſi illa ad publicam, &
communem utilitatem neceſſaria ſit, *l.* 2. *& l. fin. C.*
quibus ex cauſ. Servi &c. l. 1. *§. ſunt qui putant, ff.*
ne quid in loco public. l. ſi locus, §. cum via, ff. quem-
ad. ſervit. amit. DD. *in l. divortio, §. ſi vir in fun-*
do, ubi Angel. & Bart. *num.* 13. *ff. ſolut. Matrim.* Co-
vat. *var. part.* 3. *cap.* 14. *n.* 8. Carpan. *ad Statut. Me-*
diol. d. cap. 433. *nu.* 70. *in fin.* Cancer. *dict. cap.* 13. *nu.*
133. Theſaur. *d. quæſt.* 54. *num.* 2. ubi cæteros DD. &
leges contrarias declarat Natta *conſ.* 554. *nu.* 2. *per tot.*
Afflict. *ad Conſtit. Regni in præfat. quæſt.* 3. *n.* 11. Giurb.
d. deciſ. 86 *num.* 4. Sola *de conſuetud. Sabaud. tit. de*
flum. public. p. 1. *gloſſ.* 1. *n.* 43. *& ſeqq fol. mihi* 301. &
plenè multos referens Barboſ. *in l. invitum numer.* 3. *C.*
de contrah. empt. ita etiam ob eandem cauſam præla-
tionem pati tenetur.
Ex quo notandum eſt ſingulariter, quòd Domini la- 35
cunæ, & loci Paluſtris poterint ſuperioris auctoritate
compelli ad vendendum dicta loca illis, qui ea volunt
exiccare, & ad culturam redigere, tum quia publicè
intereſt aërem eſſe ſalubrem, ut Iſtè probat Menoch.
conſ. 1000. *per tot.* Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 2. *num.*
420. *fol.* 262. quam ſalubritatem lacunæ, & paluſtres
aquæ inficiunt, atque corrumpunt, ut expreſſit Ca-
ſtor. Durantes *in ſuo Theſauro Sanitatis cap.* 5. ſic
dicens:

Si cupis incolumen vitam perducere, Cœlum,
Effuge corruptum Nebulis, Nidore, lacunis.
Quodque movet Madidus Morboſis Africus auris.

quòd etiam ex noſtris animadvertit ex ſententia Vitru-
vii Rip. *de peſte tit. de præſervativis remediis contra*
peſtem numer. 5. Borel. *de Magiſtrat. edict. lib.* 3. *cap.*
12. *ex numer.* 3. *verſ. Aeris enim,* Novar. *de gravam.* 36
Vaſſal. to 2. *gravam.* 46. *nu.* 5. & 6. tum etiam, quia
id ſuadet alia publica utilitas, & favor, ideſt agrorum
cultura, nam ea perempta (ut eveniret cùm palus ſte-
rilis ſit, & potius locus remis, quàm culturæ aptus,
juxta illud Horat. in Arte Poëtica *Sterilisque Diu palus*
obruta remis) terra in ſolitudinem redigetur, ut in
Gen. *cap.* 42. *cujus favore Imperatore in l. qui Agros* 8.
C. de omni agro deſerto lib. 11. ſtatuerunt quòd Domi- 37
nis ceſſantibus agros colere cuilibet licitum ſit illos
occupare, & colere, imò occupatores ipſos plenos
Dominos abſque ulla pretii ſolutione conſtituit, ſi
poſt occupationem biennio elapſo antiquus Domi-
nus expenſis, & meliorationibus reſtitutis occupan-
tem non ejecerit, & agrum coluerit, & latè ibi Gloſs.
& Lucas de Penna, Gramat. *deciſ.* 230. Novar. *de gra-* 38
vam. Vaſſal. lib. 1. *gravam.* 358. *numer.* 3. etiam ma-
la fide concurrente, ut notat Joan. de Platea *in d.*
l. qui Agros, qui etiam magis ad propoſitum firmat
quod poſſit is, qui occupare intendit citare illos om- 39
nes quorum putat intereſſe, ut compareant intra ſex
Menſes ad contradicendum, ne dictum agrum oc-
cupet, quibus menſibus elapſis, & nemine compa-
rente ſecutus erit, & Dominus, licèt Text. illum
reſtringat ad agros tributarios, non autem exten-
dat ad alios privatos, prout etiam notat Anton. Perez.
in dict. tit. de omni agro deſerto lib. 11. *Cod. tit.* 58. *n.*
16. & 17. *in fin. &* 19. *fol. mihi* 944. qui addit Princi-
pem poſſe id concedere, pro quo facit doctrina mul-
torum quos adducit Cobel. *ad Bull. bon. regim. cap.*
42. *n.* 31. dicentium, quòd Cives cogi poſſint ad co-
lendum agro, plantandum Vineas, & ſimilia facienda
ad hoc ut ipſa Civitas victualibus abundet, ſed ferè
omnes DD. quos ipſe citat perlegi, hoc tamen ab ipſis
ſcriptum videri non potui.
Si igitur publica utilitas communiſque favor con-
currat, non eſt dubitandum, quia ſuperioris auctori-

tate poſſit poſſidens tales lacunas, & loca paluſtria co-
41 gi ad vendendum, exiccare, & excolere volenti, &
ita vidi conſuluiſſe Dominum de Rubeis Excellen-
tiſſimum Fiſci, & Cameræ Advocatum, omnis litte-
raturæ conſultiſſimum cujus virtutes, & famam eo-
dem etiam extincto uſque adhuc Roma admiratur, &
conſonat, quæ infra adducam.

Dicendum quintò, quòd ſicuti vicini coguntur ven-
dere viam alteri vicino, qui ad colendum, & aquan-
dum proprium fundum non poteſt accedere, niſi ſibi
via præſtetur, ne alias fundus relinquatur inutilis, &
42 incultus remaneat contra publicam utilitatem, & natu-
ralem æquitatem, ad Text. in l. fin. §. fin. C. de ſervit. &
aqua, & in l. ſi quis ſepulchrum 12. ff. de relig. & ſumpt.
funer. ubi in ſpecie Guido de Suza, & Alberic. nu 2.
Afflict. decis. 265. num. 108. Urſil. ad eumdem numer.
113. Manſuet. in praxi tit. de ſervit. verſ. item ſi quis pe-
43 tat viam, ubi tamen, quòd hoc procedit, ſi alibi non
poſſit habere viam, ſecus contra, licèt ſit ſibi proli-
xior, & remotior, ſequitur plenè Boer. decis. 322. per
tot. ſignanter a num. 10. uſque ad finem, Hondel. cons.
81. num. 44. & 45. lib. primo, Gratian. diſc. 681. n. 44.
Afflict. ad conſtit. Regni in præfat. qu. 3. num. 11. vers.
quam legem, Ceval. com. contra com. tom. 4. quæſt. 906.
44 num. 550. Parlador. quotid. diff. diff. 81. nu. 8. ubi idem
extendit ad effectum reficiendi domum, Barboſ. in d.
l. invitum num. 19. vers. unde vicinus, Sola ad conſuet.
Sabaud. tit. de flum. public. part. 1. gloſſ. prima num. 43.
fol. mihi 301. contra quod conſuluit Cravet. cons. 842.
45 num. 2. ubi latè defendit, quòd venditor non co-
gitur etiam pretio oblato vendere viam per partem,
quam non vendidit etiamſi alibi non pateat acceſſus,
quem declara, ut per Natt. cons. 642. in fin.

Et licèt Alberic. & Boer. ubi ſupra hoc teneant ſi
46 ſine magno incommodo vicini id fieri poſſit, adhæ-
rendo d. l. ſi quis ſepulchrum, ubi Ulpianus ait: ita ta-
men, ut Iudex etiam de opportunitate loci proſpiciat, ne Vi-
cinus magnum patiatur detrimentum, in quibus verbis
J. C. tantum deſignat, quòd Iudex viam dare debeat
per illam partem, ubi minus datur incommodum, &
damnum Vicino; Tamen eorum interpretatio non
fuit admiſſa à Rota decis. 402. num. 3. part. 3. recent.

Ita etiam ſi vendatur via à Vicino alteri poterit of-
ficio Judicis peti prælatio, niſi Vicinus venditor pa-
47 ratus ſit per aliam partem viam vendere, vel poſſit
Vicinus alibi habere viam, quia tunc ceſſaret ratio
coactionis in ipſa parte vendita, & conſequenter
ceſſaret ipſius reſpectu jus prælationis.

Dicendum ſextò, quòd eo modo quo quis compel-
li poteſt à Monaſterio, vel Canonicis ad vendendum
juſto pretio Domum ſuam, quam habet propè Mo-
48 naſterium, ſi in ea exerceat continuo officia mecha-
nica, quorum rumore Divina Officia, & religioſa, ac
pia opera perturbet, niſi velit ad laborandum alibi
accedere ex his, quæ plenè notant Bald. in l. prima
n. 30. & alii DD. communiter ibidem ff. ſolut. matrim.
& latè Caroc. de locat. & conduct. tit. de profeſſoribus
per tot. fol. mihi 244. & ſeqq. ubi ampliationes, &
limitationes plena manu congerit, & optimè Ripolt.
var. reſ. cap. 11. tit. de empt. & vendit. num. 119. ubi
49 ita ter deciſum teſtatur etiam favore Doctoris, &
Officialis publici, & de regal. cap. 46. n. 47.

Eodem modo ſi Vicinus, qui talem ſtrepitoſam
artem exercet Domum ſuam alteri pariter ejuſdem,
50 vel ſimilis exercitii vellet vendere, qui in ea labora-
re vellet præferre tenetur Monaſterium prælationem
petens, niſi tamen emptor vellet laborare alibi, vel
non exerceret tales artes, quia tunc ceſſaret ratio ip-
ſius coactionis, & conſequenter ipſa prælatio.

Dicendum ſeptimò, quòd ſicuti quando res com-
munis eſt legata favore piæ cauſæ, & religionis po-
teſt pia cauſa legataria cogere ſocium ad vendendum
51 partem ſuam, quam habet in dicta re communi lega-
ta, & ſocius ad id tenetur, & hæres tenetur ad hunc
effectum pretium ſubminiſtrare, per Text. in l. 1. ubi
Bald. n. 12. C. de commun. ſerv. manumiſſ. ubi Adden.
lit. E. Firman. de Epiſcop. q. 31. part. 4. lib. 4. vers ad-
do hic aliud, Tiraquel. de privileg. pia cauſa privileg.
67. Ripolt. var. reſol. dicto cap. 11. num. 92. in fin.

Ita etiam ſi poſt factum legatum ſocius vendere 52
intendat partem ſuam, quam in re habet poterit pia
cauſa prælationem prætendere.

Dicendum octavò, quòd ſicuti ſocius pretio ſibi 53
à ſocio, vel hærede ſoluto cogitur vendere partem
ſuam, quæcumque ſit, favore libertatis, puta quia
alter ſocius velit ſervum communem manumittere,
vel inter vivos, vel in ultima voluntate, per Text.
apertum in §. fin. ubi gloſ. ſignanter marginalis in fin.
§. id extendens, licèt ſicus ſit ſocius, Inſtit. de donat.
& latius in l. prima, Cod. de commun. ſerv. manumiſſ. 54
ubi id extenditur, licèt plures ſint ſocii, & unus
tantum manumittat, ubi etiam in §. ſin autem ſan- 55
citur, quòd ſi plures velint manumittere, & unus
antea manumittere poſtulavit ejus ſit melior cauſa,
& quod ſi omnes concurrant ſimul ad libertatem
dandam omnes ſine pretio compellantur à Iudice
eam præſtare.

Quæ Jura extendas ad ſocium, qui velit, vel man-
daverit Eccleſiam conſtrui in ſolo communi propter 56
quod alius ſocius invitus cogitur vendere partem
ſuam ſibi ſoluto pretio, ut ex Bald. in dicta l. prima,
concludit Rip. in l. ſervi electione, § labeo ait, ff. de
legat. primo, & Jaſ. in l. nec emere num. 3. vers. a fal-
lit, C. de Jur. de lib. Franc. Rocc. de Societ. notab. 56.
per tot. Firman. de Epiſc. quæſt. 31. 4. part. lib. 4. vers.
addo huic aliud, Lambert. de Jur. Patron. lib 1. part.
prima, quæſt. 3. art. 2. num. 5. fol. mihi 20. à terg Fa-
bian. de Mont. de empt. & vendit. in 3. quæſt. princip.
ſub numer. 39. in fin. Gomez. var. reſ. tom. 2.
cap. 2. numer. 51. vers. 2. infero, Nicol. in §. fin.
num. 19. vers. unde ſocius Inſtit. de empt. & vendit.
& notabiliter Felin. in cap. primo, num. 2. vers. idem
ſi Teſtator de Judæis, ubi quòd ſi Teſtator mandet
Eccleſiam conſtrui in loco ſuo, ſi locus non eſt ſuf- 57
ficiens propter adhærentiam vicini, ille poterit cogi
ad vendendum.

Ita quoque ſi ſocius vendere velit partem ſuam pro
dictis effectibus alter poſſet prælationem petere. 58

Dicendum nonò, quòd ſi quis mandaverit ali-
cui, ut fundum Titianum pro ipſo emat, & Man-
datarius mandatum acceptet, ac tres partes fundi
emat, quartam autem partem non ex quo ipſius 59
partis Mandatarius idem ſit Dominus, tenetur &
cogi poteſt favore mandantis partem ſuam quoque
vendere eodem pretio, quo partes aliorum emit,
quod ſi diverſum fuerit Judicis arbitrio declarabitur,
Text. eſt ſingularis in l. ſi fundum 35. ubi gloſſ. ff.
mandat. & Bartol. qui eum putat unicum, & pra-
cticabilem, & Bald. in l. unic. num. 25. Cod. ſi ſervus
extero, Iaſ. in l. frater à fratre num. 23. vers. ultra, ff.
de condit. in debit. & in dicta l. nec emere num. 3. col.
2. vers 5. fallit, C. de jur. delib. & in l. ſi quis ita, §.
Seja cavit. col. 2. ff. de verb. obligat. ubi d. l. multum
commendat, Tiraq de retr. lig. §. 30. gloſſ. 2. numer.
primo, Menoch de arbitr. Judic. caſ. 143. numer. 4.
Petrus de Gerard. ſingul. 25. numer. 1. & in fin. Bar-
tol. ſingul. 221. per tot. Rocc. de mandat. notab. 91.
numer. 226. qui tamen id verum dicunt, ſi man-
datum ſit de toto fundo, vel indiſtinctè de fundo
Titiano emendo, ſecus verò ſi mandatum conſiſte-
ret circa emptionem partium ab aliis poſſeſſarum 60
abſque mentione illius partis, quam Mandatarius
habet.

Unde ſicuti iſto caſu mandans cogere poteſt Man- 61
datarium ad vendendum, ita quoque ſi ille poſt
executum mandatum partem ſuam alteri vellet
vendere, neceſſe habet præferre mandantem, ſi ipſe velit.

Dicendum decimò, quòd ſicuti favore libertatis
quia

62 quis vendere cogitur, quamvis emit pari teneatur etiam
invitus redemptionem, ut in *l. prima, Cod. de commun. ſerv. manumiſſ. in. l. 2. C. de Patr. qui fil. diſtrax. §. fin. inſtit. de donat. §. Dominus*, ubi gloſſ. & Franc. de Aret.
inſtit. de noxal. action. Fabian. de Mont. *de empt. & vendit. in 3. qu. princ. n. 39.* Urſel. *concl. Iur.* 111. *ſub n. 5. verſ. & ratio*; Unde eſt, quòd Dominus ſervum
63 Maurum cogatur vendere, ſi eo opus ſit, ut Chriſtianus
captus à Mauris libertatem conſequi poſſit, Barboſ. *in l. invitum. n. 24. de contrah. empt.* qui licèt loquatur de
Jure Regio Hiſpaniarum, idem tamen potiùs ex prædictis verum eſt de Jure.

Ita quoque ipſi ſervo ſi eum Dominus vendere velit
64 dari debet prælatio, ut dixi in *quæſt.* 47. ubi tamen declaravi
conclusionem procedere quoties quis fuit in
libertate, & poſtea ſervus effectus, ſecus ſi nunquam
fuit in libertate, quia tunc urgent contra eum Text.
aperti in *l. poſt legatum, §. ſi Pater, verſ. ſi ſervum, ff. de his quibus, ut indignis, & in l. debere 6. cum gloſ. C.*
65 *de fideicommiſſ. libert. & l. alieno 21. §. ſi Patronus cum ſeqq. ff. eodem*, in quibus cavetur, quòd neque fiſco,
& hærede inſtante quis cogitur ſervum vendere, vel
à ſervitute liberare, quod tamen admittendum non eſt
66 in ſervo Mauro apud Chriſtianos exiſtente caſu, quo
Chriſtianus redimi debeat ratione ſummæ pietatis, ut
ſupra.

Dicendum undecimò, quòd poteſt quis cogi vendere
ſervum, ſi eum ſeveriter, & cum duritie tractet, ac
67 parce alimenta ille præſtet, juxta ſingularem Text. *in §. fin. inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Iu.* ubi plenè Aretin. Faber. Angel. & alii DD. communiter,
Barboſ. *in dict. l. invitum n.* 21. Gomez *var. lib. 2. cap. 2. n. 51. verſ. 2. infero in fin.*

Quod extendendum eſt ad malè utentes rebus ſuis,
68 & ad evitandas rixas continuas, & ſcandala inter cohærentes,
ob quæ poteſt quis cogi ad rem ſuam vendendam,
intereſt enim Reipublicæ, ne quis rea ſua
malè utatur quodque rixæ, & ſcandala evitentur, ut
inquit Imperator *in dicto §. fin.* ubi gloſſ. tota, & Aretin.
Gomez. *dicto cap. 2. num. 5. ante verſ. ex quo infertur*, & plenè Fulvius Lanat. in addit. ad Paruum
in §. ſed & res per quas fiat in veſtituram ſub num. 11. fol. mihi 318 & 319. ubi plenè id probat, & defendit
minorem partem habentem eſſe cogendum vendere, &
refert ita Neapoli fuiſſe deciſum, prout etiam teſtatur
Thorus *in compend. tom. 3. ſect. 2. verbo prælatio*, &
plenè Capyc. Latr. *deciſ.* 168. *n.* 11. *ad* 19. Donad. *de*
69 *renunc. tom. 2. cap. 16. n.* 87. & 88. ubi tamen id verum
affirmat, ſi ſpecificè conſtet de cauſa tumultuandi, & rixandi.

70 Advertendum tamen eſt, quo iſta concluſio non eſt
abſolutè accipienda, non enim nego, quod ad rixas,
& ſcandala evitanda poſſit Superior, quem uti rixoſum,
& ſcandaloſum adſtringere ad vendendum, præcipuè
ſi para ſua modica ſit multum enim intereſt malum
non habere vicinum, & communia ſuadet Juſti-
71 tia removendas eſſe rixas, & ſcandala, ut benè Rot. *deciſ. 173. num. 11. part. 4. recent.* & in puncto Neguſant.
Jun *conſ.* 165. *per tot.* Caſtil. *deciſ.* 134. *numer.* 16. & 20. Caren. *reſolut. 2. ferè per tot.* nego tamen
quòd re ſua malè utens poſſit cogi ad vendendum à
Judice (quidquid ſit à Principe) quilibet enim rei ſuæ
eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandat.*
& ſi Imperator *in d. §. fin.* ſtatuit quem poſſe cogi ad
ſervum vendendum ob nimiam ſævitiem, rationem addendo,
quod ſcilicet interſit Reipublicæ quemque
re ſua malè non uti, id tamen non eſt extra caſum
ſuum ſpecialem ſequendum, ſicuti enim verum eſt
72 publicè intereſſe nequis ſervo malè utatur, cùm ſervus
non ſit dictus à ſerviendo, ſed à ſervando, & iniquum
ſit, quem in homines quos omnes quaſi Cogna-
73 tos, & ſocios natura conſtituit, Cic. *de amicit. l. ut vim, ff. de Iur.* inſævire, qui etſi ſervi ſint naturali, tamen Jure
libertatis principia retinent, *l. manumiſſ. 4. ff. de Iuſt.*

Corrad. de Iure Prælat.

& Iur. & Reipublicæ utiles eſſe poſſunt, & proinde
apud Athenienſes, & Saracenos ſpeciali lege cautum
eſt, ut ſervorum injuriæ, & accuſationes audiantur, 74
necnon talium criminum Rei atrocius puniuntur,
quam ſi cæteros liberos homines injuriis affeciſſent,
Atheneus *lib. 6. Diphonoſoph. cap. 7. pag.* 341. Mager.
de Advocat. Armat. cap. 8. num. 186. ita quoque eſt
certum non intereſſe Reipublicæ, quem inanimata re
abuti, vel eſſe pauperem, aut divitem, aut ejus opes
in alium transferre neque ex hoc detrimentum, aut
deformitatem patitur, ut eleganter declarat Menchac.
lib. quæſt. Illuſt. quæſt. 17. ante n. 4. & latè Caldas
in l. ſi Curatorem, verbo cum non abſimilis numer. 5. verſ. cum itaque uſque ad num. 6. fol. mihi 44. quidquid
ſit quando Subditi omnes vel major pars evaderent
pauperes, ut in *Auth. ut Iudic. ſine quoque ſuffragio, §. conſideravimus.*

Notandum tamen eſt, quòd hæc benè procedunt
quando abuſus rei præjudicat tantum privato, ſecus 75
ſi primario præjudicet privato, ſecundario autem
Reipublicæ, ut eleganter notat gloſſ. *in dicto §. fin. Inſtit. qui ſunt ſui, vel alieni Iur. in addit. verbo bonis conditionibus, & verſ. malè utatur in fine*, ob quòd
conſului anni elepſit, quod habens propè paludes 76
Pontinas tenutam ſpatioſam, quæ ob foſſata, & aggines
immunis ſervabatur ab aquis, potuiſſet cogere
ad vendendum in eadem tenuta parvum prædiolum
habentem, qui dirumperat aggines, & foſſata repleverat
licèt in proprio ſolo, cum ea hoc evidens erat periculum
inundationis totius tenutæ, quæ licèt principaliter
redundare in detrimentum privatorum, ſecundario
tamen erat in perniciem Reipublicæ, inundata
enim Tenuta multa evenire poterant damna vicinorum
locorum tum ob deficientiam frumenti alias exuberantis,
tum ob aëris corruptionem, tum ob culturæ
defectum, unde applicabam huic caſui pulcherrimam
Doctrinam Anton. Perez. *ad 11. lib. Cod. tit. de Debitor. Civitat. 31. numer. 6. verſ. quo ſit fol. mihi*
909. dicentis, quòd poſſident modicam rem juxta confinia
habentium magnam poſſeſſionem, cogatur eam- 77
dem rem illis vendere, ſi inde commodum Civitatis
accedat.

Unde eſt, quòd in iſtis caſibus ſi ita abutatur re ſua
in perniciem Reipublicæ, & cum manifeſto ſcandalo,
& rixarum periculo vellit vendere, vicinum præ- 78
ferre tenetur, ſi tamen vellet vendere pariter rixoſo,
& malo homini, aut inimico, Scacc. *de Commerc. §. 1. quæſt. prima, num. 245. §. concludo præferendum in med. verſ. hac concordia fol. mihi* 46. nam ſi quieto, &
pacifico homini venderet ceſſaret ratio rixarum, ob
quam cogi poterat ad vendendum, & ſic etiam ipſe
prælatio.

Dicendum duodecimò, quòd debitores publici qui
multis ubnoxii uſuris maximam bonorum partem alie- 79
narunt, alicui homini idoneo cogi poſſunt à Judice
ad vendendum reſiduum, & minorem partem eidem
idoneo in quem prius plus diſtraxerunt, juxta
Text. ſingulat. in *l. fin. verſ. ab eo autem à quo conſtat, Cod. de debitor. Civitat. lib.* 11 ubi Gloſſ. *in fin.* &
Bartol. *num. 3. in fin.* & Angel. *num.* 1. & Joan de
Platea *num* 4 ubi latè Soccin. *de regul. Iur. verb. vendere reg. 2. verſic. duodecimò fallit* Axor. *in ſumma in lib. Cod. rub. de Iure reipublic. numer. 7. verſic. ſed illud fol. mihi* 983. Anton. Perez. *in dict. tit. Cod. 32. de debitor. Civit. lib. 11. n. 6.*

Circa quod cavendum eſt ab interpretatione Bar- 80
tol. *in dict. l. fin. num 3. in fin.* Covar. *var. lib. 3. cap. 14. nu. 8. verſ rurſus quod attinet in fin. col. 14. pariter in fin.* qui dixit ex dicta. *l. final.* probari quòd ſi
quis vendiderit pro ſolvendo ære alieno partem rei Civitati,
cogatur juſto pretio reliquum dictæ Civitati
vendere quia hoc eſt contra litteram Textus, qui loquitur
de alienatione facta à debitore Civitatis extraneis,
& mandat venditionem fieri idoneo.

91 Ex iſta primaria concluſione poteſt ſatis defendi do-
ctrina Barbat. *de diviſ.fruct. parte prima, cap. 3. num.*
62. verſ. ſed non eſt hoc uſque ad num. 73. ubi latè pro-
bat quòd ſi adſint Dominæ Civitates, aut Barones
ſubjecti eidem Principi, habentes flumen privatum,
cujus medietas unius ſit, altera verò cum Ripa alte-
rius, non poſſit alter iſtorum prohiberi ad effectum
faciendi ferrerias, molendina, carterias, & ſimilia,
cluſam facere ultra dimidium fluminis, & eam appo-
diare ripæ Territorii alterius, dummodo id non fiat
ad æmulationem, ſolvatur juſtum pretium ſervitutis
illius appodiationis, & detur Cautio de damno infe-
cto caſu quo aquæ illæ regurgitent in Territorium al-
terius, imò quòd iſtis concurrentibus poſſit, alter cogi
ad vendendum iſtam ſervitutem appodiandi, & ad
dandum conſenſum ut fiat Cluſa, & hoc ea ſolo motivo
publicæ utilitatis ſecundariæ cum Princeps Dominus
directus, & ſupremus majores redditus, ex feudo per-
cipiet, Adhoas, ſolutionum, onerumque augumenta
habebit, quibus valet poſtea publicis conſulere com-
modis, & nullum generatur alteri damnum, aliæ au-
tem rationes non concludunt ad hoc ut poſſit Judex
officio ſuo talem coactionem inducere, benè tamen ut
Princeps id valeat facere.
Ex prædictis etiam poteſt attentè intelligi Doctrina
92 Julii Capon. *dicto contr.* 18. *num.* 12. qui ex Riccio
concludit, quòd ſi res mihi ſit inutilis, & tertio val-
de utilis, poſſim cogi ad vendendum, quia id benè
procedit ſi utilitatis ratio reſpiciat commodum publi-
cum primarium, aut ſecundarium ſecus ſi privatum tan-
tum, ut ſupra.
Dicendum decimoquartò, quòd ſicuti pro Eccleſia
93 ædificanda, vel amplianda, quis poteſt cogi ad ven-
dendum res ſuas, juxta Text. *in l. ſi quis Sepulchrum,*
ff. de Relig. & ſumpt. fun. Franc. *deciſ.* 223. *num.* 1. *&*
per tot. Duran. *deciſ.* 47. *num.* 2. ubi præſertim ſi ſit
res, aut Dominus vulgaris, Manzaned. *deciſ.* 428. *n.*
2. *& in recent. deciſ.* 474. *n.* 10. *part.* 9. *& deciſ.* 413.
n. 41 *part.* 12. ita quoque in caſu voluntariæ venditio-
nis pro dd. effectibus competit prælatio.
Notando tamen primò, quòd pro executione hujus
94 privilegii dati favore Eccleſiæ, non competit actio,
ſed ſolum Imploratio officii Judicis, quod ſtrictè, &
magna cum æquitate impartiri debet, habita matura
conſideratione neceſſitatis ſaltem moralis, Mangil.
de evict. quæſt. 139. *numer.* 27. Manzaned. *dict. deciſ.*
428. *numer.* 3. *& in recent. deciſ.* 372. *numer.* 2. *part.*
prima, Card. de Luc. *de ſervit. diſc.* 83. *num.* 4. ubi
quòd non debet compatiri quando agitur de coactio-
ne pro ſuperfluo luxu adeo ut ſi neceſſitas alio reme-
dio tolli poſſit, ceſſat privilegium, Merend. *controv. lib.*
prim. cap. 30. *n.* 20. Card. de Luc *d. diſc.* 83. *num.* 4.
ubi exemplificat in Eccleſia habente proprias domos à
parte retro, quibus uti poterat pro amplificatione Sa-
criſtiæ, nec non habita Conſideratione ad damnum
vicini, qui cogi non debet, quando mediante coactio-
ne, magnum pateretur detrimentum ultra ſolutionem
95 juſti pretii, ut notatur in *dict. l. ſi quis ſepulchrum*, &
probat Covar. *variar. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 7. *verſic. ita ta-*
men ut Iudex, & ſub n. 8. *§. item communis, verſic. ubi*
nullum. & §. ſic nec l. C. Gratian. *diſcept.* 896. *n.* 7. Rot.
dict. deciſ. 372. *n.* 3. *& deciſ.* 676. *n.* 24. *part. prima re-*
centior. Manzaned. *dict. deciſ.* 428. *n.* 9. *& ſeq.* ubi ta-
men, quòd ſi præjudicium non ſit magnum, privile-
gium habet locum.
Notandum ſecundò, privilegium habere locum tam
96 pro ædificatione Eccleſiæ, quàm pro ædificatione Mo-
naſterii, atrii, ſeu Capellæ, & pro habitatione Reli-
gioſorum, ſeu Clericorum ipſis Eccleſiis inſervientium,
ut apud Menoch. *conſ.* 1026. Surd. *conſ.* 62. *numer.*
10. Giurb. *deciſ.* 86. *numer.* 8. *& ſeqq.* ubi quòd hæc
concluſio procedit, tam pro ædificatione, quàm pro
reædificatione, & pro Dormitorii extenſione, nec non
pro Eccleſiæ jam Conſtructæ Ampliatione, Franc.
Corrad. de Iure Prælat.

dict. deciſ. 223. *per tot.* ubi latè Amendol. *in add. n.* 2. 97
& de Luc. *num.* 5. ubi tamen quòd privilegium re-
ſtringitur ad venditionem, nec extenditur ad locatio-
nem, Gizzarel. *deciſ. Neapol.* 38. Ricc. *deciſ. Cur. Ar-*
chiepiſc. 138. *ſub num.* 2. *verſic. tertio, part. prima,*
Tapi *deciſ.* 7. *per tot.* Rot. *deciſ.* 213. *part.* 2. *& deciſ.*
143. *num.* 41. *part.* 12. *recent.* unde patet, quòd falſa
eſt opinio quorundam, qui putarunt, quod, ut habeat
locum Text. *in dict. l. ſi quis ſepulchrum*, requiratur
præciſa neceſſitas, adeo ut non procedat, quoties agi- 98
tur tantum de Eccleſiæ utilitate, vel majori utilitate,
ut videre eſt apud Merend. *contr. d. cap.* 30. *n.* 13.
Notandum tertiò, quòd Eccleſia poſſit cogere ad
prædictos effectus vicinos ad vendendum ſervitutem 99
altius non tollendi etiam via publica intermedia, ut
notat Ricc. *dict. deciſ.* 138. *nu.* 3. *lib. primo*, Padil. *in l.*
altius num. 19. *C. de ſervit.* Franc. *dicta deciſ.* 223. *nu.*
5. & ibi Amendol. *in add. num* 2. Giurb. *dict. deciſ.*
86. *ſub nu.* 8. *circa fin. verſic. imò cogi poteſt*, nec non
ſervitutem non proſpiciendi, & obturandi feneſtras, 100
ut latè apud de Luc. ad Franch. *d. deciſ.* 223. *nu.* 3. *&*
4. *ibi vide.* Imò quòd Eccleſia cogere poſſit ad ven-
dendum pro Ampliatione, quamvis inter Domum,
quam Eccleſia, intendit emere, & inter Eccleſiam ad-
ſit via publica, probat Ricc. in addit. ad Franc. *dict. de-*
ciſ. 223. *circa fin.* qui refert *deciſ.* 7. Tapiæ, Rot. *deciſ.*
223. *n.* 5. *part.* 2. *recent.* quòd quidem verum exiſtima- 101
rem, quando illa domus deſerviret pro Ampliatione
Atrii, vel Plateæ ante Eccleſiam, vel Palatium Epiſco-
pale, pro majori commoditate, decore, & ornatu, ut
deciſum teſtatur Card. de Luc. *d. diſc.* 83. *numer.* 3. &
quando non adeſſent aliæ Domus vicinæ, quibus com-
modius poſſet Eccleſia uti, ſecus contra, quia ad effe-
ctum exercendi tale jus coactivum, de rigore requiri- 102
tur contiguitas Domus, quæ emi vult, & inter plures
poſſidentes, ipſe cogi debet, qui eſt magis adhærens,
ex cujus coactione poteſt opportunior fieri Ampliatio
Eccleſiæ, ex dict. deciſ. Manzaned. 428. *numer.* 3.
& 4. *& dict. deciſ.* 372. *numer.* 7. *in fin. part. pri-*
ma recent.
Notando quartò, quòd licèt Ricc. *d. deciſ.* 128. *in*
fin. part. 1. deciſum referat, quòd privilegium *d. l. ſi*
quis ſepulchrum, non extendatur pro ædificatione, vel 103
ampliatione hoſpitii Religioſorum, ea ratione, quia
non debet trahi ad quemcumque locum pium, ſed
ad neceſſarium morali quadam neceſſitate ad Sacra-
mentorum adminiſtrationem, & ad cultum divinum,
ut notat Covar. *var. cap.* 15. *numer.* 8. *lib.* 3. Caroc.
deciſ. 26. *num.* 17. Mangil. *de evict. dict. quæſt.* 139.
nu. 28 Contrarium tamen eſt veriùs, quia ſi habet lo-
cum in ampliatione plateæ ante Eccleſiam, vel Palatii
Epiſcopalis exiſtentis, ut deciſum refert Card. de Lu-
ca *d. diſc.* 83. *num.* 3. nec non pro viridario Monaſte-
rii, vel ipſius viridarii ampliatione, Scot. *conſ.* 3. *num.*
20. Matei Antonin. *var. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 29. Caſt. 104
remed. ſubſid. 76. *n.* 9. Ricc. *d. deciſ.* 138. *n.* 2. *verſ.* 3. *&*
ſub num. 3. Giurb. *d. deciſ.* 86. *nu.* 8. *poſt med. verſ. ſive*
pro Monaſteriis viridario, ubi etiam id extendit pro vi-
ridarii clauſura, multo magis debet habere locum pro
hoſpitii ampliatione, cùm tale hoſpitium dicatur locus
pius, & religioſus, *cap. ad hæc, & cap. de xenodochiis de*
religioſ. domib.
Ex eadem quoque ratione, nec ſimpliciter admit-
tenda eſt opinio Franchi *d. deciſ.* 223. *numer.* 6. *verſ.* 105
quamvis. & ſeq. Ricc. *dict. deciſ.* 138. *ſub nu.* 3. Caroc.
dict. deciſ. 26. *num.* 17. Giurb. *d. deciſ.* 86. *nu.* 8. *in*
fin. & ſeq. qui ſenſerunt, quòd privilegium *prædicta*
leg. ſi quis ſepulchrum, non procedat pro ampliatione
cappellæ, vel oratorii, aut ejuſdem ædificatione; Nam
cùm negari nequeat, quòd oratorium, vel cappella
ſit locus pius, & religioſus, in quo exercentur opera
pia, & directa ad cultum divinum, ſequitur, quod
ſicuti *in dicta leg. ſi quis ſepulchrum*, tale privile-
gium introductum eſt pro emptione viæ, quæ ad

ſepulchrum vadat, eo magis debet privilegium præ-
dictum extendi pro ædificatione Cappellæ, vel Ora-
torii, quamvis Cappellam in Eccleſia ædificare intende-
ret privatus; licèt enim vera ſit opinio, quam afferunt
prædicti DD. nempè quòd non poſſit Eccleſia hoc
privilegio uti ad complacendum aliis, tamen, quando
ex ædificatione cappellæ, quam privatus in Eccleſia vult
facere propriis ſumptibus, reſultat major ornatus, &
decor Eccleſiæ, tunc hoc privilegio Eccleſia, non uti-
tur ad complacendum privato, ſed pro ſe, & pro ſui
majori ornatu, & decore, in quo ſiſtit vis, & funda-
mentum privilegii, nec habetur in conſideratione,
quod non expendat Eccleſia, ſed privatus, quia ædifi-
cium remanens in Eccleſia, eſt pars ejuſdem Eccleſiæ,
uti illi cohærens, & majorem decorem, atque ornatum
affert Eccleſiæ, quod ſufficit, ut exerceri valeat privi-
legium ex prædictis, & ſignanter ex notatis in *notab.*
2. *num.* 96.

Notando quintò, quòd Eccleſia poteſt cogere priva-
tos ad vendendum hortum, ſeu viridarium, vel partem
106 illius, ſi ita neceſſitas, & utilitas Eccleſiæ pro dd. effe-
ctibus concurrat, advertendo ſemper, quod quando
compellitur dominus non ad totius, ſed ad partis ven-
ditionem, ultra juſtum pretium illius partis, ſolvi debet
etiam damnum, quod coacto infertur, ut contra Coſt.
& Theſ. reſpondit Scot. *d. Conſ.* 3. *per tot.* Giurb. *di-*
cta deciſ. 86. *num.* 13. *&* 14. ubi ita judicatum refert
Ubald. *deciſ.* 352. *numer.* 15. *ad fin.* Cocc. *deciſ.*
1989. *num.* 2.

Notando ſextò, quòd hoc privilegium procedit,
107 quamvis domus, quam Eccleſia intendit emere ſit ſup-
poſita fidei commiſſo, & expreſsè alienari prohibita
etiam ob hanc cauſam, quia tunc ſufficit quod ex pre-
tio ematur alia domus, quæ ſubrogetur in locum fidei-
commiſſariæ, ut probat Novar. *quæſt. for.* 56. *lib.* 1.
per tot. de Luc. ad Franc. *deciſ.* 223. *in fin.* Urſel. *con-*
cluſ. 52. *num.* 36. Card. de Luc. *de ſervit. diſc.* 80. *nu.*
5. *& ſeqq.* Mantic. *deciſ.* 63. *per tot.* niſi tamen domus
108 ſit antiquiſſimæ familiæ, ſitque palatium nimis anti-
quum, in quo omnes majores habitaverunt, & per
quod ipſius familiæ decus, & ſplendor conſervetur, ut
notat Novar. *ad pragm.* 2. *de Monsal. nu.* 6. de Marin.
ad Reverter. *deciſ.* 284. de Luc. ad Franc. *d. deciſ.* 223.
in fin. Urſel. *d. deciſ.* 62. *nu.* 36. *verſic. licet ſocus,* Rot.
deciſ. 372. *&* 676. *per tot. part.* 1. *recent.* in quibus
etiam dicitur, quod hoc non eſt admittendum in omni
palatio retento ab omni familia nobili, ſed tantùm con-
currente inſigni, & extraordinaria qualitate ædificii, &
nobilitate familiæ,

Notando ſeptimò. quòd licèt magna ſit contentio
109 inter DD. an privilegium *d. leg. ſi quis ſepulchrum,*
procedat inter duas Eccleſias, & duo loca pia, & opi-
nionem negativam tenuerint Novar. *ad pragm. Regni*
coll. 138. *num.* 7. Valenzuel. *conſil.* 18. *numer.* 52. *ver-*
ſic. id tamen non eſt dictum, uſque ad num. 97. Ricc. *de-*
ciſ. Cur. Neap. part. 3. *deciſ.* 59. *per tot.* quod videtur
admittere Rot. *deciſ.* 676. *nu.* 4. *verſ. tum etiam quia*
part. 1. *recent.* tamen hæc concluſio habet locum
quando alia Eccleſia, quæ cogi vult indiget propria do-
110 mo pro ejus ampliatione, ornatu, vel majori commo-
ditate, vel quando oporteret deſtruere Cappellam, vel
aliud cohærens ipſi Eccleſiæ pro alia Eccleſia amplianda
aut quando aliàs conſiderabile præjudicium reſultaret
Eccleſiæ coactæ, ſecus quando una Eccleſia cogere
intenderet aliam ad vendendum domum, vel aream,
quam jure privati dominii poſſidet deſtinatam ad
uſum conductitium, vel ad alios uſus profanos,
quia tunc, verior opinio eſt, quod una Eccleſia poſſit
aliam cogere, juxta *deciſ.* Maſtril. 280. *part.* 3.
111 Giurb. *d. deciſ.* 86. *numer.* 15. *&* 16 ubi ita judica-
tum teſtatur, ubi addit, quod ſi Eccleſia, quæ vult
emere pro ſua neceſſitate, non habeat pecuniam
promptam, cogatur alia Eccleſia, quæ vendit, Ju-
dicis, arbitrio habito fidem de pretio, ſolutis in-
terim fructibus recompenſativis, Addit. ad Giurbam
dict. deciſ. 37. ubi vide Gratian. *diſcept.* 896. *nu.* 26.
& ſeq. Rot. *deciſ.* 213. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* & co- 112
ram Dunoz. Sen. *deciſ.* 254. *num.* 7. & egregiè Card.
de Luca *de ſervit. d. diſc.* 83. *nu.* 5. *ad fin. & diſc.* 97.
numer. 4. *& ſeq.* Verè tamen verum eſt, quòd ſi do-
mus fuerit empta ab una Religione pro conſtruendo 113
ibidem Monaſterio, non poſſit aliud Monaſterium vi-
cinum cogere dictam Religionem ad vendendum di-
ctam domum, juxta *deciſ.* 2357. *num.* 18. *&* 19. coram
Coccin. niſi tamen domus illa empta pro conſtruendo
alio Monaſterio, eſſet adeo contigua Monaſterio jam
ædificato, ut maximum reſultaret præjudicium ipſi
Monaſterio jam conſtructo, & reſultaret prohibitio
Sixti IV. Clement VII. Pii V. & aliorum Summorum
Pontificum, qui ædificationem alterius Monaſterii in
loco adeo contiguo prohibuerunt, quia tunc poſſet
Monaſterium jam conſtructum pro ſua ampliatione
cogere ad vendendum domum emptam pro alio con-
ſtruendo, juxta *deciſ.* 428. Manzaned. Advertendo
etiam, quòd ſi aliæ exiſtunt domus ſæcularium, ex
quibus poteſt fortaſſe opportunior ſequi ampliatio Mo-
naſterii, non debet cogi alia Eccleſia, Manzaned. *d. de-*
ciſ. 428. *ſub n.* 4. *verſ. circa verò.*

Notando octavò, quòd diſpoſitio dictæ legis proce-
dit quamvis privati vellent in domo, quam Eccleſia
vult pro ſua ampliatione ædificare pro ornatu Urbis,
cùm favor Religionis præferri debeat publico favori
ratione ornatus Urbis, juxta *deciſ.* Roxas 229. *nu.* 6. *&*
ſeqq. de quo tamen videndum relinquo Card. de Luc.
de ſervit. diſc. 97. *n.* 10.

QUÆSTIO XLIX.

An Communitati, & Civibus loci competat prælatio in emptione frumenti in eorum territorio recollecti.

SUMMARIUM.

1 *Vendere quis cogitur penuria tempore victualia, & frumentum, quamvis habeat quodcumque privile-*
gium, imò quamvis ſit de familia Principis.

2 *Ampliæ licèt habeant privilegium 12 filiorum, & ſint Eccleſiaſtici.*

3 *Sæcularis tamen Iudex Eccleſiaſticos cogere non po-*
teſt, ſed tenetur accedere ad Epiſcopum, ut Cleri-
cos cogat.

4 *Amplia, ut non ſolùm Præſes Provinciæ cogere poſſit ſubjectos ad frumentum dicto caſu vendendum, ſed etiam Iudex, ſive Poteſtas loci, qui quoque poterit pretium taxare.*

5 *Quamvis Statutum mandet curam iſtius taxæ Rectori Civitatis, quia adhuc Iudex, Ordinarius poterit ta-*
xare.

6 *Amplia ut etiam Epiſcopus, data negligentia Iudicis ſæcularis, poſſit cogere penuriæ tempore, non ſolùm Clericos, verùm etiam Laicos.*

7 *Vendere quis cogitur victualia, ut Civitas abundet.*

8 *Penuria tempore Civitas, vel homines ipſius habent jus prælationis in emptione frumenti recollecti in ejus Territorio, & n. 9.*

10 *Limita ceſſante neceſſitate, aut publica utilitate.*

11 Bart. in l. 1. num. 2. C. de Metallar. lib. 11. *explica-*
tur, & n. 13. *reprobatur.*

12 *Cives non habent dominium bonorum Univerſitatis, neque è contra.*

14 *Cives tempore penuriæ non habent jus prælationis in emptione frumenti, ſi venditio fiat aliis Civibus.*

Limita, ſi alii Cives intendant emere ultra propriam neceſſitatem, & indigentiam.

15 *Univerſitas, vel Cives, qui præferuntur tempore penu-*
riæ in emptione frumenti, tenentur ſolvere pretium ab alio oblatum, & ſolutum.

16 *Contrarium, ſcilicet, quod teneantur ſolvere juſtum pretium, & illud taxatum à Iudice, eſt verius.*

17 *Et in caſu quo prælatio ſit petita longè poſt factam venditionem, ſolvi debet pretium, quod communiter currit de tempore petitæ prælationis.*

18 *Vendere quis cogi poteſt à Iudice juſto pretio victualia, quæ publicè expoſuit venalia.*

19 *Neceſſitatis extremæ tempore, poteſt Iudex cogere divites ad faciendam eleemoſynam, & mutuandum pauperibus, nec non ad communicandum victualia.*

10 *Vendere non poſſunt cogi frumentum tempore penuriæ illi, qui retinent quantitatem, quæ pro uſu proprio tantùm ſufficiat.*

21 *Neque unus tantùm poteſt cogi, ſed omnes exuberantes.*

21 *Neque tantùm poteſt cogi, ſed omnes exuberantes ſunt cogendi.*

22 *Univerſitas non poteſt cogi ad emendum frumentum diſtribuendum per focularia in aliqua Provincia, ubi ſit maxima frumenti abundantia.*

23 *Cives penuriæ tempore poſſunt cogi ad proficiſcendum in longinquas Regiones ad effectum emendi frumentum.*

24 *Univerſitas poteſt prohibere ne homines alicujus villæ ducant panem in Civitatem, ſi illi nolint accipere frumentum partito Civitatis.*

25 *Penuriæ tempore poſſunt cogi divites ad pecunias mutuandum ad effectum emendi frumentum.*

Et ſi nemo adſit, qui pecunias promptas habeat, omnes tam divites, quam pauperes etiam exempti, poſſunt cogi ad pecunias mutuo capiendum, & ſe obligandum pro dicto effectu.

26 *Univerſitas poteſt cogere Cives ad reemendum frumentum pretio quo illud emerat licèt majori currenti æſtimatione, ſi marceſcat, vel ſit ſuperfluum.*

27 *Univerſitas cogere poteſt Cives ad præſtandum animalia, aliaque inſtrumenta neceſſaria pro aſportando frumento tempore neceſſitatis.*

Amplia ut poſſit cogere eoſdem ad revelandum frumenta, quæ collegerunt, ut videatur an ea ſufficiant.

28 *Neceſſitatis tempore, ſi compellantur Agricolæ ad frumentum vendendum, debet eis relinqui quantitas ſufficiens pro propria ſubſtentatione, & ad ſeminandum pro ſequenti anno.*

QUia experientia docuit graves tumultos in actioni Annonæ exortos eſſe, atque ob deficientiam victualium non raro Principes anguſtia preſſos, & à plebe etiam in foris publicè detentos fuiſſe, ut legimus apud Svetonium in Auguſt. *cap.* 25. & in Claud. *cap.* 18. & apud Livium *Decad. prima lib.* 2. Ideò non eſt mirandum ſi Imperatores penuriæ tempore ad publicæ neceſſitati, & Magiſtratuum incolumitati reparandum diſpoſuerunt, quod quilibet nullo, etſi privi-
1 legiatiſſimo excepto, quamvis ſit de intrinſeca ipſius Auguſtæ, aut Auguſti familia, cogi poſſit ad Victualia, & frumentum vendendum, ut in *unica*, ubi DD. *C. ut nemini liceat in empt. ſpec. ſe excuſare lib.* 10. Bart. & alii in *l. prima, Cod. de Epiſcopali Audientia*, Covar. *var. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 3. *& ſeqq.* pulchrè Menoch. *conſil.* 137. *numer.* 18. *& ſeqq.* ubi de quodam Epiſcopo, qui eum conſuluit de hac materia Surd. *de Aliment. tit. primo, quæſt.* 77. *n.* 2. *cum ſeqq.* Maſtril *deciſ.* 18. *numer.* 3. Franc. *deciſ.* 9. *eodem num.*
2 Bonden. *Collect. legal.* 50. *num.* 157. ubi innumeros allegat, ac pleniſſimè Maſſin. *de confiſcat. quæſt.* 18. *num.* 117. *& ſeqq.* ubi hoc extendit, etiam contra Eccleſiaſticos, & habentes privilegium duodecim filio-
3 rum, quod etiam latè defendit Ripolt. *de Regal. cap.* 46. *numer.* 25. *& ſeqq. & var. reſol. cap.* 11. *numer.* 91. ubi tamen, quòd ſæcularis poteſtas tenetur accedere ad Epiſcopum, ut Clericos cogat ad vendendum in ſubſidium, de quo etiam plenè Urſel. *verbo Annona concluſ.* 111. *n.* 5. *ubi n.* 7. ait, quòd nemo poteſt ſe excuſare ſub prætextu, quod non indigeat.

Et circa hoc eſt advertendum, quòd non ſolum Præſes Provinciæ, & alii quos enumerat Sola *ad conſuet.* 4
Saband. tit. de Edicto Annonæ gloſ. 6. *ſub numer.* 13. *fol. mihi* 639. poſſunt cogere ſubjectos, ſed etiam Judex, ſive Poteſtas illius loci, cui quoque tributa eſt facultas pretium taxandi, Abbas *in cap.* 1. *nu.* 6. *de empt. & vend.* Ripa *de remed. conſervat. contra peſtem num.* 196. *fol. mihi* 51. Surd. *de aliment. d. q.* 77. *n.* 3. Maſſin *de confiſcat. d. q.* 18. *n.* 159. *& ſeqq.* Guttier. *tract. pract. lib.* 1. *quæſt.* 13. *per tot.* Cohel *ad Bullam bon. regim cap.* 21. *num* 17. Surd. *deciſ.* 275. *num.* 4. Franc. Marc. *deciſ. Delfin.* 539. *n.* 15. *part.* 1. *prima.* Cabed. *deciſ. Luſit.* 92. *num.* 5. *part.* 2. Sola *dicta gloſ.* 6. *n.* 13. Avendan. *de exequ. mandat. Reg. part.* 1. *cap.* 19. *n.* 37. ubi ampliat, etiſi ſit demandata cura iſtius taxæ à ſtatuto Rectori Civitatis, & ait quod adhuc Judex ordi- 5
narius poſſit taxare, quidquid dicat Ripolt. *de regalibus dicto cap.* 56. *n.* 12. *& ſeqq.* qui tenet, quòd hoc jus cogendi ſit tantum regale.

Imò hæc coactio, atque taxatio poteſt etiam ab Epi- 6
ſcopo ordinari per Text. *in l. final. poſt princ. verſic. item Epiſcopi qui præſunt pani, ff. de muner. & honor.* Surd. *dicta quæſt.* 77. *n.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ.* 149. *num.* 47 *&* 48. ubi etiam quòd valeret conſuetudo generalis quæ curam iſtam deferret tantum judicibus ſæcularibus, & non ſolùm Clerici poſſunt ad id per Epiſcopos compelli, verùm etiam laici data tamen negligentia Judicis ſæcularis, Maſſin. *d. quæſt.* 18 *num.* 133. *verſ. ubi ſubdit*, Mexia. *de taxa panis conc.* 1. *numer.* 60.

Quæ etiam ſtatuta ſunt, ut Civitas abundet propter 7
quod poteſt quis cogi ad victualia vendendum, Bart. *in l. prima*, §. *cura carnis, ff. de offic. præfect. Urb.* Fabrari de Monte *de empt. & vendit.* 3. *quæſt. princ. nu.* 39. *inter tractatus tom.* 6. *fol.* 43. Afflict. *ad conſtit. Regni rub.* 10. *de violent. Meretric. num.* 7. *ad fin. & ſeqq. lib.* 1.

His poſitis clariſſimum redditur quòd tempore pe- 8
nuriæ poteſt Communitas ſive homines loci petere prælationem in emptione frumenti recollecti in eodem loco, ut eleganter probat Covar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 6. *verſ. tertio mihi probatiſſimum*, ubi improbat eos qui pro hac concluſione firmanda magnam vim faciunt in doctrina Bart. *in l.* 1. *C. de Metal. lib.* 10. qui nec pro hac poteſt allegari, alia enim ratio vera iſtius prælationis non poteſt aſſignari niſi ipſa coactio; quia ſi Civitas penuriæ tempore poteſt ipſos Cives cogere ad vendendum frumentum, quod eſt fortius poterit etiam prælationem petere, ac obtinere vendito frumento exteris atque Cives ipſos compellere oppidanis potius quam extraneis vendere, quod eſt minus, & iſta eſt fundamentalis ratio quam exponit Covar. ubi ſupra, atque hanc concluſionem tenent etiam Vmel. de Anna *allegat.* 57. *n.* 7. 8. *&* 16. Valenzuel. *conſil.* 105. *num.* 86. *& ſeqq.* Sebaſtian. Medices *deciſ.* 28 *nu.* 3. Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *Pragmat.* 1. *nu.* 304. *& ſeqq.* ubi etiam hoc extendit non ſolum exiſtente neceſſitate, ſed pro publica utilitate, ut ſcilicet Civitas ſit abundans, Surd. *de aliment. tit* 1. *quæſt.* 93. *num.* 14. Avendan. *de exeq. mandat. Reg. part.* 1. *cap.* 19. *n.* 35. Cancer. *Var. part.* 1. *cap.* 11. *tit. de emphyt. num.* 57. *fol. mihi* 55. ubi quod ita conſuluit Maſſin. *de confiſcat. d. quæſt.* 18. *n.* 156. Gratian. *diſcept.* 149. *n.* 39. ubi prætendit ad id extendere doctrinam Bartoli *in l. final. C. de Annon. civil. lib.* 11. qui dicit, quod officiales poſiti pro facienda eleemoſyna publica non debeant eam da- 9
re extraneis pauperibus.

Ceſſante tamen publica utilitate nempè ratione abundantiæ, ac neceſſitate nullo modo credo quod 1
ſit iſte novus laqueus civium fructibus injiciendus, ſicuti enim ipſi, tunc nullo modo res ſuas vendere tenentur, Cabed. *d. deciſ.* 92. *n.* 2. *part.* 1. ita nec homines illius loci in quo fuit recollectum frumentum prælationem petere poſſunt ſi aliis exteris frumentum fuit

vendendum, & hoc quia id nullo Jure cavetur, nec æquitas ulla ſuadet, imò nec ſub palliatæ æquitatis prætextu reſtringi ullo modo poſſet facultas rem ſuam cuilibet vendendi, de Martin. quotid. reſol. lib. 2. cap. 361. n. 1. Rot. deciſ. 547. n. 3. part. 2. recent. & quia maximum eſſet incommodum, & gravamen civibus, ſi cæteri homines præter caſum neceſſitatis, & utilitatis publicæ haberent hoc Jus prælationis in fructibus quos perceperunt ex propriis prædiis, non enim commodè invenirent emptores extraneos) quibus quandoque res pluris venderent) qui ſcientes alios poſſe ab ipſis frumentum ſub titulo prælationis avocare difficillimè emerent, ut ponderat Lanar. in addit. ad patruum in §. ſed etiam res per quas fiat inveſtit. fol. mihi 328. num.
11 37. circa medium.

Et quamvis aliqui ex relatis Doctoribus indiſtinctè loquantur ſuam opinionem firmantes cum doctrina Bart. in d. l. 1. num. 2. ubi etiam Lucas de Penna eodem num. C. de Metall. lib. 11. tamen eorum opinio ſic indiſtinctè accepta eſt falſiſſima, Bart. enim dicit quòd Coloni teneantur potiùs vendere fructus prædii Domino ipſius fundi quàm aliis, idemque dicit Lucas de Penna, qui hoc etiam ad Vaſſallos extendit, nunquam autem verbum faciunt de civibus, ut ſcilicet ipſi potiùs Univerſitati, quàm exteris ceſſante neceſſitate, & publica utilitate vendere fructus ſuos teneantur & maxima adeſt differentia inter Dominum, ac Principem & inter Communitatem, quia ſi illi habent prælationem evenire poteſt ex dominio di-
12 recto, quod habent ſuper prædio Coloni, & Vaſſalli, ſed hoc non verificatur in Communitate, quæ nullum dominium habet in bonis ſingulorum Civium, cùm ea quæ ſunt Univerſitatis non ſint Civium, & è contra, l in tantum 6. §. Univerſitatis, ff. de rer. diviſ. l. ſi ut mancipium 7. § ſi quid Univerſitati, ff. quod cujuſcunque Univerſ. nomine, &c. Peguer. deciſ. 71. n. 1. & ſeqq. Cobell ad Bull. bon. regim. cap. 13. numer. 14. plenè Rot. deciſ. 300. num. 1. & ſeqq. part. 9. tom. 1.
13 recent. Ideo que in quaeſt. 43 dictum fuit doctrinam Bartoli, & ſequacium non habere locum quando agatur de fructibus collectis à Colono, & Vaſſallis in propriis prædiis, quinimò minus veram Bart. aliorumque doctrinam, durum nulla lege cavetur, quòd Colonus fructus ad ſe liberè ſpectantes, potiùs Domino, quàm aliis vendere teneatur, nec valet argui ex d. l. 1. C. de Metall. quæ loquitur in Fiſco, & dat hoc peculiare privilegium Principi, ejuſque Fiſco, proinde nimis durum eſt, atque ab omni ratione alienum eam extendere ad Colonum privati, præſertim cùm prohibeatur in hac materia extentio de caſu ad caſum, ut agnovit doctiſſimus Covarr. var. reſ. d. cap. 14. ſub num. 6. verſ. cæterum quo rem iſtam, & latiùs dixi in d. q. 43.

14 Neque iſta prælatio poſſet cæteris Civibus, aut Communitati competere, quando venditio frumenti facta eſſet alteris Civibus, ut in ſimili dixi in quaeſt. 48. num. 15. & ſeqq. niſi tamen aliquis ex Civibus ultra propriam neceſſitatem, & indigentiam frumentum emere vellet, quia ſicuti ſtante penuria poſſet iſte Civis prohiberi ne cæteri totaliter careant, Salicet. in l. 1. in fin. Col. C. de Epiſcop. aud. Gomez. var. part. 2. cap. 2. de empt. & vendit. num. 5. verſ. 2. infero in fin Col. Nicol. in §. final num. 20. verſ. tertio metu careſtiæ inſtit. de empt. & vend. ita etiam poſſet vendens cogi ad vendendum Univerſitatis, aut aliis Civibus congrua diſtributione ſervata, & in iſtis Caſibus poſſet quoque peti prælatio.

Iſtis ſic abſolutis difficilius eſt aliam quæſtionem multum in hac materia à Doctoribus agitatam ſolvere, an ſcilicet iſto caſu quo Univerſitas habet prælationem in frumento vendito extraneis, teneatur ſolvere pretium, quod alii extranei ſolverunt, an verò pretium juſtum, & Commune; In qua quæſtione licèt prima facie reſolvendum videatur, quòd Univerſitas ſolvere teneatur pretium quod alius emptor extraneus expoſuit, tum quia regulariter, idest in petente prælationem,
qui pretium ab alio oblatum, & ſolutum exburſare te- 15
netur; ut dixi in quaeſt. 22. num. 1. & ſeqq tum etiam quia ita tenuit Gratian. diſcep. for. 149. num. 29. ubi quòd quando quis tenetur vendere frumentum potius uni, quàm alteri eſt ei dandum pretium ab alio oblatum, & in hanc ſententiam videtur inclinaſſe Covarr. d. cap. 14. numer. 6. verſ. quarto præmiſſa, ut ex lectura.

Tamen communis ſententia DD. eſt, quòd Univerſitas ſolvere teneatur tantùm pretium commune, & 16
juſtum, non enim ſumus in terminis prælationis provenientis ex aliquo jure ſpeciali, quod mandet potiùs Univerſitati, quàm exteris vendendum eſſe frumentum, quo caſu à relata opinione non recederem, ſed verſamur in terminis prælationis provenientis ab ipſa neceſſitate, & publica utilitate ex ea ratione quòd ſicuti Univerſitas poſſet cogere detinentes victualia ad ea vendendum, ita etiam poſſit obtinere ſe præferri in venditione, quo caſu ſicuti ipſa Univerſitas, ac Judex poſſet certum pretium taxare, quod tamen ſit juſtum, ut dixi, ita etiam quando vult præferri nonniſi juſtum pretium conſignare tenetur, non autem illud quo frumentum illud vendi poſſet extra Civitatem ipſam, Menoch. conſ. 137. per tot. Sola ad conſuet. Sabaud. tit. de conſuenno ſolut. gloſſ. unica in 2. & 3. part. per totam, fol. mihi 80. & 81. Capiblanc. de Baron. tom. 2. pragm. 1. nu. 10. verſ. hanc contrarietatem, Grattan. d. cap. 149. num. 35. & ſeqq Molin. de contract. diſput. 364. numer. 14. circa med. Ripolt. var. reſ. cap. 11. de empt. & vend. numer. 89. & ſeq. latè Maſtrill. deciſ. Sicil. 17. à numer. 8. ad 17. fol. mihi 25. licèt in caſu ſuo ſit contrarium deciſum, eo quia agebatur de frumento alibi nato, & vi ablato, ac reperto caſu in Faro, quod deſtinatum erat pro alia Provincia, & Civitate, quo caſu dicit attendendum eſſe pretium loci deſtinati, plenè etiam Maſſin. de confiſcat quaeſt. 18. à num. 156. uſque ad finem, ubi ad ſaturitatem.

Advertendum tamen eſt, quòd ſi fuerit petita prælatio ex intervallo, & interim auctum ſit pretium
frumenti, tunc non eſt ſolvendum pretium, quanti 17
ſcilicet valebat frumentum de tempore factæ venditionis, ſed quanti communiter venditur de tempore petitæ prælationis, unde Univerſitas prælationem petens pretium ſic auctum ſolvere tenetur, ita Covarr. reſ. lib. 3 d. cap. 14. numer. 6. verſ. 4. præmiſſa in fin. & verſ. quod ſi ex intervallo, Mexia de Taxa panis col. 5. num. 113. & ita audivi judicatum ab Illuſtriſſ. Annonæ Præfecto Anno 1672. contra Communitatem Gallicani, & ſervatum fuit in Sac. Congreg. Bon. reg. contra Communitatem Scarpe Anno 1676.

Notandum primò eſt ad ornamentum materiæ, quod etiam ſepoſita neceſſitate, & publica utilitate poteſt quis cogi ad vendendum frumentum, aliaque victualia à Judice juſto pretio, ſi ea publicè expoſuit
venalia ad Text. in l. 1. § cura carnis, ff. de offic. Præ- 18
fecti Urbis, DD. in cap. 1. ubi ſignanter Abb. num. 6. de empt. & vend. Capell. Toloſ. deciſ. 447. ubi Aufret. in addit. num. 2. & ſeqq. Martillus d. deciſ. 17. n. 4. quidquid teneant multi, quos refert Cabed. deciſ. Luſit. 92. num. 2. part. 2.

Notandum ſecundò, quod tempore præciſæ neceſſitatis poteſt Judex vi ſui officii cogere divites ad facien-
dum eleemoſynam, & mutuandum pauperius, nec 19
non ad communicandum victualia, gloſſ. in Canone ſicuti diſt. 47. Ripa de remediis conſervativis contra peſt. num. 156. Cabed. deciſ. Luſitana 92. num. 5. verſ. reſolventem, Add. ad Cappellam Toloſanam d. deciſ. 447. num. 1. Incip. compelli, Menoch. conſ. 137. n. 15. & ex Theologis Enriquez in Summa lib. 14. cap. 17. §. 5. in fin. Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 12. dubitatione 12. num. 75.

Notan.

20 Notandum tertiò, quòd non poteſt Judex cogere in
caſu penuriæ ad vendendum frumentum illos qui il-
lud haberent pro ſuo uſu tantùm, quia prima charitas
incipit à ſeipſo, plenè Surdus *de aliment. d. quæſt* 77,
numer. 12, Gratian. *d. diſcept.* 149. *numer.* 42. ne-
21 que potuit Judex vel Civitas cogere unum tantùm
hominem ad vendendum, nam omnes exuberantes
ſunt cogendi, Lucas da Penna *in d. l.* 1. *C. quibus
muner. vel præſtat.* Afflict. *in conſtit. Neapol. in
proœm. quæſt.* 3. additio ad Cappell. Toloſan. *dicta
deciſ.* 447. *ſub. num.* 3. *verſ. dum tamen hoc fieret gene-
raliter*, Sola *ad conſuet. Sabaud. dicta gloſ.* 6. *num.* 22.
Avendan. *de exeq. mand. Reg. part.* 1. *cap.* 19. *nu.* 34.
verſ. & compulſio d. cap. 149. *n.* 37.

Notandum quartò, quòd Univerſitas non poteſt co-
22 gi ad emendum frumentum diſtribuendum per focu-
laria in aliqua Provincia ubi ſit maxima frumenti
abundantia, ut deciſum refert Thor. quem refert Jo-
23 ſeph. de Mela in addit. ad Gizzarell. *deciſ.* 71. *num.*
10. Benè tamen Cives ipſi penuriæ tempore cogi
poſſunt ad proficiſcendum in longinquas regiones pro
frumento emendo, Thor. *in compend. deciſ. part.* 1.
24 *fol.* 85. Didac. de Mari in Add. ad Giazarellum *ubi
ſupra num.* 14 ubi etiam *num.* 11. notat homines ali-
cujus Villæ prohibere poſſe per Civitatem ne ducant
panem in ipſam civitatem ex quo nolunt accipere gra-
num partim Civitatis; Poteſt etiam Præſes Provinciæ
25 hoc penuriæ tempore cogere Divites ad pecunias mu-
tuandam ut frumentum ematur ſub pœna ſtandi in
Carcere, ut poſtea empto frumento, & vendito pane
pecuniæ reddantur, Platea *in l.* 1. *C. de omni agro de-
ſerto lib* 11. Avendan. *de exeq. mandat. Reg. part.* 1.
cap. 19. *nu.* 34. ubi etiam ſi iſti divites ſint Nobiles,
plenè Joſeph. de Mel. in Addit. ad Gizzarell. *deciſ.*
71 *n.* 9. Ripolt. *de Regal. cap.* 46. *n.* 21. *& ſeqq.* etſi
pecunias non habeant poſſunt tam Divites, quàm pau-
peres etiam exempti, & privilegiati cogi ad pecunias
mutuo capiandas pro dicto effectu, Roland. *conſ.* 1. *nu.*
69. *lib.* 2. Menoch. *d. conſ.* 137. *n.* 13. Sola *ad conſuetu-
dines Sabaudiæ tit. de Edict. Annona dict. gloſ.* 6. *n.* 1.
& ſeqq. & præſertim. n. 4. *& ſeqq.*

Notandum quintò, quòd poteſt Civitas Cives ipſos
26 cogere ad reemendum frumentum pretio empto licèt
majori currenti æſtimatione ſi marceſcat, vel ſit ſu-
perfluum, ac miſcere vetus frumentum cum novo, &
per Cives diſtribuere, ut plenè notat Gizzarell. *de-
ciſ. Neapol.* 71. *num.* 4. ubi quòd hoc caſu concurre-
re etiam debent Caſtra, & Caſalia ſub Civitate exi-
ſtentia, Joſeph. de Mele *in add. ad eundem num.* 5. *&
ſeq.* Didac. de Mari *num.* 12. *ubi concordantes*, poſ-
ſe etiam cogere ad præſtandum Animalia aliaque
27 Inſtrumenta neceſſaria pro aſportando frumento, ut
concludunt prædicti DD. & ad revelandum præce-
dentibus bannis pœnalibus frumenta quæ collegerunt,
ut videatur an ea ſufficiant, Didac. de Mari *ubi ſupra
num.* 13. quod practicatum vidimus ſub hoc juſtiſſimo
Principatu non multis lapſis annis.

28 Notandum ſextò, quòd tempore neceſſitatis Agri-
colæ compellantur ad vendendum frumentum, hoc
fieri debet cum magno moderamine, ſcilicet quòd eis
remanere debeant grana pro eorum propria ſuſten-
tatione, & ad ſeminandum pro ſequenti Anno, Ita
Bobadill. *in ſua politic. tom.* 2. *lib.* 3. *num.* 12. *& ſeqq.*
Ripolt. *d. cap.* 46. *num.* 24. conſonat legendus locus
Livii *decad.* 1. *l.* 2. & elegantior Caſſiodori *lib.* 1.
Epiſt. 34. ſic dicentis: *Copia frumentorum Provinciæ
debet primum prodeſſe cui naſcitur quia juſtius eſt ut
Incolis propria fœcunditas ſerviat, quàm Peregrinis
commerciis ſtudioſè cupiditatis exhauriat, aliensis ſiqui-
dem partibus debet impendi quod ſupereſt, & tunc de ex-
teris cogitandum, cùm ſe ratio propriæ neceſſitatis ex-
pleverit.*

QUÆSTIO L.

An & quando Civitati competat prælatio in emptione aquæ; quam privatus, vel Princeps vult vendere, & in emptione loci per quem vult Civitas aquæductum facere.

SUMMARIUM.

1 *Vendere cogitur Baro, vel alius privatus, qui to-
tam aquam in proprium ſolum derivavit, & re-
cluſit, partem aquæ ſufficientem pro uſu abundan-
ti Civium.*

2 *Imò, quòd ſi aqua ſit publica, Baro teneatur aquam
dimittere, nec poſſit illam in proprio ſolo includere,
non obſtante qualibet præſcriptione, vel privilegio,
plures defendunt.*

3 *Amplia, ut Cives inſtantes, quòd reſtituatur loco pu-
blico pars aquæ ſufficiens, ſine ulla impenſa, poſſint
id juſte petere.*

4 *Si vero privatus ex ſolo privato duxerit aquam in ſuum
eamque recluſit, poteſt cogi ad vendendum juſto pre-
tio partem aquæ, quæ ſit neceſſaria pro uſu Civium.*

*Amplia etiam in caſu, quo utilitas publica conſiſtat
in retractu conſiderabili, qui ex illa aqua fieri poteſt
in faciendis Carteriis, & Ferreriis, & ſimilibus,
niſi tamen privatus prævениſſet.*

6 *Limita, quando Civitas alterius aquæ uſum commo-
dum habet.*

7 *Civitas, quæ cogere poteſt privatum, aut Baronem
ad aquam vendendam pro uſu Civium, præfertur
etiam in venditione voluntaria, niſi tamen priva-
tus promptus eſſe Civitati vendere aliam partem
ſufficientem ipſius aquæ.*

8 *Civitas poteſt ducere per fundos privatorum aquam
publicam etiam ipſis invitis.*

9 *Amplia, ut privatos poſſit cogere dicto caſu ad venden-
dum locum pro aqua ducenda.*

10 *Amplia etiam pro ducenda aqua pluvia, & faciendis
collaticiis.*

*Et in dd. caſibus præfertur etiam in voluntaria vendi-
tione, ſi vendatur locus magis commodus pro aqua
ducenda.*

11 *Et hoc caſu Civitas, non ſolùm tenetur ſolvere juſtum
pretium Terræ neceſſariæ pro aquaductu, ſed etiam
reficere damnum, quod poteſt in futurum contingere
ex dicto aquaductu faciendo, & damnum, quod ex
incommoditate evenit.*

12 *Imo in taxa pretii, debet haberi ratio ipſius coactionis
quando tamen author non admittit.*

13 *Princeps cogens aliquem ad rem ſuam vendendum, te-
netur ſolvere juſtum pretium rei, imò etiam coharen-
tia ipſius rei.*

14 *Et ultra pretium tenetur etiam reficere damnum ob
eam cauſam illatum, quidquid aliqui defendant.*

PRima quæſtio breviter diſtinctione abſolvitur, aut
enim aqua illa neceſſaria eſt publico, & detinetur
à privato in proprio fundo, & tunc aut privatus, vel
Baro illam à publico ſolo in ſuum derivavit, & re-
licta quæſtione an id potuiſſet facere, dicendum eſt,
quòd totam aquam abſorbere pro uſu ſuo privato non
potuit ideoque ſi licitè illam in proprium ſolum deri-
vavit, & recluſit cogi poteſt ad aquam ſufficientem
pro uſu abundanti Civium dandam, congruit his 1
locus Taciti *lib.* 5. *annalium*, dicentis, *jam aqua
privatorum licentia intercepta quo longior, & pluribus
locis fluerent*, & eſt Text. ferè apertus *in l. ſi quis præ
divina, C. de aquaduct. lib.* 11. ubi quòd obtinentes
à Principe privilegium ducendi aquam ex publico de-
bent reſcriptum Præſidi intimare, ut ea aquam pro
abundanti Civium uſu relinquat, & reliquam pri-
vato à Principe privilegiato tribuat, & notant ibi-
dem Lucas de Penna *n.* 1. ubi ait, quòd ordo iſtius legis
contra

contra naturalem æquitatem, hodie præpoſteratus eſt, dum prius aquæ publicæ inſerviunt uſui privatorum, poſtea verò communi Civium, qui interdum ſiti areſcunt, quòd non ſolùm contra jus, ſed etiam con-
2 tra charitatem eſſe affirmat, & non permittendum, & ibi etiam Jo. de Platea *num.* 2. Bart. *num.* 1. & Anton. Perez. *num.* 3. *verſ. itemque, & num.* 4. *fol. mihi* 919. ubi quòd quælibet præſcriptio, & titulus non ſuffragatur ad effectum occupandi aquam publicam, quæ pro uſu Civium eſt neceſſaria, & iſtis non relatis de Barone notat Capiblanc. *ad pragm.* 8. *de Baron. part.* 2. *num.* 30. *& ſeqq.* Novar. *de gravam. Vaſſall. part.* 1. *gravam.* 29. *per totum*, ubi quòd ſolent hoc caſu in Regno mitti Judices, & Conſiliarii ad repartiendam aquam inter Baronem, & Subditos, & Barbat. *de diviſ. fruct. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 47. ubi quòd ſi Princeps vellet contrarium facere, nec poſſet.

3 Et ſi Cives velint, quòd reſtituatur loco publico pars aquæ ſufficiens eorum uſui ſine ulla impenſa poſſunt obtinere ad tradita per Anton. Perez *ad lib.* 11. *C. tit. de aquaduct.* 42. *n.* 4. Si verò velint uti aqua à privato, vel Barone longè traducta, & tunc æquum putarem Cives teneri non ad ſolvendum juſtum pretium, ſed ſolùm ad contribuendum in aliqua parte Judicis arbitrio impenſis factis à privato, ut aquam ibi duceret.

Aut privatus, vel Baro aquam à privato ſolo in
4 ſuum derivavit, eamque recluſit, & tunc ſi illa neceſſaria eſt pro uſu Civium, aut pro publica utilitate eorundem clarum eſt, quòd Civitas ipſa implorando Superioris auxilium cogere poſſit privatum ad partem aquæ neceſſariam juſto pretio vendendum, ut ſpecialiter notat Marta *voto* 174. *num.* 9. *&* 10. Novar. *ad pragmat. Regni tit. de aquis, & aquaduct. collect.* 1. *numer.* 3. *fol. mihi* 103. Solo *ad conſuet. Sabaud. tit. de fluminibus public. part.* 1. *gloſ.* 1. *numer.* 42. *verſ. quinimò, & multis ſeqq. fol. mihi* 301. Barbat *de diviſ. fruct. part.* 1. *cap.* 3. *numer* 69. *ad* 73. qui tale cogendi jus extendunt etiam quando favor publicæ utilitatis eſt in retra-
5 ctu conſiderabili, quæ ex illa aqua fieri poteſt, quod tamen admittendum non eſſet, ſi privatus prævenisſet in opere illo, ex quo non parva retrahitur pecuniæ ſumma faciendo, quia tunc præjudicaretur magnoperè ejus Juri.

6 Id tamen procedit, ſi Civitas alterius aquæ uſum commodum non habeat, aut eam ad æmulationem, luxum, vel delicias non petat, & ſi publica adſit neceſſitas, aut utilitas, ſecus contra, nam quilibet debet eſſe rei ſuæ moderator, & arbiter, nec cogi valet ad aquam alteri vendendam, ut plenè firmat Marta *dicto voto* 174. *per tot.*

Hiſce autem caſibus, in quibus Civitati jus cogen-
7 di privatum, aut Baronem ad aquam ſibi vendendam impartitur, dari etiam debet pro pretio, & pecunia, quam dare deberet Civitas in actu coactionis prælatio caſu quo privatus, aut Baro alteri aquam illam vellet vendere, ut dictum eſt in præcedentibus quæſtionibus, niſi tamen privatus promptus eſſet Civitati vendere partem aliam ſufficientem ipſius aquæ, quia tunc ceſſaret prælatio, ut dixi *in quæſt.* 48. *n.* 10. *& ſeqq.*

Secunda quæſtio breviter etiam definitur, ſicuti enim Civitati permiſſum eſt per fundos privatos Do-
8 minorum, ipſis invitis aquam publicam, & publicæ neceſſitati, aut utilitati inſervientem ducere, ut dicitur *in l.* 1. *C. de aquaduct. lib.* 11. & conſonat Text. *in l. ſi locus, §. cum viam ff. quemadm. ſervit. amittatur*, eoſque ad locum pro aqua ducenda vendendum, cogere, Car-
9 pan. *ad Statut. Mediol. part.* 2. *cap.* 147. *n.* 19. *& ſeqq.* ubi quòd privatis iſtud jus non competit, Pechius *de aquaduct. c.* 10. *q.* 4. *l.* 2. *n.* 6. 25. *& ſeqq.* ubi id extendit etiam producenda aqua pluvia, & faciendis co-
10 laticiis, ita etiam hoc caſu prælationem petere potuit, ſi privatus locum illum vellet alteri vendere, niſi tamen paratus eſſet Civitati dare alium locum æquè commodum, ut ſupra.

Hoc tamen caſo non ſolùm credo, quòd Civitas te- 11
neatur ad juſtum Terræ pretium ſolvendum, ſed etiam ad damnum, quod poteſt, vel in futurum poterit contigere ex aquæductu faciendo, nec non damnum quod ex incommoditate avenire poterit, ut latè tuetur Pecius *dicta quæſt.* 4. *numer.* 27. *& ſeq.* ubi dat formam æſtimationis faciendæ, & dicit etiam 12
quòd debet haberi ratio ipſius coactionis, quod tamen non admitto, quia omnes leges, & doctores ex quibus talis coacto pro publica utilitate, aut neceſſitate deducitur juſtum pretium tantum ſolvendum eſſe decernunt, ut ſæpè dictum eſt *in d. qu.* 48. *num.* 10. *& ſeqq. & quæſt.* 49. *num.* 16. exemplum etiam 13
ſumendo à Principe, qui ſi cogat aliquem ad vendendam rem ſuam, aut illam à privato ex juſta cauſa auferat, tenetur juſtum pretium ſolvere, ideſt pretium quo res ipſa valet, & ſecundum valorem rei non ſolùm conſideratæ per ſe, ſed etiam cohærentiæ ipſius rei, Spad. *conſ.* 189. *num.* 9. *lib.* 2. Rolant. *conſ.* 71. *num.* 17. *lib.* 3. Rot. coram Ubaldo *deciſ.* 478. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 1. nunquam autem ſcriptum vidi, quòd debeat reſtitue- 14
re pretium habita etiam ratione coactionis, benè tamen quòd teneatur ultra pretium reficere damnum ob eam cauſam illatum ut plenè Actolin. *reſol. for. part.* 1. *num.* 79. *& pluribus ſeqq.* Eminentiſs. de Luca *de regal. diſcurſu* 148. *n.* 38. *& ſeqq.* Rot. coram Ubald. *ubi ſupra*, quamvis contrarium verius apertè fateantur Capyc. Latr. *deciſ.* 188. *numer.* 72. Larrea *alleg.* 59. *numer.* 19. Antunez *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 24. *numer.* 113.

QUÆSTIO LI.

An ei, cui fuit facta conceſſio, aut venditio aquæ ex aliquo aquæductu provenientis, competat prælatio, ſi Dominus concedens velit partem illius aquæ alteri vendere

SUMMARIUM.

1 *Aqua parte alicui vendita, vel conceſſa, non poteſt vendi alia pars alteri ſine conſenſu illius, cui fuit conceſſa prima pars dictæ aquæ, ſi ex iſta ſecunda venditione jus primi conceſſionarii aliquo modo diminuatur.*

Et primus conceſſionarius in emptione præferri debet.

2 *Prælatio datur, quando lex requirit alicujus conſenſum in alienatione.*

3 *Contrarium tamen defenditur, quia poteſt requiri conſenſus alterius propter ejus intereſſe.*

4 *Prælatio non datur ei, cui fuit conceſſa ſervitus aquæ ducendæ ex aliquo aquaductu, quando Dominus vendit partem aquæ extraneo.*

5 *Aqua parte conceſſa, aut vendita alicui, poteſt Dominus alteram partem vendere cuicumque, etiam primo conceſſionario non requiſito & invito.*

Neque hoc caſu competit primo conceſſionario prælatio.

6 *Prælatio cui nam datur, quando duo aquam occuparunt, & Civitas vult vendere dictam aquam uni ex ipſis, ibi unde.*

Quæſtio diſtinctione abſolvitur, ſi enim aqua conceſſa, vel vendita Titio ex ſecunda conceſſione diminuitur, aut aliquo modo Titii Juri præjudicatur, & tunc quæſtio non eſt tam facilis, tam prima facie videtur, quòd Titius debeat præferri, nam 1
leges hoc caſo non ſolùm requirunt conſenſum illius, qui aquæductus eſt Dominus, ſed etiam illius, cui aquæ ſervitus eſt data, & cui aliquo modo præjudicari poteſt, ut eſt Text. apertus *in l. in concedendo* 8. *cum ſeqq. ff. de aqu. pluv. arcen.* ibi: *In concedendo Jure aquæ ducendæ non tantùm eorum, quorum in loca aqua oritur, verùm etiam eorum, ad quos ejus aquæ uſus pertinet*

voluntas

voluntas exquiritur, ideſt eorum, quibus ſervitus aqua debeatur, *nec immeritò*, *cùm enim minuatur Ius eorum conſequens fuit axquiri an conſentiant*, *&c.* *& in l. aquam* 4. ubi Bart. Bald. Salicet. & latiùs Anton. Perez *num.* 10. *C. de ſervit.* *& aqu.* & latè Pech. *de aquaduct. cap.* 3. *quaſt.* 12. *lib.* 1. *nu.* 26. *& ſeqq.* *& nu.* 31. *& ſeqq.*

2 Voleure ideò Domino aquæductus vendere aquæ partem, dum tenetur requirere illum, qui habet ejuſdem aquæ uſum, & ſervitutem, non videtur abſonum, quòd eidem competat prælatio, ut per Text. *in l. fin. C. de Iur. emphyt.* notat Mercian *diſput.* 97. *nu.* 18. *tom.* 2. *& diſp.* 63. *nu.* 27. ubi quòd illi cujus conſenſus neceſſarius eſt in alienatione datur prælatio.

Sed veritas eſt in contrarium, quia non eſt bona con-
3 ſequentia, *requiritur in venditione alicujus rei conſenſus, & interpellatio alterius, ergo illi, cujus voluntas exigitur, competit prælatio*, nam aliquando requiritur à Jure conſenſus, & citatio alicujus ad effectum, ut præferatur, aliquando verò exigitur ad effectum, ne ipſi præjudicetur, & ut poſſit impedire venditionem, ut optimè probat Jaſ. *in l. fin. num.* 54. *verſ. tertiò adducit, C. de Iur. emphyt.* concordat Cald. *de Iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 22. *in fin.* benè etiam Arndt. Rauch. *part.* 2. *quaſt.* 22. *num.* 24. *ſub fin. verſ. nec tamen inde*, Berlich. *cancl.* 39. *de Iur protomiſ. part.* 2. *num.* 42. *verſ. verùm quia*, Manzius *deciſ. Palatin. qu.* 11. *n.* 33. & ideo videmus, quòd in donatione rei emphyteuticæ Domino directo nulla competit prælatio, & tamen illius conſenſus eſt neceſſarius, ut dixi *in quaſt.* 31. *numer.* 79.

4 Hic verò conſenſus illius, qui uſum, & ſervitutem aquæ habet non exquiritur à lege ad effectum, ut ipſe præferendus ſit pro eodem pretio, ſed ad effectum, ipſi non inferatur injuria, ideſt præjudicium, & aquæ jus non minuatur, ut *in d. l in concedendo*, *& in l. in diem addicte ff. de aqu. pluv. arcen.* ibi: *Hic autem voluntas exigitur, ne Dominus ignorans injuriam accipiat.*

Et propterea non poteſt ipſi competere prælatio; & quidem ſi prælationis Jus daremus aquæ ſervitutem habenti, inanis eſſet proviſio, ſi enim nec Dominus nec alii poſſunt contra ipſius voluntatem quidquam immutare, propter quod præjudicium afferatur uſui ipſius aquæ, ut latè Menoch. *de retin. remed.* 6. *num.* 123. ad quid opus habebit prælationis beneficio, dum certè ſcit, jus ſuum non poſſe immutari, ut dixi *in quaſt.* 47. *numer.* 76. *& ſeqq.*

5 Si autem aqua Titio conceſſa, aut vendita non diminuitur, nec ſecunda conceſſio eſt nociva primæ, adeò ut aqua ambobus ſufficiat, & tunc nec prælatio illi, cui prius aqua eſt conceſſa ullo modo eſt danda, cùm libera, & plena remaneat in Domino libertas cuicunque illud jus aquæ concedendi abſque eo, quod requirere teneatur voluntatem, & conſenſum illius, cui fuit aqua priùs conceſſa, ut apertè probat Text. *in d. l. in concedendo*, arguendo à contrario ſenſu, & gloſs. Jac. Buttrigar. ac Bart. *in d. l. aquam.* 4. *n.* 1. *C. de ſervit. & aqu.* ubi quòd ita determinatum fuit Bononiæ inter Fratres Prædicatores, & Minores, ac ibidem Salicet. *numer.* 1. & Barboſ. *numer.* 6. *&* 7. ubi quòd licet aquam vendere hoc caſu etiam invito, & reluctante priori emptore, vel conceſſionatio, Connan. *comment. Iur. Civil. lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 6. Cepol. *de ſervit. ruſt. prad. cap.* 4. *numer.* 30. *verſ. aut iſtam*, & plenè Menoch. *de retinend. remed.* 6. *numer.* 114. *&* 115.

Sed quinam præferatur ex duobus, qui aquam occuparunt, quando Civitas vult vendere d. aquam ambobus, vel uni ex ipſis, videndus eſt Cepoll. *de ſervit. ruſt. prad. cap.* 4. *numer.* 43. *fol.* 222. *inter tract. tom.* 6. *part.* 2.

QUÆSTIO LII.

Servus ob non ſolutum vectigal, aut Crimen, aut factum Domini in commiſſum incidit, & à Fiſco fuit occupatus, & confiſcatus, vult vendi alteri, & Dominus petit præferri? Quæritur an poſſit.

SUMMARIUM.

1 *Servi Dominium acquiſitum eſt Fiſco, & Publicano, poſt quam ſervus incidit in commiſſum.*
2 *Fiſcus, ſervum, qui incidit in commiſſum, poteſt cuicumque vendere, & alienare.*
3 *Limita, quando ſervus non reddidit rationem negotiorum geſtorum Domino, vel aliquod Crimen in perſonam Domini patravit, quia tunc poteſt cogi Fiſcus à Domino ad ſervum vendendum.*
4 *Et hoc caſu Dominus prælationis jus habet, ſi fiſcus alteri ſervum vendiderit.*
5 *Declara, ut iſta qualitas delicti, vel non redditæ rationis, probari debeat à Domino, adeo ut non ſtetur ſimplici Domini aſſertioni.*
6 *Dominus, ſi vendiderit ſervum, poterit poſtea pro eodem pretio ab emptore ſervum evincere, ad effectum, ut ſervus ipſi rationem adminiſtrationis geſta reddat.*
7 *Contrarium, ſcilicet, quòd juſtum pretium teneatur ſolvere, eſt verius.*
8 *Imò, quòd neque hoc caſu poſſit ſervum evincere, & cogere emptorem ad ſervum vendendum defenditur, & num.* 9.
10 Text. in l, interdum, §. idem autem, ff. de publican. *declaratur.*
11 *Declara, quia ſi emptor ſervum alteri vendiderit, prior Dominus præferri debet pro dictis effectibus.*
12 *Contrarium tamen probatur.*
13 *Limita, quando de tempore venditionis Dominus ignorabat ſervi delictum in propriam perſonam aut ſervi adminiſtrationem, de quo tamen dubitat Auctor.*

QUæſtio iſta licèt in noſtris regionibus practicabilis non ſit, in exteris tamen ſæpè ſæpiùs evenit, ideoque eam omittere dignum non duxi.

Et in ſervo ſimpliciter, quæſtio contra Dominum eſt decidenda, nam poſtquam incidit ſervus in commiſſum, acquiſitum eſt illius dominium fiſco, & publicano, *l. commiſſa, ff. de public.* proindè juſtum eſt, quod fiſco remaneat plena libertas eum alienandi, & vendendi cui ſibi placuerit, *l. remandata*, *C. mandat. cum aliis vulgaribus.* 1 2

Quando verò ſervus Domini negotia geſſit, nec rationem reddidit, vel quando crimen aliquod in perſonam Domini patravit, tunc dicendum eſt, quòd Domino competat prælatio, ſicuti enim ipſi à lege hoc caſu indultum fuit, ut poſſit fiſcum cogere ad ſervum juſto pretio ſibi vendendum, ad effectum, ut ille Domino reddat adminiſtrationis geſtæ rationem, vel ut eum puniat, per Text. apertum *in l. interdum* 16. *cum §. Idem autem, ff. de Public.* ubi gloſs. & Bart. & ita etiam ſi fiſcus alteri ſervum velit vendere, Dominus debet ad iſtos effectus pro juſto pretio præferri, ut colligitur apertè ex dicta *l. interdum*, & notat non obſcurè ibidem Caſtrin. *in princip.* & notavimus in quæſtionibus antecedentibus. 3 4

Sed prius Judex videat, an à Domino iſta qualitas, quòd ſcilicet ſervus ſua negotia, geſſerit, & non reddiderit rationem adminiſtrationis, aut quòd delictum in propriam Domini perſonam commiſerit, probata ſit, aliàs enim ſimplici Domini aſſertioni ſtare non tenetur, ad tradita per Angel. *in d. l. interdum*, *§. idem autem.* 5

An autem hæc prælatio Domino competat, ſi ſer-

vus

vus ſpontè à Domino ſit venditus, quando emptor
vallet poſtea ſervum alteri vandera, quæſtio aſt ar-
dua, quòd enim Dominus poſſit evincera ſervum ven-
ditum ab amptora pro eodem pretio ad effectum,
ut ſervus ipſi rationas adminiſtrationis reddat, tenuit
Munoz. *de ratiocin. cap. 3. numer.* 4. *&* 5. cui nullo
7 modo in hoc adhærendum puto, nam quòd pro aodem
pretio poſſit ſervus à Domino avinci, eſt falſum, cùm
Text. *in d.cta l. interdum*, æſtimationem ſatvi, ſolven-
dam aſſa Judicis arbitrio, & ſic juſtam, concludat
quæ da tempora quo Dominus vult ſervum vindicare
poteſt eſſe major pretio, ab amptore exburſato, cùm
pretia rerum varientur de diem, *l. pretia 63 §. final.
ff. ad leg. falcid.* & anterior venditio juſtum pretium
ad præſens aſſa non coocludat, *l. 3. §. Divi Fratres, ff.
de Iur. fiſc.*

Quòd autem Domino, qoi vendidit ſervum adhuc
8 detur iſtud Jus cogendi eſt erroneum, ſi anim Do-
minus ſpontè vendidit ſervum, & licita fuit vendi-
tio, non eſt poſtea admittendus ad ratractandum id,
quod legitimè fecit, *l. poſt mortem, ff. de Adopt. l.
cùm profitearis, C. de revocat. donat. l.* 1. *C. de re-
miſs. pignor.* cum ſimilibus, maximè, quia huic benefi-
cio ranunciaſſa videatur, dum ſciens ſervum ſua admini-
9 ſtraſſa negotia illum vendidit rationas adminiſtratio-
nis ab eo oon patendo, ut in ſimili notat Angel. *in l.
qui tibi, §. qui Seichum circa finem, ff. de ſolut.* Cravet.
conſil. 106. *n.* 2. *verſ. aibi ſcribit*, & optimè Tiraquell.
de retract. lignag. §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 38. ac alii quos
allegavi *in quæſt.* 18. *nn.* 2. *& ſeqq.* & præſertim quia
10 Taxt. *in dicta l. interdum*, loquitur da ſervo, qui inci-
dit in commiſſum, & à fiſco, vel publieano Domino in-
vito captus fuit, unda noo debemus illius diſpoſitio-
nem extandere ad caſum, quo Dominus illum volun-
tariè vendidit, *l. Papinianus, ff. de minor.*

Nec tale jus poteſt Domino competere, quando is
11 cui ſarvum vendidit, illum alteri vult diſtrahera, ac ſi
illo caſu priorem venditionam à ſe factam non revocet,
ſad tantùm iſtam poſteriotam, Anchar. *conſ.* 371. *in fin.*
Tiraquell. *d. gloſ.* 9. *n.* 44.

Quoniam Tiraquell. loquitur, quando ex illa nova
venditiooe oritur novum jus prælationem petendi, iſtud
12 autem jus *à leg. interdum*, derivans, non oritur à ven-
ditione ſervi facienda, ſad conſiſtit in ipſa redditio-
oe rationis, vel ſervi punitione ob quam lex jus co-
gandi fiſcum Domino dedit, & vanditionem ſarvi in-
vito Domino pro ſe, ſarvum volenta faciendam pro-
hibuit, conſaquans proindè aſt, quòd ſi Dominus
ſciens vandiderit ſervum renunciaſſa vidaatur dicto
juri cogendi, ea enim integra ante venditionam in
ipſius potaſtata erat ad rationum redditionem ſer-
vum urgera, aut eum punire, cùm autam alterum
omninò contrarium, id eſt ſervum vendere elegerit,
altero ſervum vandicando juſto pratio ad effectum, ut
illa rationes reddat, abſtinera debet, utor arguman-
to Text. *in l. cujus bonis in princip. ff. de Curat. furioſ.
l. quamvis, C. de uſur.* nulla facta differantia inter
venditionem à Domino factam, & illam quam face-
re intendit emptor noo enim reviviſcit jus cogendi jam
renunciatum dum nulla ſupervenit reviviſcentiæ cau-
ſa, oon illa redditionis rationis, quæ jam aderat, &
non ignorabitur, nec iſta poſterioris vanditionis in
qua non poteſt conſiderari jus poteotius prima vao-
ditione.

Unde ſi ceſſat hoc caſu coactio caſſara debet etiam
prælationis jus ab ipſa coactiona derivans, ut dixi *in
quæſt.* 48. *n.* 12. *& ſeqq.*

Advertendum tamen aſt, quòd ſi Dominus igno-
13 raſſet ſervi delictum in propriam perſonam, val ho-
norem, patratum, aut ſervi adminiſtrationem, quam
da facto ipſo abſenta, & ignorante ſervus geſſit, &
talem ignorantiam da tempora vanditionis haberet,
idque apertè probaret tunc crederam, quòd poſſet, &
cogera eum cui vendidit, & prælationem obtinera,
nam ſi ignorabat Dominus ſervum tenari ad redden-
dum ſibi rationes, vel deliquiſſe, quomodo dicamus
juri cogendi, & prælationis à redditionis derivanti
renunciaſſe contra Text. *in leg. Mater. ff. de inoffic. Te-
ſtament. l. fin. Cod. de furt.* & plenè Gallerat. *de renun-
ciat. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 23. niſi diceres, quòd *dicta lex
interdum*, non habet locum in caſu, quo Dominus
idem ſervum vendidit, quòd conſidera, quia eſt
multum veriſimile.

QUÆSTIO LIII.

An donatarius, vel donans, alienans partem minorem prædii teneatur præferre donantem, aut donatarium, qui majorem partem habet in illo prædio.

SUMMARIUM.

1 *Donans partem majorem rei, poteſt cogi à Donatario ad vendendum minorem partem ipſius rei ſoluto juſto pretio; & è contra ſi donatarius ſit minoris partis.*

2 *Vendens maximam partem prædii, poteſt cogi ad vendendum ab eodem emptore particulam minimam remanentem.*

3 *Amplia, ut Donatarius majoris partis prædii, poſſit cogere donantem ad vendendam minorem partem, ſive res ſit diviſibilis, ſive indiviſibilis.*

4 *Declara, ut hoc procedat in terminis tantùm Donantis, & Donatarii, non autem aliorum, licet aliqui contrarium teneant, ut nu.* 7.

5 *Socius majorem partem habens in re communi, non poteſt oblato pretio cogere alium ad vendendam minorem partem.*

6 Locus Plauti in Pænulo *explicatur.*

7 Text. in l. Sancimus, §. ne autem, Cod. de donat. explicatur, & per tot. quæſtionem.

8 *Socii in re, quæ non patitur commodam diviſionem, poſſunt inſtare coram Iudice, ut deveniatur ad licitationem inter ipſos tantùm.*

Et tunc, ſi omnes habeant partes æquales, is rem obtinet, qui plus offert.

9 *Extraneis excluſis à licitatione, niſi ſit reperta juſta oblatio, vel ſocii nolint offerre, vel unus ex ipſis ob paupertatem non poſſit, in quibus caſibus extranei quoque admittuntur ad licitandum.*

10 *Si verò unus ex ſociis habeat majorem partem, & alius minorem partem habens plus offerat, rem obtinebit, quod ſi oblationes ſint æquales, tunc majorem partem habens præfertur.*

11 *Limita, ſi is, qui habet majorem partem, eam non habeat jure proprio, ſed obtinuiſſet ab aliis conſociis, quod tamen falſum ibidem probatur.*

12 *Judex, poteſt rem, quæ non patitur commodam diviſionem uni ex ſociis adjudicare, & alterum compellere ad pretium, & æſtimationem ſolvendam.*

13 *In diviſione, multum tribuitur Iudicis arbitrio.*

Et ipſe poteſt eligere quam viam vult.

14 *Declara tamen, ut hoc Iudicis arbitrium Regulari debeat à Jure.*

15 *Nec poteſt Judex immutare ea, quæ in facienda diviſione lex ſpecialiter mandavit.*

PRo intelligantia quæſtionis figurandus eſt caſus, in quo quis donavit alteri majoram partem unius prædii, qui ſi poſtmodum velit alienare reſiduum, & compareat donatarius majorem partem habens, tenatur eum præferre, & è contra ſi donatarius minorem partem habens portionem ſuam velit vendere tenetur donantem pari ratione præferre, ſi enim is, qui poteſt cogi ad vendendum, tenetur etiam pati prælationis jus, ut firmatum eſt *in quæſt.* 48. ita & in hoc caſu dicendum eſt, nam inter donantem, & donatarium

Digitized by Google

donatarium hoc eſt ſpecialiter ſtatutum, ut majorem partem fundi donati poſſidens poſſit alterum compellere ad vendendum, & offerendo æſtimationem minoris partis totum poſſidere, ne aliqua inter eos propter communionem oriatur contentio per Text. apertum *in l. ſancimus* 34. §. *ne autem*, *C. de donat.* ubi Bart. & Bald. *num.* 8. Angel. *in med.* & Salicet. *in princ.* Soccin. *regul. fur.* 2. *litt. V. verbo vendere fall.* 4. Felin. *in cap.* 1. *ſub num.* 2. *verſic. idem in eo qui ven-*
2 *dis de Juda*, ubi id extendit ad vendentem maximam partem prædii, & poſtea recuſantem vendere particulam remanentem, quod cogitandum relinquo ex rationibus inſtaſcriptis.

3 Atque hæc concluſio procedit, ſive res ſit diviſibilis, ſive indiviſibilis, nam ſi commodè res dividi poteſt, tunc poteſt, ut dixi, majorem partem habens offerre æſtimationem, & totam rem habere, ſi verò hoc facere noluerit res dividetur, ſi autem commodè dividi non poſſit, quod quando eveniat, vide apud Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 76. *& ſeqq. fol.* 91. *tom.* 1. eo caſu minorem partem habens poteſt offerre æſtimationem, & totam rem habere, & ſic recuſante offerre æſtimationem illo, qui majorem habet partem, ſi res commodè dividi nequeat, iſta facultas devolvitur ad minorem partem habentem, ut ipſa lex *ſancimus in dicto* §. *ne autem* apertè diſponit, & interpretes communiter ſentiunt.

4 Declara tamen concluſionem procedere in ſuo caſu ſpeciali donationis, ut tenent Bald. *in dicta l. ſancimus, & dicto* §. *ne autem num.* 8. *verſic. eſt ſpeciale*, ubi etiam Angel. & Salicet. *ſub num.* 9. latè Corn. *conſ.* 81. *per tot. lib.* 2. *ſignanter nu.* 7. *& pluribus ſeqq.* quem miror non allegare Tiraquell. *de jur. primog. quæſt.* 60. *num.* 16. Gratian *deciſ. March* 1591 *n.* 11. *& ſeqq.* Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 23. *num.* 7. *verſic. con-*
5 *tra quem*, Ubald. *deciſ.* 850. *num.* 14. nam extra iſtum caſum non cogitur minorem partem in re communi habens partem ſuam vendere, & æſtimationem recipere, ut tenent Corn. *ubi ſupra num.* 5. *verſ. & confirmatur*, & Tiraquell. *ubi ſupra.*

6 Quibus non adverſatur locus Plauti in Pœnulo in illis verſibus:

Quid nunc mihi es auctor Milphio?
Mil. ut me verberes,
Atque auctionem facias, nam impuniſſimè
Tibi quidem hercle vendere haſce ædes licet:
Ag. Quid jam? Mil. Majorem partem minore habitas mea &c.

Quos verſus Turnebus interpretatur ſic: *Tibi licet impunè haſce ædes vendere in auctione, nam major eſt pars tua, minor mea, ita ut acceſſiuncula mea non poſſit impedire venditionem.*

Iſta enim interpretatio, imò lectura eſt contra Iuris principia, cùm non ſit verùm, habentem majorem partem poſſe vendere minorem partem Conſortis, vel eum cogere ad vendendum, ideo meliùs Muret. *lib.* 11. *var. lect. cap.* 19. contrarium concludit, & advertit legendum eſſe, *Majorem partem in ore habitas meo*, interpretando Plauti verſus ſic: *Licet tibi has ædes impunè vendere, cum illis amplius tibi opus non ſit, ita enim mihi ſæpè os contundis pugnis, & calcibus, ut non in ædibus, ſed in ore meo majorem partem temporis habitare videaris.*

7 Neque obſtat ſententia multorum, quos adducit Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 82. *& ſeq. & ſignanter num.* 91. *&* 92. *fol. mihi* 91. *à tergo, &* 92. *tomo* 1. ubi latè firmat, quod dicta lex *ſancimus*, procedit etiam extra caſum donationis, pro quo multum facit doctrina Alberic. *in l. ad officium n.* 2. *verſic. non quid ſi res*, *C. commun. divid.*

8 Quoniam pro intelligentia hujus difficillimæ quæſtionis ſciendum eſt, quòd quando res commodam non patitur diviſionem, vel eſt indiviſibilia plura adſunt remedia, de quibus plenè Capyc. Latr. *deciſ.* 28. *per Corrad. de Iur. Prælat.* *tot.* & inter alia unum eſt uſitatiſſimum, & frequens, quod ſcilicet deveniatur ad licitationem inter ipſos poſſidentes, & tunc aut quilibet habet partes æquales, & is obtinet, qui plus offert, & ita procedit Text. *in l.* 1. *& in l. ad officium*, *C. commun. divid. l. arbor.* §. *Judex ff. eodem*, & plenè idem Fontanell. *ubi ſupra n.* 80. *&* 89. *verſic. ſed quomodo*, Amat. *var. reſolut.* 77. *num.* 9. Cravet. *conſic.* 377. *num.* 8. circa quod notes etiam, quod extraneus quandoque admittitur etiam 9
ad licitandum ex cauſa, puta, quia aliter res juſtè non venderetur, & injuſtè fieret æſtimatio, vel quando ſocii nollent offerre, vel quando unus offerret, alter verò ob paupertatem non poſſet, quia tunc extraneum poſſet ſupponere, ut notatur *in dicta l. ad officium*, ubi latè gloſſ. & Bald. *numer.* 6. & benè Alvar. Valaſ. *conſil.* 114 *num.* 8. *part* 2. & latè Capyc. Latr. *dicta deciſ.* 18. *numer.* 9. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *numer.* 33. Amat. *var. reſolut.* 77. *num.* 9. *&* 10.

Aut partes non ſunt æquales, ſed unus habet majo- 10
rem, alter verò minorem, & iſto caſu dic etiam, quod eſt locus licitationi, cum hac differentia, quod ſi oblationes, & licitationes ſunt pares, & majorem partem habens offerat id, quod alius minorem poſſidens obtulit præferatur, ut argumento *dict. l ſancimus* utentes concludunt Bald. *in dicta l. ſancimus ſub num.* 8. *verſic. ſi habemus*, & Iaſon *in* § *quadam num.* 59. *verſic. dicebat tamen de action.* Corn. *conſ.* 81. *numer* 11. *verſ. non obſtat lib.* 2. Petr. de Ubald. *de duob. fratrib. part.* 11. *num.* 13. *in fin.* Mangil. *de ſubhaſtat. quæſt.* 55. *num.* 11. Capyc. *deciſ.* 36. *num* 1. ubi Add. *lit. A.* Tiraquell. *de primogen. d. quæſt.* 60. *num* 16 *verſ. quo etiam caſu*, Gaſp. Caballin *melliloq.* 817. Felic. *de ſociet. cap.* 39. *num.* 82. ipſemet Fontanell. *dicta clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *num.* 86. *verſ. niſi diceremus*, ubi in effectu iſtam opinionem veriorem exiſtimat Capyc. Latr. *dicta deciſ.* 28. *num.* 10. ubi alii Rota coram Buratt. *d. deciſ.* 350. *num.* 3. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 38. *num.* 24. qui tamen nimis loquitur.

Quod tamen limitant aliqui, ſi is, qui habet ma- 11
jorem partem non habeat Iure proprio, ſed eam obtinuiſſet ab alio conſorte, putà, quia erant tres æqualiter poſſidentes, & unus alteri ſuam partem dederit, ut explicat Alberic. *in dicta l. ad officium. num.* 2. *verſic. item quid ſi res*, Capyc. *dicta deciſ.* 36. *num.* 2. & alii apud Baiz. *deciſ.* 100. *num.* 16. de cujus limitationis veritate juſtè dubitat Fontanell. *ubi ſupra num.* 84. cùm ignoretur lex, quæ hoc dicat, neque diſcernatur ratio, quæ hoc dictet, nam ea ratio, quod ſicuti hoc non poſſet facere ſocius, qui ceſſit, aut dedit partem ſuam, ita nec Ceſſionarius, eſt adeò frivola, ut nil concludat, nam cedens non erat præferendus, quia non habebat majorem partem, iſte ſecundus præferendus eſt, quia cum ſua, & alteri ſibi ceſſa majorem obtinet, & Doctores iſtam prærogativam tribuunt ſocio ob majorem partem, non autem ob qualitatem perſonæ, & eſt quædam prærogativa ex quadam honeſtate, & Iudicis gratificatione ex argumento *dict. l. ſancimus inducta*, ut benè Corb. *dict. conſil.* 81. *num.* 13. *lib.* 2. Imò Alberic. In cujus dicto DD. ſe fundant hanc non tangit quæſtionem. ſed loquitur de ſocio, qui per viam coactionis volebat ſine ulla licitatione cogere alium unam tantùm partem in re communi habentem ad ſibi illam aſſignandam, ideoque hanc opinionem, juſtè reprobant multi quos ſequitur, & refert. Barboſ. *in l. non amplius* 26. §. *fin. nu.* 23. *verſ. & ſive majorem*, *ff. de legat.* 1.

Unde veriſſimum eſt, quod diſpoſitio *dict. l. ſancimus*, non procedit extra proprium caſum donationis, de quo erat quæſtio in dicto Text. eo enim caſu non datur locus licitationi, ſed majorem partem habenti facultas reliquum obtinendi oblata æſtimatione impartitur, neque oblata majore æſtimatione ab illo, qui minorem partem obtinet, uſus dictæ facultatis re-

V tardari

tardari valet; In aliis verò caſibus licitationi locus eſſe debet. & ſi majorem partem habens, idem pretio offerat, eſt præferendus, ſi verò minus eſt poſtponendus illi, qui majus obtulit, etiam ſi in minorem obtineat, ut ponderat Corn. *dicto conſil.* 81. *num.* 11. *circa finem*, Felic. *de ſociet. dicto capit.* 39. *num.* 8.

12 Sed his obſtat ſententia Sacræ Rotæ coram Cavaler. *deciſ.* .. *num.* 1. coram Buratt. *dicta deciſ.* 350. *per tot.* quam ſequuntur Gratian. *diſcept.* 160. *numer.* 26. *& ſeqq.* Eminentiſſ. de Luca *de regal. diſc.* 91. *nu.* 10. concludens, quod quando res non recipit commodam diviſionem, locus eſſe poteſt partito, & Judicis arbitrio, qui poteſt totam rem uni adjudicare, & alterum compellere ad pretium, & æſtimationem ſolvendam.

13 Nam ut veritas eluceſcat, conſiderandum eſt, quod licèt in hac materia diviſionis lex multum tribuat Judicis arbitrio, ut plenè notat Bart. *in dicta l. ad officium per tot.* ubi latiùs Bald. *num.* 5. ubi quod poteſt eligere, quam viam vult, C. *commun. divid.* Felic. *dict. cap.* 39. *num.* 37. Buratt. *dict. deciſ.* 350. *nu.* 4.
14 tamen illud regulari debeat à Jure, nec valet Judex ex vi ſui arbitrii immutare ea, quæ à Jure, vel conſuetudine, aut Statuto ſunt inducta, ut ex Bart. *in l. ambitioſa num.* 9. *ff. de decret. ab ordin. faciend.* notat Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 15. *à nu.* 1. *ad* 5. & multa congerit exempla hoc in effectu concludentia, Felic. *dicto cap.* 39. *num* 9. *& pluribus ſeqq.* quia tamen lex omnibus caſibus providere non potuit in hac diviſionis materia multum variabili, ideò Judicis arbitrio ea de quibus ſpecialiter non diſpoſuit, reliquit,
15 illi tamen arbitrio non ſuppoſuit ea, quæ in diviſione ſervari mandavit, lex autem in diviſione rerum, quæ commodè dividi non poſſunt duas ipſi Judici deſignavit vias, ad effectum ut dominium totius rei uni tantùm pro diſcordiis evitandis potuiſſet concedere, alteram ſcilicet, quod poſſit procedere per viam licitationis, ut dixi, & alteram, quòd poſſet rem uni adjudicare ſoluta æſtimatione partis conſocio, ut eleganter habetur in §. *interveniunt inſtitut. de offic. Judic.* Fontanell. *loco citato*, Cabed. *deciſ. Luſitan.* 108. *num.* 8. *part.* 1. & magiſtraliter Angel. à nemine ex prædictis citatus *conſil.* 381. *per tot.* ubi quod neceſſe eſt, quod Judex alterum ex iſtis faciat, licèt habeat arbitrium in eligendo perſonam, cui vult adjudicare, quòd etiam regulare debet ex circumſtantiis facti.

Per partitum autem in effectu quædam fit licitatio, ſeu adjudicatio, cùm per illud plus offerens habeat rem alter æſtimationem, ideoque non abſque ratione talis inolevit praxis in Rota.

In caſu verò *d. l. ſancimus*, lex non remittit Judicis arbitrio diviſionis modum, ſed peculiariter de directo dat facultatem majorem partem habenti Judicis officium implorandi, ut cogat minorem ratam habentem ad rem relaxandam, & æſtimationem ſuſcipiendam, quòd quantum differat à caſibus ſupradictis quiſque videt, & ponderavit Angel. *dicto conſ.* 381. ubi tenet diſpoſitionem *dict. l. ſancimus*, non eſſe extra caſum donationis protrahendam, cùm ſit exceptio à regula Juris, quæ eſt in contrarium, *& num.* 1. *verſ. nec ratione*, notavit etiam, quòd nec Judex ratione majoritatis portionis, quam unus ex poſſidentibus habet, debeat ei dare optionem.

Tandem non obſtat Sanfelic. *deciſ.* 3.7. de Luca ad Franch. *deciſ.* 550. *num.* 6. *verſ. & licet*, qui conſiderant, quod ſi *dicta l. ſancimus* vellet tantum id diſponere in donatione, daret electionem donanti, vel magis privilegiato, & non partem majorem habenti, quoniam in hac re magis eſt privilegiatus majorem partem habens, quàm ipſe donans, ut clarè patet ex *dicta l. ſancimus*, ubi gloſſ. Bald. & alii DD. communiter. nil mirum igitur, ſi potiùs lex electionem dedit majorem partem habenti, non autem donanti, ideoque idem de Luca ad Franch. *ubi ſupra circa finem*, conſiderans non poſſe ſubſiſtere ejus dictum concludit deveniendum eſſe ad licitationem.

QUÆSTIO LIV.

An Prælatio detur Civibus, quando Dominus loci vult vendere ſive locare paſcua exteris.

SUMMARIUM.

1 *Paſcua ſpectant ad Dominum fundi, qui poteſt de illis ad libitum diſponere, & prohibere ne alius ingrediatur in ſuum fundum.*
2 *Nec ſpectant ad Dominum Juriſdictionis ſive ad Principem.*
3 *Paſcua publica ſunt omnibus Civibus communia.*
4 *Baro poteſt tot ſua animalia mittere in paſcua publica, quot poteſt unus ex Civibus.*
5 *Imò, quòd poſſit mittere tot animalia, quot mittunt duo Cives Divites illius loci probant alii.*
6 *Sed hoc non poteſt facere ratione juriſdictionis, ſed tanquam Incola, vel tanquam unus ex Civibus.*
7 *Baro dicitur Primus Civis Civitatis, vel Terræ ſibi ſubjectæ.*
8 *Barones, ſi tanquam Domini Caſtri volunt uti paſcuis publicis, tenentur ad ſervandum id, quod communitas ſtatuit in materia Juris paſcendi.*
9 *Officialis, Prælatus, & Præſes, tanquam primi Cives gaudent iiſdem privilegiis, & prærogativis, quibus cæteri Cives fruuntur, & poſſunt uti paſcuis publicis pro eorum uſu, ut faciunt alii Cives.*
10 *Civis efficitur in aliqua Civitate, qui in ea dignitatem habet.*
11 *Vaſſalli, qui non indigent præcisè paſcuis Baronis non habent juri prælationis, quando Baro vult dd. Paſcua locare, vel extraneis vendere.*
12 *Si verò Vaſſalli eiſdem paſcuis indigeant, tunc præferri debent.*
13 *Amplia, ut ſi adſint Vaſſalli habentes paſcua ultra eorum uſum, teneantur potius illa vendere Convaſſallis indigentibus, quam exteris.*
14 *Utilitas publica debet præferri privatæ.*
Imò præferri debet ipſius ſupremi Principis utilitati.
15 *Multa admittuntur contra privatum commodum, & cum aliqui privati damno, ut plurium incommodum evitetur.*
16 *Vaſſalli poſſunt cogi à Principe eorum oves ad paſcua ipſius Principis adducere, ſi neceſſitas Ærarii urgeat, aut cauſa publici lucri, & utilitatis adſit.*
17 *Paſcua non poſſunt ad culturam redigi in præjudicium illius, qui habet ſervitutem paſcendi.*
18 *Declara id procedere, ſi ſervitus paſcendi ſit expreſſa, non autem ſi ſit tacita acquiſita ex patientia.*
19 *Declara ſecundò. ſi ſervitus ſit acquiſita ex pacto, vel Titulo oneroſo, ſecus ſi ſit acquiſita ex tolerantia, conſuetudine, ſtatuto, privilegio, aut præſcriptione etiam immemorabili.*
20 *Et ſi fuerit prædium ſerviens ad culturam reductus, Dominus condemnandus eſt ad intereſſe.*
21 *Limita, ſi adſit neceſſitas dicta prædia ad culturam reducendi.*
22 *Paſcuorum communio, quæ adeſt inter Cives, & Convicinos, poteſt juſtè denegari ſi paſcua non ſufficiant pro animalibus Civium.*
23 *Baro, qui ſolitus eſt longo tempore affidare in ſuis paſcuis animalia Civium, non poteſt cogi ad ea affidanda, ſi paſcuis indigeat pro proprio uſu.*
24 *Baro non poteſt affidare in propriis paſcuis tot animalia exterorum, quæ abſorbeant paſcua eo modo, ut pro neceſſario uſu Civium non remaneant.*
25 *Vaſſalli habentes jus paſcendi, non poſſunt illud vendere,*

dere, aut cedere, nec poſſunt exterorum animalia ad ſoccidam capere.

26 *Paſcendi jus habens in Territorio alterius Communitatis, non præfertur quando illa Communitas, paſcua alteri vendit.*

Sed emptor tenetur pati idem jus paſcendi.

27 *Cives præferuntur in conductione, vel emptione paſcuorum, quæ universitas vult vendere, aut locare exteris.*

28 *Vaſſalli, aut Cives, qui præferuntur in conductione, vel emptione paſcuorum, tenentur ſolvere idem pretium ab alio oblatum.*

29 *Contrarium defendunt alii, ſed prima opinio eſt verior, ut n. 30.*

ISta quæſtio ita abſolutè concepta in jure continet falſam præſumptionem, præſupponit enim, quòd Dominus Caſtri ſit etiam Dominus paſcuorum, quod in jure eſt erroneum; Etenim herbæ ſpectant ad Dominum fundi, qui de illis poteſt ad libitum diſponere, & prohibere ne alius ingrediatur in ſuum fundum ad
1 eas colligendas, niſi concludenter probetur acquiſita in eo fundo ſervitus paſcendi, ad Text. *in l. pratum* 3. *C. de paſc. public. lib.* 11. *& in l. pratum* 36. *ff. de verb. ſignific. l. adeò* 7. *§. fin, & l. qua ratione* 9. *ff. de acquir. rer. domin.* plenè Covar *pract. reſ. cap.* 37. *an.* 1. *&* 3. Capyc. Latr. *conſult.* 81. *n.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. Cancer. *var. reſ. part.* 3. *cap* 4. *n.* 72. *& ſeqq.* Tomat. *deciſ. Macerat* 234. *n.* 1. Rot. *deciſ.* 300 *n.* 21 *& ſeqq. & deciſ.* 347. *per tot. part.* 9 *rec.* ac in Romana, ſeu Portuen. Servitutis 15. Februar. 1666. coram Reve-
2 rendiſſimo Albergato; Ideoque ad Dominum loci, & Principem ſpectare non poſſunt, plenè Cravett. *conſ.* 383. *num.* 1. *& ſeqq.* Menoch. *conſ.* 347. *n.* 2. *& ſeqq.*

3 Et quamvis quando paſcua ſunt publica omnibus Civibus ſint communia, *l. ſi tantùm, §. univerſitatis, ff. de rer. diviſ. l.* 1. *&* 2. *C. de paſc. public. lib.* 11. Rot. *deciſ.* 433. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* ac propterea poſſit
4 Dominus Caſtri tot propria animalia in paſcua publica mittere quot poteſt unus Civis, ut affirmavit Covar. *dicto cap.* 37. *numer.* 1. Cancer. *var. dicto cap.* 4. *numer.* 63. & 68. Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 6. Surd. *conſ.* 65. *num.* 5. *& ſeq.* vel quot
5 mittunt duo Cives illius loci divites ſecundum ea, quæ notat Rovit. *ſuper pragmat. Regni. tit. de Paſcuis num.* 7. *fol. mihi* 620. Quòd de jure communi verum non eſſe dicit Cancer. ubi ſupra, id tamen non
6 poteſt facere ratione dominii, aut juriſdictionis, ut affirmare conatur Cancer. *dicto cap.* 4. *num.* 63. *&* 68. ſed tantùm uti Incola, ut notat Covar. *dicto cap.* 37. *num.* 2. Surd. *dicto conſ.* 65. *num.* 5. *&* 6. Bertrand. *conſ.* 37. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſ.* 41. *num.* 6.
7 *lib.* 4. vel tanquam unus ex Civibus, aut uti caput Civium, cùm in favorabilibus etiam Dominus loci dicatur primus Civis, Capyc. *deciſ.* 109. *n.* 31. Rot. *dicta deciſ.* 433. *num.* 1. *in fin.* Honded. *conſ.* 84. *nu.* 59. *&* 60. *lib.* 1. & propterea abſque ſcrupulo affirmavit ex Honded. Surd. aliiſque ibi allegatis, Rota
8 *dicta deciſ.* 433. *num.* 2. Dominum Caſtri tanquam Civem obligari ad ſervandum id, quod Communitas ſtatuit in materia Juris paſcendi, ſi vult animalia ſua paſci facere.

9 Idque etiam locum habet in Officiali, Prælato, ac Præſide, qui durante officio poſſunt uti ad proprium uſum publicis paſcuis, ut poteſt quilibet ex Civibus, non quia dominium, aut juriſdictionem in illis habeant, ſed quia tanquam primi Cives gaudere debent iiſdem privilegiis, & prærogativis quibus cæteri Cives fruuntur, ut notat gloſſ. *in cap. omnes Principes de majoritat. & obed.* Bald. *in l. obſervare, §. proficiſci, ff. de offic. Proc. conſ.* Capyc. *dicta deciſ.* 109. *num.* 31. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 228. *& ſeqq.* Antonellus *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 110. *nu.* 7.

Corrad. de Iure Prælat.

& eſt Text. *in l. Cives* 7. ubi gloſſ. *verbo ſollicito, & in l. Senatores* 8 *ubi etiam gloſſ. C. de Incolis lib.* 10. in quibus juribus notatur Civem, quem effici in aliqua 10 Civitate, ſi in ea dignitatem habeat, & plenè notat Ganavet. *deciſ. Neap.* 38. *per tot.* ubi etiam latè probat Dominum Caſtri licèt non habitet, eſſe Civem, & gaudere immunitate, ac privilegiis Civibus conceſſis.

Propterea noſtra quæſtio eſſe non poteſt, niſi quando Dominus loci ex privilegio, preſcriptione, aut legitimo titulo dominium aliquorum paſcuorum haberet privativè, & tunc pro reſolutione ſic diſtinguendum putarem.

Aut enim Cives non multum indigent iiſdem pa- 11
ſcuis Baronis, puta, quia in alio loco commodo animalia depaſci poſſunt; & tunc aſſeveranter tenerem non eſſe Baronem, ac Dominum Caſtri cogendum ad illa paſcua Civibus concedendum, quia debet ipſe habere liberum rei ſuæ commercium, eamque affidare; locare, & concedere cui vult. *vulg. l. in re mandata, C. mandat. l. dudum, C. de contrahend. empt. l. ne cui, C. locat.* & benè Afflict. *ad conſtit. Regni incip. cùm per partes Apulea num.* 8. Franciſc. Rocc. *reſponſo* 5. *num.* 10. *lib.* 2.

Aut Cives eiſdem paſcuis indigent, cùm non om- 12
nes poſſeſſiones, & loca apta ſint ad paſcua, juxta illud:

Non omnis prato apta eſt nec fert omnia tellus
Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ
Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina

Et publicæ neceſſitati atque utilitati non congruit, quòd Baro, vel Dominus exteris illa paſcua vendat, quia iniquum prorſus videtur, quod pro impinguandis exterorum animalibus illa Civium ad alienas regiones pro paſcuis ſumendis accedere debeant magno cum incommodo, & periculo, neque decens eſt, quod propter gratificationem alterius privati Univerſitas paſcuis ſibi neceſſariis privetur, ſi idem pretium Principi, & Domino offerat, ideoque preferri Cives, hoc caſu notarunt Anna *ſingul.* 80. Capyc. 13
Latr. *conſult.* 102. *num.* 13. ubi ex eodem Anna notavit, quod ſi Vaſſalli habentes paſcua ultra eorum uſum velint vendere potiùs teneantur vendere Convaſſallis, quàm exteris, Capiblanc *de Baron. ad pragm.* 11. *n.* 100. *in fin. tom.* 1. Eminentiſſ. de Luca *de ſervit. diſc.* 43. *n.* 6. ac plenè Oterius *de paſcuis cap.* 30. *per tot.* quam concluſionem veriſſimam puto, non ob rationes ab eodem Otero adductas, circa communionem, Societatem, atque exempla, quæ vel non applicantur, vel in Jure non ſubſiſtunt, ut ipſemet *n.* 12. *&* 13. videtur agnoſcere, ſed tantùm ob naturalem, & civi- 14
lem rationem neceſſitatis, & utilitatis publicæ, quæ cùm præferri debeat non ſolùm privatæ, ex Text. *in l. utilitas* 3. *C. de Primipil. lib.* 12. ſed etiam ipſius Supremi Principis utilitati cùm ipſius munus proprium ſit ſubjectorum commodum exiſtimare, & procurare, ut ſancitum eſt *in l. unic. §. tantum penult. C. de caduc. tollend. & in Auth. de hæredibus, & falcid. in princip, & in Auth. ut Judices ſine quoquo ſuffragio pariter in principio*, & illud elegans Claudian. in 4. Honot. ibi:

Tu Civem patremque geras, tu conſule cunctis
Nec tibi nec tua te moveant, ſed publica vota.

Meritò præferenda eſt etiam utilitati tam illius privati, qui emit, quàm Domini, & Principis Caſtri, qui vendidit, ipſe enim hoc agendo non ſolùm non conſuleret utilitati, & neceſſitati Subditorum, verùm etiam onus, & damnum ipſius inferret, contra intentionem Juſtiniani Imperatoris *in. d. Auth. ut Judices ſine quoquo ſuffragio in princip.* qui per illa verba vere digna Imperatoria Majeſtate, ac Principis benignitate legis oraculum propalavit, *illa agere quæ-*

Digitized by Google

rentes, quæ utilitatem noſtris ſubjectis introducendo om-
ni eos onere liberent, & omni damno extrinſecus illato,
14 quod rarò Barones obſervant, qui quantum fieri po-
teſt Subditos gravant, eoſque etiam propriis Juribus
ipſis à Jure gentium tributis privant, ut praxis Nos
docet, & dixit Bald. *in l. ex hoc Jure in fin. ff. de Juſt.*
& Jur. ubi quòd vix præcarium ſpiritum miſerimis
Vaſſallis relinquunt, itaut verificatum ſit illud Eze-
chiel. Prophetæ 22. licèt in hac religioſiſſima Civita-
te, in qua Supremus Princeps, & Paſtor regnat con-
trarium ſervetur, & pietas, ac calumniarum expreſ-
ſio in Principe eluceant ad terminos Can. Regum 23.
quæſt. 5.

Neque hic multum eſt inſiſtendum in *l. dudum, C.*
de contrahend. empt. ac conſideratione damnorum,
quæ ex hoc in præjudicium Domini paſcuorum pro-
veniunt; quia ut dictum eſt, utilitas unius ſuſtere
debet, quod ſuæ Communis præferatur, ut non eſt
novum, quod multa admittantur contra privatum
commodum, ac cum aliquo privati damno, ut plu-
15 rium incommodum vitetur, ad Text *in l. prima verſ.*
ſunt autem, ff. ne quid in flumine publico, Cravet. *conſ.*
122. *num.* 23. & benè reſpondet Otet. *d. cap.* 30. *nu.*
8 *verſ. & frequenter.*

Adde etiam, quòd ſicuti Princeps Supremus neceſ-
ſitate ærarii aut Subditorum urgente, & ex cauſa pu-
16 blici lucri, ac utilitatis poteſt Subditos cogere, ut ad
propria paſcua eorum oves licet antea non ſolitas ad-
duci, adducant, Bald. 410. *per totum, lib.* 5. Netta
conſ. 106. *nu* 1. *lib.* 1. Joſeph. Roſa *conſult.* 70. *per to-*
tam ſignanter num. 17. *& ſeqq.* Ita etiam congruum
eſt, quod Subditi, ſi eorum neceſſitas urgeat poſſint
cogere Principem ad concedendum paſcua potius ipſis,
quàm exteris.

Atque ex hoc provenit, quod licèt in præjudicium
17 habentis ſervitutem paſcendi non poſſint paſcua ad
culturam redigi, & ſic forma paſcui immutari, Cra-
vet. *conſil* 292. *num.* 4. *verſ. itaque ſi quis*, Cepol. *de*
ſervitut. Ruſtic. præd. tit. de jur. paſc. nu. 40. *inter tract.*
tom. 6 *part* 2. *fol.* 233. ubi tres caſus diſtinguit Emi-
nentiſs. de Luca *de ſervit. diſc.* 37. *num.* 6. *& diſc.* 38.
num. 4. *& ſeq.* Covar. *pract. reſ. cap.* 37. *num.* 4.
verſ hinc ſane lib. ult. Sacca *conſil.* 47. *nu.* 12. *& conſ.*
46. *n.* 25. *& ſeq. lib.* 1. Reverendiſſ. Antonel. *de temp.*
18 *legal. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 4. ſi tamen ſervitus ſit ex-
preſſa, & non tacita, puta acquiſita ex patientia,
Cravet. *dicto conſ* 292. *num.* 4. *circa finem*, Antonel.
dicto cap. 110. *num.* 4. *verſ. aut talis ſervitus*, & ſi
19 ſervitus, ac jus paſcendi ſit acquiſitum ex pacto, vel
titulo oneroſo, non autem ex honorantia, conſue-
tudine ſtatuto privilegio, Tomat. *deciſ.* 234. *num* 31.
& pluribus ſequentibus, Caſanat. *conſ* 44. *n.* 10. Capi-
blanc. *de Baron. tom.* 2. *cap.* 75. *num.* 9. aut præſcri-
ptione etiam immemorabili, ut benè, ac ſubtiliter
concludit Cravet. *dicto conſ.* 292. *n.* 4. *& ſeqq.* Hon-
ded. *conſ.* 84. *num.* 20. *lib.* 2. plenè Ludovic. Bel. *conſ.*
104. *per totum, & conſ.* 103. *n.* 18. *&* 19. Capiblanc.
dicto cap 75. *num.* 10. *verſ. accedas quidquid dicas*, Pe-
tra *in lib.* 11. *Cod tit.* 60. *in fin.* & Canect. *var. part.*
3. *cap.* 4. *num* 80. *ad* 84.

Et ſi fuerit prædium ſerviens ad culturam reductum
20 Dominus ſit ad intereſſe condemnandus, ut reſolutum
per Sac. Congregat. refert Cohel. *ad Bullam bon. reg.*
cap. 50 *num* 00 licèt accerrimè diſputet, an teneatur
Dominus prædium in priſtinum ſtatum reducere, Ce-
pol. diſtinguen. *de ſervit. ruſtic. præd cap.* 9. *num.* 42.
verſ 2. *ca'n & num.* 44

Tamen ſi adſit neceſſitas dicta prædia ad culturam
21 reducendi non eſt Dominis prædiorum iſta facultas
deneganda, ut plenè probat Avendan, *de exeq. mandat.*
Reg. part. 1 *cap.* 12. *n.* 29. *verſ. quod procedit.* Canect.
var. lib. 2. *cap.* 4. *n.* 75. plenè Novar. *de gravam Vaſſal.*
lib. 1. *gravam.* 36. *num.* 10. *&* 11. *ubi per totum gravam.*
plenè tractat an, & quando poſſint paſcua ad culturam
reduci.

Ita etiamſi convicini habeant Communionem pa-
ſcendi animalia cum Civibus, poteſt hæc commu- 22
nio denegari ſi paſcua non ſufficiant pro animalibus
Civium, Bertrand. *conſ.* 7. *lib.* 1. Covar. *var. lib.* 1.
cap. 17. *poſt. n.* 11. *verſic. his tamen, & practic. quæſt.*
cap. 37. *n.* 6. Rovit. *ad pragm. Reg. Tit. de paſc. nu.*
17. *fol. mihi* 621. Eminentiſſimus de Luc. *de ſervit.*
diſc. 43. *n.* 5. & plenè Novat. *dict. gravam.* 39. *n.* 3.
ubi etiam quòd, & ſi Baro, qui conſuevit affidare
longo tempore animalia Civium ſive exterorum poſ- 23
ſit cogi ad affidandum etiam invitus, nihilominus ſi
paſcuis pro proprio uſu egeret ceſſet ista coactio,
quod etiam aliis relatis notat Franc. Rocc. *reſponſ.* 5.
n. 30. *&* 31. *lib.* 2.

Propterea quoque ſtatutum eſt, quod non poſſit
Baro affidare tot animalia exterorum, quæ abſorbeant 24
paſcua tali modo, ut pro neceſſario uſu Civium paſcua
non remaneant, Burell. *de Magiſtrat. edict. lib.* 4.
cap. 6. *n.* 35. *&* 36. plenè alios referens Novat. *lib.* 1.
gravam 38. *per totum*, ubi quod ad hunc effectum de-
bent mitti experti, qui arbitrentur quo animalia poſ-
ſint commodè depaſci in Territorio, in quo Baro
habet Jus fidandi, Franc. Roc. *dict. reſp.* 5. *num.* 32.
ubi etiam n. 33 ait quod Vaſſalli, qui habent jus paſ- 25
cendi non poſſint illud vendere, nec cedere, nec ex-
terorum animalia ad ſoccidam capere.

Notandum tamen eſt, quod ſi oppidum habuerit
jus paſcendi in Territorio alterius Communitatis ſi 26
paſcua illa ab altera Communitate vendantur, præ-
latio locum non habebit, ſed tantum cum onere talis
ſervitutis, & Juris paſcendi illa paſcua tranſibunt in
emptorem, ut notat Otet *dicto cap* 30. *n.* 17. *& ſeqq.*
ubi benè conſiderat, quòd in hoc caſu ceſſant rationes
ſupra allegatæ, quia nullum oppidanis infertur præ-
judicium dum habent idem jus paſcendi, neque eorum
utilitas, aut neceſſitas eſſet probabilis.

Quod tamen aſſerendum non eſt, ſi eadem commu- 27
nitas vendere velit paſcua exteris, ob quod cogerentur
proprii Cives ad alias regiones accedere pro paſcen-
di animalibus, quia tunc ex majori ratione Civibus
danda eſſet prælatio, dummodo iiſdem paſcuis indi-
geant, ut innuit Eminentiſſimus de Luca *dict. diſc.*
43. *ſub num.* 6. *verſ. multò magis.*

An autem Cives hoc caſu idem, aut potius juſtum
pretium ſolvere teneantur, videtur anceps quæſtio,
quoniam Anna *in dicto ſingulari* 80. cæterique, qui 28
eum ſequuntur, quos jam adduximus idem pretium
ſolvendum eſſe concludunt, Ratio autem legalis non
videtur eorum opinioni aſſiſtere, ſi enim talis prælatio
non provenit ex lege ſcripta, quæ mandet rem ven-
di potiùs uni quàm alteri, ſed ex ratione publicæ uti-
litatis Vaſſallorum, & ne ipſi cogantur maximo cum 29
incommodo animalia in exteras regiones ducere, ideò
videtur dicendum, quod tantum juſtum pretium dare
teneantur, ut in *quæſt.* 48. dictum eſt, & in *quæſt.* 49.
num. 16.

Sed veritas eſt, quod idem pretium ab alio obla-
tum ſolvere ſint obligati, nam quandoque ratione 30
publicæ utilitatis poteſt quis cogi ad vendendum, &
lex hanc actionem ipſi tribuit, & tunc quia in ven-
ditione ſponte ab iſto, qui poteſt cogi facta compe-
tere poteſt prælatio eidem, qui habet Jus cogendi,
meritò tunc juſtum pretium ſolvi debet, quia eo ca-
ſu ratio prælationis eſt ipſa coactio cujus vigore ſol-
vendum eſſet juſtum pretium, & tunc procedunt,
quæ diximus in dicta *quæſt.* 48. *&* 49. Quandoque
ratione publicæ utilitatis quis poteſt controvertere
venditionem, vel locationem non poſſe alteri fieri
puta quia competat ipſi jus prælationem petendi, imò
venditionem ipſam revocandi, & hoc caſu idem pre-
tium ſolvere debet ut hic, nam prælatio tunc non
competit ratione coactionis, ſed ratione publicæ uti-
litatis, quæ vult rem potius mihi vendi, quàm
extero.

QUÆ-

QUÆSTIO LV.

An filii Advocatorum publicorum, & Reipublicæ in conceſſione officii paterni poſt patris mortem à Principe facienda cæteri præferantur.

SUMMARIUM.

1 *Advocatorum publicorum, qui ſunt à Principe deputati, filii, præferuntur quibuſcumque in aſſequutione ejuſdem officii dimiſſi à patre, aut vacantis per ejus mortem.*

2 *Doctorum filii, qui pariter Doctores ſunt, magis aſſumi debent ad lecturam, quàm alii extranei.*

3 *Advocatorum Conſiſtorialium filii in Urbe præferuntur quibuſcumque in aſſequutione Advocationis Conſiſtorialis.*

4 *Declara nam ad hoc, ut Advocatorum filii præferantur, requiritur quod cæteris concurrentibus ſint æquales in doctrina.*

5 *Contrarium ſcilicet, quod ſufficiat, quod ſint habiles Doctores defenditur.*

6 *Amplia, ut filii Advocatorum præferantur etiam quando Advocationis officium eſt venale.*

7 Text. in l. jubemus, §. & filios Advocatorum, C. de Advocat. diverſ. Judic. *explicatur.*

8 *Advocatorum Collegialium filii, potiùs ſunt eligendi, quàm alii cæteris paribus.*

SUnt plures Conſtitutiones, quæ filiis talium Advocatorum, qui fuerunt à Principe, vel Publico electi ad defendendas publicas, ſeu privatas cauſas, certo emolumento, atque honore eis ſtatuto, cæteris quibuſcumque prælationem conferunt in aſſequutione ejuſdem officii à patre adhuc ſuperſtitis, aut
1 defuncti dimiſſi, ſi tamen ſint habiles, & ſcientia juris eruditi; Leo enim *in l. nemini, Cod. de Avocat. diverſ. Judic.* id primùm ſtatuit, poſteà verò idem Leo, & Anthemius *in l. petitionem, Cod. eodem*, id *confirmarunt*, & tandem Anaſtaſius Imperator *in l. Jubemus, §. & filios Advocatorum, Cod. eod. tit.* 21 idem protinus ſancivit, addiditque, *ipſos gratis, & ſine ſumptibus ſociandos eſſe aliis, ſi ſoluto tempore le-*
2 *gum doctrinam meruerint*, ubi Bald. notavit filios Doctorum, qui pariter Doctores ſint, deberi magis aſſumi ad lecturam, quàm alii, quodque doctorandi ſont gratis, eamdemque concluſionem prælationis firmarunt Roman. *conſil.* 22. *ſub numer.* 5. *verſic. quarto ad hoc*, optimè Card. Tuſch. *pract. concluſ. litt. l. verb. jus congrui num.* 24. *tom.* 4. Pariſ. de Puteo *de reintegr. feud. fol. mihi* 77. *à tergo num.* 5. Add. ad Clar. *in §. Emphyteuſis, quæſt.* 43. *n.* 7. Amic.
3 *de jur. emphyt. quæſt.* 59. *num.* 8. Eminentiſſimum de Luca *de fideicommiſſ. diſc.* 37. ubi ex hoc deducit, introductam eſſe conſuetudinem hic in Urbe ſociandi Advocatis Conſiſtorialibus, quorum Collegium eſt optimè de Republica meritum, eorumdem filios, iiſque habilibus prælationem dandi in aſſequutione
4 officii.

His poſitis, quæro primò, an ſufficiat, filios Advocatorum eſſe habiles, & Juriſperitos, an verò opus ſit, ut cæteris concurrentibus ſint æquales in doctrina, Bald. *in dict. leg. nemini in fin. & in dict. l. Jubemus n.* 1. *verſic. item debent aſſumi*, concludit, quod cæteris paribus, & data æqualitate ſcientiæ præferendi ſint filii Advocatorum aliis concurrentibus, idque videtur eſſe de mente gloſſ. *in dict. l. Jubemus. verbo ſumptibus.*

5 Sed ego contrarium veriùs exiſtimo, quoniam *in dict. l. Jubemus*, pro tali beneficio aſſequendo non apponitur conditio æqualitatis doctrinæ, ſed ſolum ſufficientis doctrinæ, ibi; *ſi & ipſi ſoluto tempore legum doctrinam meruerit.* Unde ex clara lectura dictæ legis evidenter apparet ſat eſſe, quod tales filii ſint in doctrina ſufficientes, ut expreſsè notat Sallcet. *in d. l. jubemus num.* 1. *verſic. ſeptimò privilegiat*, Roman. & cæteri præcitati.

Secundò quæro, an idem dicendum ſit, quando talia officia ſunt venalia, prout in aliquibus locis, 6
ubi determinatum quid ſolvitur pro iſtis officiis habendis, & videtur negativè reſpondendum, quoniam, cùm præcitatæ leges loquantur de officiis ex liberalitate Principis, & Reipublicæ conceſſis, non ſunt extendendæ ad caſum, quo Princeps, vel Reſpublica d. officia vendat, quoniam liberum ei debet eſſe illa vendere cuilibet ſibi benè viſo, ut latè in *quæſt.* 47. dictum eſt.

Contrarium tamen videtur dicendum ex Roman. *dict. conſil.* 22. & Card. Tuſch. qui defendunt, quod tanquam jus congrui, & prælationis filii aſſequi debeant parentum officium, & quo parentes utile dominium, ſive jus in re habuerunt, dum vixerunt, & retinuerunt officium perpetuum; Verum id non placet, quoniam, ut pluries dictum eſt in Tract non datur prælatio in emptione ex ſimplici capite, quod quis habeat jus in re; ergo multò minus ex hoc capite, quod Anteceſſores jus in re habuerint.

Hanc tamen opinionem ſequendam puto. Primò, quia non eſt verum, Text *in d. l. jubemus*, loqui 7
de conceſſione gratuita; nam videtur loqui de officiis venalibus, dum enim mandat filios ſociandos in officio parentum, & præferendos eſſe cæteris, & poſtea quod talia officia ex privilegio ipſius concedantur abſque ſumptibus, & impenſa, ut ibidem notat gloſſ. *verbo ſumptibus*, & Bald. ac Salicet. *n.* 1. *& cæteri*, meritò fatendum eſt, quod ab aliis exteris, & non filiis ſumptus, & expenſæ fierent in talis officii aſſequutione, ut patet legenti, & notat non obſcurè idem Bald. Unde ſi Imperatores mandant in tali officio alias venali de ſui natura, filios eſſe præferendos etiam ſine impenſa, non tollunt beneficium prælationem habendi, quamvis ſolvere deberent, cùm privilegii augmentum non debeat deſervire pro ejuſdem diminutione, per Text. *in l. hac ſaluberrima in med. C. de Argent. in reb. lib.* 12.

Secundò, quia dato, quod leges loquantur de officiis ex Principis liberalitate conceſſis, fortiùs debet privilegium filiorum vigere in officiis venalibus; ſi enim Princeps voluit arctare propriam liberalitatem, vel Reipublicæ concedentis in caſu, quo conceſſio tota ex mera liberalitate proficiſci debebat, eò magis dicendum eſt, id voluiſſe in conceſſione oneroſa, aut mixta, dum idem pretium Reſpublica conſequitur ex admiſſione filii, & extranei, ad Text. *in l. qui pignoris* 36. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Tertiò quæro, an idem dicendum ſit in electione, puta quia adeſt Collegium Advocatorum, ad quod 8
ſpectat eligere, & ſubrogare alium in locum demortui, & pariter credo, quod cæteris paribus filii Advocatorum ſint eligendi, & præferendi, ut notat Folgoſ. *in d. l. nemini nu.* 2. *verſ. item nota, C. de Advoc. diverſ. Judic.* ubi id præcisè notat; iſtud tamen de rigore juris benè procedit, cum verè ſervandæ ſint conſuetudines, quæ cùm variæ ſint, & plerumque contrariæ huic rigori, ideò ad eas recurrendum ſine tot ſcrupulis.

QUÆSTIO LVI.

An Civitas, in qua quis Doctor, Artifex, aut Vir excellens in armis natus eſt, de Juris rigore ſit præferenda in conductione operarum, quas pro certo pretio ille vir alteri Civitati locavit.

SUMMARIUM.

1 *Doctor, qui promiſit legere extra patriam, poteſt ab eandem revocari ſi ejuſdem opera patria indigeat.*
2 *Patria præfertur in conductione operarum Doctoris, vel Militis excellentis ſi indigeat ejus opera.*
3 *Dummodo ſolvat idem honorarium, quod alia Civitas, quæ ejus operas conduxerat, ipſi promiſerat.*
4 *Princeps non poteſt cogere aliquem ad dimittendum officium ſuum ob publicam neceſſitatem, aut utilitatem, ſi prius illi non det excambium æquale, & non reparet ejus damna.*
5 *Curiales non poſſunt patriam fugere, & ad eam reduci debens, ſi patria eorum opera indigeat.*
6 *Civitatis, originis, & patriæ melior eſt conditio, quam illa domicilii, aut incolatus, adeout patria præferatur, ut ibidem Civis ſuus munera publica præſtet.*
7 *Patri permiſſum eſt filium alibi exiſtentem revocare ex cauſa.*
8 *Patriæ magis aſtringimur, quàm parentibus.*
9 *Patriæ tuendæ cauſa poteſt filius patrem occidere.*

QUæſtio licèt nunc temporia potiùs armia, quàm legibus defendi poſſet, cùm hæ lites non ſoleant, niſi inter potentes contingere, adhuc tamen, quia evenire poteſt, fas mihi ſit eam reſolvere, & legibus, authoritatibus, atque eruditionibus comprobare.

Affirmativè autem ego reſpondeo ductus auctorita-
1 te Abbat. *in cap. venientes num. 3. in fin. de jurejuran.*
qui tenuit, quod ſi Doctor promiſit legere extra propriam patriam ſine ſui Superioris licentia, poſſit ab eadem revocari, ſi ejuſdem opera patria indigeat ad effectum legendi, ſequitur Dec. *conſ.* 588. *num.* 21. Corlet. *in tract. de poteſt. & excellent. Reg.* 27. *quæſt. princ. in fin.* & latè Soccin. Jun. *conſ.* 97. *num.* 12. *lib.* 3. Si igitur non obſtante, quod alia Civitas Do-
2 ctoris operas conduxerit, poterit patria eumdem revocare, ut ei pro eodem officio inſerviat, quod eſt fortius, poterit etiam, quando Civitas illa vult conducere, & Doctor proprias operas locare, præferri, quod eſt minus, ex dictis in *quæſt.* 48.

Et licèt neque Abb. neque cæteri aliquid conclu-
3 dant circa pretium, credo tamen, quod id intelligatur ſine damno Doctoris illius, aut Artificis, & pro eodem pretio, pro quo locavit operas ſuas, ſi patria poſſit illud præſtare, ſi enim Princeps Supremus nequit cogere aliquem ad dimittendum officium ſuum ob publicam neceſſitatem, aut utilitatem, ſi
4 prius illi non det excambium æquale, & reparet ejus damna, Cravet. *conſ.* 95. *num.* 8. *verſ. nec obſtat*, Diez. *alleg.* 5. *num.* 36. *& per tot.* Antunez. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 13. *part.* 2. *num.* 9. *& ſeq.* nec minùs poterit patria, vel Civitas, nam eodem modo naſcimur Patriæ, & Reipublicæ, juxta Text. *in l. prima*, §. *& generaliter*, *verſ. partus enim*, ubi gloſſ. *verb. Republica*, *ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten.*

Concluſio autem Abbatis, licèt ab eodem, & ſequacibus nulla lege firmetur, nullaque eruditione exornetur, tamen non deſunt leges, & argumenta id comprobantia.

Et primò Text. *in l. unic. C. ſi Curial. relict. Civit.*
5 *lib.* 10. ubi habetur, quod Curialis non debet propriam patriam vitare, & fuge, & ad eam reduci debeat, ſi ſe ita impium erga patriam oſtenderit, ut eam velit vitare quando patria ejus opera indiget, idemque ſtatuitur *in l. fin. C. de municip. eod. lib.* 10.

Secundò Text. *in l.* 1. *C. de municipib. eod. lib.* 10.
6 ubi gloſſ. *verbo muneribus* notat, quod ſi quis vocetur à duabus Civitatibus domicilii, aut incolatus ſcilicet. & originis, ut ibidem munera publica præſtet, potior ſit cauſa Civitatis originis, & patriæ, ubi natus eſt, & eſt de hoc Text. rotundus *in l. libertus*, §. *præſcriptio*, *ff. ad municip.*

Tertiò, quia ſi patri permiſſum eſt, filium alibi 7
exiſtentem revocare ex cauſa, ut latè apud Federic. de Sen. *conſil.* 191. *per tot. ſignanter num.* 3. ergo multò magis patriæ permiſſum erit revocare Civem ſuum 8
ex cauſa, magis enim patriæ adſtringimur, quàm parentibus, *gloſſ.* 1. *in l. militem, C. de procurat.* Bartol. *in l. veluti, ff. de Juſtit. & Jur.* & Cicer. *de offic. l.* 1. *cap.* 18. ubi ait: *nam unicuique noſtrum cari ſunt parentes, cari liberi, & familiares, ſed omnes hominum charitates una patria complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus, ad hoc etiam exempla antiquorum nos provocant, qui pro patria paupertatem, & mortem ſubſtinuerunt*, & iterum *lib.* 2. *de offic.* ibi: *Si comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officii, Princeps ſunt patria, & parentes, quorum beneficiis maximè obligati ſumus*, & *lib.* 1. *de orat.* ibi: *non poteſt cognatio ulla eſſe proprior, quàm patria*, & eſt Text. *in l. minimè*, & ibi Alex. & DD. poſt gloſſ. *ff. de relig. & ſumpt. funer.* ubi quod patriæ tuendæ cauſa poteſt 9
filius patrem occidere.

QUÆSTIO LVII.

An Peregrinis in conductione loci, & hoſpitii atque in emptione victualium detur prælatio.

SUMMARIUM.

1 *Peregrino cogitur quis hoſpitium præſtare gratis.*
2 *Contrarium, ſcilicet, quod nemo cogatur hoſpitium præſtare Peregrino alii defendunt.*
3 *Niſi quis publicè incepiſſet habere hoſpitium, in quo alios reciperet.*
4 *Declara id procedere, quando in eo loco, publicum, aut privatum adeſt hoſpitium, ſecus quando nullum adeſt hoſpitium, & peregrinus hoſpitalitatem non invenit, quia tunc Judex Eccleſiaſticus, poteſt divitem, & commodam Domum habentem ad hoſpitalitatem præſtandam cogere.*
5 *Et Peregrinus ſi pecuniam habeat, ſolvere debet, ſi verò non habeat, gratis ei hoſpitium præſtandum eſt.*
6 *Hoſpitium eſt pars alimentorum.*
7 *Neceſſitatis tempore poteſt Eccleſiaſticus Judex cogere divites ad faciendam eleemoſynam.*
8 *Peregrinus, an, & quando præferatur in conductione domus neceſſaria pro ſuo Hoſpitio, ibi vide.*
9 *Victualia vendere quis cogitur Peregrino pro pretio currenti, quando in eo loco nemo adeſt, qui ea publicè vendat.*
Amplia ut hoc caſu Eccleſiaſticus poſſit cogere victualia habentem in abundantia etiam mediante excommunicatione.
10 *Amplia ſecundo, ut ſi Peregrinus non habeat pecuniam, Eccleſiaſticus poſſit cogerem divitem ad gratis eam præſtandam.*
11 *Peregrino an, & quando danda ſit prælatio in emptione victualium, ibi vide.*
12 *Judex poteſt taxare pretium, quod ſolvere debent viatores in hoſpitio recepti.*
13 *Epiſcopus poteſt promulgare edictum pœnale, quod res non vendantur ultra juſtum pretium habitatoribus, aut exteris.*
14 *Epiſcopus poteſt punire illos, qui commiſcent farinam fabarum, vel aliquam aliam mixturam cera venali.*
15 *Epiſcopus poteſt ſtatuere, quod in hoſpitiis, viatoribus, & Peregrinis victualia pluris non vendantur eo pretio, quo in mercato, & foro vendi ſolent, computata tamen impenſa hoſpitium exercentium.*
16 *Epiſcopus poteſt prohibere ne homo, aut mulier infamata ſit Hoſpitator, aut Hoſpitatrix.*
17 *Et è contra poteſt cavere, ne admittantur ad hoſpitia mulieres, aut juvenes ſuſpecta vitæ.*

18 *Hoſ-*

18 *Hoſpitium habens in aliquo loco, non poteſt de Iure prohibere ne aliud ibi vicinum conſtruatur.*

QUæſtio eſt celeberrima, & ſingularis, & cadit in eo, qui peregrinando ad aliquem locum pervenit, ubi publicum non reperitur hoſpitium, vel ubi adſit hoſpitium, ſed in eo cum ſuo decore, & non ſine ignominia, vel timore permanere non poſſit, & in eo qui emere victualia ſibi neceſſaria quærens à Cive illius loci illis præcisè non egente vult præoccupari in emendo, ſed quia quæſtio in Iure non eſt ſpecialiter definita; Ideò videamus an poſſit Peregrinus quem cogere ad hoſpitium ſibi gratis, vel dato pretio præſtandum, & an cogere quoque poſſit quem ad ſibi victualia vendendum currenti pretio, ut juxta reſoluta in *queſt.* 48. diſcernere poſſimus, an iſtis caſibus Peregrino danda ſit etiam prælatio.

Quoad primam quæſtionem affirmativè videtur reſpondendum tam ratione pietatis, tam ratione publici boni, tam ratione Iuris Divini, Civilis, quam Canonici, & decretorum non ſine divini numinis inſpiratione etiam à Gentilibus Legiſlatoribus indictorum.

Sic enim Carolus Gothorum, & Suetorum antiquis rex peregit, qui inviolabilem legem ſtatuit, quod ſi quicumque ſuorum ſubditorum viatorem Tecto arcere tentaſſet, & idoneis teſtibus ter hoſpitium negaſſe convictus fuiſſet immiſſo igne ejus ædes comburi deberent, ut Dominus propriis juſtè privarentur, qui eanim uſum inhumaniter denegaſſet, ut refert inſignis vir Joan. Magnus *lib.* 4. *cap.* 2.

Non abſimile Lucani ſtatuerunt ipſorum namque lex diſponebat, quòd ſi quis ſole occidenti divertentes hoſpites, ignotoſve Domo arceret multam, eo nomine pecuniam pendere cogebatur, Alex. ab Alex. *gen. dier. lib.* 4. *cap.* 10. Ælian. *lib.* 4. *var. hiſtor.*

Publicum compendium hoc quoque expoſcit, ut enim ait Cic. *lib.* 2. *de offic.* Reipublicæ etiam eſt ornamento homines externos hoc liberalitatis genere in Urbibus non egere, & publica eſt humanitatis ſpecies. ut peregrinus in hoſpitio non egeat, ut dicit S. Ambroſ. *de offic.* intereſtque Reipubl. ut iſti manſiones, quæ pars alimentorum ſunt inveniant, Avendan. *de exeq. mandat. Reg. part.* 2. *c.* 8. *num.* 1.

Pietas etiam id exquirit, Plato enim in *dial.* 12. *de legib. & in dial.* 5. monet, quòd cùm Peregrinus amicis, cognatiſve careat majorem apud Deum, & apud homines meretur miſericordiam.

Jus Divinum non ſolùm id exoptat, atque com-
1 mendat, ut in Sacra pagina lib. Num. cap. 15. Exod. 22. & 23. Lev. cap. 19. Matth. 25. Luc. 14. verùm etiam id exigit, ut Deuteron. c. 14. Exod. 23. & Eſd. 58. ubi ſic ſcribitur: *Egenos, vagoſque induc in Domum tuam.*

Jus Canonicum hoc dictat in *cap.* 1. *de empt. & vend.* ibi: *Placuit ut Presbyteri plebes ſuas admoneant, ut & ipſi hoſpitales ſint.*

Jus Civile tandem in *Auth. omnes, C. Com. de ſucceſſ.* id præcipit per hæc verba præciſa *omnes Peregrini, & Advenæ liberè hoſpitentur ubi voluerint.*

Quid plura? in hoc etiam Poëtæ conſenſere, Virgil. enim 1. Æneid. ſic ait:

Iuppiter hoſpitibus nam te dare Iura loquuntur.

Et Menander Græcus ſic ſcribit:

Hoſpites Pauperes ne ſubterfugias cum videris.
Hoſpitalitatem ſemper cura &c.

Sed contra eſt Text. *in l.* 1. §. 1. *ff. Nautæ, Caupones, Stabularii, &c.* ubi ſic Ulpianus reſpondet, *nec quiſque putet graviter hoc adverſus eos conſtitutum nam eſt in ipſorum arbitrione quem recipiant*, per quem Text. gloſſ. *in dict. l. omnes, verbo liberè, C. Com. de ſucceſſ.* tenet, quòd Peregrini, & Advenæ liberè hoſpitentur apud eos, qui volunt recipere, nam nemo eos recipere cogitur, & ſequitur plenè Salicet. *in dicta l. omnes num.* 1. *poſt med. vers. oppone ſecundo*, & Cin. *n.* 1. Avendan. *de exeq. mandat. Reg. part.* 2. *c.* 8. *n.* 1. & 2.

Tunc enim cogi poteſt quis ad eos in hoſpitio recipiendum quando publicè incepiſſet habere hoſpitium 2
in quo alios reciperet, per Text. *in l.* 3. §. *munus hoſpitis, ff. de mun. & honor. & in l. unic.* §. *fin. ff. furti adverſus Nautas, Caupon. &c.* ubi ſic J C. ait: *Namque viatorem ſibi eligere caupo, vel ſtabularius non videtur nec repellere poteſt iter agentes*, ubi Bart. & cæteri Repetentes, ac Salic. & Avendan. ubi ſuper id limitans, quando adeſſet in hoſpitio hoſpitium multitudo, vel quando ipſe qui vult hoſpes eſſe eſt perſona rixoſa, aut ſuſpecta, ſecus verò quando quis nun- 3
quam tale munus peregit, & ſi leges, & Authoritates jam citatæ contrarium velint, illæ tamen intelligendæ non ſunt de hoſpitalitate neceſſitativa, ſed de charitativa, nam ex zelo charitatis quis hoſpitare Peregrinos tenetur, ut explicat Salicet. *in dicta Auth. omnes num,* 1. & 2.

Sed diſtinctionis fœdere has contrarias ſententias
conciliandas eſſe putarem, ſi enim in loco publicum, 4
aut privatum adſit hoſpitium, tunc verum credo quod nemo alius ſit cogendus Judicis officio ad Peregrinos hoſpitandos, ſi autem in loco hoſpitium, nec publicum, nec privatum adſit, & Peregrinus factis diligentiis hoſpitalitatem non inveniat, & tunc firmiter exiſtimo poſſe Peregrinum Iudicis Eccleſiaſtici implorare officium, ut quem divitem, & commodam Domum habentem ſibi benè virum cogat ad tectum, & Domum ei dandam ad effectum ibi hoſpitandi, cum hoc tamen moderamine, quod ſi Peregrinus pecuniam ha-
beat ſolvat, ſi verò non gratis hoſpitium ei præſtetur. 5

Et hoc probo non ſolum Juribus, & authoritatibus jam adductis, & iuſta adducendis, verùm etiam per Text. in Sac. Pagina lib. Deuteronom. cap. 14. ubi ſic ſcribitur: *Peregrino, qui intra Portas tuas eſt, da, ut comedat, aut vende ei*, Text. enim iſte ſic intelligitur, ſi Peregrinus neceſſaria pro victu quærat, aut liberè, & gratis ipſis præſtanda ſunt alimenta, aut illi juſto pretio venenda, cùm igitur ut dixi pars alimentorum ſit hoſpitium, & manſio, Anchar. *in cap.*
1. *num.* 6. *de empt. & vend.* clarè patet, quòd ſi illa 6
ſit Peregrino neceſſaria, aut ipſi eſt gratis danda, aut ſaltem juſto pretio concedenda, id enim in neceſſitatis caſu omnes pietatis, naturæ Divinæ, & Civiles leges admittunt, & exquirunt.

At ſi Peregrinus neceſſe habeat manſionem obtinere, ſed pecunia ei adhæſit, tunc quoque verum eſt, quòd Eccleſiaſticus Iudex poteſt ex ſui officii authori-
tate divitem quem cogere ad illum gratis hoſpitan- 7.
dum, non enim novum eſt, quòd neceſſitatis tempore poſſint ab Eccleſiaſtico divites cogi ad faciendam eleemoſynam, id enim firmavit gloſſ. *in cap. ſunt hic* 47. *diſt.* Ripa *de peſte, tit. de rem. conſerv. contra peſte num.* 196. Menoch. *conſ.* 137. *n.* 15. Barboſ. *in cap.* 1. *num.* 4. *de empt.* ubi plures Add. ad Cappel. Toloſ. *decis.* 447. *num.* 1. *incip. Compelli*, Cabed. *decis. Luſit.* 92. *num.* 5. *vers. reſolventem part.* 2. Anton Monac. *decis. Bonon.* 69. *n.* 9. Enriq. *in ſumma lib.* 13. *cap.* 17. §. 5. *in fin.* Leſſ. *de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 12. *n.* 75. ubi benè ad propoſitum, & eſt communis opinio, & ita in ſpecie probant ita diſtinguendo Abbas *in cap.* 1. *n.* 8. & 9. *de empt. & vend.* ubi egregiè Anton. de Butrio *num.* 2. poſt hæc ſcripta viſus ſic dicens: *Nota quod imminente neceſſitate non ſolum Presbyteri, ſed etiam Laici ad hoſpitalitatem non tenentur, non tamen gratis, niſi tranſeuntes non ſint ſolvendo.*

Idemque credo ſi Peregrinus ſit Illuſtris, vel hoſpitium non ſit ſecurum, utroque enim caſu exiſtimo concluſiones jam firmatas procedere, cùm enim facere, & ſtare non poſſe à Iure fingatur, qui ſalvo ſuo honore æſtimatione, & ſecuritate propriæ perſonæ ſtare, & facere non poteſt, *l. Nepos Proculo* 11 *ff. de verb. ſignific.* congruum eſt, quòd reſpectu Illuſtris,

Viri commone, & ſordidum hoſpitium habeatur,
ac ſi non eſſet cum eo ſalvo honoee, & æſtimatione
permanere non valeat, quod demonſtrarunt Arcad.
& Honor. *in l. 2. §. Illuſtribus, Cod. de Metatis, &
Epidemeticis lib.* 12. ubi definito prius, quòd pro mi-
litibus hoſpitandis tertia pars Domus uniuſcujuſque
Civis aſſignetur ſtatuerunt, *quod Illuſtribus viris non
tertiam partem Domus, ſed dimidiam hoſpitalitatis gra-
tia deputare*, deberent Menſores qui ad hunc effectum
erant deputati.

Hiſce igitur caſibus in quibus Peregrinus Judicis
poteſt implorare officium, ut cogat aliquem ad ſibi
8 pretio ſoluto hoſpitium præſtandum non credo quod
ſi quis veſlet Cellulas aliquas locare, poſſit aliquo modo
peti prælatio à Peregrino niſi quando ille, qui vellet lo-
care eſſet idem qui poterat cogi à Judice ad hoſpitan-
dum, & ultro hoc locatio fieret ad modicum tem-
pus paucorum dierum alicui alteri, qui Peregrinus
non eſſet, ſed Civis, aut hiſtrio, tunc enim ſicuti
in ipſum principaliter Jus coactionis dirigeretur, &
tempus locationis modicum, æquè eſt cum concur-
rente conductore, & Peregrino, eodem Judicis offi-
cio poſſet Peregrinus prælationem petere eveniente
caſu cujus tamen eventum nimis difficilem reputo ob
tot circumſtantias, quæ requiruntur.

Quo ad ſecundam licèt regulariter nemo vendere
cogatur etiam res venales, niſi eas publicè expoſue-
rit, ut omnes affirmant in *cap. 1. de empt. & vend.*
tamen quando neceſſitas ſuadet contrarium, contra-
rium quoque eſt verius; Ideò quando Peregrinus non
invenit in foro publico Victualia poterit Judicis Ec-
9 cleſiaſtici implorare auxilium ut non ſolùm Clericos,
verùm etiam Laicos Victualia ultra propriam indigen-
tiam habentes, cogat etiam mediante excommunicatio-
nis ſubſidio ad ſibi ea vendendum, ſoluto communi pre-
tio Text. eſt in dict. cap. 14. Deuteronom. jam citat. &
in cap. 1. ubi ſignanter Hoſtienſ *n. 1. 2. & 7. verſ. Imò
dic*, Abb. *n.* 8. Jo. Andr. *n. 4. vers ſed Hoſtienſ.* Anton.
de Brut. *num. 1. & ſeqq. & nummer. 7. verſ. Hoſtienſ.
dicit*, & Ancharan *ſub num. 5. vers. Hoſtienſis de
empt. & vendit.*

Si pretium habeat, nam ſi omninò indigeat poteſt
Eccleſiaſticus Judex cogere exuberantes divites tamen
10 non pauperes qui revendunt, ut gratis ea præſtent,
ut dixi ex Anton. de Butr *in dicto cap. 1. num.* 2 &
Abb. *ibidem num.* 8. præcipuè ſi in foro expoſita ſint,
tunc enim cogere poteſt eos, ut eodem pretio eadem
Peregrinus, ac hoſpitibus vendant quo publicè inco-
lis vendi ſolent, ut concludunt omnes jam citati, &
ſignanter Abb. *num.* 5. & 6. & plenè Barboſ. *ibidem
num.* 8. ubi plures.

Atque iſto caſu ſi concurrat in emptione Victualium
Civis ea habens, & neceſſitas Peregrini ita ſuadeat
danda eidem eſt prælatio in emptione, ſecus ſi Civis
11 quoque ſit in pari neceſſitate, vel neceſſitas Peregri-
ni non cadat in illa re particulari, juxta pulchram
ſententiam Caſiodor. *lib. 1. var. Epiſt.* 34. quem re-
tuli *quæſt* 49 *num.* 28.

His abſolutis notandum eſt, primò, quòd Judex
poterit taxare pretium, quod ſolvere debeant Viato-
12 tes in hoſpitio recepti eadem ratione, qua pretium
pannorum, & Victualium ab eodem taxari poteſt, ut
Anchar. *in dicto cap. 1. numer. 6. de empt. & vendit.*
Avendan. *de exeq. mand. Reg. d. cap. 8. num.* 1.

Nota ſecundò, quòd Epiſcopus poteſt compeſcere
13 ſub Edicto pœnali Venalia Victualia publicè venden-
tes, ut non vendant ultra juſtum pretium, nec habi-
tatoribus, nec exteris, Abb. *in dicto cap. 1. num. 9.
in fin.* ubi etiam Jo: Andr. *numer.* 5. & Hoſtienſ. *nu-
mer.* 4.

14 Poteſt quoque Epiſcopus punire illos qui commiſ-
cent farinam fabarum ceræ venali, vel aliquam aliam
indebitam miſturam, Hoſtienſ. *in dicto cap.* 1. ubi
etiam Jo: Andr: *in fin.* Abb. *numer. 9. in med.* &
Anchar. *n.* 5. & plenè Roman, *ſingul.* 532. ubi latè Add.
refert concordantes.

Poteſt etiam ſtatuere, quòd in Hoſpitiis, Viato- 15
ribus, peregrinis, & tranſeuntibus Victualia pluris
non vendantur eo pretio, quo in Mercato, & foro
vendi ſolent, ut ſtatuitur in *dicto cap.* 1. ubi Cano-
niſtæ, & plenè Barboſ. *num. 6. de empt. & vendit.*
computato tamen eo quod Caupones impendunt pro
eorum exercitio, & adminiſtratione.

Poteſt etiam prohibere, nemo, aut mulier infa- 16
matæ vitæ ſit hoſpitator, aut hoſpitatrix, Ang. *in l.
1. ff. naut. caup. &c.* Avendan. *dicto cap. 8. numer. 1.
vers primum*, ubi dat modificationem.

Poteſt etiam cavere ne admittantur in aliquibus 17
hoſpitiis Mulieres, aut Iuvenes, ſi ſuſpicionem ha-
beat ſolere ibi crimina carnalia patrari, ut eſt argu-
mentum in lib. Iudic. cap. 19. & 20. cum gloſs. ordin.
& gloſs. Lyran.

Nota quartò, quòd habens hoſpitium in aliquo
loco non poteſt prohibere ne aliud ibi vicinum con- 18
ſtruatur, niſi ex privilegio, vel conſuetudine id poſſit
prohiberi non obſtante, quod per conſtructionem al-
terius hoſpitii vicini minores adveniant hoſpites, ita
Bald. *conſil. 463. ſub num. 5. vers. & notandum eſt lib.*
4. Cephal. *cons. 328. num. 23. & cons. 5,7. num 11. &
ſeqq. lib.* 3. Gratian. *diſcept* 808. *num.* 26. & in defe-
ctum, vel data negligentia Iudicis Laici poterit Epiſco-
pus prohibentem conſtructionem arcere, publicè enim
intereſt, & pietatis jura clamant plura eſſe hoſpitia ad
quæ poſſint accedere Peregrini ut ſupra dictum eſt.

QUÆSTIO LVIII.

An Dominus fundi ſervientis præferatur in emptione ſervitutis, quam Dominus fundi dominantis vult extraneo vendere.

SUMMARIUM.

1 *Servitus perſonalis, poteſt alteri cedi, vendi, & locari.*
2 *Uſusfructus poteſt alteri cedi, & locari.*
3 *Servitus uſus, non poteſt alteri cedi, aut vendi.*
4 *Uſum habens alicujus Silvæ, aut vineæ, poteſt tantum uti lignis ad uſum quotidianum, pomis, oleribus, & ſimilibus, ſed non poteſt ex fructibus lucrum facere.*
5 *Limita quando uſus relictus, aut datus redderetur inutilis, ſi non locaretur, aut venderetur.*
6 *Uſum ſilvæ habens, ſi ſilva ſit longinqua, poteſt vendere tot ligna, ex quibus retrahat ſumptus vecturæ, & inciſionis.*
7 *Silvæ uſum habens, non poteſt lucri gratia ligna facere, nec ex ſilva, Arboribus, Calcis, Calcariam, ſeu Carboneriam.*
8 Menoch. conſ. 151. num. 32. *rejicitur.*
9 *Uſu Prati conceſſo, vel legato duobus, cujus fœnum ſufficit pro decem equis, ſi uterque habeat quinque equos, quilibet utitur pro medietate ſi verò unus habeat tres equos, alter verò ſeptem, primus participabit pro tribus, & alter pro ſeptem.*
10 *Habitatio alicui relicta, non poteſt alteri cedi, locari, aut vendi.*
11 *Servitus realis, non poteſt alteri cedi, locari, aut vendi.*
12 *Amplia in ſervitute Aquaductus.*
13 *Declara id procedere quando ſervitus realis vult cedi, & vendi cum ipſo Iure, & Titulo ſervitutis.*
14 *Vel quando vult cedi ſimplex commoditas, & conceſſio fuit limitata pro uſu fundi tantum.*
15 *Secus quando conceſſio non eſt limitata, & vult cedi ſola commoditas; quia tunc poteſt cedi, & in alium transferri etiam ſine ipſo prædio.*
16 *Servitus realis, venditio, aut locato fundo, transfertur in emptorem, vel conductorem ipſo Iure.*

17 *Ser-*

17 *Servientis fundi Dominus, præfertur in emptione ſervitutis, quæ vult vendi extraneo.*
Proprietarius præfertur in emptione uſusfructus, qui alteri venditur.
18 *Contrarium tamen defenditur, & num. 19.*
Uſusfructus etiam invito proprietario, poteſt ab uſufructuario alteri vendi.
20 Text. in l. 66. ff. de jur. dot. *declaratur, & numer. ſeqq.*
21 *Uſusfructus amittitur facta ejus ceſſione, aut venditione extraneis ſine Domini conſenſu*
22 *Contrarium tanquam verius defenditur.*
23 *Titularis non præfertur quando reſervatarius penſionis, vult commoditatem penſionis alteri cedere, aut vendere.*
24 *Reſervatarius penſionis, poteſt titulari invito, aut irrequiſito penſionis commoditatem alteri cedere, & vendere.*

QUæſtio iſta non eſt ita generaliter tractata, &
ſolet ſæpè ſæpius evenire, & mihi ipſi in facto, de quo infra dicam occurrit; Unde prius videamus, an poſſit ſervitus realis, aut perſonalis alteri vendi, cedi, aut locari, & poſtea quæramus, an in venditionis caſu Domino fundi ſervientis competat prælatio.

Plures caſus diſtinguendi ſunt pro intelligentia quæſtionis; Primus eſt ſi ſervitus ſit perſonalis, & hoc
1 caſu clarum ſit, quòd regulariter iſta ſervitus poteſt
alteri cedi, vendi, & locare, juxta gloſſam *in l. locare 47. verſ. nemo poteſt, ff. locati*, communiter receptam; Ut videmus in uſufructu, qui licèt ſit ſervitus
2 perſonalis, *l. 1. ff. de ſervit.* Piccard. *inſtit. de uſuf. ult. in princ. tit. ante n. 1.* tamen cedi, locari, & vendi poteſt, per Text. *in l. arboribus 13. §. uſufructuarius, ff. de uſufruct. l. non utitur 45 ſignanter in § plane, ff. eodem, §. 1. inſtit. de uſufruct.* & plenè Caſtil. *de uſufruct. cap. 69. num. 6. & ſeqq. & per totum*, ubi reprobat eos, qui dicunt locari, vel vendi poſſe commoditatem ſimplicem, non autem uſumfructum formalem.

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus hæc regula fallit, uſus enim ſervitus perſonalis eſt, dicta *l. 1. ff. de*
3 *uſufruct.* & tamen nec locari, nec cedi, nec vendi poteſt, *l. in eoque 11. §. equitis in med. vers. operas autem, ff. de uſu & habitat. §. 1. inſtit. eod. tit.* & Text. notabilis in *l. plenum autem uſum, ff. eodem* ubi gloſſ. *verb. ad compendium*, notat, quòd habens uſum ali-
4 cujus loci poteſt tantum uti lignis ad uſum quotidianum, pomis, oleribus, & aqua, non tamen uſque ad compendium, ut ſcilicet dd. lucrum vendat, aut cedat, ſed tantum ad uſum, non autem ad abuſum.

Hoc tamen niſi uſus alicui relictus, aut datus red-
5 deretur inutilis, ſi non locaretur, aut venderetur; *l. Divus 24. in princ. ff. de uſu, & habitat.* & tunc ſervandum quoque eſt moderamen, ut ſcilicet facultas vendendi, & cedendi tantum extendatur ad ter-
6 minos illos, quibus poſſit reddi non inutilis, ſed utilis uſus conceſſio, ſicuti dicimus de eo cui eſt conceſſus uſus ſilvæ, quia ſi ſilva ſit longinqua, ne reddatur inutilis uſus, & majores expenſas faciat in vectura, & inciſione, quam non ſit uſus, commoditas, poteſt vendere ligna, & alia quæ ſub uſu cadunt, tantum tamen ex illis, quantum important ſumptus vecturæ, & inciſionis, juxta notabilem gloſſam in *dicta l. plenum, vers. in Villa*, & optimè Aretin. *inſtit. de uſu. & habit. num. 4.* Jo. Franciſc. de Ponte *de poteſt. Prorex. tit. de elect. Offizial. numer 16. & 17. ſol. nubr 99.* licèt poſtea *num. 20.* dubitet de hac Theorica Aretini; & plenè Alex. Trentacinq. *conſ. 6. num. 3. & ſeqq. & per tot. lib. 1.* ubi addit, quòd dato uſu
7 ſilvæ non poteſt quis lucri gratia ligna facere, nec ex ſilvæ arboribus calcis calcariam, ſeu carboneriam, ſequitur Rota *conſult. 63. numer. 24.* & hæc Aretini
8 opinio mihi videtur ſincera, licèt Menoch. *conſil. 351. numer. 31.* per Text. *in dicta l. Divus*, aſſerat, quòd conceſſo uſu ſilvæ cenſeatur conceſſus ejuſdem uſusfructus, cùm ſilvæ nullus ſit uſus niſi cedatur, & vendatur, quod etiam dixit Arius Pinell. *in l. 1. part. 2. n. 58. Cod. de bon. mater.* quia non ex hoc quod uſus iſte, conſiſtat inciſione arborum, quibus debet uti uſuarius, cenſetur datus uſusfructus ad effectum, ut valeat vendi, & cedi liberè exemplo ejus, quod notat Alberic. *in l. uſus pars num. 4 ff. de uſu, & habitat.*
qui ſingulariter defendit, quòd conceſſo, vel legato 9
uſu prati duobus, cujus fœnum ſufficiebat pro decem equis ſi uterque habeat quinque equos quilibet utitur pro medietate, ſi autem unus habeat tres equos, alter verò ſeptem, primus participabit pro tribus, & alter pro ſeptem, & hoc quia conceſſio uſus refertur præcisè ad indigentiam perſonæ, & tamen uſus prati nonnisi in fœni inciſione, & paſcuis poteſt conſiſtere; Unde cum ſilvæ uſus poſſit conſiſtere, & naturaliter dari in inciſione arborum pro indigentia uſuarii, non eſt verum, quod nullus ſit ſilvæ uſus, niſi vendatur.

Fallit etiam regula in habitatione, quæ quoque ſer- 10
vitus perſonalis dicitur, Piccard. *in 3. ſed ſi cui habitatio inſt. t. de uſu, & habitat*, & tamen is cujus favore eſt conſtituta illam nec locare, nec cedere, nec vendere poteſt, *dicto §. ſed ſi cui.*

Secundus caſus eſt, quando ſervitus eſt realis, &
tunc regulariter, nec cedi, nec vendi poteſt alteri, 11
quia ſervitutes reales Jura prædiorum ſunt, & ad illorum utilitatem ſpectant, nil mirum igitur ſi transferri in alium non poſſint, *l. locare 4. ubi gloſſ. 1. ff. locat.* Caroc. *de locat. tit. de ſervit. num. 3.* Molin. *de Juſtit. & Jur. diſput. 489. nu. 3.* Hinc videmus, quòd
juxta ſententiam Proculi ſervitus aquæductus, nec 12
vicino poteſt cedi, aut vendi, *ut in l. ex meo aquæductu 24. ff. de ſervit. ruſtic. præd.* Cepol. *eodem tract. cap. 4. ſub num. 11. in fin. & ſeq.* & latè Bald. *in l. cum eſſent 33. §. per plurium, ff. de ſervit. ruſtic. præd.* ubi quòd eſt jus inſeparabile à fundo.

Sed hic ſubſiſtendum eſt in diſtinctione, aut enim
ſervitus aquæductus, aut ſimilis realis vult in ipſo Ju- 13
re, & titulo ſervitutis cedi, & vendi, & tunc aſſeverantes tenerem, haud poſſe, niſi accedat pactum, aut expreſſus conſenſus Domini fundi ſervientis, ita Bald. *in dicto §. per plurium*, ubi etiam Bartol. & plenè Pecchius *de aquæduct. lib. 1. cap. 3. quæſt. 12. nu. 50. & pluribus ſeqq. & ſignanter num. 57. & ſeqq.* Roman. *ſingul. 457. num. 2. in fin.* & eſt Text. clarus in dicto *§. per plurium.*

Aut non vult cedi, aut vendi ſervitutis Jus, & ti-
tulus, ſed tantum ſimplex commoditas, & tunc vel 14
ex ſervitutis conſtitutione, ſive gratuita, ſive oneroſa apparet conceſſio limitata pro uſu fundi tantum, & commoditas non poteſt cedi, aut vendi, exemplo eorum, quæ diximus de uſu, ita Caſtrenſ. *in dicta l. ex meo; ff. de ſervit. ruſtic. præd.* Cepol. *dicto cap. 4. num. 12.* Pecchius *dicta quæſt. 12. num. 45. & pluribus*
ſeqq. Vel conceſſio non eſt ita limitata, & tunc com- 15
moditas ipſa, tam de Jure, quàm de conſuetudine generali cedi, locari, & vendi poteſt, nullo adhibito Domini fundi patientis conſenſu, aut voluntate dummodo is cui eſt commoditas locata, aut ceſſa in plus non utatur, quam cedens poterat, ita Porc. *in §. 1. num 6. vers. ſed hæc ratio inſtit. de uſu, & habitat.* Caroc. *de locat. tit. de ſervit n. 4.* D. Pacion. *eodem tract. cap. 11. num. 15.* ubi tamen dubitat, an cedi, & locari poſſit ſine prædio, & ſine ipſo prædio vendi, & locari poſſe commoditatem ſervitutis aquæductus, defendit Pech. *de aquæduct. dicta q. 12. n. 58. 60. & ſeqq.* Prout etiam poſſum aquam cuicunque vendere poſtquam eſt ingreſſa in fundum meum, gloſ. & Salicet. *in l. aquam, C. de ſervit. & aqua*, Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed. 6. n. 117.* Barboſ. *in l. aquam num 4. ubi num. 6.* notat, quòd

ſi

Lat. 2

2 *Servitus ex parte fundi ſervientis, in ſola patientia conſiſtit.*
3 *Servitus prædio inhæret, & in quemcumque fundus vadit, ejus conditionem ſequitur.*
4 *Servitutem habens, non præfertur quando venditur fundus ſerviens.*
5 *Vſufructuarius præfertur quando venditur proprietas.*
6 *Contrarium eſt verius.*
7 *Proprietarius poteſt vendere proprietatem ſine ulla voluntate, & conſenſu uſufructuarii.*
9 *Prælationis jus negatur, quando lex mandat, quod poſſit res vendi, & alienari quocumque invito, & contradicente.*

LOci corpus non eſt dominii ipſius, cui ſervitus debetur, ſed in plena poteſtate ejus, cujus eſt prædium, *l. loci corpus* 4. *ff. ſi ſervit. vendic.* & ideò Dominus fundi ſervitutem debentis non tenetur ad faciendum, ſed tantum ad patiendum, *l. quoties* 15. *§. ſervientium, ff. de ſervit.* ſervitus enim ex parte fundi ſervientis in patientia eſt, *l. fin. ff de ſerv. Vrb. præd.* Cepol. *de ſervit. cap.* 3. *num* 2. & non in ſubſtantia, ſed in quadam qualitate conſiſtit, Bart. *in l.* 1. *in fin. ff. de uſufr. leg.* Bald. *in l. data opera column.* 8. *qui accuſ. non poſſ.* Cepol *de ſervit. Vrb. præd. cap.* 2. *nu.* 4. & licèt ſervitus prædio inhæreat, *l.* 3. *ff. de ſervit.* Cepol. *ubi ſupra*, hoc tamen efficit, ut in quemcumque fundus vadat ejus conditionem ſequatur, *l. via* 23. *§. ſi fundus, & §. ſeq. ff. de ſervit. ruſt. præd.* non tamen tollit Domino fundo poteſtatem vendendi cui velit; ideò concludas, quòd ſervitus illa tranſit in emptorem, non tamen competere dicta ſervitutem habenti prælationis beneficium; *l. cum fundus* 13. *ff. commun. præd. l.* & *in provinciali* 2. *de ſervit. & aqu.* ubi communiter DD. & plures Hiſpanos pro hoc refert Oter. *de paſt. cap.* 30. *numer.* 17. *verſ. ſin autem*, Azeved. *leg.* 7. *Recopillat. num.* 13. Onat. *de contract. tract.* 21. *de empt. & vend. diſput.* 72. *ſect.* 2. *n.* 23. ubi quòd propter uſum locationem, aut ſervitutem aliquam non datur prælatio, & videtur etiam notare Zipæus *de notit. Iur. Beneſic. lib.* 4. *de retract. in fin. fol. mihi* 62. ubi ſolum prælationem dat Domino ſervitutis ſtante conſuetudine, quidquid teneat, licèt obſcurè Iacob. Novel. *de Iur. protomis. §.* 2. *num.* 136. *verſ. & ſimiliter inter tract. tom.* 17. *fol. mihi* 34.

1 (margin, at "dium"), 2 (at "ſervientium"), 3 (at "Cepol. ubi ſupra"), 4 (at "emptorem")

5 Congruit etiam hic quæſtio illa, an in venditione proprietatis detur uſufructuario prælatio; cùm uſusfructus quædam ſervitus ſit, ut diximus *in quæſt.* 58. *n* 2. & quamvis affirmativè teneant Franc. Rocc. *reſp.* 8. *num.* 8. *lib* 2. Sanfelic. *decis.* 106. *numer.* 7. Cavalcan. *de uſufruct. mul. relict. num.* 173. Oter. *de paſt. cap.* 30. *num* 7. *verſ. poſt Borgnin.* Onat. *de contract. d. diſput.* 72. *num.* 21.

6 Tamen contrarium eſt verius, cùm nulla lege id caveatur, nullaque ratio id ſuadere videtur, neque Communionis ratio concurrit, & ſi concurreret non prodeſſet, ad Text. *in l.* 4. *ff. de uſufr.* Anton. Gomez, *ad l.* 70. *Tauri num.* 32. *in princ.* Guttier. *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 166. *numer.* 2. Amat. *reſ.* 54. *numer.* 8. Conſtant *in l.* 1. *numer.* 44. *& ſeq. C. de vendit. rer. fiſc. lib.* 10. Caſtil. *quotid. contr. lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 37. *& pluribus ſeqq. ubi num.* 40. reprehendit Cavalcanum adducentem Bald. & Bart. qui nunquam id ſomniarunt, idemque defendit contra leves Cavalcan. rationes Rendel *ad Conſt. ſancimus verſ. per emphyteuſim n.* 67. *fol. mihi* 64. Rot. in Romana retract. 31. Januarii 1605. coram Iuſt. *& decis.* 502. *num.* 3. *in fin part.* 2. *recent.* & coram Carill. *decis.* 290. *num.* 15. ubi affert Text. *in l. locum verſ. proprietarius, ff. de uſufr. & in l. fundi Trebelliani, ff. de uſufr. legat. l.* 3. *§. ſi hæres,*
7 *ff. de uſufr. quemad. cave.* ex quibus habetur, quòd proprietarius poteſt vendere proprietatem ſine voluntate, & conſenſu uſufructuarii, unde intrat doctrina Bald. *in l. ante diviſionem* 17. *C. de iur. dot. in fin.* qui ait quod *l. dudum, C. de contr. empt.* prælationem negans locum habet quando lex diſponit, quod res aliqua alienari poſſit invito, & contradicente quolibet prætendente, ſequitur Marcian *diſput.* 63. *nu.* 27. *& diſp.* 97. *n.* 13. *& 18. tom.* 2. Bald. tamen non referens. 8

QUÆSTIO LX.

An prælatio competat Domino fundi quando is, qui in eodem fecit melioramenta vult ea alteri vendere.

SUMMARIUM.

1 *Melioramenta, quæ nequeunt è fundo ſeparari, aliis vendi non poſſunt, ſed eorum æſtimatio reficienda eſt à Domino.*
2 *Limita ſi melioramenta ipſa abſorbeant totum fundi valorem, quia tunc, niſi intra annum reficiantur, melioraus evadit Dominus fundi.*
3 *Contrarium tamen eſt verius.*
4 *Melioramenta, quæ ſine fundi detrimento ſeparari poſſunt, non accedunt fundo meliorato, imò aliis vendi poſſunt, nec datur Domino fundi meliorati prælatio in emptione.*
5 *Amplia in eo, qui tenebat Caſtrum ſine Iuriſdictione, & melioravit Caſtrum emendo Iuriſdictionem.*
6 *Declara quando melioramenta ſunt facta extra fundum, ſecus ſi ſint facta in ſolo ipſius fundi, quia tunc, licet poſſint auferri à meliorante, tamen Dominus fundi, poteſt impedire ne auferantur, ſolvendo id, quod habiturus eſſet melioraus ex dd. melioramentis, in caſu, quo ea abſtuliſſet, & extraneo emptori debet præferri.*
7 *Sed quod præferatur pro eodem pretio extraneo emptori, eſt dubium.*
8 *Limita in melioramentis, quibus ablatis, nullum, aut parvum commodum melioranti reſultaret.*
9 Text. in cap. unico, §. ſi Vaſſalli, tit. hinc finis, lex inuſib. feudal. *declaratur.*
10 *Melioramenta facta in ædificiis exiſtentibus in Civitate, ſemper cogitur Dominus reficere.*
11 *Melioramenta, quæ conſiſtunt in acquiſitione ſervitutis realis, aut perſonalis, an, & quando accedant fundo, vel ſeparari poſſint, ibi vide.*
12 *Meliorans rem, non habet jus prælationis quando Dominus fundi ea vult vendere alteri exiſtente pacto, quod melioramenta liberè ad Dominum fundi revertantur.*
13 *Colonus partiarius, qui fecit expenſas Mageſiarum, in fundo, ſi velit diſcedere de laboritio, poteſt dictas Mageſias, aut eorum æſtimationem vendere alteri.*
Locatori tamen pro eodem pretio competit prælatio, de quo tamen dubitat auctor.

NOn eſt hic immorandum in agitata quæſtione an ſcilicet, & quando teneatur Dominus fundi melioramenta reficere, & cujus ſpeciei, ſed tantum diſſerendum, an valeatis, qui melioravit melioramenta ipſa ex fundo deducere, & alteri vendere abſque eo quod patiatur Dominum fundi in venditione præferri.

Ideò breviter diſtinguendum puto inter melioramenta, quæ commodè poſſunt à ſolo ſeparari; & inter illa quæ commodam ſeparationem non patiuntur; Iſta enim quæ nequeunt è fundo ſeparari, non ſunt ab eo abducenda, nec ideo aliis vendi poſſunt, ſed tantum fundi valorem minuunt, adeout valeat is qui melioravit in caſu quo melioramenta ſunt reficienda inſiſtere in poſſeſſione fundi meliorati quouſque ei Dominus ſolvat melioramenta, etſi ea venderit, nonniſi idem jus emptor habere poterit, per 1

Text.

2 Text. *in l. quod dicitur 5. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. cum aliis vulg.*

Quòd intelligendus eſt ſi melioramenta partem va-
3 loris fundi abſorbeant, tunc enim procedit concluſio, quòd non poſſit pro melioramentis, aut illa pars, aut totus fundus alienari, & vendi, ſed tantum creditum ex illo deduci, ſi autem melioramenta totum fundi valorem abſorbeant, tunc juxta Text. *in l. ſi ita quis ſtichum 57. §. quod dicitur, ff. de Iur. dot.* videtur dicendum, quòd fundus deſinat eſſe prioris Domini, ſi ipſe melioramenta intra annum non ſolvat, ſed hoc apertè corrigitur *in dicta l. quod dicitur 5. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. & in l. ſi ſervos, ff. de pignorat. action.* in quibus cavetur, quòd non ob id quòd quis melioravit rem meam pluſquam valebat res deſinit eſſe mea, ſed quòd jus melioramenta petendi, & uſque ad ſatisfactionem in re inſiſtendi competat melioranti, ut etiam notat gloſ. *in d. l. quod dicitur*, & ibi plenè Bartol. & alii communiter, ac latè Jaſ. *inſtit. de action. § propter retentionem num. 5. verſ. in ea gloſſa, & ſeqq. fol. mihi* 315. quidquid tenuerit Coraſius quem allegat Boſſ. *de dote cap.* 1. §. 4. *num.* 48. & 49 *in fin. fol. mihi* 11.

Quando verò melioramenta commodè, & ſine fundi detrimento ſeparari poſſint, & tunc etiam ſunt diſtinguendi tres caſus.

Primus eſt, quando melioramentum eſt omninò ſeparatum, & diverſum à fundo, putà quia is qui vult melioramenta repetere emit fundum prope illum, quem tenebat pro majori ipſius fundi commoditate, & unum fundum ex duobus compoſuit, vel is qui tenebat Caſtrum ſine juriſdictione, emit, vel acquiſivit ipſius juriſdictionem, & quid ſimile, & tunc quia fundus ille emptus, vel Juriſdictio acquiſita minimè accedit fundo, quem jam tenebat, neque ipſius fundi melioramentum dicitur cùm per ſe ſubſiſtere poſſit, jure merito affirmandum eſt quod ſem-
4 per & in perpetuum licitum ſit talem fundum, juriſdictionem, & adjectionem cuicunque vendere, & in quemlibet transferre abſque eo quod detur Domino prioris fundi prælatio, aut oblatio æſtimationis ipſius fundi, Bald. *in cap.* 1. *§. ex contrario num. 4. de inveſtit. de re alien. fact.* Ruin. *conſ.* 14. *poſt princip. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus lib.* 1. Clar. *in §. feudum quæſt.* 88. *num.* 5. & 6. Valaſc. *de Iur. emphyt. quæſt.* 25. *num.* 37. & alii plures quos refert Amic. *eodem tract. quæſt.* 70. *ſub numer. 9. verſ. quod declaras, & ſeq.* Joſeph Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 24. *num.* 17. *part.* 1. Beto. *quæſt.* 96. *ſub num* 4. *in med.* qui licèt *num.* 5.
5 *in fin. & ſeq.* referat Præpoſiti opinionem dicentis aliud eſſe in juriſdictione, quæ per ſe eſt inſeparabilis à fundo, tamen ejus rationes à Ruino protinus enervantur, & contra ipſos eſt communis opinio, cùm re vera juriſdictio non adhæreat fundo, & Caſtro, ſed perſonæ, & plenè etiam Pereg. *de fideicom. art.* 50. *num* 53. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 2. *& pluribus ſeqq.*

6 Secundus eſt, quando melioramenta ſunt intra ipſum fundum, & in ſolo ipſius fundi facta, & ſeparari ac avelli poſſunt ſine fundi detrimento, ut Columbariæ Inſtrumenta lignea, Domus vel Molendina lignea, & ſimilia, & tunc omninò crederem, quòd ſi Dominus fundi in caſu quo fundum repetat pati velit, quòd melioràns ea auferat, atque alteri vendat, poſſit ſi de jure obligatus non ſit ad ea reficienda; Si verò velit ipſa detinere, & impedire ne auferantur, & alteri extraneo emptori petat præferri, utique eſt ei permittendum, ut non obſcurè notatur *in §. ſi Vaſſallus tit. feud. hinc finitur lex*, & apertius *in l. finali, C de iur. emphyt* atque apertiſſimè *in l. pro voluptariis 9 ff. de impenſis in rebus dotal. fac. & in l. in fundo* 39. *§ cenſuimus, ff de rei vendicat.* ibi: *Cenſuimus verò, ut ſi paratus ſit Dominus tantum dare quantum habiturus eſſet poſſeſſor his rebus ablatis, fiat ei poteſtas*, ibique Bald. *in 3. not. ſub num.* 2. Jaſ. *in l.* 2. *n.* 30. *ut fin. & 31. C. de Iur. emphyt.* ubi id extendit, etſi adſit pactum quod in fine contractus poſſit fundum detinens omnia melioramenta tollere, ſequitur Marſil. *ſingul.* 410. *per tot.* Valaſc. *de Iur. emphyteus. d. quæſt.* 25. *ſub num.* 10. *verſ. adde tamen*, ubi diſpoſitionem dicti §. cenſuimus ad hunc præciſum caſum extendit, *& verſ. adeò autem*, Niger. *laudem. tom.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 7. Roſenthal. *de feud. cap.* 10. *concl.* 43. *nu.* 52. *& ſeqq. & num.* 158. optimè Joſeph. Ludovic. *d. deciſ.* 24. *num.* 16. *in med. & num.* 27. ſed de hac concluſio- 7
ne multum dubito, qui aliud eſt, quòd Dominus poſſit offerre æſtimationem, & prohibere, quòd melioramenta auferantur, ut ex Text. *in l.* 10. *§. cenſuimus*, & ex DD. colligitur, & aliud quod præferatur pro eodem pretio, & quidem Joſeph. Ludovic. *n.* 27. debili adhæret fundamento quod *in quæſt.* 43. falſum probatum extitit.

Hoc autem procedit in melioramentis, quæ avelli 8
poſſunt non ſolùm ſine fundi deterioratione, ſed etiam cù aliqua utilitate auferentis, ut in jam adductis exemplis, non autem in his melioramentis, quæ licèt ſine fundi deterioratione, & ruina poſſunt avelli, tamen avulſio nil aut modicum poteſt melioranti commodum afferre, ut in picturis muro impreſſis, vel Domo ex calce conſtructa, ac ſimilibus, hoc enim caſu ſi de jure Dominus ad reficienda melioramenta præciſè compelli nequeat, & is qui ea fecit velit illa tollere, poteſt Dominus eum impedire ipſi ſolùm ſolvendo æſtimationem ejus, quòd ex ruina, & ablatione ipſius rei percipi poſſet, & iſte eſt intellectus verus *d. l. in fundo* 39. *§. cenſuimus*, fundatus in naturali ratione dictante non eſſe alteri permittendum id quod ad aliud non inſervit niſi ut ipſi, & alteri officiat, ut exponunt ibidem Bald. & Angelus, Joſeph. Ludovic. *d. deciſ.* 24. *numer.* 21. Scradet. *de feud.* 2. *part.* 9. *partis principal. ſect.* 2. *n.* 93. *& ſeqq.* Mulin. *de primog. d. cap.* 26 *numer.* 16. *in fin.* Ciroc. *diſcept.* 57. *n* 30. ubi concordantes allegat, & contrarium dicentes declarat procedere quando Dominus compelli poſſet ad melioramenta reficienda.

Et quamvis *in cap. unic. §. ſi Vaſſalli, tit. hinc finitur* 9
lex in uſib. feud. habeatur indiſtinctè, quòd ſi Dominus nolit pretium meliorationis ſolvere, patiatur ædificium auferri, tamen Text. intelligendus eſt de ædificio, quod poſſit abſque detrimento, & ſine ruina, & cum utilitate auferentis tolli, ut explicat ibidem Iſern. *ſub n.* 17. Roſenthal. *de feud. cap.* 10. *quæſt.* 43. *num.* 158. *fol.* 226. ubi optimam reddit rationem, de Luca ad Franc. *deciſ.* 110. *num.* 2.

Iſta etiam intelligenda ſunt in ædificiis ruſticis, ſe- 10
cus in ædificiis factis in Civitate, tunc enim ne aſpectus deformetur cogitur Dominus pretium melioramentorum ſolvere, ut plenè probat Valaſc. *d. q.* 25. *n.* 16. ubi idem tenet in melioramentis plantarum, in quibus non cadit abraſio Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *n.* 47. *in fin. &* 51. Ciroc. *d. diſcept.* 57. *n.* 19. ubi latè Scrader. *d. ſect.* 2. *n.* 96. *uſque ad* 99. ubi etiam an Dominus poſſit aliqua reficere, & aliqua non.

Tertius eſt caſus, quando melioramenta conſiſtunt 11
in acquiſitione ſervitutis, & tunc etiam diſtinguendum eſt, nam ſi ſervitus perſonalis ſit, quia ſeparabilis eſt à fundo, poterit ideò avelli, & retineri per acquirentem, nec poteſt quidquam Dominus in ea prætendere, ut ſupponunt omnes infracitandi, & & dictum eſt ſupra de juriſdictione; Aut eſt realis, dicto caſu, quia fundo ipſi adhæret, ipſiuſque pars dicitur, quidam putant fundo accedere, eoque ad Dominum reverſo ſervitutem quoque deberi per Text. *in cap. unic. §. è contrario de Inveſtit. in re aliena facta*, ubi gloſ. Iſern. ac Bald. *num.* 3. Beto. *d. quæſt.* 96. *num.* 5. *in fin.* Molin. *de Juſt. & Jur. diſput.* 463. *num.* 5. ſed non explicant an debeat ſolvere æſtimationem, quòd affirmat Amic. *de Jur. emphyt. quæſt.* 70. *numer.* 9. *ante med. verſ. quod*

idem

idem dicendum, Peregr. *de fideicomm. d. artic.* 50. *num.* 31. circa finem.

Sed quia hæc quæſtio in ſpecie eſt latè diſcuſſa à Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 11. *& ſeqq.* & in genere de ea latè tractant Valaſc. *d. quæſt.* 25. *num.* 1. *& multis ſeqq.* Ioſeph. Ludovic. *d. deciſ. Peruſ.* 24. *per tot.* Eminentiſſ. de Luca *de emphyt. diſc.* 32. *num.* 4. *& ſeqq.* Fulgin. *eodem tract. tit. de melioramentis quæſt.* 2. *num.* 1. *cum ſeqq.* Scradet. *de feud. part.* 7. *cap.* 32. *part.* 9. *part. princ. ſect.* 1. *per tot.* Roſental. *eod. tract. cap.* 10. *concl.* 43. *per tot.* Rot. coram Duran. *deciſ.* 358. *n.* 3. *& ſeqq.* & in Bononien. Dotis, Succeſſionis, & legati 17. Maii 1669. §. *verum reſciſſa*, coram R. P. D. Emerix meritiſſimo S. R. Decano; Ideo ad eos recurri poteſt, & ſpecialiter videndus eſt Peregr. *d. art.* 50. *n.* 50. ubi ſingulariter quæſtionem agit de poſſeſſore, qui liberavit fundum à quadam penſione livellaria, quam ſolvebat, eamque francavit, aut emit, & latè diſtinguit an, & quando ipſi tale melioramentum ſit reficiendum.

12 Sed hìc alia occurrit inſpectio videndi ſcilicet an è contra, ſi factum ſit pactum inter contrahentes, quod meliotamenta liberè ad Dominum fundi revertantur poſſit is, qui melioravit, caſu quo reſtitutionis tempus jam venerit, & Dominus ea alienare velit petere pro eodem pretio præferri, & tutò teneas, quod liberum Ius ſpectat ad Dominum ea alienandi, & vendendi ſine ulla meliorantis requiſitione, & abſque eo quod ulla ipſi valeat competere prælatio, ut latè probat Gamma *deciſ. Luſit.* 41. *num* 6. *& deciſ.* 326. *num.* 8. *&* 9. Rot. *deciſ.* 60. *n.* 8. *& ſeqq. part.* 5. *recent.*

13 Notandum ex prædictis eſt, quòd ſi Colonus partiarius fecerit expenſas mageſiarum in fundo, & contingat eum diſcedere de laboratitio poteſt dictas mageſias aut earum æſtimationem vendere, niſi locator petat præferri, quia tunc ipſi danda eſt prælatio, ut latè notat Add. *conſ.* 24. *num.* 8. *&* 9. cujus doctrina non poteſt defendi cum auctoritate Calcao. & Ruin. *ibid.* allegat qui moventur auctoritate Bart. quam pluries inſobſiſtentem diximus *in tract. & ſing. in quæſt.* 43. Ideoque regulanda eſt juxta diſtinctiones prædictas.

QUÆSTIO LXI.

An prælatio competat donatario univerſali ſi donans, qui ſibi reſervavit facultatem de certa ſumma diſponendi vult vendere aliquam rem ex donatis ad effectum dictam ſummam retrahendi.

SUMMARIUM.

1 *Donans donatione perfecta, non poteſt de bonis donatis amplius diſponere, neque onus, aut conditionem aliquam in illis apponere.*

2 *Neque valet res donatas alienare, & vendere.*

3 *Quamvis ſibi reſervaverit certam ſummam ex rebus donatis retrahendam, adhuc enim non poteſt propria auctoritate bona æquivalentia apud ſe exiſtentia alienare.*

4 *Contrarium ſcilicet, quod poſſit propria auctoritate vendere bona æquivalentia ſumma quam ſibi reſervavit, defendunt alii, & n.* 7.

Hæres gravatus creditor, poteſt bona fide, & pro æquivalenti pretio propria auctoritate bona fideicommiſſaria alienare.

5 *Donans, qui ſibi reſervavit certam ſummam eſt tantum purus creditor ſummæ reſervatæ.*

6 *Donanti pinguius ſuccurrere debemus, quam ei qui verum debitum ſolvere compellitur.*

Donans liberalitatis ſuæ pœnam pati non tenetur, & cavendum eſt ne ex ea inops fieri periclitetur.

7 *Reſervans ſibi certam quantitatem ſuper bonis propriis, quæ propria voluntate alteri donat, intelligitur ſibi reſervaſſe facultatem ſummam reſervatam propria auctoritate ex bonis donatis detrahendi.*

8 *Donans ante traditionem poteſt ex bonis donatis æs alienum antea ab eo contractum detrahere.*

9 *Donans, qui ſibi reſervavit certam ſummam, ſi velit pro concurrenti quantitate alienare ſua bona donata, poteſt impediri à Donatario, offerendo illi ſolvere ſummam reſervatam.*

10 *Limita, ſi donans jam alienaverit bona fide, & juſto pretio, quia tunc non poteſt donatarius oblato pretio alienationem revocare, minuſque admittitur ad prælationem petendam, & n.* 12.

11 *Si verò mala fide, & injuſto pretio alienaverit, tunc poterit donatarius alienationem revocare ſoluta quantitate reſervata.*

13 *Donans medietatem omnium ſuorum bonorum alteri, poteſt de aliqua re ex donatis integrè diſponere, quamvis donatarius in ea medietatem habeat, ſi ex aliis bonis ipſi reficiat tantundem.*

14 *Et hoc caſu donatarius præfertur pro eodem pretio in emptione ipſius rei.*

15 *Contrarium tamen defenditur.*

16 *Donans medietatem omnium bonorum ſuorum in genere ſi aſſignavit partem donatam donatario, non poteſt amplius diſponere de aliqua re ex illis.*

17 *Amplia etſi non aſſignaverit, dummodò corpora ſint dividua, & commodam patiantur diviſionem.*

18 *Declara hoc procedere in contractibus, ſecus in legatis, & ultimis voluntatibus, in quibus facto legato partis omnium bonorum, poteſt hæres præſtare illius partis æſtimationem, & non tenetur pati diviſionem ſive bona commodam, ſive incommodam patiantur diviſionem.*

19 *Sed quòd eadem diſpoſitio, quæ procedit in legatis; procedat etiam in donationibus, & contractibus lucrativis probant alii.*

Text. in l. non amplius 26. §. cum bonorum, ff. de legat. 1. *declaratur.*

20 *Donans partem ſingulorum bonorum ſpecificata eorum qualitate, & quantitate, ſi bona commodam patiantur diviſionem, non poteſt donans liberari præſtando æſtimationem, ſed præcisè partem in rebus ſingulis præſtare cogitur, ſecus ſi bona commodam non patiantur diviſionem.*

21 *Donans rem aliquam, reſervato ſibi cenſu, ſive reſponſione annua ſuper ea re, non præfertur, quando à donatario dicta res vult vendi.*

PRimùm quærimus de facultate alienandi, poſtea verò de prælatione, controverſum enim eſt, an poſſit Donans poſtquam donavit omnia bona ſua, vel partem ipſorum pro ſumma ſibi reſervata corpus aliquod bonorum donatorum vendere; Etenim clarum eſt Donantem donatione perfecta de bonis amplius diſponere non valere, neque onus, aut conditio- 1 nem aliquam in illis apponere poſſe, *l.* 1. *ff. de donat. l. ſequens* 70. *ff. de legat.* 2. *l. poſt perfectam, C. de donat. quæ ſub modo*; Non enim ipſe valet donatione 2 perfecta res donatas alienare, & vendere, & ſic vendendo in donatarii præjudicium donationem revocare, juxta conſil. Roman. 76. *ante num.* 1. & plenè Rot. *deciſ.* 444. *num.* 21. *& pluribus ſequentibus part.* 9. *recent.*

Et ideò nunquam donans de bonis donatis voluiſſe 3 diſponere cenſendum eſt, *l. ſequens quæſt.* 10. *ff. de legatis ſecundo.* Surd. *deciſ.* 93. *n.* 20. Rot. *deciſ.* 375. *n.* 7. *part.* 1. *ac deciſ.* 663. *per tot. part.* 2. *recent.* non obſtante certæ ſummæ reſervatione, cùm enim ipſe tantùm creditor ſit illius ſummæ, vi crediti non valet proprio Marte bona æquivalentia, apud ſe exiſtentia alienare, & vendere, ut explicat Fontanell. *deciſ. Catal.* 298. *n.* 12.

4 Sed contrarium videtur verius, nam ſicuti hæredi gravato Creditori etiam extra caſum legitimæ, & Trebellianicæ permiſſum eſt bona fide, & pro æquivalenti pretio propria authoritate bona hæreditaria, & fideicommiſſaria alienare, & creditum Emptorem tuetur, ut probant Natt. *conſil.* 255. *nu.* 10. Burſatt. *conſ.* 348. *num.* 20. Menoch. *conſ.* 138. *num.* 36. *verſ. tertio confert*, *& num.* 37. *& conſ.* 245. *num.* 21. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 40. *n.* 27. Honded. *conſ.* 58. *num.* 27. *& 56. lib.* 1. & Rot. poſt. dict. conſil. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 665. *num.* 18. Giovagnon. *reſp.* 73. *num.* 6. *lib.* 1. ita etiam Donans pro ſumma reſervata, & ſuo credito ſi poſſidet adhuc bona donata, poteſt bona fide, & pro æquivalenti partem illorum bonorum alienare, & vendere, ut expreſsè arguit Fontanell. *deciſ.* 299. *n.* 16. *& ſeq.*

5 Sed iſta æquipatatio aliquantulum videtur diſſonare, nam hæres Dominus eſt, licèt non perpetuus bonorum hæreditariorum, nil mirum igitur ſi valet bona fide aliqua corpora alienare vi ſui crediti, cùm duplicem repræſentet perſonam & creditoris, & hæredis Domini; nam uti hæres, & Dominus, licèt reſolubilis bona fide pro debito hæreditario ſolvendo poterit ſibi ipſi uti Creditori bona dare inſolutum, illaque ſic vendere; non ſic evenit in Donante, qui poſtquam donavit bona irrevocabiliter; exutus penitus remanet illorum dominio, & tantùm eſt Creditor ſummæ reſervatæ, quæ reſervatio nullum jus reale ipſi apta eſt tribuere, nec ullam dominii ſpeciem, ſed purum creditum, ut in ſimili tenuit Corn. *conſ.* 215. *n.* 2. *lib.* 4.

6 Alia eſt ratio æquitati potiùs, quàm juris rigori adhærens, ſicuti enim pinguius Donatori ſuccurrere debemus, quam ei qui verum debitum ſolvere compellitur, *l. exhæredatum, ff. de re judicat.* ne Donator liberalitatis ſuæ pœnam patiatur, & ex ea inops fieri pericliteтur, *l. ad res donatas, ff. de ædilit. edict. l. ne liberalitate, ff. de re judic.* ita etiam pinguius donatori Creditori pro ſumma reſervata conſulere debemus, quam aliis Creditoribus, ut ergo ei pinguius ſuccurramus, & ne ob moleſtias ab emptoribus ſibi illatas pro evictione paſſa à Donatario ſuæ liberalitatis pœnam patiatur, opus eſt, quod dicamus id quod mero Creditori non licet, ideſt, bona vendere pro concurrenti Crediti quantitate, licere donatori pro ſumma ſibi reſervata.

7 Eo magis, quia reſervare ſibi quantitatem in bonis prius propriis poſtea propria voluntate alienis effectis eſt idem, ac à ſe ipſo, & propria auctoritate eam velle capere, Rot. Januen. *deciſ.* 14. *num.* 60. & ita in ſpecie hanc quæſtionem abſolvunt, Cancer. *var. reſolut. part.* 1. *cap.* 8. *de donat. num.* 72. ubi ſic judicatum teſtatur Seſſe *deciſ.* 185. *per tot.* Fontanell. *deciſ. Catal.* 299. *pariter per tot.* ubi ita pluries refert deciſum, & omnibus contrariis reſpondet, & præſupponit Rot. *deciſ.* 151. *ſub num.* 5. *verſic. tertio probata part.* 15. *recent.* quidquid in contrarium dixerit idem Fontanell. *deciſ.* 298. *per tot.* quem ſequitur Torr. *de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 11. qui Fontanell. objectiones, non autem deciſionem videtur approbare.

8 Addo, quod ſicuti de bonis donatis ante traditionem Donans poteſt æs alienum antea ab eo contractum detrahere, *l. inter eos*, *verſ. his quoque*, *ff. de re judic.* Rovit. *deciſ. Neapolit.* 48. *nu.* 36. ita & creditum proprium valet propria auctoritate ex bonis apud ipſum exiſtentibus deducere bona fide illa pro concurrenti quantitate alienando, & vendendo, neque intereſſe Donatarii in habendo potiùs rem dato pretio eſt conſiderabile in præjudicium Donantis, qui tam latam beneficentiam ipſi contribuit.

Iſtis ſic abſolutis conceſſa facultate vendendi, de qua multum dubito per prædicta dicendum eſt, in
9 caſu quo Donans velit bona alienare, quòd ſi Donatarius id ſciens occurrat, & offerat pretium dare, & quantitatem reſervatam ſolvere, eſt, ad hanc oblationem admittendus, & poteſt obtinere ne donans vendat, juxta ea, quæ tradit Cuman. *in l. cùm Pater in prima, & ſecunda lect. ff. de legat.* 1. Fontanell. *dicta deciſ.* 299. *num.* 4. *& ſeq.* & tradita in hoc tractatu *quæſt.* 36. *num.* 16. *& ſeq. & num.* 54. *& ſeqq.*

Si verò jam alienaverit, & tunc aut bona fide, ac 10 juſto pretio alienavit, & non valet Donatarius oblato pretio alienationem revocare, ut præſupponunt Fontanell. Cancer. & Seſſe præcitati, & tenet Giovagnon. *reſponſ.* 74. *n.* 6. *lib.* 1. & dixi *in d. quæſt.* 36. *n.* 19. *& ſeq.*

Aut mala fide injuſtoque pretio, & tunc alienatio 11 non teneret, eamque poſſet Donatarius revocare ſoluta quantitate reſervata, ut in ſimili reſpondet Vivius *deciſ.* 185. *num.* 11. *verſ. tertio lib.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 531. *num.* 172. Fontanell. *dicta deciſ.* 299 *nu.* 20. & dixi *in dicta quæſt.* 36. *num.* 21.

Ideoque nunquam iſto caſu locus eſſe poteſt prælationi, nec requirendus eſt ipſe Donatarius in venditione à donante facta, quia ſi vult offerre poteſt ante venditionem, ſi verò promptus non fuit ad offerendum ante venditionem non poteſt conquæri, neque valet revocationis jure uti, aut enim bona fide fuit facta venditio, & tenet, aut mala fide, & tunc non eget prælationis, ſed revocationis jure ex prædictis. 12

Sed eleganter quæramus, an is qui medietatem om- 13 nium ſuorum bonorum alteri donavit poſſit de aliqua re ex donatis integrè diſponere, quamvis Donatarius in ea medietatem habeat, dummodò ex aliis bonis ipſi reficiat tantundem, & poſſe per Text. *in l. non amplius* 26. *§. cum bonorum*, *ff. de legat.* 1. refert deciſum Guidopap. *deciſ.* 602. Franc. Rocc. *de Societat. notab.* 55. *num.* 114.

An autem hoc caſu competat prælatio donatario, videtur dicendum, quod competat, dum enim donans partem propriam, & partem donatarii in re communi vult alienare eidem donatario in parte ſua, & parte conſocii prælationem dandam æquiſſimum eſt, ut 14 in ſimili notat Bald. *in l.* 2. *C. de commun. rer. alienat.* dicens, quòd licèt fiſcus habeat privilegium partem ſocii inviti alienandi, ſi communionem cum eo habeat, *æquum tamen putat, quod faciat requiſito conſorte, nam ſi ille vult tantum dare quantum alius, debet præferri*, & ſequuntur Doctores innumeri quos adduxi *in quæſt.* 38. *n.* 33.

Sed contrarium eſt verius, quod enim dicit Bald. 15 nulla lege cavetur, & æquitas iſta ex capite DD. deſcendit, neque habenda eſt in conſideratione tanquam contra *leg. Dudum. C. de contrahen. empt.* ut latiùs dixi *in dicta quæſt.* 38. *nu.* 35. *& ſeqq.* Caſtilli, & Rot. opinioni adhærendo.

Præſertim in hoc caſu, in quo aut quis donavit medietatem bonorum ſuorum in genere, aut talium 16 bonorum in ſpecie; Si in genere, & tunc aut aſſignavit partem illam Donatario, & nullum jus ampliùs donanti poteſt competere, ideoque vendere aliqua ex illis bonis non poterit DD. *in dicta l. non amplius*, ubi ſignanter Alex. *num.* 3. Aut non aſſignavit, & 17 tunc verius videtur, quod nec poſſit corpus aliquod integrum vendere, ſed ſolam partem ſi corpora ſunt dividua, & commodam patiantur diviſionem, ſecus ſi individua, vel non commoda poſſit fieri diviſio, licèt enim in legatis, & ultimus voluntati- 18 bus per *dictam legem non ampliùs*, *§. cum bonorum*, facto legato, partis omnium bonorum poſſit hæres præſtare illius partis æſtimationem, & non pati diviſionem, vel ablationem bonorum, ſive illa commodam, ſive incommodam patiantur diviſionem, ut ibidem latè probant Caſtrenſ. *nu.* 4. *verſ. quando verò*, *& ſub num.* 6. & Jaſon. *num.* 5. *& 12.* Bald. *n.* 3. licèt contrarium videatur ibidem tenere Bart. *num.* 1.

& 2.

& 2. & Barboſ. *num.* 1. *verſic. ego autem*, attamen id non procedit in contractibus, in quibus in qualibet re eſt aſſignanda pars, ſi corpora commodam patiantur diviſionem, ut in ſpecie *dictum* §. *cum bonorum*, limitat Bald. *in l. nulla quarta num.* 9. *verſic. modo inſurgit*, *C. de Jur. Dot.* Jaſon. *in d.* § *cum bonorum num.* 8. & ſic neque in donatione, quæ eſt contractus, *l. abſenti*, *ff. de donationibus*.

Sed in hoc veriorem exiſtimo Guidopap. & ſequacium ſententiam, nam eædem rationes, quæ vigent
19 in hærede reſpectu legatarii, vigent in donante reſpectu donatarii, ſi enim hoc à Caſtrenſ. Alex. Iaſon. & aliis dicitur inductum ne hæres in ſingulis rebus patiatur habere communionem, idem eveniret inter donantem, & donatarium, ſi ob liberalitatem legantis, ut aliqui putarunt, & eadem conſideratio eſt in donante, ſi ob difficultatem præſtationis, & idem, ea autem, quæ Bald. ac Jaſon. dicunt, quòd ſcilicet Text. *in dicto* §. *cum bonorum*, non habeat locum in contractibus intelligenda ſunt de oneroſis, prout loquitur Bald. à Jaſon. allegatus, & non de merè lucrativis.

Prætereà Jaſon. ipſe malè intellexit Bald. qui potiùs firmat, quod Text. *in dicto* §. *cum bonorum*, habet locum in contractibus, dum tenuit, quòd ſi Uxor promiſiſſet Marito dimidium ſuorum bonorum pro indiviſo teneatur dare bona, & non æſtimationem, & hoc propter illud verbum *pro indiviſo*, quod oſtendit de corporibus fuiſſe intellectum, ergo contrarium tenuit ſi dictum verbum non adſit, ut in ſpecie Jaſon. reprehendit Tellus *ad leg.* 20. *Tauri num.* 5. Barboſ. *in d.* §. *cum bonorum n.* 5. & 6.

20 Aut quis donavit partem ſingulorum bonorum, & rerum ſpecificaratum, & tunc ſi iſtæ res non patiantur commodam diviſionem poterit donans liberari preſtando æſtimationem, ſi verò commodam diviſionem patiantur, & tunc non poterit donans æſtimationem dare, ſed præcisè partem in rebus ſingulis præſtare cogetur, ita gloſſ. *in dicto* §. *cum bonorum*, *verbo æſtimationem*, *verſic. reſpondeo*, Bart. *ibidem paulo ante num.* 1. & Caſtrenſ. *num.* 6. *circa finem*, Alex. *ſub num.* 7. *ver. ſed contra hanc*, Barboſ. *num.* 4. *verſ. ſecundo infertur*

Unde dicendum eſt, quod ſive bonorum medietas ſit donata in genere, ſive in ſpecie difficile erit, Guidopap. deciſ. in praxi, uti veriorem ſequi, nam ſi in genere donans aut tenebitur præſtare totius donationis æſtimationem, aut tenebitur partes aſſignare, aut recurrere ad Judicem, ut arbitretur, quid in tali diviſione fieri velit, non autem poterit de rigore Juris abſque donatarii conſenſu partem unius rei, quæ ſpectaret ad donatarium vendere, partem autem in aliis ipſi dare, niſi ſumma æquitate admiſſa, ut DD. jam citati non obſcurè ſatentur.

Si verò in ſpecie, & idem niſi contingeret, quod aliqua ex rebus incommodam pateretur diviſionem, quia tunc non eſſet contra Jus, quod illam integram poſſit vendere donans, & partem, vel ejus æſtimationem in aliis reintegrare.

21 Iterum quæramus, an ſi quis donet rem aliquam ſibi reſervato in ea re cenſu, ſive reſponſione annua præferendus ſit caſu, quo Donatarius velit eam rem vendere, & negativè reſolvendum eſt, quia talis contractus ſonat in contra um Cenſus reſervativi, qui tunc propriè conſtituitur, quando quis tradit rem ſuam titulo Donationis, aut oneroſo transferendo plenum dominium cum reſervatione tamen alicujus annui, vel menſtrui in pecunia, aut fructibus, juxta gloſſ *in cap. conſtitutus* 9. *verb. juxta ratam de religioſ. domibus*, ubi Abb. & cæteri, Cravett. *conſil* 217. *num.* 4. Menoch. *conſil.* 171. *num.* 11. & *conſil.* 583. *num.* 12. & *ſeq.* Foller. *de cenſ.* §. *hujuſmodi num.* 5. Valaſch. *de Jur. emphyt. quæſt* 32. *num.* 7. 27 & 34. & optimè Molin. *de contract. diſput.* 381. *num.* 7. Lopez. *eodem tractat. lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 6. Nigr *de laudem. quæſt.* 40. *artic.* 2. *num.* 2. & 4. Ideoque indubitatum videtur, quod Dominus rei tali cenſui ſuppoſitæ valeat irrequiſito, & diſſentiente reſervatorio cenſus alienare, neque illi prælationem dare teneatur, ut optimè probat Nigr. *dicta quæſt.* 40. *art.* 2. *per tot. ſignanter num.* 17.

QUÆSTIO LXII.

An prælatio competat Fiſco, Principi, ejuſque conductori, quando venduntur metalla, aut ſal factum in propriis ſalinis privatorum.

SUMMARIUM.

1 *Fiſco competit prælatio, quando Metallarius, aut is, qui metalla invenit, & fodit detracta portione, quæ fiſco debetur, partem ſuam vult alteri vendere.*

2 *Amplia in omni metallo, auro, argento, ferro, plumbo, ſtamno, & ſimilibus.*

3 *Salinæ, quæ exiſtunt in loco publico ad Regem, & Principem ſpectant.*

4 *Quæ verò exiſtunt in ſolo privato, pertinent ad eum cujus eſt prædium.*

5 *Neque in illis Princeps habet Jus aliquod.*

6 *Amplia, ut Dominus talium ſalinarum, poſſit ſal cuicumque vendere.*

7 *Dummodò ſolvat Principi certum vectigal, quod eſt de Jure Regalia.*

8 *Contrarium ſcilicet, quod ſalinæ ad ſolum Principem ſpectant, quodque ipſe valeat cogere privatos Dominos ſalinarum ad vendendum ejus fiſco ſal pro viliori pretio defenditur.*

9 *Salinas, ſeu à Jus vendendi ſal, non poſſunt privati habere, & poſſidere niſi ex Principis permiſſione, privilegio, aut immemorabili conſuetudine.*

10 *Fiſcus Principis ejuſque conducto, prælationis Ius habet in emptione ſalis, quando privatus, qui habet ex privilegio jus faciendi ſal, illud vult alteri vendere.*

11 *Amplia, ut Fiſcus, priùs requiri debeat.*

12 *Amplia ſecundò, ut Fiſcus hoc caſu, non teneatur dare pretium, quod ab aliis invenitur, ſed tantum pretium juſtum.*

13 *Id eſt illud, quanti res communiter vendi ſolet eo tempore.*

14 *Limita in iis regionibus, in quibus ſalinæ ſunt Privatorum, nec in eis ullum jus vectigalis, aut Regale habet Princeps, quia tunc Fiſcus non præfertur.*

QUoad metalla clarum eſt, quòd prælatio fiſco 1
competit, quando metallarius, atque is qui ea invenit, & fodit, detracta portione, quæ fiſco debetur partem ſuam vult vendere, per Text. apertum *in l.* 1. *C. de metallar. lib.* 11. *ubi gloſſ. verb. abſtrahant*, Bart *num.* 1. Lucas de Penn. *num.* 2. & Odofred. *num.* 1. ubi quod hoc procedit in omni metallo, auro, argento, ferro, plumbo, ſtamno, & ſi- 2
milibus, Berlich. *concl.* 39. *de Jur. protomiſ. num.* 7. *fol. mihi* 271.

Quoad ſal videtur eſſe dubium, cùm enim ſalinæ 3
in duplici ſint differentia, aliæ ſcilicet, quæ exiſtunt in loco publico, & ad Jus Regale pertinent, *l. inter publica* 17. §. 1. *ff. de verb. ſignificat. cap. ſuper quibuſdam*, § *præterea*, ubi gloſſ. & Abb. *n.* 8. *eodem tit. l. forma*, §. *ſalinæ ff. de cenſ. cap.* 1. *tit. quæ ſint Regal.* aliæ verò, quæ in privatorum ſolo exiſtunt, vel con- 4
ſtructæ ſunt, & iſtæ pertinent ad eum, cujus eſt prædium, *l. forma*, § *ſalinæ quoque*, *ff. de cenſ l. magis puto*, §. *ſed & ſi Sabinus*, *ff de reb. eorum*, Borell *de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 25. *num.* 8. Roſentall. *de feud. cap.* 5. *concluſ* 89. *num.* 2. plenè Alto-

grad. *in append. ad conſil.* 70. *verſ. planè circa med. lib.* 1. *fol.* 749. Montan. *de Regal. verb. piſcationem redditus, & Salinarum fol. mihi* 293. *nu.* 2. neque in his ſa-
5 linis Princeps habet Ius, Cabed. *deciſ. Luſitan.* 53. *n.* 3. *in fin.*

6 Proindè videtur apertum, quod poſſit Dominus ſal cuicumque vendere, Roſentall. *de feud. d. cap.* 5. *concl.* 89. *num.* 2. Altograd. *in append. ad d. conſ.* 70.
7 *verbo planè, verſ. imò Roſentall.* ſoluto tamen Principi certo Vectigali Sixtin. *de Regal. cap.* 19. *num.* 2. & *ſeq.* Roſentall. *d. concl.* 89. *num.* 3. Altograd. *ubi ſupra*, de quo etiam Plin. *lib.* 3. *cap.* 7. Cic. *pro lege Manil. & Lev. lib.* 2. quòd tantum eſſe de Iure Regali dixit Eminentiſſ. de Luca *de Regal. diſc.* 105. *num.* 15. Cabed. *d. deciſ.* 53. *num.* 1. *part.* 2. Montan. *de Regal. ubi ſupra d. nu.* 2. *verſ. & juxta hanc depoſitionem*, per Text. *in d. l. inter publica, ff. de verb. ſignific.* Ripolt. *de Regal. cap.* 16. *num.* 65. ubi addit, quod etiam eſt de Regalibus Ius dandi licentiam inquirendi, & fodiendi Sal.

8 Contrarium tamen eſt verius, quia quidquid ſit de Iure videmus in quotidiana praxi ſervatum, quod Principes locant Salinas conductoribus cum prohibitione, ne alius exterus ſal vendat etiam ad minutum cogendo privatos Dominos Salinarum ad vendendum ipſi Principi, ſal pro viliori pretio ex quodam Iure Regali, de quo in Text. ferè apertò *in l. ſi quis, Cod. de vectigal. & commiſſ.* Alphar. *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 20. §. 4. *num.* 34. & 88. ubi etiam *num.* 89. dicit venditionem ſalis factam ſine præſentia Miniſtri Principis eſſe nullam, Barboſ. *in l. Divortio, §. ſi vir num.* 29. *verſ. ſed non recedendum, & ſeq. ff. ſolut. matr.* Eminentiſſ. de Luca *de Regal. d. diſc.* 105. *n.* 15. Borell. *d. cap.* 25. *num.* 10. Antunez. *d. cap.* 11. *n.* 11. & *ſeq.* quod non obſcurè notavit Ariſtot. *lib.* 1. *polit. cap.* 11. *dicens, quapropter Civitates quædam hunc faciunt quæſtum cùm indigent pecuniis, venditionem enim ſibi ſolis reſervant.*

Propterea cùm hiſce temporibus nequeant ſubditi
9 Salinas, ſeu Ius ſal vendendi poſſidere niſi ex Principis permiſſione, privilegio, aut immemorabili conſuetudine, ad Text. *in cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb. ſignific.* Larrea *alleg.* 67. *n.* 8.

Ideò quando quis acquiſivit hoc privilegium vendendi ſal ex Principis indulto, vel ex immemorabili
10 præſcriptione indubitati Iuri eſt, quod tam Princeps, quàm fiſcus, ejuſque conductor in emptione illius ſalis præfertur aliis extraneis emere volentibus, per Text. apertum *in d. l.* 1. *C. de metallar. lib.* 11. qui licèt loquatur de metallis, tamen habet etiam locum in Salinis, cùm fodinarum, & ſal marum idem ſit Ius, ad Text. *in l.* 1. *in princ. ff. quod cujuſcunque univerſ. nomin.* Antunez *de donat. Reg. part.* 3. *cap.* 12. *nu.* 1. & ita per iſtum Text. concludit Lucas de Penn. *in d. l.* 1. *num.* 1. *verſ. ex hoc mori*, Afflict. *in cap.* 1. §. *argentaria num.* 3. *quæ ſint Regal.* Gregor. Lop. *in l.* 55. *tit.* 5. *partis* 5. *gloſſ.* 1. ubi etiam Hermoſill. *gloſſ. prima, nu.* 11. Barboſ. *in d. §. ſi vir n.* 20. alter Barboſ. *in l. dudum n.* 6. *C. de contrah. empt.* Antunez *dict. part.* 3. *cap.* 12. *n.* 12. & *ſeqq.* Cald. *de emphyt. extinct. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 13. *in fin.*

11 Unde eſt, quod Dominus ſalis, illudque vendens teneatur priùs fiſco ſal offerre, ut diſponitur *in d. l.* 1. & notat Anton. Perez. *ad d. l.* 11. *Cod. tit.* 6. *de metallar. n.* 12. ubi etiam quòd in emptione cæteris omnibus etiam Agnatis præfertur.

12 Quodnam autem pretium Princeps hoc caſu dare teneatur venditori non eſt abſolutum, nam *in d. l.* 1. habetur, quod competens pretium debet à largitione Principali venditor ſuſcipere, & Luc. de Penn. *ibid. numer.* 2. conqueritur, quòd Iuſtitia pretii à Fiſcalibus non ſervatur, proindè ex his deſumitur, quod Princeps teneatur dare pretium juſtum, non autem illud, quod alius dare vellet, ut ponderat Antunez *d. cap.* 11. *numer.* 13. Cald. *d. cap.* 3. *numer.* 13. *in fin.* Covarr. *var. lib.* 3. *cap.* 14. *ſub numer.* 6. *verſ. quippe*, idque etiam, quia ex privilegio *d. l.* 1. poteſt fiſcus cogere facientes ſal in propriis ſalinis ad illud ſibi vendendum, ut notat Lucas de Penna *ibid. num.* 2. & plerique ex præcitatis, cum igitur ex hoc Iure cogendi derivet Ius prælationis, proindè fiſcus non tenetur dare, niſi juſtum pretium, quod exponeret in caſu coactionis;
Pretium autem juſtum dicitur illud quanti res ad præ- 13
ſens valet, *l.* 3. §. *divi, ff. de Jur. fiſc.* Fagnan. *in cap.* 1. *n.* 11. & *ſeqq. de probat.* Rot. *deciſ.* 197. *num.* 4. & *ſeqq. part.* 15. *recent.* & quod communiter ſolvi ſolet, non autem, quod unus, vel duo animoſi oblatores ſolvere intendunt, Iaſ. *in l. qui Romæ, §. cohæredes n.* 24. & *ſeqq. ff. de verb. obligat.* D. Pacion. *de locat. cap.* 19. *num.* 16.

Notandum tamen eſt, quòd ſi in aliquo Regno Sa- 14
linæ eſſent privatorum nec in eis Princeps aliquod jus haberet, tunc hoc jus prælationis ipſi non competeret, Antunez. *d. cap.* 11. *n.* 14.

QUÆSTIO LXIII.

An Principi in conductione Navium, Curruum, Equorum, & ſimilium tempore publicæ neceſſitatis competat prælatio.

SUMMARIUM.

1 *Princeps urgente publica neceſſitate, vel utilitate, poteſt cogere ſubditos ad ei ſubminiſtrandum equos, boves, currus, naves, & ſimilia Inſtrumenta.*

2 *Amplia, ut poſſit Agricolas, & Cives, nullo etſi privilegiatiſſimo excepto cogere ad vehendum propriis equis, & plauſtris, & navibus, ſpecies, & res, quibus indiget pro publica neceſſitate.*

3 *Amplia ſecundò, ut poſſit etiam cogere advenam in ſuo Regno exiſtentem.*

4 *Amplia tertiò, ut poſſit cogere ſubditos ad vehendum dd. res, non ſolùm intra, ſed etiam extra Regnum, licèt ſubditi locare non ſint ſoliti.*

5 *Et etiamſi loca, ad quæ fieri debet tranſportatio ſint ſuſpecta de peſte.*

6 *Limita in Principibus inferioribus ſolitis cogere ſubditos ad vehendas res intra Statum, qui non poterunt eoſdem cogere ad illas vehendas extra ſtatum.*

7 *Princeps neceſſitatis tempore præfertur in conductione curruum, equorum, plauſtrorum, navium, & ſimilium, quando ſubditus dd. res alteri locavit.*

8 *Et hoc caſu non tenetur ſolvere mercedem, ſive locarium, quod alter dare vult, ſed tantùm juſtam mercedem.*

9 *Declara primò, ut tali jure cogendi, & prælationem obtinendi, Princeps habeat, quando illi, qui ſunt ſoliti locare, & actualiter locare intendunt, aut deficiunt, aut non ſufficiunt.*

10 *Declara ſecundò, ut ſolus Princeps tali juri uti poſſit; non autem Barones, aut Principes inferiores.*

11 *Quamvis Barones habuiſſet talem facultatem à Principe Supremo, cùm hoc jus, in alium à Principe transferri nequeat.*

12 *Contrarium ſcilicet, quòd hoc jus in Barones, & inferiores à Principe transferri valeat, tanquam verius defenditur.*

13 *Et quid ſi conceſſio talis Iuris in Inveſtitura ſit facta cum verbis generalibus, & ſolitis apponi in omni inveſtitura, ibi vide.*

14 *Barones, & Principes inferiores, non poſſunt cogere Vaſſallos in caſu propriæ neceſſitatis ad ſibi locandum equos, naves, & currus, neque in eorum conductione prælationis jus habent.*

15 *Limita, ſi ſubditi dd. Inſtrumentis pro proprio uſu non egeant, & ſint ſoliti illa locare aliis.*

16 *Limita ſecundò, quando inter Barones, & alium bellum*

*lum juſtum exiſteret, vel velit Baro Regem juva-
re in bello.*
17 *Princeps cogens ſubditos invitos ad ſibi locandum equos,
naves, & ſimilia ſi illa caſu pereant, non tenetur
damnum ſuoditis reficere, contrarium tamen proba-
tur, num 18.*
*Caſus fortuitus imputatur Domino locanti, non autem
conductori.*
*Locans equum, currum, aut navim ad bellandum,
ſi illa capiantur ab hoſtibus, aut pereant, non poteſt
ad res, aut earum æſtimationem repetere.*
19 *Princeps cogens ſubditos ad ſibi locandas res, debet il-
lis ſolvere juſtum loerium tempore ipſo coactionis.*
20 *Limita, ſi reperiatur in ſtatu tam urgentis neceſſitatis,
ut nequeat tunc temporis pretium dare, quia tunc
ſufficit, quod det poſtea.*
21 *Imo ſi in tam arcta neceſſitate reperiatur, ut nec eo
tempore, nec poſtea valeat pretium ſolvere, nil dare
tenetur.*
22 *Princeps, ſi equis indigeat pro curſu publico, id eſt pro
Poſta, poteſt ſubditos cogere ad ſibi locandum ſoluto
juſto loerio.*
Et debet præferri in conductione aliis quibuſcumque.
23 *Declara id procedere tantum tempore publica neceſ-
ſi atis.*

QUia juxta illud Tulli 1. *de offic.* unicum Principis
munus eſt aliis proſpicere, ac publicis conſule-
re commodis, congruum etiam eſt ut modum, &
poteſtatem Princeps habeat, quibus valeat Reipubli-
cæ ſubvenire, cùm igitur ſæpè eveniat, quod bello
vigente, Annonæ penuria imminente, viarum repa-
rationis neceſſitate urgente, & ſimilibus, Princeps
1 à Jure Principali his reputare coactus, equis, bo-
bus, curribus, & navis, aliiſque aptis inſtrumen-
tis egeat, ideò poteſtatem ſubditos cogendi ad hæc
omnia ſubminiſtranda lex Principi conceſſit, ut ſanci-
tum eſt *in l. 1. & 2. C. de Navib. non excuſan.
lib. 11. & in cap. 1. §. Plauſtrorum, quæ ſint re-
galia.*
Ideò valet ipſe agricolas, & cæteros Cives etiam
2 diebus feriatis, & agriculturæ nemine, etſi privilegia-
tiſſimo excepto ad dictas ſpecies vehendum propriis
equis, plauſtris, ac navibus compellere *dicta l. 1. &
2.* ubi latè Lucas de Penna, Joannes de Platea, &
Anton. Perez. *num.* 10. *fol. mihi* 68. Roſentall. *de
3 feudis cap. 5. concl. 72. num. 3.* Imò etiam Advenam
in ſuo Regno exiſtentem, Anton. Perez *ubi ſupra*, &
poteſt ſubditos cogere ad vehendum nedum intra, ſed
etiam extra Regnum, & toties quoties opus erit etiam-
4 ſi ſubditi locare non ſint ſoliti, Ferrar. Montan. *de
feud. lib. 6. cap. 4. verſ. cæterum circa med* Horatius
Montan. *de regal. verbo, & Plauſtrorum ſub num. 3.
verſ. at Rex, col. 3. in fin. fol mihi* 117. Anton. Perez
in d. tit. C de Navib. non excuſan. lib. 11. tit. 3. n. 10.
5 ubi cum Ripa id extendit, etiamſi loca ad quæ fieri de-
bet tranſportatio ſint inſpecta, & ſuſpecta de peſte,
quidquid tenuerint Roſentall. *dicto cap. 5. concl. 71.
nu. 5. ibique Add. lit. F.* ubi referunt ita pluries fuiſſe
judicatum, Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 13. n.* 68. Ri-
6 polt. *eodem tract. cap. 19. n. 26. & ſeq.* iſti enim intel-
ligendi ſunt de Principibus inferioribus, quatenus ipſi
ex conſuetudine, vel Privilegio ſoleant ſubditos com-
pellere neceſſitatis tempore ad currus, equoſque dandos
ad vehendas aliquas res intra ſtatum, nam ſi velint
poſtea hoc jure uti extra Statum contra ſolitum non
poſſunt, ut in ſpecie loquitur Roſentall. & additio,
aliique ibidem adducti, ſecus verò in Supremo Prin-
cipe, cujus publica neceſſitas, ſi ſuadeat ad exercitum
victum ferre, aut quid ſimile extra Regnum, non eſt
dubitandum quin poſſit ſubditos cogere extra illud res
neceſſarias vehere, cùm enim eadem ratio neceſſitas
publicæ vigeat, quare prohibere debemus eamdem
diſpoſitionem vigere.

Corrad. de Iure Prælat.

Si igitur Principi talis cogendi facultas hiſce caſi-
bus urgente tamen publica neceſſitate, eſt conceſſa,
Iſern. *in d. cap. 1. §. & Plauſtrorum; verſ. ſed an &
quando fiſcus*, ubi etiam Afflict. *num.* 2. Ripolt. *dict.
cap 19 num. 8. 13. & ſeqq.* conceſſum quoque ipſi eſt 7
Jus prælationem petendi caſu quo ſubditus alteri ve-
lit locare, aut locaverit, ut in puncto probat Fran-
ciſ. Rocc. *de Navibus notab. 49. num. 130. & ſeqq.* ſo-
luta tamen juſta mercede, vel loerio, non tamen 8
illo quod alius dare vult, nam lex facultatem hanc
cogendi fiſco defert cum gravamine juſtam merce-
dem ſolvendi, Iſern. *in dicto §. & plauſtrorum num.
53. verſ. ſed an & quando fiſcus*, ubi etiam Afflict. *nu-
mer. 2. verſ. ſed juxta hoc*, Roland. *conſ. 69. num. 18.
lib.* 2. Ripolt. *dicto cap. 19. num.* 12. Camill. Borell.
de præſt. Reg. Catholic. cap. 19. num. 87. & num. 102.
Montan. *de regalibus dicto §. & plauſtrorum num. 3. cir-
ca finem.*
Iſtud tamen Jus Princeps Supremus adhibet tunc de- 9
mum cogendo Vaſſallo invitos, quando illi qui ſoliti
ſunt locare, & actualiter locare intendunt, aut defi-
ciunt, aut non ſufficiunt, Montan. *dicto §. & plauſtro-
rum num. 3. in fin. fol. mihi* 118. & neceſſitate tantùm
urgente, nam alias Tyrannus eſſet, ut Samuel. *in lib.
1. Reg. cap.* 8. Tyrannum volens demonſtrare, dicit,
*Servos etiam veſtros, & Ancillas, ac juvenes, & aſinos
auferet, & ponet in opere ſuo.*
Neque hoc jure utitur Baro, aut alius inferior,
etiam omnimodam Iuriſdictionem, & merum Impe-
rium habens, iſtud enim cogendi jus ſoli Supremo 10
Principi, ejus Fiſco præfecto prætorio, ac Magiſtro
officiorum competit, nec ad Barones, Comites, Prin-
cipeſque ullo modo ſpectat, Iſern. *in d. §. & plauſtro-
rum num. 53. verſ. hoc ſoli Principi fol. mihi* 304. ubi
etiam Afflict. *num. 1. ver. ex quo ſequitur*, & Montan,
pariter num. 1. verſ. eſt autem, Ripolt. *dicto cap. 19.
num.* 41. Sixtin, *dicto cap. 13. num.* 47. Roſentall.
dicto cap. 5. concl. 71. num. 8. Lartea *alleg. 50. nu.* 4.
Botell. *de præſtantia Reg. Catholic. cap. 18. num.* 1.
Imò etſi Princeps Supremus hanc poteſtatem ipſi con-
ceſſerit, non valet Baro ea uti, cùm nequeat hoc jus 11
in perſona ipſius Supremi Principis reſidens in alium
transferri ſecundùm opinionem Montani *ubi ſupra
num.* 4.
Sed contrarium, & verius defendunt Afflict. *in di- 12
cto cap. 1. § & plauſtrorum num. 1. circa finem, &
§. Angariæ num.* 3. Ripolt. *dicto cap. 19. num. 20. &
ſeq.* Sixtin. *dicto cap. 13. nu.* 45. Roſentall. *dicta concl.
71. num.* 2. Antunez. *de donat. Reg. part. 3. cap. 1.
num.* 7. quorum opinionem veriorem puto, clarum
namque eſt hoc jus eſſe Regale, quodque talia jura
ab inferiore mediante ſpeciali Principis conceſſione,
conſuetudine, aut immemorabili præſcriptione poſ-
ſunt acquiri, benè tamen verum eſt, quod niſi ſpecia-
liter à Principe illa jura ſint conceſſa, etſi generaliter
Princeps in inveſtitura apponeret clauſulam, *cum Ju-
mentorum, plauſtrorum, naviumque præſtationibus*, ad-
huc Barones tale jus congendi non haberent eodem 13
modo quo Rex cogit invitos, ſed illius vigore poſſent
tantùm ſolitos locare cogere tempore habili, ut refert
Montan. *ubi ſupra*, & Roſentall. *dicta concl. 71. num.
2. & ſeqq.* non ex quo clauſula illa non ſit apta ad hoc
totale jus transferendum, ſed ex quo in omnibus ferè
conceſſionibus illa apponitur, & ea exiſtentes genera-
liter Barones non niſi ſolitos locare cogere conſueve-
runt, ut dicit Capyc. relatus à Montano *loco citato*,
ſed Capiblanc. *de Baron. ad pragmat. 16. num.* 30. in-
definitè concluſionem admittit.
Hic autem occurrit diſputare an de jure Baronibus, 14
& aliis inferioribus aliqua facultas cogendi in caſu
propriæ neceſſitatis ſubditos ad equos, naves, curruſ-
que locandum competat, & nullum jus ipſis com-
petere ex ſupra allegatis videtur affirmandum, & ad-
do Text. à nemine adductum in *l. nemo Ducum* 20. *C.*

de curſu publico lib. 12. ubi Bartol. & Io: de Platea, qui notat, quod Dux, Baro, Præſes, & alii Officiales pro ſuis exercitiis propriis, vel officiis expediendis uti debent propriis Jumentis, vel illa ad vecturam conducere; hoc tamen verum fateor, quod ſi aliqui ſoliti ſint locare, & Baro tempore habili, quo ſcili-
15 cet Vaſſallus pro proprio uſu non eget velit equos conducere, poteſt etiam invitum ſubditum ad hoc cogere, & in locatione præferri, ſoluto tamen eodem pretio ex unica ratione qua habemus, quod ſi Vaſſallus abſque ſuo diſpendio potiùs Domino, quàm extero poteſt locare, ſi id facere recuſet, ex æmulatione, & malitia motus dicitur, quam inter Dominum, & ſubditos evitare protinus debemus, & ita intelligo Montan. *de regal. dicto verbo, & plauſtrorum col.* 2. *& 3. num. 1. & 3. fol. mihi* 117. Novar. *de gravam. Vaſſall. part.* 1. *gravam.* 188. *num.* 16. *&* 17. quod tamen in terminis veræ neceſſitatis, & cum ſumma animadverſione eſt admittendum, ne detur anſa Baroni contra ſubditos tyrannidem oſtendendi.

Sed quid bello juſto inter Baronem, & alium exi-
16 ſtente, vel quid ſi moveatur Baro ad Regem juvandum in bello? dicendum eſt, quòd poſſit ſubditos cogere ad equos dandos, & currus ſoluto pretio, quia ſi ei tunc licet pecunias extorquere à ſubditis pro equis emendis, licet etiam à fortiori equos à ſubditis etiam inviris obtinere ſoluto loerio, ut benè probat Io: de Platea *in l. comperimus in fin. C. de curſu publico lib.* 12. quod tamen ponderandum eſſe exiſtimo ex his, quæ adducit Montanus *in dicto §. & plauſtrorum numer.* 4.

Notandum etiam eſt, quod ſi contingat naves, cur-
17 rus, aut equos ab invitis ſubditis à Principe captos deteriorari, aut perire caſu fortuito, perire videntur ſubditi præjudicio non ſolùm ex generali regula qua habemus, quod caſus fortuitus imputatur Domino locanti non autem conductori, *l. ex conducto, § final. ff. locat.* cum ſimilibus, ſed etiam ex ſpeciali jure quo reperitur ſancitum quod commodans equum, currum, aut navim ad bellandum, ſi illæ capiantur, aut pereant non poſſunt dictas res aut earum æſtimationem repetere, per Text. *in l.* 2. *§. ſi conſervatis, ff. ad l. Rhod. de jactu, & l. finali, §. Navis, ff. de uſufruct. Argumento, l. ſi ut certo, §. ſed interdum, ff. commodat.* & ita in ſpecie judicatum teſtatur Novar. *de gravam Vaſſall. part.* 1. *gravam.* 183. *à num.* 17. *ad finem fol. mihi* 169. ubi aliam reddit rationem dicendo, quod ſi hoc Principi à jure conceditur non debet hac pœna ipſe prægravari dum non peccavit, nec contra jus egit.

Sed contrarium eſt verius per multa jura, quæ ad-
18 ducit Lucas de Penna *in l. Jubemus n.* 5 *circa finem, & num.* 6. *C. de Navib. non excuſan. lib.* 11. quem ſequitur Antonius Perez *in dicto lib.* 11. *C. tit.* 3. *num.* 11. *fol* 864. Stephan. Durant. *in quæſt.* 19. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 78. Ripolt. *dicto cap.* 19. *num.* 44. & ratio eſt evidens, nam ideò inductum eſt, quod commodans naves ad bellandum, ſi navis pereat non repetat, quia ipſius voluntas in hoc concurrit, cùm potuerit cogitare id quod ſæpè ſæpiùs ſolet evenire, quando verò quis eſt coactus ejus voluntas veriſimilis non concurrit, imò potiùs contraria, & ſi gravatur in ipſa coactione non eſt æquum, quod etiam gravetur in ipſa deterioratione, neque hoc in pœnam Principis dicitur inductum, ſed in levam ſubditi coacti.

19 Item notandum eſt, quod Princeps, pretium, ſive loerium juſtum dare debet tempore ipſo coactionis, nec ſufficit, quod intendat illud dare poſtea, juxta Text. *in l. item ſi verberatum, §.* 2. *ff. de rei vendicat.* Cravet. *conſil.* 276. *num.* 7. Roland. *conſ.* 69. *num.* 20. *lib.* 1. Paſchal *de Patria poteſt. part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 70. Eminentiſſ. de Luca *de regal. diſc.* 148. quidquid teneat Capyc. Galeot. *reſp. fiſcal.* 23. *num.* 77. *cum duobus ſeqq.* ſi verò in caſu tam urgentis neceſſi-
tatis reperiatur ut nec poſſit eo tempore pretium da- 20
re, tunc ſufficit, quòd det poſtea, Grævejus *pract. concl. lib.* 1. *concl.* 16. *conſid.* 2. *&* 6. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num* 360. Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 40. *num.* 29. *verſ. & iſta pretii*, imò ſi in tam
arcta neceſſitate reperiatur, ut nec eo tempore, nec 21
poſtea valeat, neque habeat media tunc jus ordinarium ſolvitur, & Princeps nil dare tenetur, ut plenè probant Anton. Perez. *in d. lib.* 11. *Cod. tit.* 3. *n.* 10. *in fine fol.* 864. ubi concordantes.

Tandem advertendum eſt, quòd ex quo Princeps accuratè agat res Hoſtium, ac ſubditorum, quàm maximè cognitas habere debet ad quod explendum litteras mittere, & accipere ac homines Veredos, ac Paraveredos (ideſt equos curſales vulgò aptos pro Poſta) opus eſt, quod habeat ſic dicente Plutarc. *in apophteg.* ac Svetonio *in Auguſto cap.* 49. & ſuadente quotidiana praxi, atque legum ſanctione *in l.* 1. *l. in omnibus, l. quoniam, & l. non patimur, C. de curſu publ. lib.* 12. Ideo videtur, quod ſi Princeps ad hoc equis
egeat Dominos poſſit cogere ad locandum ſoluto loe- 22
rio, & mercede, Roſentall. *de feud. d. concl.* 70. *n.* 4. Sixtin. *de regal. dict. cap.* 13. *num.* 42. *&* 43. Ripolt. *dicto cap.* 19. *num.* 17. & quod præferendus ſit in conductione aliis quibuſcunque, ut ſupra.

Sed hoc niſi tempore urgentis neceſſitatis poteſt Prin-
cipi congruere, aliàs enim non ſunt ſubditi cogendi ad 23
equos proprios pro curſu publico ſubminiſtrandos, *l. comperimus* 19. *C. de curſu pub. lib.* 12. ſed Princeps habere debet equos per loca diſpoſitos, ut tenent Alciatus *in l. Judicibus*, ubi etiam Cujac. & alii *C. eod. tit.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 229. *per tot.* & curare debet ne dictorum equorum pabula cariori, vel viliori pretio vendantur, *l. Animalia* 18. *C. eod. tit.* ubi latè Io: de Platea.

QUÆSTIO LXIV.

An facta venditionem cum pacto addictionis in diem prior emptor præferatur pro eodem pretio illi, qui meliorem attulit conditionem.

SUMMARIUM.

1 *Addictio eſt adjudicatio rei venalis facta in emptorem, qui meliorum obtulit conditionem.*

2 *Adjectio verò eſt nova licitatio, quæ poſt addictionem fit.*

3 *Venditio cum pacto addictionis in diem, dicitur facta quando quis vendidit fundum centum, cum pacto, quod ſi aliquis intra menſem meliorem conditionem attulerit, res ſit inempta.*

4 *Et tunc allata meliori conditione, reſolvitur prima emptio, omneſque hypotheca, & obligationes ſuper dicta re à primo emptore contractæ evaneſcunt.*

5 *Et venditio primò facta, ita remanet, tanquam ſi facta non fuiſſet.*

6 *Venditione facta cum pacto addictionis in diem, poteſt, ſed non tenetur venditor meliore allata conditione, à prima venditione diſcedere, & poſteriori vendere.*

7 *Venditionem facta cum pacto addictionis in diem oblata meliori conditione ab alio, primus emptor non habet pro eodem pretio jus prælationis, ſed tenetur plus offerre, & ſuperare novum licitatorem.*

8 *Limita in minore, qui emit cum tali pacto, qui debet præferri novo licitatori pro eodem pretio, ſi res empta ſit ſuorum majorum.*

9 *Contrarium ſcilicet, quòd prior emptor indiſtinctè prælationis jus habeat, plures alii concludunt, & numer.* 11. *ſed prima opinio defenditur, ut num.* 12. *& ſeqq.*

10. Text.

10 Text. in l. ſi in emptione, ff. de minorib. *declaratur*, *& num.* 15. *& ſeqq.*

11 *Reſtitutio in integrum reponit minorem in priſtinum ſtatum, in quo erat, nec ei lucrum affert, ſed tantum damnum arcet.*

13 Text. in l. neceſſe, ff. de in diem addict. *declaratur.*

14 *Correctio inſtantanea in legibus eſt evitanda.*

18 *Minor reſtituitur adverſus occaſionem offerendi, quam omiſit.*

19 *Minor reſtituitur in integrum, ſi omiſit emere rem majorum ſuorum, quam poterat commodè emere.*

20 *Emptor cum pacto addictionis in diem allata meliori conditione admittitur ad plus offerendum, ſive in inſtrumento ſit dictum, quòd res ſit inempta, ſi fuerit melior conditio allata, ſive ſi alius meliorem conditionem attulerit.*

Gloſs. in l. neceſſe, ff. de in diem addict. *rejicitur.*

PRo intelligentia quæſtionis notandum prius eſt
magnam adeſſe differentiam inter adjectionem
1 in diem, & addictionem, quia addictio eſt adjudica-
tio rei venalia in emptorem qui meliorem obtulit
2 conditionem, *toto tit. ff. de in diem addict.* adjectio
autem eſt licitatio, quæ poſt addictionem fit, ut pa-
tet ex Textu *in l. 1. C. de vend. reb. civit. lib.* 11. *& in
l. Lucius, §. final. ff. ad municip. l. fundo* 23. *ff. de in
diem addict.* & notat Parlador. *rer. quotid. cap. fin. part.*
5. §. 13. *num.* 1. *&* 2. quæ habet locum in rebus fiſca-
libus diſtrahendis, ut dicam in *quæſt.* 65. *per tot.*
Quæſtio igitur noſtra eſt de venditione facta cum
pacto addictionis, & non adjectionis in diem, ut
aliqui putarunt, ita advertit Mantica *de tacitis lib.* 4.
tit. 28. *num.* 3. putà ſi aliquis vendiderit fundum cen-
3 tum niſi quis intra menſem meliorem conditionem
attulerit, tunc enim dicitur facta in diem addictio,
l. 1. *ff. de in diem addict.* & alludit illud Plauti in Capt.
dicentis:

Ageſis roga emptum, niſi quis meliorem afferet.
Quæ mihi atque Amicis conditio placeat magis.
Quaſi fundum vendam meis addicam legibus.

4 & allata meliori conditione reſolvitur prima emptio,
l. quoties 2. *ff. eodem*, omneſque hypothecæ, & obli-
gationes ſuper dicta re à primo emptore contractæ,
evaneſcunt, *l. ſi ex duobus* 6. §. *ſed, & Marcellus, ff.*
5 *eodem*, & venditio primo facto ita remanet tanquam
ſi facta non eſſet, cùm protinus à prima emptione re-
cedatur, & ſecunda, ac nova contrahatur venditio, *l.
ſi ex duobus* 6. *in fin. l. ſi venditor* 17. §. *ſed ſi neuter*,
& l. cùm in diem 21. *cum l. ſeq. ff. eodem.*

Quia tamen facta venditione cum hoc pacto licet
6 venditori meliore allata conditione à venditione pri-
ma diſcedere, & poſteriori vendere, *l. licet* 10. *ff. eo-
dem*, quamvis hoc facere adſtrictus non ſit, *l. Sabi-
nus, ff. eodem*, ideò inſurgit quæſtio, an is cui prius
ſub hoc pactu fuit facta venditio poſſit pro eodem
pretio ab alio poſteriore oblato præferri, & poſte-
riorem emptorem rejicere ac venditorem cogere ipſi
potiùs quàm poſteriori eamdem rem pro eodem pre-
tio vendere.

Et ſanè quæſtio iſta eſt pulcherrima, & difficilli-
7 mæ reſolutionis, cùm videantur inter ſe pugnare
duæ leges, & ſciſſæ ſint Doctorum opiniones, adeò
ut inſudaverim pro indaganda veritate.

Negativa opinio fundatur in Textu aperto *in l. licet* 10. *ff. de in diem addict.* ubi ſic Sabinus reſpondet, *licet autem venditori meliore allata conditione addicere poſteriori, niſi paratus ſit plus adjicere prior*, ut igitur primus emptor poſſit poſteriorem removere, & venditorem cogere ad ſibi vendendum debet poſteriorem ſuperare in licitatione evidens proindè eſt, quòd ei competat pro eodem pretio prælatio.

Confirmatur iſta opinio per alium Text. *in l. item quod* 9. §. *ſi quis exiiterit, ubi gloſs. ver. poteſt autem*, & Bald. *num.* 1. ac DD. communiter *ff. eodem*, ex quo habetur, quòd primus emptor poteſt licitari adverſus eum qui meliorem affert conditionem, eumque vincere meliorem afferendo conditionem, vincere igitur debet primus emptor licitando, & non prælationem petendo.

Adducitur etiam pro iſta opinione ab Amaya infra 8
citando Text. *in l. ſi in emptionem* 35. *ff. de minoribus*,
ubi habetur, quòd ſi minor emiſſet rem majorum
cum tali pacto, & venerit poſterior meliorem con-
ditionem offerens, non debeat ea re privari, ſi ip-
ſe quoque offerat id, quod ex licitatione acceſſit,
evidens igitur eſt, quòd hoc beneficium minori con-
ceſſum fuit ob ſpecialem favorem ex quo res erat
majorum, nec ad alios privatos extenditur, ut dixi
in *quæſt.* 46. *per tot.* quod non eſſet verum ſi om-
nibus cum tali pacto quamcumque rem ementibus
competeret.

Affirmativa verò deducitur, ex Textu *in l. neceſſe*
11. *ff. de in diem addict.* ubi idem Sabinus ſic ſcriptum 9
reliquit: *Neceſſe autem habebit venditor meliore condi-
tione allata priorem certiorem facere emptorem, ut quòd
alius addidit ipſe quoque adjicere poſſit*, quotieſcum-
que igitur prior emptor adjicit id quod alius addidit
rem obtinere debet ideò per hanc legem debet præferri.

Et ego adduco pro iſta affirmativa opinione Text. 10
In d. l. ſi emptionem 36. *ff. de minoribus*, pro ne-
gativa ab Amaya citatum, nam Hermogenianus
ſcribit poſſe minorem implorare beneficium reſti-
tutionis in integrum, ſi poſtquam ipſe emerat cum
tali pacto rem majorum fuerit ſuperatus ab extraneo
in licitatione, & neglexerit offerre, & dare id quod
alius obtulit, & dedit, & hoc quia ſicuti erat in ſua
poteſtate id quod alius obtulit offerre eumque exclu-
dere, nec pati ipſius rei privationem, præcipuè dum
erat res majorum, ideò ſi ob ſuam negligentiam id
non egit læſus dicitur, & offerendo venditori id quod
ex licitatione acceſſit reſtituitur, juxta explicationem
gloſs. ibidem in figuratione caſus, ac DD. & ſi-
gnanter Soccin. Iun. *conſ.* 46. *num.* 42. *circa fin. lib.*
4. Franc. Rocc. *reſp.* 99. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. &
benè de Marin. *quotid. reſp. lib.* 2. *cap.* 116. *nu.* 28.
& allegat. 127. *num.* 12. *&* 13. Beneficium autem quod
ſpecialiter ab hac lege datur minori eſt in integrum
reſtitutio; ſi igitur minor offerendo id, quod alius
dare obtulit eum excludit mediante beneficio reſti-
tutionis in integrum, neceſſariò eſt affirmandum,
quòd minori prius competeret iſtud jus pro eodem
pretio poſteriorem offerentem excludendi, ut benè
probat Roman. *conſ.* 22. *num.* 5. *vers. ultimo ad hoc
ſpecialiter*, Card. Thuſcus *concl. Iur. tom.* 4. *concl.*
583. *numer.* 25. *lit. I.* cùm aliàs non eſſet reſtitutio,
quæ ſi reponit minorem in priſtinum ſtatum, in
quo erat, *l. quod ſi* 25. §. *reſtitutio*, *l. ſi Iudex* 42. *&
& l. fin. ff. de minor.* quando tamen omnia integra,
& in eodem ſtatu ſunt, *dicta l. quòd ſi*, §. *Scævola*, 11
Arias de Meſa *var. lib.* 1. *cap.* 41. *numer.* 9. nec cadit
in caſu quo res mutat ſtatum, *l. ſi ex cauſa* 10. §.
Pomponius, ff. eodem, nec datur ſine læſione, *l. non
omnia* 4. *ff. eodem*, nec minori lucrum affert, ſed tan-
tùm damnum arcet, *l. unic. C. de reputat. quæ ſit in ju-
dic. reſtit. in integrum*, quomodo potuiſſet competere
minori, ſi in ſua poteſtate non fuiſſet offerendo id
quod alius obtulit, eum excludere, & pro eodem
pretio præferri? cùm læſus non eſſet, ut in propoſitò
arguit de Marinis *dicto cap.* 116. *num.* 28. *& dicta al-
leg.* 127. *num.* 13. alioquin plus Juris haberet minor
poſt reſtitutionem, quàm habuerit ante læſionem,
contra Text. *in l. ſed & ſi* 26. §. *quoties, & ſeq. ff ex
quibus cauſ. major. &c.*

Cùm autem iſta prælatio, & iſtud Jus non potuiſſet competere minori, ex qua ſimpliciter res erat majorum, ut latè probavi in *q.* 46. *per tot.* conſequens proindè eſt, quòd iſta prælatio, & jus ipſi competeret

ex quo erat emptor cum tali pacto addictionis in
diem, ut ſpecialiter norat gloſs. *in dicta l. ſi in em-
ptionem, verb. andietur*, ubi ſic præciſè dicit, *quia læſus
eſt in hoc, quòd potuit tantum offerre quantum alius da-
re vult, quod facere recuſavit, ut infra de die in diem
addict. l. neceſſe*, & Cujac. ac Bald. *ibidem numer.* 1.
ibi: *Nota quod pari pretio primus emptor ſuperat alium
licitantem in diem addict. l. neceſſe*, Soccin. jun. *conſ.*
45. *num.* 8. *verſ. unde ultra eum lib.* 4. Curt. Sen. *conſ.*
58. *col.* 3. *num.* 4. & ita tenuit Andreas de Batulo do-
ctiſſimus Vir *in l. congruit, C. de locat. prædior. civil.
lib.* 11. ibi: *Sed ſi primus conductor velit tantum dare
quantum fuit oblatum à ſecundis prædia non auferuntur
à primis ſimile in pacto addictionis in diem, ut ff. de in
diem addict. l. licet*, cujus verba etiam refert, & ap-
probat Capyc. Latr. *decis.* 159. *num.* 14. & videtur
hanc opinionem ſequi Mantica *de Tacit. lib.* 4. *dict.
tit.* 28. *num.* 27.

12 Egn autem opinor, quòd non præferatur, ſed
quòd ipſi ſit nova oblatio notificanda, & admittatur
ad plus offerendum, ut ultra Text *in d. l. licet*, qui
eſt clariſſimus, nec celari poteſt, tenent Jo: de Pla-
rea *in l. ſi tempora num.* 2. *verſ. ſed nunquid, Cod. de
fide Inſtr. & Jur. haſta fiſcal. lib.* 10. Bobadill. *lib.* 3.
politic. cap. 4. *num.* 21. plenè Amaya *in dicta l ſi tem-
pora num.* 28. Anton. Perez *in Cod. lib.* 10. *tit.* 4. *de
fide Inſtr. & Jur. haſtæ fiſcal. num.* 6. *fol. mihi* 730.
Caldas *de empt. cap.* 28 *num.* 21. *in fin.* Anton. Faber.
in rational. tom. 1. *lib.* 4. *tit.* 4. *de minor. in dicta l. ſi in
emptionem, verbo ità tamen, verſ. ratio decidendi*, ubi im-
probat Cujac. *fol. mihi* 572. *& tom.* 5. *lib.* 1. *tit.* 2. *ff.
de in diem addict. in dicta l. licet, & in dicta l. neceſſe
fol. mihi* 356. ubi tamen dicit tunc demum eſſe admit-
tendum priorem ad plus offerendum ſi tempus addi-
ctionis hoc patiatur, ſecùs verò ſi ſit elapſum tempus
conventum, quia tunc prior non admitteretur.

Nec obſtat Text. *in dicta l. neceſſe*, quia J. C. ibi-
13 dem non dicit pro eodem pretio emptorem cum tali
pacto poſteriori præferri, ſed continuando ſermonem
præcedentis legis licet, in qua ſtatuerat admitti di-
ctum emptorem ad plus offerendum, ne eveniret fru-
ſtratoria dicta cautio, neceſſarium dixit eſſe, quod
venditor certiorem faciat priorem, addendo cauſa-
lem, *ut quod alius addidit ipſe quoque adjicere poſſit*,
quæ eſt explicanda juxtà præcedentem ſermonem in
quo plus eſſe offerendum ſanciverat, ne dicamus cau-
ſalem ipſam novam edidiſſe diſpoſitionem, & legem
contra notata in Auth. *de reſtit. fidecom. § Nos igitur
verſ. etenim iſtis*, ac J. C. ſe ipſum ſtatim correxiſſe
contra Text. *in l. non ad ea* 88. *ubi gloſ. verbo præ-
ſens, verſ. reſpondeo, ff. de condit. & demonſtr.* quod
14 præſertim in legibus eſt vitandum, *l. ſi quando, C. de
inoff. Teſtam. l. prima, C. de inoff. dot. cap.* 1. *de nov.
oper. nunciat.* ne Jura tot vigiliis fabricata unico verbo
tollantur, Abb. *conſ.* 78. *in princ. lib.* 2. Geminian.
conſ. 131. *in princ.* & in effectu omnes ſcribentes quos
vidi ſuper dicta l. licet, & l. neceſſe, eas ſummant di-
cendo admitti priorem ad plus offerendum.

Major labor conſiſtit in reſpondendo *d. legi ſi in
emptionem*, cui reſpondet Amaya *loco præcitato*, ſpe-
ciale id eſſe in minore, qui pro eodem pretio præ-
ferri debet, ſi emit rem majorum cum pacto addi-
ctionis in diem, nec ad alios extendi poteſt illius
diſpoſitio, quod notatur etiam per Koppen. *dec. Ger-
man.* 52. *num.* 7.

Sed hoc non eſt verum, quia *dicta lex* nunquam
15 prelationem pro eodem pretio conceſſit minori etiam
in emptione rerum majorum, ſed tantum eum reſti-
tui in integrum, quod præſupponere videtur mino-
rem tale Jus pro eodem pretio rem habendi prius ha-
buiſſe, ut jam probavi.

Inſudavit Ant. Faber. *in eadem l. ſi in emptionem in
16 rational tom.* 1. *lib* 4. *tit.* 4. *dicto fol.* 572. *verbo ita ta-
men, verſ. ratio decidendi*, in removendo objecto,
& non negavit *à d. l.* tantum beneficium, reſtitutio-
nis in integrum concepi minori, non tamen adverſus
novum, & poſteriorem emptorem plus offerentem,
ſed tantum adverſus venditorem, & proindè dixit non
cogi in eo caſu, minorem plus offerre, ſed tantun-
dem cum ità aſſequatur, ut non melior conditio, ab
alio allata dici poſſit, nam nihil videtur intereſſe ven-
ditoris cui ſatis eſt meliorem conditionem, quæ al-
lata fuit non petite, cùm igitur venditor nil damni
patiatur, ex quo à novo oblatore cogi non poteſt ad
rem vendendam, per Text. *in l. Sabinus, ff. de in
diem addict.* & pretium quod à poſteriore fuit ipſi ob-
latum à minore refunditur, merito ſuccurrendum eſt
minori, qui cum per addictionem factus eſſet jam
Dominus, & Jus in re acquiſiviſſet, damnum patitur
ſi rem majorum ex propria incuria amittat, quod non
derivat à prælationis jure.

Sed iſta reſponſio magis auget dubietatem, quàm
ſolvat objectum, quia ſi minor adverſus venditorem
in integrum reſtituitur ex quo omiſit offerre id quod
alius dedit, evidens eſt, quod præſuponi debeat uſque
ab initio iſtud Jus alium offerentem pro eodem pretio
excludendi minori competiſſe, quod in effectu eſt
Jus prælationis, quod ipſi competere non poterat,
niſi quia erat emptor cum pacto addictionis in diem,
ut ſupra, nec ſatisfacit ratio Fabri, quod ſcilicet
minor offerendo id quod alius dedit, vel obtulit effi-
ciat, ut non dicatur melior conditio ab alio allata,
quia iſta ratio ſi vera eſſet haberet locum, etiam in
quolibet emptorem cum tali pacto, ſi enim poſtquàm
poſterior obtulit prior emptor idem offerat, qui nam
ex iſtis meliorem afferet conditionem: certè nemo da-
ta paritate aliarum qualitatum; Et tamen lex non
eſt contenta, quod emptor major idem offerat pre-
tium, ſed eum ad plus offerendum compellit, ut
aſſerit idem Faber. *in dicta l. licet, & l. neceſſe*, præ-
citatus, imò ſpeciale lex impartita fuit privilegium
priori emptori, etiam majori admittendo eum ad
majorem oblationem, & adſtringendo venditorem ad
ei notificandam poſteriorem oblationem, nam cùm
venditio cum tali pacto, vel contrahatur ſub condi-
tione, vel reſolvatur ſub conditione, ideſt ſi alius
meliorem attulerit conditionem, *leg. quoties* 2. *cum
gloſ. quæ eſt magiſtralis ff. de in diem addictione*, evi-
dens videbatur potuiſſe liberè venditorem adjicere
poſteriori, qui cùm attuliſſet meliorem conditio-
nem, jam de Jure reſoluta erat venditio cum primo
facta, & novus ineundus erat contractus cum ſecun-
do, *l. item quod dictum, §. ſi quis extiterit*, ubi gloſ.
& DD. *ff. eodem*, & in veritate nova fit etiam ven-
ditio cum priore plus offerente, quàm poſterior, ut
notatur in dicto *§ ſi quis extiterit*, ad quam faciendam
(ſepoſita neceſſitate venditori à dicta *l. licet*, in di-
cta) non potuiſſet venditor compelli, per Text. *in
l. invendentes* 13. *cum l. ſeq. C. de contrahen. empt.*

Ideò ut reducantur ad concordiam iſta Jura, & 17
ne in dubio dicamus, aut *d l. licet, aut d. l. ſi in em-
ptionem*, quoad hoc eſſe correctam, poteſt reſpon-
deri, *quod dicta l. ſi in emptionem*, licèt reſtituat in in-
tegrum minorem ex quo in contractu erat res majo-
rum ſuorum deducta, & permittat pro eodem pretio
minorem rem habere, non tamen id ſtatuit, quia
minor habebat facultatem poſteriorem emptorem pro
eodem pretio excludendi, & prælationem obtinendi,
ſed quia enormiter læſus fuit in non offerendo à prin-
cipio tantum quantum alius poſtea obtulit, ex qua
poſteriori oblatione læſio deregitur, ſi enim uſque à
principio minor obtuliſſet idem pretium quod alius
poſtea obtulit, certè poſterior meliorem non attu-
liſſet conditionem, & conſequenter à minoris ma-
nibus res auferri non potuiſſet, cùm igitur minor
id non feciſſet, & ageretur de re majorum, enormi-
ter dicebatur læſus, & proindè dando idem preti-
um, quod alius obtulit reſtituitur adverſus vendito-
rem,

tem, & iſta eſt ſincera explicatio *dictæ l.* quem refert Gutterez *pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 159. num. 3. in fin. & num. 5. verſ. nam in noſtro in fin.* eamque videtur amplecti Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 28. num. 42.* & Andr. de Iſer. *in cap. 1. num. 3. verſ. unde, & minor, & in fin.* ubi etiam Afflict. *num. 8. verſ. Crederem tamen de feud. dato in vi cem. leg. commiſſ.*

18 Nec eſt mirandum, quòd minor iſto caſu reſtituatur, tum quia adverſus occaſionem offerendi minor reſtituitur ſi ſit læſus Baldus *in l. Aemilius numer. 7. poſt med. ff. de minor.* Theſaur. *deciſ. 99. num. 16. in fin.* tum etiam quia agebatur de re majorum ſuorum, ad
19 quam cum ipſe maximam haberet affectionem ex hoc ſolum dicebatur læſus, & reſtitutionis auxilium implorare poterat, ut explicant DD. *in dicta l. ſi in emptionem*, & ſignanter Bart. & Bald. Alex. *conſ. 67. nu. 3. lib. 5.* Dec. *conſ. 402. num. 22.* Neviz. inter conſ. Bruni *conſ. 22. num. 70.* Surd. *conſ. 226. nu. 16.* Odd. *de reſtit. in integ. part. 1. quæſt. 4. num. 82. 84. & 92. ac ſeq.* Giurba *deciſ. 78. num. 13. & ſeq.* Capyc. Latr. *deciſ. 57. num. 52.* Fontanell. *deciſ. 47. num. 26.* Olea *de ceſſ. tit. 3. quæſt. 2. num. 5.*

Unum advertas, quod prior emptor cum tali pacto debet admitti ad plus offerendum, ſive inſtrumento
20 venditionis ſit dictum, ſi fuerit melior conditio allata, ſive ſi alius meliorem conditionem attulerit, ut contra *gloſ. in dicta l. neceſſe, verſ. quod autem* putantem, in hoc ultimo caſu priorem non admitti tenuit Faber. *in eadem l. neceſſe, ubi ſupra in fine.*

QUÆSTIO LXIV.

An prælatio competat conductori, aut emptori fiſcali, quando fiſcus poſt jam factam Locationem, vel venditionem, & extinctam candelam vult recipere majorem oblationem.

SUMMARIUM.

1 *Fiſcus non poteſt recedere à venditione, vel locatione perfecta.*
2 *Nec poteſt poſt factam deliberationem, & extinctam candelam recipere majorem oblationem.*
3 Text in l. ſi tempora, C. de fid. Inſtrum. & Jur. haſt. fiſc. *declaratur.*
4 *Venditiones, vel locationes facta à fiſco, cenſentur cum pacto addictionis in diem.*
5 *Et proinde certus dies eſt determinandus intra quem melior admitti debet oblatio, quo elapſo, amplius alia major oblatio recipi non poteſt.*
6 *In venditionibus factis à fiſco terminus 20. dierum poſt extinctam candelam, vel factam deliberationem videtur conceſſus.*
7 *Fiſcus poteſt ſemper, & quandocumque ante perfectum contractum cum ultimo oblatore, admittere majorem oblationem.*
8 *Et quando res eſt integra, vel quando non eſt interpoſitum, & ſigillatum decretam.*
9 *Aut quando non fuerunt adhibita ſolemnitates congruo loco, & tempore, aut res conceſſa fuit per ſordes, & in fraudem, & pretio verè læſivo.*
10 *Vel quando finita eſt locatio.*
Aut quando oblatio nova eſſet ſumma conſiderabilis, adeo ut ſit major prima, tertia, vel quarta parte.
11 *Alii verò defendunt, quod ſemper, & indiſtinctè fiſcus etiam poſt perfectum contractum, extinctam candelam, & factam locationem, poſſit novam oblationem accipere, & iterum rem licitari, etiam tradita poſſeſſione.*
12 *Fiſco admittente novam oblationem poſt perfectum contractum, & volente denuo licitari, is, qui jam fueras ultimus oblator, & rem obtinueras admittitur ad offerendum id, quod alius offert, & habet de Iure prælationem.*
13 *Contrarium tanquam verius defenditur.*
14 Text. in l. congruit, Cod. de locat. prædior. Civil. *declaratur.*
15 *Aliqui verò defendunt, quod prior oblator, qui rem habuit, non debeat præferri, ſed poſſit ſuppleri pretium ab alio oblatum.*
16 *Declara id procedere quando fiſcus pratendit ex læſione in integrum reſtitui.*
17 *Secus quando fiſcus vult denuo rem licitari, aut vendere, ex quo contractus ſit factus per ſordes, vel in fraudem, aut non ſit celebratus cum devitis ſolemnitatibus.*
18 *Vel quando fiſcus admittit novas oblationes, & denuo vult licitari, ex privilegio* dict. leg ſi tempora.
19 *Fiſco admittente novam oblationem poſt contractum perfectum, ex privilegio* d. l. ſi tempora, *primus emptor, vel conductor, detractis prius expenſis, tenetur eidem fiſco fructus, interim perceptos reſtituere.*
20 *Imò etiam conſumptos, præſtando illorum æſtimationem.*
21 *Reficienda tamen ſunt primo conductori omnes expenſa ab ipſo facta, & ſumptus curæ, ac laboris niſi expenſa ſint facta in fraudem, vel ſint ſimulata.*
22 *Fiſco admittente novam oblationem, ex privilegio* l. ſi tempora, *poteſt novus oblator petere lucra, quæ interim prior conductor habuit, & quomodo hoc procedat, ibi vide.*
23 Text. in l. fin. de Jur. fiſc. *declaratur.*
24 *Fiſco admittente novam oblationem, & alter rem locante, ſunt reſtituenda priori oblatori omnes expenſa, & ſumptus neceſſarii in ea re facti.*
25 *Fiſco, qui reſtituitur in integrum probata læſione non debent reſtitui fructus à conductore interim percepti.*
26 *Univerſitas, poſtquam perfectus eſt contractus, & eſt extincta candela, non poteſt uti privilegio* dict. l. ſi tempora, *admittendo novas oblationes, & deveniendo ad novam licitationem.*
27 *Contrarium defendunt alii, ſed prima eſt opinio verior.*

PRimò, ut noſtri moris eſt quærendum eſt an fiſcus tale privilegium majorem oblationem recipiendi habeat poſtea verò an prælatio competat.

Quæſtio eſt intricata, & potius ex regnorum conſuetudinibus, quàm ex certa Juris regula definienda, licèt enim videatur adeſſe Textus clarus in *l. ſi tempora, C. de fid. Inſtr. & Iur. Haſta fiſc. lib. 10* tale privilegium fiſco concedens, tamen Text. ille tot expenditur modis, tot declaratur mediis, tantaque habet contradictorum obſtacula, ut vix unquam reperiri poſſit veritas ipſius diſpoſitionis.

Sunt enim, qui putant fiſco nullo modo tale privilegium competere, nam dum fiſcus locavit, & vendidit cum debitis ſolemnitatibus, & plus offerenti res deliberata fuit, ſtatim perfectus fuit contractus, à quo nec fiſcus valet recedere, *l. de contractu, C. de reſcind. vendit.* imò fortius illius fidem opus eſt, quod 1
ſervet *l. ult. C. ne fiſcus rem quam vendidit*, &c neque poteſt majus pretium offerentem recipere, ne Princi- 2
pis vileſcat auctoritas, ac damnum ex hoc fiſco obveniat nemine ob tale periculum ad iſtas emptiones accedente, juxta Text. *in l. 3. §. cum quinquennium, & l. Moſchis, §. Aemilius, ff. de jur. fiſci, & l. ſi ſine, §. quæſitum, ff. de minor.* & ne detur anſa nunquam locandi, & dandi proceſſum in infinitum, certum ſtatum fiſci contractui nunquam dando, nec unquam conductores, vel emptores tutos reddendo; quæ omnia Publico bono contraria ſunt, *l. prima, ff.*

de

de Vſucapion. & fiſcum ipſum potius gravant, quàm
juvant, ob quas rationes ita tenuerunt Alberic. *in
d. l. & ſi ſiſco, §. quæſitum num.* 4. *ff de minor.* Gregor.
Lopez. *in l.* 5 *Hiſpan. tit.* 9. *p.* 6. *verbo Maſporella ad
finem*, Peregrin. *de jur. fiſci lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 53. ubi
ita ſemper deciſum teſtatur, *& tit.* 4. *ſub nu.* 5. *verſ.
in partibus*, Guttier. *pract. quæſt. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 3.
Afflict. *deciſ.* 340. *per totam*, Mathe. in addit. ad Guido.
Pap *decis.* 302. Anton. Peruz. *in lib.* 10. *C. dicto tit.* 3.
de fid. Inſtr. num. 11. *&* 12. *fol. mihi* 730. Angel. *cons.*
324. *num.* 3. *circa finem*, *verſ ſi diceremus*, Menoch.
conſ 844. *num.* 36. *lib.* 9. *& conſ.* 1121. *num.* 2. *&* 3.
lib. 12. Cloch. *conſ. pro Aerar. claſſ.* 9. *tit. de jur. & pri-
vil. fiſci ordin.* 757. *§ privilegiati*, *verſ. non tamen ad-
mittitur fol. mihi* 450. Vinc. de Anna *ſingul.* 445. Ma-
ſtril. *de Magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 9. *numer.* 17. *& pluribus
ſeqq.* Parlador. *cap. finali* 5. *parte*, §. 13. *numer.* 18.
circa finem, *& ſeqq.* Urſinus apud de Marin. *quotid.
lib. primo*, *cap.* 147. *num.* 16. *& multis ſeqq.* ubi cæ-
teris contrariis reſpondet Novar. *quæſt. for. lib.* 1.
quæſt. 63. *numer.* 13. *& ſeq.* Poſth. *de ſubhaſt. quæſt.*
36. *num.* 82.

Text autem *in d. l. ſi tempora*, nunquam talem pri-
vilegium fiſco conceſſiſſe legitur, ſed aliud longè
3 minus, nempè quòd ſi Procurator fiſci certum tem-
pus appoſuit, ut offerrent emere exoptantes, & illo
non elapſo venit quis, & obtulit, & cum fiſco verè
contraxit, adhuc veniente alio intra illud tempus
poſſit fiſcus auferre à primo, & rem dare iſti ſecundo
plus offerenti, vel ſi tale tempus Procurator fiſcalis
non appoſuerit, intelligatur datum tempus viginti
dierum ad offerendum ad normam ſubhaſtationum
rerum Eccleſiæ, intra quod etſi alius contraxerit poſ-
ſit fiſcus majorem oblationem recipere, non autem
quod fiſcus contractu jam perfecto, & tempore à
procuratore, lege, ſtatuto, aut conſuetudine jam
lapſo valeat novam admittere oblationem in præ-
judicium primi, qui obtulit, & contraxit, ut ex-
plicat *gloſ. in dicta l. ſi tempora*, ubi Bart. Jo. de
Platea, Lucas de Penna, & alii in princ. & latius
Amaya *num.* 58. *fol. mihi* 86. Angel. *dicto conſ.* 324.
ſub num. 5. *verſ. & hoc manifeſtè*, Roland. *cons.* 33.
num. 14. *lib. primo*, Parlador. *dicto cap. fin.* 5. *par-
te*, §. 13. *num.* 14. de Marin. *dicto cap.* 147. *num.*
15. Arias de Meſa *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. *& ſeq.*
multique alii.

4 Idque manifeſtari videtur ex lectura ejuſdem *legis*,
& ex l. Lucius, *§. fin. ff. ad municip.* ac ex omnibus
DD ſuper iiſdem Scribentibus, dum enim vendi-
tiones iſtæ factæ cenſentur ſecundùm iſtos cum pa-
cto addictionis in diem, prout etiam Bart. *in d. l.
ſi tempora*, *num.* 8. *&* 9 & Mantic. *de tacit. lib.* 4.
tit. 8. *num.* 46. notarunt merito certus dies deter-
minandus eſt, *l. prima*, *ff. de in diem addict*, intra
quem major admitti debeat oblatio, illo verò elap-
5 ſo clarum redditur, quod amplius oblatio recipi
non poteſt, ut notat *gloſ. in dicta l. ſi tempora*, &
ibidem Bart. *num.* 6 ubi latè Adden. *litt. C.* Unde
dum lex fiſco conceſſit, quod ejus venditiones cen-
6 ſeantur factæ ſub tali pacto addictionis in diem,
nec ultra conceſſit, quod lapſo termino ſtatuti diei
adhuc valeat plus offerri eſt dicendum, quod vo-
luerit fiſco indulgere in hoc, quod ſcilicet intra
illud tempus valeat majorem oblationem admitte-
re, non autem extra illud, & non parvum ei in-
dulſit privilegium dum in privatorum venditionibus,
niſi tale pactum ſit appoſitum, non intelligitur, in
iſtis verò intelligitur, & terminus viginti dierum,
vel triginta ſecundùm Lucam de Penna, & alios ſu-
pra citatos ipſo Jure cenſetur aſſignatus.

Talem verò majorem oblationem admittendi fa-
cultatem illis tantum caſibus fiſco tributam eſſe
7 etiam extra tempus DD. affirmant, quando vel non
eſt perfectus contractus cum primo, Clapper. *Cent.
cauſ. fiſcal. cauſa* 3. *quæſt. prima in fin.* Capyc. Latr.
decis. 159. *num.* 15. *lib.* 2. Eminentiſſimus de Luca
de regal. diſc. 81. *ſub num.* 12. *verſ. ſi res non eſt in-* 8
tegra; vel quando non eſt interpoſitum, & ſigilla-
tum decretum, Rebuff. *tit. de pracon.* quem refert
Urſinus apud de Marin. *dicto cap.* 147. *in fin.* contra
quem inſurgit Anton. Perez. *ad dictum lib* 10. *Cod.*
dicto tit. 3. *nu.* 11. *in fin. fol. mihi* 370. Vel quando 9
non fuerunt adhibitæ ſolemnitates congruo loco, &
tempore, aut res conceſſa per ſordes, & in fraudem,
aut pretio verè læſivo, ut Alberic. Bart. Amat. de
Marin. Maſtrill. Amaya, & omnes ſupra citati uno
ore affirmant, quibus addendus eſt Muſcatellus *in
praxi part.* 3. *gloſ. venduntur num.* 61. *& pluribus ſeqq.*
Barboſ *vot.* 81. *num* 5. *&* 6. *lib.* 3. Vel quando finita 10
eſt illa locatio, non autem ea durante, ut tenet Pe-
regrin. *de jur. fiſco lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 5. *verſ. quia Text.*
Guttier. *de gabell. quæſt.* 140. *nu.* 3. Joſeph. de Mele
in addit. ad Gizzatell. *decis.* 5. *num.* 15. vel quando
oblatio nova eſſet ſummæ conſiderabilis, adeò ut ſit
prima major triente, Grivell. *decis. Dolan.* 44. *nu.* 9.
vel quarto Amaya *in dicta l. ſi tempora num.* 37. ubi
concordantes.

Sunt autem qui ex profeſſo tenent, quod Fiſcus in- 11
diſtinctè poſt jam perfectum contractum, extinctam
candelam, & factam locationem, ſeu venditionem
poſſit novam oblationem accipere, & iterum rem li-
citari ex privilegio præciſo *d. leg. ſi tempora*, ut re-
ſpondet Hern. *in tit. quæ ſint Regalia num.* 12. *in addit.*
ubi etiam ſi ſit tradita poſſeſſio Boſſ. de *Fiſco nu.* 22.
Muſcatell. *in prax. part.* 3. *gloſſ. venduntur num.* 62.
& ſeqq. fol. mihi 64. ubi explicat deciſ. Afflict. A
Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 4. *de regal. impoſit. §.* 5 *nu.*
14. *ad* 62. *& ſignanter num.* 50. Novar. *ad pragm.
Reg. tit. de offic. procur. Cæſar. collect.* 11. *num.* 3. *fol.
mihi* 439. ubi etſi poſſeſſio fuerit tradita idem conclu-
dit de Marin. *d. reſol.* 147. *num.* 2. Didac. de Marl in
addit. ad Gizzatel. *decis.* 5. *num.* 13. & pleniſſimè
Gregor. Ganavet. *conſ.* 2. *poſt ſuas deciſ. impreſſ. per
tot. ſignanter num.* 19. *& ſeqq. ubi etiam num.* 125. *&
ſeqq.* defendit, quod tempus nullum certum eſt ſtatu-
tum, & quod ſemper poteſt Fiſcus talem oblationem
admittere, Grivel. *deciſ. Dolan.* 44. *numer.* 3. *& to.
vers. tertio*, ubi quòd vidit uſitatum tales oblationes
admitti etiam lapſis viginti diebus, Fontanel. *decis.
Catal.* 519. *num.* 11. *& ſeqq.* & hoc jure utitur hic
Principatus, in quo non multis lapſis annis Camera
oblationes majores recepit poſtquam tranſactum erat
multum tempus, & poſſeſſio tradita, & fuerunt ga-
bellæ jam locatæ, ablatæ à conductoribus, & aliis
plus offerentibus conceſſæ, contra quod adducerem
Text. *in l.* 4. *C. de præd. urban. & ruſtic. lib.* 11. & ibi-
dem Bartol. alioſque repetentes, ubi dicitur, quòd
nova auctio tradita jam poſſeſſione non eſt recipienda,
niſi loqueretur de ſundis patrimonialibus, vel tem-
plorum, non autem Fiſcalibus.

Ideòque, ut dixi potiùs juxtà Regnorum mores,
quàm juris regulas, talis quæſtio eſt reſolvenda, quia
ſi verè examinare vellemus diſpoſitionem *dicta leg. ſi
tempora*, tale privilegium Fiſco non dare facilè eſſet
concipere.

In caſibus igitur quibus Fiſco tale jus majorem ob- 12
lationem admittendi impartitur æquiſſimum eſt, &
multum juſtum ſecundùm aliquos inſignes DD. quod
is, qui jam contraxerat admittatur ad offerendum idem
pretium, quod alius obtulit, & ad prælationem obti-
nendam, ut eſt theorica Odofredi *in d. l. ſi tempora col.*
1. *n.* 7. ubi etiam Rebuff. Andr de Barulo *in l. con-
gruit*, *vers.* 3. *ſi conduxit*, *C. de locat præd. civil. lib.*
11. quos per extenſum refert A Ponte *de poteſt Proreg.
tit. de regal. impoſit.* §. 5. *toto num.* 58. *fol. mihi* 192.
Alberic. *in l.* 2. *C. ſi in cauſ. judicat pignus captum ſit*,
&c.

ſit, &c. Gregor. Lopez. ad l. 5. tit. 13. lib. 9. recopil. gloſ. 1. ad finem, Azeved. ad l. 2. tit. 2. lib. 2. nova recopilat. num. 15. & ita reſolutum pluries teſtatur de Marin. d. cap. 147. num. 9. in fin. Avil. in cap. Prætor. cap. 32. verbo de Puyar. numer. 15. Fontanell. deciſ. Catal. 520. num. 10. Cæval. com. contra Com. qu. 756. num. 65. & ſeq. Guttier. practic. quæſt. lib. 1. qu. 38. num. 6. & de gabell. quæſt. 140. n. 10. & ſeqq. Didac. de Mari in addit. ad decis. 5. Giazarel. num. 13. ubi refert ita etiam tenuiſſe Vincentium Corcion. Præſidem Neapoli, Novar. ad pragm. Reg. tit. de offic. procur. Cæſar. pragm. 71. collect. 11. num. 4. fol. mihi 439. Thoro in compend. dec. Neapol. p. 3. ſect. 2. verſ. præferri an debeat primus emptor, & voto 72. per tot. par. 2. ubi conſiderat, quòd iste eodem modo gravatur, ut conductor fiſcalis, nam ſi Fiſcus nolebat candelam accendere, tenebatur rem habere, & ſic debet relevari in prælatione.

13 Contrarium tamen eſt verius, quòd ſcilicet nulla competat prælatio, ſed quod admittatur is, qui primò obtulit, & contraxit ut quilibet alius ad plus offerendum, & vincendum, ut tenuit Gloſs. & Barboſ. in d. l. ſi tempora num. 8. ubi etiam Jo: de Platea n. 3. Anton. Perez num. 6. pleniſſimè Amaya num. 26. & ſeqq. Angel. in l. ſi qui bona, ff. de pignor. Bobadill. lib. 3. politic. cap. 4. numer. 21. Gizzarel. decis. 5. num. 27. Barboſ. vot. 81. num. 18 & per tot. lib. 3. Rumm. in addit. ad Afflict. in 3. not. vers. juxta hoc quæro à nu. 16. ad finem, ubi ita pluries judicatum teſtatur fol. mihi 57. Capyc. Latr. decis. 159. per tot. ſignanter nu. 4. in fin. & 15. & contra ſe determinatum referunt de Marin. & Novar. ſupra citati, ac de veriori teſtatur Otter. de paſcuis cap. 31. num. 24. & ſeq. & Thoro ipſe d. voto 72. refert Fiſcum ſemper judicaſſe.

Quia jura, & rationes quibus contrarii DD. adhærent ſunt protinus frivolæ, & non applicabiles, nam
14 extendere diſpoſitionem d. l. congruit, C. de locat. præd. civil. ad hunc præciſum caſum eſt erroneum, Text. enim ille antiquo conductori fiſcali prælationem dat ex ſpeciali æquitate, quia ſcilicet dum poterat ille conductor pro futuris annis cogi ad conducendum à Fiſco, ita etiam debeat in hoc relevari illi dando in nova locatione prælationem; Unde quam durum ſit talis legis diſpoſitionem extendere ad caſum, in quo Fiſcus locat, & poſtea novas vult admittere oblationes, in quo nec adeſt legis proviſio, nec ratio legis concurrit, quiſque videt, & attentè Amaya, aliique ponderarunt, & præcipuè Capyc. Latr. d. decis. 159. num. 8 & ſeqq. & ipſe Fontanell. d. deciſ. 520. nu. 5. ubi quod Senatus ineptam exiſtimavit d. leg. & licèt verum ſit, quod ſi Fiſcus nolebat iterum rem licitari, tenebatur oblator rem habere, non tamen inde ſequitur debere relevari ei dando prælationem, quia conductor fiſcalis non ex proprio contractu, ſed ex privilegio Fiſci tenetur ad iterum conducendum, oblator autem ex ſuo contractu tenetur ad ſtandum in obligatione, & quouſque non fuit cum ipſo factum inſtrumentum, non poteſt dici conductor.

Text. autem in dicta leg. neceſſe, cum leg. ſeq. ff de in diem addict. retorquentur, quia ſi talis venditio, aut locatio fiſcalis cenſetur facta ſub pacto addictionis in diem, ſicuti non competit prælatio ſecundùm illas leges priori emptori cum tali pacto, ſed tantùm facultas iterum offerendi, & vincendi, ut dixi in quæſtione præcedenti, ita etiam nec competit tali emptori, aut conductori rei fiſcalis niſi plus offerat, ut DD. ſupra citati fatentur.

Sed hic non modica ſuboritur difficultas quam movet ipſe Fontanell. d. decis. 520. numer. 9. & ſeq.
15 ubi affert Senatus deciſionem dicentem poſſe priorem oblatorem ſupplere pretium ab alio oblatum, quod etiam firmavit de Marin. d. cap. 147. num. 5. & ſeqq. quæ ſuppletio ejuſdem videtur naturæ, ac ipſa prælatio.

Hoc autem abſolutè conceptum non eſt verum; ideò pro intelligentia ſciendum eſt, quod aut Fiſcus 16
prætendit ex læſione in integrum reſtitui, & tunc quia datur optio emptori, aut conductori, an velit juſtum pretium ſupplere, ut in omnibus aliis reſtitutionibus, quæ dantur minoribus, proinde ſi emptor ſupplet, res ab eo non aufertur, cum enim reſtitutio plus nequeat tribuere eo, quod læſio abſtulit, l. quod ſi minor, §. reſtitui, ff. de minor. meritò ſi emptor ſuppleat id, in quo Fiſcus eſt læſus ultra procedendum non eſt, ut de minore eleganter notat Abb. in cap. conſtitutus num. 10. de in integr. reſtit. Gozadin. cons. 44. n. 14. & ſeqq. Suarez. alleg. 21. num. 5. & de Fiſco idem de Marin. d. cap. 147. num. 5. & 6. Fontanell. d. decis. 520. num. 6. & 7. & judicatum refert Urſil. ad Afflict. decis. 340. num. 8. Garz. de expens. cap. 18. num. 44. & ita intelligas Guttier. dict. quæſt. 38. num. 3. & alios hoc caſu dantes prælationem, & ſuppletionem pretii cum prælatione confundentes.

Et licèt contra id apertè tenuerit A Ponte de poteſt. Proreg. d. §. 5. num. 5. & plurib. ſeqq. fol. mihi 158. dicens, quòd hoc caſu nulla eſt venditio tamquam facta ſine ſolemnitatibus, inter quas eſt juſtum pretium, ac proinde quod nulla detur ſuppletio, tamen nec Bald. nec Joan de Platea ab ipſo allegati id dicunt, ſed tantùm id affirmant, fraude concurrente, quæ tamen fortaſſe ex maxima læſione poſſet præſumi, Roſa conſult. 27. num. 41. & ſeqq.

Aut Fiſcus vult denuò licitari, aut vendere, ex quo fraude, vel gratia contractus ſit initus, & 17
tunc quia contractus ille primus eſt nullus, l. 3. Cod. de jur. fiſci lib. 10. meritò emptori illi nulla dabitur facultas pretium ſupplendi, ut notat Accurſ. in dict. leg. 3. ubi etiam Bald. numer. 5. Joan. de Platea numer. 6. Amaya numer. 50. Valenzuel. numer. 15. & gloſſ. fin. in l. 4. C. ſi vendito pign. &c. ubi Salicet. & alii, & latè Lanat. cons. 63. numer. 1. 2. & ſeqq. Idemque habet locum ſi contractus non ſit celebratus cum debitis ſolemnitatibus, ut plenè notat A Ponte de poteſt. Proreg. dict. §. 5. numer. 36. 41. & ſeqq. fol. mihi 188.

Aut fiſcus nec petit reſtitui, nec vult annullare contractum ex capite doli fraudis, vel gratiæ, ſed tan- 18
tum vult novas admittere oblationes, & denuò rem licitari ex privilegio dictæ legis ſi tempora, in locis ubi ita practicatur, & tunc quia opus eſt ut novus fiat contractus, Avil. in cap. 32. Prætor, verbo de Puyar. num. 15. Fontanel. dict. decis. 520. num. 10. & prima emptio reſolvitur, ac ſi nunquam facta fuiſſet ut infra meritò Jus ſupplendi emptori, aut conductori non datur, ſed tantum facultas iterum offerendi, & vincendi, ut eſt expreſſa doctrina Gloſs. Bartol. Jo. de Platea, & aliorum ſupra adductorum.

Iſtis ſic reſolutis notandum eſt, primò, quòd in 19
his caſibus in quibus fiſcus novas admittit oblationes ex privil. dict. l. ſi tempora, ſi res alteri deliberetur, & à primo emptore, vel conductore auferatur fructus omnes quos emptor ille percepit, & emolumenta quæ habuit compenſatis prius expenſis factis debent fiſco reſtitui, ut evenit in venditionibus factis cum pacto addictionis in diem, cùm enim emptio ſic contracta allata meliori conditione reſolvatur, ac ſi nunquam facta eſſet, l. 2. ff. de in diem addict. ideò emptor omnes fructus quos percepit vendiri judicio præſtare venditori tenetur, l. ubi autem, §. in fundo, & l. item quod, § ſi quis exuterit, ff. de in diem addict. plenè Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 28. numer. 16. & ſeqq. & in ſpecie Accurſ. in dict. l ſi tempora, verbo admittat, ubi etiam Joan. de Platea num. 3. verſ. ſed nunquid, Amaya num. 46. Avil. in dict. cap. 32. prætor verbo de Puyar. num. 15 Barboſ. in l divortio in princ. num. 89. ff ſolut Matrim. imò ſi fructus ſint
conſumpti tenebitur ad illorum æſtimationem niſi ta- 20
men dolo eos conſumpſiſſet putans fraudare novum

obla-

oblatorem, vel fiſcum; quia tunc tenebitur etiam ab intereſſe, prout de eo qui ſaltem totum fraude vendidit ſciens deberi denuo licitari ſalinas, refert Iſern. *in §. vectigalia num.* 12. *quæ ſint regalia in uſibus feudorum.*

Advertendum tamen eſt, quòd prior conductor non debet in damno remanere, & ipſi expenſæ ſunt reficiendæ, imò ſi petat quod ea quæ emerat pro illa
12 conductione, vel obligatione explenda à ſecundo conductore iiſdem pretiis ſumantur, audiri debet prout ego vidi ſervatum, habenda quoque eſt ratio ipſius rei Curæ, & adminiſtrationis, ac laboris, ut omnia notat eleganter Guttierez *pract. dict. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 7. ubi tamen advertit, quòd ſi multas impenſas prior emptor ſimulatè, vel in fraudem fecerit, ut ſcilicet impoſſibilis redderetur modus amplius offerendi, non ſunt ei tales expenſæ reficiendæ.

Sed an novus oblator poſſit petere lucra, quæ in-
22 terim ex cootractu habuit prior, varia eſt DD. opinio, Azeved. enim *in l.* 2. *tit. primo*, *lib.* 2. *nova collect. Regni num.* 16. reſpondet, & quod valeat talia lucra repetere, Guttier. *dict. cap.* 38. *num.* 8. dicit quòd volente primo licitatore petere damna, & expenſas ac ſui laboris mercedem, tunc poſſit ſecundus petere lucra: Si verò noluerit hæc petere, ſed potius deſiſtere, & malit lucra retinere, expenſum autem, & laboris æſtimationem non petere, tunc nec alius ſecundus licitatur lucra poſſit petere.

Sed hæc de æquitate fortaſſe poſſent procedere, nam de rigore aliter reſpondendum eſt, quando fiſcus ex privilegio *dicta l. ſi tempora*, alteri licitatus eſt, nam aut iſta lucra proceſſeruot partim ex adminiſtratione booa primi oblatoris, & partim ex natura rei, & tunc ea quæ ex cura, diligentia, & adminiſtratione primi orta fuerunt ad ipſum ſpectare debent, quia deducuntur tamquam ipſa impenſæ, ad tradita per Barbat. *de divis. fruct. part.* 2. *cap.* 5. *nu.* 30. *& ſeqq.* ea verò quę ex natura ipſius rei exorta ſuot ſpectabunt ad fiſcum ipſum, & non ad ſecundum licitatorem, quia ſi procedere debemus ſecundùm leges de Addictione in diem loquentes, clarum eſt, quòd cùm iſta lucra ſint fructus, ad fiſcum vendentem ſpectabant ut ſupra.

23 Sed his omnibus obſtat Text. apertus *in l. fin ff. de Iur. Fiſci*, ubi quòd fructus percepti medio tempore quo fit addictio, & quo res apud primum emptorem fiſcalem permanebat, ſpectant ad ipſum emptorem, & non ad fiſcum venditorem, vel ſecundum oblatorem prout etiam probant Amanel. de Claris aquis *Singul.* 125. Coſta *de ration. rat. quæſt.* 229. *numer.* 16. Barbat. *de divis. fruct. part.* 2. *cap.* 5. *numer.* 22.

Iſte tamen intellectus repugnant omnibus Juris principiis ideò verius eſt quod dictus Text. tantum dicit quod fructus ad fiſcum venditorem reſoluta venditione ſpectant, ſi modo inter primam, & ſecundam licitationem percepti ſint, & licèt poſteam referat ſententiam contrariam, tamen aſſerit ab hoc tractatum in ea ſpecie receſſum fuiſſe, quoniam erat tempus vindemiarum, & pendente vindemia, utraque licitatio intervenerat, & ſic dum nulli fructus fuerant coacti non fuit opus diſceptare amplius de hac difficultate, undè vel Text. niſi reſolvit cùm neceſſe non fuiſſe reſolvere, vel ſi reſolvit potius fiſco favet dum aſſerit procedendum eſſe juxta leges loquentes de addictione in diem ſecundum quas fructus ad venditorem ſpectant, & ita intellexit dictum Text. Accurſ. *in dicta l. fin. verbo univerſos*, Barboſ. *in l. divortio in princ. num.* 89. *&* 90. *ff. ſolut. matrim.* & elegantius Amaya *in dicta l. ſi tempora num.* 51. *ad* 53. & iſte intellectus eſt ſequendus ne contradictio, & correctio Iurium ſequatur.

An autem expenſas, & ſumptus neceſſarios quos prior oblator per interim fecit valeat petere ſi fiſcus
non curet fructus habere ex quo ſint modici, & non 24
æquivaleant expenſis factis dicendum eſt quod adhuc fiſcus ad illas expenſas teneatur, & empti, ac venditi actione poſſit prior emptor ad illarum refectionem agere, *l. Imperatores*, *ff. de in diem addict.* Mantic. *de Tacitis & lib.* 4. *tit.* 28. *num.* 38.

Notandum tamen eſt quod ſupradicta procedunt
quaodo fiſcus utitur tali privilegio addictionis, 25
quando verò reſtituitur ex læſione tunc fructus reſtitui non debent, plenè Amaya *in d. l. ſi tempora num.* 48. *& ſeqq.*

Item advertendum eſt, quòd hæc non habent lo-
cum in venditionibus rerum Civitatis, in quibus 26
non admittitur nova licitatio, nec major oblatio, poſtquam eſt extincta Candela vel perfectus contractus, niſi de contrario ſtatuto, coonſuetudine, aut privilegio doceatur, ut eſt Text. *in l. Lucius*, *§. fin. ff. ad Municip. l. prima*, *&* 2. *C. de vend. reb. Civit. lib.* 11, ubi gloſs. & DD. omnes in *d. l. ſi tempora*, Franc. Marc. *decis.* 565. *num.* 2. *par. prima*, Loſæus *de iur. univ. quæſt.* 3. *cap.* 5. *num.* 23. Garz. *de expenſ. cap.* 18. *num.* 44. Oter. *de paſc. cap.* 31. *num.* 18. *& ſeqq.* Ricc. *collect.* 1726. *par.* 5. & plenè Fontanell. *d. decis.* 519. *num.* 11. *& ſeqq.* ubi Senatus deciſionem affert, oiſi tamen officiales ipſi tempus certum ſtatuerint intra quod majores oblationes admittendi jus ſibi reſervaſſent, & ita poteſt intelligi Bartol. *in dict. l. ſi tempora num.* 2. quem reprobat Amaya *ibidem numer.* 60.

Et licèt contrarium teneat Valenzuel. *in d. l. ſi* 27
tempora num. 18. ac Grivellus *dec. Dolan.* 44 *nu.* 4. extendentes diſpoſitionem *dict. leg. ſi tempora* ad venditiones rerum Civitatis, tamen contra eos ſunt Text. rotundi, & poſſunt eorum opiniones admitti quoad reſtitutionem in integrum quæ eodem modo datur univerſitati, & fiſco, non autem quoad privilegium fiſci de novis adjectionibus admittendis, ut tenet Amaya *in d. l. ſi tempora numer.* 60. ubi concordantes.

QUÆSTIO LXIV.

An prælatio pro eodem pretio competat priori emptori quando res vendita jam fuit ad inſtantiam Creditorum, & poſtea elapſo jam termino, & extincta candela ex majori oblatione fuit iterum poſita ſub haſta.

SUMMARIUM.

1 *Subhaſtatione facta poſt extinctam candelam, licitatio reiterari non poteſt, nec alius admitti debet ad offerendum.*

2 *Amplia, ut non ſit locus pœnitentia quamvis offeratur pretium duplicatum.*

3 *Amplia quamvis momento poſt extinctam candelam alius compareat licitator meliorem conditionem offerens.*

Debitor poſtquam adjudicavit pignus creditori, non poteſt amplius pœnitere, nec creditori debitum offerre.

4 *Subhaſtatione perfecta, & extincta candela non poſſunt creditores concurrentes, inſtare ut nova admittatur oblatio illius, qui meliorem attulit conditionem.*

5 *Niſi ſtylus Curiæ ſit in contrarium.*

6 *Contrarium, ſcilicet, quod in caſu concurſus creditorum, admittatur nova oblatio etiam poſt perfectum contractum, ſi ſecunda oblatio ſit talis, per quam omnibus creditoribus conſultum ſit, probant alii.*

7 *Dummodo poſſeſſio non fuerit tradita.*

8 *Sed prima opinio defenditur.*

9 *Prodigus interdictus, minori æquiparatur.*

Et non reſtituitur in integrum, niſi conſiderata magna, & conſiderabili læſione.

10 *Univerſitas non habet reſtitutionem in integrum adverſus contractum valdè perfectum, niſi probet magnam, & conſiderabilem læſionem.*

11 *Prælatio competit priori oblatori, cui remanſit per extinctionem candelæ res ſubhaſtata, quando ad inſtantiam creditorum concurrentium fuit facta nova licitatio, & fuit admiſſa nova, & major oblatio.*

12 *Et proinde prior oblator interpellandus eſt in iſta nova ſubhaſtatione.*

13 *Contrarium ſcilicet, quod Prior oblator admittatur ad plus offerendum, non autem ad petendam prælationem defendunt alii plures.*

14 *Sed prima opinio, inſpecta æquitate videtur fortaſſe verior.*

QUæſtio non ſolùm fieri debet de Iure, ſed etiam de ſtylo, & conſuetudine: ideò videamus prius an de Jure, vel ſtylo poſſit res novæ oblationi ſupponi, & poſtmodum de prælatione agamus.

De Jure videtur negativa verior, quoniam poſt perfectam licitationem, & ſubhaſtationem, & candelam extinctam, licitator à futuris oblationibus ſemper tutus, & ſecurus redditur, proindè nec licitario
1 reiterari, nec alius admitti debet, juxta Text. *in l. eos, Cod. de diverſ. præd. lib. 11. l. prima, C. de vend. reb. Civit. lib. eodem,* Parlador. *lib. 2 quotid. part. 5. cap. fin.* §. 13. *num.* 16. Maſtril. *decis.* 8. *per tot.*

Cùm enim extincta jam candela, ac tempore ſubhaſtationis finito, venditio quoad ultimum tempore congruo plus offerrentem perfecta dicatur, & contractus conſumatus, congruum proinde eſt, quòd pœnitentiæ amplius locus non ſit, quamvis offeratur pretium duplicatum, *l. non. eſt probabilis,*
2 *C. de reſcind. vendit. l. ſi eo tempore, C. de diſtract. pignor.* Magon. *decis. Florent.* 132. *numer.* 1. *ſeqq. ubi num.* 3. ait quòd nec ipſe debitor facta adjudicatione poteſt offerre creditori debitum, & illam reſolvere,
3 Amat. *reſol.* 38. *numer.* 2. Alvar. Valaſc. *conſult.* 37. *per tot.* Imò etiam ſi momento poſt extinctam candelam novus accedat licitator meliorem offerens conditionem non eſt admittendus, Afflict. *decis.* 340. *numer.* 4. Muſcatell. *in prax. part.* 3. *gloſ. venduntur numer.* 52. & 53. Menoch. *cons.* 1121. *num.* 3. Amat. *dicta reſol.* 38. *ſub num.* 1. Magon. *dicta decis.* 132. *per tot.*

Et ſi Civitati, & Reipublicæ tale Beneficium majorem oblationem admittendi poſt extinctam candelam non indulgemus, & fiſco controvertimus,
4 ut in *quæſt.* 65. *per tot.* quomodo Creditoribus tale privilegium permittemus, & ita in ſpecie notat Hermoſil. *in l.* 52. *gloſſ.* 7. *numer.* 47. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2 *fol mihi* 136. concordat Papon. *lib.* 18. *tit.* 6. *Arreſt.* 12. *fol.* 586. ubi quòd novæ oblationes admittuntur tantum durante termino, maximè quia periculum ſubeſt multas ſubhaſtationes ſubvertendi, & lites ſuſcitandi ad quod evitandum non eſt nova oblatio admittenda, Burat. *decis.* 735. *num.* 5. & 9. *verſic. ſed iſtis omiſſis.*

Ideòque ſtylo potius Curiæ, & loci ubi res agitur deferendum eſſe, quam Juri communi, teſtatur Eminentiſſ. de Luc. *de Judic. diſc.* 40. *num.* 81. *in fin. & ſeq.* qui ſtylus eſt in Curia Romana præſer-
5 tim A. C. ut notat Poſthius *de ſubhaſt. inſpect.* 35. *num.* 117. Rot. poſt Mangil. *eodem tract. decis.* 21. *numer.* 2.

Sed contraria opinio, & Summorum Tribuna-
6 lium deciſionibus, & ratione maxima æquitatis, & juſtitiæ perpenſa verior videtur in caſu concurſus creditorum, & in caſu quo de intereſſe creditorum agatur, puta quia cùm priori ſubhaſtatione pretium omnibus non ſufficiat, & cùm ſecunda ſatis ſit, quam defendit Novar. *in l. ſi tempora numer* 9. *C. de fid. inſtrum. & jur. Haſt. fiſcal. lib.* 10. Maſul. ad Capyc. *decis.* 36. *numer.* 6. ubi ſic judicatum refert Ric. *collect. decis.* 1726. *limit.* 3. Didac. de Mari in addit. ad Gizzarel. *deciſ.* 3. *num* 14. Barboſ. *vot.* 81. *numer.* 7. *lib.* 3. Poſth. *dict. inſpect.* 35. *numer.* 116. *& ſeqq. ubi num.* 120. ait contrarium procedere ſi tale creditorum intereſſe non adſit, Thoro *in compend. decis. Neap. verbo oblatio,* Amat. *d. reſol.* 38. *numer.* 3. Salgad. *in labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 2. *numer.* 12. *& ſeqq. & fere per tot.* ubi rejicit Hermoſillam, Jo: Bapt. Valaſc. *cons.* 75. *per tot. lib.* 1. Card. de Luca *dicto diſcurſ.* 40. *numer.* 82. *de Iudic.* Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 15. *numer.* 124. *& ſeqq.* ubi affert reformationem fel. mem. Pauli V. Fontanel. *decis. Catal.* 520. *numer.* 17. *& ſeq. part.* 2. ubi latè Rot. *decis.* 584. *numer.* 4. & 5. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.*
ubi num. 7. & 8. contrarium dicit ſi aut melior non 7
ſit facta conditio creditorum, & debitoris, aut dubium ſit id ſubſequi poſſe. quæ tamen procedunt ſi re ſit integra, ideſt poſſeſſio non tradita, Poſthius *dicta inſp.* 35. *num.* 118. Rot. poſt eundem *decis.* 40. *num* 8. conſonat Magon. *d. decis.* 132. *ſub num.* 3. *vers. unde.*

Ut autem quoque meam interponam opinionem 8
dicendum videtur, quòd de Iure tale privilegium non adſit cùm nulla lex illud conferat, nulla quoque ratio rigoroſæ juſtitiæ illud ſuggerat, ſed tantum æquitatis, & iniquitatis conſideratio, cùm Iniquum videatur, quod Creditores remanere debeant in damno, & ille qui ſuam pecuniam erogavit exiſtente re debitoris, quæ cum oblatione iſta majori ad ſatisfaciendum ſufficit, non admittendo oblationem hanc abſque ſatisfactione ulla remaneat; æquum quoque ſit, & pium, ut miſerabilis debitor, qui alias cæteris non ſatisfeciſſet, vel non tam exemptus fuiſſet per hanc novam oblationem plenè liberetur, ut apud Salgad. ubi ſupra, & propterea dicendum eſt tot DD. contrarium reſolviſſe, quia ita ſtylus propriarum Curiarum ſuadebat, non autem quod ita jus exoptet.

Neque per viam reſtitutionis in integrum id indulgendum eſt de Juris rigore, ut Salgad. *d. cap.* 2. *numer.* 13. *& pluribus ſeqq.* exiſtimat, quoniam ſi debitoris beneficium conſideretur, & debitorem ipſum prodigo, & minori æquare fas eſt, neque aſſertio
ſimpliciter vera eſt, Prodigus enim interdictus mi- 9
nori æquiparatur, *l. certi conditio, §. quoniam in fin. ff. ſi cert. petat.* & reſtitutionis beneficium in hac materia probata læſione magna, & conſiderabili obtinet ſicuti ipſe minor, ut de Prodigo eſt conſ. Caſtr. 248. *ſub num.* 3. *verſ. hoc ergo caſu uſque ad fin. lib.* 2. & de minore Guidopap. *decis.* 536. A Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 4. §. 5. *de regal. impoſ. numer.* 48. *& ſeqq.* Muſcatel. *in prax. part.* 3. *gloſſ. venduntur numer.* 57. 58. *& ſeqq.* Amat. *dicta reſolut.* 38. *num.* 10. Guttier. *pract. part.* 1. *quæſt.* 38. *numer.* 40. *& de gabel. quæſt.* 14. *num.* 10. Maſtril. *decis.* 84. *numer.* 6. Parlador. *lib.* 2. *quotid. cap. fin.* 5. *part.* 6. 13 *num.* 18. Et optima quidem ratione, ne ſcilicet in poſterum retrahantur homines ab emptione talium rerum, juxta Text. *in l. & ſi ſine, §. quæſitum, ff. de minor.*

Si autem creditorum concurrentium privilegium 10
intuamur, & illud æquemus privilegiis Communitatis, & Reipublicæ, & idem jus eſt, Guttierez. *de gabellis dicta quæſt.* 14. *numer.* 10. *aliquæ præcitati.* Proinde tantum concluderet argumentum quoties læſio conſiderabilis ex ſubſequuta oblatione oriretur, & non indefinitè, & ſemper, ut Salgado placet.

Iſtis ſic præhabitis, & de ſtylo, vel de Iure con-

cluſionem Novar. Ricc. aliiſque firmatam ſequendo
11 maximè quando auctio eſt conſiderabilis ſuboritur
quæſtio noſtra, an in dicto caſu novæ oblationis ad-
miſſæ pro eodem pretio ab alio oblato, primus qui ob-
tulit, & vicit præferendus ſit, & affirmative nota-
tum inveni, & pluries deciſum apud Michael. Ferret.
in 3. *part. obſerv. cap* 513. Jo: Baptiſta Valaſchus *cons.*
75. *in fin. lib.* 1. & plenè Fontanel. *decis. Catal.* 520.
nu. 8. *part.* 1. Thoro. *voto* 72. *part.* 2. *ſub numer.* 15.
in med.

Sed contrarium verius videtur Juris rigore inſpe-
12 cto, quoniam licèt iſto caſu primus oblator citandus,
& interpellandus ſit, juxta terminos Text. *in l. neceſſe,*
ff. de in diem addict. Papon. *lib.* 18. *tit.* 6. *Arreſt.* 15.
Rot. *d. decis.* 584. *n.* 7. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* Id tamen
13 agendum eſt, ut ſi velit plus offerre admittatur ad of-
ferendum, & novam auctionem faciendam, non
autem ut pro eodem pretio præferatur, ut notat Ri-
dolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 126. qui licèt
referat reformat. Pauli V. quæ eſt in Bullar. novo
tom. 3. conſtit. 71. tamen de Jure idem firmat,
prout etiam Barboſ. *d. vot.* 81. *num.* 18. *juncto num.* 7.
lib. 3. & ego apertè credo veriſſimum; Si enim in
quæſtionibus præcedentibus ex juridicis fundamentis
probatum apparet, quod facta venditione cum pa-
cto addictionis in diem priori emptori facta nova
oblatione nulla detur prælatio, & idem firmatum
fuit quando fiſcus ex ſuo privilegio vult novam
oblationem admittere, & rem à primo oblatore au-
ferre, cur idem non dicemus in caſu noſtro, in
quo prior oblator non habet majus jus, quàm
oblator fiſci, & emptor cum pacto addictionis in
diem.

Doctores autem, & deciſiones ſupra allegatæ
procedere valent fortaſſe in Regno Cataloniæ de ſty-
lo, & conſuetudine illorum Tribunalium, non
autem de Jure cujus vigore contrarium definitum
eſt.

Verum tamen fateor, quòd in hoc præciſo caſu
14 ubi DD. dant tale privilegium debitori, & credi-
toribus in concurſu nulla lege ſcripta, vel ratione
rigoroſæ juſtitiæ illud concedente, ſed tantum ex
capite æquitatis, poſſet etiam talis æquitas haberi
in conſideratione reſpectu primi oblatoris, qui vi-
cerat, ei prælationem dando, ſicuti enim æquitas
eſt cauſa, quod amittat jus ex ſua oblatione oriens,
ita etiam congruum videtur, quod inſpecta æqui-
tate etiam ejus favore, præferatur, quod tamen
conſiderandum relinquo iis, qui ſaniori judicio pol-
lent.

QUÆSTIO LXVII.

An facta conceſſione à Principe tertio fodiendi metalla, & lapides pretioſos in fundo alieno, ſoluta Principi certa quantitate ſit Dominus fundi volens eandem quantitatem ſolvere præferendus.

SUMMARIUM.

1 *Metallorum vena de jure communi ſpectant ad Dominum fundi, in quo fodinæ ſunt.*

2 Text. in l. inter publica in fin. ff. de verbor. ſignific. *declaratur.*

3 *Argenti, & auri vena ſunt de regalibus Principis, & ad ipſum ſpectant, ſive in ipſius, ſive in privati ſolo exiſtant.*

Amplia ut idem procedat in lapidibus pretioſis.

4 *Fodinas auri, argenti, & lapidum pretioſorum, nemo poteſt fodere, perquirere, aut exhaurire ſine Principis expreſſa licentia.*

5 *Quamvis ſit Dominus fundi.*

6 *Princeps poteſt dare licentiam fodiendi, & inveniendi in fundo privatorum metalla, etiam Dominis invitis.*

7 *Dummodo reficiatur Domino damnum, quod ex excavatione contingit.*

8 *Dominus fundi non præfertur quando Princeps vendit, aut concedit alicui pretio ſoluto jus excavandi fodinas rerum pretioſarum.*

9 *Limita quando Princeps concedit tale jus excavandi in fundo ipſius Domini privati.*

10 *Sublimita, quando is, qui habuit privilegium à Principe cœpit fodere, vel expenſas aliquas fecit pro fodiendo, & præparando ea, quæ ſunt neceſſaria.*

PRo intelligentia quæſtionis, primò, ſciendum eſt,
quòd de jure communi, tùnc ferè antiquato ve-
næ metallorum ſpectare videntur ad Dominum fun-
di, in quo fodinæ ſunt per Text. *in l. æquiſſimum,* §. 1
1. *ff. de uſufruct.* Afflict. *in tit. quæ ſint regalia,* § *Ar-*
gentaria numer. 1. ubi declarat Text. *in l. inter pu-*
blica in fin. ff. de verb. ſignificat. ubi habetur Argen- 2
tarios eſſe de jure publico, & ad Principem ſpecta-
re, illum Text. intelligens quantum ad partem, quæ
ſpectat ad Fiſcum, id eſt decimam, non autem ſim-
pliciter, & in totum, & ibidem etiam Joan. Paul.
Balzaranus *num.* 2. Boſſ. *in tit. de metal. nu* 4. Afflict.
decis. 321. *per totam,* & latè Urſil. *ad eundem num.*
1. *& ſeq.* Peregr. *de jure Fiſci lib.* 4. *tit.* 2. *numer.* 11.
verſic. dubium eſt, Farinac. *quæſt.* 104. *num.* 53. Ripolt.
de regal. cap. 16. *num.* 13. *& ſeqq.*

Sed de conſuetudine feudali à Regibus, & Prin-
cipibus extenſa venæ argenti, & auri ſunt de rega- 3
libus Principis, & ad ipſum ſpectant, ſive in ipſius,
ſive in privati fundo inventæ ſint, prout eſt Text.
in dict. §. *Argentaria,* ubi Andr. de Iſer. & Afflict.
num 11. Farinac. *dict. quæſt.* 104. *num.* 36. Eminen-
tiſſ. de Luc. *de regal. diſcurſ.* 147. *num.* 18. ubi idem
de aliis lapidibus pretioſis, qui ſub gemmarum no-
mine veniunt.

Adeout nemo poſſit eas perquirere, nec fodere,
nec exhaurire, nec inveſtigare ſine Principis expreſſa 4
licentia, Boſſ. *in tit. de metallis num.* 5. Peregrin. *de*
jure Fiſci lib. 4. *tit.* 2. *numer.* 14. Farinac. *dict. quæſt.*
104. *num.* 45. Ripolt. *dict. cap.* 16. *numer.* 15. *& ſe-*
quentib. & num. 28. *&* 29. etſi ſit Dominus fundi,
cui licèt de jure communi jus fodiendi abſque alio 5
Principis privilegio competat, Boſſ. *ubi ſupra num.* 4.
tamen ſecundùm jura regaliæ, quæ conſiſtunt aper-
tè in danda dicta licentia tale jus privato, etiam
Domino non competit ſecundum Ripolt. & cæteros
ſupra relatos.

Unde ſecundùm iſta facilè eſt concludere, 6
quòd poſſit Princeps dare licentiam fodiendi, &
inveniendi in fundo alieno metalla, etiam Domi-
nis invitis, Afflict. *dict.* §. *Argentariæ numer.* 10.
Peregrin. *dict. tit.* 2. *numer.* 14. Farinac. *dict. quæſt.*
104. *numer.* 45. *&* 47. Roſental. *de feudis cap.* 5.
conclus. 90. *numer.* 1. *& ſeqq.* ubi plenè Afflict. *de-*
cis. 321. *per totam,* & latè Urſil. ad eundem Peregrin.
de jure Fiſci lib. 4. *tit. ſecundo numer.* 11. *verſic. du-*
bium eſt, dummodò reficiatur Domino damnum,
quòd ex excavatione contingit, *l. venditor,* §. *ſi con-* 7
ſtat, ff. com. prædior. Afflict. *ubi ſupra num.* 10. *in*
fine, & 17. Farinac. *dict. quæſt.* 104. *num.* 66 Ri-
polt. *dict. cap.* 16. *num.* 34. ex quibus etiam facilè
eſt deducere, quod alias nec conſuetudo valeret, &
Principis quælibet conceſſio eſſet iniqua.

Iſtis ſic prænotatis diſtinguendum eſt pro veritate
indaganda, quòd ſi velimus loqui in terminis ju-
ris communis Domino invito non poſſit fieri exca-
vatio, & ſic fruſtratoria eſt prælatio, ſi verò volu-

mus

mus veram ſupponere concluſionem, quod conſuetudo feudalis, & generalis tali jure derogaverit, & tunc ſubdiſtinguendum puto.

8 Aut enim dicimus, quòd venæ iſtæ pretioſæ ſpectent ad Principem, ſintque de regalibus ipſius, & tunc nulla eſt danda Domino fundi prælatio, & ſi ipſe velit excavare ſolvendo idem pretium Regi, cùm enim poſſet Rex ipſe excavare, etiam Domino contradicente, & invenire res proprias, ſi velit aliis tale jus concedere, non poteſt conquæri Dominus, nec debemus Principis poteſtatem ſiç reſtringere quando utitur re propria.

9 Aut dicimus, quòd tales fodinæ pertinent ad jura privatorum, & jus regaliç conſiſtat tantùm in dando licentiam, & privilegium fodiendi, & excavandi, & hoc caſu ſi Dominus velit ipſe fodere, & prælationem petat pro eodem pretio, eſt ipſi talis prælatio danda, Caſtr. *in l. venditor.* §. *ſi conſtat, ff. comm. præd. numer.* 2. Imol. *conſil.* 87. *numer.* 1. Afflict. *in dict.* §. *Argentariæ numer.* 7. & 8. & *decis.* 321. *numer.* 15. Urſil. ad eumdem *numero* 3. Cæpol. *de ſervit. ruſt. præd cap.* 22. *rub. de montibus numero* 4. *in fin.* Farinac. *dict. quæſt.* 104. *numer.* 50. Roſenthal. *de feud. dict. cap.* 5. *concluſ.* 90. *numer.* 4. & 5. Sixtin. *de regalibus lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 51. Ripoll. *dict. cap.* 16. *num.* 36. & *ſeqq.* ubi quòd poteſt fodere ipſe abſque alia Principis licentia, cum ipſe Dominus fundi cenſeatur fodere ex jure permiſſo à Rege ipſi Metallario, quod abſolutè verum non exiſtimo cùm hoc non ſit implorare prælationis remedium, ſed uti omnimoda Principis licentia, idque præſertim ſi Dominus fundi fodere cœpit, Imol. *dict. conſil.* 87. *numer.* 8. Add. ad Roſenthal *dict. concluſ.* 90. *litt. F.* dummodò tamen is, qui habuit privile-
10 gium non cœperit fodere, vel expenſas aliquas non fecerit pro fodiendo, & præparando ea, quæ ſunt neceſſaria, quia tunc præoccupans habens privilegium eſt præferendus Domino, Boſſ. *ubi ſupra numer.* 1. *in fine,* Afflict. *dict. paragraph. Argentariæ numero* 5. Cæpol. *d. cap.* 22. *numer.* 4. Farinac. *d. quæſt.* 104. *num.* 50. Roſenthal. *d. concluſ.* 90. *numero* 6. & *ſeqq.* ubi Adden. *lit.* G. & eſt conſ. Caſtr. 4. *column.* 1. *verſ. nec obſtat lib.* 2. Card. Tuſch. *lit. T. concl.* 300. *num.* 8.

Et dummodò conſuetudo aliud non ſuadeat, ut omnes jam citati fatentur.

QUÆSTIO LXVIII.

An Civibus, & habitationibus alicujus loci detur prælatio quando unus ex cohabitatoribus vult vendere rem extraneo, & extero.

SUMMARIUM.

1 *Civi ejuſdem loci competit prælatio, quando Concivis vult vendere rem, quæ eſt in eodem territorio, forenſi, & extero.*

2 *Contrarium tamen eſt verius.*

Text. in l. unica, C. non licer. habitat. Metrocom. lib. 11. *explicatur.*

3 *Metrocomiæ dicta ſunt menſura terrarum colonis deductis à Romanis in exteras provincias aſſignata.*

4 *Vel majores villæ, quæ ſub ſe plura continebant caſtra, burgos, pagos, & vicos.*

5 *Metroici, locum ſibi à Principe aſſignatum deſerere non poterant, niſi ejuſdem Principis accedente licentia.*

6 *In Metrocomiis nemo acquirere, vel poſſidere poterat ſine Principis licentia exceptis Convicanis.*

7 Text. in d. l. unica, C. non licer. habitat. Metrocom. lib. 11. *eſt ſpecialis, ſtricte intelligendus, & ad alios caſus extendi non poteſt.*

8 *Prohibitio, quod res non vendatur niſi intra certas perſonas, & prælationis jus, multum differunt.*

9 *Civis, vel Comprovincialis non præfertur in emptione columnarum, vel ſtatuarum, quas alius Civis forenſi vendidit.*

10 *Concivibus, & Conterraneis* per Conſtit. ſancimus de jur. protomiſ. *competit prælatio, quando Concivis, forenſi rem vendidit.*

11 *Contrarium tamen defenditur.*

12 *Dominus directus præfertur in concurſu Concivium, qui vigore ſtatuti, vel privilegii habent jus prælationis in emptione rei venditæ forenſi.*

Videtur dicendum, quòd Civibus ejuſdem loci prælatio competat, quia Text. adeſt expreſſus in *l. unic. C. non licere habitator. Metrocom. lib.* 11. diſponens, quòd habitatoribus alicujus loci non li-
ceat ulli extraneo rem ſuam vendere, ſed eam aliis 1
cohabitatoribus, & Concivibus omninò vendere debeant, juxta notata in *d. l.* per DD. & ſpecialiter ita probat Caldas *de Iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 3. *tit. de emphyt. extinct. num.* 14. *in princ.* Rendel. *de Jur. protomiſ.* § *in primis, verbo ſub eod. ſervitio numer.* 67. *fol.* 129. & *ſeq.* Andr. Ranchb. *part. prima quæſt.* 43. *num.* 22. *poſt princ.* Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 39. *de jur. protomiſ. numer.* 6. ſequitur Koppen. *deciſ. German.* 52. *numero* 4. *verſ.* 2.

Sed contrarium eſt verius, & pro intelligentia
dicta l. unica, ſciendum eſt, quòd Romani ſolebant
devicta aliqua Urbe, vel Provincia potentiores In-
colas, ſeu Armigeros inde extrahere bonis dereli- 2
ctis, illiſque Ærario publico applicatis, & alias
Terras, ipſis aſſignare in loco, in quo eos habita-
re cogebant, quæ pariter Terræ ad publicum Æra-
rium ſpectabant, ut ſæpè legimus apud Dionyſ. Hi-
ſtor. Raman. *lib.* 2. 3. & *ſeqq.* & metrocomiæ inde 3
dictæ ſunt, ideſt menſuræ, cuique ex iſtis aſſigna-
tæ, ut ſcribit erudite Anton. Perez. *in dicta leg.*
unic. numer. 1. Guido Pancirol. *in Theſaur. var.*
leg. pag. 375. & 243. Jacob. Durant. Caſellius *lib.*
1. *var. cap.* 6. Ferdinand. à Caſtro *exercit. Salamatin. prima, numer.* 44. *fol. mihi* 49. & plenè
Solorzan. *de Iur. Indiar. lib.* 1. *cap.* 23. *numero*
30. & *pluribus ſeqq. ſignanter numer.* 34. *fol. mihi*
170. *numero ſecund.* & eſt Text. *in l. quart. C.* 4
de Jur. fiſc. lib. 10. ubi DD. ſive ut alii ſcribunt
Metrocomia dicta eſt Villa major, quæ ſub ſe plura continebat Caſtra, Burgos, Pagos, & Vicos, ut explicat Amaya *in l.* 3. *numer.* 20. *C. de præd. decurion. lib.* 10. Ferdinand. à Caſtro *ubi ſupra numer.* 65. & *ſeqq.* Unde iſti qui poſſidebant Metroici dicti ſunt, ut paret ex Text. & DD. Imperatores autem Leo, & Anthemius in *dicta l. unic.* diſpoſuerunt ne iſti Metroici, quibus de publicò datæ erant Terræ, & fundi illos in alios præter habitatores Metrocomiæ ideſt ejuſdem Villæ, vel Territorii transferrent, annullando ulterius quemcumque contractum contra ſua placita factum, ut explicant Joan. de Platea *in dicta l. unic. in princ.* ubi etiam Anton. Perez. *numer.* 1. & Lucas de Penna, & plenè Amaya *in dicta l.* 3. *à num.* 20. *ad* 29. ubi reſpondet legibus, quæ videntur contrarium ſuadere Molfeſ. *ad conſuet. Neapol. part.* 12. *tit. de jur.*

2 Contrarium tamen eſt verius, nam iſtorum doctrina ſimpliciter ſumpta maximum continet in Jure æquivocum, & pro majori claritate ſciendum eſt, quòd olim antequam creditor potuiſſet pignus jure dominii poſſidere præcedere debebat ſolemnitas proſcriptionis, ſeu haſtæ publicæ, & poſt addictum à Principe creditori dominium, debitor habebat anni ſpatium, intra quod offerendo debitum poterat pignus jam addictum recuperare, ut notat gloſſ. *in dicta l. fin. in ſigurat. caſus in princip.* ac melius Anton. Perez *in lib. 8. codicis tit. 34. numer.* 4. Arias de Meſa *var. reſ. lib. 1. cap. 42. numer.* 12. hanc autem
3 vetuſtiſſimam obſervationem corrigendam ſtatuit Juſtinianus, & ideò *in dicta l. final.* diſpoſuit, quòd nulla interveniente conventione inter creditorem, & debitorem pignorantem debeat prius denunciare debitori, ut ſolvat, & facta denunciatione, vel à Judice ſententia interloquutoria prolata biennio poſt hæc effluxo. ſi debitor non ſolverit poſſit creditor pignus vendere, quòd ſi emptorem creditor non reperiat iterum debitori denunciet, atque Judicem adhibeat, ut eidem aſſignet competentem terminum ad ſolvendum; Si autem his peractis, & transacto termino debitor totum debitum non ſolverit, ſancivit Imperator licitum eſſe creditori à ſolo Principe impetrare, ut ei indulgeat pignus Iure dominii poſſidere, & poſtquam hoc fuerit ſubſecutum: (ſunt verba Textus) *Pietatis intuitu habeat debitor intra biennii tempus in ſuam rem humanum regreſſum ex die Sacri Oraculi numerandum, & liceat ei creditori, qui jam dominus factus eſt offerre debitum cum uſuris, & damnis vitio ejus creditori illatis quorum quantitatem creditor debeat ſuo juramento manifeſtare, & ſuum pignus recuperare.*

4 Ecce igitur, quòd Text. *in dicta l. fin.* ex quo Doctores iſtam prælationem colligunt, nullo modo poteſt eorum opinionem confirmare, non enim lex prælationis jus debitori tribuit, neque creditorem cogi potiùs vendere priori Domino, quàm extraneis, ſed pietatis intuitu poteſtatem concedit priori Domino debitum cum uſuris, & damnis creditori offerre, & pignus recuperare intra biennium tantùm, quo elapſo, pleniſſimam impartitur creditori ſecuritatem, eumque irrevocabilem Dominum conſtituit, *ut in § ſin autem biennium*, quæ abſque dubio non conveniunt materiæ, de qua agimus, cùm nihil aliud diſponat Imperator *in dicto §. ſin autem tempore ſtatuto*, quam mediante Principis reſcripto revocabilem Dominum creditorem conſtituere intra biennium, & poſt biennium ipſi irrevocabiliter pignus concedere, & iſte eſt vetus ſenſus *dict. l. final.* ut colligitur ex intergra ejuſdem lectura, & ex Salicet. Anton. Perez. aliiſque ſuper eadem ſcribentibus, & ex Antonell. *de temp legal. lib. 2. cap. 17. num.* 12. atque ex eodem Merlin. *in dicto tract. de pignor. l. 4. quæſt. 45. num.* 50.

Imò dicta lex ferè in deſuetudinem abiit, mori-
5 bus enim hodiernis vix eſt receptum remedium impetrationis uti longum, & creditoribus non ſatis utile, & ferè nullum eſt caſtrum, quod ſuper diſpoſitis *à dict. l.* ſibi ſpecialiter non providerit, ut teſtatur Gloſſ. *in dicta l. fin. verb. recuperare, verſ. ſed hac*, & Salicetus *ibidem n. 2. verſ. hodie tamen*, Roderic. *de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 17. numer.* 19. Arias de Meſa *dicto cap. 42. nu.* 13. & ferè communis praxis eſt, quòd à Principe jus dominii non impetretur, ſed bona ſubhaſtentur, & deliberentur, atque creditor, ut quilibet alius ad licitandum, & augendum admittatur, & poſtea ex pretio bonorum ſolvitur creditoribus pro rata crediti, & anterioritatis cujuſcumque prout quotidiana praxis obſervat, & notant Rebuf. *ad conſtit. Gall. in proœmio gloſſ. 5. numero* 103. Anton. Perez. *in dict. lib. 8. C. tit. 34. numer.* 8.

Neque Bartolus unquam affirmavit competere priori Domino tale Ius, ſed tantum ipſum admitti ad emendum, ut admittitur quilibet alius extraneus.

Sed hic pulchrè quærendum eſt, an is, qui rem 6
aliquam in pignus retinet ullum jus prælationis habeat in illius rei emptione, & negativè eſt reſpondendum, ſi enim de ſuo credito ſit ſatisfactus reſolvitur jus pignoris, & qualibet prætenſio ſuper eo, ſi verò non ſit ſatisfactus, aut poterit inſiſtere ſuper pignore uſque ad integram ſatisfactionem, aut tranſibit res hypothecata cum onere ſuo, ut dixi *in quæſt. 59. num. 2. & 3.*

Et licèt Sanſelic. *decis. Neapol. 106. numer. 10. verſ. vel quod ratione hypothecæ*, concludat, quòd creditori hypothecario præcipuè ſi ſpeciali hypotheca munitus ſit competat prælatio, quando debitor alteri rem hypothecatam vult locare, tamen ejus opinio eſt falliſſima, nam refert Covar. *var. lib. 2. cap. 15. numer. 3.* & Cacheran. *decis. Pedem. 156. num. 5.* qui nunquam id dicere ſomniarunt, ſed tantùm concludunt poſſe creditorem non obſtante locatione facta ipſi rei inſiſtere, donec ſit ſatisfactus, & quamvis Cacheran. *ibidem num. 1. & ſeqq.* late defendat creditorem hypothecarium habere jus in re, non tamen firmat hujus juris vigore prælationem ipſi competere, neque ſi hoc diceret verum eſſet, nam ut ſæpè in hoc tractatu dixi multis jus in re habentibus prælatio negatur, & ſignanter conſortibus, ſociis, aliiſque ſimilibus.

Atque in ſpecie, quòd ſcilicet creditori etiam poſſeſſori ipſius rei non competat prælatio, ſed tantùm jus offerendi totum creditum, & rem retinendi, probat Thor. poſt hæc ſcripta viſus *in compend. deciſ. Neap. part. 2. verſ. Prælatio fol. mihi* 487. *circa fin. & ſeq.* Tapia *decis. Neapol. 57. num. 16. & 21.* ubi quòd tractandum eſt de terminis juris offerendi, non autem prælationis, & hæc eſt veritas. quidquid diſſerat ibidem Tapia, an ſcilicet debeat offerri totum debitum, an verò juſtum rei pretium, aut illud quod alii obtulerunt, quòd non eſt noſtrum hic quærere, & principalem concluſionem defendit Rot. *decis. 758. numer. 10. part. 18. tom. 2. recent.*

QUÆSTIO LXX.

An prælatio detur debitori, quando creditor pro minori ſumma cedit actionem, quam contra debitorem habet, alteri extraneo.

SUMMARIUM.

1 *Debitor præfertur, quando creditor pro minori ſumma cedit creditorem, quod contra ipſum habet alteri extraneo.*

2 *Contrarium eſt verius.*
Text. in l. per diverſas, & in l. ab Anaſtaſio, C. mand. *declaratur, & per tot. quæſtionem.*

3 *Ceſſionarius creditoris, non poteſt agere contra debitorem, niſi pro ſumma, quam verè ipſe ſolvit.*

4 *Et reſiduum pretii, quod ſolutum eſſe non conſtat, debitoris lucro cedit in pœnam ſimulatæ ceſſionis.*

5 *Limita, quando jus, quod ceditur eſt certum, & clarum.*

6 *Limita ſecundò, quando ceditur nomen debitoris, qui ſe debitorem confeſſus fuit.*

7 *Limita tertiò, in fidejuſſore reportante ceſſionem à creditore contra principalem debitorem, alioſque confidejuſſores.*

8 *Limita quartò, quando ceſſio fuit facta poſſidenti pro ſuæ poſſeſſionis majori tuitione.*

9 *Limita quintò, in ceſſione facta acceſſoriè ratione contractus venditionis præcedentis.*

10 *Limita ſextò, quando ceditur jus periculo ſubjectum, pro quo recuperando veriſimiliter magna expenſa ſunt facienda.*

1 DIxit Parlador. *quotid. different. different*, 107. §. 1. *numer.* 2. & 3. agendo de materia prælationis, quòd debitor prætertur, quodque poteſt tantundem numerando, & offerendo quantum revera ceſſionarius numeravit cedenti, illum expellere, & litis redemptorem removere allegando Text. *in l. per diverſas, & in l. ab Anaſtaſio, Cod. man-*
2 *dat.* quod nec leges illæ dicunt, neque ad hunc ſenſum protrahi ullo modo poſſunt, illæ enim leges nil aliud diſpoſuerunt, niſi quòd redemptores actionum, & litium, quibus facta eſt ceſſio actionis pro minori ſumma non poſſint agere, niſi pro ea ſumma, pro qua vera pecuniæ numeratio intervenit, quodque ſimulata præſumatur ceſſio facta pro parva pecunia, & quod uſurarum actio
3 nonniſi pro portione ſolutæ ſortis exoriatur, quòd quantum ſit alienum à prælationis materia omnibus ſcribentibus notum eſt.

Non introduxerunt itaque leges iſtæ prælationis Beneficium favore debitoris, ſed tantùm exceptionis ſimulationis confugium, quod nonniſi debitori ceſſo patrocinari poteſt, ut dicunt *in d. l. per diverſas numer.* 12. Spad. *conſ.* 228. *num.* 11. *lib.* 2.

Ideò benè dixerunt Felcian. *de Cenſ. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num* 11. Giurb. *deciſ.* 117. *num.* 4. Coſta *de rem Subſid. rem.* 39. *num.* 1. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 1. *num* 363. quòd iſtæ leges locum tantùm habeant, & intelligendæ ſint tantùm de iis, qui avaritia ducti aliorum litium redemptores fiunt, quibus ceſſio actionis ſuffragari non poteſt, niſi pro ea ſumma, quam verè numeraverint, cùm reſiduum pretii, quod ſolutum eſſe non conſtat de-
4 bitoris lucro cedat in pœnam ſimulatæ ceſſionis, ut benè deducitur *ex dd. legibus*, & notant Fontanell. *deciſ. Cathal.* 180. *num.* 10. Olea *de ceſſ. Iur. tit.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 71. *cum ſeqq.*

Quando igitur jus, quod ceditur eſt certum, & de eo conſtat per Inſtrumentum, ſententiam, vel
5 alium legitimum titulum, tunc ceſſio etiam pro minori pretio non prohibetur, nec actio in totum Ceſſionario denegatur, minuſque poteſt debitor ceſſus exceptionis hujuſmodi clypeo tueri, cùm illæ leges ſolum ceſſionem alicujus incerti juris improbent, ut Ang. notat *in dict. l. ab Anaſtaſionum.* 3. Salicet. *num.* 8. & 9. Gabr. *conſ.* 67. *num.* 10. & 11. *lib.* 1. Olea *de ceſſ. Iur. tit.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 55. Giurb. *deciſ.* 117. *num.* 4. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 72. *num.* 19. Rot. *deciſ.* 307. *num.* 13. *part.* 1. *deciſ.* 147. *num.* 32. *part.* 11. *ac deciſ.* 218. *num.* 10. *part.* 13. *recent.*

Et ideò quando ceditur nomen debitoris, qui ſe debitorem confeſſus fuit, ceſſio etiam modicæ pe-
6 cuniæ valet, nec debitor aliqua exceptione tueri valet, ſed totum debitum Ceſſionario ſolvere tenetur, dum ipſius nulla datur vexatio, benè Alberic. *in dict. l. per diverſas poſt princ.* ibique Ang. *num.* 2. Roberic. *de ann. redit. lib* 1. *cap.* 8. *num.* 26. *in fin.* Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 1. *à numer.* 162. *uſque ad* 164.

7 Idem protinus diſpoſitum repetitur de fidejuſſore, qui ſi ſolvat Creditori, & ceſſionem obtineat contra principalem Debitorem, alioſque Confidejuſſores, nequit ei opponi, quòd non conſtet de vera numeratione pretii, adeò ut ſufficiat etiam confeſſio de recepto, cùm enim iſte non dicatur litis redemptor, ſed potiùs propriæ obligationis peremptor, non poteſt dici ceſſio ipſi facta in fraudem Anaſtaſiæ Conſtitutionis, nec illi ſubjacet plenè Guttierez *de Iuramen. confirmat. lib.* 1. *cap.* 63. *num.* 12. Cancer. *var. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 78. & *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 196. & *cap.* 8 *num.* 40. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 71. *numer.* 20. cum aliis per Oleam *de ceſſ. Iur. tit.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 63.

Leges itaque illæ non emanarunt ad prælatio-
nem Debitori concedendam, ſed ad ſimulationem, 8
& litis redemptionem coërcendam, & ideò nec locum habent, quando Ceſſio fit poſſidenti pro ſuæ poſſeſſionis majori tuitione, Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 129. *numer.* 12. & 16. & *conſ.* 513. *num.* 15. Gabr. *de act. concl.* 5. *num.* 8. & 54. Bich. *deciſ.* 10. *numer.* 5. Bonden. *collect.* 9. *num.* 125. ubi concordantes.

Nec in ceſſione facta acceſſoriè ratione contra-
ctus venditionis præcedentis, Gratian. *diſc.* 275. *nu.* 9
29. Trentacinq. *var. reſ. lib.* 2. *tit. de act. reſ.* 2. *num.* 22. & 27. plenè Bonden. *dicta collect.* 9. *num.* 122.

Nec quando ceditur Jus periculo ſubjectum, pro
quo recuperando veriſimiliter magnas expenſas fa- 10
ciendas eſſe appareret, Cancer. *var. dicto cap.* 1. *numer.* 166. plenè Giurb. *decis.* 117. *num.* 3. 4. & 13. Rot. *decis.* 307. *num.* 11. & 12. *part.* 1. ubi plenè, & *decis.* 228. *numer.* 12. *part.* 13. *recent.*

Ideò meliùs dixiſſet Parladot. quòd debitor in caſu *dicta l. per diverſas, & l. ab Anaſtaſio*, non offerendo ſimpliciter, ſed ſolvendo ceſſionario id, quod idem ceſſionarius exburſavit Creditori cedenti, liberetur ab obligatione etiam majoris ſummæ tam reſpectu ceſſionarii, quàm cedentis, quod in effectu non eſt prælationem aliquam dare Debitori, quam nullo modo habet, ſed eidem præbere beneficium ſolvendi partem debiti, ideſt ſummam, quam exburſavit actualiter Ceſſionarius, & cum illa ſolutione ſe liberandi ab integra obligatione, quod certè notabile eſt.

Imò ex lectura dictarum legum patet, quòd litis redemptori datur actio contra debitorem ceſſum pro ſumma ab eo ſoluta, quam quidem actionem nullo modo Ceſſionarius poſſet habere, ſi debitor poſſet offerendo Creditori cedenti illam ſummam, pro qua creditum vult alteri cedere, eumdem ceſſionarium repellere.

QUÆSTIO LXXI.

An quando venditur fundus colonarius Principis, & Fiſci præferendi ſint ipſi coloni extraneis emptoribus.

SUMMARIUM.

1 *Coloni adſcriptitii, erant tam prædio adſcripti, ut ne puncto quidem temporis, à Glebis amoveri deberent.*

2 *Imò nec vendi poterat prædium, nec donari, vel legari, niſi & ipſi venditioni acceſſiſſent.*

3 *Coloni Principis, vel Fiſci, admittuntur ad emendum rem quam colunt, eo modo, quo quilibet alius admittitur*

4 *Colonus Principis, quando vult vendere Agrum, vel Ius, quod habet in illo tenetur requirere omnes alios Colonos ejuſdem fundi, & ipſos in venditione præferre,*

5 *Contra-*

5 *Contrarium tamen defenditur.*
Text. in l. quoties, Cod. de Agricol. & Mancip. Dominic. *exp natur.*
6 *Coloni Principis, vel Fiſci, prælationis Ius habent in Emptione ipſius rei, quam Fiſcus vult aliis vendere.*
7 *Contrarium tamen eſt verius.*
8 *Verbum* placuerit, *non importat neceſſitatem, ſed liberam facultatem oſtendit.*

Coloni in duplici erant differentia, alii enim erant adſcriptitii, qui priſcis Romanorum temporibus in Colonias nomina dabant, ut eſſent coloni, ut notavit Feſtus *lib. 2. de verb. ſignificat* qui erant
1 tam prædio adſcripti, ut ne puncto quidem temporis à glebis amoveri deberent, juxta Text. *in l. colonus 15. Cod. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. unica, C. de*
2 *colon. Paleſtin. eodem lib.* nec vendi poterat prædium nec donari, vel legari, niſi & ipſi venditioni acceſſiſſent, *l. ſi prædium 2. C. de agricol. & cenſit. eodem, lib. 11. l. ſi inquilinus 112. ff. de legat.* 1. imò ipſis donatis, vel occupatis fundus, etiam donatus exiſtimabatur, *l. quiſquis tertia, C. eodem*, adeout nulla, vel modica inter ſervos, & iſtos colonos adeſſet differentia, *l. ne diutius 20. C. eodem*, de quibus non eſt quæſtio noſtra.

Alii erant Coloni, qui liberè colebant, vel conducebant fundum patrimonialem Principis, de quibus
3 eſt quæſtio, cum primis Colonis adſcriptitiis non poterat fundus, quem colebant, adjici, & è contra iſtis Colonis ſive conductoribus liberis emptionis titulo, ac jure privato poterat fundus Principis applicari, ut notat Anton. Perez *in lib. 11. C. tit. de agricol. & mancip. num. 5.*

Iſtis præhabitis quæſtio duobus modis poteſt figurari, primò modo quando plures ſunt coloni, & unus vult vendere portionem ſuam, ſecundò modo quando Princeps ipſe vult vendere agrum colonicum in pri-
4 mo caſu ſunt, qui defendunt per Text. *in l. quoties 6. Cod. de agricol. & mancip. Dominic. lib. 11.* quod quando Colonus Principis vult vendere agrum ſuum colonicum teneatur requirere alios, qui ſunt de ſimili origine; ſeu jure, atque ipſis prælationem dare, ut notat Luc. de Penna *in dicta l. quoties in princip* ubi etiam Odofred. quos ſequitur Jacob. Novel. *de jur. protomiſ. § ſecundo num. 138. & ſeqq.* Rumm. in addit. ad Afflict. *de Iur. protomiſ. fol. mihi 5. num. 9.* quorum opinio videtur eſſe contra præciſam litteram
5 Textus, quoniam tam ex verbis legis, quàm ex caſu ipſo in eadem *l. figurato*, patet ibidem, agi de venditione facienda ab ipſo Principe, verba enim illa *quoties aliena Colonorum agrum privati patrimonii noſtri placuerit venundari*, grammaticaliter ſumpta non Indicant, quod à Colono fiet venditio, benè tamen quod uni ex Coloni fundus vendatur, & ideò Imperator adjecit illa verba *placuerit venundari*, quæ tamquam nimis humana. & humilia certè referri nequeunt ad colonum, qui velit vendere, ſed ad Principem cui placeat rem ſuam venundari, Caſus autem figuratus *in dicta l.* eſt venditionis agri privati patrimonii Principis, qui nulla juris ratione vendi poterat à Colono, qui dum colonus erat, proprietatis Dominus eſſe non poterat, proinde Joan. de Platea *in dicta l. quoties num. 1.* & Afflict. *de jur. protomiſ. num. 9.* juſtè defendere videntur Textum loqui de venditione facienda à Principe, non autem de illa facienda ab iiſdem Colonis.

In ſecundo caſu, quando nempè venditio fit à
6 Principe ſunt etiam, qui defendunt Colonos præferendos eſſe in emptione, per Text. *in dicta l. quoties*, ubi Ioannes de Platea *num. 1. verſ. alii autem extranei*, & iterum *in leg. unica ſub num. 2. circa fin. verſic. ſic & fundus colonarius, C. non licere habitator. Metrocom. eod. lib.* Afflict. *de jur. protomiſ. in rub. num. 9.* Iacob. Novel. *eodem tractat. dicto §. 2. num. 148. & ſeq.*

Verum *ex dicta l. quoties*, talis prælatio mihi ema- 7
nare non videtur, nam Imperator *in dicta l.* propriæ rei privilegium impartitus eſt; Etenim ſancivit, quod quoties Princeps vendere volebat prædium proprii patrimonii alicui ex colonis in dicto prædio exiſtentibus, non uni tantum colono, ſed duobus, vel pluribus colonis ex ſimili origine, vel jure venientibus fundus venderetur, ne ſi contingeret uni tantum colono fundum vendi ipſe colonus aliis conſortibus ruſticia gravis, atque moleſtus exiſteret, ut arguitur ex verbis *dicta legis*, & notat ibidem Luc. de Penna, atque Anton. Perez *in dictum tit. num. 5.* quod proprium eſt ruſticorum qui dum ditantur ſuperbire, & eſſe graves cæteris ruſticitatem exercentibus incipiunt, ut experientia docet, & præcitati DD. concludunt, idèòque ne prædia à cæteris colonis conſortibus deſererentur propter duritiem, malitiam ne rixas alterius coloni, & propter Fiſci Principiſque detrimentum, quod ex deſertione ſequeretur, nec non propter ejuſdem Principis favorem reſultantem ex eo quod meliùs, & majus pretium offerre veriſimiliter poſſunt illi qui informati ſunt de qualitate prædii, Imperator ſtatuit, quod ipſo exoptante vendere colonis ipſis illud prædium, non uni tantùm, ſed pluribus colonis venderetur, & ita apertè colligitur ex lectura *dicta legis*, & ex his, quæ notat ibidem Ioannes de Platea *num. 1. verſic. ſi ergo, & numer. 2. verſic. ſolve quod hic*, licèt ipſe variet, & Anton. Perez *in dictum tit. num. 5.*

Unde dum Princeps voluit propriæ rei conſulere, & cum politica ſibi ipſi favere non eſt dicendum, quod voluerit à ſe tollere liberam facultatem alienandi, & vendendi dictum fundum, colonos in emptione præferendo.

Præterea id ipſum indicant manifeſtè verba *ipſius legis* ſupra ponderata, ex quibus apertè colligitur, quod tunc demum alii coloni in emptione per- 8
neceſſe ſociari debent, *ſi alicui colonorum placuerit agrum venundari*; ponderando igitur verbum illud *placuerit in dict. l.* appoſitum, quod non importat neceſſitatem colonis vendendi, ſed veram, & liberam facultatem oſtendit præſertim à Principe prolatum, Becc. *conſ. 88. num. 48.* Menoch. *conſ. 87. numer. 7.* Caſtil. *quotid. lib. 5. cap. 114. num. 6. & 7.* jam appaæt Principem ſi nolit vendere colonis poſſe in quemlibet extraneum agrum colonarium alienare, abſque eo quod competat colonis prælatio.

QUÆSTIO LXXII.

Ab eodem Authore addita.

ARGUMENTUM.

An vendens rem ſuam cum reſervatione dominii quouſque pretium fuerit ſolutum habeat jus prælationis, quando emptor dictam rem alteri vult vendere.

SUMMARIUM.

1 *Pactum reſervationis dominii, donec pretium ſit ſolutum in contractu venditionis eſt nullum.*
2 *Contrarium tuetur Author num. 2.*

3 *Pericu-*

3 *Periculum rei venditæ cum reſervatione dominii ſpectas ad emptorem, non autem ad venditorem.*

4 *Compatibile eſt, quod dominium apud venditorem maneat, & emptor ſubeat rei venditæ periculum.*

Declara id procedere, quando agitur de reſervatione dominii propria num. 5. *&* 6.

7 *Venditio cum reſervatione dominii proprii, quouſque pretium ſit ſolutum, induit potius naturam locationis.*

Intellige id procedere impropriè, quia revera contractus eſt venditionis, num. 8. *&* 9.

10 *Prælationis jus competit venditori, qui ſibi reſervavit dominium improprium, ideſt ſpecialem hypothecam privilegiatam, juxtà opinionem Bonden.*

Contrarium tuetur Author num. 11.

12 *Prælationis jus competit venditori, qui ſibi reſervavit dominium proprium, & verum, quouſque pretium fuerit ſolutum, juxta opinionem Bonden. & Gobb. ſed Author num.* 13. *& ſeqq. & per totam quæſtionem eoſdem rejicit.*

13 *Locator præfertur in ſublocatione facta à conductore.*

Contrarium defenditur num. 15.

14 *Conductor ad longum tempus ratione dominii utilis præfertur, vendente locatorem rem locatam.*

Contrarium defenditur num. 15.

16 *Colono vendente fructus ex prædio perceptos, dominus prædii prælationis jus obtinet.*

Contrarium ſubſtinet Author num. 17.

18 *Venditio cum pacto reſervationis dominii proprii, aſſimilatur contractui emphyteutico, & livellario.*

Contrarium tuetur Author num. 19. *&* 20. *ubi notatur differentia.*

21 *Emptor cum pacto reſervationis dominii favore venditoris ſtatim ac pretium ſolvit, acquirit dominium. Ubi etiam quod hypotheca contracta ab emptore, qui emit cum pacto reſervationis dominii favore venditoris, ſtatim ſoluto pretio reconvaleſcant.*

22 *Dominus directus præfertur in retrovenditione rei emphyteuticæ, quamvis conceſſio emphteutica ſit facta cum pacto francandi.*

Contrarium tuentur aliqui Doctores num. 23.

Sed Author tuetur primam opinionem num. 24.

25 *Jus prælationis non competit abſolutè ratione dominii.*

26 *Emptor cum pacto reſervationis veri dominii favore venditoris, poteſt vendere, & cedere jus, quod habet vigore contractus, nullo adhibito conſenſu venditoris.*

27 *Locator non præfertur, quando conductor ad longum tempus vendit, ſeu cedit jus ſuum alteri extraneo.*

Argumentum ab emphyteuſi ad locationem ad longum tempus in materia caducitatis laudemii, & prælationis non currit, ibidem.

28 *Reprobantur Bonden.* colluct. 48. & 49. vol. 2. *& Gobb.* conſult. 140.

29 *Venditor cum reſervatione dominii quouſque ſolutum ſit pretium poteſt uti remediis avocationis rei, manuum injectionis, & aſſociationis, ſed non poteſt reſilire à contractu.*

30 *Venditor cum reſervatione veri dominii retinet directum, & transfert utile tantùm.*

Conſors præfertur in venditione facta ab alio Conſorte, ibidem.

Contrarium, ut verius, putat Author num. 32.

Conſortium adeſt inter venditorem ſibi reſervantem dominium, & emptorem, ibidem num. 30.

Contrarium ſubſtinet Author num. 32.

Intellige procedere, quando reſervatio dominii eſt perpetua, ſecus quando eſt ad tempus, vel ad certum effectum num. 31.

33 *Cenſuarius præfertur de jure in emptione fundi cenſiti.*

Contrarium defendit Author, ibidem.

34 *Emptor cum pacto reſervationis dominii veri non poteſt alteri vendere.*

Intellige, ut ibidem, & num. 26.

ANtequam ad quæſtionem deſcendamus, præmittendum eſt, quod totum jus prælationis in hoc caſu oriri poteſt ex dominio reſervato, idcòque videndum prius eſt, an reſervatio dominii facta à 1
venditore ſit apta ad veram retentionem dominii, itaut exemplo *leg. fin. C. de jur. emphyt.* poſſimus affirmare, quod ſicut in dicto Textu Domino directo ratione dominii datur prælatio, ita, & in hoc caſu potentius jus prælationis concedi debeat, ex quo ſi dominium remanet penes vendentem nec eſt tranſlatum in emptorem, nedum directum, ſed etiam utile, & totale dominium remanſiſſe dicitur penes venditorem, & emptor habet tantùm ſimplicem, & nudam detentationem, ut notant plures allegati à Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 41. *num.* 6. *verſ. ſi verò.*

Sunt itaque aliqui, qui contra juris principia conati ſunt tueri non poſſe dari hunc caſum in jure, nempè quòd quis vendat, & dominium non transferat, imò illud ſibi reſervet; Ita enim, ut ipſi dicunt, eveniret, quod venditio non eſſet venditio; Cùm itaque Partes ad venditionem devenire declaraverint, non potuerunt poſtea incontinenti ſe corrigere, & venditionem iſtam deſtruere cum reſervatione dominii; unde credunt, quòd vel tale pactum tanquam contra naturalem effectum contractus emptionis annulletur, vel reſolvatur reſervatio dominii in ſpecialem hypothecam privilegiatam, ut videre eſt apud Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 56. *& ſeqq. & gloſſ.* 10. *nu.* 112. *& ſeqq.* Afflict. *deciſ.* 338. *per tot.* Nigr. *de laud. tom.* 2. *quæſt.* 35. *num.* 82. *& ſeqq.* Barbat. *de diviſ fruct. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 15. Carleval. *de Judic. tit.* 3. *ſect.* 5. *num.* 66. *tom.* 2. Capyc. Latr. *deciſ.* 142. *num.* 36. *& ſeqq.*

Verùm ſummoperè æquivocant, quia *in l. Quod* 2
vendidi 19. *ff. de contrahen. empt. & in* §. *vendita, Inſtit. de rer. diviſ.* apertè definitum habemus, quòd facta vera venditione, pretio non ſoluto, & de eo nulla habita fide, dominium in emptorem non transferatur, ſed remaneat illud penes venditorem; Ideòque pactum ſpeciale reſervationis dominii, hoc caſu poteſt facere eamdem operationem, quam lex ipſa facit; Quippe tunc pactum deſtrueret naturam contractus venditionis, quando eſſet reſervativum perpetui dominii, mutaret namque contractum in aliam ſpeciem; At quando dominium eſt reſervatum certo caſu, vel certo tempore, & ſi donec pretium ſit ſolutum, pactum validum reputatur, & contractus venditionis cum hoc pacto toleratur, ut notant Cyriac. *contr.* 164. *num.* 2. *& ſeq.* Nigr. *de laudem. tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 1. *numer.* 41. Bonden. *collect. legal.* 49. *numer.* 142. *& pluribus ſeqq. ſignanter numer.* 162. 367. *& ſeqq.* 142. 148. & 150. *& pluribus ſeqq. volum.* 2. apud quem concordantes.

Nec opponere juvat, quòd ſi ita eſſet, contingeret, quod pereunte re vendita Caſmate, vel alio caſu fortuito, periculum eſſet venditoris retinentis do- 3
minium, non autem emptoris, in quem translatum non eſt, quando magis communiter receptum eſt, omne commodum, & incommodum, reſervatione hac non obſtante, ad emptorem pertinere, juxtà Textum *in leg. ſi ut emptio*, §. *Interdum*, juncta Gloſſ. *ver. exemplo in principio, ff. locat.* cum aliis cumulatis per Gratian. *diſceptat.* 354. *num.* 48. *& ſeqq.* Venturin. *conſ.* 33. *num.* 69. Mangil. *de evict. quæſt.* 140.

140. *numer.* 6. Altimar. ad Rovit. *decis.* 7. *num.* 14.
Altograd. *conſil.* 9. *numer.* 26. *& ſeqq. lib.* 1. Poſſi-
don. *de emphyteuſ. & locat. lib.* 2. *dub.* 12. *nu.* 43.
& ſeqq. Donde. *conſult.* 72. *nu.* 9. *cum ſeqq.* Bonden.
dict. colluct. 49. *numer.* 32. *& ſeqq. volum.* 2. Siquidem
quamvis hujus objecti timore, argumento ducto ex
Text. *in leg. Cum autem juncto §. utique Inſtit. de
empt. & vendit.* Altograd. *d. conſil.* 9. *num.* 27. *ver-
ſic. ergo tamen lib.* 1. Mattarel. apud Urceol. *conſult.* 5.
numer. 76. Gobb. apud Bonden. *dict. colluct.* 49. *num.*
166. putaverunt eſſe compatibile, quod dominium
4 apud venditorem maneat, & emptor ſubeat rei ven-
ditæ periculum in pœnam moræ; nihilominus ſo-
lutio objecti patet, ponderando, quod aut agitur de
5 illa reſervatione dominii, quæ non ſuſpendit per-
fectionem emptionis, & venditionis, nec reſervat
proprium dominium venditori, ſed improprium, &
ſic negat liberam facultatem diſponendi de re empta
emptori, ad hoc, ut poſſit ſemper, & quandocum-
que pro ſatisfactionem pretii venditor rem vindi-
care non jure dominii, ſed jure hypothecæ privile-
giatæ, & tunc compatibile eſt, quod tale domi-
nium improprium remaneat penes venditorem, &
commodum ac periculum ſequatur emptorem, &
in his terminis ſequuntur præcitati, & explicat ipſe
Bonden. *dict. colluct.* 49. *numer.* 317. *& ſeqq.* & me-
lius *decis. Senat. Mantuan. apud. eundem num.* 241.

Aut agitur de vera reſervatione dominii, nulla
habita fide de pretio, & de caſu, in quo dicamus
6 remanere dominium penes venditorem, & in empto-
rem translatam eſſe meram detentationem, juxta cu-
mulata per Merlin. *de pignor. dict. quæſt.* 41. *numer.* 53.
& 60. & ſupra in *quæſt.* 16. *numer.* 87. *& ſeqq.* &
tunc cùm contractus venditionis ſit prorſus imper-
fectus, & quouſque pretium non ſolvatur, res di-
catur potius locata, quàm vendita, ut notant ipſi-
met Bonden. & Gobb. *locis præcitatis, & infra alle-
gan.* periculum non ſpectat ad talem emptorem,
ſed ad venditorem, ut egregiè explicat Afflict. *de
jur. protomiſ. §. in principio column.* 15. *verſic. ſed po-
namus,* Urſil. *ad eundem decis.* 338. *numer.* 1. Boer.
decis. 112. *numer.* 1. Merend. *controv. jur. lib.* 24.
cap. 19. *numer.* 22. *& ſeqq. & numer.* 52. *& ſeq.*
Gratian. *diſcept.* 730. *numer.* 23. *& ſeq.* Surd. *decis.*
305. *num.* 41. *&* 44. Franc. *deciſ.* 506. *num.* 15. *&
ſeq.* Cyriac. *controv.* 415. *num.* 55. *& ſeq.* Mantic. *de
tacit. lib.* 4. *tit.* 25. *num.* 6. *&* 7. Matt. *vot. per tot.*

Et quidem ſtante reſervatione dominii facta per
venditorem, nulla habita fide de pretio contractus,
7 quouſque pretium ſolvatur, induit potius naturam
locationis, adeout emptor dicatur poſſidere pro
venditore, & totale dominium rei remaneat pe-
nes venditorem, & emptor dicatur merus detenta-
tor, juxta veriorem, de qua Merlin. *de pignor. dict.
quæſt.* 41. *à numer.* 53. *ad* 60 Rovit. *decis.* 7. *nu-
mer.* 1. *& pluribus ſeqq.* Rub. *in annot. ad decis.* 666.
numer. 114. *uſque ad* 122. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.*
Cyriac. *controv.* 164. *num* 3. Rota *decis.* 128. *num.*
2. *part.* 8. *decis.* 272. *numer.* 1. *&* 2. *part.* 11. *&
decis.* 368. *numer.* 4. *part.* 17. *recent.* Si itaque domi-
nium non eſt translatum ex voluntate contrahen-
tium in emptorem, res quæ periret debet Do-
mino, periiſſe dicitur venditori domino, non emp-
tori.

Verùm hoc non obſtante verior mihi videtur opi-
nio docens periculum ſpectare ad emptorem, non
8 obſtante reſervatione dominii; & tamen dominii
reſervationem, nulla habita fide de pretio, id
operari, ut interim fundus dicatur potius locatus;
Quoniam ſi habemus in jure ſtabilitum, quod facta
venditione, nulla habita fide de pretio, dominium
non cenſeatur translatum in emptorem. niſi pretio
ſoluto, etiamſi pactum reſervationis deficiat, & ta-
men hoc non obſtante, venditio verè contracta di-
citur, & contractus perfectus eſt, & nulla eſt pœ-
nitentia; ita facta expreſſa reſervatione dominii,
& ſic expreſſione ejus, quod tacitè inerat, de jure
contractus erit perfectus, & venditio verè contra-
cta dici debet, & quamvis fundus dicatur interim
potius locatus, & nullus revera translatum ſit do-
minium, nihiluminus translatio dominii non eſt de
ſubſtantia venditionis, licèt ſit de natura, & ad
effectum periculi, non eſt neceſſe quod interveniat 9
dominii translatio, ſed ſufficit quod contractus ven-
ditionis in ſuo eſſe perfectus ſit, & locatio, ſi
quæ implicitè hoc caſu intelligitur, dicitur facta in
ſequelam contractus venditionis jam perfectæ, &
eſt acceſſoria contractui venditionis. ut egregiè ex-
plicat Gloſ. *in leg. ſicut emptio* 22. *§. interdum, verb.
exolvat, ff. locat.* & tuentur ultra Bonden. & Gobb.
præcitatos, innumeri, quos cumulat Urceol. *conſil.
forenſ. cap.* 5. *num.* 60. *& pluribus ſequentib. & numer.*
57. *& ſeqq. uſque ad finem*, & Mattarel. apud eum-
dem *num.* 72. *uſque ad* 90. Rota in Ravennaten. Pe-
cuniaria 30. Junii 1654. coram bon. mem. Albergato
apud eumdem Urceol. *dict. conſil.* 5. *a nu.* 1. *ad* 109,
Rovit. *dict. deciſ.* 7. *num.* 13. *& per tot.* Hodiern. ad
Surd. *decis.* 157. *à num.* 12. *uſque ad finem*, Grivel.
decis. Dolan. 36. *num.* 4. *& decis.* 190. *nu.* 4. *& ſeqq.
part.* 3. *recent.*

His præmiſſis diſtinguendi ſunt aliquot caſus pro
determinatione quæſtionis; Primus eſt quando ex 10
clauſulis, & aliis in Inſtrumento venditionis adje-
ctis, conſtat quod reſervatio dominii fuit facta tan-
tum ad effectum cautelandi venditorem, itaut re-
ſolvatur in ſpecialem hypothecam, & hoc caſu licèt
Bonden. *colluct.* 48. *num. & ſeqq.* tueatur venditori
prælationis jus competere; nihilominus verior opinio
ſtat contra eum; Movetur namque ipſe auctoritate 11
aliquorum Doctorum, qui ſine ratione putarunt, ha-
bentem hypothecam generalem, vel ſpecialem ſuper
aliqua re, præferri extranis emptoribus, quotieſ-
cumque ipſa res venditur, inter quos præcipuè fuit
Sanfelic. *decis. Neapol.* 106. *num. primo, & ſequentib.
& num.* 10. quem ipſe allegat; Sed horum opinio-
nem latè rejecimus ſupra *quæſt.* 69. *toto num.* 6. ubi
oſtendimus neque ipſimet creditori pignus detinen-
ti competere prælationem ullam in ipſius pignoris
diſtractione; Ideòque Senatus Mantuanus in hoc ca-
ſu præciſo judicavit contra Bonden. ut patet ex de-
ciſ. per extenſum relata ab eodem *dict. colluct.* 49. *à
num.* 223. *uſque ad* 280. ubi probato prius, quòd in
illo caſu reſervatio dominii reſolvebatur in ſpecia-
lem hypothecam, Senatus denegavit venditori præla-
tionem.

Secundus caſus eſt, quando reſervatio dominii eſt 12
vera, & propria, itaut in emptorem nullum domi-
nium ſive utile, ſive directum ſit translatum, ſed
tantum mera, & nuda detentatio, quouſque pre-
tium non ſit ſolutum, & tunc Gobb. *conſult.* 140.
à num. 44. *& ſeqq.* & Bonden *colluct.* 48. *a num.* 2.
& pluribus ſequentibus volum. a pluribus mediis, &
rationibus tuetur in venditione facta ab emptore
prælationis jus competere venditori, qui ſibi tale
dominium reſervaverat, & quia nulla adeſt lex, quæ
id determinet, ideò librandæ ſunt rationes, & con-
ſideranda exempla ab iiſdem adducta, ut dignoſcere
valeamus, an eorumdem opinio ſubſiſtat.

Moventur primò ex quo juxtà veriorem opinio- 13
nem, hoc caſu contractus induat naturam lo-
cationis, unde ſicuti locator præfertur in ſublo-
catione facta à conductore, imò è contra con-
ductor præfertur, quando locator vult vendere
virtute dominii utilis, quod habet, quando eſt
conductor ad longum tempus, juxta DD. ab iiſ-
dem adductos, ita præferatur proculdubio hoc
caſu

caſu venditor, qui totale dominium apud ſe retinuit.

Verùm hæc ratio, & hoc exemplum non ſa-
14 tisfacit. Quippè ultra quod, ut diximus, contractus hic non poteſt dici locationis veræ, ſed impropriæ, per quamdam fictionem introductæ, cùm re vera contractus ſit venditionis, & ſi quæ locatio in hoc contractu incorporata dicitur, magis attenditur emptio, & venditio, quàm locatio in ea incorporata, ut pluribus cumulatis notat Urceol. *dict. conſil.* 5. *numer.* 57. Rot. *deciſ.* 19°. *numer.* 4. *part.* 3. *recentior.* Adhuc tamen etiamſi contractus
15 eſſet locationis, prælatio non competeret; De jure namque locatori non competit jus prælationis, quando conductor vult ſublocare, nec conductor ad longum tempus præfertur, quando locator vult vendere, ex cumulatis ſupra *quæſt.* 40. *nu.* 4. *& ſeqq. & num.* 12. *& ſeqq.*

16 Secundò movetur, ex quo ſicuti quando Colonus vult vendere fructus ex prædio perceptos, juxtà opinionem Bartol. *in leg.* 1. *Cod. de Metallar. lib.* 11. *numer.* 3. Dominus præferri poteſt, eodem modo præferri valeat talis venditor cum reſervatione vera dominii, qui nullam aliam dicitur conceſſiſſe in hoc contractu facultatem emptori, præter illam habendi detentationem prædii, & fructus percipiendi ad inſtar Coloni, ut notant Bonden. *d. coll.* 48. *num.* 10. *& ſeqq.* Gobb. *dict. conſult.* 104. *num.* 52. *& ſeqq.*

Verùm hoc argumentum nullius eſt roboris, ſive
17 quia non rectè emptor hoc caſu aſſimilatur Colono, quia revera emptor eſt, & contractus omnia ſubſtantialia emptionis, & venditionis habet, ut ſupra dictum eſt, Verùm etiam quia opinio Bartoli eſt erronea, nulloque fundamento juris adhærens, & communiter reprobata, ut latè oſtendimus ſupra *quæſt.* 43. *per. totam.*

Tertiò movetur, ex quo talis contractus, ſi
18 non eſt locationis, ſaltem vel dicitur emphyteuticus, vel livellarius; At qui in utroque contractu Domino directo prælatio conceditur, juxtà Textum *in leg. fin. Cod. de jur. emphyteut.* ergo eodem modo venditori hoc caſu danda eſt prælatio, ſed neque hæc ratio, & hoc exemplum concludit; Nam licèt Text. *in leg. Cum manu facta*, *§. nemo poteſt, ff. de contrahen. empt.* dicat hoc caſu non videri rem venditam, ſed potius locatam, ſeu initum aliud genus contractus pignoris, emphyteuſis, vel commodati, ut explicat Gloſſ. *ibidem, verbo ge-*
19 *nus contractus*; Nihilominus revera nulla ſpecies horum contractuum inita dicitur, ſed verè celebratus fuit contractus emptionis, & venditionis, in quo incorporata eſt ſpecies contractus diverſi acceſſoriè, & temporaliter quouſque pretium non ſit ſolutum, & proinde talis contractus non eſt determinandus cum regulis locationis, pignoris, vel emphyteuſis, nec minus contractus livellarii, ſed cum regulis de emptione, & venditione loquentibus; Idque patet ad evidentiam, ponderando, quod periculum rei pignoratæ, & debitoris, & rei in emphyteuſim conceſſæ, ſive livellariæ, eſt commune inter emphyteutam, & Dominum directum, adeout Caſmate perempta re emphyteutica, nec ullis reliquiis rei remanentibus, ſicuti emphyteuta perdit utile dominium, ita Dominus directus perdit canonem, & etiam dominium directum; In hoc autem caſu juxtà præmiſſa, reſervatio dominii non operatur, quod periculum ſit venditoris, imò juxtà veriorem opinionem periculum totale ſpectat ad emptorem, & venditor, non obſtante peremptione rei, poteſt agere ad pretium; Itaque non poteſt iſte contractus aſſumere naturam contractus emphyteutici, vel livellariis, itaut periculum ſit ſolius emphyteutæ, & Domini utilis, & directus agere valeat ad pretium, ut latè proſequitur Urceol. *dict. cap.* 5. *num.* 57. *& ſeqq.*

Prætereà in contractu emphyteutico reſervatur tan- 20
tùm dominium directum, in hoc verò dicitur reſervatum dominium utile, & totale, & quod prius eſt ſolutio livellorum, vel Canonis fit in recognitionem dominii, in venditione verò fit pro intereſſe pretii, juxta Text. *in l. Curabit, Cod. de act. empt.* unde diſparitas eſt evidens, ut notat in ſpecie Venturin. *conſil.* 34. *&* 33. *& ſeqq.*

Ulterius hæc reſervatio dominii non eſt per- 21
petua, quippè ſtatim ac pretium ſolutum eſt, transfertur in emptorem totale dominium, adeout hypothecæ, & ſervitutes medio tempore ſuper re empta impoſitæ reconvaleſcant, juxtà cumulata per Acoſt. *de privil. Credit. reg.* 3. *ampl.* 62. *per totam.* Rota coram Coccin. *decis.* 2235. *numero* 7. & tamen in contractu emphyteutico, vel livellario, dominium directum ſemper perſeverat apud dominum.

Nec urget quod etiam conceſſa emphyteuſi cum 22
pacto francandi, pacto adhuc non effectuato, Dominus directus præferatur in alienatione facta per emphyteutam, ut notat Franc. Petr. *conſil.* 21. *per totam*, Hodiern. ad Surd. *decis.* 39. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alien. quæſt.* 1. *ſub numer.* 5. *verſic. advertendum*, Capon. *diſcept. forenſ.* 132. *ex numer.* 27. *& ſeqq. & per totam lib.* 3. Franc. *decis.* 610. *per totam.* ubi de Luca *in annot. numero* 3. *& ſeqq.* cum aliis cumulatis per eumdem Bonden. *dict. collect.* 49. *numero* 186. *& ſeqq. lib.* 2. unde eodem modo, quo emphyteuta, valens dominium directum affrancare mediante pretio, ſi id non fecit, & alienavit dominium utile, pati tenetur, quod Dominus directus præferatur, ita & emptor valens ſoluto pretio dominium à venditore reſervatum aſſequi, ſi alienet antequam pretium ſolvat, non poteſt impedire, quin venditor ratione dominii, quod habet, præferatur.

Etenim ultra quod hæc opinio non tranſit ſine 23
controverſia, & difficultate; cùm Franc. Rendel. & alii citati ſupra *quæſt.* 31. *numer.* 106. contrarium tueantur, putantes quod emptore offerente pretium ad effectum francandi, prælatio Domino directo hoc caſu non competat, ut latè proſequitur Marſcian. *diſput.* 37. *per totam*, qui ad denegandam Domino directo prælationem utitur argumento, quod talis emphyteutica conceſſio cum pacto francandi, ſit potius emptio, & venditio, quàm contractus emphyteuticus; Quidquid tamen ſit de hac quæſtione, in quaſi Judex eſſem, tranſirem cum opinione Franc. de Petr. *d. conſ.* 21. cùm re
vera agatur de propria conceſſione in emphyteuſim, 24
& pactum francandi; Dominium directum, quouſque non ſit exequutioni demandatum, non tollit, quia interim contractus ſit emphyteuticus, & dominium directum non perſeveret apud concedentem eodem modo, quo Dominus Cenſus, qui præfertur in venditione fundi cenſiti poteſt prælationem petere, non obſtante quod debitor cenſus vigore pacti poſſit affrancare, & cenſum redimere, quia dum vendidit antequam redimeret, & quando Cenſus adhuc erat in ſuo eſſe, pari tenetur, quod Dominus jus prælationis exerceat, nec alia reperitur cautela, niſi illa inſinuata ſupra *quæſt.* 32. *num.* 14. *&* 15. id eſt quod extinguat, & redimat cenſum antequam vendat.

Adhuc tamen etiam, hac opinione admiſſa, argumentum nihil ſtringit; Quippe non eſt verum, quod ratione Dominii competat prælatio abſolutè; Text. namque *in l. fin. C. de jur. emphyt.* ubi Domino directo datur prælatio, movetur, ex quo diſpoſuit,

non

non poſſe emphyteutam utile dominium alienare ſi-
ne conſenſu Domini, & quia talem conſenſum ad-
hibuit, ut Dominus poſſet interpellatus in emptio-
ne præferri, ideò facta conceſſione, in qua data ſit
libera facultas emphyteutæ vendendi, & alienandi,
communis opinio docet, quod alterata in hac parte
natura contractus emphyteutici, prælatio quoque
Domino denegata cenſeatur, juxtà cumulatos ſupra
in *q.* 31. *num.* 32. *& pluribus ſeqq. uſque ad n.* 41. Ex
conſenſu itaque Domini directi adhibendo pro forma
in venditione, & ex hoc vinculo à lege injuncto em-
phyteutæ, reſultat prælatio Domino directo à lege
conceſſa.

26 Ideòque aut contrarii DD dicunt, quòd talis
emptor non poteſt alteri rem vendere, ideſt jus,
quod ipſe habet, impediente reſervatione dominii
venditionem, & diſtractione & fruſtra quæritur de
prælatione, quæ ſupponit facultatem vendendi, &
non competit, niſi ſequuta venditione; Aut di-
cunt, & ſuppnnunt, poſſe talem emptorem alteri
vendere jus, quod ipſe habet ratione contractus
emptionis, à quo non eſt amplius licita pœnitentia,
juxta veriorem opinionem, de qua Urceol. *dict. c.*
5. *ferè per tot.* & adducere debent Textum, qui hunc
laqueum injiciat tali emptori petendi conſenſum à
primo venditore, qui ſibi reſervavit dominium, &
tamen nulla adeſt lex, quæ id diſponat: Imò Tex-
tus ipſe *in dict. l. Cum manu fata, §. nemo, ff. de con-
trahent. empt.* contrarium determinat; Diſponit nam-
que, quòd hoc caſu contractus ſapiat de locatione;
Atque ideò ſicuti juxtà Textum *in l. nemo, Cod. locat.*
poteſt conductor jus ſuum alteri cedere, vel alte-
ri ſublocare, nullo requiſito conſenſu Locatoris,
ex cumulatis ſupra *quæſt.* 40. *num.* 3. *& ſeqq.* ita
hoc caſu data facultate huic emptori vendendi jus
ſuum, hic novus laqueus adhibendi conſenſum ven-
ditoris, qui dominium ſibi reſervavit, non eſt ex
noſtro capite injiciendus, & ſicut in *dict. quæſt.* 40.
numer. 4. *& pluribus ſeqq.* firmavimus, quod Con-
ductore ſublocante nulla prælatio de jure compe-
tat locatori, non obſtante quod Locator totale do-
minium retineat, imò & poſſeſſionem, mediante
organo Conductoris, ita patet non eſſe ſemper
verum argumentum contrarium, quod nempè ex
retentione dominii oriatur jus prælationis, ex eadem
ratione Textus *in d. l. fin. C. de jur. emphyt.* ut nem-
pè conſolidetur dominium utile cum directo, vel
dominium redeat ad ſuam primævam cauſam, prout
firmat Gobb. *d. cons.* 140. *ſub. num.* 45.

27 Hinc videmus, quòd licèt Conductor ad longum
tempus acquirat dominium utile, nec valeat ven-
dere jus ſuum ſine Domini directi conſenſu: Nihil-
ominus quia *in l.* 2. *C. de rei dominio, vel tempo-
ral.* diſponitur talem conductorem alienantem ſine
Domini conſenſu nulliter alienare, neque lex ur-
get eum lem ad ſolutionem laudemii, nec ullam
hoc caſo pœnam commiſſi præſcribit, neque ullum
jus prælationis Domino directo tribuit, ſed lex con-
tenta pœna nullitatis contractus ultra non progre-
ditur, ideò communis opinio DD. docet, quod
Text. *in d. l. fin.* non viget in conductore ad lon-
gum tempus, cùm in jure cautum non repetiatur,
quod talis contractus regulari debet cum regulis de
emphyteuſi loquentibus, ex cumulatis ſupra in *dict.
quæſt.* 31. *numer.* 43. *& pluribus ſeqq.* cùm tamen
hoc caſu concurrat in locatore eadem ratio con-
ſolidationis dominii directi cum utili, quanto
itaque magis in caſu noſtro in quo verè agitur de
contractu venditionis, in quo regulæ ſunt diſtinctæ, &
diverſæ, & ſi qui alius titulus locationis, vel alterius
ſpeciei contractus, excogitari poteſt ratione reſerva-
tionis dominii, iſte, ut diximus, non tollit ſubſtan-
tialia contractus venditionis, ſed tanquam acceſſorius,
& incorporatus in venditione ſuffocatur quoad om-
nes alios juris effectus à contractu principali, & ve-
rè initio qui eſt emptionis & venditionis.

Sequitur ex prædictis, quòd omnia alia exempla
à Bonden. *d. collat.* 48. *numer.* 3. *& ſeqq.* & Gobb. 28
d. cons. 140. *numer.* 44. *& ſeqq.* adducta ſint nul-
lius momenti; Siquidem licèt verum ſit, quod non
ſoluto pretio poſſit venditor, qui ſibi reſervavit
dominium uti remedio aſſociationis, ſive avocationis
rei venditæ, & manuum injectionis contra quoſcum-
que tertios rem detinentes, ut firmat Bonden. *ubi
ſupra nu.* 21. *& ſeqq.* Tamen non ſubſiſtit conſequen-
tia, quòd eodem modo competat etiam prælatio,
quæ nil aliud ſit, quàm quædam avocatio, & ven-
dicatio rei; quia, ut firmat Urceol. *d. cons.* 5. & 29
firmant allegati per eumdem Bonden. hæc remedia
venditori ſibi vindicanti dominium dantur ad effe-
ctum pretium conventum aſſequendi, non autem
recedendi à contractu, niſi adjectum ſit pactum re-
ſolutivum contractus. Propterea quando emptor
ſecundus vult ſolvere pretium, omnia prædicta re-
media evaneſcunt; & quod plus eſt, admiſſa hac
conſequentia, eveniret, quicunque creditor; vel
donans ſibi reſervans aliquam ſummam, qui cum
talibus clauſulis contraxit ſuper certo prædio, itaut
valeat aſſociationem petere, præferri poſſet, quan-
do, ut ſupra probavimus, nec creditori pignus
detinenti in diſtractione pignoris tale jus compe-
tit.

Magis debile apparet alterum fundamentum ad-
hærens conſortio, quo utitur ipſemet Bonden. *d.* 30
collect. 48. *num* 22. *& ſeqq.* ubi arguit, quod ſicu-
ti de jure conſorti competit jus prælationis, ita exi-
ſtente ratione reſervationis dominii, facto in con-
tractu venditionis, conſortio inter venditorem, &
emptorem, ex hoc capite prælatio illi ſit conceden-
dam; Siquidem quidquid ſit quando in contractu
venditionis dominium eſt reſervatum perpetuo, quo
caſu ſunt qui teſtantur hanc reſervationem intelli-
gendam eſſe de dominio directo non autem utili,
ut contractus ſubſtineatur, certum eſt, quòd quan-
do hæc reſervatio eſt facta quouſque pretium ſit ſo- 31
lutum, & ſic ad tempus, & ad certum effectum;
Tunc dato, quòd nulla habita ſit fides de pretio,
& quod reſervatio intelligatur de vero dominio, to-
tale dominium dicitur remanſiſſe apud debitorem,
ut notant in principio quæſt. allegati, propterea
nullum in dominio conſortium, cùm emptor de
nulla parte dominii participet.

Præterea quando etiam emptor haberet domi- 32
nium utile, adhuc tamen nullum conſortium inter
Dominum directum, & utilem ſubſiſteret, quia non
habet Dominus directus dominium commune cum
utili per participationem ejuſdem dominii in qua-
litate, cùm dominia ſint diſtincta; Utile namque
totum eſt apud Dominum utilem, & directum to-
tum eſt penes eumdem, ex cumulatis ſupra *in quæſt.*
34. *num.* 28. Et quòd magis urget, clara eſt diſpo-
ſitio Text. *in l. Dudum, C. de contrah. empt.* con-
ſorti prælationem denegans, ut latè probavimus *in
d. quæſt.* 34. *num.* 4. *& ſeqq. & per tot.*

Ejuſdem farinæ eſt exemplum adductum ab eodem 33
Bonden. *ubi ſupra num.* 29. & Gobb. *d. conſ.* 140.
nu. 40. *& ſeqq.* Domini cenſus, qui præfertur ex-
traneo emptori fundi cenſiti, ex quo dicitur habere
jus in re, ex quo prædicti arguunt, multò magis
tale jus prælationis competere tali venditori, qui
habet dominium. Quippè de jure Dominus cenſus
non præfertur extraneo emptori fundi cenſiti, jux-
tà veriorem opinionem, quam ſubſtinuimus ſu-
pra *quæſt.* 32. *numer.* 1. *& ſeqq.* Et quamvis in Con-
ſtitutione Piana tali prælatio cenſuario concedatur,
nihilominus opus fuit ſpeciali conſtitutione ad ta-
le

le beneficium cenſuatio concedendum, quæ limitaret rigorem juris; Verùm in caſu noſtro nulla adeſt conſtitutio id diſponens, nec licet arguere à ratione Conſtitutionis, cùm ratio ibi non ſit expreſſa.

Nec me movere potuit, quòd ratione hujus reſervationis dominii impeditur emptor rem emptam alteri vendere, ut proſequitur Bonden. *ubi ſupra numer.* 34. *& ſeqq.* Quoniam, ut ſupra dixi, ſi tale impedimentum adeſt, fruſtra quæritur de prælatio-
34 ne, quia denegata poteſtate vendendi jus, quod habet vigore contractus, non cadunt amplius termini prælationis ſupponentis contractum cum alio factum, & petentem prælationem approbare alienationem factam, & petere in juribus novi emptoris ſubrogari, ut pluries in tractatu dictum eſt.

Idcòque ex prædictis crederem nullum jus prælationis competere tali venditori ſibi reſervanti dominium, cùm nulla lex adſit, quæ tale jus illi concedat, nullaque ratio ex prædictis ſummo cum ingenio adductis à Bonden. & Gobb. ſatisfaciat.

DECI-

DECISIONES
SAC. ROTÆ ROMANÆ
POST TRACTATUM
DE PRÆLATIONIS JURE.

REVERENDISS. D. ALBERGATO DECANO.

Romana Castri Porcilliani.

Veneris 27. Aprilis 1679.

SUMMARIA.

1 *Fideicommiſſarius quando alienantur bona fideicommiſſi ex aliquo extraordinario remedio, præfertur in emptione.*

2 *Bulla Baronum aſſimilatur remedio* Auth. res quæ Cod. Commun. de legat.

3 *Conſors in Iuriſdictione præfertur quando Condominus vendit partem ſuam.*

4 *Maſorum res apud alios videre, durum nimis eſt, & lugubre.*

5 *Communio in rebus, quæ commodam non patiuntur diviſionem, non eſt practicabilis ſine rixarum periculo.*

6 *Bulla Baronum, non aufert Ius prælationis, quod de Iure aliquibus debetur.*

7 *Bulla Baronum, conſiderat tantum ſatisfactionem Creditorum, nec curat an illi ſint ſatisfacti potius ab una, quam ab alia perſona.*

8 *Fideicommiſſarius non præfertur poſt quam fuit res fideicommiſſi alienata ex juſta Cauſa.*

9 *In eodem Inſtrumento, non poteſt dari prius, & poſterius.*

10 *Contractus factus reſervata licentia Principis per Ablativum abſolutum, eſt conditionalis conditione ſuſpenſiva.*

11 *Prælationis jus habens, non tenetur concurrere, aut licitare cum aliis emptoribus.*

12 *Prælatio tunc competit in ſubhaſtatione, nec quando ſunt publicata oblationes.*

13 *Pretium ad effectum obtinendi prælationem, ſufficit quod offeratur ſi deponi non poterat propter incertitudinem.*

14 Text. in l. dudum Cod. de contrahend. empt. *declaratur.*

15 *Et Textus prædictus non habet locum in venditione, quæ fit ſubhaſta.*

16 *Forenſis accedente licentia Principis, non eſt incapax acquirendi, non obſtante prohibitione, quod forenſes non poſſunt acquirere.*

Decisio I.

JUxtà facultates attributas Congregationi Baronum à ſanct. membr. Clemente Octavo in ejus Conſtitutione 41. eadem Congregatio ad inſtantiam Creditorum Baronis Caroli Venturæ, & aliorum del Nero tranſmiſit Commiſſarium ad capiendam Poſſeſſionem Medietatis Caſtri, & Tenutæ Porcilliani, & affixis de more Edictis pro recipiendis oblationibus in Congregatione habita 11. *Deciſion. ad Corrad. de Iure Prælap.* Januarii 1678. decrevit medietatem prædictam deliberari D. Gavotto pro ſc. 71500. proteſtante tamen velle præferri D. Barone Aloyſio Maria pariter del Nero pro indiviſo cum præfatis Carolo Ventura, & aliis, cujus proteſtationem, ſeu inſtantiam Congregatio admiſit loco proteſtationis, & mandavit afficere prout de jure; Quamobrem ut petitam prælationem Aloyſius Maria aſſequeretur porrexit preces Sanctiſſimo pro impetranda aliqua dilatione ad effectum deducendi Jura ſua in Congregatione, & benignè obtinuit reſcribi R. P. D. Theſaurario ſuperſedeti per menſem & infra paucos dies Cedulam Bancariam Mercatoris exhibuit, ſed nihilominus Congregatio cauſa diſcuſſa cenſuit non eſſe locum prælationi; Quo circà R. P. D. Negronus, cui confectio Inſtrumenti deliberationis, ſeu venditionis ab eadem Congregatione commiſſa fuerat ad confectionem, ſeu celebrationem Inſtrumenti devenit, præſervatis tamen Juribus Baroni Aloyſio Mariæ competentibus, pro cujus parte adita poſtea Signatura Sanctiſſimi, commiſſa fuit cauſa appellationis in devolutivo eidem Congregationi de voto hujus Sacri Tribunalis à quo emanavit dubium ſuper prælatione, quam deberi Aloyſio Mariæ fuit hodie reſolutum.

Cum enim non controvertatur ipſum eſſe de comprehenſis in fideicommiſſo agnatitio condito per Auguſtinum Seniorem ſuper integro Caſtro, ut docuit per Teſtamentum ejuſdem Ipſeque in ipſo actu inſtantiæ facta per Creditores dd. Baronis Caroli Venturæ, & aliorum Condominorum pro obtinenda deliberatione dictæ medietatis, quo Congregatio decrevit ad deliberationem devenire, & apertæ fuerunt Cedulæ oblationum; & Decreti de deliberando D. Gavotto majori oblatori proteſtatus fuerit velle præferri, ei non poterat prælatio denegari, & ideò non debebat poſtmodum confici Inſtrumentum, & perfici deliberatio ad favorem Gavotti, ſed expedita licentia à Sanctiſſimo debebat fieri Aloyſio Mariæ, 1
cum de Jure caſu quo per remedium ſubſidiarium, & extraordinarium bona fideicommiſſi alienantur præferendus veniat illorum emptione fideicommiſſarius offerens idem pretium; quod offert extraneus; Bart. *conſ.* 19. *nu.* 3. Tiraquell. *de retract. in præfat nu.* 43. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 542. *num.* 15. *in fine*; Rocc. *reſponſ.* 49. *ſub nu.* 15. optimè Peregrin. *deciſ. Patav.* 96. *nu.* 2. §. *ſexto adducebam*, Sanfelic. *deciſ.* 101. *num.* 6. & conſonat Giovagnon. *conſ.* 73. *ſub nu.* 109. *lib.* 1. Merlin. *de pignorib. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt* 14. à *nu.* 40. Cavalet. *deciſ.* 387. *in princip.* & clarius in terminis *dec.* 50. & 55. *part.* 1. *recent.* nam hoc modo minus læditur voluntas Teſtatoris, dum bona licèt contra ejus voluntatem diſtracta, ſaltem remanent in perſonis vocatis, & adimpletur votum legis, nempè Bullæ Clementinæ jubentis in ſubſidium vendi bona fideicommiſſaria ad effectum ſatisfaciendi

Aloyſii Mariæ, ex eo quod ſit forenſis, & non ſub-
ditus in quem Conſtitutionis Apoſtolicæ prohibent
diſtrahi bona ſita in ſtatu Eccleſiaſtico, juxtà plenè de-
ducta in Ferrarien. Tenutæ Diamantinæ coram me,
16 quia præter quod informantes pro eo dicebant ipſum
propter Condominium alterius medietatis Caſtri non
eſſe reputandum forenſem, ſed Vaſſallum Summi
Pontificiis, ceſſat difficultas, quia ſi Papa licentiam
concedit forenſis capax efficitur, proinde dum Ba-
roni Aloyſio Mariæ competebat de jure prælatio,
eidem danda erat, reſervata, ut fieri ſolet ab ipſa
Congregatione licentia Sanctiſſimi, à quo illam im-
petrare ſpectabat ad ipſum Aloyſium Mariam, qui ſi
licentiam impetraſſet prælatio ſuum fuiſſet effectum
ſortita, ſin minus evanuiſſet.

Et ita deciſum eſt utraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
DECANO.

ROMANA CASTRI PORCILIANI.

Lunæ 1. Aprilis 1680.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſarius habet prælationem quando ex juſta cauſa alienantur bona fideicommiſſo ſubjecta.*

2 *Limita quando fideicommiſſarius non offert idem pretium, vel quando contractus alienationis fuit jam perfectus.*

3 *Prælatio tunc competit, quando perfectus eſt contractus, & innote cunt pacta. & pretium.*

4 *Bulla Baronum non tollit jus prælationis, quod lex, vel ſtatutum concedit.*

5 Text. in l. dudum C. de contrahen. empt. *non habet locum, quando venditio ſit per Iudicem*

6 *Depoſitum, quod requiritur a ſtatuto pro prælatione obtinenda, non eſt faciendum, quando altera pars negat qualitatem neceſſariam pro obtinenda prælatione.*

Nec quando litigatur ſuper dicta qualitate.

DECISIO II.

CAuſa prælationis inter D. Gavottum, & Dom.
Baronem Aloyſium Mariam del Nero in deli-
beratione medietatis Caſtri Porciliani Commiſſa à Si-
gnatura Sanctiſſimi Congregationi Baronum de Vo-
to hujus Sac. Tribunalis, exquiſivi à Dominis die
21. Aprilis anni proximè præteriti; An Aloyſio Ma-
riæ eſſet danda prælatio, & affirmativa prodiit re-
ſolutio, quæ novo examini hodie ſubjecta confir-
mationis robur obtinuit.

Siquidem conſonum videtur æquitati, & Juſtitiæ
quod Aloyſius Maria fideicommiſſarius inſimul agna-
tus, & Condominus Caſtri Jurisdictionalis, qui con-
tra juris communis diſpoſitionem, ſed dumtaxat vi-
gore particularis Conſtitutionis la 41. ſanct. mem.
Clementis VIII. propter debita ab agnatis ſuis con-
tracta patitur diſtractionem rei, ad quam per com-
munem Aſcendentem fuit per fideicommiſſum voca-
tus ſublevetur in hoc, quod in venditione, quæ pu-
blica auctoritatem ſit per Judicem non ad alium fi-
nem, quàm ſatisfaciendi Creditoribus, qui confidei-
commiſſariis pecuniam crediderunt præferatur extra-
neo majori licitatori offerendo re integra pretium in
licitatione ab illo oblatum, quia lex habet intentum
1 quod Creditores ſuum creditum aſſequantur, & ſatis-
fit affectui fideicommiſſarii, & minus derogatur vo-
luntati Teſtatoris vendendo bona uni ex vocatis,
quàm extraneo, ut concludunt Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*
341. *num.* 15. *verſ. Ego tamen*, Fontanel. *de pact.*
nuptial. clauſ. 5. *gloſ.* 1. *part.* 2. *n.* 64. Mierez. *de ma-*
joraſ. part. 4. *quæſt.* 1. *n.* 137. Peregrin. *decis. Patav.*
95. *n.* 1. *verſ. ſexto adducebam*, à qua opinione non
receſſit in *tract. de fideicomm. art.* 42. *nu.* 23. & 24.
ſed dumtaxat ibi firmat quod poſt perfectum contra- 2
ctum prælatio amplius non competat ad irritandum
alienationem ritè factam, ſecus ſi contractu non ab-
ſoluto, & re adhuc integra fideicommiſſarius idem pre-
tium offerat, & præferri poſtulet, ut in eodem *n.*
24. *verſ. ſed ſi pro quantitate.*

Nec obſtant auctoritates Urceoli *contr. tom.* 1. *cap.*
6. Rota coram Merlin. *decis.* 657. & *decis.* 12. poſt
Cenſal. in addit. ad Peregr. *de fideicom.* quia loquun-
tur, vel quando fideicommiſſarius idem pretium non
offert, ut indicat ipſe Peregr. *dicto n.* 24. *in princ. verſ.*
ibi refert, vel quando res non eſt amplius integra, ex
quo de tempore petitæ prælationis res fideicommiſ-
ſaria ex Cauſa Doris jam fuerat alienata, & reperie-
batur apud emptorem, ſive penes maritum qui il-
lam æſtimatam, & in ſolutum pro dote Uxoris rece-
perat, quod non eſt in caſu præſenti, ubi prælatio
petita fuit re integra, & prius quam medietas Caſtri
poſita ſubhaſta tranſiret in dominium deliberatarii,
ut diſtinguunt Po. h. *de ſubbaſt. inſpect.* 36. *n.* 73. &
in addit. n. 32. & *ſeq.* Sanfelic *deciſ.* 104. *n.* 19. & ple-
ne in præcedenti deciſione §. *Nil etiam & ſeqq.*

Prælationem autem fuiſſe petitam re integra, &
tempore habili, iterum deſumebant Domini ex ver-
bis ipſius decreti Congregationis Baronum in quo
legitur: *deliberavit D. Carolo Gavotto per ſcutis* 715 &
&c. *proteſtante D. Barone Aloyſio Maria del Nero velle præferri*: verbum enim illud *proteſtante* regitur, &
pendet ab ipſo verbo *deliberavit*, unde colligitur om-
nia fuiſſe peracta ſimul, & ſemel, ac eodem tempo-
ris contextu, Itaut nequeat conſiderari prius, vel
poſterius, quamvis prius reperiatur ſcriptum decre-
tum deliberationis, & deinde proteſtatio, quia ne-
ceſsè erat illud ſecundùm ordinem ſcripturæ prius
ſcribi, & ſucceſſivè ſcribenda erat proteſtatio contra
decretum, cùm prælationis exercitium non naſcatur,
niſi in actu quo in alterum res alienatur, tunc enim 3
cùm innoteſcant pretium, & pacta, quæ antea ſci-
ri non poterant is cui, prælatio competit, ſtatuit, an
ſibi expediat illam petere, Scip. Theodot. *allegat.* 52.
n. 19. Sanfelic. *dec.* 268. *n.* 12. & 13.

Nec viſum eſt ſubſiſtere prælationem fuiſſe ſubla-
tam à dicta Bulla Clementis VIII. Nam per Bullam
Baronum diſponitur quidem ne vocati poſſint impe-
dire ſubhaſtationem bonorum fideicommiſſariorum, 4
non autem prohibentur quin ipſi re integra compa-
rentes poſſint petere prælationem pro eodem pretio,
cùm Summus Pontifex voluerit ex pretio retrahen-
do ſatisfieri creditoribus, Ideò curandum non eſt an
ſolutio potius fiat cum pecuniis deliberatarii, vel
fideicommiſſarij prælationem petentis, dummodò fi-
nis ſolutionis Creditorum principaliter conſideratus
adimpleatur, ut firmat præterita deciſio §. *Nec ſubſiſtit.*

Similiter non relevat Text. *in l. dudum, C. de con-*
trab. empt. Quia placuit reſponſio alias data, ſcilicet, 5
legem illam habere locum quando quis ſponte rem
ſuam alienat, ne privetur libertate diſponendi ad li-
bitum, ſecus quando venditio fit per Judicem, qui
ſolum habet præ oculis Juſtitiam, æquitatem, non
autem voluntatem magis uni, quàm alteri gratifi-
candi, ut poſt Velam *differt.* 13. *n.* 14. & *differt.* 17. *n.*
10. reſpondit deciſio §. *Non obſtat Text.*

Tandem non urget, quòd Baro Aloyſius Maria
non exhibuerit Cedulam Bancariam à Bulla requiſi-
tam, quia Bulla non loquitur de petentibus prælatio-
nem, quam ſolum petit Baro, propterea Dominis
viſum eſt ſatis eſſe, quod ipſe pretium teſtituat Ga-
votto ante executionem ſententiæ, ne interim quo ei
prælatio controvertitur ſit in damno exhibendo, ac
retinendo in actis Cedulam, ut in proximis terminis
depoſiti faciendi ex præſcripto Conſtitutionis pro con- 6

ſequendo retractu, vel prælatione, quod ſcilicet, fieri non debeat quamdiu altera pars retractum, vel competentiam prælationis impugnet, dicit Rot. *deciſ.* 451. *nu.* 5. *& ſeqq.* coram Gregor. Gratian. *diſcept.* 786. *n.* 8. *&* 9.

Et ita in deciſis ſtandum eſſe reſponſum fuit utraque parte informante, &c.

R. P. D. RONDININO.

Romana Castri Porciliani.

Mercurii 24. Ianuarii 1685.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſarius præfertur in emptione rei fideicommiſſariæ, quæ venditur ex juſta cauſa.*

2 *Conſors in Iuriſdictione præfertur in alienatione, facta ab alio conſorte.*

3 *Aequitas in Iudiciis eſt ſervanda, quando rigor Iuris non adeſt in contrarium.*

4 *Alienatio rei majorum extra familiam, quo magis fieri poteſt, non eſt permittenda.*

5 *Caſtrum ſubjectum fideicommiſſo, nec vendi, nec hypothecari poteſt.*

6 *Diſſentionum præſumptio, & probabilitas, adeſt inter poſſidentes pro indiviſo.*

7 *Prælationis jus ex æquitate, dandum eſt ad tollendam ſcandalorum occaſionem.*

8 Text. in l. Dudum, *negat prælationem tantum conſorti, & proximis, non autem aliis.*

9 *Et loquitur de conſorte in allodialibus, non autem in Iuriſdictionalibus.*

10 *Et loquitur de venditione voluntaria, non autem de neceſſaria, & illa facta à Iudice.*

11 *Prælationis juri non dicitur derogatum, niſi lex ſpecialiter illud tollat.*

12 *Bulla Baronum reſtringi debet ad limites rationis, finis primarii, quam habuit Papa, qui illam condidit.*

13 *Bulla Baronum derogat omnibus fideicommiſſis, & inveſtituris.*

14 *Diſpoſitio ex una ratione, & cauſa, & ad unum effectum inducta non debet operari effectum diverſum, neque ad illum extendi poteſt.*

15 *Bulla Baronum tacitè præſervat jus prælationis.*

16 *Fideicommiſſarius non habet jus prælationis poſt contractum perfectum, & deliberationem conſummatam.*

17 *Bulla Baronum aſſimilatur remedio* Auth. res quæ, Cod. Com. de legat.

18 *Promiſſio vendendi ultimo oblatori, intelligitur prout de jure, & quatenus non compareat jus prælationem petens.*

19 *Domino directo competit prælatio in ſubhaſtatione rei Emphyteuticæ.*

20 *Cenſuario competit prælatio in ſubhaſtatione rei cenſitæ.*

21 *Prælatio peti non poteſt, niſi poſt Iudiciale decretum deliberationis.*

22 *In eadem ſcriptura non datur prius, & poſterius, nec attenditur ordo ſcripturæ, ſed intellectus.*

23 *Relatus eſt in referente, ac ſi de verbo ad verbum ibidem inſertum fuiſſet.*

24 *Depoſitum non eſt faciendum durante lite ſuper qualitate requiſita ad prælationem petendum.*

Decisio III.

DEfinitiva ſententia, qua Congregatio Baronum de voto noſtri Tribunalis pronunciavit Baroni Aloyſio Mariæ del Nero competiiſſe, & competere prælationem in venditione medietatis Caſtri, & Tenutæ Porciliani, dudum ſpectantis ad Baronem, Carolum Venturam, & alios del Nero; Mox autem ad inſtantiam Creditorum, & demandato ejuſdem Congregationis ſubhaſtatæ uti extra controverſiam valida, & juxta eſt fundamentis relatis in duabus præcedentibus deciſionibus editis coram Reverendiſſimo Domino meo Albergato Decano, die 21. Aprilis 1679. & die 1. Aprilis 1680. confirmatione digna, hodie judicata fuit; iterum approbantes DD competentiam d. prælationis de Jure debitam, non impeditam à notiſſima Bulla, quam Baronum vocant, edita à Clem. VIII. & impreſſa inter alias ejuſdem Pontificis la 41. in ordine Bullarii novi tomo 3. & demum à Barone Aloyſio Maria tempore, & modis congruis petitam ideòque indebitè denegatam ab eadem Congregatione Baronum.

Prælationis inquam competentiam approbarunt DD, & quidem ex duplici titulo; Primo, ſcilicet ex titulo fideicommiſſi repetentes, quod cùm univerſum Caſtrum Porciliani ejuſque Tenutæ, & bona adjacentia provenirent ab Auguſtino Seniore del Nero, qui illa moriens filiis, & nepoti reſpectivè reliquit, adjecto tamen onere, & vinculo agnatitii, & reciproci fideicommiſſi, cujus vigore Baro Aloyſius Maria, ejuſque linea, Jus, & ſpem habebat ſuccedendi in portione obventa lineæ Caroli, Venturæ, & aliorum in caſu illius extinctionis, ut non controvertitur, utique ſequitur, cùm ex cauſa neceſſaria ſolutionis debitorum, medietas ejuſdem Caſtri vendebatur, præferendus eſſet, & ad emptionem admittendus pro eodem pretio ab alio extraneo oblato, dictus Baro Aloyſius Maria Agnatus, fideicommiſ- 1
ſarius ut per Text. *in l.* 2. *ff. de privil. Credit.* tradit Bartol. *conſil.* 19. *nu.* 3. cujus theoricam ſequuntur Tiraquell. *de retractu in præfat. nu.* 43. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 541. *nu.* 15. *in fine*, Rocc. *reſpons.* 99 *ſub nu.* 5. Peregrin. *decis. Patavin.* 96. *ſub nu.* 2. *verſic.* 6. adducebam Sanfelic. *decis.* 101. *nu.* 6. ubi ſubnectit reſolutionem Sacri Conſilij Neapolitani admittentis dictam prælationem, alias etiam admiſſam ab eadem Congregatione Baronum in Controverſia relata per Rota *decis.* 50. *in princ. part.* 2. *recent.* cujus exemplum in judicando non levem meretur animadverſionem, ad tradita per Menoch. *conſil.* 282. *n.* 37. Surd. *conſ.* 403. *n.* 83. Afflict. *decis.* 383. *nu.* 8. Gratian. *diſcept. forens. cap.* 544. *n.* 33.

Secundò autem ex titulo Conſortii, & communionis in re feudali annexam habente qualitatem Juriſdictionalem, quæ ſicuti ex ejus natura facilius unum quam plures admittit, & quantum fieri poteſt indiviſa remanere debet, per Text *in §. firmiter, verſ. Præterea Ducatus de probib feud alien. per Frider.* ita ſi ex accidenti diviſa fuerit quantum fieri poteſt ad ejus antiquum, & naturale principium, & ad unitatem reduci debet concedendo, & admittendo Conſorti prælationem, juxta theoricam Bald. *in l. C. qui teſtam. facere poſſunt*, Capyc. Galeot. *in add. ad controv.* 53. *ſub n.* 27. *& ſeqq. lib.* 1. *impreſſ. poſt eundem librum primum*, Moutan. *controvers.* 21. *num.* 20. *&* 21. Rocc. d. *reſpons.* 99. *ſub nu.* 9. *& ſequenti*, Fabian. de Monte *de empt. & vendit. quæſt.* 3. *principali num.* 41. *in fine*, Scop. in addit. ad Gratian. *obſerv.* 69. *nu.* 10. Fabian. de Anna *ſingul.* 150, *ad medium*, Barbat. *de fideicomm. pur.* 2. *cap.* 3. *nu.* 37. Donad. *de renunciat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 97. *& ſeqq.* ubi concordantes, Capyc. Latr. *decis.* 68. *ſub. n.* 54. Bilot. *concl. feud.* 28. *n.* 7. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *q.* 37. *n.* 6. Ramon. in addit. ad Afflict. *de iure protom.* §. 7. *in prima addit. n.* 14. *& ſeqq.* & in fortioribus terminis retractus, Rovit *in addit. ad dec.* 11. *A Ponte per totam*, Fachin. *controver. lib.* 7. *cap.* 17. *verſic. Non inquam.*

In quam ſententiam eo libentius Rota inclinavit, quia uterque titulus prædictus magnam præſefert æquitatis rationem in omnibus Tribunalibus præfer- 3
tim autem in Supremis præcipuè attendendam, & ſervandam

vandam in caſibus in quibus Jura contrarium expreſ-
sè non determinant, juxtà monitum Imperatoris *in
l. Placuit, C. de Iudic. & Pontific. cap. fin. ante fi-
nem de tranſact.* cum aliis vulgaris Juribus relatis per
Calvin. *de æquit. cap. 4. per totum*, Rota *deciſ.* 262. *n.*
11. *par.* 16. *rec.* & in Romana Locorum Montium 28.
Junii 1671. §. fin. coram Card Taya.

Quo enim ad titulum Agnatitii fideicommiſſi valde
urgere videbatur motivum, quod controverſum Ca-
ſtrum ad ſplendorem familiæ comparatum, & inter di-
verſas agnationis lineas cum illarum reciproca ſubſtitu-
tione diviſum, ſtruti deſcendentibus ea unaquaque non
inanem ſpem, & legitimum tribuebat Jus ſuccedendi
etiam in portione aliorum Confideicommiſſariorum,
ita omnibus pertinentaneam; & perpetuam excitabat
affectionem pro illius conſervatione in familia; & ex-
4 cluſione lugubris alienationis in extraneos, quam in
ſpiritu luget Jerem. Proph. in ejus orat. *cap.* 5. & com-
miſeratur Imperator, *in l. lex quæ Tutore, C. de adm.
tu Tutor.* Rota *decis.* 191. *nu.* 3. *& decis.* 339 *nu.* 13.
part. 17. *rec decis.* 163. *nu,* 12. *par.* 19. & in his termi-
nis conſiderat Sanfelic. *d. decis.* 100. *n.* 7. & Rocc.
d. reſp 19. *num.* 9. *&* 10. licèt autem ex hujuſmo-
di motivo impedite debitam Creditorum ſatisfactio-
nem Juſtitiæ regulis repugnaret, ita æquitatis ratio-
ni repugnat, ſi ſuppoſita illorum ſatisfactione me-
diante eadem pecuniarum ſumma, denegaretur præ-
latio fideicommiſſario nullam habente partem in de-
bitis. nullamque cauſam a debitoribus, qui nec etiam
5 de Jure communi obligare poterant controverſum
Caſtrum titulo fideicommiſſi poſſeſſum, & cum
prohibitione alienandi. & hypothecandi tam à
lege, quam ab homine Teſtatore inducta, obſtante
diſpoſitione Text *in l. fin. C de reb. abſen. non al en.*
ibique Gloſs. *verbo hypothecam.* Soccin. *cons.* 175.
nu 2. *&* 3. *lib.* 1. Peregrin. *de fideic. art.* 40. *nu.*
118. Rota coram Seraph. *decis.* 757. *nu.* 3. cum aliis
apud Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæſt.* 6. *n.* 18. *& ſeqq.*
ita ut venditio medietatis præd. Caſtri fieri ſolum
debuerit ex remedio extraordinario Bullæ Baronum
contra Teſtatoris voluntatem, prout fuit ponderatum
in præcedentibus deciſionibus.

Quo verò ad titulum Conſortii ſuper Caſtro Ju-
6 riſdictionali concurrit non ſolum generalis præſum-
ptio, & probabilitas diſſentionum inter Condomi-
nos pro indiviſo poſſeſſores, conſiderata per Capyc.
Latr. *dicta deciſ.* 168. *ſub num.* 54. Donad. *de renunc.
tom.* 2. *cap* 26. *nu.* 93. *&* 94. ſed etiam ſpecialis ob-
ſervantia, & experientia ſuper controverſo Caſtro,
cujus incommoda diviſio, & communiu diſſidio-
rum occaſio etiam inter eoſdem Conſanguineos, &
agnatos Familiæ del Mero, non obſcurè dignoſcitur
ex præcepto ordinato per Auguſtinum Teſtatorem,
& fideicommittentem, quod ſcilicet illius Juriſdictio
ab unoquoque ex poſſeſſoribus alternativè per qua-
drienniurn exerceretur Summario Baronis Aloyſii Ma-
riæ dato in propoſitione habita die 23. Iunii proxi-
mè præteriti *nu.* 4. ex compromiſſo ab iiſdem poſ-
ſeſſoribus facto in perſonam Card. Iulii Sacchetti
dicto Summar. numer. 3. ac ea Judiciali provocatio-
ne ad diviſionem, quæ tamen effectum ſortita non
fuit eodem Summ. num. 5. & 6. Siquidem ad evi-
7 tandum diſcordias, & rixarum occaſiones otiri ſoli-
tas, & faciles inter plures Dominos Imperantes, &
eoſdem Subditos obſequentes, aptam, imò neceſſa-
riam eſſe æquitatem, concedendo prælationem Con-
domino, ſcandalorum occaſionem tollat, inquit
Roſ. *conſult.* 16. *nu.* 2. *&* 3. Card. de Luca *de feud.
diſcurs.* 38. *num.* 8. *& ſeqq.* & alias ſervan. præſcripſit
Sacra Conſulta in caſu relato per Gratian. *diſcept. fo-
rens. cap.* 597.

Nec attendere voluerunt Domini diſpoſitionem
8 Text. *in l dudum, C. de contrah. empt.* ſupra quæ præ-
cipuè inſiſtebant informantes pro Gavotto delibera-

Deciſion. ad Corrad. de Iure Prælat.

tario ad probandum, quòd prælatio per antiquas le-
ges proximis, & Conſortibus conceſſa, & per di-
cta legem ſublata gravis eſt injuria inani honeſta-
tis colore velata, quam rationem, & ſanctionem,
ſequitur, exornat, & comprobat Rot coram Coccin.
decis. 2129. *per tot.* & coram Merlin. *decis.* 386. *n.* 12.
& ſeq ſiquidem dicti Text. diſpoſitio triplici diffe-
rentia videbatur hodiernæ controverſiæ inapplicabi-
lis, prima ſcilicet, quia diſponit ſolum de prælatio- 9
ne debita proximis, & Conſortibus, prout de Con-
ſorte loquuntur dictæ deciſiones Coccini, & Mer-
lini, ideòque non excludit prælationem à Barone A-
loyſio Maria prætenſam titulo fideicommiſſi, quam
tacite præſervat, imo etiam expreſsè, dum alias præ-
lationes extra nominatas litteraliter approbat in fine
legis. Secunda quia Textus prædictus licèt exclu-
dat à prælationis Conſortem, intelligi poteſt de
ſimplic. conſortio rei allodialis, non autem rei &
Caſtri Juriſdictionalis, in quo ultra rationem Con-
ſortii per dictam legem excluſam, militant aliæ ra-
tiones ſuperius conſideratæ, quæ ideò remanent effi-
caces, & à Dominis ſuperius relatis approbantur,
etiam non obſtante dicta *l. Dudum.* & tertia de-
mum, quia lex illa expreſsè loquitur de venditione 10
voluntaria, & facienda ad liberum arbitrium, &
voluntatem Domini, ut indicat ratio motiva anti-
quatum legum correctarum relata, ibi: *ut extraneos
ab emptione removerent, neque homines ſuo arbitratu
vendenda diſtraherent, &c.* & etiam novæ corrigentis,
ibi: *Sed quia gravis hæc videtur injuria, quæ inani
honeſtatis color velatur, ut homines de rebus ſuis face-
re aliquid cogantur inviti, &c.* ideòque trahi non
poteſt ad venditionem coactam, & neceſſariam fa-
ctam ſubhaſta publica in qua nullatenus applicatur
privatio liberæ facultatis ſuis rebus ad libitum uten-
di naturali, & Civili Jure Dominis competente, ſi-
cuti enim idem Dominus impedire non valet exe-
cutionem, ſubhaſtationem & deliberationem ſuarum
rerum Judice demandante faciendam. nec uti dicta
libertate diſponendi de rebus ſuis eligendo emptorem
& deliberatarium, ſed pati debet, ut illarum ven-
ditio ultimo, & majori oblatori fiat, ita nulla af-
ficitur injuria, ſi in deliberatione loco ultimi oblato-
ris ſibi penitus ignoti præfertur, is, qui ſecundùm
regulas Iuris prælationem meretur, eique fiat ven-
ditio a Judice, cujus auctoritati non debito vo-
luntati, & arbitrio id reſervatur per Text *in l. à
Divo Pio §. ſed ſi emptor. ff de re judic. & in l. ſi
ob cauſam Cod de evict.* & in terminis venditionis fa-
ctæ per Congregationem Baronum, animadvertit Ro-
ta coram Caval. *deciſ.* 618 *num.* 19. *in fine & ſeqq.*
idròque Sanctionem d. Text *in l. Dudum, Cod. de
contrahend. empt.* non extendendam in deliberationi-
bus ſubhaſta publica factis benè reſpondit Vela *diſ-
ſert.* [illegible] *nu* 34. *& diſſert.* 17 *nu.* 10 comprobat Pal-
ma Nep. *alleg* 3. *n.* 1.8. *& ſeqq.* & Rot. in dd. dua-
bus præcedentibus deciſionibus Reverendiſſimus Do-
mini mei Decani utrobique § penultimo.

Ex his igitur conſtito, quòd petita prælatio de
Iure communi, vel ſecundùm receptas Doctorum
opiniones Baroni Aloyſio Mariæ competeret impe-
dita non videbatur ex ſpeciali Iure reſultante ex di-
cta Bulla 41. Clemen. Octav. quæ nec ea verbis Con-
ſtitutionis, nec ex mente legiſlatoris controverſiam
prælationem ſuſtulit; Non inquam ea verbis Con-
ſtitutionis, quia nulla ibidem leguntur verba id im-
portantia, nullaque in illa fit mentio de prælatio-
ne, quod ſufficit juxta tetata per Palm Nep *d. alleg.* 11
3. *n* 5. *& ſere per totam*, minuſque ex mente Le-
giſlatoris; ſiquidem prudens ille, ac providus Ponti-
fex nil aliud per dictam Conſtitutionem intendit, quam
Creditorum ſatisfactionem eo promptiori, & validiori
modo quo poterat; removendo ad hunc effectum om-
nia obſtacula, quæ talis finis conſecutionem impedire

ſent, & demandandi quod bona à Baronibus debito-
ribus poſſeſſa expeditæ executioni, & ſubhaſtationi
ſubjiciantur, ſucceſſivè deliberanda non ad alium ef-
fectum, quàm pro debitorum ſolutione, cùm autem
iſta æquè benè adimpleri poſſit ex pecuniis ab extra-
neo emptore per licitationem oblatis, & ex aliis à
fideicommiſſario agnato, & Conſorte per prælationem
ſolvendis, ſequitur quod Bullam unum potius modum,
quàm alium non curet, nec abhorreat, & per con-
12 ſequens trahi non poſſit, nec extendi ad impedimen-
tum prælationis, ſed potius reſtringi ad limites ra-
tionis, & finis primarii habiti per Principem Legis-
latorem, ut in terminis hujus Conſtitutionis reſpon-
dit Rot. in Rom. Fideicommiſſi 8. Julii 1654. §.
non urget in fine, & §. non etiam coram Veroſpio,
& in decis. 340. ſub n. 15. part. 11. recent.

Non obſtante quod eadem Bulla deroget omnibus
13 fideicommiſſis, & inveſtituris unde arguebant infor-
mantes pro Gavotto, quod licèt per illam prælatio
expreſsè ſublata non fuerit, ſaltem per neceſſariam
conſequentiam impedita remanſerit per abrogatio-
nem titulorum, & cauſarum, ex quibus ipſa derivat
ad Text. *in leg. adigere, ff. de Iur. Patron. cap. ma-
gne in fin. de vot. & cap. cum ceſſante 60. de appellat.*

Siquidem præter deducta in præteritis deciſioni-
bus, quoad derogationem fideicommiſſorum, adver-
tebant Domini quod Bulla prædicta non tollit fidei-
commiſſa, & inveſtituras indiſtinctè, & indefinitè ad
omnes effectus, ſed ſolum ad hoc ut illis medianti-
bus impediri non valeat demandata executio, & ſub-
haſtatio bonorum, & deſiderata ſatisfactio Credito-
rum, quòd apertè patet ex toto tenore Bullæ, &
præſertim ex §. *decimo*, ubi ſic diſponitur, ibi: *Ut au-
tem præmiſſa omnia, & ſingula ad favorem omnium
Creditorum prædictorum ſtatuta, & diſpoſita ſtatim ſine
ulla mora, aut aliquo impedimento executioni demanda-
ri poſſint omnibus, & quibuſcumque inveſtituris, &c.
fideicommiſſis primogenituris, &c. derogamus ac deroga-
14 tum eſſe volumus.* Unde quoad alios diverſos effectus,
& in illis caſibus in quibus non agitur de impedien-
da ſubhaſtatione bonorum, & Creditorum ſatisfa-
ctione, ut in præſenti caſu, quo per prælationem
neutet ex dd. deſideratis finibus impeditur, ſed po-
tius ſupponitur, dum prælatio petita fuit in actu
ſubhaſtationis, & pro illius complemento, nec etiam
derogatio operari debet, juxtà regulam quod ſpe-
cialis diſpoſitio, & cauſa ex una ratione inducta, &
ad unum effectum deſtinata, extra illum in diver-
ſo non operatur, ad Text. *in leg. cum pater 79. §.
dulciſſimi* 5. ibique Gloſs. *verbo nequam, ff. de legat.*
2. Rom. *conſil.* 403. *ſub n.* 23. Ancharan. *conſil.* 104.
nu. 4. Surd. *conſil.* 77. *nn.* 23. *& ſeq.* Oſac. *deciſ.
Pedem.* 169 *num.* 17. Rot. *deciſ.* 88. *nu.* 5. *& decis.*
403. *num.* 3. *& 4. part. 2. recent.* & in terminis ad re-
ſtringendam diſpoſitionem Bullæ Baronum in dicta
deciſ. Romana fideicommiſſi 8. Iunii 1654. §. non ur-
get in fine, & §. penultimo, *& dicta decis.* 340. *n.* 15.
verſ. comprobatur part. 12. *recentior.*

Quinimò hujuſmodi legali regulæ concordat etiam
intentio, & voluntas Pontificis Legiſlatoris, qui quan-
tum abeſt ut omnimodam fideicommiſſorum annihila-
tionem deſideraverit quin potiùs illa præſervare vo-
luerit eo meliori modo, quo poterat, dummodò
tamen non impediretur primarius, & principalis fi-
nis ſatisfactionis Creditorum demandato ſcilicet,
quod illa adimpleta, reſiduum pretii ex ſubhaſtatio-
ne bonorum rettrahendum inveſtiatur, & multiplice-
tur ad beneficium vocatorum, & in §. 13.
Idemque clariùs expreſſit Urbanus VIII. in ejus
Conſtitut. 154. Bullar novo tom. 5. ubi mode-
rando Bullam Baronum in §. 2. ait: *Nos matura de-
liberatione prahabita, proinde penſantes, quam juſtum,
rationabile, & legibus conſentaneum ſit, ut ſuprema Teſta-
mentorum voluntates, quantum fieri poteſt ſortiantur effe-
ctum, &c.* Ideòque cum per prælationem fideicommiſ-
ſario conceſſam benè fieri poſſit, ut adimpleatur Pon-
tificiæ Conſtitutionis effectus mediante ſatisfactione
Creditorum, & Teſtatorum voluntas mediante con-
ſervatione bonorum in agnatione, & familia, con-
gruè applicatur interpretatio, quod dicta Bulla ſubha-
ſtatione mandaverit, præſervato tamen prælationis ef- 15
fectu, ut in ſimili animadvertit Rota *decis.* 266. *nu.*
10. *in fine part.* 14. *recent.*

Minus relevat, quòd in §. 12. ejuſdem Bullæ decer-
natur, quòd bona per Congregationem vendita rema-
nere debeant apud emptorem libera, & immunia ab
omnibus nexibus, vinculis oneribus, & obligationi-
bus, hoc enim nil impedit prælationem, in qua non 16
quæritur de privilegiis competentibus emptoribus poſt
conſumatam deliberationem, ſed in ipſo deliberatio-
nis actu diſputatur quis debeat eſſe emptor; unde reaſ-
ſumentes Domini diſtinctionem alias traditam in pri-
ma deciſione hujus cauſæ coram Reverendiſſ. Decano
edita die 21. Aprilis 1679. §. nihil etiam, reſpondebant,
quod aut petens prælationem comparet poſt delibera-
tionem perfectam, & Jus quæſitum emptori, & hoc
caſu non amplius agitur de prælatione, ſed de retractu,
qui eſt odioſus, & non conceditur poſtquam bona in
emptorem libera tranſierunt à vinculo fideicommiſſi
cujus vigore prælatio competiiſſet, Sanfelic. *decis.*
104. *n.* 1. Poſth. *de ſubhaſtat. inſpect.* 36. *nu.* 78. *&
ſeq.* & in proximis terminis alienationis ſactæ vigore
Auth. res quæ, dixit Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*
42. *n.* 33. *& ſeqq.* ibique Cenſal. *in adden. vers.* 8 *de* 17
claratur, cujus remedium aſſimilari Bullam Baronum,
tradit Card. de Luc. *de credit. diſc.* 126. *n.* 17. aut pe-
titur re adhuc integra, & deliberatione non conſuma-
ta, nec dominio irremiſſibiliter in oblatorem tranſ-
latu & tùnc denegari non debet prælatio in Jure non
denegata, à Doctoribus ſuperiùs citatis admiſſa; nec
ſublata per Bullam Baronum, quæ in dicto §. 12. pernè-
ceſsè loquitur de primo caſu propoſitæ diſtinctionis ſci-
licet poſtquam deliberatio fuit conſumata, dum utitur
verbo *remanere*, quòd ſupponit dominium emptoris,
ejuſque perſeverantiam, non translationem indicat
ad Text. *in leg. ſi manente, ff. de precario*, Rota coram
Ubald. *decis.* 114. *n.* 11. & coram Coccin. *decis.* 1784.
num. 62.

Neque Dominos à ſententia retraxit abſurdum exa-
geratum ab informantibus pro Gavotto, qui inſiſten-
tes cortici verborum, & edictis ſubhaſtationis affi-
xis de ordine Congregationis cum promiſſione delibe-
randi bona ſubhaſtanda ultimo, & majori oblatori,
dictæ promiſſionis adimplementum petebant. quòd
impeditum ſupponebant, ex prælatione per Baronem
Aloyſium non oblatorem prætenſam cum fraudatio-
ne publicæ fidei, & læſione Iudicialis haſtæ, quod
conſiderat Cardin. de Luca *de ſervit. diſc.* 71. *ſub
numero* 15.

Ultra quod enim Congregatio Baronum, ejuſ-
que Judex per dictam promiſſionem vendendi ulti-
mo oblatori non potuiſſet præjudicare Iuribus præla-
tionis Tertio competentibus nec etiam id voluiſſe 18
probatur, cùm promiſſio prædicta intelligatur prout de
Iure quatenus venditio, & deliberatio aliunde impedi-
ta non remaneat Rota coram Eminentiſſ. Cerro *decis.*
507. *n.* 15. alias ſi hoc verum eſſet procedere etiam in il- 19
lis ſubhaſtationibus in quibus extra controverſiam
prælatio competit. ut eſt in ſubhaſtatione rei emphy-
teuticæ. vigore *leg finalis C. de Iur. emphyt.* de qua Man-
gil. *de ſubhaſt quæ* 102. *n.* 18. votum Card. Camerarii
impreſſum *in deciſ.* 184. *part.* 1. *recent.* Adden. ad
Greg. XV. *decis.* 393. *n.* 13. & in fundo cenſito ſavore
Creditoris cenſuarii vigore Bullæ ſan mem. B Pii 20
V. la 79. in ordine Bullar. nov. tom. 1. de qua me-
minit ad propoſitum idem Mangil. *de ſubhaſt quæſt.*
108. *nn.* 3. Gratian. *diſcept. for. cap* 544. *n.* 29. Cenc.
de cenſib. quæſt. 66. *n.* 25. Rota apud Duran. *decis.* 52.
num.

Digitized by Google

num. 3. & coram Ludoviſio *decis.* 193. *nu.* 1. in quorum ſubhaſtatione eadem obſervatur formula edictorum, & tameo noo denegatur prælatio, ut benè obſervat Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 36. *per totam.*

Quæ ratio militat etiam ad excluſionem alterius abſurdi prænunciati à Gavotto, quòd ſcilicet mediante dicta prælatione retrahantur oblatores à licitando in grave præjudicium fideicommiſſorum, & Creditorum, quod etiam conſiderat Sanfelic. *decis.* 10. *n.* 65. Sicut enim id non juſtificatur, nec attenditur in aliis ſubhaſtationibus ſuperius indicatis, ita ſperari poteſt non verificaturum, nec fore attendendum in deliberationibus faciendis per Congregationem Baronum, quæ legales prælationes petitas ante perfectam, & conſumatam deliberationem nullatenus tollit.

Videbatur pariter Dominis controverſa prælatio tempore congruo a Barone Aloyſio Maria petita ſcilicet antequam deliberatio conſumata fuiſſet, & Jus irrevocabile dominii in Gavottum ultimum oblato-
21 rem translatum, ſuppoſito enim quo id ſequi non poterat niſi poſt judiciale decretum deliberationis, ut non controvertitur, & probat Rot. *decis.* 725. *per tot. part.* 2. *recent.* In caſu præſentis controverſiæ petitio prælationis apparet propoſita, vel ante dictum decretum, vel ſaltem contemporaneæ ad illud, ut probant verba, & contextus ejuſdem tranſcripta, tum in liberculo memoriali; ubi reſolutiones Congregationis adnotantur, tum à tergo citationis ad inſtantiam Creditorum tranſmiſſæ. In primò enim legitur, ibi: *deliberari D. Gavotto pro ſcutor.* 7150. *reſervata licentia Sanctiſſimi & ad Nigronum Poenitem pro confectione inſtrumenti proteſtante D. Barone Aloyſio Maria velle præferri ex adverſo generalia contra, ex tunc Illuſtriſſ. Congreg. admiſit loco proteſtationis, & mandavit afficere prout de Iure*, In ſecundò autem habetur, ibi: *deliberavit Illuſtriſſ. D. Carolo Gavotto per ſcut.* 71500 *reſervata licentia Sanct. & ad D. Nigronum pro confectione inſtrumenti omni, &c. proteſtante, &c.* & ſubſequitur ad verbum ut ſupra.

Quibus attentis non placuit repetita diſtinctio orationum, & actuum, quam allegabant informantes pro Gavotto, quòd primus conſiſtens ſolùm in deliberatione eſſet omninò diſtinctus ab alio ſcilicet proteſtatione præſertim ſtante d. clauſula *omni &c.* appoſita in decreto ſub citatione extenſo; quodque per conſequens iſta ſupervenerit poſt deliberationem omninò perfectam, talis enim interpretatio, & ſciſſura repugnat unitati, & continuationi periodi explicatæ, & rectæ ab unico, & principali verbo *delibe-*
22 *ravit*, quod totam orationem informat, & demonſtrat actus præfatos, licet diſtinctos per prius, & poſterius ſecundum ordinationem ſcripturæ, de qua curandum non eſſe, monet Bart *in leg. Centurio num.* 4. *C. de fid. inſtrumen.* Socc. *cons.* 8. *num.* 15. *lib.* 1. Rot. apud Merlin. *de pign. decis.* 146. *num.* 8. & coram Peuting *decis.* 114. *nu.* 17. & 140. *nu.* 10. nihilominus unitos, & indiſtinctos ſecundùm ordinem intellectus, qui attenditur, & præferri debet, Alex. *conſ.* 161. *nu.* 3. *lib.* 7. Rota coram Coccio. *decis.* 1016. *n.* 13.

Nil relevante quòd in inſtrumento deliberationis ſucceſſivè ſtipulato per R. P. D. Nigronum authoritate Congregationis narratur petitionem prælationis ſuperveniſſe poſt perfectam deliberationem, id enim geſtum, & dictum eſt abſente Barone Aloyſio Maria cujus Juribus non potuit quidquam præjudicare, res inter alios acta, vulgata *leg.* 1. & *tot. tit. Cod. res inter alios acta*, imò fuit ſimplex enunciativa Notarii præteritum factum erroneè referentis, contradicentis decreto Congregationis, cui tamen in omnibus conformare inſtrumentum declaravit mediante clauſula, ibi: *Ut latius continetur in decreto d. die facto ad*
23 *quod &c.* per quam ſpecificam relationem; decretum præfatum cenſetur in inſtrumento referente ac verbum inſertum vulgata *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcripſero* 38. *ff. de condit. & demonſtrat. & l. ait Prætor.* §. *fin. ff. de judicat.* In dubio autem magis attenditur relatum, quàm referens apud Cenc. *de cenſib. decis.* 366, *numer.* 6. & coram Eminentiſſ. Cerro *decis.* 911. *n.* 9.

Modis denique congruis, ac debitis petitam fuiſſe prælationem dignoſcitur ex eo, quia cedula banchari a idonei Mercatoris, cujus ſolùm defectum allegabat Gavottus, non erat neceſſario exhibenda à Barone Aloyſio Maria, dum ipſe in ſubhaſtatione controverſorum bonorum non comparuit uti licitator deliberationem petens vigore Bullæ Baronum, quo caſu ad obſervantiam conditionum præſcriptarum in eadem Bulla obligatus fuiſſet, præſertim autem ad exhibitionem cedulæ, ſed tamquam fideicommiſſarius, & Condominus prælationem opponens, cujus inſtantia, nec à Bulla prædicta, nec à jure Communi tali onere gravatur.

Non obſtante oppoſito objecto, quod ſcilicet hoc admiſſo fraudaretur mens, & intentio Bullæ, nec adimpleretur deſiderata ſatisfactio Creditorum, qui ex tali prælatione amitterent ſpem ſolutionis ex cedula ultimi oblatoris quæſitam, ſiquidem diſtinguentes Domini inter petitionem, & conceſſionem prælationis reſpondebant, quod in caſu conceſſionis locum habere poterat ratio prædicta ſatisfactionis creditorum, aliaque argumenta relata ab informantibus pro Gavotto; ſecus autem in caſu ſimplicis petitionis impugnatæ ab ultimo oblatore, & per Congregationem Baronum admiſſæ loco ſimplicis proteſtationis, ſicut enim quis proteſtando ad nullam cedulæ exhibitionem tenetur ita nullo Iuſtitiæ, & æquitatis Iure condemnari poteſt petens, ſine effectu prælationem ad exibendam cedulam notabilis ſummæ, quæ cum nonniſi magno incommodo pare- 24
tur, & majori damno retineri debuiſſet infructuoſa durante diuturna lite Judicio ordinario terminanda, ſufficitur tunc exhibeatur quando ex Judicis authoritate, vel oblatoris contradicentis conſenſu, prælationis effectus obtinetur, ut alias ſervavit eadem Congreg. Baronum in caſu relato per Rot. *decis.* 50. *part.* 1. *recentior.* & ſervandum eſſe dixit Gabr. *cons.* 36. *nu.* 64. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. for. cap.* 786. *nu.* 8. & 9. & eadem Rot. coram Ludoviſio *decis.* 451. *nn.* 5. & *ſeqq.* imò talis concluſio benè congruit ipſi Bullæ, quæ in § 4. imponit onus exhibendi cedulam pretii in ſolùm, cui acto fit deliberatio, ibi: *Ad deliberationem plus offerentes cum cedula banchar ia idonei Mercatoris deveniant*, nunquam verò tali onere gravat eum, qui actu deliberationem non obtinet.

Et ita reſolutum eſt poſt triplicem propoſitionem coram me habitam die 21. Februar. 17. Aprilis & 23 Junii anni proximè præteriti hodie autem proponente Reverendiſſ. D. meo Decano vice, & nomine mei mala valetudine detenti, & poſtremis duabus propoſitionibus omnibus Dominis Suffragantibus ſemper autem utraque Parte audita.

R. P. D. RONDININO.

ROMANA CASTRI PORCILIANI.

Lunæ 14. Maii 1685.

SUMMARIUM.

1 *Bulla Clement. VIII la* 41. & *Urban. VIII. la* 154. *non tollit prælationis jus, quod dat lex, aut ſtatutum.*

2 *Prius, & poſterius non datur in eadem ſcriptura.*

3 *Confeſſio intelligi debet, ut quo minus fieri poteſt noceat confitenti.*

Decreto IV.

IN hodierna nova Audientia Carolo Gavotto conceſſa ad impugnanda fundamenta ultimæ Deciſionis coram me editæ die 14. Ianuarii proximè præteriti parum inſiſtentes ejus Defenſores ſuper competentia prælationis Baroni Aloyſio Mariæ Condomino, & Agnato fideicommiſſario de jure communi debitæ in venditione hujus Caſtri, juxta doctrinas Baldi, & Bartoli in eadem Deciſione approbatas, illius admiſſioni præcipue opponebant deficere requiſita Baldi in venditione Caſtri communis, & requiſita Bartoli in venditione rei fideicommiſſariæ, nec non venditionem factam fuiſſe in Congregatione Baronum, ex cujus inſtitutione, & privilegiis omnem prælationem excludi, illamque petitam ab eodem Barone Aloyſio Maria tempore, & modo incongruis, quibus tamen repetitis objectis, cùm abunde ſatisfactum fuerit in præcedentibus Deciſionibus tam coram Reverendiſſ. D. meo Decano, quàm coram me editis, DD. non ſine nova ponderatione perſtiterunt in Deciſis.

1 Licèt enim verum ſit, quod Bulla Clementis VIII inſtitutoria, & ordinatoria d. Congregationis impreſſa inter alias ejuſdem Pontificis la 21. in ordine Bullarii novi tom. 2. removendo omnia obſtacula fideicommiſſorum, Primogeniturarum, inveſtiturarum, & aliorum titulorum, ex quibus ſubhaſtatio bonorum ad Barones ſpectantium impediri poſſet, & ex quibus prælatio competit, generaliter mandet, quod bona ultimo, & majori oblatori deliberentur, & apud emptorem libera, & omninò immunia remaneant, nihilominus æquè verum eſt, quod dicta derogatio, & remotio non ſit per Bullam abſolutè, & indefinitè, ad omnes effectus, ſed ſolùm ad finem conſequendi deſideratam ſatisfactionem creditorum quorum indemnitati prudens ille Pontifex providere principaliter voluit eo meliori modo, quo potuit, unde cùm conſecutio talis finis æquè benè reportetur tam per deliberationem faciendam ultimo oblatori extraneo, quam, per prælationem concedendam agnato, & fideicommiſſario Condomino, utique dicta prælatio dici non poteſt ab eodem Pontifice ſublata, imò potius præſervata, attenta præſertim alia Bulla Urbani VIII. Summi Pontificis moderatoria dictæ Conſtitutionis Clementinæ, impreſſa inter alias dicti Pontificis la 154. & ordine Bullarii novi tom 5. per quam Pontifex præſervari voluit, quantum fieri poteſt, ſupremas Teſtatorum voluntates unde cùm per prælationem Agnato, fideicommiſſario, & condomino conceſſam; & Auguſtini Teſtatori fideicommiſſum agnatitium in his bonis affectione dignis minus lædatur, & Creditorum ſatisfactio reputtetur, non minus Juris, & æquitatis regulis, quàm Pontificis Clementis intentioni illa adaptari dicendum eſt, ut realis & perpenſis verbis, & ſenſu tam dictæ Clementinæ, quàm Urbanæ Conſtitutionis, latè probat Deciſio præcedens coram me edita § *Ex his igitur*, *& ſeqq.*

Congruo autem tempore iterum recognoverunt DD. petitam fuiſſe ab Aloyſio Maria controverſam prælationem, dum pro ea inſtetit in Congregatione Baronum eodem tempore quo illa deliberari mandabat Caſtrum favore Gavotti, & antequam deliberatio compleretur, ut apparet ex decreto adnotato à tergo citationis ad inſtantiam Creditorum tranſmiſſæ, & in liberculo Congregationis ad hunc effectum deſtinato, ibi: *deliberavit Illuſtriſſimo Domino Carolo Gavotto pro ſcutis 71500. reſervata licentia Sanctiſſimi, & ad D. Notarium pro confectione inſtrumenti, & omni &c. proteſtante Domino Barone Aloyſio Maria, &c.* quòd decretum fruſtrà prætendebat Gavottus ſcindere duas partes diviſas diverſo tempore, & per actus diſtinctos geſtas præſertim attenta enunciativa emiſſa in ſubſecuto inſtrumento deliberationis, ubi refertur, quod petitio prælationis ſupervenit poſt decretam deliberationem quia dicta ſciſſura excluditur ex contextualitate, & unitate orationis unico verbo, & unica orationis ſtructura complectentis duos actus uti pertinentes ad diverſas perſonas, potuerunt quidem unico, & eodem tempore fieri, non autem unico, eodemque verbo indiviſibili in ſcriptura referri unico verbo, ideò attendendum non eſſe ad probandum prius, vel poſterius, monet Bartol *in l. Centurio n. 4. C. de fid. inſtr.* Rota coram Peutinger. *decis.* 14. *nu* 17. 2 Enunciativa autem Notarii emiſſa abſente Aloyſio Maria, ipſi præjudicari non valuit præſertim uti erronea, & diſcordans, à decreto, cum quo in omnem caſum debere conciliari, & concordari, ſtante clauſula relativa in dicto inſtrumento appoſita, ibi: *ut latius continetur in decreto dicta die facto, ad quod, &c.* operante, ut diſcordia relatum potiùs, quam referens attendatur, juxta notiſſima jura cumulata in deciſione præcedenti coram me edicta §. *Nil relevante.*

Nec ad probanda dictam diverſitatem, & diſtinctionem actuum attendi merentur enunciativæ emiſſæ ab eodem Barone Aloyſio Maria tam in ſupplici libello porrecto Sanctiſſimo D. Noſtro pro obtinenda commiſſione Causæ, quam in ipſa commiſſione, quia tenor ſupplicis libelli importat potiùs contemporaneitatem actuum, dum mihi inibi exprimitur, *e poi finalmente, &c. deliberata nella Congregatione de' Baroni, & e l'Oratore è comparſo in quell' iſtante nella Congregatione, eſſe proteſtato, &c.* quæ proteſtatio in ipſo inſtanti deliberationis excludit poſterioritatem, & anterioritatem, attentis tribus diverſis qualitatibus temporis, ſcilicet præteriti, inſtantis, & futuri, de quibus Quintilianus *lib.* 5. *cap* 10. Undè patet, quod præteritum non eſt idem, ac inſtans, nec inſtans idem, ac præteritum, Commiſſio autem ſubſecuta, licèt non ſpecificet tempus proteſtationis emiſſæ, ac prælationis petitæ, non tamen importat di- 3
ctam poſterioritatem, & diverſitatem actuum, quinimò uti relativa ad decretum, ſecundùm illius tenorem eſt intelligenda, & ad ſummum quando dici poſſet ambigua eo modo interpretari, & intelligi debet, quominus noceat confitenti, ad Text. *in l. ſi quis intentione, ff. de Iudic.* Roman. *conſil.* 455 *n.* 4. Rota coram Eminentiſs. Cerro *decis.* 136. *n.* 14.

Quo demùm ad modum petitæ prælationis ſcilicet ſine præſentia pecuniæ, vel oblatione, cedulæ idonei Mercatoris, quæ pro forma requiſita prætenditur tam de jure communi, quàm ex diſpoſitione dictæ Bullæ Baronum, DD repetebant, quod Baro Aloyſius Maria non venit ad oblationem concurrens uti licitator, & deliberationem petens vigore Bullæ, ſed ſolùm uti fideicommiſſarius, & Condominus petiit prælationem jure communi ſibi debitam, ideoque ſervare non tenetur formam dictæ Bullæ, & quatenus etiam dicendum eſſet, quod ſaltem teneretur ad promptam ſolutionem pretii favore creditorum, ne iſti ſub titulo prælationis fraudentur ſatisfactione, quam ex venditione, & deliberatione reportare ſperant, ſufficit hoc adimpleri eo tempore, quod prælatio cum effectu conceditur, & emptio per viam prælationi habet locum, non autem quoties iſta impugnatur ab ultimo oblatore, ne ille, cui ex privilegio prælationem favorabilem jura renovant damnum potius, quam utilitatem conſequatur, aſſumendo in ſe litem pro obtinenda prælatione, & abſque adeptione bonorum pretium notabilis quantitatis, vel fructuoſum durante lite retineat, quod repugnat æquitati non minus, quàm ſtylo ejuſdem Congregationis Baronum relato in præcedenti deciſione § *finali*, ad quam DD. in reliquis approbativè ſe retulerunt.

Utraque &c.

R. P. D

R. P. D. PAULUTIO.

Romana, Seu Tusculana Vineæ.

Veneris 26. Januarii 1685.

SUMMARIUM.

1 *Venditio facta pro certo pretio, cum pacto faciendi æſtimationem cum pacto refundendi quod deſit vero valori rei, eſt perfecta.*

2 *Legitimam filius eligere non poteſt ſuper re, quam pater vendi permiſit.*

3 *Fideicommiſſario prælatio non datur in emptione rei fideicommiſſariæ, quæ venditur ex permiſſione Teſtatoris.*

4 *Conceſſio facta intra certum tempus, & expirata ob negligentiam, vel voluntatem partis, reſolvitur.*

Decisio V.

Vineam, quam vendi promiſerat pro juſto pretio Gabriel Fonſeca poſt mortem Gaſparis primi vocati vendidit Canonicus Balthaxar. Fonſeca ſubſtitutus Comiti Nicolao de Silva pro pretio ſcut. 7000. & eo pluris, quo per Peritum eligendum, citatis etiam ſubſtitutis Balthaxaris æſtimari contigeret, ad effectum tamen inveſtiendi ſub certis quibuſdam pactis in apoca venditionis conventis; & præcipuè, quod recuſante venditore ſcut. 7000. prædicta recipere, Emptor ad fructus recompenſativos in ſumma ſcut. 250. quodlibet anno teneretur, Philippus Laurentius, & alii de Gallis venditori ſubſtituti venditionem oppugnarunt, eo quia vinea uti fideicommiſſaria diſtrahi non poſſet, & quia in omnem caſum prælationis privilegio juvari contendebant, ſed prælationem per Comitem Silvam ſponte oblatam intra tempus præfixum, iis non attendentibus, ne diu in ſuſpenſo remanerent tam emptor, quàm venditor,, venditionem contractam confirmarunt, & in conſequentiam hujus declarationis A. C. Judex elapſis aliis decem diebus ad prælationem conceſſis, mandavit deponi pretium, quod etiam poſt appellationem interpoſitam à Gallis Signatura inveſtiri præcipit; unde modò ad formam dubii propoſiti, An mandatum A. C. ſit exequendum, & an conſtet de legitimo Inveſtimento, Affirmativè in omnibus Domini reſponderunt, cùm pro utroque militet præſumptio juris, ſtante auctoritate Judicis. Dunoz. Jun. *decis.* 373. *n.* 3.

Nec attendenda ſunt viſa adducta in contrarium ab Informantibus pro Gallis, eo quia dictum depoſitum nulliter fuerit decretum pendente judicio inter Gallos, & Fonſecam, An dicto Fonſecæ vineam licere vendere, & ulterius, quod dictum depoſitum, ſive mandatum de deponendo injuſtitia laboret, cùm vinea, fideicommiſſo ſuppoſita vendi non potuerit, ac tandem, quod Galli tanquam ſubſtituti non ſolum à Gabriele primo fideicommittente, ſed etiam à Gaſpare filio ſaltem in emptione præferri debuerint.

Primum enim objectum facili negotio tollitur, quia cùm lis exiſteret inter Comitem Silvam, & Gallos, inter quos numquam fuit diſceptatum de facultate vendendi vineam, ſed ſolùm id appoſitum per viam exceptionis in judicio introducto ſuper exequutione venditionis non applicantur termini judicii præjudicialis, onde benè potuit Judex exceptione ſpreta ad contractus executionem procedere, Rot. *decis.* 36. *nu.* 52. *& ſeqq. part.* 5. *recent.* Seraph. *decis.* 383. *n.* 8.

Per facultatem vendendi à Teſtatore conceſſam ſecundum objectum diluitur, quia data libera licentia non eſt quærendum de natura rei, nec quid importet qualitas fideicommiſſaria, & licentia non eſt reſtricta ad perſonam Gaſparis, ut Galli ſuadere ſtudebant, ſed exhibetur abſoluta in teſtamento Gabrielis fideicommittentis, ibi: *Evoglio, che la Villa di Fraſcati trovandoſi à vendere per giuſto prezzo ſi poſſi vendere.* Ideò facultas eſt indeterminata, & imperſonalis, nec per ſequentia verba, ibi: *E non vendendo ſi poſſano li Signori Gaſparo, è Baldaſſare an darci à dimorare egualmente, &c.* Inducitur reſtrictio poteſtatis ad ſolum Gaſparem, ſed libertas Balthaxari vineæ commoditate fruendi etiam Gaſpare vivente.

Conditio appoſita licentiæ vendendi, ſcilicet ut juſto pretio reperto, venderetur vinea, eſt adimpleta; quia pretii juſtitia deducitur à ſcut. 7000. & reliqua ſolvendo juxta ſenſum Peritorum, quod adeò verum 1
eſt, ut venditio pro perfecta habeatur, non obſtante pacto illi adjecto æſtimationis faciendæ ad effectum refundendi, quod deſit. *l. hæc venditio, ff. de contrahend. empt.* Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 19. *nu.* 38. *&* 45. Seraphin. *decis.* 264. *nu.* 7.

Nec alienandi poteſtate privari potuit Balthaxar ſtante fideicommiſſo Gaſparis Gabrielis filii, ex quo fit inductio, quod cùm eidem Gaſpari in bonis patris fideicommittentis competeret legitima, dictæ legitimæ jure vinea vinculo fideicommiſſi ejuſdem Gaſparis obſtricta remanſerit, quia omiſſis aliis reſponſionibus Gaſpar ſuper vinea legitimam non elegit, quod neque facere potuiſſet in præjudicium diſpoſitionis Gabrielis patris, qui vineam vendi permiſerat, Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 50. *& ſeqq.* 2
Et quatenus ejus eligendi ad hæredes tranſmitteretur, hoc competeret Balthaxari, hæredi immediato etiam ejuſdem Gaſparis, non Gallis ſubſtitutis.

A prælatione tertium deſumitur objectum, ſed quidquid ſit de veritate hujus quæſtionis in abſtracto conceptæ, An ſcilicet prælatio competat fideicommiſſario, in bonis fideicommiſſi prælationem non
deberi in caſu præſenti, neque de jure, nec de æquitate Sacra Rota conſtanter cenſuit, quia data licentia vendendi, ceſſat fideicommiſſum in caſu venditionis, & ceſſat pariter particularis bonorum affectio, ac votum illorum conſervationis in ſubſtitutis, quæ ſunt baſes prælationis, voluit enim Teſtator bonorum conſervationem, quatenus non vendantur, non quatenus vendantur, Honded. *conſ.* 69. *numer.* 22. *&* 23. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 456. *num.* 5. Rot. *decis.* 94. *nu.* 2. *part. recent.* 3

Demum aſſenſus partium prælationis præſtitus, & Judicis dilatio ad prælationem petendam non proſunt Gallis, cùm intra tempus utrobique præfixum non petierint præferri, unde ſolum de ſeipſis conquerantur, quia vel ob eorum negligentiam, vel voluntatem à commoditate conceſſionis ceciderint, Roland. *conſ.* 10. *nu.* 12. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 33. *num.* 89. *lib.* 2. Becc. *conſ.* 12. *nu.* 7. Greg. *decis.* 559. *n.* 1. & ibi Adden. *n.* 8.

Et licet in termino ſuperſeſſoriæ decem dierum Galli declaraverint ſe velle præferri, quia tamen prælatio ſub exorbitantibus conditionibus, & non purè fuit petita, optimè egit A. C. procedendo ad ulteriora, maximè cùm neque fuerit oblata pecunia pro pretio convento à cujus oblatione ſe eximere non potuerunt Galli ſub prætextu, quod neque Comes de Silva ad illius ſolutionem, ſed tantum ad fructus recompenſativos fuerit adſtrictus, quia contrarium patet ex apoca venditionis, ibi enim legitur obligatio vel ſolvendi pretium, vel fructus, quæ alternativa favore venditoris, non emptoris fuit appoſita, Unde Galli, qui locum emptoris ingredi prætendebant pro integro adimplemento utramque obligationem ſubire tenebantur, ut venditor poſſet etiam eligere pretium, prout elegit, ex quibus conſtat etiam de legitimo inveſtimento.

Et ita utraque &c.

30 *Augmentum proveniens ex caſu fortuito ſpectat ad Dominium bonorum augmentatorum.*
31 *Prælatio in emptione Officii debetur ex æquitate aliis illud exercenti.*
32 *Participans de fructibus rei venditæ, videtur habere quaſi partem Domini.*
33 *Et poteſt vocari Socius.*
34 *Socio competit prælatio in diſtractione rei alterius Socii.*
35 *Colonus dicitur Socius.*
36 *Et habet prælationem in re ſui Domini.*
37 *Emphyteuta competit prælatio in alienatione proprietatis.*

Decisio VII.

Officium Curſoratus vacatum, per obitum Caroli, Sanctiſſimus contulit Alexandro, ita tamen, ut ipſe vendere, aut alias quomodolibet de eo ejuſque fructibus nullo modo diſponere potuiſſet, ſed Sebaſtianus Bertarellus, qui propriis pecuniis illius pretium ſcutorum 1400. perſolvit, de eo, ejuſque fructibus poſſet ad ſui libitum, & pro ſuo uſu liberè diſponere, non ſolùm irrequiſito, ſed etiam contradicente Alexandro.

Sequuto obitu Sebaſtiani, coram Jo: Baptiſta, & alii ipſius hæredes inſteterunt coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali de Carpinen Prodatario pro admiſſione reſignationis prædicti Officii, ſed cum ſe oppoſuerit Alexander ſub prætextu, quod officium ad ſe ſpectaret, ac exhiberit reſtituere ſcut. 1400. ſoluta in emptione per Sebaſtianum hæredes recuſarunt recipere, eo quia Officium nunc præſupponatur valoris ſcutor. 2000. Quare idem Eminentiſſimus Dominus conſuluit Rotam, & Domini mandarunt diſputari dubium: *An Officium ſpectet ad Bertarellum, ejuſque heredes, vel ipſi teneantur recipere pretium; & cujus temporis:* eoque per me propoſito, pro affirmativa quo ad primam partem orta eſt reſolutio, & quo ad ſecundam Bertalum teneri recipere pretium currentis temporis.

Fundamentum reſolutionis fuit ſolutio pretii Officii facta per Bertarellum, nec non efficacia decreti in ventre ſupplicationis appoſiti, per quod Dominum Officii acquiſitum fuit Bertarello ſolventi de propriis pecuniis mediante reſervatione ad ipſius favorem omnimodæ diſpoſitionis tam ſortis, quam fructuum, &
1 emolumentorum quorumcumque ordinariorum, & extraordinariorum; itaut Alexandro ſolummodo remanſerit titulus, & exercitium una cum periculo ad effectum vacationis, & adminiſtratione Officii, ut alias pluries tenuit Rota, & ſignanter in Romana Officii Scriptoriæ coram fel. record. Clem. VIII. relatum per Pacific. de Salv. *decіſ.* 151. *num.* 1. *&* 2. & in eadem coram bon. mem. Card. Pamphil. 1. Aprilis 1588. & Card. Seraph. *deciſ.* 1303. *n.* 10. & coram Dunozz. Jun *deciſ.* 986. *& deciſ.* 1005. *per tot.* ipſum-
2 que dominium per mortem Sebaſtiani transfuſum fuiſſe in Joannem Baptiſtam, & alios de Bertarellis hæredes, dixit Menoch. *præſumpt.* 27. *n.* 10. *& ſeqq. lib.* 4. Mantic. *de conject. lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 13. *&* 14. ac firmavit Rot. coram Cavalet. *deciſ.* 605. *n.* 3. & coram Buratt. *deciſ.* 863. *n.* 4.

Non dicatur prædicta procedere in Officiis vacabilibus, quæ habeat certam maſſam, & redditum, non autem in Curſoratu, in quo omnium redditumm acquiſitio dependet ab exercitio, & à quotidianis laboribus, quoniam objectum tollitur, tam in facto, quàm in Iure; In facto ſiquidem, quia ex notula tradita in ſolio ad partes per Alexandrum intitulato, *Informatione dell' Entrata, e ſtato dell' Officio del*
3 *Curſorato*: patet prædictum Officium habere certos redditus, & in ſpecie partem panis, & vini aſſignatam à Sacro Prælario Apoſtolico habere certas mercedes pro initiatione functionum Apoſtolicarum, & donativa certa, quæ conſequuntur in ingreſſu Officialium Sedis Apoſtolicæ, & nonnulla incerta quod ad quantitatem, quæ conſequuntur in feſtivitate Nativitatis Sanctiſſimi Domini Noſtri, ab Eminentiſſimis Cardinalibus, & Reverendiſſimis Prælatis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

In Jure verò, quia licet Officium Curſoratus nullos haberet certos redditus adhuc dominium illius ſpectaret ad Bertarellum reſervatarium ex vi decreti, quæ non ſtat in eo, quo officium, ſuper quo reſervatur habeat, vel non habeat fructus ſine exercitio, & labore, ſed in eo, quod decretum tribuit reſervatario omnimodam diſpoſitionem in pretio officii, &
fructibus ſi quos habet, cum verbum *in diſpoſitione*, 4
ſecum ferat dominium, Rot. in Romana Societatis Lotthi 23. Martii 1672. §. tum quia etiam coram
Reverendiſſimo D. meo Decano, ex regula, quod 5
nil aliud ſit Dominium, quam poteſtas liberè diſponendi *l. in re mandata* 21. *C. mandati*, Bart. *in l. ſi quis §. differentia, ff. de acquiren. poſſeſſ.* Rot. coram Buratt. *dicta deciſ* 863. *nu.* 1. & coram Coccin. *deciſ.* 1517. *nu.* 10 coram Celſo. *deciſ.* 337. *nu.* 1. *& ſeqq.* & poſt Pacif. de Salv. *deciſ.* 149. *nu.* 3. *&* 5. & in Romana Officii 7. Maii 1664. §. conſtat enim coram
R. P. D. Bevilaqua Urbis Gubernatore, imo in termi- 6
nis Officii Notariatus, in quo requirun ut exercitium labor, & induſtria Rot. in Romana Officii Notariatus 22. Iunii 1668. coram R. P. D. meo Bourlemont, & in alia Iunii 9. Maii 1652. § cum enim Officium coram Leone Veroſpio, & *deciſ.* 106. *n.* 1. *par.* 11. *rec.*

Pro cujus domini confirmatione plura pariter concurrunt adminicula, & conjecturæ, quarum prima eſt ſupra adducta pro fundamento principali, Bertarellum emiſſe officium propriis pecuniis, Summar. hæredum nu. 2 à quo dignoſci dominium in his termi-
nis firmavit Rot. *deciſ.* 151. *n.* 2. poſt Pacif. de Salv. 7
Coccin. *deciſ.* 1517. *nu.* 6 & Burat. *d. deciſ.* 863. *nu.* 5. *&* 6. ſecundò libera facultas percipiendi fructus in
ſupplicatione contenta, ex regula, quod fructus ſe- 8
quantur Dominium, Honded. *conſ.* 39. *nu.* 21. *in fin. verſ. primo ob poteſtatem percipiendi fructus, & ſeqq. lib.* 2. Grat. *diſcept.* 50. *n.* 22. Rot. poſt Pacif. de Salv. *dict. dec.* 149. *n.* 7. Tertio ex appoſita obligatione Bertarelli in ſupplicatione ut teneatur pro ſtaudibus, & delictis Alexandri, quod vinculum denotat Dominium in Bertarello, ex quo Dominus, & Patronus pro ſuo Officiali, & famulo teneatur, ad Tex-
tum *in l. prima §. familia, ff. de public. & vectigal.* 9
Salicet. *in l. quæ fortuito* 6. *num.* 7. *C. de pignorat. action.* Quarto concurrit atteſtario negotiantium, & Officialium Datariæ, & Cancellariæ *Summar. n.* 3. deponentium in ſimilibus reſervationibus decreti Dominium Officii ſpectare ad reſervatarium, qui-
bus deferendum eſſe in propriis terminis reſpondit 10
Rot. in Romanæ Officii Januizer. coram Coccino dicta *deciſ.* 1517. *nu.* 25. Quintò quia hunc intellectum decreti ſemper amplexa eſt obſervantia Curiæ
& Rotæ prout teſtatur Burat. *in prædicta deciſ.* 863. 11
n. 12. *&* 13. ubi: *Quod ipſa obſervatia non ſit recedendum ex vulgata leg. minime, ff. de legib* Tan-
dem concurrit ratio, nam cum Dominium ejuſdem 12
rei duo inſolidum habere non poſſint, *l. ſi ut certo §. ſi duobus vehiculum ff commod.* dicendum venit, quod
Officium Curſoratus ſpectet ad Bertarellum, cui tan- 13
dem ementi propriis pecuniis per Sanctiſſimum fuit data facultas diſponendi, non autem Alexandro, cui ipſa facultas ſublata fuit, alias ſequeretur abſurdum, quod Papa permiſiſſet pactum contra regulas Iuris per quas non valet pactum abſolutum, quod de re ſua quis diſponere non poſſit, *l. nemo, de pact.*
Riminald *conſ.* 319. *num.* 25. *lib.* 2. & Rot *deciſ.* 14
262. *n.* 1. *par.* 1. *diverſ.*

Nec relevat, quòd Officium emptum ſit ſub nomine Alexandri ejuſdemque periculo vitæ, quia in Officiis

15 Officiis Curiæ non eſt novum, ut titulus eſſe poſ-
ſit penes unum, & Dominium penes alterum, Gra-
tian. *diſcept.* 730. *nu.* 49. Rot. *deciſ.* 305. *nu.* 1. *&* 6.
part. 2. *recent.* & poſt Poſth. *de manut. deciſ.* 335. *nu.*
15. ad inquirendum nempè dominium non venit inſpi-
cienda perſona illius, ſub cujus nomine officium emi-
16 tur, ſed ad cujus favorem reſervata ſit liberà diſpo-
ſitio, Honded, *dicto conſ.* 39. *nu.* 23. *lib.* 3. Rot. *deciſ.*
262. *n.* 1. *par.* 1. *diverſ.* & in Rom. Officii Scripto-
17 riæ 1. Aprilis 1528. coram Cardin. Pamphil. nam nu-
dum nomen, & titulus non infertur dominium, ma-
ximè dum clarè patet officium emptum de alterius pe-
cunia, ad tradita per Ancharan. *conſ* 127. *ſub num.*
1. *verſic hic verè animus cum ſequen.* Rot. *deciſ.* 771.
nu. 2. *&* 5. *& part.* 2. *& deciſ.* 424. *nu.* 21. *par.* 9.
recent. & in Romana de Mareſcottis 23. Martii 1635.
& 28. Ianuarii 1636. coram Buceabella.

Neque valet argui dominium in Alexandro ex con-
cordata annua præſtatione ſcutorum nonaginta trium
pſo fructibus Officii, quia cum ratione operæ, & la-
boris eſſet ipſe ſalariandus, non repugnat, quin Ber-
tarellus Dominus conſenſerit in aſſignationem reſidui
18 fructum pro ipſa mercedes; Imò valet titulus & do-
miniom in unius perſona legitimè reſidere licet fru-
ctuum utilitas alteri attributa fuerit, Rot. in Rom.
Emphyteuſis 18. Iunii 1640. coram Hieronymo Ve-
roſpio, §. neque huic declarationi, verſ. neque eſt
novum, & apud Pacif. de Salvian. *deciſ.* 151. *in princ.*
nec non deciſ. 57. *num.* 1. *&* 3. *par.* 14. *recent.* idque
videtur innuere Bald. *in l. ſi quis Titio* 17. *nu.* 9. *&* 2.
ff. de legat. 2. & Rot. coram Ludoviſ. *deciſ.* 544. *nu.*
18. præterquam, quod Bettarellus ingenioſè egit,
dum concordavit pro mercede certi laboris fructum
19 incertum, maximè quod ſalarium de Iure debebatur,
& ſicut poterat minui, ita poterat augeri habito re-
ſpectu ad laborem, Roman. *conſ.* 25. *n.* 2. Surd. *conſ.* 65.
nu. 6. Becc *conſ.* 27. *nu.* 2. *lib.* 1. Cui accedit quod
Bertarellus in majori parte recuperatum apparet, vo-
20 luiſſe conſervare illæſum proprium dominium, ex ver-
bis illis: *per li frutti del mio Curſorato*, quæ verba ex-
primunt intentionem ſcribentis, & important domi-
nium, ac poſſeſſionem, Rebuff. *in l. verbum illud*
pertinere, *verſ. ita ſicut*, *& verſ. & ſic verba ſpectare*,
21 *ff. de verb. ſignif.* Peſin. *in rubr. de reſcript. n.* 7. *verſ.*
hoc autem limitatur, & Rot apud Poſt. *de manut. deciſ.*
265. *nu.* 5. quod autem pronomen *mio* denotet do-
minium, Menoch. *conſ.* 106. *nu.* 182. *& conſ.* 115.
nu. 60. *& conſ.* 466. *num.* 6. Cald. Pereira *de empt.*
22 *& vend. cap.* 10. *nu.* 2. meum ſiquidem dicitur, quod
ex re mea provenit, Barboſ. *dict.* c 8. *nu.* 8. Duran.
deciſ. 182. *nu.* 4.

Ex quibus ſequitur augmentum valoris officii, quòd
ſupponitur à ſcutis 1200. aſcendiſſe ad ſcuta 2000.
23 cedere favore Bertarelli; nam cùm ſit acceſſorium ſor-
titur naturam ſui principalis ad quod accedit, *l. ſi con-*
venerit 18. § *ſi nude*, *ff. de pignorat. act. l. etiam in*
24 *fine*, *C. de Iur. dot.* & *in l. inter ſocerum*, §. *cum*
inter, *ff. de pactis dotal.* ideò ſicut principale, ideſt
proprietas Officii ſpectat ad Bertarellum, ut ſupra fir-
matum fuit, ita, & pariter ad ipſum ſpectare debet
augmentum, Roman. *conſ.* 469. *num.* 5. Purpurat.
conſ. 766. *numer.* 15. Rot. apud Poſth. *de manut.*
deciſ. 119. *num.* 5. *verſ. ſed eadem cum incremento.*
Tantò magis quod augmentum in Officiis vacabili-
bus eſt incertum, & ab eventu depender, itaut ſi-
25 cuti auxit, ita decreſcere potuerat, ideòque tam
augmentum, quàm decrementum ſtant commodo,
& incommodo emptoris officii *l. ſecundum naturam*,
ff. de reg. Iur. l. id quod 3. *in fin. ff. de peric. &*
commod. rei vendit. Surd. *conſ.* 128. *num.* 10. Cy-
riac. *contr.* 452. *num.* 52. *& ſeq.* & in terminis Rot.
coram Caril. *deciſ.* 148. *num.* 7. Imò præter decre-
mentum imminebat Bertarello periculum amiſſio-
nis officii per mortem Alexandri, quod pariter ve-
nie conſiderandum, ut dicatur etiam commodum 26
ad ipſius favorem ſpectare, *l. neceſſariò in princ. ff.*
de peric. & commod. rei vendit. l. qua. fortuito, *C.*
de pignorat. act.

Neque ſubſiſtit prætenſio præſens augmentum ſpe-
ctare ad Alexandrum, eo quia provenerit ex ipſius
induſtria, nam quatenus juſtificaretur in facto ad-
huc induſtria meliorantis, tunc ſuffragatur ad hoc,
ut augmentum ex illa proveniens prætendi poſſit,
quando induſtria verſatur circa rem propriam, vel
legitimo titulo Jure Dominii poſſeſſam, ſed ſi cadat
in re aliena ſpectat ad dominium rei, non autem 27
ad illum, ſub cujus induſtria dicitur acquiſitum, La-
tiar. *conſil.* 22. *num.* 7. Amicangel. *de regal. offic. quæſt.*
2. *num.* 14. *in fin. & num.* 15. Rot. *deciſ.* 45. *num.*
3. *in fin. verſ. quia Canonici*, *par.* 2. *recent* præci- 28
puè, quia Alexander tamquam miniſter ſtipendia-
rius tenebatur ad ea omnia, ad quæ diligens Pater-
familias in re propria tenetur, itaut augmentum fa-
ctum etiam mediante ſua induſtria acquiritur Domi-
no ſuo, *l. ſervus communis*, *& l. perinde*, *ff. de ſti-*
pul. ſerv. l. ſi duo, *ff. per quas perſonas nobis acquir.*
Natta *conſ.* 217. *n.* 4. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.*
22 *n.* 21. Rot. coram Dunoz. Iun. *deciſ.* 966. *n.* 4. *&* 5.

Sed ceſſat objectum ex facto dum ex partium con-
feſſione dignoſcitur augmentum proveniſſe ex autho-
ritate Principis, qui mandavit conſtitui maſſam com-
munem inter omnes Curſores, & proinde augmen- 29
tum tamquam proveniens ex caſu fortuito, qualis
reputatur factum Principis inopinatum, *l. Lucius*
11. *in princip. ff. evict.* Iaſo. *cons.* 26. *num.* 12. *verſ.*
unde licet lib. 3. Gaſpar. Antonius Theſaur. *quæſt. fo-*
renſ. 77. *num.* 8. *lib.* 1. Cyriac. *contr.* 458. *num* 26.
& ſeq. Rot. coram Dunoz. Iun. *deciſ.* 305. *num.* 5. 30
& coram Seraph. *deciſ.* 179. ſpectat ad Dominum
ejuſdem rei, & bonorum augmentatorum, juxta
Text. *in l. ſi inter Colonum* 21. §. 1. *in fin. ff. de pi-*
gnor. Gratian. *diſcept.* 526. *num.* 23. *& ſeq.* & Rot.
coram Dunoz. Iun. *deciſ.* 418. *num.* 4.

Firmato Dominium Officii ex ſupradictis etiam
quoad augmentum favore hæredum Bertarelli, cùm
iſti inſteterint coram Eminentiſſimo D. Prodatario
pro admiſſione reſignationis conſiderarunt Domini, 31
quod Alexander eſt in actuali exercitio, ac poſſeſ-
ſione officii, uti miniſter, & ideò cùm in ſimilibus
caſibus æquitas ſemper ſuadeat prælationem, Ro-
man. *cons.* 484. *hoc quod vicinus num.* 2. *& per tot.*
Surd. *cons.* 205. *num.* 21. *&* 22. ex ipſa moti eun-
dem Alexandrum quatenus velit emere, præferen-
dum eſſe exiſtimarunt ad quam æquitatem eo ma-
gis ducti fuerunt, quia eùm Alexander exegerit, &
participaverit ejuſdem officii fructus videtur habere 32
quaſi partem dominii, ut de uſufructuario, Bald.
in l. 2. *num.* 6. *C. de com. rei alien.* Itaut vocari 33
poſſit ſocius, cui in diſtractione rei alterius ſocii 34
competi prælatio; ex Text. in *leg. neceſſe*, *& in* 35
l. 1. *de privil. credit.* ſive Colonus qui dicitur ſo- ☞
cius, ex Text. *l. ſi merces* 28. §. *vis major. in fin. ff.* 36
locat. & conduct. habet prælationem in re ſui Domi-
ni Gratian. *diſcept.* 149. *num.* 4. quam prælationem 37
in proprietatis alienatione competere pariter dixe-
runt emphyteutæ Alex. *cons.* 27. *num.* 6. *vol.* 6.
Franc. Marc. *deciſ.* 572. *par.* 1. Boet. *deciſ.* 107. *nu.*
8. cum aliis citatis per Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.*
11. *num.* 51. Quamobrem ex his rationibus moti,
quoad ſecundam partem dubii ſtatuerunt Domini,
hæredes teneri recipere pretium currentis temporis.

Utraque parte informante, &c.

☞ Nota quod contrarium de emphyteuta probatum fuit in quæſt. 11. n. 5. & de Socio quæſt. 34. & de Colono quæſt. 40. n. 11. & ſeqq.

R P. D.

R.P.D. BONVISIO
Cameræ Apoſtolicæ Decano.

ROMANA AFFRANCATIONIS.

Veneris 12. Decembris 1642.

SUMMARIUM.

1 *Affrancatio eſt vera venditio, & ſine Domini aſſenſus fieri nequit in emphyteuſi. Fallit ex cauſa juris congrui, num. 10. emphyteuta ſi non permitteretur, ab ædificando retraheretur, num. 45.*

2 *Vendere invitus nemo cogitur, quod quis cogatur, reputatur pœna, num. 3.*

4 *Affrancationem Canonicis Eccleſia non poteſt concedere, neque per ſubrogationem alterius proprietatis num. 6. etiam ſi contrahat Eccleſia cum privilegiato, num. 7.*

5 *Eccleſia non poteſt vendere annuos redditus: dicitur Juſtitiæ cultrix, & pietatis amantiſſima num. 19. voluntariè poteſt diſtrahere ob jus congrui, numer. 30.*

8 *Bona Regularium alienari non poſſunt.*

9 *Privilegia concedentia Regularibus Bonorum alienationes ſunt abrogata.*

11 *Legis caſus facit ceſſare omnem difficultatem.*

12 *Voluntas, & poteſtas contraria removent.*

13 *Lege poſteriori, quod firmatur potiſſimum habetur.*

14 *Rigor in ſpecie ſcriptus æquitati in genere ſcriptæ præfertur.*

15 *Reipublicæ intereſt, ne Civitates ruinis deformentur, & ædificiis ornentur, num. 17. & de ratione num. 18.*

16 *Rectores Civitatum invigilare debent ne ruinis deformentur.*

19 *Subditorum magnitudo animi ex ædificiis conſpicitur.*

20 *Principis majeſtas ex qualitate ædificiorum eluceſcit.*

21 *Romanus eſt qui ædificium in Urbe habet.*

22 *Utilitas publica privatæ præfertur. Publica facit, ut aliqua permittantur, quæ alias prohibita eſſent num. 23. de exemplis num. 24. & 25.*

26 *Pontifex in rebus Eccleſiæ pleniſſimam habet facultatem: ſuper bonis Eccleſiæ facilius diſponit concurrente publica utilitate num. 27. pro Eccleſia amplianda cogit privatos vendere num. 28. vim juramenti tollit num. 40.*

31 *Jus congrui ceſſat in remotis. Contra num. 32. Congrui nemo poteſt eludere num. 34. Publicum pactis privatorum nequit alterari num. 36. etiam juratis num. 37.*

33 *Pactum de non affrancando, & è contra ſucceſſores non ligat. Camerarium non ligat num. 35. De non affrancando juratum ob jus congrui emphyteuta non attendit num. 46.*

38 *Voluntates ultimæ pactis favorabiliores.*

39 *Juramentum in contractibus ſolet adhiberi, ſucceſſorem non ligat num. 47.*

41 *Clauſula* ſublata, *& decretum* irritans, *claudunt os in omni materia.*

42 *Favori ſuo quilibet poteſt renunciare. Fallit ut num. 44.*

43 *Intereſſe publicum privato præponderat.*

48 *Redditus annui inter ſtabilia connumerantur, & perpetui dicuntur num. 49. Limita num. 50.*

51 *Princeps ſcire præſumitur non tam proprias, quàm Anteceſſorum Conſtitutiones.*

53 *Principis de poteſtate diſputare ſacrilegium eſt.*

52 *Eccleſiæ rebus in alienandi ſolemnitas, & utilitas requiruntur.*

54 *Religioſis ſummè convenit agnitio veritatis, & bona fides.*

DECISIO VIII.

EMerat R. P. D. Georgius unam Domum à Ven: Archihoſpitali Sancti Spiritus in Saxia, & alteram à Cap. Franciſco Cardono aſſerentibus, illas exiſtere ſub proprietate Monaſterii S. Honuphrii de Urbe, in cujus clivo poſitæ ſunt, & eſſe gravatas annua reſponſione, ſeu Canone ſolvendo Fratribus ejuſdem loci. Cùm autem vellet prædictas ædes in nobiliorem ſtructuram redigere, & quo ſecuriùs id perageret, peteret à Fratribus antedictis illarum exemptionem, & Canonum affrancationem, fuit ſibi denunciatum pactum in prima inveſtitura appoſitum ab auctoribus venditorum, quo cavebatur non licere dictos Canones affrancare, non obſtante quacumque Bulla, Motu proprio, Bannimento, Privilegio, ſeu alia quacumque facultate edita, vel edenda cum quavis clauſula etiam derogatoria hujuſmodi pacti concepti cum aliis ampliſſimis verbis, prout in Inſtrumento dato, ſed prętendens eo non refragante hanc facultatem ſibi competere introduxit Judicium mediante ſpeciali commiſſione directa Eminentiſſimo Camerario expediente de voto Cameræ, & quamvis Procurator dd. Fratrum poſtea liti ceſſerit, & loca Montium oblata pro recompenſatione recipere obtulerit, & hanc ceſſionem, & oblationem iidem Fratres capitulariter ratificaverint, inſtetit nihilominus diſputari dubium, an eſſet locus d. affrancationi, quod à me propoſitum die ſupradicta fuit unanimi Dominorum conſenſu affirmativè reſolutum.

Nam etſi de Jure communi talis affrancatio non
permittatur citra voluntatem proprietarii cùm ſit ve- 1
ra venditio annui redditus, & reguletur ſub determi-
nationibus puræ, & realis venditionis, ut per Crot.
conſ. 72. *num.* 41. *& ſeqq. lib.* 1. Cephal. *conſ.* 703. *nu-*
mer. 17. *lib.* 5. Gratian. *diſcept.* 477. *num.* 11. *& ſeqq.*
& diſcept. 745. *num.* 80. quibus conferunt deducta in
Florentina affrancationis 28. Novembris 1633. coram
Reverendiſſ. Urgellen. Nemo autem invitus cogatur 2
vendere, *l. invitum, C. de contrah. empt. l. nec emere,*
C. de Jur. delib. Boer. *deciſ.* 302. *num.* 2. Giurb. *deciſ.*
86. *num.* 2. demonſtran. hoc eſſe æquiſſimum axioma,
& conſonum naturali libertati, adeout pro pęna re- 3
putetur, quod invitus quis compellatur ad vendendum,
ut inquit Alciat. *conſ.* 13. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2.

Eccleſia verò neque volens poſſit hujuſmodi affran-
cationem concedere reſpectu alienationis ſibi prohibi- 4
tæ per Extravag. Pauli II. ut in terminis affrancationi
reſolvit Epiſcopus Ricc. *deciſ.* 81. *in parv.* Rot. Rom.
deciſ. 13. *&* 14. *part.* 1. *diverſ.* & in Meſſanen. ſeu Nul-
lius feudi 15. Februarii 1636. coram bon. mem. Mer-
lino, & generaliter in quacumque diſtractione annui 5
redditus ab Eccleſia poſſeſſi, Peregr. *conſ.* 43. *num.* 7.
lib. 1. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. rubr. de alien.*
Jur. & reddit. num. 18. Tiraquel. *de retract. lignag.* §.
1. *gloſ.* 6. *num.* 6 Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *cap.* 14.
num. 2. Surd. *deciſ.* 204. *num.* 3. *& ſeqq.* Gratian. *diſ-*
cept. 981. *num.* 37. *& ſeq.* Rota in Mediolanen. Penſio-
nis 19. Januarii 1635. coram eodem D. Merlino, verſ.
neque hanc malam fidem, etiamſi tractetur de ſola
permutatione, & ſubrogatione alterius rei ſtabilis lo- 6
co rei alienatæ, ut in Lucana Bonorum 11. Februarii
1613. coram Eminentiſſ. Pamphilio, Caval. *deciſ.*
188. *num.* 1. Faber. *in C. lib* 4. *tit.* 41. *de rer. permut.*
defin. 12. Et contractus celebretur cum perſona privile- 7
giata, ut in præcitatis Meſſanen. feudi, & Mediola-
nen. Penſionis coram D. Merlino; Eademque proce-
dant in Bonis regularium in quibus viget æqualis ratio 8
prohibitionis, ut poſt alios firmant Mirand. *in manual.*
Prælat. tom. 2. *quæſt.* 333. *art.* 18. Lenzan. *in ſumm.*
quæſt. Regul. part. 1. *cap.* 10. *num.* 1. Hodie præſertim
quod ex noviſſimo decreto Sacræ Con[illegible]ation [illegible]
cilii de mandato Sa[illegible]
[illegible]nno [illegible] 4.

Abro-

Abrogantur omnia privilegia Regularibus circa hu-
juſmodi alienationes conceſſa ſuper quo plenè ſcri-
pſit idem Lenzan. *d. cap.* 10. *num.* 2. *& ſeqq.*

10 Attamen contrarium dicendum eſt in præſenti
caſu attenta Conſtitutione Gregorii XIII. ſuper
ædif. & Jure congrui in ordine 22. §. 11. hodie 13.
ſecundùm modernam impreſſionem, incip *Præter
ſupradictos*, ubi expreſsè diſponitur, quod ſi quis ha-
beat Domum, fundum, vel ſolum in emphyteuſim
perpetuam, vel ad vitam pro annuo Canone aliavè
reſponſione conceſſum, liceat Cardinali Camerario,
& Magiſtris Viarum eo petente Domum, fundum,
aut ſolum hujuſmodi ab ejus directi Domini licèt
nolentis proprietate, & dominio, nec non Cano-
nis, ſeu reſponſionis præſtatione eximere, & libe-
rare, alia re ſtabili conſtituta, &c. unde cùm ha-
beamus ſpecialem legem Principis Eccleſiaſtici, qui
ſine dubio potuit circa res Eccleſiæ diſponere, pro-
ut in eadem Conſtitutione diſpoſuit in §. 16. ubi
quæcumque dicta fuerunt tam circa ſpontaneam,
quàm coactam venditionem, ac etiam à directis Do-
minis liberationem voluit habere locum quantumvis
prædia eſſent Eccleſiaſtica, & ad quaſcumque Ec-
cleſias, & Baſilicas etiam Patriarchales, aut cujuſ-
cumque Ordinis Monaſteria, ac etiam Mendican-
11 tium Domus, aliaque loca religioſa pertinerent,
ceſſat omnis diſputatio cùm teneamus caſum legis,
ut inquit Bald. *in l. Ancilla num.* 2. *C. de furt.* & in
terminis comprobant Afflict. *de Jur. protom. in princip.
num.* 8. *& ſeqq.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.*
13. *num.* 3. & aliis relatis Gratian. *diſcept.* 742. *num.*
12 17. *&* 18. omniaque contraria evitantur dum pote-
ſtas, & voluntas in hac ſpecialiori determinatione
concurrunt ad *not. in l. ſanctio, ff. de pœn. l. in toto*,
ubi Cagnol. & alii *ff. de reg. Jur. cap. generi eod. tit.*
13 *in* 6. Illud enim potiſſimum habetur, quòd ad ſpe-
ciem redactam eſt, & poſteriori lege firmatur, *ut
d. l. in toto, ff. de reg. Jur. l. ſed & poſteriores, ff.
de legib.* Tiraq *de retract. lignag.* §. 15. *gloſſ.* 3. *nu-
mer.* 21. Alder. Maſcard. *de general. ſtat. Interpr. concl.*
14 8. *num.* 19. *& ſeq.* adeo ut rigor in ſpecie ſcri-
ptus præferatur æquitati in genere ſcriptæ, Jaſ. *in
l. placuit ad fin. C. de Judic.* ubi etiam Cyn. Bald.
& Alex Cagnol. *in d. l. in toto ſub num.* 1. *verſ. hinc.
etiam eſt*, Feliu. *in cap. vigilanti num.* 5. *verſ.* 5. *facit
de præſcript.*

Tanto magis quòd dicta Conſtitutio non poteſt di-
ci exorbitans, vel rigoroſa cùm fundetur in publica
utilitate, ut patet ex verbis proœmii, ibi: *Quæ pu-*
15 *blicæ utilitati, &c.* ſicuti enim Reipublicæ intereſt,
ne Civitates ruinis deformentur, *l. Prætor*, §. *Hoc
interdictum num.* 2. *ff. de nov. oper. nunc l.* 2. §. *ſi
quis nemine, l. fin. ff. ne quid in loc. pub. l. Senatus,
ff. de contrah. empt* Cyriac. *contr.* 160. *numer.* 10.
16 Ideòque hujuſmodi cura illarum Rectoribus præci-
puè injungatur, *l. præſes* 7. *ff. de off. Præſid. l. ædiles,*
§. *ſtudeant, ff. de via public. l. ad Curatoris* 46. *ff.
de damn. infect. l.* 2. *in fin. & l. ſi quis, & l. ſin-*
17 *gularum, C. de ædiſ. privat.* ita è converſo expedit
quod ædificiis repleantur, & ornentur, *d. l.* 2. *&
l. ſi quis, C. de ædiſ. privat. l.* 2. §. *Domus verò, C.
de præd. & omn. reb lib.* 11. Rom. *ſing.* 728. Mut.
ſuper conſuetud. Panorm. cap. 42. *num.* 3. Neguſan.
Jun. *quæſt.* 275. *num.* 4. Cùm ex hoc potiſſimum ur-
18 bium denominatio ſumatur, ut dicebat Cicero 4.
Accadem. & illarum magnitudo dignoſcatur ex In-
ſignibus ædificiis, ut in ead. *l.* 2. *in fin. C. de præd.
& omn. reb* ubi Bart. *pariter in fine*, & Joannes de
19 Platea *num.* 2. & inde inferatur ad animi magnitu-
dinem in ſubditis ædificantibus *dict. l* 2. ibi (per in-
20 duſtriam hominis animoſi, & ad majorem Princi-
pis majeſtatem) ut per Lauden. *tract. de Princip. verſ.*
... din. *de Majeſt. Princ. in ver. magnanimum*
num. 3. Corſet. *tract. de poteſt. & excel. Reg. quæſt.* 2.
par. 3. *num.* 8. & alios relatos à Mario Muta *ſuper
pragm. Regni Sicil. tit.* 71. *de privil. ædif. Palatia,
vel magnas domos num.* 7. *& ſeq.* Quia ratione Ro-
mani ſtatuerunt eum qui ædificium Romæ haberet 21
manum eſſe, ut per gloſſ. *in l. ædificia* 139. *ff. de
verb ſigniſ.* Reboff. *ibidem num.* 1.

Proinde ſi in aliquo læderet Jus privatorum (prout
non lædit attentis recompenſis in dicto §. 13. deſi-
gnatis) adhuc non eſſet curandum cùm publica uti- 22
litas privatæ præferatur, *l. ſi quis*, § *utrum, ff. ad
Sillan.* Bart. *l. quemadmodum num.* 4 *C. de agric. &
Cenſ. lib.* 11. Jaſ. *l cætera*, §. *ſi quis num.* 2. *ff. de* 23
legat. 1. & ex Cauſa publicæ utilitatis recedatur à
regulis Juris communis, multaque permittantur,
quæ alias eſſent prohibita, *l. ita vulneratus*, § *mul-
ta, ff. ad l. Aquil.* Andr. Gail. *obſer. Cam. Imper.
lib.* 2. *obſer.* 56. *num.* 4. & ideò ea ſuadente pro di-
latandis foſſis Civitatis, vel extruendis propugnaculis, 24
vel alia publica indigentia liceat aſſumere domos con-
finantes, & ſuburbia deſtruere, vel incendio illa con-
ſumere, ne hoſtes in eis ſe recipiant, *ut l. ſi quando,
& l. ædificia, C. de oper. pub.* Dec. *in l. Id quod noſtrum
num.* 3. *ff. de Reg. Jur.* Jaſ. *in l. Barbarius num.* 32.
ff. de off. de Præt. cum aliis per Gail. *d. obſerv.* 56.
numer. 2. *verſ. ex hac communi*, eademque ratione
pro obtinenda pace poſſit Princeps abſque ulla re- 25
compenſatione remittere damna ſubditorum eis illa-
ta tempore Belli, quia gravior eſt Cauſa, & utili-
tas publica, ut per eundem Gaill. *d. obſerv.* 56. *nu-
mer.* 17. ſubdens hoc cenſeri factum de plenitudine
poteſtatis, qua pariter uti expreſſit idem Gregorius
in dicta Conſtitutione.

Nec aliter dicendum eſt in Eccleſia cùm Pontifex
in bonis illius habeat latiſſimam poteſtatem, & nul- 26
la lege coarctatam, ut per Paril. *conſ.* 5. *num* 70.
lib. 4. Rot. *deciſ.* 207. *num.* 2. *&* 6. *part.* 4. *diverſ.
& deciſ.* 212. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* & ſuper illis 27
facilius diſponat concurrente publica utilitate, ut in
terminis longè majoris dubitationis tradiderunt Alex.
conſ. 109. *num.* 6. *& ſeq. vol.* 2. Signorol. *conſ.* 25.
num. 19. Gail. *d. obſerv.* 56. *num.* 5.

Præſertim quod pro Eccleſia ædificanda, vel am-
plianda, ac pariter pro ipſius Eccleſiæ Monaſterio, 28
Atrio, Clauſtro, ſeu Cappella eſt in ſpecialiter in-
dultum, quod poſſit cogere privatos ad vendendum,
*ut not. in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de relig. & ſumpt.
fun. l. decernimus, C. de Epiſc. & Cler.* & latè fir-
marunt Flav. ad Franch. *deciſ.* 223. Gizzarel. *deciſ.
conſ. Neapol.* 29. *per tot.* Menoch. *conſil.* 1206. *num.*
19. Cyriac. *contr.* 212. *num.* 16. *& ſeqq.* Rota in
Neapolitana Monaſterii 16. Januarii 1612. coram bo.
mem. Card. Lancellotto, & in Romana devolutio-
nis domus 19. Februarii 1608. coram Patriarcha
Manzanedo, & aliàs ſæpiùs.

Unde non congruit, quòd mediante juſſu illius
qui ei præcipiendi habet facultatem, idem alteri præ- 29
ſtet cùm dicatur Juſtitiæ cultrix, & publici boni
amantiſſima, *c fin.* 17. *q.* 4. Bartol. *l.* 1. *in princ.
C. de Sacroſ. Eccleſ.* Anchar. *conſ.* 49. *verſ. quinto di-
cam*, Abb. *conſ.* 61. *num.* 5. *in fin. lib.* 1. Rom.
conſ. 298. *num.* 2. *in fine.*

Et conſequenter poſſunt dicti Patres nedum co-
actè, ſed etiam voluntariè ad dictam affrancatio- 30
nem devenire, cùm ſufficiat id præcedere initium
coactivum ex dicta Conſtitutione reſultans, ut in
terminis ejuſdem Conſtitutionis reſolvit Rota in Ro-
mana Domus 11. Decembris 1587. coram Orano. &
rurſus 22. Junii 1588. & 13. Maii 1595. coram eodem,
Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 28.
num. 10. attento maximè quod in eadem Conſtitu-
tione derogatur præcedentibus prohibitionibus Sym-
machi, & Pauli Secundi.

Nec

Nec evitari poteſt illius diſpoſitio ſub prætextu ,
31 quòd Domus poſitæ ſint in loco remoto in quo ceſſat
ratio ornatus , & ſplendoris Urbis , ut videtur ſen-
ſiſſe Muta *ſuper capit. Regis Martin. cap.* 20. *num.* 51.
& ſeq. Quia ultra quod Clivus S. Honuphrii non po-
reſt dici talis , quinimò frequentiſſimus ob Eccleſiæ ,
32 & Monaſterii Religionem , & aëris ſalubritatem , ſuf-
ficeret ad hunc effectum quod eſſent etiam in conti-
nentibus Romæ ædificiis , ut apertè probat Text. *in l.
ædificia Roma* t 9. *ff. de verb. ſignific.* & pariter in ſub-
urbiis , ſeu locis finitimis extra illam in quibus vigere
eandem rationem ornatus latiùs demonſtrat idem Mu-
ta *in d. pragm. Reg. Sicil. cap* 71. *à num.* 13. *uſque ad*
18. *lib.* 3. ubi ex Cicer. Plin. & Var deducit anti-
quiſſimum morem Romanorum ordinandi etiam ſub-
urbia , & in propoſito ceſſat omnis ambiguitas, cùm
eadem Conſtitutio in §. 1 . determinet prædicta lo-
cum habere per 3000. extra Urbem , & quoad præ-
dia , & Caſalia per 1200 .

Quibus firmatis facilè tollitur potiſſima objectio
33 deſumpta ex pacto de non affrancando in primis In-
veſtituris appoſito. Quia omiſſo an liget ſucceſſo-
res ex deductis per Dec. *conſ.* 2. & per Cavaler. *de-
ciſ.* 662 in quo fortaſſe verior eſſet opinio affirmati-
va , præſertim cùm facta fuerit ſucceſſorum mentio,
prout in contrario pacto de affrancando , probat
Alciat. *conſil* 7. *num.* 9. *lib.* 1. Menoch. *conſ* 1186.
num. 5. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 477. *num.* 16. *verſ.
quibus adde.*

Tale pactum eſſet attendibile ubi non adeſſet re-
34 pugnantia d. legis , ſeu Conſtitutionis , quam nemo
poteſt ſua diſpoſitione eludere , *l. nemo poteſt , ff. de
legat.* 1. Eo magis , quòd affrancatio non conceditur
poſſeſſori , cui regulariter obſtaret pactum , ſed con-
ceditur Camerario , & Magiſtris viarum , ut in d §.
15. qui abſque dubio d pacto non ligantur , *c. fin. de
ſentem. excommunic.* Mantic. *deciſ.* 152. *num.* 5. *& ſeq.*
36 prout nec ligatur idem ſucceſſor , & poſſeſſor , qua-
tenus illud contrariatur publicæ utilitati cùm Jus pu-
blicum pactis privatorum alterari non poſſit , *l. Jus
publicum , ff de pact. l. Juris gentium , §. Prætor ait ,
l. ſi unus , §. pacta , ff. eodem , c. ſi diligenti de for.
compet* ubi communiter Canoniſtæ , Rota apud Bu-
rat. *deciſ.* 831. *num.* 1. *& deciſ.* 265. *num.* 42. *part.* 5.
37 *recent.* etiamſi adjiciatur religio Juramenti , ut no-
tat Bart. *in d l. Juris gentium , § ſi paciſcar in princ.
ff. de pact.* Gutier. *de Jur. confirm, part.* 1. *cap.* 5.
numer. 8. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 56. *num.* 55.
Gratian. *diſcept.* 31. *num.* 22 *& diſcept.* 451. *num.*
23. *& diſcept.* 534. *numer.* 56. Bonac. *de contract.
diſp.* 3. *q.* 1. *punct.* 1. *num.* 7. *verſ. reſpondeo primo,*
Sanchez *in ſumm. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 42. Burat. *d.
deciſ.* 611. *num.* 2.

Tantò magis quòd in eadem Gregoriana §. 24. in
38 ſpecie derogatur nedum ultimis voluntatibus con-
trariis , quæ ſunt favorabiliores ut per Mantic. *de
tacit. lib.* 2. *tit.* 15. *numer.* 16. *&* 19. ſed etiam diſ-
poſitionibus juratis , quæ propriè in contractibus,
39 & hujuſmodi renunciationibus verificantur , Bart.
conſ. 76. *in fin. lib.* 1. Seraphin. *dec.* 258. *numer.* 3.
Cavaler. *deciſ.* 612. *numer.* 53. *in fin.* undè ceſſat om-
nis efficacia Juramenti tanquam ſublati auctoritate
40 Apoſtolica , ut plenè Paul. Layman. *in ſua ſumm.
Theol. moral. par.* 1. *tract.* 4. *cap.* 16. Bonac. *de le-
gib. diſp.* 4. *qu.* 1. *punct.* 17. *num.* 2. *&* 4. Caval.
d. deciſ. 612. *numer.* 55. Eò fortiùs quod adjicitur
41 clauſula ſublata , ac decretum irritans , quæ clau-
dunt os in omni materia , Matt. *de clauſ. part.* 1.
clauſ. 176. *num.* 7. Seraph. *deciſ.* 351. *num.* 1. Burart.
d. deciſ. 831. *num.* 4. in qua etiam fuit factum mo-
tivum ab uno ex Dominis conſideratum ſi fortaſſe
pactum præceſſiſſet Conſtitutioni , quod hic tollitur
ex facto prout ibi tollebatur *ſub num.* 3. dum Con-

ſtitutio emanavit de anno 1574. pacta verò , & Inveſ-
titura de anno 1588.

Contraria verò , quæ poſſent allegari ſolùm pro-
cedunt ubi tractatur de privata utilitate , vel commo-
ditate non habente admixtam utilitatem publicam ,
veluti ſi duo concurrant ad idem faciendo eundem
ornatum , vel vicinus ſponte velit vendere nulla in-
ducta obligatione fabricandi , quia tunc poteſt qui-
libet ſuo favori , & commodo renunciare , ut in illa
Reatina Caſtri Pettæforcis 19. Martii 1598. coram 42
bon. mem. Card. Platto , & tradunt Afflict *de jur.
protomiſ. in princ. num.* 30. *& §.* 6. *num.* 10. *& ſeqq.*
Tiraq *de retr. lignag.* §. . *gloſ.* 9. *num.* 3. *& ſeqq.*
Gratian. *diſcept.* 671. *in principio* , ſecus autem ubi eſt
admixtus ornatus , & intereſſe Civitatis uno medio
dumtaxat producibile , quia tunc hujuſmodi renun-
ciatio non tenet , ex quo intereſſe publicum tanquam
inſeparabile a privato præponderat , ut per Butr. *in* 43
cap. cum contingat in fine de jur. Jur. Felin. *d. cap. ſi
diligenti num.* 16. *verſ.* 5. *fallit dicta regula de for. comp.*
plenè Sigiſmund Scac. *tract. de ſentent. gloſ.* 7. *quæſt.* 3.
limit. 4. *num.* 20. *& ſeqq. & num.* 25. ubi loquitur in
materia ædificiorum , ſed tanquam ſi ageretur de ſo-
lo intereſſe puplico renunciatio non relevat , ut in
ſpecie probat Text. *in d. l. Juris gentium §. ſi paciſcar,* 44
ff. de pact. Jaſ. *d l. nemo poteſt num.* 62. *& ſeqq ff. de
legat.* 1. Raph. Cuman. *conſ* 169. *in fin.* Mur. *ad con-
ſuetud. Panorm c.* 31. *num.* 33. *&* 66. *& ſeqq.* & in ter-
minis d. Conſtitutionis Gregorianæ Mantic. *deciſ* 64.
num 10. quæ magis correcta eſt impreſſa apud Pacit.
de Salvian *dec.* 143. *in nov. ubi ſub num.* 14. determina-
tur quod reſpicit publicam utilitatem.

Atque hic eſt caſus noſter , quia niſi emphyteuta 45
obtineret hujuſmodi affrancationem retraheretur ab
ædificando ob periculum devolutionis , ut conſidera-
vit Rota in Romana rettactus 3. Junii 605. coram
bon. mem. Juſto , & conſequenter ceſſaret dictus or-
natus ad publicam utilitatem inductus, ut in proœmio
d. Conſtitutionix , & infra ibi *: ne publicum bonum ,
ac decus diutius jacere pateremur &c.* unde pactum illi
contrarium quantumvis juratum non debet attendi ,
ut in puncto affrancationis petitæ ab emphyteuta vi- 46
gore dictæ Bullæ poſt Bardum , quem allegar , fir-
mat Gratian. *diſcept.* 451. *num.* 21. *verſ. circa alteram
dubitationem uſque ad fin.* eò fortiùs dum is , qui in-
ſtat tale juramentum non præſtitit quinimo fuit igna-
tus , & ſic in eo ceſſat vinculum reverentiæ , ut per 47
Bonac. *d. diſp.* 4. *quæſt.* 1. *punct.* 15. *num.* 2. *&* 3. Lay-
man. *d. tract. cap.* 10. *num.* 3.

Non obſtat , quod non ſervetur forma d. Conſti-
tutionis , dum non traditur alia res ſtabilis , ſed offe-
runtur loca Montium tanquam annui redditus ex pu-
blico provenientes , & ſuper re ſtabili conſtituti (pro- 48
ut in qualibet erectione fieri conſuevit) habentur per
ſtabilibus , & ſub illorum denominatione compre-
henduntur tam in diſpoſitione Juris , quàm in diſpo-
ſitione hominis , ut per Gabr. *conſ.* 141. *num.* 23.
lib. 2. ubi allegat deciſ. Otadin. 116. Peregr. *conſ.* 43.
num. 1. *& ſeqq. lib.* 1. Theſaur. *quæſt.* 5. *in fine lib.* 2.
Cenc. *de Cenſ. cap.* 3. *q.* 1. *art.* 1. *num.* 13. Seraph.
dec. 679. *ſub n.* 1. Burart. *dec.* 474. *ſub n.* 1. *& dec.* 559
ubi Addent. *lit. B. & deciſ.* 913. *num.* 10. Rot. *recent.
deciſ.* 177. *num* 38. *& deciſ.* 355. *num.* 28. *par.* 5. *&
deciſ.* 83. *num.* 15. *par.* 6.

Et dicuntur perpetui quamvis ſint redimibiles arbi- 49
trio Principis , eum Cautam perpetuam habere poſ-
ſint , *l ſufficit , ff. de cond. indeb.* Ruin. *conſ.* 82. *n.* 5.
lib. 2. Peregr. *dict. conſ.* 43. *num.* 4. *lib.* 1. Quidquid 50
ſecus eſſet dicendum ſi hujuſmodi redditus conſiſterent
in obligatione perſonali , quia tunc nec perpetui , nec
immobiles reputarentur , ut diſtinguit Alciat. *in l. mo-
ventium num.* 7. *ff. de verb. ſignif.* Ruin. *dict. conſ.* 82.
lib. 2. Peregr. *dict. conſ.* 43. *num.* 9. *lib.* 1.

In propoſito, ceſſat omnis controverſia cùm per ſpeciale Breve Sanctiſſimi fuerit eidem R. P. D. Georio ampliſſimè indultum, quod poſſit prędicta loca Montium locu rei ſtabilis aſſignare, declarando modo prædicto eſſe præfatæ Conſtitutioni pleniſſime ſatisfactum, & derogando quatenus opus eſſet quibuſcumque contrariis cum clauſula ſublata, & decreto irritanti, undè ſuperfluum eſt aliud quærere, cùm ex prædictis ſatis conſtet de ſcientia, & illa regulariter præ-
51 ſumatur in Principe non minus circa proprias, quàm anteceſſorum Conſtitutiones, *l. unum ex familia, & l. ſi unum*, § *Idem Marcus*, *ff. de leg.* 2. præſertim in Principe Sapientiſſimo, & diu verſato in materiis Ca-
52 meralibus, & de poteſtate ſacrilegum ſit diſputare, Pariſ. *conſ. num.* 70. *lib.* 4. *cum aliis alleg. tit.* Tantò magis, dum Eccleſia congruè redintegratur cum augmento majoris quantitatis juxtà diſpoſitionem d. Bul-
53 læ. Unde dicitur concurrere utrumque requiſitum ſolemnitatis ſcilicet, & utilitatis ad *not. in Can. ſine except.* 12. *quæſt.* 2.

Accedit conſenſus Patrum, qui licèt alias non eſſet attendibilis, tamen ex prædictis efficitur neceſſarius, & commendabilis, cùm non contineat aliquam voluntariam alienationem, ſed potius agnitionem veri-
54 tatis, & bonæ fidei, quæ ſumme convenit viris religioſis, & in Judiciis contentioſis operatur ſuum effectum, ex traditis per Caſtr. *conſ.* 34. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 1. Buratt. *deciſ.* 45. *num.* 6. Rot. *rec. deciſ.* 334. *n.* 5. *part.* 1. Rebuff *de alien. rer. Eccleſ. num.* 25.

Et ita &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO DECANO.

ROMANA PRÆLATIONIS.

Lunæ 19. Februarii 1685.

SUMMARIUM.

1 *Prælatio competens Domino directo in alienatione rei emphyteuticæ omninò dependet à probatione dominii.*

2 *Dominium directum probatur ex confeſſionibus emphyteutæ, & ex ſolutionibus Canonum.*

3 *Capitulum S. Petri ex ſpeciali indulto Sixti Quinti, probat dominium ex ſola deſcriptione ſolutionis Canonum in propriis libris Capitularibus, & ad ejus favorem bona potius præſumuntur emphyteutica, quàm cenſuaria.*

4 *Dominium non probatur ex reſervatione conſenſus in alienatione, quando fit cum clauſula*: quatenus opus fuerit, & non aliàs.

5 *Prælatio Domino directo non competit poſt lapſum triginta annorum à die venditionis, cùm ex tali temporis curſu præſumatur denunciatio, & conſenſus, & num.* 10.

6 *Jus prælationis cenſetur ex lapſu temporis remiſſum, & ad hunc effectum ſufficit conſenſus etiam tacitus deductus ab acquieſcentia.*

7 *Præſcriptio adverſus Baſilicam Vaticanam ex privilegio Pontificio non admittitur niſi ſit centenaria.*

8 *Quando per duos menſes ante venditionem non fuit Domino directo facta denunciatio, tunc cujuſvis temporis lapſus illi non præjudicat.*

9 *Privilegium Baſilicæ Vaticanæ, quod ad præſcribendum contra eam requiratur centenaria, ſuffragatur tantùm in bonis quæſitis, non in quærendis.*

11 *Ex retentione inſtrumenti præſumitur ſcientia contentorum in illo.*

12 *Quando Dominus directus habet aliunde ſcientiam venditionis, tunc etiam non ſequuta denunciatione omittit ex lapſu temporis jus prælationis.*

DECISIO IX.

IN ſatisfactionem debiti, quòd Marcus Antonius de Maximis, & ſucceſſivè illius hęreditas cum Hieronymo Cincio contraxerat, ceſſerunt, ac in ſolutum dederunt uſque de anno 1616. Tiberius Conſcerius, & Pompeus de Marchis hæredis medietatis ipſius Marci Antonii quamdam domum, & annuos ſub canones hæreditarios, ſuper quibuſdam domibus in Regione Lungariæ impoſitos, in cujus ceſſione prætendens Capitulum S. Petri præferri uti Dominus directus præfatarum Domorum, judicium ſuper prælatione de anno 1681. adverſus fratres de Cinciis coram ejus Vicario intentavit, cui per Eminentiſſimum Archipresbyterum injuncto. Quod procedat de voto hujus Sacri Tribunalis, delata mihi fuit de more cauſa, ideoque à DD. meis hodie exquiſivi: *An eſſet locus petitæ prælationi*: & non eſſe locum, reſponſum fuit.

Quamvis enim ex parte Capituli ad concludendum dominium directum, ſuper quo intentata actio pro conſequenda prælatione omninò dirigitur, quoties emphyteuta rem emphyteuticam in alium diſtrahit ex 1
littera Textus *in c. potuit de locat. & conduct. & in l. fin. C. de jur. emphyt.* quamplura adducerentur, & ſignanter reiteratæ confeſſiones ipſius Marci Antonii, 2
qui in diſtributionibus eorumdem ſub canonum ſemper faſſus fuit dominium Capituli, enunciando eaſdem uti compoſitas ſuperſtitibus emphyteuticis, ac ſub proprietate, & dominio Capituli exiſtentibus, & cum expreſſa reſervatione illius conſenſus, quatenus opus ſit, prout in venditione partis eorumdem ſub canonum eidem Capitulo per ipſum Marcum Antonium facta cum pacto redimendi, nec non ex factis diverſis perſonis, & ex ipſa datione in ſolutum ultimo loco peracta, quæ junctis cum ſolutionibus Canonum per primos emphyteutas factis, ac in libris Capituli deſcriptis, ſuperque dominium directum concludunt, ut relictis generalibus in terminis controverſorum ſitorum, ſeu eiſdem contiguorum, dixit Rota *in deciſ.* 262. *part.* 5. *& deciſ.* 128. *part* 6. *& deciſ.* 40. *part.* 7. *recentior. per tot.* Quinimò ſola deſcriptio ſolutionum canonum in 3
præfatis libris regiſtrata proprietatem, & dominium Capituli præſeferr ex ſpeciali indulto Summi Pontificis Sixti V. qui ex cauſa deperditionis ſcripturarum, quam in depopulatione, & excidio Urbis de anno 1527. Baſilica Vaticana fuerat paſſa expreſſè ſancivit, quod eiſdem libris plena fides præſtetur quoad probationem dominii directi, itaut in dubio ſtetur libris Capituli, ſi dubitetur, an ſolutum Capitulo ſit ratione Cenſus, vel Canonis, & potius pro Baſilica præſumatur, ut ſcilicet bona ipſa, niſi de contrario doceatur ſub proprietate, & dominio directo Capituli in emphyteuſim, & non ad Cenſum antiquitus conceſſa dicantur, ut ex verbis expreſſis ipſius Pontificii diplomatis colligitur, datis in Summario Capituli num. 6.

Ex parte verò fratrum de Cinciis ad elidendas hujuſmodi probationes, & ad excludendum præfatum dominium opponebatur, quod Capitulum canonem integrum antiquitus ab hæredibus Marci Antonii, ac debitum ratione proprietatis, & dominii hodie exigat ſuper locis 29. montis fidei ſubrogatis loco vineæ uſque de anno 1638. retractæ à Cardinali Lante in vim Gregorianæ Conſtitutionis ab eiſdem hæredibus, cujus pretium etiam ex Breve ſpeciali Sanct. mem. Urbani Octavi pro ſecuritate Capituli ſemper extitiſſet, prout erat ipſa vinea vendita; unde ad evidentiam excludebatur prætenſum dominium ſuper-

ſuperſtitibus, ac domibus venditis, ſeu in ſolutum datis, cùm illud translatum dignoſcitur ſuper locis montium, nedum ea diſpoſitione Gregoriana, quæ in retractibus ſubrogationem illius in quod pretium inveſtitur expoſcit, verum, & ea ſpeciali Breve Sanctiſſimi ſuper præfato inveſtimento edito, quod expreſsè id ipſum præſefert, quæ omnia juſtificari dicebantur tum ex ſententia ſuper præfato retractu in Tribunali Magiſtrorum Viarum, per Cardinalem obtenta, tum contra Capitulum, quam contra hæredes præfati Marci Antonii, Summario ſtatum de Cinciis num. 2. Tum ex concordia, ſeu translatione inter eoſdem Colitigantes ſtipulata, qua etiam expreſſus conſenſus Capituli inſerebatur pro liberatione fundi emphyteutici à quocumque dominio directi, ac translatione oneris canonum in fundum ſubrogatum, eodem Summario num. 3. Tum ea ipſomet Brevi ad ſupplicationem Cardinalis, ac pro ipſius, & Capituli ſecuritate obtento dict. Summario num. 4. Ea verò, quæ aſſerebantur ex enunciativis, & confeſſionibus Marci Antonii, ac hæredum in publicis actibus, & ſignanter in ipſa ceſſione, ſeu datione in ſolutum, omiſſis cum expreſſa reſervatione conſenſus Capituli ſatis confutari aſſerebantur, ex quo hujuſmodi enunciativæ, & confeſſiones æquivocè dignoſci poſſent, cùm æquè benè verificari queant ſuper ſitu, & locis, quo aderat vinea retracta, nec identitatem controverſorum ſituum concludant; expreſſa verò reſervatio conſenſus præſer-
4 tim in ultima datione ſtipulata, cùm fuerit ſub conditione explicita, *quatenus opus fuerit, & non aliàs*, nihil ponet in eſſe, niſi aliunde dominium probetur, ea adductis per Rot. coram Merlino *deciſ. 573. ſub num. 8.*

5 Verumtamen hiſce omnibus non attentis, ac etiam admiſſa probatione dominii directi, DD. non eſſe dandam prælationem Capitulo decreverunt, moti ex eo, quod intentata actio pro conſequenda hujuſmodi prælatione ex curſu triginta, & plurium annorum, extincta remanſit, dum ea tam longi temporis decurſu, facta præſumitur quælibet neceſſaria denunciatio venditionis Domino directo facienda, ac iſtius conſenſum, & approbationem contractus interceſſiſſe, juxta allegat. per Gozzad. *conſ. 11. ſub nu. 11.* Gratian. *diſcept. 433. nu. 51. 55. & 75.* Cyriac. *controv. 309. num. 12.* Cephal. *conſ. 699. num* 48. &
6 Burg. *de laudem. part. 3. inſpect. 20. num. 8.* quibus poſitis Dominus directus deſtituitur ob prælationis, nec amplius hujuſmodi jure ſuccurritur, cùm id remiſſum cenſeatur, Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. n. 135. & ſeqq.* Rot. coram Pamphil. *deciſ. 405. num. 1. & ibi Adden. num. 15.* ubi quòd ſive conſenſus ſit tacitus, ſive expreſſus, & coram Dunozet. Jun. *deciſ. 760. num. 16.*

Nec admittendam DD. cenſuerunt duplicem ex-
7 ceptionem, quod talis præſcriptio adverſus Capitulum nequeat allegari ob privilegia Summorum Pontificum, & ſignanter Innocentii Tertii conceſſa Baſilicæ Vaticanæ, quod adverſus eamdem præſcriptio non admittatur, niſi centenaria fuerit, & quod non data ſcientia contractus nulla induceatur ipſius approbatio, minuſvè præſumptio conſenſus ex lapſu temporis, quod etiam excludit quemcumque præſcriptionem, cùm hæc adverſus ignorantes non currat, quinimò ex non ſervata præciſa forma Textuum *l. fin. C. de jur. emphyteut. & c. potuit de locat. & conduct.* quòd
8 nempè antè duos menſes à die faciendæ venditionis actualis denunciatio ſequatur ea lapſu cujuſvis temporis nullum præjudicium Domino directo inſeratur. Nam quoad primum, reſponſum fuit, quod privilegium centenariæ indultum Baſilicæ Vaticanæ ſuffragari quidem poſſet in bonis, ac juribus certo quæſitis, quæ ſunt de menſa Eccleſiæ, & de quibus

loquitur Text. *in c. ad audientiam de præſcript.* ſecus 9
verò in quærendis, qualia ſunt bona, ſuper quibus Dominus habet jus prælationis omninò eventuale, licèt quodammodò in ſpe radicatum ex adductis per Gratian. *diſcept. 957. ſub num. 12. & 13.* quo verò ad ſecundam corruit illatio ex deficientia ſuppoſiti, & ſuper hoc DD. reſolutionem primariò ſtatuerunt, cùm nedum ſcientia ex præſumpto conſenſu ob lapſum temporis inducebatur, ex ſupra allegatis ſub
§. 3. Verùm etiam aperta, & manifeſta reſultat ex 10
retentione inſtrumenti ipſius dationis in ſolutum in Archivio ipſius Capituli, Rota coram Merlino *deciſ. 156. ſub numer. 3.* non relevante, quod inſtrumentum fuerit rogatum per acta alterius Notarii, 11
quàm ipſius Capituli; nam ſufficit, quod à Miniſtris Capituli recepta fuerit fides inſtrumenti, prout ſequutum fuit ſub die 26. Auguſti 1680. & ea fide partitæ libri receptorum officii data in Summario num. 6.

Hinc excludebatur objectio, quòd forma præciſa Textuum jus prælationis tribuentium, non fuerit adimpleta cum denunciatione Domino directo 12
facienda ante duos menſes à die ſequuta dationis in ſolutum, nam data ſcientia contractus, & quidem per ſex menſes ante motam litem, nempè de menſe Februarii 1681. quælibet præſumitur denunciatio ea ſupra congeſtis, & imputet ſibi Dominus directus, ſi ex propria moroſitate prælationem amiſit, dum actio ſuper hujuſmodi jure remanet extincta, ſi infra duos menſes à die habitæ ſcientiæ non experiatur, juxtà diſpoſitionem dd. Textuum, *l. fin. Cod. de jur. emphyt. & c. potuit de locat. & conduct.*

Et ita utraque Parte audita deciſum fuit, &c.

R. P. D. URSINO.

Romana Prælationis.

Veneris 19. Januarii 1691.

SVMMARIVM.

1 *Conditori cenſus competit prælatio in alienatione fundi cenſiti.*

2 *Jus prælationis quando eſt reale poteſt cedi, & tranſit in ceſſionario unà cum re, cui adhæret.*

3 *Facta ceſſione cenſus in aliam perſonam, tunc licèt debitor extinguat cenſum in manibus cedentis, non per hoc præjudicat ceſſionario, qui ad jus prælationis jam quæſitum in antecedenti alienatione rei cenſita.*

4 *Contrarium quod facta extinctione cenſus in manibus cedentis ceſſet ſtatim jus prælationis.*

5 *Cenſus non extinguitur neque per diſdictam, neque per depoſitum, ſed viget per duos menſes decurrendes poſt diſdictam, & interim fructus debentur.*

6 *Jus prælationis jam in Judicio deductum perpetuatur quoſque durat inſtantia judicialis, nec tollitur per extinctionem cenſus demandatam à Judice cum præſervativa jurium.*

7 *Retractus etiam perſonalis, qui regulariter extincta perſona evaneſcit, tamen ſi ſit in Judicio deductus, etiam mortua perſona, conſervatur.*

8 *Jus prælationis licèt habeat cauſam temporalem, tamen producit effectum, qui remota cauſa, non ceſſat.*

9 *Procurator ad petendam prælationem, debet habere mandatum ſpeciale.*

20 *Licet Procurator non habeat mandatum, tamen quando à Parte contraria fuit tanquam talis recognitus, & approbatus, tunc actus ab eo geſti, etiam ſine mandato ſubſtinerentur in præjudicium approbantis.*

21 *In actibus favorabilibus, & conſervantibus jus prælationis non eſt neceſſarium mandatum ſpeciale, ſed ſufficit generale, & præſumptum à lege.*

22 *Colluſio excluditur ex qualitate perſonarum contrahentium, utpote ſi ſunt Magnates, & Religioſi.*

23 *Quando actus geritur ad conſervandum, vel acquirendum ſibi jus, tunc licet involvat præjudicium tertii, non dicitur colluſivus.*

24 *Jus prælationis præſcribitur ſpatio 30. annorum, & iſti computantur à die primæ venditionis, licet poſtea aliæ ſubſequutæ fuerint.*

25 *Declara concluſionem procedere in prælatione competente jure ſanguinis, vel vicinitatis.*

26 *Secus autem in prælatione competente cenſuario; In iſta enim quotieſcumque venditur res, ſemper oritur nova actio, quæ per alios triginta annos protrahitur.*

27 *Jus prælationis oriens ex vicinitate, vel conſanguinitate, non poteſt cedi, & in alium transferri.*

28 *Apoca privata non habens requiſita* l. ſcripturas, *eſt ſuſpecta de antidata.*

29 *Contractus ineffectuatus nihil ponit in eſſe, & non attenditur.*

30 *Retractus vigore Bullæ Gregorianæ non conceditur, quando domus retrahenda eſt ſatis ornata, & perfecta, nec indiget ulla ampliatione.*

31 *Venditis pluribus corporibus unico pretio, ſi ſuper altero tantùm competat prælatio, tunc datur electio poſſeſſori, an velit ut intentans prælationem retrahat unum corpus tantum, vel omnia ſimul.*

DECISIO X.

CUm Adminiſtratores Venerabilium Hoſpitalium Sanctæ Mariæ de Vita, & Morte Civitatis Bononiæ hęredes b. m. Cardinalis Hieronymi Boncompagni ſub die 2. Decembris 1687. vendidiſſent D. Marchioni Vidoni Vaino Palatium magnum ſitum hic in Urbe in Platea Soræ. nec non Palatiolum illi contiguum unà cum hypothecis, ſtabulis, & fœnile, ac etiam vineam extra Portam Equinum levis armaturę pretio ſcutor. triginta quinque millium, non denunciatis Patribus S. Bernardi Urbis ad Thermas Diocletianas habentibus ſuper d. Palatio Plateę Sorę cenſum ſcutorum 2000. uſque de anno 1600. à Duce Jacobo Boncompagno impoſitum: Excellentiſſima Dom. Hippolyta Ludoviſia de Boncompagnis Uxor D. Ducis Soræ vigore ceſſionis tranſlativę, & non extinctivæ pręfati Cenſus, omniumque ejus jurium, quam à dd. Patribus ſub die 21. Januarii 1688. reportavit, judicialiter petiit ſuper bonis, ut ſupra venditis pręferri D. Marchioni Vaino ex diſpoſitione noviſſimæ Conſtitutionis Pianę ſuper forma creandi cenſus, atque à R. P. D. meo Cavallerino tunc A. C. Locumtenente, nunc autem inter Patres hujuſce Senatus digniſſime cooptato, favorabilem obtinuit ſententiam, à qua devoluta cauſa appellationis, eaque mihi delegata, diſceptandum hodie propoſuit, *An eſſet locus prælationi*, & Domini affirmativè reſpondendum cenſuerunt.

Cùm enim creditori Cenſus in vim Conſtitutionis
1 B. Pii Quinti competat prælatio in emptione fundi cenſiti, & D. Duciſſa Sorę, mediante ampliſſima ceſſione Cenſus reportata à Patribus S. Bernardi tùm Cenſuariis in omnibus juribus cedentium ſucceſſerit, fundatam utique habere dignoſcitur intentionem pro obtinenda prælatione, ſive retractu, cujus jus, cùm non ſit perſonale, ſed aliis de ſui natura ceſſibile, tranſit
cum ceſſione pręfati cenſus penes ipſam Ceſſionariam, ex traditis in ſpecie per Ciarlin. *controverſ.* 121. 2
num. 4. Pilaja *deciſ. Pontific. lib.* 2. *deciſ.* 20. *de cenſ. num.* 21. *in fine*, Antonel. *de temp. leg. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 19. & 20. Duard. *de cenſ.* §. 4. *quæſt.* 17. *num.* 1. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 31. Modern Setin. *de prælat. quæſt.* 32. *num.* 40. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 66. *num.* 122. *& ſeqq.* & Rota poſt eum *deciſ.* 307. *num.* 2. *& deciſ.* 308. *num.* 23. & coram Merlin. *deciſ.* 210. *n.* 1. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 121. *num.* 2. *&* 3. *part.* 17. *& deciſ.* 286. *num.* 2. *& ſeqq. part.* 18. *& deciſ.* 120. *num.* 2. *part.* 19.

Non negabant pro Domino Marchione ſcribentes veritatem concluſionis, ſed eam ex quatuor limitationibus, ſive exceptionibus declinare ſtudebant, quæ tamen tanquam inſubſiſtentes viſæ ſunt non ſuffragari ad evitandam prælationem.

Non quidem prima ex eo deducta, quod tempore, quo petita fuit prælatio cenſus jam fuerit extinctus, mediante reſtitutione pecuniarum per viam depoſiti. facta à prævia diſdicta legitimè executa contra Patres S. Bernardi ad formam Conſtitutionis Pianæ; Etenim quidquid ſit an prætenſa Cenſus extinctio præjudicet Excellentiſſimę Dom. Duciſſæ Ceſſionariæ, quę jus ad petendam prælationem nanciſcitur à die ceſſionis 21. Januarii 1688. exercibile eo modo, quo erat apud Patres S. Bernardi cedentes, & in eſſe deductum à die ſequutæ venditionis 2. Decemb. 1687. tam ex diſpoſitione juris ſuperius comprobata, quàm ex verbis inſtrumenti ceſſionis cum omnibus juribus uſque tunc competentibus ipſis cedentibus, Summario Dom. Duciſſæ ſub num. 3. ibi: *Et ex cauſa, & titulo hujus venditionis ceſſerunt quoque eidem Excellentiſſimæ Dominæ Hippolytæ omnia, ſingula jura, &c. nullo jure, &c.* & propè finem, *omnia, & ſingula jura, actiones, & privilegia anterioritatis, & potioritatis, & alia quæcumque ad ipſos quomodolibet ſpectantia*, itaut dum D. Duciſſa erat effecta vera Creditrix cenſuaria mediante tam ampla ceſſione, & acquiſiverat jus prælationis ob extinctionem cenſus poſtea ſequutam, nullum ei prejudicium, re amplius non 3
integra generari potuerit, juxtà tradita per Cyriac. *controverſ.* 254. *num.* 46. Thomat. *deciſ.* 40 *num.* 32. Card. de Luca *de cenſ. diſc.* 40. *num.* 9. *& diſc* 41. *num.* 2. *in ſupplem.* Modern. Setin. *de prælat quæſt.* 32. *num.* 14. *& ſeqq.* ſuper quo Domini nihil firmare voluerunt.

In præſenti ex facto evitari videbatur quæſtio juris, & repugnantia authoritatum, quę ex parte Domini Marchionis in contrarium adducebantur ad pro- 4
bandum, quod ſi licita eſt extinctio cenſus in manibus cedentis veri Domini, ceſſet quoque prælatio, quę inſeparabiliter annectitur eidem cenſui, juxtà tradita per Boccacc. *de cenſ. quæſt.* 2. *num.* 6. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 65. *num.* 16. *& ſeqq. & quæſt.* 66. *ſub num.* 1. *&* 2. Duard. *de cenſ.* §. 4. *quæſt.* 9. *num.* 2. *& quæſt.* 13. *in fine*, Rota coram Dunozetto Sen. *deciſ.* 187. *num.* 1. *& per tot. & in recent. part.* 18. *deciſ.* 758. *num.* 4. *& ſeqq. & part.* 19. *deciſ.* 120. *& deciſ.* 143. *utrobique num.* 7.

Siquidem quęſito ipſis Patribus S. Bernardi creditoribus cenſuariis jure prælationis à die venditionis ſequutæ anno 1687. quæ illis denunciata non fuit, eoque tranſfuſo in D. Duciſſam Ceſſionariam ex inſtrumento ceſſionis die 21. Januarii 1688 iſta, habita diſdictæ cenſus notitia factæ per D. Marchionem ſub die 9. Februarii ejuſdem anni 1688. ac depoſiti ſortis, & fructuum die ſequenti ſequuti adverſus PP. S. Bernardi ſub die 19. ejuſdem menſis judicium inſtituit, monitorio expedito coram A. C. Thomato ſuper prælatione, & deinde, nempè ſub die 13. Aprilis 1688. ſequuta fuit formalis extinctio, ſeu retrovenditio dicti cenſus à Judice decreta cum expreſſa præ-

ſervati-

ſervativa jurium Partium, ut in Summario Dom. Du-
ciſſæ num. 8. lit. D in fine, ex qua facti ſerie patet,
quod vigente adhuc cenſu, & nondum extincto judi-
cium ſuper prelatione inſtructum fuerit, dum nec diſ-
5 dicta, nec depoſitum extinguunt cenſum, qui adhuc
vivit per duos menſes decurrendos à die diſdictę ex
claris verbis Conſtitutionis 79. Beati Pii V. § 6. Bullar.
tom. 2. ibi: *Cum verò traditione pretii redditus extin-
guendus erit, volumus per bimeſtre ante id denunciari,
cui pretium dandum erit*, & tradunt Cenc. *de cenſ. quæſt.
3. n. 46. verſ. nec videtur urgere, & n. 47. in principio,
& n. 63.* & Salgad. *in Labyrint. credit. part. 2. cap. 29.
per tot. & ſignanter n.* 8. Rota poſt eundem Cenc. *de
cenſ. deciſ.* 82. *n.* 5. ubi quòd ideò ſolvendi ſunt fru-
ctus illius bimeſtris, qui profectò percipi non poſſent
citra uſuram, niſi ex cenſu adhuc vivo, hoc autem
poſito certum eſt in jure, & admittunt etiam ſcriben-
tes pro Dom. Marchione jus prælationis in Judicio de-
6 ductum, imò & præſervatum à Judice in retrovendi-
tione cenſus perpetuari uſquequo durat tempus inſtan-
tiæ judicialis, nec potuiſſe amplius mutari per ſubſe-
quutam cenſus extinctionem, ut in fortioribus termi-
7 nis retractus perſonalis, qui regulariter, extincta per-
ſona, evaneſcit deductus tamen in Judicio etiam mor-
tua perſona conſervatur, firmant Peregrin. *in deciſ. Pa-
tavia 22. num.* 30. *& per tot.* Olea *de ceſſ. jur. quæſt.* 2.
n. 9. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 417. *num.* 379.

Jus enim prælationis licèt habeat cauſam tempora-
lem, producit tamen effectus, qui ceſſante cauſa, non
8 ceſlant, & ubi, prout hic, per petitionem judicialem
ſuum habuit effectum conſummatum, remota cauſa
minimè removetur, ex ponderatis per Tiraquel. *in
tract. ceſſante cauſa limit. 4. per tot.* Novar. *quæſt. forenſ.
67. n.* 10. *part.* 1. Card. de Luca *de donat. diſcurſ.* 8.
n 14. *in fin. & de legit. diſc.* 5. *n.* 7. Rota *deciſ.* 12. *n.* 11.
in fin. coram Buratto *& deciſ.* 151. *num.* 4. coram Man-
tica, & ſæpè in aliis.

9 Nec obtinuit replicatio, quod Bonaventura Mar-
tinellus, qui monitorium ſuper prælatione expedivit,
non habuerit mandatum ſpeciale procurę, quale ad
10 prælationem petendam requiritur: Tum quia in om-
nibus actibus ſuperius recenſiti pro parte D. Marchio-
nis ſemper citatus fuit idem Martinellus, uti Procu-
rator ejuſdem D. Duciſſæ; unde vel omnia geſta, eo
citato, corruunt, atque diſdicta cenſus, & pecunia-
rum depoſitum, alioquin adverſus eumdem intima-
ta nil operantur, vel verius illius perſona dicitur ap-
probata in omnibus, Ridolph. *in prax. par.* 1. *cap.* 2.
n. 188. *& ſeq.* Rot. cor. Seraph. *dec.* 100. *n.* 1. & cor.
Gregor. *deciſ.* 280. *nu.* 6. ubi Adden. *nu.* 2. & coram
Coccin. *deciſ.* 61. *n.* 5. & alibi paſſim.

Tum etiam quia cùm actus geſti à præfato Marti-
nello, ac etiam interloquutoria Judicis tenderent ad
conſervandum jus exercendi actionem retractus dedu-
11 cibilem, ac competentem D. Duciſſæ ob diſtractio-
nem fundi cenſiti, irrequiſito Cenſuario; Speciale
mandatum, quod de jure exigitur ad exigendum jus
prælationis ratione obligationis quam exinde Princi-
palis, ſeu Dominus contrahit ad pretium oblatum,
viſum non fuit hoc caſu adeo neceſſarium, cùm age-
retur de re merè favorabili, ac conſtituente D. Duciſ-
ſam Principalem in facultate, & arbitrio utendi, vel
non utendi beneficio prælationix, ſed ſatis fuit man-
datum procuræ à jure præſumptum, vel veriùs ut di-
ctum eſt, ab ipſomet D. Marchione Vaino præſuppo-
ſitum, ad Text. *in l. diligentiæ, §. fin. & l. ſi quis pro
eo in fin ff. mandat.* & Rota *deciſ.* 92. *num.* 14. *&* 15.
part. 10. *recent.*

Ex facto pariter inſubſiſtens detegebatur ſecunda
limitatio deducta ex illuſione, ſeu ſimulatione ceſſio-
nis præfati cenſus, quæ cùm obtenta fuerit ſub die
21. Jan. 1688. à D. Duciſſa, ac per eamdem ſub die
12. Mart. ſubſequentis, non amotis pecuniis à Sacro
Monte Pietatis, impoſitus fuerit cenſus ſimilis ſum-
mæ ad favorem eorumdem PP. S. Bernardi præordi-
nata dicitur ad palliandam mutuationem actionis re-
tractus, quę à Cenſuario fieri prohibetur in præjudi-
cium emptoris; Etenim hæc ceſſio ex ſoluta pecunia,
facta probatur cum omni bona fide vigore decreti
Eminentiſſ. Card. Vicarii, & prævia licentia Sacr.
Congr. Epiſcoporum, & Regularium, quæ ſincerita-
tem, & utilitatem actus præcognovit, Sum. D. Du-
ciſſæ ſub num. 3. unde nec opus eſt ſuperaddere con-
cluſionem, quod attenta qualitate Religioſorum ex 12
una parte, & D Duciſſa eximiæ nobilitatis, & bo-
nitatis magnatitiæ ex altera, exulat quæcunque col-
luſionis ſuſpicio, juxta tradita per Menoch. *de arbitr.
caſ.* 156. *n.* 10. Rota *rec. p.* 5. *dec.* 596. *n.* 31. *& ſeq. p.* 7.
dec. 253. *n.* 63. *& p.* 17. *dec.* 107. *n.* 16. & in Neapolit.
fabricæ 27. Jun. 1683. §. primo in fin. coram Rev. D.
meo Decano 30. Jan. 1687. §. Verùm etiam cor. b. m.
Roodinino.

Cenſus autem ad favorem eorumdem Patrum S.
Bernardi impoſitus fuit à D. Duciſſa duobus ferè men-
ſibus poſt, ideoque etiam ſeparato penitus contractu,
nulla poteſt inferri nota colluſionis, ſeu fraudis quo-
ad ceſſionem habentem cauſam diverſam, & auctore
Prætore antecedenter obtentam, ſed ſi quæ unquam
conſiderabilis extat correſpectivitas inter duos hoſce
contractus, hæc potius tribuenda eſt induſtrię, &
diligentiæ D Duciſſæ, quæ laudabilis undique appa-
ret, nec videtur ulla ex parte damnabilis, cùm prin- 13
cipaliter tendat ad acquirendum jus ad commodum
proprium pro conſervando tam inſigni Palatio in no-
bili familia de Boncompagnis à qua etiam Platea illi
adjacens denominatur uſque ab antiquo deſumpſit *di
Piazza di Sora*, dum in domo gentilitia non videre,
vel revulſas videre Majorum imagines ſatis lugubre
eſt, inquit Conſtantius *in l. ea, qua Tutores, C de
adminiſt. Tutor.* licet in conſequentiam involvat præ-
judicium D. Marchionis emptoris juxtà regulam
Text. *in l.* 1. *ff. de author. tutor.* cum aliis in *dec.* 360.
n. 25. *p.* 18. *recent.* ubi concordantes.

Tertia limitatio deſumebatur ex eo, quod venditio
ipſius Palatii prius facta fuit à D. Duce Ugone b. m.
Card. Boncompagno ejus fratri uſque de anno 1651.
acquieſcentibus Patribus S. Bernardi, nec prelationem
petentibus vigore Cenſus prędicti Summar. D. Mar-
chionis num. 1. & ſeqq. adeoque dum ab eo tempore
uſque ad annum 1687. quo fuit inſtructum judicium
ſuper prelatione, interceſſerint 35. anni, & hoc cur-
ſu trigenarii temporis præſcriptum fuerit jus retra-
ctus, licèt plures interceſſerint venditiones, & Pala- 14
tium liberè tranſiverit in ſecundum emptorem, ex
adductis per Tiraquel. *de retract. conſanguinitatis* §.
1. *gloſ.* 10. *n.* 18. *&* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 26. Cenc.
de cenſ. quæſt. 66. *num.* 13. Duard. *de cenſ.* §. 4.
quæſt. 16. *num.* 8. *& quæſt.* 66. *num.* 40. Gratian. *diſ-
cept.* 742. *n.* 12. *& ſeqq.* Antonel. *de temp. legal. lib.*
5. *cap.* 2. *num.* 9. Boer. *deciſ.* 76. *num.* 9. Giurb. *deciſ.*
75. *n.* 7. *verſ. non obſtante*, Rota coram Sanctiſſ. D.
Noſtro *deciſ.* 268 *n.* 6.

Verùm excepto Cincio cum circumſtantiis ab hoc
caſu diverſis loquente, cujus doctrinam minus veram
Domini mei judicarunt, animadverſum fuit ferè om-
nes Juriſperitos mox adductos loqui in retractu jure 15
conſanguinitatis, aut vicinitatis, vel fundari in do-
ctrina Tiraquel. & aliorum, loquentium in his retra-
ctibus jure ſanguinis, vel vicinitatis, inter quas, & re-
tractus jure cenſus maxima intercedit differentia quid-
quid dicat Ciarlin. *controv.* 121. *n.* 23. In retractu enim
jure ſanguinis, ſi conſanguineus patitur fieri venditio-
nem alteri, ſicut eſt etiam in retractu ex jure congrui
competenti alicui tanquam vicino, excluditur à retra-
ctu in ſecunda, & tertia venditione, ſi hæc fieri con-
tingat poſt ſpatium triginta annorum à die primæ

venditionis, à qua initium temporis ad hunc effectum deſumitur, quia jura hæc retrahendi inhærent perſonæ conſanguinei, vel vicini, ut inquit Tiraquel. *de retract. conſanguin.* §. 1. *d. gloſ.* 10. *n.*8. Napod. *in conſuetud. Neapolit. tit. de jure congrui in conſuetud ſi quis emit, verbo poſſidet*, Capyc. Latt. *deciſ.* 46. & Carol. Anton. de Luca ad Franc. *in obſervat. ad deciſ.* 389. *utrobique n.* 2.

Reſpectu cujus perſonæ conjunguntur tempora utriuſque venditionis, & inſimul computantur ad complendum ſpatium trigenarium, quo temporis curſu omnis actio præſcribitur, licèt perpetua, ad Text. *in l.* 3. *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Menoch. *conſ.* 143. *n.*17. *&* 19. Gratian. *diſcept.* 2. *n.* 15. Rota *deciſ.* 63. n. 10. *p.* 17. *rec.*

Non ſicut autem in retractu, qui Cenſuario com-
16 petit, cùm etiam illius actio fundetur in re cenſita propter jus in re, ut inquit Rota in *deciſ.* 156. *n.* 6. poſt Cenc. *de cenſ.* quotieſcumque hæc vendatur ſemper oritur nova actio ad petendam prælationem, eaque perpetuatur per triginta annos, cùmque rei adhæreat, rem ipſam proſequitur adverſus quemcumque Poſſeſſorem, & in qualibet rei cenſitæ alienatione reviviſcit jus creditoris Cenſuarii ad effectum retractus quemadmodum elicitur ex verbis ejuſdem Conſtitutionis 79. Beati Pii V. §. 6. Bullar. tom. 2. ibi: *Cùm autem vendenda ſit res cenſui ſuppoſita, volumus Dominum Cenſus aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones quibus vendenda ſit, & per menſem expectari*, & clarè firmat Antonel. ſeipſum explicans *de tempore legal. lib.* 3. *eodem cap.* 2. *num.* 3. Duard. *de cenſ.* §. 4. *quæſt.* 17. *per tot.* qui pariter ſeipſum explicat, atque ex profeſſo reprobat Cenc. contrarium tenentem, Modern. Setin. *de prælat. quæſt.* 32. *num.*28. & optimè Rota in *deciſ.* 52. *ſub num.* 3. *& ſeqq.* coram Durano.

Atque hinc ex diſtinctione juris prælationis ex cenſu, quod veluti adhærens rei cedi poteſt, ut ab initio ſuperius probatum fuit jus retractus ex vicinitate, vel
17 conſanguinitate veluti adhærens perſonę cedi non poteſt, ut aliis relatis diſtinguendo caſum à caſu, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 66. *num.* 18. *& ſeqq.* Ciarlin. *contr.* 121. *n.* 35. Ciroc. *diſcept.* 29. *num.* 70. Palm. Jun. *allegat.* 8. *num.* 35. *tom.* 1. Giurb. *dec.* 51. *num.* 8. cum aliis relatis per Modern. Setin. caſum à caſu diſtinguentem *de prælat. quæſt.* 10. *num.* 7.

Quarta denique limitatio deſumebatur ex eo, quod Domino Marchioni debeatur potior prælatio ex notiſſima Conſtitutione Gregorii XIII. tanquam poſſidenti Palatiolum, & quaſdam domos vicinas controverſo Palatio, & parato ad ampliandum illius fabricam pro majori Urbis ornatu. Verùm inapplicabilis viſa fuit diſpoſitio Bullæ Gregorianæ, non ſolùm quia emptio præfatarum domorum adjacentium, quibus hodie paratum ſe exhibet Dom. Marchio ad ampliandum Palatium redditur ſuſpecta de antidata tanquam facta per ſimplicem apocam nullo teſte ſubſcriptam,
18 & carentem requiſitis à jure in *l. Scripturas*, *C. qui pot. in pign. hab.* ſed etiam quia apparet ineffectuata, dum poſt emptionem prætenſam aſſignatæ fuerunt ab ipſiſmet Hoſpitalibus hæredibus penſiones unius ex dictis domibus pro ſatisfactione creditorum hæreditatis Card. Boncompagni, atque ſuper altera ex illis conſummata fuit executio ab altero creditore hæreditatis, Sum. Dom. Ducíſſæ n. 60. & ſeqq. ſicque conſtat hujuſmodi domos non exiiſſe ab hęreditate Card. Boncompagni, mediante ſupradicta apoca venditionis,
19 quod concludenter convincit eadem apocam, vel de antidata ſuſpectam, vel prorſus ineffectuatam, & propterea nihil ineſſe ponentem, prout in fortioribus terminis inſtrumenti, quod illius executio requiratur ad effectum prælationis, tradiderunt Card. de Luca *de ſervitut. diſc.* 82. *per tot.* Rota coram Sanctiſſ. Dom. Noſtro *deciſ.* 40. n. 22. *& ſeqq.* & in Bononien. concurſus Creditorum 13. Jun. 1681. §. inobſervantiâ coram me, & in Carpen. hæreditatis, ſeu fideicommiſſi 17. Maii 1686. §. nec pro excluſione ad fin. & ſeqq. coram b. m. Albergato.

Et ulterius ad limitationem ejuſdem objecti ponderabatur, quod cùm Palatium ſit numeris omnibus abſolutum, & in qualibet ſui parte perfectiſſimum non eget ulla ampliatione, nec aliquo ornatu, adeoquè 20
cùm non adſit modus implendi finem à Conſtitutione Gregoriana cooptatum, nempè major Urbis ornatus, ceſſat prorſus diſpoſitio ejuſdem Conſtitutionis, juxtà celebre conſilium Petri Aldubrandini apud Rubeum *ſingul. p.* 3. *fol.* 211. *&* 212. Card. de Luc. *de ſerv. diſc.* 76. *n.* 2. Modern. Setin. *de prælat. q.* 33. *n.* 35. *& ſeqq.* Rota coram Merlin. *deciſ.* 886. *n.* 41. *& ſeqq. & deciſ.* 427. *n.* 10. *& ſeqq. & n.* 32. *& ſeqq.*

Neque plus denique valuit oppoſitio adverſus ſententiam R. P. D. mei Cavallerini, quod nempè ipſe non potuerit tribuere prælationem D. Ducíſſę cenſus creditrici ex ceſſione jam dicta, niſi quoad Palatium, quod ſtat pro fundo cenſito, non autem ſuper Palatiolo, & nemore extra Portam Equitum levis armaturæ, in quibus cenſus non conſiſtit; Siquidem placuit reſponſio, quod eatenus Judex conceſſit prælationem in omnibus, quatenus D. Marchio inſiſtebat non eſſe locum retractui, niſi ſoluto univerſo pretio, & è converſo pro parte D. Ducíſſæ inſiſtebatur pro retractu ſolius Palatii, ut patet ex Summario reſponſionis facti ejuſdem D. Ducíſſæ n. unico. Cæterum facta declaratione in actis à D. Marchione, Domini dixerunt prout pro parte etiam D. Ducíſſæ affectabatur, quod ſi idem D. Marchio vult omnes res emptas complecti ſub retractu, ei reſundatur integrum pretium, ſin minus, ei reſundatur rata congrua reſpectu Palatii fundi cenſiti juxtà praxim, de qua Tiraquel. *de retract. conſanguinitatis* §. 23. *gloſ.* 2. *num.* 9. Duard. *de cenſ.* §. 4. *quæſt.* 16. *num.* 7. ubi concordantes.

Et ita utraque Parte acriter informante, &c.

R. P. D. CAVALLERINO.

Romana Prælationis.

Lunæ 28. Januarii 1691.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de duabus habet locum, quando ſententiæ ſunt conformes, validæ, & juſtæ, & agitur inter Cives, & Incolas.*

2 *Civilitas Patria non amittitur ex eo, quod quis naſcatur in loco extero, ubi Pater accidentaliter morabatur.*

3 *Ex matrimonio facto cum extero, licèt mulier acquirat domicilium viri, tamen civilitatem originariam non amittit.*

4 *Conformitas ſententiarium convincitur ex lectura earumdem.*

5 *Creditor cenſus habet privilegium prælationis.*

6 *Dictum privilegium eſt ceſſibile, quoties etiam cenſus cedatur.*

7 *Extincto cenſu, ceſſat jus prælationis.*

8 *Cenſus poſt ceſſionem benè poteſt extingui etiam cum cedente.*

9 *Si Cenſus extinguatur ante venditionem fundi cenſiti, tunc non eſt locus prælationi.*

10 *Quando extinctio cenſus fit ex pretio fundi empti, vel cenſus accollatur in locum pretii, tunc per confuſionem actionum effectus prælationis reſolvitur, etiamſi emptor reportet à creditore jurium ceſſionem.*

11 *Acquiſitio cenſus facta etiam poſt venditionem, ſi ſit facta non*

cta non tranſlativè, ſed per viam extinctionis, jus prælationis non tribuit.

12 *Si poſt factam venditionem, non requiſito cenſuario cenſus acquiratur à tertio tranſlative, & cum ceſſione jurium, ſubſequens extinctio cenſus in manibus cedentis non tollit tertio jus prælationis.*

13 *Licèt extinctio cenſus fieret ante venditionem, tamen ſi apparet facta in fraudem retractus, non tollit jus prælationis, & reputatur, ac ſi eſſet facta poſt venditionem.*

14 *Poteſt dari caſus, quod cenſus vigeat, & nihilominus jus prælationis ſit extinctum, & quomodo.*

15 *Jus prælationis, quando non fuit facta denunciatio, non extinguitur niſi ex lapſu triginta annorum.*

16 *Diverſorum natura eſt, ut uno ſublato non tollatur, & alterum.*

17 *Quando extinctio cenſus præcedit venditionem, tunc ceſſat jus prælationis, ſi autem extinctio venditionem ſubſequatur, tunc jus prælationis durat per triginta annos.*

18 *Quando jus prælationis eſt ortum, ſtante venditione, tunc non poteſt, inſcio cenſuario diſdici, & extingui cenſus in ejus præjudicium.*

19 *Retractus perſonalis ſi ſit in judicium deductus tranſit in heredem.*

20 *Jus prælationis competens cenſuario æquiparatur retractui perſonali.*

21 *Jus prælationis competens cenſuario, eſt reale, & tranſit cum ipſo cenſu.*

22 *Jus prælationis ſemel ortum durat per triginta annos, ſi autem ſit in Judicio deductum, ejus inſtantia perpetuatur.*

23 *Jus prælationis non regulatur à bimeſtri diſdicta, ideoque quando Cenſuario non eſt facta denunciatio venditionis tunc lapſus bimeſtris non nocet.*

24 *Clauſula*, ſine præjudicio jurium Partium, *præſervat omnia jura etiam minima.*

25 *In actibus favorabilibus ſufficit mandatum præſumptum.*

26 *Mandatum procuræ, ex quibus præſumatur, & probetur.*

27 *Qui vult finem neceſſario, vult etiam media ad finem conducentia.*

28 *Præſervatio contraria facto non attenditur.*

29 *Procuratori, qui ut talis fuit admiſſus, & recognitus à Parte contraria, non poteſt ab ea opponi defectus mandati.*

30 *Subſequens ratificatio facta à principali, licèt non ſufficiat ad effectum corroborandi antecedenter geſta à Procuratore in præjudicium tertii, tamen ex ea deprehenditur qualis fuerit animus principalis à principio.*

31 *Contractus ineffectuatus non meretur attendi.*

32 *Ad effectum intentandi retractum vigore Bullæ Gregorianæ requiritur vicinitas præexiſtens, nec ſufficit ex poſt acquiſita.*

33 *Pendente lite, poteſt quis acquirere nova jura ad effectum obtinendi, vel removendi retractum.*

34 *Retractus non admittitur, quando intrat ſuſpicio æmulationis.*

Decisio XI.

PRælationem ſuper Palatio, cæteriſque bonis venundatis D. Marchioni Guidoni Vaino ab Adminiſtratoribus Venerabilium Hoſpitalium S. Mariæ de Vita, & Morte Civitatis Bononiæ heredum clar. mem. Cardinalis Hieronymi de Boncompagnis in prima inſtantia coram A. C. & in ſecunda coram R. P. D. meo Urſino ab Excellentiſſ. D. Hippolyta Ludoviſia de Boncompagnis Duciſſa Soræ binis ſententiis felici morte expugnatam, incaſſum idem D. Marchio repetitis aggreſſibus laceſſivit, mediante dubio à Signatura parato, *An ſit locus Statuto de duabus*, quod con-
1 ſtito de conformitate, validitate, & juſtitia inter Cives,
& Incolas indubiam vindicat obſervantiam ſpecialiter in Sac. Rota, ut cor. ſ. m. Alexand. VIII. *deciſ.* 65. *n.* 1. *& ſeq.* Burat. *dec.* 197. *num.* 1. cor. cl. mem. Card. Celſo *dec.* 233. *n.* 2. *& ſeq.*

Civilitas verò nec ſubmovetur, ex quo Excellentiſſima Collitigans ſortem naſcendi ſubiverit in Inſula Sardiniæ, quam Clariſſimus ejus Genitor in obſequiis
Catholicæ Majeſtatis impenſus Proregis titulo rege- 2
bat, quippe hæc, iiſque ſimilia accidentalia ſpem non exuunt recolendi Penates, niſque operantur, quominus Patria Civilitas conſervetur, Felin. *in c. Rodolphus n.* 13. *in fin. & ſeq. de reſcript.* Bart. *in l. aſſumptio*, §. *filius in princ. ff. ad municip.* Bocr. *dec.* 13. *a n.* 49. *& præcisè n.* 22. Rota apud Fenzon. *dec.* 109. §. *quia de hoc præſuppoſito, & in recent. deciſ.* 312. *n.* 17. *&* 18. *p.* 9. *& deciſ.* 183. *n.* 4. *&* 21. *& deciſ.* 327. *n.* 6. *p.* 17

Nec ex quo nupta Excellentiſſ. Duci Soræ ſortita
fuerit domicilium viri, quia nihilominus origini pri- 3
vilegia perſundata non fuere, ad Text *in l.* 1. *& l.* 4. *C. ad municip. lib.* 10. *l. Cives* 7. *C. de Incol.* Bart. *in l. fin.* §. *item reſcripſerunt n.* 4. *ff ad municip.* Paſchal. *de vir. patr. poteſt p.* 2. *cap.* 2. *n.* 31.

Conformitatem ſententiarum lectura convincit, per quam alterutra conſociatur, juxta vulgar. gloſ. *in*
Clem. 1. *verb. diutius ex eis, de ſentent. & re judicat.* 4
nec nocet palinodia ſcribentium pro D. Marchione, qui in prima inſtantia fundari unicitate pretii non ſolum Palatium, ſed cætera bona empta ſub retractu complectenda fore inculcarunt, deinde in ſecunda, quod ſemel placuit, pro gravamine adducebant, quia ſuſtulit ambages ſententia Rev. P. D. mei Urſini, committendo declarationi Marchionis an malit in ſolo Palatio, ſive in reliquis bonis pati retractum, unde ſemper conformitas in Palatio verificabitur, imò & in cæteris bonis, ubi abſit inconſtantia, à qua diſformitatem pendere non licet, ne quid in gratiam alterius conceſſum, in proprium præjudicium retorqueatur, argumento, Text *in l quod favore, C. de legib.*

Validitas reſultat ex revolutione proceſſus, in quo omnia deſiderata in *deciſ.* 260. *part.* 2. coram Verallo, adimpleta noſcuntur.

Juſtitiæ fundamentum nititur inſtrumento cenſus impoſiti, ſuper eodem Palatio à b. m. Duce Jacobo de Boncompagnis PP. S. Bernardi ad Thermas, & acquiſiti ab eadem D. Duciſſa die 21 Jan. 1658. cum ceſſione tranſlativa non extinctiva omnium jurium, quæ
proinde uti cenſuaria gaudet privilegio prælationis ſi- 5
bi attributo in Conſtitutione ſ. m. Pii V. la 79. in ordine Bullar. tom. 2. Cenc. *de cenſ. q.* 66. *n.* 116 & poſt eumdem Rot. *deciſ.* 309. *num.* 3. *deciſ.* 622. *n.* 1. *part.* 2. *recent.* & coram ſanct. mem. Alexandro VIII. *deciſ.* 268. *num.* 1.

Taleque privilegium cedi poſſe quoties ipſe cenſus
cedatur nulli remanet dubio locus, ultra allegatos in 6
deciſione R. P. D. mei Urſini 19. Januarii 1691. §. Cum enim tenent, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 26. *gloſ.* 1. *n.* 39. Burat. *deciſ.* 677. *n.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 504. *n.* 7. poſt Cenc. *de cenſ.*

Opponebatur prælationem competere non poſſe ca ratione, quia cum ex prædictis prælatio ſit inſeparabi-
lis à cenſu, & ab eo dependeat tanquam effectus à cau- 7
ſa per illius extinctionem ſequutam 13. Aprilis 1688. mediante valido depoſito ad formam Bullæ Pianæ in manibus Patrum S. Bernardi creditorum, Jus quoque prælationis conſequenter remanſerit extinctum, Guiliclm. Dunoz. *deciſ.* 187. *per tot.* cum reliquis allegat. io reſtrictu juris in §. *Injuſtitia non obſtante*, quod cen-
ſus fuiſſet antecedenter ceſſus D. Duciſſæ, quia cùm 8.
talis ceſſio non fuerit emptori intimata per exhibitionem inſtrumenti, Zarat. *deciſ.* 4?. *n.* 10. adhuc admiſſa illius notitia validè ſucceſſerit extinctio cum Patribus cedentibus, Rota *deciſ.* 161. *n* 2. *& ſeq* poſt Cenc. *de cenſ.* & inde jus prælationis præſcriptum.

Sed

Sed Domini in hac poſteriori cauſæ propoſitione fundicus attingentes articulum, quem in antecedenti placuit ſolum obliquè reſtringere, ſubjectam materiam in pluræ membra tuta lance diſtinguebant.

Primum eſt quando cenſus extinguitur per venditorem, 9 ſive per emptorem ante venditionem fundi cenſiti, & tunc nunquam in eſſe, deducto privilegio prælationis naſcentis in ipſo momento venditionis meritò extincto cenſu habitualiter continente prælationem, non ſolum extinguitur, ſed nunquam conceptus fuit effectus prælationis a cenſualit te cauſatus, & in his terminis loquuntur Navat. *in comment. de uſur n.* 1. 7. Boccac. *de cenſ. part.* ·, *num* 6 . ... enc. *eodem tract qu.* 65. *n.* 16. *&* 1⁻. *& qu* 66 *n* 1. *&* 2. Duard. *eod. tract.* §. 4. *q* ·. *num.* 2. quorum pleriquè tradunt pro cautela tollendi jus prælationis, ut cenſus extinguatur ante venditionem.

Secundum eſt quando Cenſus extinguitur ex pretio 10 rei emptæ, vel in pretii locum accollatur, & tunc quia ſimul, & ſemel oritur, & intetimit jus prælationis per confuſionem actionis crediti, & debiti, res devenit ad ſtatum, à quo incipere non potuit, ideò ſubintravit in juribus Cenſuatii immò formalis quoque ceſſio tranſlativa nullum operatur effectum, ſed reſolvitur in meram acquiſitionem hypothecę anterioris ad effectum ſe tuendi contra poſteriores, & in hoc cenſu procedunt decita *in recent. part.* 18. *tom.* 2. *deciſ.* 7,8. *& deciſ.* 12⁰. *part.* 19.

Tertium eſt quando acquirens cenſum etiam poſt 11 venditionem fundi cenſiti, nullum de tranſlatione jurium verbum paciſcitur, ſed tantùm procedit per viam extinctionis, & tunc dubio procul prælatione caret, quam nunquam acquiſivit, quia non entis, nullæ ſunt qualitates, & de hoc loquitur Rotæ in *deciſ.* 18⁻. coram Dunozetto Seniore.

Quartum denique conſideratur (& hic eſt caſus noſter) ubi tertius (ſcilicet Domina Duciſſa (etiam poſt 12 venditionem fundi cenſiti factam, non denunciato Cenſuatio, effectus eſt verus Dominus Cenſus, cum ceſſione plenaria tranſlativa omnium jurium, relata in deciſione Domini mei Urſini §. *Non quidem*, & tunc etiam extincto Cenſu, non extinguitur jus prælationis, in qua opinione concordant Thomat. *deciſ.* 4⁰. *num.* 32. *verſic. ſimiliter*, *& n.* 33. *&* 35. Cardinalis de Luca *de cenſib. in ſupplem. part.* 2. *diſcurſ.* 40. *n.* 9. *& diſcurſ.* 41. *n.* 3 Modern. Setin. *de prælat. quæſt.* 32. *nn.* 14. *&* 15. Cyriac *controv.* 253. *n.* 46.

Hæcque diſparitas inter extinctionem ſequutam antè, vel poſt venditionem, fuit à Dominis exiſtimata adeo determinativa juris prælationis, ut non dubitaverint 13 affirmare, quod ſi præcedens extinctio appareat facta in fraudem ſupervenientis retractus, habeatur ac ſi facta fuiſſet poſt venditionem, itaut remaneat exercibile jus prælationis, Merend. *controv. jur. lib.* 1·. *cap.* 40. *numer.* 7. *&* 8 Modern. Setin. *de prælat. quæſt.* 32. *num.* 15. *&* 16. Cyriac. *dict. controverſ.* 254. *num* 25 *& ſeq.*

Ratio à priori ea videtur eſſe fatalis, quia jus prælationis, & extinctio Cenſus à diverſis derivata principiis, diverſo jure metiuntur. Quippè primùm ſuum eſſe deducit ex duplici cauſa concomitante, nimirum habitualiter, & in potentia à contractu cenſuali, cauſativè verò, ſeu occaſionaliter à contractu venditionis. Secunda procedit ſimpliciter ex natura ſui ipſius redimibili, ut notant Doctores allegati in § *Quarta denique*

Rurſus ſtant ſimul, quod Cenſus vigeat, & nihilo14 minus jus prælationis ſit penitus extinctum, ponderando quod Cenſuatius in bimeſtre diſdictæ remanet Dominus Cenſus, juxtà relata in deciſione R. P. D mei Urſini §. *Siquidem*, & tamen, ſi venditio fuerit eidem Cenſuario inſinuata per lapſum unius menſis, expirat jus prælationis; Imò ſi cenſus poſt bimeſtre non extinguetur, remanet in ſuo eſſe perpetuo, & tamen jus prælationis fuiſſet extinctum, ut de ſe patet.

Inde oritur, quod cenſus ſemper, & quandocumque redimi poſſit ex præſcripto Bullæ Pianæ. Jus verò 15 prælationis quoties non ſit facta denunciatio non minori temporis, quàm triginta annorum intervallo præſcribatur, Antonel. *de temp. legal. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. Putæn. *deciſ.* 52. *nn.* 2. *in fin.* & coram ſanct. mem. Alexandro Octavo *deciſ.* 268. *num* 6.

Cùm igitur iſta duo, nempè jus prælationis, & extinctio Cenſus ſint inter ſe adeo diſparata, & diverſa tam in origine, quàm in effectibus, itaut extinctio cenſus dari poſſit abſque ullo contractu venditionis productivo prælationis; Jus verò prælationis abſque cenſu, & venditione ſimul junctis in aliquo momento 16 dari nequeat, ſequitur, quod uno ſublato, aliud non tollitur. Ea enim eſt diſciplina diverſorum, Rota *deciſ.* 167. *num.* 18. *part.* 7. *recent.* & eſt doctrina Ariſtotelis *in lib.* 7. *topicor. cap.* 1. ibi: *Si poteſt alterum ſine altero eſſe, non eſt idem.*

Neque obſtat quod ſi ex prędictis jus prælationis producitur ſimul, & ſemel ex utroque contractu cenſus, & venditionis, & extincto cenſu, ceſſet retractus; Quia ad confutationem hujus ſophiſmatis recurrit diſtinctio ſuperius allata; Aut agitur de extinctione ſe- 17 quuta ante venditionem, & tunc non dato à parte rei tempore unionis utriuſque contractus cenſualis, & venditionis, qui ſunt cauſæ productivæ prælationis, meritò pręlatio ceſſat. Aut verò, prout in præſenti extinctio cenſus evenit poſt venditionem, & tunc ſemel producto jure prælationis per unionem utriuſque cauſæ efficientis, jus prælationis perpetuatur ad triginta annos, etſi cenſus remaneat extinctus per actum retrouſimilem, ut melius colligi poteſt ex deciſione Thomat. 40. & Card. de Luca *ſupra allegat.* & hic eſt effectus cauſæ temporalis, quæ ceſſante adhuc durat effectus, ut præter allegatos in deciſione R. P. D. mei Urſini § *Jus enim*, docet D. Thom. *part.* 1. *quæſt.* 104. *num.* 1. *in corpore.*

Aliàs plura ſequerentur abſurda. Primò, quod eſſet aperta via fraudandi Bullam, dum poſt ortum jus prælationis ex venditione fundi, inſcio cenſuario 18 poſſet diſdici cenſus abſque mentione venditionis, & terminato bimeſtre extingui, quo peracto privaretur cenſuatius commodo prælationis, ut ponderat Card. de Lucæ *ubi ſupra diſcurſ.* 41. *num.* 2.

Secundò ſequeretur, quòd eſſet melioris conditionis qui præſcriptum Bullæ non adimplet, quam obediens; nam adimplens ſubeſt commodo prælationis, non adimplens poſſet illam evadere contra regulam *in c. Eum qui, de præbend. in* 6. *l. Servius*, *ff. quod vi*, Gonzal. *de regul. Cancel. gloſ.* 9. §. 5. *num.* 262.

Tertiò, quia fruſtranea eſſet cautela tradita à DD. extinguendi cenſum ante venditionem cum periculo ſimulationis, ſi æquè benè legitimè fieri poſſet poſt venditionem abſque periculo retractus, ad Text. *in cap. ſi Papa, de privileg in* 6. *& c. legebatur, de major. & obedien.*

Agnovere verſatiſſimi ſcribentes pro Domino Marchione prædictorum efficaciam, ideò eam declinare ſatagebant duplici reſponſione. Prima, quòd non ſufficiat cenſum præexiſtere tempore venditionis, niſi quoque jus prælationis fuerit in Judicio deductum, exemplo retractus perſonalis competentis Conſanguineo, quem tranſire in hæredem, ſi fuerit per defunctum in Judicio deductum, firmant Peregrin. *deciſ.* 19 *Patavin.* 22. *num.* 3. Olea *de ceſſ. jur. lib.* 3. *q.* 2. *n.* 9. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 317. *num.* 1⁻9. Concludendo jus prælationis competens vigore Bullæ Pianę æquiparari retractui perſonali à Ciarlin. *in controverſ.* 121 *num.* 2?. *tom.* 2.

Altera reſponſio fuit, quòd jus prælationis deduci debet infra bimeſtre diſdictę quo viget Cenſus, aliàs 20 ſibi

ſibi imputare debet Cenſuarius, ſi eo elapſo unà cum Cenſu extinguatur etiam prælatio.

Verumtamen neutra ſubſiſtit. Non prima, quia jus prælationis conceſſæ in Bulla Piana non eſt per-
21 ſonale, ſed reale, tranſiens cum ipſo cenſu, ut firmat idem Ciarlin. *controverſ.* 121. *num.* 37. aliique
22 allegati in principio §. *Taleque*, & ideò non eget, quòd deducatur in Judicio; Tunc enim inſtantia non limitaretur ad triginta annos, ſed de jure Canonico eſſet perpetua, per Text. *in c. Venerabilis de Judic.* nec contradicit Ciarlin. qui æquiparando jura cenſuarii vicini, & conſanguinei dare demonſtrat non applicari noſtris terminis, cùm ſolum ipſe loquatur ad effectum, ne quis poſſit alteri cedere jus prælationis diſtinctum ab ipſo cenſu, ſeu acquirere prælationem pro altero, ut ex lectura num. 37.

Nec ſecunda; quia concluſio, & diſtinctio ſupra firmata procedit cum ſuppoſito, quod venditio non
23 fuerit denunciata cenſuario; Unde non eſt adaptabilis ſenſus, quod jus prælationis proponi debeat intra bimeſtre quando cenſuatius eſt ignarus venditionis, & alterius jus prælationis non regulara à bimeſtri, ut ſupra oſtenſum fuit in §. *rurſus.*

Quę omnia ſi ita procedunt, ubi extinctio cenſus facta fuit ſimpliciter, quanto fortiùs recipienda erunt, quoties extinctio admiſſa fuit per Judicem cum clauſula, *ſine præjudicio jurium Partium*, cujus virtus eſt
24 reſervare omnia jura etiam minima, clar. mem. Eminentiſſ. Cerrus *deciſ.* 75. *n.* 24. Seraph. *dec.* 164. *n.*6. Arguel. *dec.* 58. *n.* 25. Quæ præſervatio impugnari nequit, ut potè obtenta à Martinello non habente mandatum ſpeciale, tum quia ex actibus infra dicendis ſufficiens viſum fuit adeſſe mandatum, tum quia in actu ſavorabili qualis proculdubio eſt ſimplex facultas utendi prælatione præſumptum, ſeu præſuppo-
25 ſitum ſatis foret, ut habetur in deciſione R. P. D. mei Urſini, §. *Tum etiam.*

Hactenus dicta conſiſtunt in jure, atqui non minus ceſſat amaritudo ex facto, quia realiter prælatio petita fuit ante extinctionem à Martinello uti Procuratore D. Ducìſſæ, de cujus competenti mandato ultra deducta in deciſione R. P. D. mei Urſini dubitari non valet.

Primò ſuperlativè concluditur ex eodem motivo colluſionis pro parte D. Marchionis adducto, qui cùm ſupponat acquiſitionem cenſus ſimulatè expiſcatam à D. Duciſſa eo intuitu, ut mediante retractum vanum redderet venditionis effectum neceſſariò admittere debet prælationem petitam de mandato, & voluntate ejuſdem per ea, quæ notat Caſtren. *in l. ad rem mobilem, ff. de procurat.* Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 22. *n.*28. Riminald. Jun. *conſ.* 11. *num. eod.* Rota *in recent. deciſ.* 202. *num.* 11. *part.* 12.

Secundò ex facti circumſtantiis, nam revolvendo cathegoriam hujus litigii à primo ad ultimum patet, D. Duciſſam ſtatim, ac venditum fuit controverſum Palatium conſtituiſſe Procuratorem Martinellum cum facultate acquirendi quemlibet cenſum impoſitum ſuper eodem Palatio cum expreſſione, quod erat venditum D. Marchioni, & ſucceſſivè mediante opera ipſius Martinelli factum depoſitum pro acquirendo cenſu à Patribus S. Bernardi reportata licentia Eminentiſſ. Vicarii, quod ſine cura, ſtudio, & ſumptu impetrari non potuit, quæ omnia quis non videt ad prælationem parata, quæque fuit prima in intentione, ultima in executione, & qui vult finem, neceſſariò vult media, ad finem conducentia, juxtà vulgat. axioma 27. de quo in deciſ. Reverendiſſ. Decani 349. *num.* 2. *part.* 14. *recent.* & eſt doctrina Ariſtotelis *lib.* 5. *metaphyſic. cap.* 2. *num.* 50.

Tertiò idem Marchio recognovit Martinellum Procuratorem in pluribus actis, non obſtante quod in pleriſque ullum nominaverit aſſertum, quia cum eodem tempore impleverit depoſitum, retrovenditionem, petitam jurium ceſſionem, primo Sum. D. Duciſſæ nu. 11. & 12. aliaque, quæ nonniſi cum vero Procuratore completi queunt fruſtra adhibetur talis præſervativa, utpotè contraria facto, *c. cum M. Ferrar. & ibi DD. de Conſtit. leg. cum in plures*, §. *locator*, *ff. de locat. & cond.* Burat. *dec.* 288. *num.* 5. Rich. *dec.* 3. *n.*14. clar. mem. Card. Cer. *deciſ.* 61. *n.* 8.

Quartò tandem quia in petita retrovenditione, de 29
qua in dicto Summario num. 12. Martinellus admiſſus fuit uti Procurator ſimpliciter.

Quibus omnibus accedit ratificatio per acta à D.
Duciſſa, quæ licèt non valeret ad effectum corrobo- 30
randi geſta antecedentia in præjudicium tertii. Attamen ad effectum declarandi intentionem à principio non eſt ſpernenda, *leg. quædam ſunt*, *ff. de reb. dub. l. nec Julianus*, §. *Proinde*, *ff. ad Maced.* Rota *deciſ.* 27. *n.* 29. *part.* 13. *recent.*

Frivolæ verò viſæ ſunt replicationes, quòd conceſſa etiam approbatione Martinelli in retrovenditione cenſus non benè inferatur ad facultatem impetrandi prælationem, & quod cenſus nunquam vigere poſſit, ex quo ſubjiciat, extinctionem peractam fuiſſe cum PP. S. Bernardi, quia hæc omnia ponderari poſſent, ſi ſingillarim expendenda forent; ſed ad finem eruendi intentionem utriuſque Collitigantis viſum fuit, DD. tota lege perſpecta, mandatum procuræ ſufficiens vehementiſſimè ſuaderi, argumento Text. *in l. incivile, ff. de legib.* Rota *deciſ.* 31. *n.* 2. *verſic. objecta ſiquidem p.* 14. *recent.*

Anatomizato jure prælationis, eoque revulſo è faucibus extinctionis minus immoratum in confutando objecto colluſionis, à quo DD. uno verbo ſeſe expedivere, ponderando, quod omnes actus recenſiti ad convincendum ſimulatè actum cum PP. S. Bernardi ſuper ceſſione cenſus, nil plus probant, niſi quod Excellentiſſima Collitigans lugubre ſentiens Avitos lares extra clariſſimam familiam de Boncompagnis alienari, omnem conatum, & induſtriam adhibuerit, ne videret contritas Majorum imagines, licitum quidem prælationis incitamentum, ut ultra allegata in deciſ. R. P. D. mei Urſini, expendendo eumdem Text. *in l. lex qua Tutores, C. de admin. tutel.* in terminis admiſit Rota in Romana Caſtri Porciliani 24. Jan 1685. §. Quo enim, coram bon. mem. Rondanino.

Urgebat ulterius D. Marchio, allegando potentiorem ſibi, uti vicino competere prælationem vigore Bullæ Sanctæ memoriæ Gregorii Decimitertii in ordine la 22. ſed in hoc quoque motivo eamdem ſubiit ſortem, diſtinguendo ſingillatim titulos, ex quibus commodum dictæ Bullæ reportare putabat. Aut enim vicinitas deducitur ab emptione domus factæ per apo-
cam, & hujus ſuſpicio, ſeo ineffectuatio ultra deducta in 31
deciſione R. P. D. mei Urſini §. *Quarta denique*, hodie apprimè augebatur. Tum ex obſervatione inſtrumenti venditionis Palatii, primo Summario Dominæ Deciſſæ n. 1. §. *Et volentes*, in quo deſignantur pro confine eadem bona, uti propria clar. mem. Cardinalis Boncompagni, ad Text. *in l. cum ſervo in fine*, *ff. de contrahend. empt.* tum ex ordine ejuſdem Domini Marchionis in Summario reſponſionis Dominæ Duciſſæ n. 2. in quo approbata legitur deliberatio d. domus facta ad favorem alterius creditoris. Aut vicinitas fundatur in emptione Palatioli peracta unico, & eodem tempore cum
Palatio magno, & hęc ſuffragari minimè poteſt, quia 32
Bulla Sanctæ memoriæ Gregorii requirit vicinitatem præexiſtentem de tempore venditionis, ut colligitur ex §. 8. & 9. ubi de vicinis mentio fit per verba de præterito, & de venditione per verba de futuro; Imò preſcribitur certa forma interpellandi, quę pręſupponit diſtinctionem inter vicinos, & emptorem; unde deſtitutus caſu, Bullæ ipſius diſpoſitione juvari non debet, Moderm. Setin. *de prælat. quæſt.* 33. *num.* 39. Rota coram Dunozet. Sen. *deciſ.* 173. *num.* 24.

Parvi-

Parvipenſis in contrarium allegatis Gratian. *diſcept.* 903. *num.* 22. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 307. *&* 308. *num.* 2. & 3. apud Cenc. *de cenſ.* & coram Merlin. *deciſ.* 386. *num.* 8. *&* 9. quia hujuſmodi doctrinæ nil plus probant, quàm intentum D. Duciſſæ, dum firmant quod quis pendente lite acquirere poſſit jura ab alio talibus juribus pollente, non autem quod, qui de per ſe nullum jus habet nec aliud imaginabile acquiſivit, repellat inſtantem.

Quatenus verò eadem Bulla Gregoriana deducebatur ad ornatum urbis, unà cum venuſta, & ſumptuoſa mappa ſtatuis decorata ab Equite Fontana uno ex primariis Architectis deſignata; DD. ea curioſè perſpecta ſatis quidem laudarunt ingenium artificis, & magnanimitatem D. Marchionis, eamque fortaſſe facillimè admiſiſſent, ſi tam in noſtra poteſtate eſſet ædificare, quàm delineare; ſed perpetuo ingenti ſumptu, & inutili, ac inſalubri ornatu in parte poſteriori reſpiciente vicum, cenſuerunt, oblationem potius habere ſpeciem æmulationis, ideoque amputandam, ut optimè in terminis ponderavit Eminentiſſimus Dominus de Luca *de ſervit. diſcur* 79. *num.* 2. Merlin. *deciſ.* 437 *num.* 23. *& ſeq.* paſſim recepta.

Denique non fuit operæ pretium examinare ultimum refugium conſortii, Tum quia nec probatur ex fide Peritorum, nec illa admiſſa concluditur communio ad formam Statut. Urb. cap. 110. lib. 1. Quinimò ſi tali fidei fides præſtanda foret, potius reſultaret, Palatiolum eſſe membrum Palatii magni, & conſequenter cadere ſub fundo cenſito; in omnem caſum recurreret reſponſio data *in* §. *urgebat*, *verſ. aut vicinitas fundatur*, & melius favet Duran. *deciſ.* 52. *num.* 9. *cum ſeq.*

In reliquis ſupplet deciſio R. P. D. mei Urſini, cum quo Domini tranſierunt, utraque, &c.

R. P. D. LANCETTA

ROMANA RETRACTUS.

Veneris 28. Junii 1697.

SUMMARIUM.

1 *Retractus vigore Bullæ Gregorianæ tenetur tantum tradere retractum patienti ſtabilia æqualis valoris, non autem æqualis redditus.*

2 *Bulla Gregoriana in materia retractus eſt adamuſſim ſervanda.*

3 *Prædicta Bulla dat facultatem Emphyteutis liberandi à Canone ſolum exiſtens ſub Dominio directo Eccleſiæ cum onere tamen tradendi ſtabile æquale, & in valore, & in reddita.*

4 *Quando venditio, vel qualitas fuit in una parte expreſſa in altera non, ſignum evidens, quod ubi non fuit expreſſa, ibi non fuit volita.*

5 *Duplici onere quis pro eadem re gravari non debet.*

6 *Bulla Gregoriana primariò reſpicit ut omnes majori facilitate ad ornandum invitentur.*

7 *Aequiparatorum eadem debet eſſe diſpoſitio.*

8 *Licet prædicta Bulla Gregoriana mandet ut pretium depoſitatum a retrahente debeat inveſtiri utiliter tamen hæc utilitas non conſideratur reſpectu æqualitatis redditus, ſed tantum reſpectu inveſtimenti, quod non ſit infructiferum.*

9 *Vult prædicta Bulla ut Eccleſia non poſſit retractum ſub prætextu utilitatis reſcindere.*

10 *Alienatio rei Eccleſiæ ad hoc ut ſubſtineatur neceſſaria eſt utilitas non ſolum in pretio, ſed etiam in fructibus, quod tamen non procedit in retracta.*

11 *Ad interpretationem prædictæ Bullæ ſequendus eſt ſenſus, qui magis ornatui Urbis proficuus eſt.*

12 *Loca Montium non vacabilia in omnibus reputantur tamquam bona ſtabilia.*

13 *Inveſtimentum demandatam à prædicta Bulla ſufficit ut fiat in tot locis Montium.*

14 *Loca Montium nullam hypothecam recipiunt præter expreſſam in literis patentibus.*

Dscrsro XII.

PUblicis, privatiſque Urbis ædificiis antiquæ Majeſtati reſtituendis plures ſtuduere Summi Pontifices: ſtuduit præ cæteris ſan. mem. Gregorius XIII. qui ejus ornatui ſpeciali Conſtitutione de jure congruo conſuluit: Ruinoſa enim reſtitui voluit, ſpatia inter ædes occupari permiſit, vicinis licentiam dedit præter Jus noſtrum cogendi vicinos ad vendendum, eiſdemque prælationem in emptores conceſſit, Inquilinos prohibuit, Prædia minora majoribus adduxit, emphyteutica pacta in pretium tranſtulit, eiſdemque legibus de plenaria Pontificis poteſtate ſubjecit nedum bona fideicommiſſis obnoxia, ſed & ipſa bona Eccleſiaſtica, & ad loca Pia ſpectantia ſubrogato pretio pro vinculis, ac utilitate fideicommiſſi, & Eccleſiæ.

Hac decretali compulſæ Moniales Purificationis anno 1654. vendiderunt hæreditati Cardinalis Veralli Domum æſtimatam ſcutis 797. 28. & in Inſtrumento ſibi ſtipulatæ fuerunt ſolvi quotannis ſcuta 25. donec res ſtabilis juxta Gregorianam Conſtitutionem daretur; Nuper autem D. Marchio Spada hæreditatis Verallæ Poſſeſſor Monialibus obtulit, vel dictum pretium ſcut. 797. 28. vel unam ex tribus Domibus æqualis valoris, inter quas aderat altera annui canonis ſcut. 24. æſtimata ſcutis 1856. quam A.C Monialibus addixit reddito Marchioni majori pretio ſcutorum 58 cui judicato non acquieſcentibus Monialibus cauſa ad me devoluta exquiſivi a DD. die 3. hujus, an eſſet locus executioni Inſtrumenti retractus, & quomodo, ſeu quænam bona eſſent aſſignanda, cùmque ob gravitatem articuli numquam in hoc Sacro Auditorio examinati dilata fuerint reſolutio, addito quod ſtrictè ſcriberetur ſuper intelligentia Bullę, omneſque Domini ferrent ſuffragium, dubium hodie repropoſui, & reſponſum habui: *eſſe locum executioni Inſtrumenti, & pretium eſſe deponendum ad effectum inveſtiendi in bonis ſtabilibus etiam locis montium æqualis valoris, licèt non æqualis redditus domus retractæ ſervata forma Bullæ.* 1

Et ſanè omiſſa prima dubii parte, ſuper qua ſcribentes hinc inde concordes erant, aſſumptoque examine ſecundæ concernentis modum executionis, & reſpectivè bonorum aſſignationem, movit principaliter Dominos impulſiva ratio Conſtitutionis, Publica nempè utilitas privato commodo præferenda juxtà illius verba proœmialia, ibi, *Quæ publicè utilia, & decora eſſe huic Almæ Urbi ratio ipſa atque uſus docuit ea privatis cupiditatibus, ac commodis præferenda cenſemus.* Iſtoque retento principio Summi Pontificis voluntatem indagantes ad caſum præſentis controverſiæ putarunt illum in §. 17 præfatæ Conſtitutionis Vicinis rem Eccleſiæ retrahere volentibus, nullum aliud Onus impoſuiſſe quam quod ipſi juſtum pretium unà cum duodecimæ partis augmento in æde Sacra deponerent, ac poſtea in ſtabilibus inveſtirent, nulla prorſus habita ratione, quod inveſtimenti fructus æquarent redditus fundi retracti. Cùm enim tale Onus retrahentibus Injunctum non legatur, noſtrum non eſt addere, ſed ſpecialem Principis legem adamuſſim ſervare, ut in terminis hujus Conſtitutionis reſponſum fuit in Voto Camerali impreſſo *deciſione* 413. *num.* 2
14. *&* 15. *part.* 12. *recent.*

Fortius dum in præcedenti §. 13. conceſſa emphyteu-

tis

ris facultate ſolùm ſub directo Eccleſiæ dominio poſitum à Canone liberandi; certa illic adjicitur con-
3 ditio tradendi rem ſtabilem, urdum in pretio ſed in redditu etiam æqualem. Quocirca dum in caſu retractus rei liberè ab Eccleſia poſſeſſæ reperita non fuit, indè urgens reſultat argumentum Pontificem
4 nullatenus emptores gravare voluiſſe, ad Text. *in l. unica*, §. *ſin autem ad deficientis*, *Cod. de caducis. tollend.* Rota *deciſ.* 599. *num.* 9. *part.* 18. *recent.*

Huic præſumptæ voluntatis diverſitati aſſiſtit profectò diverſa ratio diſponendi, quod ſcilicet eatenus in affrancatione Canonis impoſita fuerit emphyteutis aſſignatio rei quoad redditus etiam æquales, quatenus illa ſolùm reſpicit privatum emphyteutæ intereſſe, quem ic... pat eſt quanti pluria propriam emere libertatem Reipublicæ, nullatenus proficuam; At non ità in ſimplici retractu ad quem aſſequendum cùm emptor Onus habeat publico Urbis Ornatui ædificandi, æquum non erat ut altero, & quidem præponderanti gravaretur fundum valore, ac
5 addita parem Eccleſiæ tradendi contra regulam Textus *in l. Navis onuſta*, §. *cùm autem*, *ff. ad l. Rhodiam de Iactu*. Cravett. *conſ.* 111. *numer.* 8. M. Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 97. *ſub numer.* 4. Rota *deciſ.* 672. *in fin. part.* 1. *recent.*

Et revera dato contrario intellectu, Pontificia Conſtitutio ratò ad praxim deduci poſſet, ſiquidem cum ſtabile inveſtimentum Domus retrahendæ pretio, ac fructibus correſpondens difficillimum ſit, ut teſtatur Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 97. *numer.* 6. nemo non videt quod tam enixa Pontificis voluntas ſolo Urbis Ornatui directa eluſoria prorſus redde-
6 retur à nimia difficili adjecti Oneris implemento, cùm tamen primaria Conſtitutionis cauſa ea fuerit, quod omnes majori facilitate ad Ornandum invitarentur juxta verba alterius Voti Cameralis impreſſi *deciſ.* 538. *num.* 87. *part.* 13. *recent.*

Clarior convincitur hæc interpretatio ex parificatione bonorum fideicommiſſo ſubjectorum cum illis ac Eccleſiam ſpectantibus *in eodem* §. 17. contenta, ibi: *Deinde ſi res Eccleſiaſtica erit vel etiam laicalis, ſed quod ſtatur fideicommiſſo ſimilivè diſpoſitioni ſubjecta*, ſicut enim dubitari nequit fideicommiſſo ſatis eſſe conſultum quoties emptor juſtum pretium unà cum augmento perſolverit, quamvis illud in ſtabilibus erogatum fructus non æquet fundi retracti, nulla ſubeſt ratio cur Eccleſiæ reſpectu coæqualis fructus requiratur contra regulam, quod æquiparatorum eadem eſſe debet diſpoſitio, de qua Roman. *conſ.* 129. *num.* 1. *littera A.* Actolin. *reſolut.* 11. *num.* 14. & *reſolut.* 76. *num.* 8. Palma Nepos *allegat.* 107. *num.* 11. Rota *deciſ.* 98. *num.* 20. *par.* 19. *recent.*

Abſque eò quòd contrarium ſuadere poſſet dictio *utiliter* in præcepto inveſtiendi appoſita, quaſi quod ea virtualiter contineat inveſtimentum fieri debere
8 in ſtabilibus, vel majorem, vel ſaltem æqualem fructum reddentibus. Quippe illa dicto deſignat ſolùm pretium eſſe inveſtiendum in bonis fructiferis ad excluſionem eorum, quæ nullum redderent fructum, non autem quod bona æqualis fructus neceſſariò eſſe debeant. Idque patet ponderando, quod prius Conſtitutio jubet pretium unà cum augmento deponi, ac deindè illa utiliter inveſtiri, Unde utilitas reſtricta eſt intrà pretium jam depoſitatum, & ab illo deſumenda venit, non autem indefinitè conſideranda, Præſertim quia in altero caſu affrancationis rei emphyteuticæ Pontifex non demandavit emphyteutæ depoſitum pretii ejuſque inveſtimentum, ſed directè traditionem rei ſtabilis, ut ita indicaret in ille tantum caſu æqualis redditus neceſſitatem impoſuiſſe.

Quod etiam comprobant tam dicta parificatio bonorum Eccleſiæ cum fideicommiſſariis, ad quæ illa dictio *utiliter* pari modo refertur, ac proindè æqualiter determinat. *l. jam hoc jure*, *ff. de vulgar.* & *pupillar.* Quam & fortius ſequentia conſtitutionis verba, in quibus diſpoſitum fuit, quod venditio ab 9
Eccleſia facta modo præſcripto *nequaquam reſcindi, aut impugnari poſſit prætextu inutilitatis Eccleſiæ.* Hinc enim palam fit præcogitatum fuiſſe earum, quo ab hujuſmodi venditione damnum Eccleſiæ irrogaretur, & quidem in fructibus (dum reſpectu capitalis verificari non poterat ex quo integrum illius pretii depoſitum unà cum augmento etiam duodecimæ partis fuerat demandatum) & tamen noluit Summus Pontifex illius prætextu retractari poſſe venditionem, quam publico beneficio permiſerat.

Nec urget, quòd per dictionem *utiliter* voluerit particularem legem juris diſpoſitioni conformare, juxta quam ut alienatio ab Eccleſia facta ſubſtineatur neceſſaria eſt utilitas, nedum in pretio, ſed etiam in fructibus, Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienandis quæſt.* 10. *num.* 199. Cerrad. *in prax. diſpenſat. lib.*
9. *cap.* 5. *numer.* 52. Roſa *de execut. literar. Apoſtolicar. lib. primo*, *cap.* 4. *numer.* 314. Omiſſo enim, quod hoc argumentum non probaret aſſumptum, nam juxta illud, nec ſufficeret æqualitas redditus, ſed major eſſe deberet, quod tamen nec Monaſterium, aut ullus ioquam alius prætendit, ſatisfacit reſponſio; quod in caſu voluntariæ venditionis, in quo loquuntur auctoritates proximè allegat. nulla intercedit publica utilitas, quæ privato Eccleſiæ commodo præferenda veniat, dum emens ab Eccleſia voluntariè vendente obligatus non eſt ad ædificandum, ad quod è contra tenetur emens mediante retractu coactivo, itaut publica utilitas ab ædificio reſultans nedum relevet Emptorem ab onere tradendi fundum æqualis redditus, verùm etiam operetur, ne damnum Eccleſiæ attendi debeat, ut in dicto voto Camerali *deciſ.* 413. *numer.* 27. *par.* 14. *recentior.*

Et de facto in eadem Conſtitutione legitur ſpecifica derogatio *Extravagan. Ambitioſè de rebus Eccleſiæ non alienandis*, quæ poſita coactione ad vendendum neceſſaria non erat, niſi ad effectum, ne venditio prætextu reſultantis ab illa præjudicii, & ſic dictæ *Extravag.* contraria revocarentur, ut in ſuperiori §. *Quod etiam.*

Conſonat his omnibus altera Conſtit. pars in §. 11
23. apertè diſponens: *Omnia, & ſingula quæ ſuper ſtatuta ſunt, ſi quando in aliquo caſu de eorum ſenſu controverſia continget in eam partem interpretandam eſſe, quæ ad Urbis ornatum magis facere videbitur.* Quamobrem eùm declaratio neceſſitatem excludens tradendæ rei quoad fructus æqualis citra dubium ſit magis Urbis ornatui profutura, in alium ſenſum nobis ire non licet, Gratian. *diſceptat.* 464. *numer.* 44. *cum ſeqq.* Rot. *deciſ.* 143. *numer.* 14. *duobus ſeqq.* apud Pacific. de Salvian. & firmatum fuit in dicto voto Camerali 538. *numer.* 13. part. 13. præſertim dum facultatem ſubſtulit ipſa conſtitutio per clauſulam ſublatam, decretumque irritans immediatè appoſitum, ut proſequitur dictum votum *num.* 14. & 16.

Poſito ex præmiſſis, quod ſtabilia Eccleſiæ tra- 12
denda paris fructus eſſe non debeant, facilis fuit reſolutio, quod Conſtitutionis forma ſatis adimpleta remaneat pretium inveſtiendo etiam in locis Montium Cameralium non vacabilium, cùm iſta ad omnes effectus pro ſtabilibus, & immobilibus habeantur, Pacific. de Salvian *inſpect.* 3. *cap.* 1. *n.* 650. & *ſequentib.* Coel. *ad Bullam Boni Regiminis cap.* 34. *artic.* 28. *à n.* 12. *uſque in finem*, Card. de Luca *de regal. diſc.* 143. *num.* 2. cum cæteris lato calamo collectis per R. P. D. meum Anſaldum *in tract. de commercio, & mercatura diſc.* 95. *numer.* 10. *cum ſeqq.* & in his præciſis terminis in dicto voto Camerali *deciſ.* 413. *num.* 72. & *ſeqq. par.* 12. *recent.* potiſſimè, quia Summus Pontifex ab hujuſmodi inveſtimento non abhor-

ruit, dum illud in §. 18. poſitivè admiſit in certo caſu, ibi: *Emantur ex ipſa pretio, vel loca montium non vacabilium, vel alia bona immobilia.*

Imò perpenſis omnibus circumſtantiis reputari poſſunt non minus proficuum inveſtimentum, quam ſint domus, quæ ſubjacent diſlocationibus, difficultati penſiones exigendi, ac periculo illarum ammiſſionis, reaptationibus, publicis taxis, ruinis, fideicommiſſis, ac hypothecis, quando è contra loca Montium licèt remoto extractionis, ac fructuum
14 reductionis periculo ſubjecta nulla tamen hypotheca recipiant præter expreſſam in litteris patentibus, Card. de Luca *de regal. diſc. 27. in fin. & diſc. 38. num. 3.* & eſt notorium.

Et hæc quoad intelligentiam Bullæ. Quod verò attinet ad executionem inſtrumenti, de quo erat quæſtio, placuit Dominis declarare, quod niſi Monaſterium intra terminum judicialiter præfigendum certum deſignaverit inveſtimentum cum pretio jam declarato in ſcutis 797. 48. comparandum, vel mutato conſilio domum acceptaverit jam oblatam, & in ſententia A. C. admiſſam, dempto tamen onere reddendi ſcuta 58. ad quorum reſtitutionem fuerat condamnatum, poſſit Marchio, vel tradere tot loca montium, regulato tamen illorum valorem ad rationem currentem de anno 1694. quo orta fuit actio favore Monaſterii rem ſtabilem conſequendi, ne dilata promiſſionis executo Marchionis cadat beneficio per valoris incrementum, dum acto pretio capitalis fructus hodie in Monaſterii præjudicium diminuti remanerent, vel dictum pretium deponere ad effectum implicandi in aliud inveſtimentum modo, & forma ſupra firmatis, & in Conſtitutione expreſſis.

Et ita omnibus Dominis ſuffragantibus utraque, &c.

R.P.D. TREMOVILLE.

Romana Prætenſæ Prælationis.

Veneris 24. Ianuarii 1698.

SUMMARIUM.

1 *In venditione fundi cenſiti competit creditori cenſus prælatio.*

2 *Procedit concluſio, ſive venditio ſit voluntaria, ſive neceſſaria, & de mandato Iudicis.*

3 *Conſentiens venditioni juri prælationis renunciare videtur.*

4 *Actus geſtus à Procuratore habente mandatum reputatur, ac ſi proveniret ab ipſo principali.*

5 *Vendens rem, ſuper qua competit prælatio, ab ipſa prælatione excluditur.*

6 *Creditor præſens venditioni factæ ſub haſta cenſetur eam approbare, etiamſi ſit extra formam in mandato præſcriptam.*

7 *Maximè ſi idem creditor poſt ſubhaſtationem petiit ſibi conſignari pecuniam à deliberatario ſolutam.*

8 *Prælationi renunciat Creditor, qui ſpontè pecuniam, ex ſubhaſtatione fundi cenſiti provenientem, recipit in extinctionem cenſus.*

9 *Per extinctionem cenſus extinguitur, & ipſum jus prælationis.*

10 *Ius prælationis in Iudicio deductum, per extinctionem Cenſus non extinguitur.*

11 *Ius prælationis etiam in Iudicio deductum ceſſat, quando ſit actus contrarius, & cum prælatione incompatibilis, quia ex eo cenſetur ab inſtantia judiciali receſſum.*

12 *Dominus directus poſt declaratam caducitatem recipiens canones, cenſetur caducitatem remiſiſſe.*

13 *Extinctio cenſus ſi ſit facta ſponte ex parte Creditoris, & non cogente Iudice, tollit jus prælationis, etiamſi antecedenter fuiſſet in Iudicio deductum.*

Decisio XIII.

ET ſi Piana Conſtitutione cautum ſit in venditione ſui cenſitæ Dominum Cenſus omnibus 1
aliis præferendum eſſe, Cenc. *de cenſ. quæſt. 64. & quæſt. 65. utrobique numer.* Ciarlin. *controv. for.*
cap. 121. numer. 7. lib. 2. ſive ſpontè, ſive cogente 2
Magiſtratus Imperio venditio publicè facta ſit Gratian. *diſceptat. 544. numer. 17. & ſeqq. & cap. 784. numer. 11. & ſeqq.* Mangil. *de ſubhaſtat. quæſt. 108. numer. 5. & ſeqq. & quæſt. 121. numer. 11.* Poſth. *eodem tract. inſpect. 36. num. 18. & ſeq.* Thomat. *deciſ. 40. n. 5. & 6.* Cenc. *de cenſ. quæſt. 66. à numer. 25.* Rot. coram Gregor. *deciſ. 193 per tot.* ibique Adden. coram Duran. *deciſ. 52. num. 5. & ſeqq.* & coram Dunoz. Jun. *deciſ. 337. numer. 12.* Verum tamen Domini perpendentes plurima facti adminicula concurrentia judiciali adjudicatione domorum, de quibus agitur, facta Joanni Mariæ, cenſuerunt Domino Canonico de Pazzis Domino cujuſdam cenſus ſuper una ex dictis domibus impoſiti, nullum amplius ſupereſſe locum implorandi beneficium prælationis ſibi à dict. Conſtitutione impartitum.

Conſtat enim ex facto D. Canonicum concurſu in dicto ſuper bonis debitoris non ſolum inſteriſſe, ut domus controverſæ mitterentur ſub haſta publica, ſed præterea unà cum cæteris Creditoribus mandatum dediſſe Stanghallino, & Joanni Mariæ, ut publicè vendi curarent bona ſtabilia debitoris ſub concurſu poſita, inter quæ fundum cenſitum adeſſe minimè ignorabat. Quamobrem cùm in ſequelam dicti mandati eædem domus venditæ, & judicialiter addictæ fuerint Joan-
ni Mariæ, biſque omnibus præſens Canonicus non 3
contradixerit venditioni, proindè conſenſiſſe præſumitur, jurique prælationis renunciaſſe, Roman. *conſ. 457. in fin.* Tiraquel. *de retract. lignag. gloſſ. 9. num. 4. verſ. qua ratione*, Sanfelic. *deciſ. 100. numer. 117.* Adden. ad Capyc. Latr. *deciſ. 87. numer. 9.* Rodoet. ad de Marin. *cap. 233. num. 4.* Capon. *diſcept. for. 316. ſub numer. 27. in fin. tom. 5.* cum aliis cumulatis per Modern. Setin. *de prælat. jur. quæſt. 28. numer. 23.*

Quæ præſumptio validior redditur in noſtra hypotheſi, quia Canonicus nedum conſenſit venditioni, de qua agitur, ſed eadem, vigore mandati de vendendo ab eo dati, mandati potius quàm mandatariis tribuenda videtur, *l. item eorum, §. ſi Decurio-*
ni, ff. cujuſque univerſ. nom. l. Certè, ſi §. procurator, 4
ff. de procur. Ciarlin. *controv. for. cap. 121. numer. 41. lib. 2.* ideoque cùm perinde habenda ſit, ac ſi ab ipſomet Canonico facta fuiſſet, manifeſtum fit, jure omni prælationis eundem deceſſiſſe, ut probeto Roſſenthal. *de feud.* probant Nig. *de laudem.* aliique relati per Moder. Setin. *de prælat. jur. dict. quæſt. 28. num. 24.* Giurb. *obſervat. 34. num. 6.* Capon. *diſcept. for. cap. 326. num. 23. tom. 5.*

Nec obſtare viſum fuit mandatarios extra formam in mandato expreſsè præſcriptam omiſiſſe denunciationem, oblationum faciendarum Creditoribus, qui denuò convocari debebant, vel maturo conſilio invicem collatis omnibus oblationibus eam præelegerent, qua eorum conditio melior reddebatur.

Nam cùm Canonicus venditioni præſens non contradixerit ab hujuſmodi forma receſſiſſe cenſetur, & venditionem taliter geſtam approbaſſe, ut benè ad rem ponderat

derat Oldrad. *conſ.* 199. *numer.* 7. Manſ. *conſult.* 386.
num. 12. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 132. *num.* 6. *part.* 1. *diverſ.* *& in recent. deciſ.* 102. *num.* 24. *part.* 17.
Eòque facilius Domini in hanc iverunt ſententiam,
quia poſt ſequutam venditionem, depoſito pretio in
Sacro Monte Pietatis, ut ex eo Creditoribus ſingulis ex
ordine ſatisfieret, Canonicus obtinuit ſibi conſigna-
ri ſcuta 656. 25. tam pro ſorte, quàm pro fructi-
bus cenſus; Cùm autem dictam pecuniam ſponte
receperit tanquam ſibi debitam ex ipſamet venditio-
ne, plenum eſt jam ratam habuiſſe, ut per Text.
apertum *in l. Quidam ex parte*, *ff. de evict.* no-
tant Tiraquel. *de retract. lignag.* *dict. gloſſ.* 9. *numer.*
160. Capyc. Latr. *deciſ.* 57. *numer.* 14. *& pluribus*
7 *ſeqq. ubi numer.* 54. ita judicatum teſtatur Cenc. *de
cenſ. quæſt.* 66. *numer.* 68. *& ſeqq.* qui dicit hoc ca-
ſu id eſſe indubitatum, Rota coram Burat. *deciſ.*
301. *ſub num.* 2. *verſic. conſenſus autem*, *& ſeqq.* &
8 coram Merlino *deciſ.* 668. *ſub num.* 10. §. *ſed in
hanc reſolutionem*, *& ſeqq* & diſtinguendo unum
caſum ab altero eleganter dixit Modern. Setin. *de
prælat. jur. d. quæſt.* 28. *num.* 35. & per conſequens
renunciaſſe juri eam detrahendi prælationis benefi-
cio, Ciarlin. *controv.* 121. *num.* 61.
9 Et optimè quidem ratione, nam quemadmodum
acceptione ſortis cenſus extinguitur, ita quoque ceſ-
ſare debet prælationis effectus, qui ab eo tanquam à
ſua cauſa pendet, Boccac. *de cenſ. quæſt.* 2. *num.* 61.
Cenc. *eodem tract. quæſt.* 65. *num.* 16. *& ſeqq. &
quæſt.* 66. *numer.* 1. *&* 2. Duard. *eodem tract.* §. 4.
quæſt. 9. *numer.* 2. *& quæſt.* 13. *in fine*, Rota co-
ram Danozetto Seniore *deciſ.* 187. *numer.* 1. *& per
tot. & in recent. deciſ.* 758. *num.* 4. *& ſeqq. part.*
18. *& deciſ.* 120. *& deciſ.* 143. *utrobique numer.* 7.
part. 19.
10 Nec obſtat hujuſmodi jus fuiſſe in Judicio dedu-
ctum ante extinctionem cenſus; Ideòque præſerva-
tum videri, quoad duraverit inſtantiam judicialis,
juxtà tradita per Rotam in Romane prælationis 19.
Januarii 1691. §. hoc autem, coram bonæ memoriæ
Urſino, confirmat 28. Januarii 1691. coram claræ
memoriæ Cardinali Cavallerio, impreſſa poſt Albic.
de inconſtant. in Iudic. deciſ. 18. *&* 19.
Quia cùm poſterior venditio domorum, & ſub-
ſequuta cenſus extinctio repugnant juri prælationis,
11 à præcedenti, proinde inſtantia Canonicus receſſiſſe
videtur, & renunciaſſe juri prælationis, ſibi quæ-
ſito, quod ſublatum ſemper intelligitur per actum
contrarium, & cum illo prorſus incompatibilem
ad Text. apert. *in leg. poſt diem*, *ff. de leg. commiſſ.*
l. Commiſſoriè, *ff. de pact. inter emptor. & venditor.*
l. 2. *Cod. de jur. domin. impetr.*
Idque comprobatur non à ſimili exemplo Domi-
12 ni directi, qui recipiendo penſiones decurſas poſt
declaratam caducitatem ſub nomine penſionis, & Ca-
nonis emphyteutici, cenſetur remiſiſſe caducita-
tem, & à præcedenti declaratione receſſiſſe, ut op-
timè firmant Tuſch. *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 99.
column. 1. *verſ. ſed contraria*, Altograd. *conſ.* 16. *n.*
34. *& ſeqq. lib.* 1. Manſ. *conſult.* 11. *num.* 48. *&
conſ.* 25. *num.* 6. *& ſeqq.*
Et quidem ſi Canonicus adhuc præferri voluiſſet,
non ita liberè pretium accepiſſet, ſed adhibita præ-
ſtatione ſibi præſervaſſet jus prælationis in judicium
antea deductum.
Quibus non adverſatur Rota in Romana prælatio-
13 nis, quia ibi creditor cenſum extinxit non ſponte ſua,
ſed cogente Judice, & à decreto demandante extin-
ctionem à Judice præſervatum fuit jus prælationis
Minus denique urget cenſum pro quarta parte
ſpectaſſe Bartholomæo de Paxxis fratri dicti Cano-
nici; ideòque ſaltem illi præmiſſorum omnium pror-
ſus ignaro ſalvum eſſe jus prælationis.
Deciſion. Corrad. de Iure Prælat.

Quia conſtat illum dediſſe mandatum Canonico cum ampliſſima facultate faciendi omne id, quod ipſemet facere potuiſſet, & vi hujuſmodi mandati Canonicum omnia præmiſſa feciſſe tam nomine proprio, quàm dicti Bartholomæi fratris.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. MUTO.

Romana Castri Porciliani.

Ven. 20. Martii 1699.

SUMMARIUM.

1 *Prælatio competit confideicommiſſario vel ſubſtituto in alienatione rei fideicommiſſo ſubjectæ.*

2 *Lugubre eſt in domo, vel caſtro gentilitio non videre, vel contritas aſpicere Imagines, & inſignia majorum.*

3 *Quando auctoritates Doctorum, & Tribunalium reſolutiones contradictorem non habent, tunc eorum ſententiæ reputari debent pro lege.*

4 *Simplex vocatio in feudo novo non operatur ad favorem vocati prælationem, ſecus autem in aliis feudis etiam in fideicommiſſo.*

5 *Si in fideicommiſſo ſit data facultas alienandi tunc non competit vocatis prælatio.*

6 *Conſorti, & condomino debet dari prælatio in alienatione rei pro indiviſo poſſeſſæ.*

7 *Iuriſdictio melius, & cum minori Vaſſallorum incommodo remanet indiviſa penes unum.*

8 *Ad Principem ſpem ſpectat territoria, & Iuriſdictiones dividere, & terminos aſſignare.*

9 *Prælatio eo fortius competit condomino quando res commodam non patitur diviſionem.*

10 *Ex diſpoſitione Text.* in l. dudum, Cod. de contrab. empt, *cogi quis non poteſt ad vendendam rem proximo, & conſorti.*

11 *Bulla Baronum derogat fideicommiſſis, & Inveſtituris adeout bona, quæ ea mediante venduntur remaneant libera ab omnibus vinculis.*

12 *Diſpoſitio Text.* in dicta l. dudum, *procedit in venditione rei allodialis, & libera non in re feudali, & fideicommiſſaria.*

13 *Venditio facta ſub haſta non cadit ſub legibus generaliter de venditione loquentibus.*

14 *Bulla Baronum non tollit Ius prælationis, quia hoc non impedit ſatisfactionem creditorum, quæ eſt unicum Bullæ motivum.*

15 *Vinculum fideicommiſſi quod tollit Bulla Baronum cenſetur ſublatum à die editionis ejuſdem Bullæ.*

16 *Bulla Baronum licèt principaliter præcipiat ſatisfactioni creditorum, tamen ſecundario tendit etiam ad conſervationem fideicommiſſorum propter demandatam inveſtimentorum ſubrogationem.*

17 *Prædicta Bulla licèt mandet ut inter oblatores admittatur etiam Commiſſarius Rev. Cameræ, tamen non per hoc tollit prælationem Cameræ aliàs debitam.*

18 *Licèt prædicta Bulla diſponat ut bona fideicommiſſi remanere debeant libera penes emptorem, tamen non impedit quin fideicommiſſarius poſſit petere prælationem quando comparet re integra, & ante deliberationem.*

19 *In ſubhaſtatione rerum fideicommiſſariarum facta vi-*

gere Auth. res quæ, *competit fideicommiſſario prælatio.*

20 *Prælatio nullum infert præjudicium neque venditori, neque creditoribus ad quorum inſtantiam res venditur.*

21 *Prælatio habet locum etiam in venditione facta ſubhaſta.*

22 *Licet fideicommiſſarius obtinens prælationem acquirat ſibi bona liberè, nec teneatur eorum fideicommiſſo ſubjicere, non per hoc ſequitur quod à prælatione veniat excludendus.*

23 *Geſta eodem actu dicuntur contemporanea nec datur inter ea prius, & poſterius.*

24 *Unicitas orationis efficit ut omnia in ea contenta debeant tanquam unita, & connexa conſiderari.*

25 *Reſervatio conſenſus reddit actum conditionalem adeout ante conſenſum non dicatur perfectus, nec ex eo Ius quæratur.*

26 *Enunciativa erronea facta à Notario non præjudicat, nec attenditur.*

27 *Enunciativa interpretari debet ut minus noceat enuncianti.*

28 *Teſtis depoſitio procurata lite pendente, & abſque citatione partis nihil probat.*

29 *Notario deponenti de actu coram ſe geſto abſque teſtibus non creditur*

30 *Teſtis familiaris, & ad illius ſervitio non probat.*

31 *Teſtis unicus, & ſingularis non probat.*

32 *Prælationis petitio non eſt necesse ut præcedat, vel concomitetur venditionem, & deliberationem, ſed ſufficit ut ſubſequatur ad effectum ut poſſit haberi notitia de pretio, & pactis.*

33 *Prætendens prælationem non eſt neceſſe ut compareat in deliberatione unà cum cedula, ſed ei indulgendum eſt congruum tempus ad maturandum an ſibi expediat pro pretio ab aliis oblato prælationem petere.*

34 *Quando petens prælationem offert emptori pretium, & iſte recuſat recipere tunc non eſt neceſſarium formale depoſitum, ſed ſufficit oblatio verbalis,*

DECISIO XIV.

PORcilitani Caſtrum cum Tenutis, & Juriſdictionibus ſuis arctiſſimo fideicommiſſo ſuppoſuit, favore ejus Lineæ vi deſcendentiæ maſculinæ in infinitum Auguſtinus Sen. del Nero in poſtremo, ſub quo fato ceſſit Teſtamento condito de anno 1572. prohibens inſuper quamcumque alienationem, etiam ex cauſa dotium, legitimæ, & trebellianicæ, atque certam adjiciens legem, ſeu normam alternativæ illius adminiſtrationi, & gubernio per ejus ſucceſſores inviolabiliter obſervandam Sum. Baronis Aloyſii Mariæ n. 1. Cùmque ultimo loco ad relatæ diſpoſitionis normam Caſtrum hujuſmodi cum ejus tenutis indiviſum pro medietate poſſideretur ab eodem Barone Aloyſio Maria deſcendente ex ipſo Teſtatore, & pro altera, per Carolum Venturam, Franciſcum Mariam, alioſque pariter deſcendentes, ac iſtorum poſtremorum medietas pro diſſolvendo eorum ære alieno contracto, poſita fuiſſet ſubhaſta publica in Congregatione Baronum prævia tranſmiſſione Commiſſarii, & affixione ſolitorum edictorum, comparuerunt plures licitatores, major quorum apertis Cedulis inventus fuit b. m. Carolus Gavottus, qui obtulit ſc. 71500. ſed licèt antedictus Baro Aloyſius Maria tamquam Condominus, & ob reciprocam ſubſtitutionem in prænominato fideicommiſſo jus, & ſpem habens ſuccedendi in controverſa medietate, proteſtatus fuiſſet ipſum præferendum eſſe oblatori extraneo pro eodem pretio, Congregatio nihilominus deliberari mandavit Carolo pro dd. ſc. 71500. reſervata licentia Sanctiſſimi, & admiſſa d. proteſtatione prout de Jure, adverſus quod d. Baro recurſum petiit ad Sanctiſſimum, obtinuitque ſuperſederi per menſem, & quod iterum ab eadem Congregatione audiretur, verum incaſſum, cùm Congregatio perſtiterit in reſolutis denegando prælationem Baroni, ac mandando confectionem Inſtrumenti favore Gavotti, contra quæ cùm iterum ea parte parti fuerit coram Judice deputato repetita proteſtatio, eadem rurſus admiſſa fuit cum clauſula, *ſi, & in quantum*, & cum præſervativa præjudicis utriuſque partis, ut in præcitato Summar. n. 6. quamobrem adita per eumdem Baronem ſignatura Sanctiſſimi, commiſſaque prælationis Cauſa eidem Congregationi de voto Rotæ deſuper aſſumpta fuit diſputatio, & prævis duabus deciſionibus editis cor. b. m. Albergato Decano ſub diebus 21. Apr. 1675. & 1. Apr. 1680. impreſſis penes Modernum Setin. *in ſuo tract. de prælat. dec. 1. & 2.* latum fuit votum, & ad ejus formam promulgata ab eadem Congregat. Sententia declarans, prælationem Baroni Aloyſio Mariæ competere. Appellavit Carolus, delegataque controverſia b. m. Rundinino ſub diebus 24. Jan. & 14. Maij 1685. DD. omnibus ſuffragantibus, reſponſum fuit pro confirmatione d. Sententiæ prout ex deciſionibus impreſſis penes d. Modernum Setin. *in ordine 4. & 5.* Et quia hodie cor. b. m. Rundinino ſuffecto de viribus prædictarum reſolutionum diſputatur cum Barone Angelo Dominico Maria Caroli ſucceſſore, non ambigerunt PP. ſtandum eſſe in deciſis.

Innegabilis ſanè viſa fuit iterum Baroni Aloyſio Mariæ competentia petitæ prælationis, cùm enim Auguſtinus Sen. del Nero hoc Caſtrum in familia ipſius conſervari præ viribus exoptaverit, illud ſupponendo, ut narratum fuit, ſtrictiſſimo fideicommiſſo favore agnationis, ſuorumque deſcendentium, cum reciproca inter ipſos ſubſtitutione, Baro Aloyſius Maria unus ex illis, ac medietatis pro indiviſo poſſeſſor, qui in vim relatæ reciprocæ linealis 1
ſperare poteſt alterius medietatis controverſæ ſucceſſionem in concurſu extranei licitatoris in pari pretio præferri debet, ut probat Text. *in l. 1. ff. de privil. credit. l. fin. §. 4. ff. de legat.* 2. & eſt communis ſententia tam DD. quàm Tribunalium, inter DD. ſiquidem Antesignanus, & Bart. *conſ. 19 per tot. lib. 1.* quem ſequitur Rocc. *reſp. 9. num. 5. §. neque moleſtat. lib. 2.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 541. num. 15. in fin.* Manſuet *in ſua pract. cap. 1. de retract. verſ. nam ex dudum*, Mieres. *de majorat. p. 4. q. 1. num.* 148. Tiraquel. *de retract. lignag in præfat. n.* 43. Knipſchild. *de fidei cm. fam. nob. cap. 11. num.* 488. ibi ait hanc prælationem deſcendere ex voluntate Teſtatoris, qui dum voluit, quòd Bona perpetuo in familia permaneant, voluiſſe etiam cenſetur, quod in caſu alienationis Agnatis, qui ſunt de familia, redemptio, ſive prælatio concedatur, Schettin. *de Iur. offer. cap. 1. ſect. 3. ſub num. 37. verſ. idem eſt in fideicommiſſario*, & ipſe Modernus Setin. *in d. tract. de prælat. q. 36. ſub num. 35. verſ. poſt hæc ſcripta*, qui valde commendat reſolutiones editas in hac Cauſa, eaſque do- 2
ctrinis, & rationibus efficacibus, ac æquitate præmunitas omninò ſequendas edocet, ea Tribunalibus autem Patavinum penes Peregr. *deciſ. 96. num. 25. ſexto adducebam*, Neapolitanum penes Sanfel. *dec. 101. num. 6. & 7.* & Januenſe penes Armenzan. *deciſ. 44. ſub num.* 29. ac ipſamet Congregatio Baronum, tam ita ab antiquo judicavit, juxta exemplum relatum *deciſ. 50. in princ. p. 1. rec.* quàm noviſſimè in venditione Caſtri Montis Rotundi, in qua conceſſa fuit prælatio Eminentiſſ. D. Cardinali Franciſco

Barberino

Barberino, tanquam fideicommiſſario, atque vocato ad primogenituram ejus nobiliſſimæ Domus.

Hæcque DD. & Tribunalium ſententia conſonat,
& maximæ æquitati ſemper à ſupremis Tribunalibus
amplecti ſolitæ, cùm enim agatur de Caſtro Juriſdictionali,
quod per ſæculum, & ultra
reſidet in hac ſamilia del Nero, ſubjacetque ad
ejus deſcendentiæ maſculorum favore ſtrictiſſimo fideicommiſſo,
ac prohibitioni, ne tranſeat ad extraneos,
omnis æquitas ſuadet, ut in concurſu extranei
præferatur in pari gradu conſanguineus ob ra-
2 tionem, quam reddidit Imperator Conſtantinus ad
Populum inſertam *in l. lex ea, quæ Tutores, C. de
adminiſtr. tutor.* quod ſatis lugubre eſt in domo, ſeu
Caſtro gentilitio non videre ſeu revulſas vel contritas
aſpicere majorum Imagines, qua ratione movetur
in ſuo cœtu Rot. *conſult. 27. numer. 13.* eamque
exornat cum ſemigeeato exemplo Nabuth, Tiraquel.
de retract. in præfat. num. 34. cum ſeq. & numer.
46. & eadem utitur etiam ad propoſitum Armenz.
deciſ. lamen. 44. ſub numer. 27. Rot. in Romana
Prælationis 19. Jan. 1691. §. Cenſus autem, & §.
Verum excepto, cor. bon. mem. Urſino Decano
confirmata 28. Jan. ſubſeq. anni §. Anatomatixxato
Jure, coram clar. mem. Card. Cavallerino, ubi
reflectitur etiam id eſſe licitum prælationis incitamentum.

Et è conceſſo cum contra hanc Doctorum, ac
Tribunalium Sententiam legalibus principiis, & æquitate
fulcitam nulla adducatur auctoritas punctualis,
quæ prælationem deneget confideicommiſſario, quoties,
ut hic comparet re integra, antèque perfectam deliberationem,
& æquale offert pretium, in vanum ſcri-
3 bentes pro Barone Gavotto exoptant certum caſum
legis, nam ultrà quod nec iſte deficit controverſiæ
adaptabilis, ut in legibus ſuperiùs allegatis, ſatis eſt,
quod relatæ DD. auctoritates, & Tribunalium reſolutiones
contradictorem non habeant, ut ipſorum
ſententiæ reputari debeant pro leges, Mart. *vot. Piſan. 6. num. 7.* Sperel. *dec. 176. num. 20.* Rot. *in
rec. dec. 560. num. 3. p. 18.* in Gerund. Beneficii 8.
4 Mart. 1697. §. Secùs autem, in fin. cor. Me, & in
Veneta, ſeu Anconitana Pecuniaria 9. Maji ſuperioris
anni §. Cæterùm præciſivè in fin. coram R.P.D.
meo Anſaldo. Quin in oppoſitum mereatur adduci
exemplum feudi novi, in quo ſimplex vocatio prælationem
non operatur, quia id ſequitur, ex quo
primus acquirens præjudicare poteſt vocatis, itaut
vocatio filiorum ſit quodammodo conditionalis quatenus
primus acquirens non alienet, ut præciſè reſpondent
Scrader. *de feud. p. 8. cap. 7. num. 32. cum
ſeq.* Maſtril. *dec. 8. num. 22.* Secus in alio genere feudi,
vel in fideicommiſſis, in quibus gravatus Jus
diſponendi non habet in præjudicium vocatorum, &
tunc viget jus prælationis. Minùs afferri valuit deciſ.
edita in Romana, ſeu Tuſculana Vineæ cor. b.
5 m. Paulnccio impreſſa penes eumdem Modernum
Setin. *deciſ. 5. de prælat.* quià ut ille ibidem advertit
q. 36 in fin. ac etiam deciſio, ſtante licentia alienandi
per Teſtatorem in ſuo Caſu conceſſa, ceſſat affectio,
ut votum illius conſervandi bona in perſonis
per ipſum vocatis.

6 Eòque magis debita agnoſcitur Baroni Aloyſio
Mariæ hujuſmodi prælatio, cùm ipſe ſit Condominus
hujus Caſtri juriſdictionalis, atque poſſeſſor
pro indiviſo medietatis cum Iure vocationis fideicommiſſariæ
quoad alteram Juriſdictionalis quippè
rei qualitas pro indiviſo poſſeſſæ de Iure operatur,
ut Conſors, ſeu Condominus præferri debeat extraneo
in pari pretio, ut egregiè tradit Bald. *in l. 1. n.
8. qui teſtam. fac. poſſ.* quem ſequuntur Rocc. *reſp. 99.
ſub num. 9. & ſeq.* Fab. de Ann. *ſingul. 150. ad med.* Bi-

loct. *concluſ. feud. 28. num. 7.* Capyc. Galeot. *in addit.
ad controv. 53. ſub num. 27. cum ſeq. lib. 1.* Manſ.
conſult. 336. num. 20. cum ſeq. de Matth. *quæſt ia reſolut.
lib. 2. cap. 162. numer. 15.* Barbat. *de fideic. p. 2.
cap. 3. num. 37.* Capoblanc. *de Baron. lib. 1. pragm.
1. num. 145.* Donad. *de renunc. lib. 2. cap. 26. num.
97. cum ſeq.* Merlin. *de pignor. lib. 2. q. 37. num. 6.*
Orlier *de paſc. cap. 30. num. 6. & ſeq.* Scrader *de feud.
tom. 1. p. 8. cap. 7. num. 11.* Schettin. *de Iur. aſſer. p.
a cap. 3. ſeſſ 3. num. 29.* ubi etiam ampliat in venditione
facta à Fiſco, Capyc. Latr. *dec. 68. ſub numer.
54.* Sanfelic. *dec. 102 ſub num. 5.* ea ratione pariter
æquitativa ut Juriſdictio juxtà ejus naturale princi-
pium cum minori Vaſſallorum incommodo in uno 7
remaneat indiviſa, juxtà monitum Text. *in §. fir-
miter. verſ. prætereà Ducatus de prohibitione feud. alie- 8
nat. per Federic.* & etiam quia ſicuti Territoria, &
Juriſdictiones dividere, ac terminos aſſignare ſpectet
ad Principem, Avendan. *de execut. mandator. q. 1.
cap. 14. num. 4.* Rot. in Romana qualitatis Barona-
lis 27. Nov. 1693. §. minùs relevat cor. b. m. Eme- 9
rix, quoties agitur de re ob ſui, ut hic, naturam
indiviſibili, fortiùs Condomino competit prælatio,
Afflict. *in cap. 1. §. ſed, & res num. 6. tit. per quos
fiat Inveſtitura*, quem ſequitur Roſſental. *de feud.
cap. 9. memb. 2. concl. 9. gloſ. 5. in fin.* & demum ut
evitentur diſſentiones, quæ ex cauſa juriſdictionis
diviſæ de facili gliſcunt inter Condominos imperantes,
& ſubditos obſequentes, ut ratiocinatur Roſ.
conſult. 16. num. 2. & 3. to. 1. Card. de Luc. *de feud.
diſc. 38. num. 8. cum ſeq.*

Abſque eo quod in everſionem hujus duplicis tituli
prælationem concedentis recurri potuerit, tam
ad generalem diſpoſitionem Text. *in l. dudum 14. C.
de contrah. empt.* ubi Imperatores Valentinus, Theo-
doſius, & Arcadius correctis antiquis legibus ſanci- 10
verunt, quem ſub colore honeſtatis cogendum non
eſſe vendere proximo, & Conſorti, quam ad ſpe-
cialem famigeratæ Bullæ Baronum editæ per f. m. 11
Clem. VIII. inter ſuas 41. derogantis omnibus fideicommiſſis,
& Inveſtituris, ut Bona per illius Congregationem
vendita remanere debeant apud Emptorem
libera, & immunia ab omnibus nexibus, vinculis,
& obligationibus, ſicuti diſponitur in ejus
§. XII.

Etenim id ordine ad præcitatam generalem legem,
eadem hodiè pariter inefficax recognita fuit ad impediendam
prælationem Baroni Aloyſio Mariæ, cùm
deneget ſolum prælationem proximis, & Conſortibus
12 in venditione voluntaria rei allodialis, quin aliquid
diſponat de prælatione per fideicommiſſarios, præſertim
Caſtri Juriſdictionalis familiæ petita, reſpectu quorum
retorquetur in oppoſitum ratio d. legis, quod unuſ-
quiſque ſuo arbitratu diſponere valeat de rebus ſuis, 13
nam ſi id licitum eſt venditori, quare licitum eſſe non
debet etiam Conditori Fideicommiſſi, ad hoc, ut bona
non exeant de genere per ipſum vocato, ut diſcurrit
Knipſchilt. *de fideicom. fam. nob. cap. 11. n. 488. verſ.
contrarium tamen*, & quoties ut in hypotheſi agitur de
venditione judiciali, ſeu deliberatione, hic caſus non
dicatur ſub diſpoſitione d. legis, quæ præ cæteris non
comprehendit deliberationes ſubhaſta publica facta
reſte Vel *differt. 13. n. 34. & differt. 16. num. 10.* Palma
Nep. *alleg. 3. n. 128. cum ſeq.* Sanfelic. *deciſ. 102. n. 2.
lib. 1.* & latè advertunt deciſiones hujus cauſæ, nempè
1. & 2. cor. b. m. Albergato utrobique §. 2. & 3. b.
m. Rondinino §. nec attendere voluerunt.

Bulla verò Baronum auctoritate cujus proceſſum fuit
ad deliberationem, non ſubſtolit Jus prælationis, dum
de eadem mentionem non facit, ut relicta ſimiliter dicatur
ſub diſpoſitione Iuris, benè Palma Nep. *alleg. 3.
ferè per tot. & præſertim n. 52. 57. & 75.* & quamvis
per eam ſublatum fuerit vinculum fideicommiſſi à die

editæ Conſtitutionis, juxtà opinionem nuper ample-
xam in Romana, ſeu Albanen. vineæ 5. Dec. anni
præteriti §. Potiſſimum verò, cor. R. P. D. meo del
Olmo, talis derogatio ſucceſſit dumtaxat ad effectum,
ut Creditores ſatisfactionem reportarent, quod uni-
cum, & finale motivum fuit illius editionis, ut con-
ſiderat mox citata deciſ. in Romana, ſeu Albanen. Vi-
neæ §. fin. non tamen ad tollendos effectus alias de
Iure provenientes ex dd. fideicommiſſis, ut dixit Ro-
ta in Romana multiplicium ſub contributione 15.
Febr. 1694. §. Nec ſubſiſtere cor. b. m. Emeria, imò
licèt eadem Bulla principaliter proſpiciat ſatisfactioni
16 Creditorum, ſecondariò tamen tendit ad conſerva-
tionem fideicommiſſorum ea demandatis ſubrogatio-
nibus, & inveſtimentis, aliiſque diſpoſitionibus in
beneficium fideicommiſſorum, juxtà animadverſam per
Rot. cor. Cerro *dec.852. n.6. cum ſeq.* in Romana Cen-
ſus 26 Jun. 1684. §. neque ſecundo, & in Romana
Pecuniaria 22.Martii 1688.§ fin.cor.b.m. Emerix Deca-
no, ubi deciſiones bujus Cauſæ repetiuntur.

Io nihilo urgente, quod eadem Bulla ſub §. 6. diſ-
ponat ut inter oblatores admittatur Commiſſarius
Rev. Cameræ, nam exinde argui non licet Conſtitu-
tionem ſubſtuliſſe prælationem alioquin debitam Rev.
Cameræ, eo quia in Congregatione Baronum ſæpè
17 ſæpius vendantur bona non Iuriſdictionalia, in qui-
bus Rev. Camera enim non habeat dominium dire-
ctum prælationem de Jure non aſſequitur, ratio Con-
ſtitutionis ea fuit ut in hoc caſu Commiſſarius Came-
ræ ſi voluiſſet, poſſet inter oblatores comparere, aliàs
id adjectum in beneficium Cameræ ipſius Principis,
retorqueret in odium, eamdem orbando prælatione de
Jure competente, quod præjudicium intuliſſe dicen-
dum non eſt, Rota in Colien. præcedentiæ ſuper bo-
no Iure 4. Iun. 1696. §. Elicitur tertia, coram me. In
Nullius ſeu Senogallien. Bonorum 13. Maij ſub ſe-
quentis anni, §. Urgere, nec viſa fuit pariter coram
me, indeque videmus, quod Commiſſarius quoties
habet Ius prælationis, nunquam uti licitator com-
paret, ſed petit prælationem pro eodem pretio, ſicu-
ti nuper contingit in venditione Civitatis Albani,
in qua Commiſſarius nec licitavit, nec Cedulam ob-
tulit, ſed apertis Cedulis aliorum oblatorum petiit,
& obtinuit præferri.

Minùs obſiſtente, quod in §.12. ejuſdem Bullæ decer-
natur quod Bona per Congregationem vendita rema-
18 nere debeant apud emptorem libera, & immunia ab
omnibus nexibus, vinculis, & obligationibus, id equi-
dem non impedit prælationem, quoties, ut in præ-
ſenti, Baro Aloyſius Maria non comparuit poſt deli-
berationem perfectam, & Jus emptori quæſitum pe-
tendo retractum, ſed re adhuc integra, & delibera-
tione nondum conſumata, neque domino tranſlato,
quo namque caſu innegabilis redditur prælatio, ut in
ſimilibus terminis ſubhaſtationis bonorum fideicom-
19 miſſorum vigore *Auth. res quæ*, Capyc. Latr. *conſult.*
28. *num.* 81. *in fin.* Poſth. *de ſubbaſt. inſpect.* 36. *nu.* 78.
cum ſeq. Peregr. *de fideic. art.* 42. *n.* 12. *cum ſeq.* ibi-
que Cenſal. *verſ.* 8. *declaratur*, Sanfelic. *deciſ.* 104.
n. 19. & in prima deciſ. bujus Cauſæ cor. b.m. Alber-
gato, §. nihil facit, & in tertia cor. b. m. Rondinini
§. minùs relevat, ubi in §§. ſeqq. exuberanter tollitur
præſuppoſitum abſurdum violationis fide Creditorum
20 ſupponentium, quod deliberatio fiat majori oblatori
cum magno præjudicio debitoris, & creditorum, ex
quo oblatores retrahuntur in licitando, quia cùm hæc
omnia intelligantur ad formam Iuris, nullus ſe dicere
poteſt deceptum, nam vel ſcivit, aut ſcire debuit, quod
poterat de Iure fideicommiſſarius, & Condominus
prælationem petere, ut præciſè huic objecto reſpondet
Sanfel. *dec.* 103. *n.*9. *lib.* 1. & ſi aliàs id admitteretur, ſe-
21 queretur quod prælatio locum ſibi vindicare non poſ-
ſet in venditione rei ſubhaſta publica, contra veriorem,
& communiorem ſententiam, de qua ultra Sanfelic.
*ubi ſupra n.*3. Schetin. *de jur. offer. p.*1. *cap.*3. *ſect.* 3. *nu.*
29. *verſ. & in ſpecie*, Armenz. *dec. Ianuen.* 44. *n.*38. *verſ.*
& non ſolùm, & ſimplex prælatio compenſante vendi-
tionem, & in ipſo actu conſumanda, non eſt apta ta-
lem producere abſurdum, cùm oblatores ſciant nil poſ-
ſe, quam verba perdere, imò ut tradit Pacion. *de locat.*
cap. 19. *n.* 20. oblatores potiùs incitantur ad magis rigo-
roſum, & exceſſivum pretium offerendum in beneficium
creditorum, ne alter motivum habeat petendi prælatio-
nem pro eodemmet pretio, cùm totum Conſilium pe-
tendi, vel amittendi prælationem pendere ſoleat à pretii
quantitate, juxta notata per Berlich. *concluſ.* 41. *ſub n.*1.
*& n.*8. *p.* 2. Mantrel. ad Capyc. Latr. *deciſ.* 57. *nu.* 22.

Pariter nec adverſante, quod fideicommiſſarius per 22
medium hujuſmodi prælationis non acquirat bona fi-
deicommiſſo, ſed liberè pro ſemetipſo, quaſi quod
ideò ceſſet in his terminis favor fideicommiſſi, dum
ſtatim ac fideicommiſſarius præferri obtinuit cum ti-
tulo fideicommiſſi, poteſt Bona pro libito alienare, nec
tenetur illa reciprocare fideicommiſſo, quoniam leges
noſtræ, et communis ſchola DD. in hac materia præ-
lationis ſolùm reſpiciunt, an is, qui comparet ad eam
petendam, habet juſtam, & rationabilem cauſam pe-
tendi, non autem quod ille poſtmodum de ea re ſit fa-
cturos, ſignanter in hac ſpecie prælationis, ubi princi-
paliter proſpicitur etiam ipſi fideicommiſſario agnato,
nec in Caſtro gentilitio revulſas, vel contritas aſpiciat
majorum imagines ad dictam æquitatis ſuperiùs pon-
deratæ, atque deſumptæ ex centura Text. *in l. Lex ea,*
qua C. de adminiſtr. Tutor.

Quod autem Baro Aloyſius Maria comparuerit re
integra, & antequam conſumata fuiſſet deliberatio cum
Dominio irrevocabili favore Gavotti, petiit iterum
ex eo, quod prælationem petiit, vel ante decretum
Congregationis, ſeu contemporaneè ad illud ut ex li-
berculo memorialis, ubi Congregationis reſolutiones
adnotantur, & ex decreto pariter à tergo citationis ad
inſtantiam creditorum adnotato, non obſtante quod in
eodem actu priùs præcedat deliberatio, deindèque ſub-
ſequatur petitio, ſeu proteſtatio, ut cùm ſint duæ ora- 23
tiones diverſæ, ſimiliter duo actus diſtincti haberi de-
beant, quorum prior præceſſerit, & alter ſubſecutus
fuerit, quandoquidem unica oratio, unicuſque actus
unitus, & contemporaneus reputari debeat, in quo non
datur prius, neque poſterius, Palma Nep. *alleg.* 306. *n.*
17. Salgad. *in labyr. cred. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 151. Rot. cor.
Merlin. *dec.* 772. *n.* 21 & cor. Ptol. *dec.* 397 *n.* 11.
quia cùm omnia contenta in eadem reſolutione, atque
in decreto, ab unico regantur verbo ibi, *deliberari,*
vel deliberavit, proteſtante D. Barone Aloyſio Maria
del Nero velle *præferri &c.* ex eo unicitas, ſeu conti-
nuatio ſermonis inferatur, Giovagn. *contr.* 39. *n.* 16.
lib. 1. Gabr. *conſ.* 64. *n.* 35 *& conſ.* 124. *nu.* 12. *lib.* 2.
Bonden. *collect. legal.* 21 *n.* 10 *l.* 2. Manſ. *conſult.* 110.
n. 68. & pleuè in deciſionibus huius cauſæ, & ſignan-
ter in tertia b. m. Rondinini §. Quibus attentis, potiſ-
ſimè quia in ipſo decreto deliberationis favore Ga- 25
votti reſervata fuit licentia Sumnii Pontificis per
ablativum abſolutum, ibi: *reſervata licentia Sanctiſ-*
ſimi, & cum ejus de natura reddatur actus conditio-
nalis, & imperfectus, Manſ. *conſ.* 170. *nu.* 44. *& conſ.*
176. *n.* 32. Rota Bonon. *dec.* 139. *nu.* 4. inde ſequitur,
quod ante ipſius conditionis adimplementum aſſeri
non poterat Gavotto Jus perfectè quæſitum, Text. *in*
l. cederem diem, ff. de verb. ſignif. l. quod ſi ff. de con-
dit. in debit. Manſ. *d. conſult.* 176. *n.* 34. & 35. Capyc.
Latr. *conſult.* 156. *n.* 6. *&* 7. Capyc. Galeot. *contr.* 46.
n. 18. *lib.* 2. Scrader. *de feud. p.* 8. *cap.* 4. *num.* 10. Capi-
blanc. *de Baron. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 30 Salgad. *in labyr.*
credit. part. 1. *cap.* 33. *n.* 19. *& ſeq. p.* 2. *cap.* 21. *n.* 40.
& quod in effectu prælatio petita fuerit re integra, &
contextu aliter, atque conjunctim cum ipſomet actu
deli-

deliberationis, liquet ex eo, quod proteſtationem de-
ſuper factum admiſit eadem Congregatio, Iudex
ab eo deputatus, & ipſemet Papa concedendo dila-
tionem unius menſis, quin Gavottus unquam ab his
admiſſionibus reclamaverit, prout facilè feciſſet, qua-
tenus res non fuiſſet integra.

Quin in adverſum re afferri potuerint enunciativæ
tam amiſſæ in Inſtrumento deliberationis ſucceſſivè
ſtipulato per Iudicem à Congregatione deputatum,
quàm in ſimplici libello per ipſum Baronem Aloy-
ſium Mariam ſan. mem. Innoc. XI. porrecto, & in
Commiſſione hujus cauſæ, prout neque depoſitiones
duorum Teſtium; quoniam enunciativæ petitionem
prælationis poſt perfectam deliberationem non pro-
bant, eò quia deſumpta ex relato Inſtrumento delibera-
tionis eſt ſimplex narrative Notarii abſente Barone A-
26 loyſio Maria emiſſa, & quod magis eſt, detegitur erro-
nea, tamquam contradicens reſolutionis ex decreto
ipſius Congregationis ſuperiùs narratis, apertiſſimè
præſeferentibus contextualitatem, & contemporanei-
tatem utriuſque actus, ad quæ etiam d. narrativa re-
lationem habuit, unde eitum tanquam irrelevantem
meritò rejecit Rota in omnibus deciſionibus hujus cau-
ſæ, & ſignanter in tertia b. m. Rondinini §. nihil re-
levante, ac etiam in quarte §. congruo autem tempo-
re; Enunciativa verò emiſſa à Barone Aloyſio Maria
in d. ſupplici libello, & in commiſſione hujus cauſæ
potiùs ſupponit contemporaneitatem utriuſque actus,
habita ſignanter relatione ad decretum Congregatio-
nis, & ita in dubio interpretari debeat, ut quàm mi-
27 nùs noceat confitenti, Rote *in rec. deciſ.* 443. *n.* 3. *part.*
1. *deciſ.* 191. *n.* 5. *p.* 11. *deciſ.* 274. *n.* 7. *cum ſeq. p.* 17.
& in Piſauren. hæreditatis prima Decembris anni præ-
teriti ſub §. Quin iterum, coram me.

Repoſitiones inſuper Teſtium, nec minus relevent,
eo quia quoad ſimplicem fidem Anſelmi Mancinelli
28 Notar. ſubſtituti Congregationis Baronum, lite pen-
dente procurata, & abſque citatione Partis tanquam
extrajudicialis, & informis, nihil probat, Rota cor. ſ.
m. Alexandro VIII. *dec.* 110. *num.* 36. *in rec. dec.* 221.
num. 14. *p.* 6. *dec.* 158. *num.* 17. & 157. *n.* 1. *p.* 7. *dec.*
146. *n.* 18. *p.* 9 *dec.* 147. *num.* 19. *p.* 10 *deciſ.* 231. *n.* 4.
p. 15. & *dec.* 392. *n.* 20. *p.* 17. potiſſimè quia deponit
29 abſque Teſtibus de actu coram ſe geſto, Rota coram
Merlino *dec.* 137. *n.* 2. *cum ſeq.* & *in rec. dec.* 228. *n.* 6.
& 7. *p.* 17. & contradicit reſolutioni Congregationis
ſubſecutoque decreto per ipſum Teſtem extenſo in
calce citationis, ut deſtruat, ſeu erroneam demonſtret
ejus fidem, vel in concurſu potiùs ſtare debeat dd. de-
creto, & reſolutioni Rota *in rec. dec.* 324. *n.* 11. *part.*
14. *dec.* 251. *n.* 22. *p.* 15. Alter verò Teſtis nuper exa-
30 mini formali ſuppoſitus nil pariter concludit, nam
ultra maximam exceptionem familiaritatis, & ſervi-
tii actualis quod præſtitit Carolo, & præſtat hodier-
no Gavotto, quæ fidem eidem adimi Rota *in rec.*
deciſ. 132. *n.* 2. *cum ſeq. p.* 15. in Cæſenaten. Immiſſio-
nis 4. Julii præcedentis anni §. Omiſſis enim cor. R.
P. D. meo del Olmo, & in Piſauren. hæreditatis co-
ram me §. Eo minùs exiſtimarunt, remanet in ſuo
dicto ſingularis, & unicus, qui nihil ſimiliter pro-
bat Text. *in cap. licet de Teſtib.* Rot. coram Sera-
31 phin. *dec.* 1191. *n.* 2. & *in rec. dec.* 73. *n.* 17. *p.* 19.
& in omnem caſum neuter ex dd. Teſtibus deſtruit
abſumptum, quod proteſtatio facta fuerit contextua-
liter, & incontinenti in actu deliberationis, dum
licèt, inquiunt, quod poſt promulgatam delibera-
tionem interceſſerit aliquod temporis ſpatium, an-
tequam pro parte Baronis Aloyſii Mariæ fieret pro-
teſtatio, ſupponunt tamen quod hoc interim nego-
cium tunc non fuerit abſolutum, ſed in ſuſpenſo
retentum uſque ad adventum ipſius Baronis, nam
inſtante Mauritio Giribaldo Baronis Aloyſii Mariæ
Procuratore ſe velle una cum eodem Barone pro-
teſtari datum fuit à Congregatione ei tempus ad
accerſendum ipſum Baronem, quo perveniо facta
fuit petitio prælationis, & proteſtatio, eaque inſerta
in ipſa reſolutione deliberationis, & in decreto ſubſe-
cuto, quapropter negari non poteſt prælationem petitam
fuiſſe re integra, & ante quæſitam perfectum Jus
Gavotto, cum in hac materia prælationis neceſſa-
ria non ſit indiviſibilitas actuum, minuſque requi-
titur, quod ejus petitio præcedat, imò ſubſequi de- 32
bet deliberationem, cùm non naſcatur, niſi poſtquam
innotuit pretium, una cum pactis, quæ antea ſciri non
poterant, Scip. Theod. *alleg.* 52. *n.* 19. Bonden. *collect. le-*
gal. 45. *num.* 11. Poſth. *in addit. ad tract. de ſubhaſt.*
inſpect. 26. *n.* 16. Larr. *deciſ. Granat.* 79. *n.* 7. San-
felic. *dec.* 208. *num.* 12. & 13.

Demum opponi nec valuit, Baronem Aloyſium
Mariam non comparuiſſe cum cedula Bancaria, quo- 33
niam obligatio veniendi cum hoc cedula obtinet dum-
taxat locum in licitatoribus, utpotè qui optimè ſe-
cum ipſi ſtatuere valent pro pretio expediat ſibi
rem comparare antequam veniant ad licitandum, non
autem ad habendum ius prælationis, qui non ſe de-
terminare velent, an ſibi expediat uti Jure præla-
tionis niſi aperti, & manifeſtis ſchedulis oblatio-
num ex tradit. per Bonden. *collect. legal.* 45. *n.*
11. & 12. *cum ſeq. lib.* 1. Sanfelic. *dec.* 111. *n.* 13. *lib.*
1. & congruum tempus arbitrio Judicis indulgendum
eſſe ei, qui prælationem petit ad faciendum depoſi-
tum monet Curſ. *de jur. offer. cap.* 18. *n.* 5. Capiblanc.
de Baron. lib. 2. *cap.* 3. *num.* 15. quod id ipſum ob-
tentum fuit in præſenti, nam Papa ad ſupplicatio-
nem ipſius Baronis Aloyſii Mariæ conceſſit menſem
ad exhibendum in Congregatione cedulam pretii,
prout ſtatuto tempore eam exhibuit, & licèt dein-
de ceſſaverit, id obvenit ex eo quod extraneus lici- 34
tator noluit illam recipere, ſed inhærere delibera-
tioni, ac prælationem contendere, quo caſu neceſ-
ſarium non fuit formale depoſitum, ſed ſatis fuit
oblatio verbalis, Gabriel. *conſ.* 36. *n.* 64. *lib.* 1. Curſ.
de jur. offer. cap. 12. *num.* 4. & 5. & firmant deciſio-
nes hujus cauſæ, eiſdemque allegatis eadem Rota in
Romana, ſeu Portuen. Tenutarum ſuper fructibus
17. Junii 1697 confirmata 10. Jan. ſubſequentis an-
ni utrobique §. fin. coram R.P.D. meo del Olmo.

Et ita omnibus DD. ſuffragantibus utreque parte
audita reſponſum fuit.

R.P.D. LANCETTA.

ROMANA CASTRI PHACILSANI

Mercurii 2. Decembris 1699.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſarius in venditione rei fideicommiſſo ſub-*
jecta habet prælationem.
2 *Quiſque poteſt rem propriam cuicumque velit vende-*
re, nec tenetur unum, vel alterum præferre.
3 *Procedit concluſio in prælatione petita reſpectu conſor-*
tis de bonis allodialibus, & in venditione jam fa-
cta, ſecus in fideicommiſſariis, & re adhuc inte-
gra.
4 *Fideicommiſſarius non admittitur ad recuperandam*
rem alienatam vigore Auth. res quæ.
5 *Intellige in alienatione effectivè ſequuta, ſecus autem*
ſi compareat re adhuc integra, nam tunc debet
fideicommiſſarius præferri.
6 *Vendens extraneo rem, non facta denunciatione ei,*
qui erat ex conventione præferendus, an excuſatur
à pœna.

7 *In feudis datur Agnatis prælatio abſque eo quod nulla requiratur, vel neceſſaria ſit interpellatio.*

8 *In emphyteuſi proximiores habent prælationem quando eſt facienda revocatio etiam ſi interpellati non fuerint.*

9 *Minori datur reſtitutio in integrum ad hoc in venditione rei ad ſuos majores ſpectantis præferatur extraneo licitatori, offerendo illud plus in quo fuit ſuperatus.*

10 *In venditione bonorum debitoris præfertur creditor qui ſit cognatus, & hoc non exiſtente creditore, cui major pecunia debetur.*

11 *Hæredes qui propriam portionem fundi cohæredi vendiderunt in alienatione ejuſdem fundi ab eodem cohærede facta præferuntur, refuſo tamen pretio per cohærede antecedenter ſoluto.*

12 *Conſorti conceditur prælatio in alienatione Caſtri Iuriſdictionalis non obſtante diſpoſitione Text.* in l. dudum, C. de contrah. empt.

13 *Prælatio conceſſa à conſtitutione, vel ſtatuto in venditione merè voluntaria, non competit in coacta, & quæ ſit de mandato Iudicis.*

14 *Secus autem ſi ſtatutum, vel conſtitutio concedat prælationem in venditione in genere, tunc enim illa competit etiam in venditione facta ſubhaſta.*

15 *Bulla Baronum licèt tollat vincula fideicommiſſi tamen non impedit jus prælationis quando iſtud petitur in actu venditionis, ſecus ſi poſt.*

Decisio XV.

MEdietatem Caſtri, ac Tenutæ Porciliani ad Inſtantiam creditorum Baronic. Caroli Venturæ aliorumque del Nero, venditioni expoſitam deliberari decrevit Congregatio Baronum, quondam Carolo Gavotto uti majori oblato non attenta proteſtatione Bar. Aloyſii Mariæ del Nero ſe prætereundum eſſe opponentis, ſed in gradu appellationis geminæ prodierunt ſententiæ, quibus ipſi prælationem deberi declaratum fuit; altera à dicta Congregatione de voto noſtri Auditoris per b. m. Albergatum edita; altera verò à R. P. D. meo Muto promulgata, à quibus ſententiis commiſſa mihi ulteriori appellationis cauſa, cum clauſula *conſtito quod ſit locus ſtatuto de duabus* dubium propoſui commiſſioni conforme, ac reſponſum habui affirmativum.

Suppoſita enim diſpoſitione noſtri Statuti cap. 180. demandatis, quod duæ ſententiæ vim trium habeant, ac rem judicatam conſtituant quoties validitatis æquè ac Juſtitiæ fulcimen ſortiantur, Agnoverunt DD. validitatem apud partes non controverti, Juſtitiam verò ex deciſionibus, quæ præcellerunt luculenter comprobari.

Et ſanè Baroni del Nero prælationem deberi titulo cenſuere fideicommiſſi ſcilicet atque conſortii:
1 titulo inquam fideicommiſſi, quia cùm non verſemur in venditione jam perfecta, & conſummata, ſed in actu venditionis, & ſic re adhuc integra, idem Baro comparuerit offerendo pretium à Carolo Gavotto oblatum, utique potuit tamquam vocatus ad fideicommiſſum impedire, ne Bona fideicommiſſo ſubjecta diſtraherentur, Bart. *in l.* 5. *num.* 2. *& ſeqq. ff. de privileg. credit.* Mart. *conſ.* 37. *numer.* 14. Berlic. *concluſ.* 30. *cit. de Iur. protom. num.* 13. *p.* 2. Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 18. *num.* 217. Capyc. Latr. *conſult.* 28. *numer.* 96. & probant omnes cauſæ deciſiones nempè 21. Apr. 1680. §. ſiquidem cor. b. m. Albergato, 14. Jan. §. Prælationis inquam, & 14. Maij 1685. §. Congruo autem cor. bon. m. Rondinino, & 20. Martii proximè præteriti §. Innegabilis cor. R. P. D. meo Muto,

Hujuſmodi autem prælationi favore fideicommiſſarii maximam æquitatis ſpeciem præſeferenti, nullatenus repugnare videbatur Iuris communis cenſura (ut acriter contendebant ſcribentes pro Bar. Gavotto) ſed imò illa in Iure approbata ex pluribus authoritatibus, & fundamentis noſcebatur, licèt
enim in contrarium reperiretur diſpoſitio Text *in l.* 2
dudum, C. de contrah. empt. qua prioribus abolitis legibus ſancitum fuit unumquemque poſſe arbitratu ſuo emptorem quærere vel probare niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas facere hoc prohibuerit: At- 3
tamen iterum cenſuerunt DD. illam procedere, vel in terminis prælationis petitæ ratione ſimplicis conſortii in bonis merè allodialibus, vel in termini venditionis jam factæ; ſecus autem in caſu quo prælatio fuerit petita, re integra, & in ipſo actu venditionis ut diſtinguendo caſus, & authoritate hinc inde pugnantes conciliando probant Rocc. *reſp.* 99. *num.* 1. *cum ſeqq.* & cæteri omnes Doctores ſupra allegati in § *Et ſanè*, & ratio diſparitatis eſt, quia in primo caſu perfectæ, & conſummatæ venditionis conſideratur jus tertio quæſitum, cui Leges & Doctores nolunt præjudicium inferre, & curant ne ille deceptus remaneat: In caſu autem quo venditio non ſit perfecta, nullum dici poteſt quæſitum Ius Licitatoribus, nec ipſi dicuntur decepti, dum eodem contextu comparet fideicommiſſarius, & affert idem pretium, imò cùm iſto caſu minus lædatur voluntas Teſtatoris, quia res fideicommiſſaria conceditur uni ex vocatis mirum non eſt ſi admittatur prælatio, ut ponderat Peregr. *deciſ. Patav.* 96. *num.* 2. *verſ.* 6. *adducebam*, ubi quòd ideò hæc ſententia melior eſt, quia confert utrique Parti, & ſequuntur Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *p.* 2. *numer.* 64. de Poot. *de poteſt. Proreg. tit.* 10. *p.* 5. *n.* 133.

Ex qua caſuum diſtinctione, & diſparitate ſublata remanet inductio per ſcribentes pro Barone Gavotto reperta, quod ſicuti ex communi DD. opinione fi- 4
deicommiſſarii neque etiam ipſo pretio oblato admittendi ſunt ad vindicandam rem vigore *Authent. res quæ, C. commun. de legat.* pro Dote conſti-
tuenda, vel reſtituenda alienatam, Peregr. *de fidei-* 5
com. art. 42. *numer.* 14. Urceol. *controv.* 6. *num* 18. Rot. *deciſ.* 312. *num.* 45. *p.* 6 Ita cenſeri debent excluſus quilibet titulus prælationis etiam in caſu quo agatur de venditione facta pro diſſolvendis debitis gravatorum, Quoniam exemplum procedit in caſu quo alienatio effectivè in cauſam dotis ſequuta fuiſſet, ſecus autem quoties adhuc re integra comparet, ut hic fideicommiſſarius, & antequam alienatio ſuum ſortiatur effectum prælationem petat. Quinimò in his præciſis terminis præter authoritates mox recenſitas ſcie ipſum declarando prælationem admittit Peregr. *d. art.* 42. *n.* 14. *in fin. verſ. iure lege*, ubi in contractu Dotis res tradita fuit, & firmatur in deciſ. iſtius cauſæ edita 21. Aprilis 1679. §. Nil etiam facit coram bon. mem. Albergato.

Nec majoris ponderis viſa fuit alia inductio ex Text. *in l. qui Romæ*, §. *Cohæredes*, *ff. de verbor. obli-*
gat. ubi excuſantur à pœna, qui erat ex conventione 6
præferendus, arguendo exinde quod cùm denunciatio ſupponat Jus prælationis ex ipſo quod nulla lege cavetur fideicommiſſarium eſſe interpellandum quando venditur res fideicommiſſo ſubjecta, & competere non valeat prælatio, ſiquidem iſtius excluſionem atqui non valet, ex quo interpellatio neceſſaria non eſt; Nam plerique dantur in Jure caſus in quibus eſt locus prælationi, licèt non requiratur denunciatio, ut ſignanter habemus tam in materia feudali, quàm em-
phyteutica, in feudis enim datur agnatis in caſu alie- 7
nationis prælatio abſque eo quod ulla præceſſerit denunciatio, §. *ſed etiam res Auth. per quos fiat inveſtit.*

veſtit. Bald. *in l. fin. ff. de Conſtit. Princ.* Roſſental. *de feudis cap. 9. memb. 2. concluſ. 87. lit. A.* ubi 8 innumeros DD. adducit Santel. *deciſ.* 100. *num. 7. in fin.* & in materia emphyteutica quod concedatur prælatio proximioribus in renovatione facienda etiamſi interpellati non fuerit, Gozadin. *conſ.* 39. *num.* 18. Gabr. *comm. concl. tit. de emphyt. concl.* 1 *num.* 1. *&* 2. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 4. Corbul. *de jur. emphyt tit. de cauſ. privat. ob non petit. Inveſt. cauſ.* 5. *num.* 5.

E contra verò ex aliis pluribus, & validioribus argumentis prælationem in Jure non eſſe exoſam comprobatur, & primò ex Text. *in l. ſi in emptionem, ff.* 6 *de minor.* in quo conceditur minori reſtitutio in integrum, ut in venditione rei ad ſuos majores ſpectantis præferatur licitatori, offerendo illud plus, in quo fuiſſet ſuperatur, ut præter allegatos notat Palm. *allegat.* 3. *num.* 158. ubi quod iſto caſu Judex proclivior eſſe debet ad concedendum retractum ut habeat locum voluntas Teſtatoris conſervandi Bona in ſua familia, & ne cogatur fideicommiſſarius carere laribus ſuorum majorum.

Secundò ex Text. *in l.* 1. *ff. de privil. credit.* diſponente, quod ſi in venditione bonorum comparet creditur qui ſit cognatus, iſte præterri debeat, ſed minus præterarur creditor, & inter creditores potior ſit ille cui major pecunia debetur, quem 10 textum non eſſe correctum ex alio Text. *in lege Dudum. ff. de contrah. empt.* probant Alexand. *in l. Qui Romæ*, §. *coheredes num.* 12. *verſ. Adde quod, de verbor. oblig.* Rip. *in l.* 1. *num.* 21. *ff. de privil. credit.* Sanfelic. *deciſ.* 1. *num.* 8 & ſi vigor hujus textus datur prælatio ſimplici creditori, quanto fortius idem dicendum erit favore fideicommiſſarii, non ſolùm ex rationibus ſupra allegatis; Verum etiam quia, & ipſe fideicommiſſarius cenſeri debet tamquam creditor, cùm ipſe ex cauſa fideicommiſſi habeat omnes actiones creditoribus competentes perſonales nempè, & hypothecarias, *l.* 1. §. *Rectius, C. Commun. de legat.* Roc. *diſinc. Iur. cap.* 53. *n.* 2. *&* 3.

Tertiò ex Text. *in l. fin.* §. *quatuor, ff. de legat.* 2. juxta quem præferuntur hæredes in emptione prædii venditi, alteri cohæredi, ſoluto pretio præce-11 denter exburſato ad effectum recuperandi portionem ad ipſum ſpectantem vigore fideicommiſſi, quamobrem ſi ex hujuſmodi legis diſpoſitione datur jus prælationis etiam poſt perfectum contractus, quanto facilius ea concedenda erit quoties contractus non ſit adhuc perfectus, ut in ſpecie arguit Schettin. *de Iur. offeren. p.* 1. *cap.* 1. *ſect.* 3. *num.* 37. *prop. fin.*

Titulo fideicommiſſi accedit alter conſortis, ratione cujus in Caſtro Juriſdictionali prælatio conceditur propter utilitatem tùm Reipublicæ cujus ſtatui con-12 venit Juriſdictionem potius exerceri per unum quàm diſtrahi in plures; Tum Vaſſallorum, ne ſub plurium Dominorum gravamine oppreſſi gemant. Tum & ipſorum Dominorum, ut poſſint ſcilicet evitare diſcordias, quæ inter plures Dominos Juriſdictionem habentes oriri ſolent, ut enim ait Tacit, *lib.* 1. *Annal.* Verum eſſe Reipublicæ corpus, & unius animo regendum, & concurrit clara diſpoſitio Text. *in l. unica, C. non liceere habitatoribus Metrocom. & in l. quicumque, C. de fund. limitrof. lib.* 11. probantque Capyc. Galeot. *in Addit. ad controv.* 53. *art.* 2. *num* 28. *& ſeqq. lib.* 5. *impreſſ. in fin. ejuſd. lib.* Facchin. *controv lib.* 7. *cap.* 17. *verſic. non inquam*, Scop. *ad tract. deciſ.* 169. *n.* 10. Montan. *controv.* 21. *num.* 20. *&* 21. Rovit. in addit. ad de Pont. *deciſ.* 51. *per tot.* Roſſental. *de feud. cap.* 9. *memb.* 2. *concluſ.* 87. *tot.* de Ann. *ſingul.* 150. Barbat. *de fideicom part.* 2. *cap.* 3. *n.* 37.

His autem non contrariatur Text. *in d. l. dudum, C. de contrah. empt.* reprobans prælationem in rebus communibus. Primò, quia dictus Textus non comprehendit feudalia, nam fuit conditus ab Imperatoribus Valentino, Theodorico, & Arcadio; Imperatores autem qui conſuetudines feudales confirmarunt, nempè Federicus, Lotharius, & Corradus fuerunt longè poſt dd. Imperatores conditores *l. dudum*, ut in ſpecie obſervant Sonsbec. *de feud. part.* 13. *num.* 117. *cum ſeqq.* cum aliis, quos refert. Rovit. in addit. ad de Pont. *d. deciſ.* 11. *num.* 70. Secundò, quia diſpoſitio *l. Dudum*, non attenditur quoties ſubeſſe poteſt aliqua cauſa, quæ prælationis conceſſionem ſuadebat, inter quas enumeratur periculum diſcordiæ, & inimicitiæ de quo ratione communionis in Juriſdictione poteſt facilitér dubitari, ut reſpondendo objecto tradunt de Luc. *de feud. diſc.* 28. *num.* 8. Capyc. Latr. *dec.* 168. *num.* 10. *cum ſeqq. lib.* 2. ubi in ſpecie reprobat contrarium ſentientes, & exempla rerum iudicatarum adducit. Tertiò, quia Textus ipſe *in d. l. dudum* limitat ſuam diſpoſitionem, ibi: *Niſi lex quaſdam perſonas ſpecialiter alienare prohibuerit.* Quare cùm iſto caſu prælatio competat ex diſpoſitione dictarum legum, fateri oportet, quod diſpoſitio Textus *in l. dudum* iſtum caſum excipere videtur, prælationem expreſsè admittendo, ut benè explicat gloſ. *in d. l. dudum, verb. niſi lex in fin.* ibi: *vel dic niſi lex ſcilicet quam habes in fin. lib.* 11. *non licere habitatoribus metrocomiæ*, Sanfelic. *deciſ.* 101. *numer.* 1.

Nec ſubſiſtit, quod prælatio in omnem caſum habeat locum in venditionibus voluntariis, ſecus autem in coactis, & mediante ſubhaſtatione perfectis. Etenim hic non petitur prælatio in vim alicujus ſtatu- 13 ti, aut Conſtitutionis illam concedentis in venditione voluntaria, quo caſu non deberur in venditione facta prævio mandato Judicis, in quibus terminis loquitur votum Camerale impreſſ. *deciſ.* 184. *num.* 10. *p.* 1. *rectus.* cum aliis juribus ſupra recenſitis, tunc 14 enim prælatio competit etiam in venditionibus factis ſubhaſta, Grat. *cap.* 544. *n.* 15. *& ſeqq. & cap.* 784. *num.* 9. Capon. *diſcept.* 326. *num* 67. *tom.* 5. Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 36. *num.* 17. *& in addit. ad illam n.* 1. *&* 2. Mangil. *de ſubhaſt. queſt.* 108. *num.* 12. Franch. *deciſ.* 568. *per tot.* Sanſelic. *deciſ.* 100. *num.* 26. *& deciſ.* 102. *per tot.* Rota coram Duran. *deciſ.* 52. *num.* 3. & coram Gregorio *deciſ.* 193. *numer.* 1. ibique adden.

Quibus ita firmatis, inane iterum viſum eſt refugium ad diſpoſitionem Bullæ Baronum ex qua ſubmota fuere obſtacula fideicommiſſi; Nam ut fuit ſemper reſponſum in omnibus iſtius cauſæ deciſionibus ex integra lectura Bullæ nullibi apparet ſublatum fuiſſe Jus Prælationis competentis antequam perficiatur venditio, ut illam per partes examinando, fit clarum. A principio enim uſque ad §. 12. diſponit de his, quæ agenda ſunt ante venditionem, & ad hunc effectum plures actus recenſet inter quos nullus legitur hunc prælationi contrarius, quæ ideò non poteſt cenſeri ſublata; præſertim cùm de ea nulla fuerit facta expreſſa mentio, ut ex Palm. *d. allegat.* 3. benè comprobat deciſio edita coram R. P. D. meo Muto, §. Bulla verò Baronum. Quatenus verò poſtmodum in §. 12. eadem Bulla diſponit, quod bona vendita, remanere debeant exempta ab omnibus nexibus, oneribus, vinculis, & obligationibus, itaut nullo unquam tempore emptores moleſtari valeant, jam inde patet, Bullam loqui de venditione perfecta, & confirmata dum utitur verbo illo, *remanere*, quod ſupponit Bona jam eſſe in Dominio licitatoris, & præſefert continuationem poſſeſſionis, illiuſque perſeverantiam, *l. ſed & ſi manente, ff. de precar.* Rot. coram Cuccino *deciſ.* 1784. *numer.* 62. & coram Ubald. *deciſ.* 114. *numer.* 11.

Imò ex hoc ipſo quòd ibi Bulla mandat bona re-

ma-

manere libera ſine ullo vinculo, & onere penes emptorem inde patet, quod noluit, antequam perficeretur venditio excluderetur Jus prælationis. quæ tamquam durans ſolum uſque ad venditionis actum, & non ultra, comprehendi nequit ſub nomine vinculorum, & onerum poſt venditionem de quibus hic loquitur Bulla; Quamobrem rectè ſequitur fuiſſe ſolum ſublatum Jus retractus exercendi poſt factam rei venditionem quod verè eſſet onus rei venditæ, numquam verò jus prælationis petendæ ante venditionem quod niſi tunc exerceatur per actum venditionis extinguitur, & non impedit quin res liberè tranſeat in emptorem, & apud illum remaneat.

Nec ullam mereri animadverſionem viſæ fuerunt iterum repetitæ exceptiones, quod oblatores retractarentur à licitando, ne cogerentur ſtare in ſuſpenſo uſque ad declarationem vocatorum, An vellent præferri, quodque iſto caſu nullum reſultaret commodum fideicommiſſo, quia liceret vocato poſt obtentam prælationem de bonis ad libitum diſponere, & illa etiam in extraneos alienare; Etenim ſi attendendum eſſet abſurdum primo loco oppoſitum jam omnes eliminarentur à foro prælationis, cùm tamen plures in dies concedant, nulla habita conſideratione hujus aſſerti abſurdi, prout contingit in prælatione de Iure competente in conductoribus bonorum fiſcalium, Cenſuariis, & aliis ſine difficultate in præſenti quo agitur de prælatione competenti ante venditionem, & in ipſo actu petenda. Illa ſiquidem non eſt apta hujuſmodi producere abſurdum, cùm oblatores ſciant, vel ſcire debeant ea quæ de Jure competunt fideicommiſſariis; reſpectu verò facultatis alienandi quam haberet fideicommiſſarius, bene ſatisfacit deciſio edita coram R. P. D. meo Muto, quod unicè ſit attendendum, An is, qui petit præferri, habeat juſtam cauſam, non attento quid poſtea ſequatur.

Quod autem in hoc caſu tempore congruo petita fuerit prælatio, & quidem cum debitis qualitatibus adeo dilucidè firmatum fuit in præcedentibus deciſionibus, ut nihil adverſus ea quæ iterum inutiliter repetebantur, reſpondendum ſuper fuerit.

Et ita approbando illarum fundamenta omnibus DD. ſuffragantibus concluſum fuit, utraque, &c.

INDEX

INDEX MATERIARUM,

Quæ in hoc Tractatu de Jure Prælationis continentur.

A

ABSENTI an currat tempus datum ad prælationem petendam. Vide in verbo *Tempus*.

ABSENTES prælationis jus habere poſſunt, quæſt. 30. num. 36.

Procurator conſtitutus ad negotia, poteſt prælationis jus petere pro ſuo Principali captivo, vel abſente, ibidem num. 37.

Amicus poteſt, non exiſtente Procuratore prælationem, petere pro abſente, vel captivo, ibid. n. 37.

Contrarium tamen defenditur, n. 39. & ſeqq.

Multa alia. Vide in verbo *Curator datus Abſenti*.

ACCESSORIUM ſequitur naturam ſui principalis, dec. 7. poſt tract. n. 23.

ACQUIRERE qui non poteſt per ſe ad ſui commodum, non poteſt eandem rem acquirere mediante perſona alterius, qui ſit ſub ſua poteſtate q. 35. numer. 42.

ACTIO pro prælatione habenda eſt tanquam realis, qu. 3. num. 1.

Eſt perſonalis, ibid. num. 2.

Verius defenditur, quod ſcilicet ſit actio perſonalis in rem ſcripta, ibid n. 3.

Actio prælationis ſequitur rem, & tertium poſſeſſorem, q. 3. nu. 4.

Actio perſonalis, non ſequitur rem, & tertium poſſeſſorem, ibid.

Sed ſequitur tantum perſonam obligatam, ibid n. 5.

Non oritur ex jure, quod quis habet in re, ſed ex facto alienantis, neque mediante hac actione, quis conſequitur ut declaretur Dominus, ibidem num. 6.

Actio in rem datur contra poſſidentem, quia poſſidet, non quia eſt obligatus, ibid. nu 7.

Actio pro prælatione, datur contra poſſeſſorem obligatum, quia rem poſſidet, ibid. n. 7.

Actio perſonalis in rem ſcripta, quoad forum reputatur tanquam actio realis, ibid. n. 8.

Actio pro prælatione intentari poteſt tam in loco domicilii rei, quàm in loco rei ſitæ, ibid. n. 9.

In actione perſonali in rem ſcripta inſpici debet forus rei ſitæ, ibid. n. 10.

Actio hypothecaria, exerceri poteſt in foro rei ſitæ, ibid. num. 11.

Actio pro prælatione, ſive intentetur contra primum emptorem, ſive contra alios quibus primus emptor rem vendidit, ſemper eſt in rem ſcripta contra diſtinctionem Tiraq. ibid. nu. 14.

Actio perſonalis competens pro re immobili intentari nequit in loco rei ſitæ, ibid. n. 15.

Actione in rem ſcripta non convenitur primus emptor quia ſe obligaverit, ſed quia poſſidet, ibid. num. 16.

Actio in rem ſcripta intentatur in loco rei ſitæ, ſive ſit tranſlata res in emptorem, ſive non, dummodo ſit perfectus contractus contra diſtinctionem Merendæ, ibidem nu. 17.

Actio hypothecaria, tanquam actio perſonalis in rem ſcripta, non expetitur in loco rei ſitæ, quando reus eſt abſens, ibid. n 29.

Actio in rem ſcripta, tunc demum experiri poteſt in loco rei ſitæ, ſi reus ſit in eo loco præſens, vel ibidem habeat Procuratorem, q. 3. n. 27.

Neque in actione reali inſpicitur forus rei ſitæ quando reus ibidem non adeſt, contra opinionem Caſtr. & ſequac. ibid. n. 28.

Actio realis, & in rem ſcripta, æquiparantur quoad forum, & ſicuti realis, ſecundum aliquos poteſt exerceri in loco rei ſitæ etiam reo abſente, ita quoque actio in rem ſcripta, ib. n. 31.

Actio realis, & in rem ſcripta reſpicit ipſam rem, qu. 3. n. 33.

Actio in rem ſcripta, poteſt exerceri in loco rei ſitæ, etiam reo abſente, ibid. n. 31.

Actio ad prælationem petendam perpetuatur uſque ad 30. annos, ſi denuntiatio non fuerit facta, qu. 4. n. 42.

Actio eadem, quæ competit contra primum emptorem, competit contra eum, qui obtinuit prælationem, qu. 5. n. 3.

Actio prælationis introducta à lege, vel ſtatuto, eſt in rem ſcripta, q. 7. n. 17.

Illa verò, quæ deſcendit ex pacto prælationem dante, eſt perſonalis, ibid. n. 17.

An quando intentatur actio perſonalis res efficiatur litigioſa. Vide in verbo *Litigioſa*.

Actione reali vendita, competit prælationis jus, q. 16. num. 32.

Contrarium defenditur quando ſtatutum loquitur de rebus immobilibus, ibid. n. 33.

Actio, & jus quæritur prælationem habenti ſtatim, ac eſt perfectus contractus, non autem à die petitionis, vel oblationis, q. 16. n. 117.

Actio ex teſtamento competit illi, cui teſtator mandavit in teſtamento rem aliquam vendi, q. 18. num. 2.

Actio deſcendens ex promiſſione de vendendo, eſt ad factum, qu. 20. n. 11.

Actio pro retractu competit contra emptorem, qu. 26. n. 1.

Actio prælationis continet obligationem REM TRADI, quæ eſt individua, q. 30. n. 2.

Actione prælationis conventus, non liberatur dando intereſſe, ibid. n 23

ACTORIS quando ſit electio. Vide in verbo *Electio*.

Actus quando geritur ad conſervandum, vel acquirendum ſibi jus, tunc licet involvat præjudicium tertii non dicitur colluſivus, deciſ. 10. n. 13

Actus geſtus à Procuratore habente mandatum reputatur ac ſi proveniret ab ipſo principali, dec. 13. num 4.

ADDICTIO eſt adjudicatio rei venalis facta in emptorem

Index Materiarum.

protem qui meliorem obtulit conditionem, q. 64. num. 1.

ADJECTIO eſt nova licitatio, quæ poſt addictionem fit, q. 64. num. 2.

POSTQVAM ADJUDICAVIT debitor pignus creditori an poſſit pœnitere, & illi offerre debitum, Vide in verbo *Pœnitere*, & in verbo *Pignus*.

ADVOCATORUM filii an poſt mortem Patris exercis in officio Paterno præferantur. Vide in verbo *filii Advocatorum*.

Advocato qui emit, an reficiendæ ſint expenſæ advocationis factæ in cauſa, obtenta ab alio prælatione. Vide in verbo *Expenſa*.

Advocatus an & quando poſſit allegare ignorantiam juris Vide in verbo *Ignorantia*.

EX ÆDIFICIIS ſubditorum magnitudo animi conſpicitur, dec. 8. poſt tract. n. 19.

Ex ædificiorum qualitate Principis Majeſtas etiam eluceſcit ibid. n. 20.

Qui ædificium in Urbe habet eſt Romanus, ibid. n. 21.

ÆQUITATI in genere ſcriptæ præfertur rigor in ſpecie ſcriptus, decil. 8. poſt tract. n. 14.

AFFECTIO magna ſolet haberi in re majorum, quæſt. 46. num. 6.

AFFRANCATIO eſt vera venditio, & ſine Domini aſſenſu fieri nequit in emphyteuſi Rot. deciſ. 8. poſt tract. num. 1.

Fallit ex cauſa juris congrui, ibid. n. 10.

Affrancatio emphyteutæ, ſi non permitteretur ab ædificando retraheretur, ibid n. 45.

Affrancationem Canonis Eccleſia non poteſt concedere, neque per ſubrogationem alterius proprietatis, ibid. n. 4. & 6.

Etiamſi contrahat Eccleſia cum privilegiato, ibidem num. 7.

Pactum de non affrancando, & econtra. Vide in verbo *Pactum de non affrancando &c.*

AGNATUS non admittitur ad prælationem petendam in re feudali pro alio, q. 9. n. 7.

Amplia ut nec admittatur ad prælationem petendam pro amico, ibid. n. 8.

Feudo vendito à Vaſſallo uni ex agnatis, an poſſint cæteri agnati æquè proximi pro portionibus ſuis rem retrahere ac prælationem obtinere. Vide in verbo *Feudum*.

Agnati non præferuntur ſi res non fuit vendita, ſed fuit data in feudum, q. 16. n. 115.

Agnati in alienatione feudi debent præferri, quamvis ſtatutum permittat alienationem inrequiſito Domino, q. 3. num. 39.

Concurrentibus agnatis cum Domino directo omnibus petentibus præferri, quis præferatur. Vide in verbo *Dominus directus*.

Agnato competit jus prohibendi, & denunciandi alteri agnato ne feudum extraneo vendat, dum ipſe præfertur, q. 35. num. 1.

Verius tamen eſt, quod agnatus, qui vult alienare feudum, teneatur requirere proximiores, & eoſdem pro eodem pretio præferre, ibid. n. 2.

Agnatus proximior, poſtquam fuit alienatum feudum, & deventum ad traditionem, habet jus retrahendi feudum venditum, ibid. n. 3.

Dummodo ſolvat idem pretium, non conſenſerit venditioni, & intra annum à die ſcientiæ retractum petat, ibid num. 3.

Agnatus proximior, mortuo illo, qui feudum alienavit, poteſt illud revocare nullo refuſo pretio, d. quæſt. 35. num. 4.

Agnatus præfertur, & habet retractum etiam venditionem feudi hæreditarii ex ſui natura alienabilis in quemcumque, ibid. n. 5

Contrarium defendunt alii plures, & hæc opinio verior probatur, ibid. n. 6.

Agnatus etiam præfertur in venditione feudi facta ſub haſta, & inſtantibus creditoribus, & in datione in ſolutum ipſius feudi, ibid. n. 8.

Contrarium probant alii plures, ibid. n. 9.

Prima opinio defenditur, ibid. n. 20.

Agnatus præfertur, & retractum habet in locatione feudi, ibid. n. 12.

Contrarium probant alii, ibid. n. 13.

Alii diſtinguunt inter locationem ad longum tempus, & illam ad modicum tempus factam, ibid. n. 14.

Agnatus præfertur ad hoc, ut habeat feudum alienatum illo medio tempore, quo vivit alienans, d. quæſt. 35. num. 5.

Et præfertur etiam in locatione ad vitam, ibid. n. 15.

Agnatus præfertur in venditione feudi ex pacto, & providentia, licet ſit de novo acquiſitum, ibid. num. 16.

Contrarium eſt verius, ibid. n. 17.

Agnatus præfertur in venditione feudi tam proprii, quàm improprii, ibid. n. 18.

Agnatus proximior retrahit feudum à remotiore, qui illud emit, ibid. n. 19.

Et facta alienatione uni ex pluribus, qui alienantem æquali linea attingunt, alii agnati æquè proximi poſſunt pro portionibus ſuis rem retrahere, d. q. 35. n. 19.

Agnatus remotior præfertur quando proximior, aut tacitè, aut expreſsè conſenſum præſtitit alienationi feudi, & juri prælationis uti voluerit, ibid. num. 20.

Et quando proximior non eſt præſens, ſed abſens, ibid num. 20.

Alii defendunt, quod renuntiantibus proximioribus remotiores non admittantur, ſed contra eos ſtat verior opinio, ibid. n. 21.

Agnatus qui natus non eſt, ſed eſt in utero de tempore alienationis, prælationis jus non habet in venditione feudi, ibid. n. 22.

Contrarium defendunt alii quando agnatus eſt in utero, ſed in primo opinio verior videtur, ibidem num. 3.

Agnati nati, & concepti poſt alienationem feudi admittuntur ad revocandam alienationem cui non conſenſerunt, ac ſi nati fuiſſent de tempore alienationis, ibidem num. 32.

Agnatis non competit prælatio, vel retractus, quando feudum alienatur ex cauſa legitime, & efficiente ipſum feudum, ibid. n. 48.

Contrarium tanquam verius defenditur, ibid. num. 49.

Agnati non præferuntur quando feudum non venditur, ſed donatur, permutatur, vel compenſatur, ibidem num. 50.

Niſi tales contractus ſint facti in fraudem, ibid. d. num. 50.

Agnati non habent jus prælationis in ſubinfeudatione, dummodo ſubinfeudatione non ſit facta in fraudem, ibid. num. 51.

Agnati non præferuntur in venditione ſervitutis, aut actionis, quam quis habet ad feudum petendum, q. 35. num. 53.

Agnati ſi petunt præferri in alienatione feudi debent comparere ante quam ſit facta venditio, & res tradita ſit, nec habent tempus aliquod determinatum in jure feudali, ſi verò retrahere velint debent comparere intra annum à die ſcientiæ, ibid. n. 57.

Alii credunt quod ſi alienatio feudi ſit facta in remotiorem tunc anni ſpatium concedatur agnatis, ſi verò ſit facta in prorſus extraneum tunc agnati admittantur intra 30. annos ad retractum, ibid. n. 50.

Alii defendunt, quod ſemper, & indiſtinctè intra an-

num

Index Materiarum.

Opinin eorum qui diſtinguunt inter alienationem factam in remotiorem, & inter illam factam iu prorſus extraneum, defenditur in materia retractus, ibid. n. 60.

Agnati, quibus competit jus prælationis in alienatione feudi denuntiandi, & expectandi ſunt per ſpatium duorum menſium, d. q. 35. n. 61. & ſeqq.

Agnati an debeant præferri in renovatinne emphyteuſis Vide in verbo *Renovatio emphyteuſis.*

Agnati prælationem habent, quando venditur res majorum, vel familiarium, quæ diu permanſerat in eorum familia, q. 45. n. 7.

Contrarium ſcilicet quod agnati non habeant de jure prælationem tanquam verius defenditur, ibid. n 9.

Agnati non præferuntur quando venditur feudum hæreditarium, q. 46. n. 12.

Agnati præferuntur quando venditur res majorum, in qua habent ſpecialem affectionem, ibid. nu. 15.

Contrarium eſt verius, ibid n 16.

ALIENATIO, quæ fit contra voluntatem teſtatoris eſt nulla, q. 18. n. 6.

In alienatione facta in teſtamento non haber locum prælatio, quando ſtatutum eam concedit in alienatione inter vivos, ibid n. 14.

Limita, quando lex, aut ſtatutum ſimpliciter concedit prælationem in alienatione abſque additione dictionis *inter vivos*, ibid. n 15.

Qvando quis alienat rem propriam, quam ſupponit dominio directo alterius an competat prælatio, vid. q. 31. n. 52.

Alienatio rei majorum extra familiam, quo magis fieri poteſt non eſt permittenda, dec. 3. poſt tract. n. 4.

In alienatione facta neceſſario, ut quis à carceribus, vel ab hoſtium poteſtate liberetur, vel propter famem, vel egeſtatem, prælatio competit, q. 17. n. 17.

Et in hoc caſu denuntian. eſt prælationis ius habens, & obtinenda eſt à Judice abbreviatio termini, ibid. n. 13.

Alienatio neceſſaria, eſt exempta à qualibet legis, vel ſtatuti prohibitione, q. 18. n. 3.

Alienatio rei Eccleſiæ ad hoc ſubſtineatur, neceſſaria eſt utilitas non ſolum in pretio; ſed etiam in fructibus, quod tamen non procedit in retractu, decis. 13. n. 10.

PRO AMENTE, vel furioſo an quis poſſit petere prælationem. Vide in verbo *Conjunctus.*

ANNUS ad effectum faciendi diviſionem fructuum, inter emptorem, & retrahentem quomodo computandus ſit, *vide in verbo Fructus.*

Annui redditus, & cenſus in venditione, an competat prælatio, *vide in verbo Cenſus.*

Annui redditus inter ſtabilia connumerantur, decis. 8. poſt tract. n. 48.

Limita ut in n. 50.

Perpetui dicuntur, ibid. n. 49.

Limita ut in d. n. 50.

APOCA privata non habens requiſita *l. ſcripturas*, & ſuſpecta de antidata, dec. 10. n. 18.

AQUÆ partem ſufficientem pro uſu abundanti Civium vendere cogitur Baro, vel alius privatus qui totam aquam in proprium ſolum derivavit & recluſit, qu. 50. n. 1.

Imò ſi aqua publica ſit, tenetur Baro aquam dimittere, nec poteſt illam in proprio ſolo includere non obſtante qualibet præſcriptione, vel privilegio, plures defendunt, ibid. n. 2.

Amplia ut Cives inſtantes quod reſtituatur ſolo publico pars æquæ ſufficiens ſine ulla impenſa poſſunt id juſtè petere, ibid. n. 3.

Si verò privatus ex ſolo privato duxerit aquam in ſuum, eamque recluſit, poteſt cogi ad vendendum juſto pretio partem aquæ, quæ ſit neceſſaria pro uſu Civium, ibid. n. 4.

Amplia etiam in caſu, quo utilitas publica conſiſtat in retractu conſiderabili qui ex illa aqua fieri poteſt in faciendis Carteriis, ferreriis, & ſimilibus, niſi tamen privatus prævenitſet, ib. n. 5.

Limita quando Civitas alterius aquæ uſum commodum habet, ibid. n. 6.

Aquæ parte alicui vendita, vel conceſſa, non poteſt vendi alia pars alteri ſine conſenſu illius cui primo fuit conceſſa pars d. aquæ, ſi ex iſta ſecunda venditione jus primi conceſſionarii aliquo modo diminuatur, quæſt. 51. n. 1.

Et primus conceſſionarius in emptione præferri debet, ibid n. 1.

Aquæ parte conceſſa, aut vendita alicui, poteſt Dominus alteram partem vendere cuicumque; etiam primo conceſſionario irrequiſito, & invito, d. q. 51. n. 5.

Neque hoc caſu competit primo conceſſionario prælatio, ibid. nu. 5

IN AREA, quæ remanſit re perempta, competit prælatio, quæſt 22. nu. 61.

AUGMENTUM rei ſpectat ad Dominum, deciſ. 7. poſt tract. n. 24.

Augmentum, & decrementum ſtant commodo, & incommodo emptoris, ibid. n. 25.

Augmentum officii ortum ex induſtria exercentis; ſpectat ad Dominum ipſius officii, ibid. n. 27.

Augmentum proveniens ex caſu fortuito ſpectat ad Dominum bonorum augmentatorum, ibid. n. 30.

B

BANNIMENTA, quod non liceat vendere fructus niſi Baroni ſunt nulla, qu. 43. n. 17.

Amplia ut ſint etiam nulla illa, per quæ mandatur quod nemo irrequiſito Barone fructus vendat, ibid. n. 17.

BANNITUS perpetuus non poteſt petere prælationem, quæſt 30. n. 52.

Declara id procedere quando vult prælationem petere vigore ſtatuti illius loci, à quo fuit Bannitus, ſecus ſi intendat præferri vigore juris communis, quæſt. 50. n. 53.

Et quid in Bannito ab Imperatore, vel Papa. ib. n. 53.

BARO non eſt admittendus ad prælationem petendam pro alio in re feudali, qu. 9. n. 7.

Amplia ut nec admittatur ad prælationem petendam pro amico, ibid. nu. 8.

Baronis ſub dominio exiſtere dura ſervitus reputatur, qu. 36. n. 66.

Barones habent jus prælationis quando Vaſſallus vendit fructus recollectos in feudo, q. 43. n. 2.

Amplia etiam in locatione facta ad inſtantiam creditorum Coloni, ib. n. 3.

Contrarium tamen defendunt alii, ibid. n. 3.

Amplia ſecundò ut hæc prælatio non ſolùm competat Baroni in fructibus recollectis à Vaſſallo in feudo, ſed etiam in aliis fructibus undequaque perceptis, ibid. n. 4.

Contrarium alii credunt, ibid. n. 5.

Baroni non competit prælatio in emptione ovorum Gallinarum, Vitulorum, & ſimilium, quæ Vaſſallus expoſuit vendenda, ibid. n. 6.

Barones poſſunt cogere Vaſſallos ipſis vendere fructus neceſſarios pro victu eorum familiæ, ibid. n 22.

Et ſtante tali neceſſitate præferuntur in venditione dictorum fructuum facta extraneis, ib. n. 22.

Alia multa, vide in verbo *Dominus.*

Baro cogitur vendere Vaſſallis in neceſſitate poſitis victualia, ſi ea habeat ultra victum, d. quæſt. 43. n. 23.

Index Materiarum.

Barones non poſſunt ullo modo cogere Vaſſallos ad locandum, vel vendendum ipſis ruſtica, vel urbana prædia, q. 44. n. 1.

Barones habent jus prælationis in caſu, quo Vaſſallus locare, aut vendere vult proprium prædium, ibid n. 2.

Contrarium, & verius defendunt alii. ibid. n. 3.

Niſi Barones habeant annexam aliquam qualitatem, quæ de jure communi, vel ſtatutario prælationem tribuat, ibid. n. 4.

Baroni competit prælatio in emptione victualium, quibus præciſè indigeat, q. 44. n. 17.

Baronea poſſunt cogere Vaſſallos ad juriadictionalia, & non extera Territoria affictanda, q. 45. nu. 1.

Et in conductione operatum Vaſſalli hoc caſu præferuntur, ibid. n. 1.

Limita quando in loco competentes adeſſent cultores, nam tunc aliquos recedentes, & extra Territorium affictantes, non poterit Baro compellere, neque in conductione eorum operarum præferri poteſt, ibidem n. 2.

Barones non habent jus cogendi Vaſſallos ad affictanda, vel colenda propria prædia, ſi prædia illa Baronis ſunt arida, vel infructifera, vel Vaſſallus majorem aliunde haberet mercedem, vel minorem penſionem ſolvere, q. 45. n 5.

Et ſi Baro nolit in poto. & cibo eos tractare eo modo quo illos tractare ſoliti ſint alii, ibid. n. 6.

Vel ſi Baro ſit homo rixoſus, vel moroſus in ſolvendo, d quæſt. 45. n. 5.

Contrarium ſcilicet, quod ſufficiat hoc caſu quod Baro Vaſſallis det juſtam mercedem, non autem eam quam alibi Vaſſalli reperirent, ibidem num. 6.

Et ſufficit quod adſit neceſſitas Coloniæ, non autem requiritur quod Terræ Baronis ſint fructiferæ eodem modo, quo ſunt aliæ, ibid. n. 7.

Baronum ſub dominio exiſtere dura ſervitua reputatur, quæſt. 47. n. 17.

Baro non poteſt Vaſſallos invitos alienare, ibid. n. 26.

Baronis Vaſſalli ſervia aſſimilantur, ibid n. 29.

Baro, qui primo emerat Terram, vel Civitatem, quæ pretio oblato fuit admiſſa ad demanium, non præfertur, ſi iterum ob paupertatem alteri Terra, vel Civitas ipſa vendatur niſi conſtet de fraude, dict. q. 47. n. 52.

Baro an tempore neceſſitatis poſſit cogere ſubditos ad ſibi ſubminiſtrandum, vel locandum equos, boves, currus, navea plauſtra, & ſimilia, & an præferatur in illorum conductione, vide in verbo *Princeps.*

Baro poteſt tot animalia mittere in paſcua publica, poteſt unus ex Civibus, q 54. n. 4.

Imò quod poſſit mittere tot animalia, quot mittunt duo Cives divites illius loci probant alii, ibid. n. 5.

Sed hoc non poteſt facere ratione Juriſdictionis, ſed tanquam Incola, & tanquam unus ex Civibus, ibid. n. 6.

Baro dicitur primus Civis Civitatis, vel Terræ ſibi ſubjectæ, d quæſt. 54. n. 7.

Barones ſi tanquam Domini Caſtri volunt uti paſcuis publicis, tenentur ad ſervandum id quod Communitas ſtatuit in materia juris paſcendi, ibidem n. 8.

Baro, qui ſolitus eſt longo tempore affidare in ſuis paſcuis animalia Civium non poteſt cogi ad affidandum ſi paſcuis indigeat pro proprio uſu, ibid. n 23.

Baro non poteſt affidare in propriis paſcuis tot animalia exterorum, quæ abſorbeant paſcua eo modo ut pro neceſſario uſu Civium non remaneant, dict. quæſt 54. n. 24

BONORUM poſſeſſio ſecundum tabulas poteſt agnoſci, & peti à Curatore dato furioſo, vel abſenti, quæſt. 39. n. 42.

Amplia ut hæc bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas poſſit etiam peti, & agnoſci à quolibet conſanguineo, & Procuratore generali, ibidem num. 43.

Bonorum poſſeſſio non eſt remedium reale, & factum reſpiciens, ſed eſt quædam acquiſitio juris, propter quod poſtea petitione hæreditatis agere, vel hæreditatem adire poſſumus, d. quæſt. 30. num. 44.

BULLA Baronum aſſimilatur remedio Auth. res quæ Cod. com. de legat. decis. 1. poſt tract. n. 2. & deciſ. 3. n. 1.

Bulla Baronum non aufert jus prælationis, quod de jure aliquibus debetur, ibid. nu 6.

Bulla Baronum conſiderat tantum ſatisfactionem creditorum, nec curat an illi ſint ſatisfacti potius ab una, quam ab alia perſona, ibid. n. 7.

Bulla Baronum non tollit jus prælationis, quod lex, vel ſtatutum concedit, deciſ. 2. poſt tract. n. 4.

Bulla Baronum reſtringi debet ad limites rationis, & finis primarii, quem habuit Papa, qui illam condidit, deciſ. 3. poſt tract. n. 12.

Bulla Baronum derogat omnibus fideicommiſſis, & inveſtituris, ibid. n. 13.

Bulla Baronum tacitè præſervat jus prælationis, ibidem n. 15.

Bulla Clementis VIII. la 42. & Urbani VIII. la 154. non tollit jus prælationis, quod dat lex, aut ſtatutum, deciſ. 4. poſt tract. n. 1.

Bulla Pii V. ſuper Cenſibus præferens Cenſuarium omnibus aliis emere volentibus rem Cenſui ſubjectam intelligitur de omnibus aliis non habentibus jus potentius, deciſ. 6. poſt tract. nu. 4.

Bulla prædicta multum præjudicat Domino fundi cenſuati, auferendo ab eo facultatem vendendi rem ſuam, ibidem nu. 5.

Bulla Baronum derogat fideicommiſſis, & inveſtituris adeout Bona, quæ ea mediante venduntur remaneant libera ab omnibus vinculis, deciſ. 14. num. 11.

Bulla Baronum non tollit jus prælationis, quia hoc non impedit ſatisfactionem creditorum, quæ eſt unicum Bullæ motivum, ibid. n. 14.

Bulla Baronum licèt principaliter proſpiciat ſatisfactioni creditorum, tamen ſecundario tendit etiam ad conſervationem fideicommiſſorum propter demandatam inveſtimentorum ſubrogationem, ibid. nu. 16.

Bulla Baronum licèt diſponat ut bona fideicommiſſi remanere debeant libera penes emptorem, tamen non impedit quin fideicommiſſarius poſſit petere prælationem, quando comparet re integra, & ante deliberationem, ib. n. 18.

Bulla Baronum licet mandet ut inter oblatores admittatur etiam Commiſſarius Rev. Cameræ, tamen non per hoc tollit prælationem Cameræ alias debitam, ibid n. 17.

Bulla Baronum licet tollat vincula fideicommiſſi, tamen non impedit jus prælationis quando iſtud petitur in actu venditionis, ſecus ſi poſt, deciſ. 15. n. 15.

Bulla Gregoriana in materia retractus eſt adamuſſim ſervanda deciſ. 12. n. 2.

Bulla Gregoriana dat facultatem emphyteuſis liberandi à Canone ſolum exiſtens ſub dominio directo Eccleſiæ, cum ponere tamen tradendi ſtabile æquale, & in valore, & in pretio, deciſ. 12. numer 3.

Bulla Gregoriana primario reſpicit ut omnes majori facilitate ad ordinandum invitentur, decit. 12. num. 6.

Bulla Gregoriana, licèt mandet in pretium depoſitatum

tarum à retrahente debeat inveſtiri utiliter, tamen hęc utilitas non conſideratur reſpectu æqualitatis redditus, ſed tantum reſpectu inveſtimenti quod non ſit infructiferum, deciſ. 12. n. 8.

Bulla Gregoriana vult ut Eccleſia non poſſit retractum ſub prætextu utilitatis reſcindere, deciſ. 12. numer. 9.

Bullæ Gregorianæ ad interpretationem ſequendus eſt ſenſus, qui magis ornatui Urbis proficuus eſt, ibid. num. 11.

C

CADUCITAS non poteſt remitti à Procuratore etiam cum libera, quæſt. 8. n. 23.

Declara quando fuit tali Procuratori facta ſolutio Canonis, & Dominus ſciens incurſam eſſe caducitatem à Procuratore d. Canonem recepit, ibidem.

Caducitas incurſa ob Canonem non ſolutum, vel ob aliam cauſam, declarari non poteſt à Procuratore etiam cum libera, ibid. n. 24.

Niſi talis declaratio eſſet evidenter utilis Eccleſiæ, ibidem.

Caducitatis pœnam non incurrit emphyteuta vendere promittens ſine conſenſu Domini, q. 10. n. 6.

Caducitatis pœnam incurrit emphyteuta promittens vendere, & poſtea rem tradens ſine conſenſu Domini, ibidem num. 22.

CANONIS affrancatio, an, & quando ſit concedenda ab Eccleſia, & alia ad materiam affrancationis, vide in verbo *Affrancatio.*

CAPITULUM S. Petri ex ſpeciali indulto Sixti V. probat dominium ex ſola deſcriptione ſolutionis canonum in propriis Libris Capitularibus, & ad ejus favorem Bona potius præſumuntur emphyteutica, quam cenſuaria, deciſ. 9. n. 3.

CAPTIVI, & abſentes jus prælationis habere poſſunt, q. 10. n. 36.

Procurator conſtitutus ad negotia, poteſt prælationis jus petere pro ſuo principali abſente, & captivo, ibid. n. 37.

Et tali Procuratore non exiſtente poteſt prælationem pro eis petere amicus, vel conſanguineus, ibid. n. 37.

Contrarium tamen defenditur, n. 39. & ſeqq.

Multa alia, vide in verbo *Curator.*

CARCERATUS poteſt prælationem petere per Procuratorem ſpecialem, q. 30. n. 51.

CASTRUM alienari non poteſt extra illos qui comprehenduntur ſub Inveſtitura facta à Principe, q. 34. n. 18.

Caſtrum ſubjectum fideicommiſſo, nec vendi, nec alienari poteſt, deciſ. 3. poſt tract. n. 5.

CAUSARUM continentia dividenda non eſt, q. 3. n. 23.

Amplia quamvis actor, & reus ſint diverſi fori, ibidem 24.

Cauſa prælationis, & retractus, compromittenda eſt, exiſtente ſtatuto, quod lites inter affines, vel conſanguineos compromittantur, quæſt. 30. num. 30.

CAUTELA an, & quando adhiberi poſſit ad effugiendum prælationis jus, vide in qu. 15. n. 2.

CEDENS prælationis beneficium alteri, poteſt poſtea petere pro ſe, ſi ceſſio ſit nulla, q. 9. n. 17.

Declara id procedere quando ceſſio fuit facta ante petitam, & conceſſam prælationem, ſecus ſi fuit facta poſt jam conceſſam prælationem, & conſignatam rem, ibidem n. 19.

Tam cedenti, quam ceſſionario currit tempus datum pro prælatione petenda, q. 10. n. 30.

CEDERE. Vide ibidem. Cætera vide in verbo *Ceſſio.*

CENSUARIUS non præfertur in venditione rei cenſitæ, q. 32. n. 1.

Amplia ut ipſi neque tanquam ſocio, aut conſorti detur prælatio, quæ talibus perſonis à ſtatuto conceditur, ibid. n. 2.

Limita exiſtente conſuetudine in contrarium, ibid. num. 3.

Limita ſi cenſus ſit mixtus cum contractu emptionis, ibid. nn. 3.

Cenſuarius præfertur quando debitor cenſus rem cenſuatam vendidit perſonæ potentiori, ibid. n. 11.

Contrarium tanquam verius defenditur, ibid. n. 12.

Cenſuarius præfertur in venditione rei cenſitæ per Conſtitutionem S. M. B. Pii V. de Cenſibus ibid. n. 13.

Limita ſi redimatur, aut extinguatur cenſus, antequam res cenſita vendatur, ibid. n. 14.

Declara id procedere ſi extinctio ſit prius facta ex Intervallo, ſecus quando de tempore extinctionis jam erat promiſſum emptori rem cenſitam vendere, vel ex circumſtantiis appareat venditionem jam fuiſſe factam ante extinctionem, d. q. 32. nn. 15.

Declara ſecundò, ſi pecunia extinguatur ex pecunia emptoris, vel inter extinctionem, & venditionem paucum adſit temporis intervallum, vel appareat de fraude, ibid. n. 19.

Cenſuarius vigore Bullæ B. Pii V. non præfertur in concurſu Domini directi conſortis, vicini, aut ſocii, quibus vigore legis, aut ſtatuti prælatio competat, dict. q. 32. n. 17.

Dummodo Conſortium adſit de tempore venditionis, ſecus ſi ſuperveniat, ibid. n. 17.

Limita ſi vendatur jus annui redditus, vel jus piſcandi ſuper quibus cenſus ſit impoſitus, quia tunc præfertur cenſuarius, ſi tamen in venditione iſtorum jurium, conſorti, vicinis, & ſimilibus vigore ſtatuti non competat prælatio, deciſ. q. 32. n. 19.

Cenſuarius ſi vigore ſtatuti, aut conſuetudinis præferatur etiam in concurſu vicini, non præfertur, ſi cenſus ſit cum fraude creatus eo fine excludendi vicinum, ibidem n. 20.

Cenſuarius non præfertur etiam vigore Bullæ B. Pii V. ſi cenſus ſit nullus, ibid. n. 21.

Et quid ſi cenſus non ſit evidenter nullus, ibid. num. 21.

Cenſuario denunciari debet venditio cum omnibus pactis, & conditionibus, & ſpatio unius menſis expectandus eſt vigore Bullæ B. Pii V. ibid. num. 22.

Et talis denunciatio, requiritur pro forma, itant non ſufficiat ſcientia aliunde habita, ibid. n. 22.

Et debet eſſe facta cum inſertione pactorum, & veri pretii conventi, ibid. n. 13.

Et debet eſſe Judicialis, nec ſufficit extrajudicialis, ibidem n. 24.

Et debet fieri cenſuario, non autem ejus Procuratori, ibid. nu. 25.

Cenſuarius extrajudicialiter requiſitus, ſi dixit nolle emere, adhuc tamen poteſt poſtea prælationem petere, ibid. n. 25.

Venditio rei cenſitæ facta ſine denunciatione, non eſt nulla, ſed tantum reſpectu cenſuarii imperfecta, & hoc caſu cenſuarius intra 30. annos poteſt prælationem petere, q. 32. n. 27.

Cenſuarius poteſt prælationem petere, venditione facta ſine ejus denunciatione, licet venditio ſubſequenter ſit facta duobus, aut pluribus perſonis, d. q. 32. n. 28.

Et hoc caſu poteſt exequi ſententia contra poſſeſſorem per viam apprehenſionis ibid. n. 28.

Cenſuarius facta venditione rei cenſitæ abſque ejus denunciatione ſi nollit uti jure prælationis, poteſt ſortem repetere, & contractum diſſolvere, de quo tamen dubitat auctor, ibid. n. 29.

Index Materiarum.

Cenſuarius qui vult prælationem non tenetur pretium deponere, ſed ſufficit, quod illud offerat, ibid num. 30.

Declara id procedere ad effectum impediendi lapſum temporis, ſecus ſi velit conſtituere in mora emptorem, aut venditorem ad effectum lucrandi fructus, ibidem nu. 31.

Inter cenſuarios plures cenſum ſuper unica re habentes, non præfertur is, qui habet majorem cenſum, ſed qui habet antiquiorem, ſive antiquior ſit creatus ante, ſive poſt Bullam, ib. n. 32.

Et quid ſi quis habeat magnam Tenutam, ſuper qua plures cenſus impoſuit, & vendat partem, d. q. 32. n. 33. & 35.

Cenſuarius præfertur ſive vendatur totus fundus, ſive ejus pars, ibid. n. 34.

Cenſuarius qui præfertur vigore Bullæ Pii V. non poteſt expellere colonum, vel conductorem, qui pro obſervantia coloniæ, vel conductionis, habet eandem rem cenſuatam hypothecatam, ibid. nu. 35.

Declara id procedere ſi res ſit locata, vel ad coloniam data à debitore cenſui, ſecus ſi locata ſit ab Emptore, ibidem n. 36.

Cenſuarius qui præfertur, tenetur ſolvere pretium in contanti, nec poteſt petere compenſationem cum ſorte, aut fructibus cenſus decurſis, d. q. 32. n. 37.

Declara id procedere quando cenſuarius tenetur ſolvere pretium emptori, qui illud debitori exburſavit, ſecus ſi pretium teneatur ſolvere venditori, ibidem nu. 38.

Sed contrarium defenditur, n. 39. & ſeqq.

Prælatio quæ competit cenſuario in venditione rei cenſitæ vigore Bullæ B. Pii V. competit etiam ejus hæredibus, & datur ſive cenſus ſit habitus titulo emptionis, ſive ex teſtamento præſcriptione, conſuetudine, aut tranſactione, d. q. 32. n. 40.

Cenſuarius non præfertur quando cenſus fuit extinctus propter incompatibilitatem, d. q. 32. n. 41.

Declara id procedere quando debitor ipſe extinxit cenſum, quia tunc etiam ſi obtinuerit ceſſionem, iſta intelligitur extinctiva, & non translativa, & proinde non confert jus prælationis, ibid. nu 41.

Secus verò quando cenſum extinxit tertius ex pretio rei ipſi venditæ à debitore cenſus qui ſi reportavit ceſſionem jurium, licèt non poſſit agendo prælationis jus habere, tamen poteſt de illo excipere contra alios prætendentes præferri, ibid n. 42.

Sed hoc rejicitur, ibid. n. 42. & 43.

Cenſuarius præfertur de jure in emptione fundi cenſiti, q. 72. n. 33.

Contrarium defendit Author, ibid.

Cenſuario competit prælatio in ſubbaſtatione rei cenſitæ, deciſ. 3. poſt tract. n. 20.

CENSUS ſubſtineri non poteſt in re Domini cenſus ad ſuimet favorem, dec. 6. poſt tract. n. 6.

In venditione cenſus, & annui redditus prælatio competit, dummodo ſint perpetui ſaltem habitu, & non ſint temporales, brevi tempore duraturi, q. 16. nu. 35.

Contrarium, & verius tenuerunt plures alii ſi ſtatutum, aut lex de immobilibus loquuntur, ibid. nu. 36.

Cenſus, & annui redditus ſunt jura incorporalia abſtracta, & ſeparata de per ſe, nec ſunt res immobiles, ſed tantum pro immobilibus reputantur, ibid n. 37.

In venditione cenſus competit prælatio, quando lex habet verba apta ad comprehendendum talia, jura incorporalia, vel quando contractus cenſualis eſſet palliatus ibidem n. 37.

Cenſus debitor non præfertur in ceſſione, vel venditione cenſus, quam Dominus alteri facit, qu. 32. num. 10.

Cenſus impoſitus ſuper pluribus fundis, non extinguitur per prælationem obtentam à cenſuario in uno ex dd. fundis, ibid. num. 39.

Cenſus extinctus propter incompatibilitatem confert jus prælationis ad effectum excipiendi, & retinendi contra alios, qui prætendunt præferri, ibid. num. 44.

Limita quando cenſus eſt extinctus per actum retroſimilem, ibid. num. 45.

Cenſum anteriorem habens præfertur in emptione habenti cenſum poſteriorem quamvis alter præoccupaverit, d. qu. 32. num. 46.

Amplia quamvis quis cenſum anteriorem emiſſet poſt motam litem, nam adhuc retinere poterit contra alium cenſuarium poſteriorem prætendentem, d. q. 32. num. 46.

Cenſus extinctio ſi ſit facta ſpontè ex parte creditoris, & non cogente Judice, tollit jus prælationis etiamſi antecedenter fuiſſet in judicio deductum, dec. 13. num. 13.

Cenſu extincto, ceſſat Jus prælationis, dec. 11. num. 7.

Cenſus poſt ceſſionem, benè poteſt extingui etiam cum cedente, ibid. num. 8.

Cenſus ſi extinguatur ante venditionem fundi cenſiti, tunc non eſt locus prælationi, ibid. n. 9.

Cenſus extinctio, quando fit ex pretio fundi empti, vel cenſus accollati in locum pretii, tunc per confuſionem actionum effectus prælationis reſolvitur etiamſi emptor reportet à creditore Iurium actionem, ibid. num. 10.

Cenſus acquiſitio facta etiam poſt venditionem, ſi ſit facta non translativè, ſed per viam extinctionis, Jus prælationis non tribuit, ibid. numer. 11.

Cenſus ſi acquiratur poſt factam venditionem non requiſito cenſuario à tertio translativè, & cum ceſſione Jurium, ſubſequens extinctio Cenſus in manibus cedentis non tollit tertio Jus prælationis, ibid. num. 12.

Cenſus extinctio licèt fieret ante venditionem, tamen ſi apparet facta in fraudem retractus, non tollit Ius prælationis, & reputatur ac ſi eſſe facta poſt venditionem, ibidem num. 13.

Cenſus facta ceſſione in aliam perſonam, tunc licet debitor extinguat cenſum in manibus cedentis, non per hoc præjudicat ceſſionario quoad Jus prælationis jam quæſitum in antecedenti alienatione rei cenſitę, dec. 10. num. 3.

Contrarium, quod facta extinctione Cenſus in manibus cedentis ceſſet ſtatim jus prælationis, ib. num. 4.

Cenſus non extinguitur neque per diſdictam, neque per depoſitum, ſed viget per duos menſes decurrendos poſt diſdictam, & interim fructus debentur, ibid. num. 5.

Cenſus creditori competit prælatio in alienatione fundi cenſiti, ibid. num. 1.

CESSIO Iuris prælationis alteri facta, eſt invalida, qu. 10. num. 1.

CEDI non poteſt jus prælationis alicui, imò nec Amicis, nec fiſco, neque gratis, neque pretio recepto; ibid.

Cedi poteſt prælationis jus competens Domino directo juxta opinionem Caſtren ibid. n. 2.

Contrarium defenditur uti verius, ibid. n. 3.

Dominus directus, licèt poſſit jus ſuum alteri vendere, non tamen poteſt jus prælationis à Dominio directo ſeparare, & illud retento dominio alteri cedere, ibid. num. 5.

Cedi non poteſt alteri prælationis jus, quod habet Princeps, vel Rex Supremus, ibid. nu. 6.

Cedi

Index Materiarum.

Cedi non poteſt prælationis jus etiam cum ipſa qualitate prælationem dante, quotieſcumque qualitas eſt perſonalis, ibidem num. 7.

Limita quando qualitas eſt realis, quia tunc cum ipſa re cedi poteſt, ibid. num. 8.

Imò eo caſu tranſit in Emptorem, vel Ceſſionarium ſine alia ceſſione, ibid. num. 9.

Ceſſio juris prælationis facta favore Creditorum ex cauſa neceſſaria, eſt valida, quæſt. 10. num. 13.

Ceſſio Iuris prælationis facta ad commodum cedentis ſubſtinetur, d. q. 10. num. 16.

Declara, nam non dicitur facta ceſſio ad commodum cedentis ex eo ſolum, ut ex dicta ceſſione habeat majus pretium, ibid. num. 17.

Cedi poteſt prælationis jus alteri, ſi is cui competit ſit pauper, ibid. n. 18.

Contrarium eſt verius, ibid. n. 18.

Cedi poteſt prælationis jus, quod competit vigore pacti, q. 10. n. 20.

Contrarium, ibid. num. 21.

Declara, quod ſcilicet tunc prælationis jus competens pacti vigore ſit ceſſibile quando fuit facta ſtipulatio, nulla habita conſideratione qualitatis perſonalis, aut Realis, ſecus contra, ib. n. 22.

Cedi poteſt jus prælationis alteri proximo, vicino, aut jus prælationis habenti, ibid. num. 23.

Contrarium, ibid. num. 24. & ſeqq.

Ceſſio Juris prælationis facta alteri proximiori, tollit de medio cedentem, d. q. 10. n. 24.

Si verò alii proximiores ſint, quibus primo competat jus prælationis, tunc talis ceſſio nihil operatur, ibidem num. 25.

Pactum redimendi, quod fuit ſtipulatum intuitu perſonæ, & qualitatis, cedi non poteſt alteri, ibidem num. 21.

Ceſſione facta, eaque declarata nulla, poteſt cedens pro ſe prælationem petere, d. q. 10. num. 26.

Contrarium defendit Tiraquel. cujus tamen dicta declarantur, ibid. n. 26.

Declara ſi ceſſio ſit facta extranei, nam ceſſione facta remotiori, qui poterat jure proprio præferri remoto obſtaculo cedentis, ceſſionis nullitas à cedente allegari non poteſt, ibid. num. 27.

Ceſſionis nullitatem allegare tantum poſſunt Agnati, vicini, vel alii, quibus poſt cedentem prælatio competebat, non autem emptor, ib. n. 28.

Contrarium uti verius defenditur, ibid. n. 29.

Tam cedenti, quàm ceſſionario currit tempus datum pro prælatione petenda, ibid num. 30.

In ceſſione rei factæ certo pretio prælatio locum habet, ſecus ſi ſit ceſſa una res contemplatione alterius receptæ, aut gratuito, q. 16. num. 130.

In ceſſione rei factæ nullo dato pretio, ſed reſervato Cenſu ſuper re ceſſa prælatio negatur, ibidem numer. 131.

Limita quando adeſt pactum francandi, vel redimendi Cenſum, vel conſtet de fraude, ibid.

In ceſſione rei cum onere ſolvendi tot debita cedentis ſpecificata, & æquivalentia pretio rei prælatio competit, ibid. num. 132.

Limita quando debita non ſunt ſpecificata, ſed tantum in genere expreſſa, ibid. num. 133.

Sublimita quando prælationem petens certificaret debita, aut actu à Ceſſionario illa ſoluta ſint, ibid. num. 134.

Quidquid ſi debita ſint incerta, ibi vide.

CESSIONARIUS creditoris non poteſt agere contra debitorem niſi pro ſumma, quam verè ipſe ſolvit, qu. 70. nu. 3.

Et reſiduum pretii, quod ſolutum eſſe non conſtat debitoris lucro cedit in pœnam ſimulatæ ceſſionis, ibid. num. 4.

Lim. quando jus, quod ceditur eſt certum, & clarum, ibid. num. 5.

Lim. 2. quando ceditur nomen debitoris, qui ſe debitorem confeſſus fuit, ibid. num. 6.

Lim. 3. in fidejuſſore reportante ceſſionem à creditore contra principalem debitorem alioſque confidejuſſores, ibid num. 7.

Lim. 4. in ceſſione facta acceſſoriè ratione contractus venditionis præcedentis, ibid. num. 9.

Lim. 5. quando ceſſio fuit facta poſſidenti pro ſuæ poſſeſſionis majori tuitione, ibid. num 8.

Lim. 6. quando ceditur jus periculo ſubjectum pro quo recuperando veriſimiliter magnæ expenſæ ſunt faciendæ, ibid. num. 10.

Tam ceſſionario, quàm cedenti currit tempus datum pro prælatione petenda, qu. 10. nu 30.

Ceſſionarius Domini directi excluditur à jure prælationis, quoties antequam denunciaverat emptori, quod volebat præferri Dominus directus laudemium receperit, qu. 31. num. 100.

CIVILITAS patria non amittitur ex eo, quod quis naſcatur in loco extero, ubi Pater accidentaliter morabatur, dec. 1 num. 2.

CIVIS an poſſit eſſe Teſtis pro Civitate. Vide in verbo *Teſtis*.

Cives poſſunt cogi ad colendum agros plantandum vineas, & ſimilia facienda, ad hoc ut ipſa Civitas victualibus abundet, qu. 48. num. 40.

Cives penuriæ tempore habent Jus prælationis in emptione frumenti recollecti in ejus Territorio, qu. 49. num 8. & 9.

Limita ceſſante neceſſitate, aut publica utilitate; ibidem num. 10.

Cives non habent Dominium bonorum univerſitatis, nec è contra, ibid. num. 13.

Cives penuriæ tempore non habent jus prælationis in emptione frumenti, ſit venditio fiat aliis Civibus, ibid. n. 14.

Limita ſi alii Cives intendunt emere ultra propriam neceſſitatem, & egeſtatem, ibid. num. 14.

Cives qui præferuntur tempore penuriæ in emptione frumenti, tenentur ſolvere pretium ab alio oblatum, & ſolutum, ibid num. 15.

Contrarium ſcilicet, quod teneantur ſolvere juſtum pretium, & illud taxatum à Judice, eſt verius, ibid n. 16.

Et in caſu, quo prælatio ſit petita longè poſt latam venditionem ſolvi debet pretium, quod communiter currit de tempore petitæ prælationis, d. q. 49. n. 17.

Cives penuriæ tempore poſſunt cogi ad proficiſcendum in longinquas regiones ad effectum emendi frumentum, ibid. num. 23.

Cætera. *Vide in verbo Univerſitas: in verbo Neceſſitatis tempore, & in verbo Vendere quis cogitur.*

Cives efficitur in aliqua Civitate, qui in ea dignitatem habet, qu. 54. n. 10.

Civis præferuntur in conductione, vel emptione paſcuorum, quæ univerſitas vult vendere, aut locare exteris, ibidem num. 27.

Cives, qui præferuntur in conductione, vel emptione paſcuorum, tenentur ſolvere idem pretium ab alio oblatum, ibid. num. 28.

Contrarium defendunt alii, ibid. n. 29.

Sed prima opinio eſt verior, dicta q. 54. n. 30.

Civi ejuſdem loci competit prælatio quando Concivis vult vendere rem, quæ eſt in eodem Territorio forenſi, & extraneo, q. 68. n. 1.

Contrarium eſt verius, ibid. n. 1.

Cives, vel Comprovincialis non præfertur in emptione columnarum, vel ſtatuarum quas alius Civis forenſi vendidit, ibid num 9.

Concivibus, & Conterraneis per Conſtit. Sancimus de jur. protomiſ. competit prælatio quando Concivis Forenſi rem vendidit, ibid. num. 10.

Contrarium defenditur, ibid. n. 11.

Index Materiarum.

In concurſu Concivium qui habent vigore ſtatuti, vel privilegii jus prælationis in emptione rei venditæ forenſi, an præferatur Dominus directus. Vide in verbo *Dominus directus.*

Ne Civitates deformentur, & ædificiis ornentur Reip. intereſt, dict. 8. poſt tract. nu. 15. 17. & 18. ubi de ratione.

Civitatum Rectore invigilare debent ne nimis deformentur, ibid. nu. 16.

Civitas non poteſt vendere partem Conſocii, eo invito, qu. 38. n. 17.

CLAUSULA ſublata, & decretum irritans, claudunt os in omni materia, dec. 8. poſt tract n. 4.

Clauſulæ derogatoriæ, non ampliant præcedentem diſpoſitionem, ſed intelliguntur poſitæ ad limites illius, dec. 6. poſt tract. n. 2.

Clauſula, *ſine præjudicio jurium partium*, præſervat omnia jura etiam minima, dec. 11. n. 24.

CLERICI quamvis non teneantur ſervare conſuetudinem laicalem tribuentem jus prælationis, adhuc tamen ea uti poſſunt, q. 6. n. 21.

Clerici, & Eccleſia, non ligantur legibus Civilibus, quæ non ſunt favorabiles, ſed odioſæ, q. 12. n. 1.

Clerici ligantur jure Civile Romanorum, dummodo illud non adverſetur juri Canonico, ib. n. 2.

Clerici, & Eccleſia tenentur ſervare leges Civiles dantes, vel negantes jus prælationis, ibid. n. 3.

Clerici aſtringuntur ad obſervantia legis Civilis, quæ æque poteſt commodum, & incommodum ipſis afferri, ibid. num. 4.

Clerici tenentur ad obſervantiam legum Civilium prælationem dantium, vel negantium, quæ tamen ſint clauſæ in corpore juris, & univerſaliter receptæ, ſecus ſi non ſint communiter receptæ, ſed tantum in aliquibus locis, dict. qu 12. n. 6.

Clerici ligantur tam activè, quàm paſſivè Conſtitutione Sancimus de jur. protomiſ. ibid. nu. 7.

Contrarium verius defenditur. ibid. nu. 8. & 9.

Clerici non afficiuntur ſtatuto laicali prælationem introducente, ibid. num. 9.

Clerici ſi prætendunt non poſſe conveniri jure congrui inducto à ſtatuto laicali, debent quoque pati, quod nequeant alios eadem actione convenire, d. q. 12 n. 17.

Contrarium eſt verius, dum Clerici, licèt non ligentur tali ſtatuto, tamen illo uti non prohibentur, ibidem n. 18.

Clerici non ligantur ſtatuto laicali, ſive ſtatutum dirigat verba in rem, ſive in perſonam, ſive prohibeat actum alienationis, & ſive Clericus ſit emptor, ſive ſit venditor, dict. qu. 12. nu. 21. & hoc vide etiam in verbo *Statutum.*

Clericus venditor, ſi ligetur ſtatuto prælationem dante per indirectum læditur, dum non ita de facili invenire poſſet emptorem, vel ob id minoris rem ſuam venderet, ibid. n. 2.

Clerici ligantur ſtatuto laicali prælationem concedente ſi ſtatutum ſit confirmatum à Papa in forma ſpecifica, ibid. num. 26.

Clerici an teneantur concurrere ad demanium à Civitate petitum, vide, q. 47. n. 51.

COHÆREDI competit prælatio in venditione rei, quæ non recipiat commodam diviſionem, facta ab alio cohærede, qu. 34 nu. 7.

Contrarium alii defendunt, ibid. n. 8.

Cohæredes ſoli remotis extraneis omnibus admittuntur ad licitandum, quando res non recipit commodam diviſionem, d. q. 34. n. 10

Et quoties cohæredes juſtum rei pretium offerunt extranei repelluntur etiamſi majus pretium offerant, ibidem num. 11.

Cohæredibus tamen juſtum rei pretium non offerentibus, vel offerre recuſantibus, tunc poteſt Judex extraneos licitatores admittere, ibid. n. 12.

Eodem modo ſi unus ex cohæredibus ſit pauper, poteſt Judex extraneum licitatorem ſupponere, dummodo non ſit ab uno ex cohæredibus juſtum pretium oblatum, ibidem n. 13.

Et ſi extraneus plus obtulerit rem obtinere debet, ibidem n. 14.

Si verò par ſit oblatio cohæredis, & extranei, tunc cohæres præfertur, ibid. n. 14.

Et ſi cohæredes idem pretium offerant, is præferendus eſt inter eos, qui majorem habet partem, ibid.

Cohæres partem ſuam licèt indiviſam, & quæ commodam non patitur diviſionem, alienare non prohibetur, ibidem num. 15.

Et facta alienatione, non competit prælatio alteri, ſed poterit cohæres provocare ad diviſionem, & deveniri debet ad licitationem eodem modo quo fieri debebat cum cohærede vendente, ibid n. 16.

COLONUS qui extra legem locationis rem meliorat, melioramenta repetit, q. 27. n. 26.

Colonus ad longum tempus habet Dominium utile, nec poteſt vendere ſine conſenſu Domini illumque tenetur præferre, q. 31. n. 43.

Contrarium probatur, n. 44.

Colonus ad longum tempus non poteſt vendere ſine conſenſu Domini utile dominium quod habet, vendendo tamen non tenetur ad ſolutionem laudemii, nec in commiſſum incidit, ſed tantum venditio nulla declaratur, ibid. nu. 45. & 46.

Lim quando ex pactis, & circumſtantiis apparetet potius contractum eſſe emphyteuticum, vel quando ex conſuetudine Regionis fraternizarent inter ſe contractus locationis ad longum tempus, & emphyteuſis, ibidem. n. 47.

Colonus intendens vendere fructus fundi tenetur pro eodem pretio Dominum præferre, q. 40. n. 1.

Colono tenetur Dominus finita locatione iterum locare, qui bona prorſus ſterilia ad culturam reduxit, quæſt. 42. num. 38.

Colonus qui fundum pro parte cultum, & pro parte incultum, totum ad culturam reduxit, finita locatione expelli poteſt, ibid n. 51. & 52.

Colonus partiarius, qui fundum ſterilem ad culturam reduxit, poteſt expelli finita locatione, nec tenetur Dominus ad renovandam amplius talem coloniam, q. 42. n. 53.

Contraria tamen opinio defenditur, ibid. n. 54.

Coloniæ jus tranſit ad hæredes, ibid. n. 55.

Colonus fructus quos percepit ſoluta penſione, vel portione colonica, ex Domini voluntate percipit, q. 43. num. 15.

Colonus partiarius ſocietatis jus cum Domino habere dicitur, dum damnum, & lucrum cum eodem Domino partitur. q. 43. n. 19.

Declara, nam talis ſocietas non eſt propria, ſed impropria, & incluſa ſub contractu locationis, ibid. n. 20.

Colonus in fructibus perceptis ex fundo, poſtquam ſolvit penſionem, vel portionem colonicam, neminem recognoſcit. q. 43. n. 21.

Coloni Mettocomiæ, & Illyticani, non poterant recedere à terris ipſis aſſignatis, q. 45. n. 2.

Colonus partiarius qui fecit expenſas Mageſiarum in fundo ſi velit diſcedere de laboritio poteſt dictas Mageſias, aut eorum æſtimationem vendere alteri, quæſt. 60. num. 12.

Locatori tamen pro eodem pretio an competat prælatio. Vide in verbo *Locator.*

Coloni adſcriptitii erant tam prædio adſcripti ut ne puncto quidem temporis à glebis amoveri deberent, quæſt. 71. num. 1.

Imò nec vendi poterat prædium, nec donari, vel legari niſi, & ipſi venditioni acceſſiſſent, ibid. n. 2.

Coloni

Index Materiarum.

Coloni Principis, vel Fiſci admittuntur ad emendum rem, quam colunt eo modo quo quilibet alius admittitur, ibid. n. 3.

Colonus Principis quando vult vendere agrum vel jus quod habet in illo tenetur requirere omnes alios colonos ejuſdem fundi, & ipſos in venditione præferre, ibidem num. 4.

Contrarium defenditur, num. 5.

Coloni Principis, vel Fiſci prælationis jus habente in emptione ipſius rei, quam fiſcus vult aliis vendere, ibidem num. 6.

Contrarium eſt verius, ibidem num. 7.

Colono vendente fructus ex prædio perceptos dominus prædii prælationis jus obtinet, quæſt. 72. num. 16.

Contrarium ſubtinet Author, ibid. num. 17.

Colonus dicitur ſocius, dec. 7. poſt tractatum numer. 35.

Et habet prælationem in re ſui Domini, ibid. n. 36.

COLLUSIO, & ſimulatio præſumuntur ex brevitate temporis, q. 9. num. 14.

In compenſationibus non habet locum prælatio, niſi conſtet de fraude, aut præceſſerit alius contractus, in quo ſolet dari prælatio, & pro parte pretii emptor velit compenſare, q. 16. num. 175.

Colluſio excluditur ex qualitate perſonarum contrahentium, utpote ſi ſint magnates, & Religioſi, deciſ. 10. num. 12.

COMPENSATIONEM allegare non poteſt prælationem petens ſi primus emptor pretium ſolvit in pecunia numerata, q. 5. n. 5.

COMPROMITTENDA eſt cauſa prælationis, & retractus, exiſtente ſtatuto, quod lites inter conſanguineos, & affines compromittantur, q. 10. n. 32.

COMPROVINCIALIS non præfertur in emptione columnarum vel ſtatuarum, quas alius Civis forenſi vendidit, q 68. n. 9. & vide in verbo *Civis*.

COMMUNIO in rebus, quæ commodam non patiuntur diviſionem, non eſt practicabilis ſine rixarum periculo, dec. 1. poſt tract. n. 5.

CONCESSIO facta intra certum tempus eo inſpirato ob negligentiam, vel voluntatem partis, reſolvitur, dec. 5. poſt tract. num. 4.

CONCIVIBUS, & conterraneis an competat prælatio quando Concivis vult vendere rem, quæ eſt in eodem Territorio forenſi, & extero, & altera ad materiam Concivium. Vide in verbo *Civis*.

CONDOMINI jura, ſunt tota in toto, & tota in qualibet parte fundi emphyteuticis, q. 12. n. 17.

Contrariam opinionem tenuerunt Alberic. & ſequaces, putantes condominum non poſſe præferri, niſi pro ſua rata, ibidem num. 18.

Condominus in juriſdictione Caſtri non præfertur in emptione partis venditæ à Conſorte, q. 36. n. 60.

Ad materiam prælationis competen. condominis, & alia, vide in verbo *Conſors*.

Condominus quando vendit partem ſuam, Conſors in Juriſdictione præfertur, dec. 1. poſt tract. n. 34

CONDITIONALIS venditio, ſtatim eſt perfecta, etiam antequam conditio extiterit, q. 16. n. 48.

In venditione conditionali competit prælatio, quæſt. 16 num. 48.

Alii defendunt, quod ſi venditio ſit caſualis, prælatio non competat, ſi verò ſit poteſtativa, vel arbitraria, prælatio detur, ibidem num 49.

Alii concludunt quod prælatio urgeatur, ſi conditio ſit concepta ſub conditione, ſecus verò ſi ſit pura ab initio, reſolvenda tamen ſub conditione, ibid. n. 50

Verior opinio defenditur, quæ dictat, quod prælatio danda non ſit, ſi conditio ſit caſualis, ſive poteſtativa, ſive mixta, ibidem num. 51.

Venditione facta cum conditione, quod veniente eo qui prælationem petit, venditio ſit nulla prælatio non competit, ibidem num. 52.

In conditionali venditioni prælatio non competit, quamvis adeſſent clauſulæ præcarii, & conſtituti, & quamvis deventum eſſet ad traditionem, ibid. n. 53.

Limita ſi contrahentes perſiſtant in contractu etiam poſtquam conditio non eveniſſet, vel poſtquam reſoluta fuiſſet, vel quando emptor ſolviſſet pretium, & ipſius poſſeſſio eſſet diutina, de quo tamen dubitat Author, ibid. num. 54

Venditio facta cum pacto, quod liceat ab emptione diſcedere ſi alius meliorem attulerit conditionem intra annum, vel cum pacto, quod res reſtituatur alicui ſi Conſul factus fuerit, aut cum ſimilibus, eſt perfecta, ibid. num. 58

Venditio ſub conditione reſolutiva, eſt pura, & perfecta, & transfert dominium, ibidem nu. 59.

Multa hanc materiam concernentiam. Vide in verbo *Pactum*.

Quando venditio eſt facta ſub conditione, quæ de ſui natura ineſt contractui, vel quæ neceſſario extitura eſt prælatio competit, qu. 16 numer. 74.

Conditionalis non eſt contractus quando conditio tacitè ineſt, vel quæ neceſſario prorſus extitura eſt, ibidem num. 74.

Venditio, quæ habet in ventre tacitam, & neceſſariam conditionem faciendæ menſuræ, eſt pura, & perfecta, ibid. n. 75.

Prælatio debetur in venditione concepta ſub conditione, quæ abſque dubio futura eſt, ibid. n. 76.

Melior eſt conditio poſſidentis, q. 37. n. 3.

Amplia etiam in pari cauſa, ibid. n. 4.

Conditio, vel qualitas quando fuit in una parte expreſſa, in altera non, ſignum evidens, quod ubi non fuit expreſſa, ibi non fuit volita, d. 12. n. 4.

CONDUCTIO illius juris, quod à Domino abeſt valet, quæſt. 40. num. 8.

Dominus an, & quando admittatur ad ſubconducendum rem propriam, vide ibidem n. 6 & pluribus ſeqq.

Conductio rei propriæ poſſeſſæ facta à ſciente ſubſtinetur reſpectu ſolius poſſeſſionis, ibid num. 9.

Scholares, Magiſtri, Judices, & ſimiles an poſſint expelli de domo conducta quando Dominus vult ea domum inhabitare propter neceſſitatem, quam ipſi ſupervenit. Vide in verbo *Scholares*.

In conductione Navium, equorum, curruum, plauſtrorum, & ſimilium an tempore neceſſitatis competat Principi, & Baroni prælatio. Vide in verbo *Princeps*

CONDUCTORI, qui bona prorſus ſterilis ad culturam reduxit tenetur Dominus finita locatione iterum locare, quæſt. 42. num 38

Conductor privati ſive Eccleſiæ, qui bona ſterilia ad culturam redegit, non poteſt expelli, nec ei poteſt canon augeri, ibid.

Amplia quamvis res ſit ad tempus locata, & Eccleſia velit extraneo, qui majorem penſionem offert rem locare, ibid. num. 39.

Amplia quamvis Dominus offerat conductori meliorationes, quia tunc ſi velit locare extraneis plus offerentibus præfertur antiquus conductor, vel ejus hæres ſi eandem penſionem præſtare volit, ibid. n. 40.

Contrarium tamen defenditur, ibid. n. 41. 42. & ſeqq.

Conducto finita locatione, non poteſt conqueri de Domino ſi nolit denuo ipſi, ſed aliis locare, ibid. num. 44.

Conductor, qui fundum pro parte cultum, & pro parte incultum totum ad culturam reduxit, finita locatio-

locatione expelli poteſt, ibid. num. 51. & 52.
Conductor qui rem melioravit an, & quando poſſit expelli, ibid. num. 56.
Conductor Fiſci an habeat jus prælationis in emptione ſalis quando privatus qui habet ex privilegio jus faciendi ſal, illud vult alteri vendere, & alia ad materiam ſalinarum, & ſalis. Vide in verbo *Salina.*
Conductor prædii, ſi illud emat durante conductione obtenta prælatione à vicino, vel agnato, adhuc eſt Conductor, nec ejus conductio reſolvitur, q. 30. n. 15.
Conductor ad longum tempus habet dominium utile, nec poteſt vendere ſine conſenſu Domini, illumque tenetur præferre, q. 31. n. 43.
Contrarium probatur num. 44.
Conductor ad longum tempus non poteſt vendere ſine conſenſu Domini utile dominium quod habet, vendendo tamen non tenetur ad ſolutionem laudemii, nec in commiſſum incidit, ſed tantum venditio nulla declaratur, ibidem num. 45. & 46.
Limit quando ex pactis, & circumſtantiis appareret potiùs contractum eſſe emphyteuticum, vel quandò ex conſuetudine Regionis fraternizarent inter ſe contractus locationis ad longum tempus, & emphyteuſis, ibidem numer. 47.
Conductor poteſt etiam inſcio, & irrequiſito locatore ſublocare rem conductam, q. 40. n. 3. & ſeqq.
Dummodo non adſit pactum in contrarium, & ſublocatio non fiat extra uſum deſtinatum, vel perſonæ non tutæ, ibidem.
Conductor rei ſuæ nemo eſſe poteſt, ibid. n. 5.
Conductor non habet prælationem quando venditur res conducta alteri, ibid. n. 12.
Lim. in Conductore ad longum tempus qui præfertur, ibid. num. 13.
Contrarium eſt verius, ibid. n. 14.
Conductor prædii ruſtici non præfertur vigore Gregorianę, quæ loquitur tantum de urbanis, d. q. 40. n. 31.
Conductores apothecæ, & magazzeni, qui noctu ibidem non inhabitant præferuntur vigore Gregorianę, ibidem num. 33.
Contrarium tamen defenditur, idid. n. 34.
Conductor antiquus in nova locatione habet jus prælationis, q. 41. n. 1.
Conductor in conductione finito tempore perſiſtere non tenetur, ibid. n. 2.
Conductor non præfertur in locatione nova, ſive agatur de prædiis urbanis, ſive de ruſticis, ibid.
Ampl. ut non præferatur ſive locatio ſit facta ab Eccleſia, ſive à laico, ſive ab hoſpitali, vel ſocietate laicorum, ibidem num. 4. & 5.
Contrarium defendunt alii, ibid. n. 6.
Sed prima opinio eſt verior, ibid. n. 7.
Conductor antiquus non præfertur in nova locatione, quamvis melioraſſet rem conductam, & quamvis expenſas feciſſet in his cultando, ſed tantùm poteſt prætendere reſtitutionem expenſarum, ibid. n. 8. & 9.
Conductor antiquus qui rem conductam deterioravit non præfertur in nova conductione, ibidem num. 10.
Conductor antiquus præfertur quando Procurator conſtitutus à Domino ad locandum intendit locare alteri, ibidem num. 11.
Contrarium defenditur, ibid. n. 12.
Conductor antiquus Fiſci præfertur quando Fiſcus de novo finita locatione vult alteri locare, d. q. 41. n. 15.
Conductor Fiſci poteſt etiam invitus à Fiſco cogi ad iterum rem conducendam, ibid. n. 10.
Conductor antiquus Fiſci non præfertur in nova locatione in iis regionibus in quibus Fiſcus non ſolet cogere Conductores Fiſcales invitos ad iterum conducendum, ibid. n. 17.
Sed de hoc dubitat Author, ut n. 18.
Conductores antiqui Reip. Municipii, & Civitatis præferuntur novis, ibid. n. 19.
Conductor antiquus Fiſci præfertur in nova locatione, ſive ſit Conductor ad longum, ſive ad breve tempus. ibidem num. 20.
Contrarium alii defendunt, ſed prima opinio eſt verior, ibid. n. 21.
Conductor antiquus Fiſci ſi decedat durante conductione relictis hæredibus, privilegium prælationis transfertur in hæredes, ibid. n. 22.
Filius Conductoris Fiſci antiqui, patre vivente, non poteſt prælationem petere in nova locatione, ibid. n. 23.
Conductor antiquus Fiſci tunc præfertur quando ſolvit penſiones præteritæ locationis, d. qu. 41. num. 25.
Et quando offert idem pretium ab alio oblatum, & vult conducere cum iiſdem conditionibus, & pactis, ibidem num. 26.
Et quando vult conducere omnes introitus Fiſci, prout facere intendit novus Conductor, ibid. num. 27.
Conductor antiquus Fiſci non præfertur ſi fecit pactum de evacuando locatione finita, d. q. 41. n. 28.
Contrarium defenditur n. 29.
Conductor antiquus ſi ſit Scholaris, Doctor, vel Magiſter præfertur aliis novis, ibid. n. 30.
Finito tempore locationis locator poteſt rem alteri locare, quamvis prima locatio fuiſſet facta Scholari, ibid. n. 31. Vide in verbo *Locator.*
Conductor antiquus novo præfertur ſi ſit Scriptor Scholarium, Cartarius, Librarius, Maſſarius, aut Bidellus ſtudii, ſed hoc in praxi non admittitur, n. 32.
Conductor antiquus ſi ſit Scholaris præfertur licèt nova locatio fiat alteri Scholari, ibid. n. 33.
Prælatio nunquam datur quando locator vult pro ſe rem retinere, ibid. n. 34.
Sed ſi Dominus dicat, vel juret velle pro ſe rem retinere, poſteà tamen rem illam vendat, aut locet, poteſt peti prælatio, & revocari contractus uti factus in fraudem, ibidem num. 35.
Conductor antiquus Fiſci non præfertur quando Fiſcus vult rem pro ſe retinere, ibid. n. 36.
Conductor antiquus ſi ſit Scholaris non præfertur quando Dominus vult domum pro ſe retinere, ibid. n. 41.
Lim. quando Scholaris eſt exterus, & indiget præciſe dicta domu, & Dominus eſt Civis, qui facilè ſine ſuo incommodo invenire poſſit aliam domum pro ſua neceſſitate, ibid. num. 42.
Juramento Scholaris, quod non poſſit invenire aliam domum ſtari debet, ibid. n. 43.
Juramento Domini jurantis, quod velit rem retinere pro uſu ſuo ſtari debet, ibid. n. 43.
Conductor antiquus ſi ſit nimis pauper, vel alia miſerabilis perſona præfertur in nova locatione, dict. quæſt. 41. numer. 44.
Ampl. ſi ſit locus pius, vel Eccleſia, quia etiam præfertur ex quadam æquitate, ibid.
Ampl. ut tales perſonæ præferantur etiam in locatione facta ſub haſta, ibid.
Conductor antiquus præfertur exiſtente conſuetudine, ibidem num. 45.
Vel pacto, quod præferatur, ſed an pactum debeat eſſe in ſcriptis. Vide ibid. n. 46.
Conductor antiquus, qui alias vigore Statuti, vel legis habet prælationem, non præfertur ſi locatio ſit nulla, ibidem num. 47.
Conductor antiquus in caſibus in quibus præfertur

non habet prælationem ſi velit partem, & non totam rem conducere, & ſi non offerat tantum quantum offerunt alii, ibid. nu. 48.

Conductor ad longum tempus præfertur quando finito tempore Dominus vult rem alteri locare, ibid. n. 49.

Contrarium eſt verius, ibid. 50

Conductor ad longum tempus ratione dominii utilis præfertur, vendente locatore rem locatam, q. 72. n. 14.

Contrarium defenditur, ibid. n. 15.

CONFESSIO intelligi debet, ut quò minus fieri poteſt noceat Confitenti, deciſ. 4. poſt Tract. numer. 3.

CONFIRMATIO Principis interveniſſe præſumitur quando conſuetudo eſt longæva, q 6. n. 8.

Declara ut hæc confirmatio præſumatur in forma communi, non autem in forma ſpecifica, ibid.

Conſuetudo contra jus indiget confirmatione Principis in forma ſpecifica, ibid. n. 9.

Confirmatio Principis quamvis non intervenerit ſervanda eſt conſuetudo non inducens jus prælationis, ſed interpretativa, ibid. n. 10.

CONJUNCTUS petens prælationem pro alio Conjuncto amente, prodigo, vel furioſo, eſt admittendus, q. 8. n. 33.

Contrarium defenditur, cum ſimiles perſonæ ſoleant habere Curatores, ad quos ſpectabit prælationem petere, ibid. n. 34.

CONSANGUINEUS non poteſt aliqua bona avita ſignanter fertilia retrahere, cæteris aliis unico pretio, & in eodem contractu venditis omiſſis, qu. 13. n. 12.

Conſanguineus habens jus retractus ſuper parte rei venditæ, poteſt partem illam retrahere alia omiſſa, dict. q. 13. n. 23.

Contrarium tenuit Alberic. & Oldrad. putantes, quod emptore diſſentiente tota res retrahi debeat, ibid. n 24.

Conſanguineus poteſt petere prælationem pro captivo, vel abſente, q. 30. n. 37.

Contrarium tamen defenditur, n. 39. & ſeqq.

Conſanguineus poteſt agnoſcere, & petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas pro abſente, q. 30. n. 43.

Conſanguineo non competit prælatio in venditione rei, quam alter conſanguineus facit, q. 16. n. 45.

CONSENSUS Domini in alienatione emphyteuſis, requiritur, non ſolum ut Domino cautum ſit pro Canone, ſed etiam ut poſſit ipſe idem pretium ſolvere, & præferri aliis, q 34. n. 12.

Conſentiens venditioni, juri prælationis renunciare videtur, deciſ. 13. n. 3.

CONSILIUM ſuum nemo poteſt mutare in alterius injuriam, q. 21. n. 4.

INTER PLURES CONSORTES, is præfertur, qui inſimul conſors eſt, & conſanguineus, juxta opinionem Alex qu. 14. n. 23.

Contrarium verius defenditur, ibid.

Venditione facta uni ex Conſortibus, quibus prælatio competit, cæteri conſortes prælationem petere an poſſint. Vide in verbo *Venditio*.

CONSORTI, & conſocio competit prælatio, quando vendit rem alius conſors, vel conſocius, q. 34. n. 1.

Niſi ſocius partem ſuam uni ex conſociis vendiderit, ibidem n. 2.

Conſors quando vult locare, tenetur potius conſocio quam extraneo locare, ibid. n. 3.

Contrarium, & verius defendunt alii, ſcilicet, quod nec conſors, nec conſocius de jure prælationis jus habeat, ibid. n. 4.

Amplia quamvis ſit conſors Principis, ibid. nu. 5.

Conſorti, & conſocio competit prælatio, quando res quæ venditur ab alio conſocio poſſidetur pro indiviſo ibid. n. 6.

Contrarium tamen eſt verius, ibid. n. 6.

Conſorti, & ſocio competit prælatio, quando venditur res, quæ non recipit commodam diviſionem, q. 34. n. 7.

Conſors in Iuriſdictione præfertur in venditione partis Caſtri Iuriſdictionalis facta ab alio conſorte, Ibidem n. 17.

Alii verò contrarium defendunt, quod nullo modo conſorti In Iuriſdictione prælatio competat, ibid. n. 10.

Alii diſtinguunt credentes, quod ſi alienatio ſit facta in potentiorem, aut in fraudem, ſeu ad æmulationem prælatio conſorti detur, ſecus contra, d. quæſt. 34. n. 20.

Opinio Angeli, quæ conſorti in Juriſdictione prælationem negat, defenditur, ibid. n. 21.

Conſors vigore Statuti Urb. lib. 1. cap. 110. præfertur in venditione rei communis, ibid n. 25.

Declara nam ut habeat locum d. Statutum, requiritur communio, & participatio dominii in re, quæ venditur, ibid. n. 25

Et licèt ſufficiat adeſſe participationem dominii etiam in minima parte, tamen requiritur, quod illa minima pars ſit talis, ut influat in dominium cujuſcumque glebæ, ibid. n. 27.

Conſortes non dicuntur, ſed vicini, qui muro tantum ſunt conjuncti, ibid. n. 27.

Conſors non dicitur Dominus utilis reſpectu Domini directi, ibid. n. 28.

Conſors non dicitur, qui habet ſervitutem in aliqua re, ibid. n. 29.

Conſors vigore Statuti Urbis præfertur tantum in voluntaria, non autem in neceſſaria venditione, ibidem n. 31.

Conſors vigore Statuti Urbis, non præfertur quando res fuit vendita alteri conſorti, ibid. n. 32.

Conſors, qui nam dicatur, & quæ requirantur ad conſortium inducendum, d. q. 34 n. 37.

Conſorti ante diviſionem non competit prælatio in emptione partis ab alio conſorte venditæ, q. 36. n. 67. & 68.

Aliqua ad materiam conſortium. Vide in verbo *Condomini*.

Conſors recta via poteſt contra emptorem agere pro ſolutione partis pretii rei conſortis alienatæ à Fiſco, q. 38. n. 19.

Conſors ſive conſocius Fiſci præfertur in emptione quando Fiſcus ex privilegio, quod habet, vendit partem propriam, & partem conſocii eo invito, ibidem n. 33.

Alii credunt, quod de rigore Iuris emptor non præferatur ſed tantum de æquitate, ibidem numer. 34.

Contraria opinio illorum, qui credunt, conſors, ſive conſocius hoc caſu non præferatur, defenditur, ibid. n. 35.

Conſors in conceſſionem officii, vel in re donata à Principe pluribus, vacante parte unius eſt præferendus in conceſſione iterum facienda à Principe omnibus aliis extraneis, qu. 42. n. 65.

Contrarium tamen, quod conſors iſto caſu non præferatur, ſed partem vacantem habere jure ſucceſſioni ſingularis probant alii magis communiter, ib. nn. 66. & 67.

Ad effectum tamen, quod conſors poſſit obtinere partem alterius vacantem Iure ſucceſſionis ſingularis, plura requiruntur, de quibus vide, d. q. 42. n. 68.

Conſors In Iuriſdictione præfertur quando Condominus vendit partem ſuam, dec. 1 poſt tract n. 21

Conſors in Iuriſdictione præfertur In alienatione facta ab alio conſorte, d. 3. poſt tract. n. 2.

Con-

Index Materiarum.

Conſors, & ſocius in re communi eſt præferendus cenſuatio . deciſ. 6. poſt tract. n. 3.

Conſortium non dicitur adeſſe ex eo ſolum, quod murus diviſorius ſit communis, q. 34. n. 26.

Neque ex eo tantum quod ſolaria ſint communia, ibidem d. n. 26.

Conſortium inducitur per januam, puteum, ſcalas, & ſimilia, quando illorum uſus, & dominium promiſcue, & pro indiviſo eſt apud plures, ibid. n. 30.

Ad conſortium inducendum, quæ requirantur, vide ibidem nu. 33.

CONSTITUTIO Friderici, & Lothari, & Romani Lecapeni, ſunt Conſtitutiones locales, nec poſſunt dici leges Univerſales q. 2. n. 14.

Conſtitutio ſancimus de Jur. Protomiſ. tam activè, quàm paſſivè ligat Clericos, q. 15. n. 7.

Contrarium verius defenditur, ibid. n. 8.

Conſtitutio ſancimus de Jur. Protomiſ. eſt localis, & tanquam lex, aut conſtitutio Principis laicalis Clericos non ligat, ibid n. 9.

Conſtitutio ſancimus de Jur. Protomiſ. quæ dat prælationem vicinis, habetur pro lege communi, q. 35. n. 4.

Contrarium probatur, dum numquam fuit recepta tanquam lex univerſalis, & relata in corpore juris, ibid. n. 5. & 6.

Et ideò d. Conſtitutio ſancimus non procedit in terris Eccleſiæ ſubditis, ibid. n. 6.

CONSUETUDINE introduci poteſt jus prælationis, qu. 6. nu. 1.

Conſuetudo æquiparatur Statuto, q. 6. n. 2.

Conſuetudo auferens Domino liberam adminiſtrationem rei ſuæ videtur repugnare juri communi, ibidem num 3. & 4.

Facultas diſponendi libere de rebus ſuis an poſſit à jure, & conſuetudine limitari, & reſtringi. Vide in verbo *Facultas*.

Conſuetudo introducens jus prælationis excepta eſt in l. dudum Cod. de Contrah. Empt. d. q. 6. n. 5.

An ſubditus poſſit introducere conſuetudine ſine Principis approbatione. Vide in verbo *Subditus* & verbo *Confirmatio*.

Conſuetudo contra jus, indiget confirmatione Principis in forma ſpecifica, d. q. 6. n. 9.

Conſuetudo non inducens jus prælationis ſed interpretativa, ſervanda eſt, quamvis confirmatio Principis non intervenerit, ibid. n. 10.

Conſuetudo contra jus inducitur ſpatio 40. annorum, contra opinionem Gail. & Mareſcott. ib. nu. 11.

Conſuetudo inducens prælationem an proſit Forenſi. Vide in verbo *Forenſis*.

Conſuetudo illius loci, in quo bona ſunt ſita; non autem loci contractus eſt ſervanda, d q 6. n. 17.

Conſuetudo, vel Statutum tribuens jus prælationis, non extenditur ad bona ſita extra Territorium, q 6. n. 28.

Conſuetudo comprehendit minores, & mulieres, ibidem n. 29.

Conſuetudo tribuens jus congrui non comprehendit Dominum Caſtri, vel Civitatis, in qua introducta eſt, ſive ante ſive poſt dominium obtentum introducta ſit, ibidem n. 3.

Amplia, ut nec comprehendat illum, qui emit à Supremo Principe, ibid.

Amplia quamvis Dominus Caſtri uſus ſit commodo hujus conſuetudinis, quia adhuc eadem non ligatur, ibidem n. 31.

Clerici quamvis non teneantur ſervare conſuetudinem laicalem, tribuentem jus prælationis adhuc tamen ea uti poſſunt, ibid. n. 32.

Conſuetudo inducens jus prælationis, habet locum ſive venditio fiat Civi, ſive extero, & Forenſi, d. q. 6. n. 33.

Et quamvis contractus fiat extra Territorium, ibidem n. 33.

Conſuetudo laicalis, an & quando liget Clericos. Vide in verbo *Statutum*, & verb. *Clerici*.

Conſuetudines, & ſtatuta prælationem inducentia non reperiuntur ſpecialiter, & in genere approbata, à Iure Canonico, q. 12. n. 16.

Conſuetudines & leges cujuſcumque loci, ubi res ſitæ ſunt attenduntur, non autem loci contractus, quando fuerunt venditæ plures res ſubjectæ juri prælationis unico contractu, q. 2. n. 20.

Conſuetudines feudales, quæ ſunt contra jus commune non extenduntur extra materiam feudalem, q. 36. n. 38.

Cætera ad materiam. Vide in verb. *Statutum*.

CONTRACTUS cum prælationem petente, debet fieri cum iiſdem pactis, & conditionibus, modis, & circumſtantiis, cum quibus fuit factus primus contractus cum emptore, q. 5. n. 17.

Contractum venditionis, Vide in verbo *Venditionis Contractus*.

Contractus dicitur individuus, quando pars non affert eandem utilitatem, quantam afferet in toto reſpectu totius, q. 13. n. 25.

Contractus factus ad effectum effugiendi prælationis Jus, certo modo, & forma non reſcinditur, niſi conſtet Judici de præciſo animo fraudandi clarè, & concludenter, q. 15. n. 1.

Contractus non obſtat prælationem habenti, ſi ſit factus animo præciſo fraudandi, & tantum verbis, non autem re ipſa ſit adhibita cautela, ibidem. n. 1.

Contractus cenſualis, quando eſſet palliatus prælatio competit in venditione Cenſus, q. 16. n. 37.

Contractus non eſt conditionalis, quando conditio tacitè ineſt, vel neceſſario protſus extitura eſt, q. 16. n. 74.

Contractus ſi erat purus, & conditio etiam ſuſpenſiva fuerit addita ex intervallo, vel fuerit jam adimpleta, prælatio debetur, q. 16. n. 77.

Quando contractus eſt nullus, an competat prælatio. Vide in verbo *Nullitas Contractus*.

In contractu ad gauden. an competat prælatio, vide q. 16. n. 124.

In contractibus innominatis, & in aliis, in quibus quis dat fundum, & alius præſtat alius, in quo induſtria hominis requiritur, non viget prælatio, ibid. n. 163.

Limita quando fuit datus alicui fundus, ut reficiat domum, vel inſulam, quia tunc prælatio debetur, & per æſtimationem pretium certificari poteſt. ibid. n. 174.

Sublimita ſi etiam in hac refectione conſiderari poſſet induſtria perſonæ, ibid.

A contractu recedere contrahentibus non licèt poſtquam ille perfectus fuerat in præjudicium prælationem habentis, q. 16. n. 188.

Amplia ut nec valeant contrahentes in præjudicium Iuris prælationis ex intervallo apponere pactum, vel conditionem ullam, ibid. n. 188.

Amplia, ut nec contrahentes poſſent in præjudicium talis Iuris declarare quod contractus ſit nullus, niſi id concludenter probaverint, q. 16. n. 189.

Limita ſi contractus fuerit conditionalis, conditione impediente perfectionem, nam eo caſu licitum eſt contrahentibus conditione pendente recedere, quamvis poſtea conditio eveniſſet, q. 16. nu. 190.

Vendita re cum pacto redimendi, infra annum contrahentes poſſunt prorogare tempus redimendi, ſi hoc faciant antequam. Agnatus offerat pretium, ibidem n. 204.

Contrarium eſt verius, ibid.

Con-

Index Materiarum.

Contrahentes non poſſunt prorogare, vel dilatare tempus datum ad prælationem petendam, ibid. num. 205.

Declara id procedete, quando talis dilatio præjudicaret alteri, qui habebat jus prælationis ſucceſſivè ſecus ſi præjudicaret tantum contrahentibus, ibidem, nu. 205.

Contractus libellarius. Vide in verbo *Libellarius Contractus.*

Contractus ſuperficiatius. Vide in verbo *Superficiarius Contractus.*

In contractibus ſtricti Juris non comprehenditur partus, qui eſt in otero, q. 35. n. 25.

Contractus factus reſervata licentia Principis per ablativum abſolutum, eſt conditionalis conditione ſuſpenſiva, dec. 1. poſt tract. n. 10.

Contractus in effectuatus nihil ponit in eſſe, & non attenditur, dec. 10. n. 19. & dec. 11. n. 31.

CONVENTUS actione prælationis, non liberatur dando intereſſe, q. 10. n. 23.

CREDITORES in cauſam judicati capere poſſunt jus prælationis, quod competit debitori, qu. 10. n. 13.

Creditorum favore dari poteſt in ſolutum jus prælationis, ibid. n. 14.

Declara id procedere, quando debitor eſt decoctus, vel eſt poſitus in præciſa neceſſitate, ità ut alium modum ſolvendi non habeat, ib. n. 15.

Sed hoc etiam putat auctor eſſe contra juris principia, ibidem.

An Creditorum favore poſſit cedi jus prælationis. Vide in verbo *Ceſſio.*

Creditor, cui major pecunia debetur præferri debet inter plures creditores, qu. 14. n. 3.

* Contrarium defendit Bald. cujus opinio, tanquam verior defenditur, ibid. n. 4.

Creditor poteſt eſſe Teſtis pro ſuo debitore, qu. 26. num. 9.

Limita, quando ejus depoſitio tendete ad proprium commodum, & utilitatem, ibidem num. 10.

Creditor non præfertur in alienatione rei ſui debitoris, qu. 36. n. 51.

Creditor prælationem habet, quando venditur res ſui debitoris, q. 39. n. 1.

Amplia præſertim ſi ſit Agnatus, ibid. n. 2.

Creditor in ſubhaſtatione rerum ſui debitoris, in pari cauſa præfertur extraneis, q. 39. n. 3.

Quamvis extraneus ſit debitoris cognatus, vel agnatus, nam adhuc creditor ipſi præfertur, ibid. n. 4.

Amplia etiam in feudalibus, ibid. n. 5.

Contrarium ſcilicet, quod creditor indiſtinctè non præferatur, quando debitor vult vendere ſua bona alteri, tanquam verius defenditur, ibidem n. 6. 7. & ſeqq. ſignanter n. 11.

Creditores ſi ab initio concurrunt ad emendum rem debitoris, præferuntur extraneis ſi offerant æquale pretium, & ſi ſunt plures creditores, is præfertur, qui creditor inſimul eſt, & agnatus, dicta q. 39. n. 8.

Et creditor tantum præfertur agnato tantum, ibidem n. 9.

Et data æqualitate inter ipſos, is præfertur, cui major pecuniæ ſumma debetur, ibid. n. 10.

Creditor vigore l. 1. ff de privil. Creditor præfertur extraneis, ſi in licitatione rei debitoris, offerat idem pretium, quod obtulit extraneus, ibid. n. 11.

Creditor, ut valeat præferri, neceſsè eſt, quod antequam emptio ſit perfecta expreſsè, proteſtetur, quod intendit præferri pro eodem pretio, quod ab alio reperitur poſt oblationem factam, quod tamen, ibid. Impugnatur dicta q. 39. nu. 12.

Creditor majorem partem habens in paritate oblationis præfertur; quando licitatur res, quæ non patitur commodam diviſionem, quæſt. 39. num. 13.

Creditor poſt concluſam venditionem, non admittitur ad offerendum, nec ad prælationem petendam, ibidem n. 14.

Limita ſi Creditor petat prælationem ante traditam poſſeſſionem, & ſtipulatam venditionem, ſed hæc limitatio non admittitur, ſi Creditor non obtulit cum aliis ab initio, ibid. n. 15.

Creditor non præfertur extraneo, quando extraneus offert majus pretium, & Creditor juſtum pretium intendit dare, ibid. n. 17.

Creditor, ut præferri poſſit vigore l. 1. ff. de privil. credit. requiritur quod totum debitum, quod omnibus Concreditoribus debetur ſolvat, ſed contrarium eſt verius, ibid. n. 19.

Creditor, ut præferri poſſit in paritate oblationes neceſsè eſt primò, quod conſtet de credito liquido, dict. q. 39. n. 20.

Secundò quod is, qui præferri vult, ſit Creditor in majori ſumma, ibid. n. 21.

Declara, ut ibid. n. 22.

Tertiò, quod res quæ venditur ſit apud debitorem, nam ſi ſit à debitore translata in alium, qui de tempore venditionis illam poſſideat tunc non præfertur Creditor in emptione, ibid. n. 23.

Quarto quod Creditor, qui vult præferri, non ſit rei, quæ venditur poſſeſſor, nam ſi eſſet poſſeſſor deberet uti remedio ordinario, ideſt Jure offerendi, dicta qu. 39. n. 24.

Inter plures Creditores ii, qui ſunt Agnati aliis præferuntur, & ſi plures ſunt Agnati, quilibet pro ſua rata admittitur, d. q. 39. n. 27.

Creditor retinens rem in pignus non præfertur, quando debitor eam rem vult vendere extraneo, qu. 69. n. 6.

Creditore effecto Domino rei pignoratæ volente eamdem rem vendere, an competat prælatio Domino, cujus antea res illa fuerat illiuſque hæredibus. Vide in verbo *Pignus.*

Creditoris ceſſionarius. Vide in verbo *Ceſſionarius creditoris.*

Creditor cenſus debet privilegium prælationis, decis. 11. n. 5.

Dictum privilegium eſt ceſſibile quoties etiam cenſus cedatur, n. 7.

Creditor præſens venditioni factæ ſubhaſta, cenſetur eam approbari etiam ſi ſit extra formam in mandato præſcriptam, dec. 13. n. 6.

Maximè ſi idem Creditor poſt ſubhaſtationem petiit ſibi conſignari pecuniam à deliberatario ſolutam, ibid. n. 7.

Creditor qui ſit Cognatus præfertur in venditione Bonorum debitoris, & hoc non exiſtente creditore, cui major pecunia debetur, decis. 15. n. 10.

CURATORI, an & quomodo facienda ſit denunciatio, quando competit minori prælatio. Vide in verbo *Denunciatio.*

Ad Curatores ſpectat prælationem petere pro amente, prodigo, vel furioſo, non autem ad conjunctum, quæſt. 8. n. 34.

Curator interveniens contractui, an cenſeatur renunciaſſe prælationis Juri, quod habere poterat ex perſona propria. Vide verbo *Renunciatio.*

Curator datus abſenti poteſt pro ipſo prælationem petere, q. 30. n. 39.

Contrarium tamen defenditur, ibidem numer. 40. & ſeqq.

Curator datus abſenti, poteſt ſolum eas actiones movere, quæ brevi tempore perituræ ſunt, qu. 30. n. 40.

Curator datus bonis non poteſt actionem movere

quæ

qui æ reſpiciat proprietatem, nec poteſt emere, nec vendere, ibid. n. 41.

Curator datus abſenti, vel furioſo, poteſt agnoſcere, & petere bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, q. 30. n. 42.

Amplia, ut bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas poſſit etiam agnoſcere Procurator Generalis, & quilibet conſanguineus, ibid. n. 43.

Curator datus abſenti, non poteſt intentare conditionem l. hac ædictali Cod. de ſecund Nupt. nec conqueri de injuria facta à Matre filio abſenti, d. q. 30. n. 45.

CURIALES non poſſunt patriam fugere, & ad eam reduci debent ſi patria eorum opera indigeat, q. 56. num. 5.

D

AD Damna, & intereſſe, non tenetur Emptor obtenta prælatione erga proximum, vel vicinum, niſi evictio ſequatur ex propria culpa, vel calliditate, q. 5. n. 20.

DAMNUM, quod paſſus eſt Emptor, qui occaſione deferendi pecunias ad venditorem incidit in latrones reficiend. eſt à prælationem petente, juxta opinionem Carpani, q. 5. n. 63.

Contrarium, ibid. n. 65.

Socius univerſalis tenetur erga Conſocium ad refectionem Damni illati à latronibus pro ſua rata, ib.

Lim. in ſociis particularibus, nec non in aliis contractibus, ibidem.

DATIONE inſolutam facta plurium rerum, non poteſt una res retrahi ſine aliis, quamvis res à Debitore, Creditori datæ ſint in ſolutum ſeparatim, & diverſo pretio æſtimato, ſed pro unico debitoe, q. 13. n. 30.

Datio inſolutum eſt individua, & pro parte revocari nequit, ibid. n. 31.

Contrarium n. 32. & 33.

Datio inſolutum tunc eſt individua, quando eſt judicialis, ibid. n. 34.

Datio inſolutum non revocatur pro parte mediante prælatione data ſuper una re imò potiùs confirmatur, & approbatur, ibid. n. 35.

In datione inſolutum, vel addictione pignoris creditori facta prælatio locum non habet, q. 17. n. 15.

Contrarium ut verius defenditur, ibid. n. 16.

Niſi debitum pro quo res Creditori datur inſolutum traxerit originem neceſſariam ab ipſa lege, ibid.

Limita in addictione, vel datione inſolutum facta pro æquo, domo pro ſervitiis præſtitis, vel pro alia re debita, nulla præcedente venditione, ibidem.

Sublimata, quando addictio fieret à Judice re debita non amplius exiſtente, ob quod debitoe fuit condemnatus ad pretium ſuccedens loco rei, ibid.

DEBITOR poſtquam adjudicavit pignus creditori non poteſt amplius pœnitere, nec creditori debitum offerre, q. 65. n. 3.

Debitor præfertur, quando creditor pro minori ſumma cedit creditum quod contra ipſum habet, alteri extraneo, quæſt. 70. n. 1.

Contrarium eſt verius, ibid. n. 2.

Debitor ſui ipſius ſecundum Regulas Juris, nemo eſſe poteſt, dec. 6 poſt tract. n. 7.

Debitor Cenſus. Vide *Cenſus Debitor*.

DECLARATIO animi, vel voluntatis, non poteſt fieri niſi a Procuratore ſpeciali, q. 8. n. 12.

SI DECOCTUS ut emptor ſtatim poſtquam emit, & foro ceſſit, prælatio non competit, q. 30. n. 62.

Contrarium defenditur, num. 63.

Emptio facta à proximè Decocturo eſt invalida, ibid. n. 64.

DECOCTO an competat prælatio, vide in dict. q. 30. n. 64.

DECRETUM irritans, & clauſula ſublata claudunt os in omni materia, dec. 8. poſt tract. n. 4.

DENUNCIATIO neceſſaria eſt, quotieſcumque lex diſponit rem vendendam eſſe potius uni, quàm alteri, q. 4. n. 1.

Denunciatio facta illi, cui non competit prælatio, an & quando præjudicet, ibid. n. 2.

Non ſufficit, quod ſit ſimplex juxta opinionem Jal. & Caſtan. ſed facienda eſt cum inſertione pactorum, & conditionum quibus alter emere vult, ibid. n. 3.

Limita quando fuiſſet confecta minuta, vel ſtipulatum Inſtrumentum, cùm tunc ſatis ſit quod denunciatio fiat cum relatione ad dictum Inſtrumentum, & declaratur opinio Cenc. de Cenſib. ibid. n. 4.

Denunciatio facta cum expreſſione pretii majoris, & alterati, habetur ac ſi non eſſet facta, ibid. num. 5.

Denunciatio facta pro pretio juſto, non ſpecificat eo, quod inventum fuerit, non ſufficit, ibidem nu. 6.

Denunciatio facta pro minori pretio, & ommiſſis aliquibus conditionibus, & pactis expreſſis in Inſtrumento, eſt nulla, niſi tamen re integra denuo ſit facta alia denunciatio, cum expreſſione veri pretii, & omnium pactorum. ibid. n. 7.

Denunciatio facienda eſt pupillo, & ejus Tutori, minori, & ejus Curatori juxta opinionem Aſflict. ſed verius eſt quod ſufficiat ſoli Tutori, vel Curatori denunciare, ibid. n. 8.

Et quid ſi Pupillus, aut minor careat Tutore, vel Curatore, vel Tutoris, aut Curatoris copia haberi non poſſit, ibid. n. 9.

Denunciatio ſufficit quod fiat marito quando prælatio competit Uxori, & è contra, d. q. 4. n. 10.

Tunc ſufficit quod fiat marito, quando ſola ſcientia ſufficeret, ſecus quando denunciatio requiritur pro forma juxta opinionem Rendell. ibid. nu. 1c.

Denunciatio facienda eſt omninò Uxori, quando ipſi prælatio competit, nec ſufficit, quod fiat marito juxta veriorem opinionem, niſi in caſu, quo lex diſponeret, quod quævis ſcientia etiam generica ſufficeret, ibid. n. 12.

Denunciatio facienda eſt marito, quando competit prælatio occaſione rei datæ in dotem æſtimatæ, ea æſtimatione, quæ facit emptionem, & venditionem, cùm tunc prælatio ſpectet ad maritum, non autem ad uxorem, ibid. nu. 13.

Facienda eſt marito, quando prælatio datur occaſione rei Dotalis, quia tunc ad ipſum ſpectat prælationem petere, ibid. n. 15.

Denunciatio quando ſit occaſione prælationis, quæ competit occaſione rei dotalis, facienda eſt, tam Uxori, quam Marito juxta veriorem opinionem Joannis de Amic. dict. quæſt. 4. n. 18.

Denunciatio Uxori tantum facienda eſt, quando prælatio competit ratione bonorum Paraphernalium, in quibus Maritus ſolum habet adminiſtrationem, ibid. n. 23.

Imò ſi vero, & uxori hoc caſu facta ſit denunciatio, & ambo concurrant, prævalere debet conſenſus, vel diſſenſus uxoris, ibid.

Denunciatio facienda eſt uxori, non autem marito, quando prælatio competit occaſione bonorum extradotalium, q. 4. n. 24.

Facienda eſt proprietario non autem uſufructuario qui nec prælationem petere poteſt nomine proprietarii quidquid dicat Rendell. ibid. n. 25.

Denun-

Denunciatio ſacta Procuratori, & à Procuratore quando ſufficiat. Vide in verbo *Procurator.*

Denunciatio ob lapſum 10. annorum, juncta ſcientia, & patientia Domini directi, præſumitur juxta opinionem Jaſon. qu. 4 n. 30.

Alii credunt ſufficere ſolum lapſum 10. annorum, & alii neceſſarium eſſe lapſum 30. annorum, ibid. num. 30.

Verior opinio eſt quod ſufficiat inter præſentes lapſus 10. annorum, & inter abſentes lapſus 20. annorum, ibid. n. 31.

Denunciatio neceſſario facienda eſt etiam illi, qui eſt pauper, ibid num. 32.

Denunciatio facienda eſt tempore, & loco congruo, & quod nam ſit tempus, & qui nam locus congruus, ibid. num. 33.

Quomodo facienda ſit, quando denunciandus non invenitur, ibid. num. 34.

Habetur pro facta, ſi dolo, & alia culpa denunciandus impediverit illam fieri, aut quocumque modo per eum ſteterit quo minus facta fuerit, d. q. 4. num. 35.

Res peremptа poſt factam denunciationem, cui nam pereat. Vide in verbo *Res perempta*, ubi etiam quid ſi ſit perita prælatio.

Denunciatio non ſuppletur per ſcientiam aliunde habitam, quando requiritur à ſtatuto, vel lege pro forma, qu. 4. num. 39.

Suppletur per ſcientiam aliunde habitam, quando lex mandat quem præferri, & nil de denunciatione dicit juxta opinionem Dec. Grat. & aliorum, ibid. num. 40.

Contrarium eſt verius, ibid. num. 41.

Non ſuppletur per ſcientiam aliunde habitam, quando denunciatio requiritur, non ad ſolùm finem certiorandi, ſed ad effectum reſtringendi temporis, vel ut quis faciat aliquid ad quod quis non eſt de jure obligatus, ibid.

Venditio facta ſine denunciatione, non eſt nulla reſpectu omnium, ſed tantum eſt imperfecta reſpectu ejus, qui prælationem habet, ib. num 42.

Denunciatione non facta, perpetuatur actio ad prælationem petendam uſque ad 30. annos, ibid. num. 42.

Denunciatio non eſt neceſſe quod fiat in ſcripris, & judicialiter, ſed ſufficit quod fiat extrajudicialiter juxta opinionem Bartoli & ſequacium, d. q 4. num. 43.

Contrarium defendit Caſſan. & Tiraq. ibid.

Auctor putat ſententiam Bartoli de rigore juris eſſe veriorem, & ſufficere denunciationem extrajudicialem coram Teſtibus factam, ibid. n. 44.

Sed in praxi ſequendam putat ſententiam Tiraquell. tanquam minus periculoſam, & magis practicabilem, d q. 4. n. 45.

Denunciatione facta denunciatus quanto tempore expectari debeat. Vide in verbo *Denunciatus.*

Denunciatio, non requiritur quando lex non dat prælationem expreſsè, ſed nos eam deducimus ex majoritate rationis, vel ex aliqua ratione æquitatis, q. 4. n. 48.

An denunciatio ſit facienda proximioribus in renovatione Inveſtituræ. Vide in verbo *Proximior.*

Denunciatio requiritur quando teſtator mandavit præferri aliquos de familia in venditione rerum ſuarum, ibid. num. 50.

An poſſit omitti quando conſtat, quod is, cui competit prælatio, non poterat emere cum illis conditionibus, & pactis, quibus emit tertius. Vide ibid. num. 51. & ſeqq.

Denunciatio an facienda ſit à venditore, an potius ab emptore. Vide ibid. num. 55.

In denunciatione iſta non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ, ibid. num. 54.

Quamvis ille, qui denunciare debet ſit minor, aut mulier, ibidem.

Denunciatus denunciatione facta, expectari debet duobus menſibus, ut poſſit deliberare juxta opinionem Bartol. qu. 4. n. 46.

Alii verò DD. diverſas opiniones tenuerunt, ut ibidem.

Prælatione conceſſa in fructibus venalibus denunciatus expectari debet termino arbitrio Judicis ſtatuendo, ibid. num 47.

Prælatione conceſſa in aliis rebus, ſi non præceſſit denunciatio, ſpatium 30. annorum conceditur, ſi verò præceſſit, denunciatus expectari debet ſpatio duorum menſium juxta opinionem Bartoli, ibid.

Denunciatio facienda eſt illi, cui fuit promiſſa prælatio, & venditor expectare eundem debet ſpatio duorum menſium. q. 7. num. 25.

In alienatione neceſſaria, an denunciandus ſit prælationis jus habens. Vide in verbo *Alienatio.*

Denunciatio non requiritur, quando Judex cogit quem per laudum, vel per ſententiam ad conſignandum rem alteri nullo facto appretio, q. 17. num. 20.

Denunciatus, an velit emere pro juſto pretio, & declarans ſe nolle, poteſt petere prælationem, ac ſi denunciatio nunquam eſſet facta ſi res vendatur minoris, aut pluris juſto pretio, q. 22. num. 7.

Denunciatio in venditione Cenſus, an, & quomodo fieri debeat. Vide in verbo *Cenſuarius.*

Denunciari ſemper debet illi venditio, cui competit prælatio, q. 36. num. 42.

Denunciatione non facta venditio reſpectu illius cui competit prælatio dicitur imperfecta, ita ut etiam poſt traditionem poſſit rem à prælationem petente reſtituto pretio habere, ibid. n. 43.

DEPORTATUS non privatur Jure prælationis, qu. 30. num. 51.

DEPONI debet pretium, quod ſolvere debet prælationem petens, non autem ſufficit ſimpliciter illud offerre, q. 23. num. 1.

DEPOSITUM quod requiritur, ut quis præferri poſſit, debet eſſe integrum etiam in obulo cum omnibus expenſis, ibid. num. 2.

Depoſitum factum ſi à principio ſit nullum, vel non ſit integrum, poteſt lite pendente reintegrari, ibid. num. 3.

Depoſitum iſtud fieri debet parte citata, ac præſente, ac de mandato Judicis, & penes perſonam ab eo eligen. ibid. num. 4.

Res relaxata prælationem petenti, non facto integro depoſito, poteſt repeti donec depoſitum fiat integrum, ibid. num. 5.

Sententia admittens quem ad prælationem non facto depoſito, debet ferri ſub conditione faciendi depoſitum, ibid. num. 6.

Contrarium quod ſcilicet ſi lex, aut ſtatutum non mandet fieri depoſitum expreſsè, ſufficiat ſola oblatio probat plures alii, ibid. nu. 7.

Diſtinguuntur plures caſus, Primus eſt, quando quis timet ne tranſeat tempus ad prælationem petendam poſt factam denunciationem, & tunc ſufficit ſola declaratio, & oblatio abſque depoſito, ibid. num. 8.

Secundus eſt, quando quis vult conſtituere in mora, eum contra quem intentavit actionem ad effectum lucrandi fructus, & tunc requiritur depoſitum, dict. qu. 23. num. 9.

Tertius eſt, quando quis ignorat pretium, quod alius dare vult, & tunc ad evitandum lapſum

temporis ſufficit verbalis oblatio; Ad effectum verò conſtituendi in mora Adverſarium requiritur depoſitum pretii certi, & datio fidejuſſoris pro incerto, niſi tamen ſit notoriè dives, quia tunc ſubibit obligatio de ſupplendo id, quod certificabitur, ibid. n. 1[illegible].

Depoſitum requiſitum à Statuto, vel lege ad effectum obtinendi prælationem, non debet fieri ſi negetur prælatio, vel qualitas requiſita ad prælationem petendam. ibid. n. 12.

Pendente lite ſuper prælatione, vel qualitate requiſita ad prælationem obtinendam, non currit tempus datum à lege, ad depoſitum faciendum, ibid. num. 13.

Limita ſi ſtatutum mandet fieri depoſitum etiam lite pendente, ibid. n. 14.

Sublimita quando duplex intentatur Judicium aliud ſuper prælatione, & aliud ſuper verificatione qualitatis à lege requiſitæ, quia donec durat lis ſuper verificatione qualitatis, non currit tempus ad faciendum depoſitum, ibid. num. 15.

Prælationem petens ſi fecerit depoſitum, & poſtea pretium receperit, & in uſus ſuos converterit videtur renunciaſſe depoſito, & Juri prælationem obtinendi, qu. 23. n. 16.

Alii declarant id procedere, ſi propter Statutum tenebatur quis facere depoſitum, ſecus ſi depoſitum non erat neceſſarium, ibid. num. 17.

Contrarium defenditur ut verius, ſi poſt receptionem depoſiti re integra, non adhuc lapſo tempore iterum fiat depoſitum, ibid. nu. 18.

Depoſitum non videtur, quod non durat, ibid. n. 19.

Depoſitum perit periculo illius, qui ſine juſta cauſa pecuniam oblatam recipere recuſavit, ib. n. 21.

Amplia quamvis pecunia depoſita fuerit à Principe reprobata, ibidem.

Limita quando quis habebat juſtam cauſam recuſandi pecuniam, ibid. num. 22.

Limita ſecundò, quando depoſitum non erat integrum, ibid. num. 2.

Pretium realiter, & in pecunia numerata deponi debet quando depoſitum eſt neceſſarium, nec ſufficit depoſitum factum ex credito conſequendo vigore litterarum Cambii, ibid. nu. 24.

Amplia, ut nec ſufficiat dare Campſorem, qui non faciat cedulam depoſiti Actualis, ſed tantum promittat ſolvere pecuniam debitam, qu. 23. num. 25.

Depoſitum tunc eſt faciendum, quando prius fuit facta oblatio pecuniæ vendenti, qui eam recipere recuſavit, ibid. n. 26.

Depoſitum factum à remotiore intra tempus datum proximiori, renunciante proximiore, ſufficit, ut non dicatur lapſum tempus, quod competit poſt renunciationem factam à proximiore, q. 23. num. 27.

Depoſitum quod requiritur à Statuto pro prælatione obtinenda, non eſt faciendum, quando altera pars negat qualitatem neceſſariam pro prælatione obtinenda, dec. 2. poſt tract. nu. 6. dec. 3. nu. 24.

Nec quando ligatur ſuper dicta qualitate, dict. deciſ. 2. num. 6.

DETERIORATIO, & damnum ſequutum in re empta ex culpa, vel negligentia emptoris debet reſici ab eodem prælationem petenti, ſecus ſi damnum ſine culpa emptoris contingat, qu. 27. num. 46.

Imò ſi deterioratio ſequatur poſt moram emptoris in re relaxanda, debet refici ab eodem, ſive fuerit ſequuta ſua culpa, ſive non, ibidem num. 46.

Deterioratio non dicitur facta quando fuit mutata forma rei, eam meliorando, ibid. num. 48.

Mola Molendini ſubjecta rettactui, quamvis emptori ſit data bona, & recens, ſatis eſt, quod reſtituatur eo modo, quo reperitur de tempore reſtitutionis quamvis ſit attrita, d. q. 17. numer. 49. & 50.

DICTIO ALIUS, etiam juncto ſigno univerſali, importat ſimilitudinem, dec. 6. poſt tract. n. 1.

DILATIONE, quam habuit primus emptor pro ſolutione pretii, gaudere quoque debet prælationem petens, q. 5. n. 8.

Venditor expectare tenetur ſolutionem in tempus dilatam, tam reſpectu prælationem petentis, quàm emptoris, ibidem.

Sed ſi prælationem petens, non ſit æquè idoneus, ut erat emptor, tunc ſufficit, quod præſtet cautionem de ſolvendo finita dilatione, ibid.

Dilatione data primo emptori idoneo, frui non debet prælationem petens minus idoneus, ſi non poſſit cautionem præſtare, ibid. n. 10.

Melioris conditionis ille eſt, qui dilationem habuit quàm is, qui non habet, ibid. n. 11.

Vendere rem dilata pretii ſolutione, eſt vendere minori pretio, ibid.

Dilatione data non ex ſolito contractus, ſed ex affectione, & animo liberali, quem voluit venditor erga emptorem oſtendere, non debet gaudere prælationem petens, ibid. n. 17.

DISPONENDI de re ſua facultate, an privetur quis per prælationem. Vide in verbo *Facultas.*

DISPOSITIO ex una ratione, & Cauſa, & ad unum effectum inducta, non debet operari effectum diverſum, neque ad illum extendi poteſt, deciſ. 9. poſt tract. n. 14.

Ex diſpoſitione Text. *in l. dudum, C. de contrah. empt.* cogi quis non poteſt ad vendendam rem proximo, & conſorti, d. 14. n. 10.

Diſpoſitio Text. *in l. dudum*, procedit in venditione rei allodialis, & liberæ, non in re feudali, & fideicommiſſaria, ibid. n. 12.

IN DISTRACTU habet locum de novo prælatio, q. 16. n. 191.

Concurrentibus tamen illo cui competebat prælatio in contractu, qui non renunciavit, & illo, cui competit prælatio in diſtractu, præferendus eſt is, cui prætendit prælationem in contractu, ſi adhuc non ſit lapſum tempus congruum, ibid. n. 192.

In Diſtractu facto mediante tranſactione, non competit prælatio, ſi res redeat ad primum venditorem, ibid. n. 193.

Amplia quamvis res remaneat penes poſſeſſorem, ibid. n. 194.

Alii putanunt, quod in nullo caſu diſſolutionis venditionis factæ per tranſactionem detur prælatio, ibidem n. 195.

Auctor diſtinguit plures caſus, ibidem nu. 196. 197. 198. 199. & 200.

IN DIVISIONE prælatio non habet locum ſi ita fiat, ut prædium cum prædio compenſetur, q. 16. n. 135.

In Diviſione ita facta, ut alteri prædium, alteri verò pretium detur, competit prælatio, ibidem n. 137.

Rendell. diſtinguit, quod in diviſione hæreditatis non competat prælatio, in diviſione verò aliarum rerum, quæ commodam recipiunt diviſionem competat, in diviſione verò rerum, quæ incommodam recipiebant diviſionem, non competat, cùm diviſio cenſeatur neceſſaria, ibid. n. 138. & 139.

Berlich. verò credidit, quod ſi partes inceperint à venditione prælatio locum habeat, ſecus ſi inceperint à diviſione, ſed hæc diſtinctio reprobatur, n. 140. & 141.

In diviſione multum tribuitur Judicis arbitrio, qu. 53. num. 13.

DOCTOR an, & quando poſſit allegare ignorantiam juris. Vide in verbo *ignorantia*.

Doctor an, & quando præferatur in conductione, vel poſſit à domo conducta expelli. Vide in verbo *Conductor*, & in verbo *Scholaris*.

Doctor, qui promiſit legere extra Patriam, poteſt ab eadem revocari ſi ejuſdem opera Patria indigeat, q. 56. num. 1.

Doctorum authoritates, & Tribunalium reſolutiones quando contradictorem non habent, tunc eorum ſententiæ reputari debent pro lege, deciſ. 14. num. 3.

EMPTOR CUM PACTO RESERVATIONIS DOMINII nullum prorſus jus ſuper re empta acquirit, q. 16. num. 92.

Venditione facta ſimpliciter, purè addicto poſtmodum pacto, quod donec, vel ſi pretium non ſolvatur liceat venditori redire ad dominium rei venditæ prælatio competit, ib. n. 93.

Amplia in venditione facta cum ipſo pacto, quando tamen fuit habita fides de pretio, vel in Inſtrumento adſunt clauſulæ, Ad habendum, Conſtituti, & ſimiles, indicantes translationem Dominii, ibid. n. 94.

Dominii reſervatio reſolvitur in ſpecialem hypothecam quando, vel fuit habita fides de pretio, vel in Inſtrumento adſunt clauſulæ Conſtituti, ad haben. vel aliæ ſimiles indicantes translationem Dominii, ibid. n. 94.

Venditio facta cum pacto reſervationis Dominii quando non fuit habita fides de pretio, reſolvitur in contractum locationis, ſemper, & quandocumque ad nutum venditoris revocabilis, d. q. 16. n. 95.

Et ideò in dicta venditione non habet locum prælatio, niſi fuerit die Statuto ſolutum, ibid.

Alii tenuerunt, quod contractus reſolvatur in pignoratitium, & jus prælationis conceſſerunt, dict. quæſt. 16. n. 96.

Contrarium tamen verius defenditur, ibid.

In venditione facta cum pacto reſervationis Dominii, addicto alio pacto, quod donec pretium non ſolvatur, fructus recompenſativi, vel aliquid annuum venditori præſtetur, prælatio competit, ibid. n. 97.

Amplia quando venditor ſibi reſervavit Cenſum redimibilem ſuper illa re quouſque pretium ſolveretur, ibid.

Amplia quamvis venditor proteſtatus ſit, quod ſibi reſervabat dominium directum, & ſolùm utile transferebat, ibid.

DOMINIUM per pignus non transfertur, quia illud ſemper à pignorante poſſidetur, q. 19. n. 1.

Dominium aquæ devolutæ eſt impetrabile, qu. 42. num. 1.

Sub Dominio Baronis exiſtere, dura ſervitus reputatur, qu. 47. nu. 17.

Dominium Regum non mutare ſummoperè Reipublicæ intereſt, ibid. n. 18.

Dominium eſt poteſtas liberè diſponendi, deciſ. 7. poſt tract. num. 7.

Si verò unus ex ſociis habeat majorem partem, & alius minorem partem habens plus offerat; rem obtinebit, quod ſi oblationes ſint æquales, tunc majorem partem habens præfertur, ibid. num. 10.

Limita ſi is qui habet majorem partem, eam non habeat Jure proprio, ſed obtinuiſſet ab aliis Conſociis, quod tamen falſum probatur, d. quæſt. 53. num. 11.

Socius, & Conſors in re communi eſt præferendus cenſuario, deciſ. 6. poſt tract. num. 3.

Socius vocatur particeps de fructibus rei venditæ, deciſ. 7 poſt tract. num. 32. & 33.

Socio competit prælatio in diſtractione rei alterius ſocii, ibid. num. 34.

Socius dicitur Colonus, ibid. num. 35.

Et habet prælationem in rei ſui Domini, ibidem num. 36.

STATUTUM, vel lex prohibens aliquibus, ne vendant, vel permittens venditionem intra certum genus perſonarum tantùm, aut prohibens rem poſſe alienari excepta aliqua perſona, longè differt à Statuto, quod dat Jus prælationis, q. 1. num. 8.

Vide etiam in verbo *Conſuetudo.*

Statuta, & leges dantes prælationem, ſunt reſtringendæ quamvis reſpiciant favorem publicum, qu. 2. num. 11.

Statutum contra Jus, non poteſt condere Populus Subditus ſine Principis ſpeciali approbatione, num. 6.

Amplia, ut nec Princeps poſſit illud condere ſi Superiorem recognoſcat, ibid.

Forenſis, an gaudeat Beneficio Statutorum, Vide in verbo *Forenſis.*

Statutum tribuens Jus prælationis, non extenditur ad bona ſua, extra Territorium, d. quæſt. 6. num. 28.

Statutum conditum in præjudicium particularium perſonarum tantum non valet, quæſt. 11. n. 11.

Statutum laicale prælationem introducens non afficit Clericos, qu. 12. num. 9.

Statutum prælationem concedentia, continent id, quod Civili, & Canonico Juri conforme eſt, ibid. num. 14.

Refertur diſtinctio Marantæ, & Palladori, qui putarunt, quod Statutum de Jure congrui non afficiat Clericos, quando Clericus vendit alteri Clerico, ſecus verò quando Clericus vendit Laico, aut Laicus Clerico, ibidem n. 10.

Alia fuit opinio Tiraquell. diſtinguentis inter Statutum dirigens verba in rem, & inter illud dirigens verba in perſonam Ementis, vel vendentis, d. quæſt. 12. num. 11. 12. 13.

Refertur opinio aliorum, qui tenuerunt, quod indiſtinctè Clerici tam activè, quàm paſſivè conveniri poſſunt in vim conſuetudinis, vel Statuti laicalis prælationem dantis, ibidem num. 14.

Opinio eorum, qui tenuerunt, quod Clerici non ligantur Statuto, vel conſuetudine, jus prælationis dante, verior defenditur, d. quæſt. 12. num. 15.

Statuta, & conſuetudines prælationem introducentes non reperiuntur ſpecialiter, & in genere approbatæ à Jure Canonico, ibid. num. 16.

Statutum concedens Jus prælationis quamvis ſit laicale, habet locum in alienatione Juriſpatronatus, juxta opinionem Caſtrenſ. d. qu. 12. num. 23.

Contrarium eſt verius, ibid. num. 23.

Amplia, ut nec tale Statutum habeat locum quando Laicus, vellet Eccleſiæ vendere Decimas, ſeu Jus decimandi, d. quæſt. 12. num. 24.

Amplia in Cappellano, qui emit fundum pro inveſtienda certa ſumma ad effectum celebrandi Miſſas, ibid. num. 25.

Statuto diſponente domum non poſſe alienari extra conſortes facta venditione uni ex conſortibus alii admitti non poſſunt, quæſt. 14. num. 27.

Statuto diſponente quod facta venditione penitus extraneo conſors præferatur, non poſſunt alii conſortes præferri pro eorum rata facta venditione uni ex conſortibus, ibid. num. 28.

Statutum ſi loquatur de immobilibus prælatio non competit in venditione annui redditus, & cenſus, licet habiti ſint perpetui, & non brevi tempore duraturi, quæſt. 16. num. 35. & 56.

Statutum loquens de venditione, & alienatione non habet locum in locatione, quæſt. 16. num. 126.

Statutum mandans conſanguineum præferri non compellit eundem ad emendum, qu. 21. num. 13.

Statutum ſi mandet fieri depoſitum etiam lite pendente; non currit tempus datum à lege ad depoſitum faciendum, qu. 23. num. 14.

Statutum generaliter loquens, non comprehendit res modicas, vel cauſas minimas, qu. 30. num. 33.

Statutum prohibens alienationem, in forenſes, non habet locum in alienante domunculas, vel parvas res, ibidem num. 34.

Statutum prælationem dans vicinis, non habet locum in venditione ad vitam, qu. 33. num. 13.

Statutum deferens jus aliquod agnatis, intelligendi ſunt de illis qui ſunt nati, non autem de illis, qui ſunt in utero, qu. 35. num. 24.

Si Statutum, aut lex admittit ad retrahendum tantum qui tempore venditionis proximiores ſunt, retractus non datur illis, qui de tempore venditionis non erant concepti, licet poſteà naſcantur intra tempus, quæſt. 35. num. 33.

Si verò Statutum, aut lex reſpiciat proximiorem toto tempore exequutionis actus, & exequutionem confert in futurum, tunc agnatus, qui de tempore venditionis nec natus, nec conceptus erat ſi naſcatur tempore congruo admittitur ad retrahendum rem, ibid. num. 33.

Statutum mandans quem præferri in emptione rei immobilis, habet locum etiam quando venditur jus redimendi, qu. 37. num. 11.

Statutum, vel lex concedens certis caſibus jus cogendi aliquem ad vendendum, quod eſt plus, tacitè in iiſdem caſibus concedit jus prælationis in caſu voluntariæ venditionis, quod eſt minus, quæſt. 48 num. 11.

Limita è contra, num. 12.

Declara, ut ibid. num. 13.

Statutum de dubiis habet locum, quando ſententiæ ſunt conformes, & juſtæ & agitur inter Cives, & incolas, deciſ. 11. num. 1.

SUBDITUS populus non poteſt condere ſtatutum contra jus ſine ſpeciali Principis approbatione, quæſt. 6. num. 6.

Subditus populus non poteſt introducere conſuetudinem introducentem jus prælationis ſine Principis approbatione, ibid. num. 7.

Subditis non competit prælatio quando Princeps eos vendit Baroni cum Curia, ſeu Caſtro, quæſt. 36. num. 64.

Ampl. præſertim quando ab uno Barone venduntur alteri, ibidem num. 65.

SUBHASTATIO, quæ fit à Judice, inſpecta origine, non eſt venditio neceſſaria, ſed voluntaria, ibid. num. 9.

In venditione, quæ inſpecta origine eſt voluntaria, inſpecta verò exequutione eſt neceſſaria, qualis eſt Subbaſtatio rerum Debitoris facta à Judice, prælatio locum habet ſi ſit conceſſa à Jure, ſi verò ſit conceſſa à Statuto, negatur, quæſt. 17. num. 5.

Alii indiſtinctè credunt, quod in ſubhaſtatione nunquam prælatio locum habeat, ibid. num. 6.

In Subhaſtatione locum non habet prælatio, ſi verba legis, vel Statuti reſtringantur ad alienationem voluntariam, ſi verò lex, vel ſtatutum generaliter loquatur, prælatio competit, ibid. num. 7. & 8.

An prælationis jus habens teneatur concurrere cum aliis in licitatione. Vide in verbo *Licitatio*.

In Subhaſtatione non poteſt tradi res extraneo licitatori, niſi prius requiſito, & denuntiato eo, cui prælatio competit, ibidem num. 11.

In Subhaſtatione facta pro debito defuncti, non habet locum prælatio, cum venditio ſit verè neceſſaria, ibid. num 12.

Contrarium uti verius defenditur, ibid. num. 13.

In Subhaſtatione non habet locum prælatio, quotieſcumque debitor alia bona præter ſubhaſta non habet, quæſt. 17. num. 14.

Contrarium defendit Auctor, ibid.

Subhaſtatione facta poſt extinctam candelam licitatio reiterari non poteſt, nec alius admitti debet ad offerendum, quæſt. 66. num. 1.

Ampl. ut non ſit locus pœnitentiæ, quamvis offeratur pretium duplicatum, ibid. num. 2.

Ampl. quamvis momento poſt extinctam candelam alius compareat licitator meliorem conditionem offerens, ibid. num. 3.

Subhaſtatione perfecta, & extincta candele non poſſunt creditores concurrentes inſtare, ut nova admittatur oblatio illius, qui meliorem obtulit conditionem, ibidem num. 4.

Niſi ſtylus Curiæ ſit in contrarium, ibid. num. 5.

Contrarium ſcilicet, quod in caſu concurſus creditorum admittatur nova oblatio poſt perfectum contractum, ſi ſecunda oblatio ſit talis per quam omnibus creditoribus conſultum ſit probarunt alii, ibid. num. 6.

Dummodò poſſeſſio non fuerit tradita, ibid. num. 7.

Sed prima opinio defenditur, ibid. num. 8.

Poſtquam res fuit ſubhaſtata primo oblatori, an eidem competat prælatio, vel admittatur ad plus offerendum, quando ad inſtantiam creditorum concurrentium fuit facta nova licitatio, & admiſſa nova oblatio. Vide in verbo *Oblator*.

In ſucceſſione tunc competit prælatio, quando fuerunt publicatæ oblationes, deciſ. 1. poſt tract. num. 13.

SUBINQUILINUS non præfertur vigore Gregorianæ, quæ loquitur tantùm de inquilinis, qu. 40. num. 26.

Declarata, ut ibid. num. 27.

IN SUCCESSIONE alicujus rei vocato, prælatio non competit, quæſt. 36. num. 48.

SUPERFICIARIUS contractus perficitur, quando Dominus à ſe Dominii, jus non abdicando alicui concedit in perpetuum vel ad longum, aut breve tempus ſuperficiem alicujus ſoli, vel eam vendit, aut donat, aut legat penſione ſibi reſervata, vel nulla, quæſt. 31. num. 102.

Dominus ſuperficiei præfertur in alienatione ſuperficiei, quando pro ſuperficie ſolvitur penſio, ſecùs ſi nulla penſio ſolvatur, ibidem num. 103.

Et quid in ſuperficiario Eccleſiæ. Vide ibid. num. 104.

Superficiarius non præfertur, quando Dominus vendit proprietatem, vel Canonis jus alteri, ibidem num. 105.

SUPPLEMENTUM pretii additum ab Emptore, an & quando reficit debeat à prælationem petente, quando venditor intentaverat remedium læſionis, vide quæſt. 22. n. 21. & 22.

Supplementum pretii factum ex intervallo poſt perfectum contractum ſine ulla neceſſitate, nec ulla præcedente ſententia prælationem petens non tenetur refundere, ibid. num. 23.

Limita quando tale ſupplementum fuit factum incontinenti, & re integra, Ibid. num. 24.

Declara limitatione procederem, quoties tale Supplementum fuit factum in eodem Inſtrumento, vel incontinenti coram eodem Notario, & Teſtibus, vel tempore, quo licebat contrahentibus Inſtrumentum ceſſare, ibidem num. 25.

Supplementum pretii factum ex intervallo quoties læſio erat ultra dimidium non tenetur refundere prælationem petens, ſecùs ſi fuit factum in ipſo Inſtrumento Emptionis, ibid. num. 26.

Cætera. Vide in verbo *Pretium*.

INSYLVÆ CÆDUÆ ideſt arborum, quæ cæduntur, vel quæ jam fuerunt cæſæ venditione non datur prælatio, niſi ipſa ſylva vendatur, quæſt. 10. num. 41.

T

TEMPUS datum à lege ad depoſitum faciendum, non currit pendente lite ſuper prælatione, vel qualitate requiſita ad prælationem obtinendam, quæſt. 23. num. 13.

Limita ſi ſtatutum mandet fieri depoſitum etiam lite pendente, ibid. num. 14.

Sublimita, quando duplex intentatur Judicium, aliud ſuper verificatione qualitatis à lege requiſitæ, aliud ſuper prælatione, quia donec durat lis ſuper verificatione qualitatis, non currit Tempus ad faciendum depoſitum, ibid. num 15.

Poſt lapſum Tempus ad prælationem petendam, tacitè Juri prælationis renunciaſſe dicitur, q. 24. num. 4.

Poſtquam lapſum eſt Tempus à lege Statutum, & limitatum, intra quod quis ſuam voluntatem declarare tenebatur, moræ purgatio non admittitur, quæſt. 24. num 5.

Poſt lapſum Tempus, moræ purgatio non admittitur, quamvis venditor prælationis Jus habenti dixerit, quod cum admitteret toties quoties venire voluerit, ibidem num. 6.

Tempus duorum menſium datum pro prælatione petenda, incipit currere à die denunciationis, quæſt. 24. num. 7.

Tempus datum pro prælatione petenda incipit currere à ſolo die perfectæ venditionis nulla expectata traditione, dicta quæſt. 24. num. 10. 11. 12.

Alii

Index Materiarum

Alii credunt, quod Tempus non incipiat currere à die factæ denunciationis, nec à die factæ venditionis, ſed à die traditionis, ibid. num. 13.

Alii diſtinguunt inter Statutum permittens, quem præferri in venditione alicujus rei, & inter aliod mandans, quem præferri in alienatione, ſed hæc diſtinctio eſt vera in terminis retractus, d. qu. 24. num. 14. & 18.

Opinio illorum qui volunt, quod quando præceſſit denunciatio Tempus incipiat currere à die perfecti contractus, nulla expectata rei traditione, tanquam verior defenditur, ibidem num. 15.

Tempus datum pro prælatione petenda, incipit currere ſtatim à die perfecti contractus etiam ſine Scriptura, vel inſtrumento, quoties Inſtrumenti celebratio non fuit de eſſentia contrahentibus requiſita, ibid. num. 17.

Tempus datum pro prælatione petenda, eſt continuum, & currit de momento ad momentum, computato quoque die, quo fuit facta denunciatio, & venditio, ibid. num. 19.

Tempus iſtud non currit à die factæ venditionis, quando non Dominus vendidit nomine Domini, ſed à die ſubſequutæ ratificationis veri Domini, dict. quæſt. 24. num. 20.

Limita, quando venditio eſt facta cum mandato Procuræ ſpeciali, ibid.

Tempus prædictum non incipit currere à die factæ venditionis, quando venditio eſt facta ſub conditione, ibid. num. 21.

Et quid quando eſt facta ſub pacto addictionis in diem, vel legis commiſſoriæ, ibi vide.

Tempus iſtud incipit currere ſtatim à die factæ venditionis cum pacto de retruvendendo, ibidem n. 22.

Tempus datum pro prælatione petenda, non incipit currere à die factæ venditionis, & denunciationis, durante lite inter Emptorem, vel venditorem, & prælationem petentem, ſi tamen lis ſit præjudicialis huic Juri, ſecus ſi non ſit præjudicialis & ſuper diverſo emergenti introducta, ibid. n. 23.

Limita, quando prælationem petens curaſſet data opera litem moveri, ut Tempus ei non curreret, ibidem num. 24.

Tempus datum pro petendo prælationem currit Minori Eccleſiæ. & ſimilibus, ibid. num. 25.

Limita in pupillis durante pupillari ætate, ibid.

An verò Minor, & Eccleſia reſtituantur in integrum adverſus lapſum temporis dati ad prælationem petendum. Vide in verbo *Reſtitutio in integrum*

Tempus datum ad prælationem petendam, currit abſenti, & ignoranti etiam abſque ulla ſpe reſtitutionis in integrum, qu. 24. num. 38.

Alii defendunt, quod abſenti, & ignoranti, vel non curret, vel quod ex capite juſtæ ignorantiæ, & abſentiæ neceſſariæ concedatur reſtitutio in integrum, ibid. num. 39.

Sed tantum intra tantumdem temporis, quantum erat illud, quod fuit ammiſſum, ibid.

Declare id procedere, quando præceſſit denunciatio, quia tunc Tempus, non currit, niſi à die ſublati impedimenti, ibid. num. 40.

Si verò non præceſſit denunciatio, & requiratur præſcriptio triginta annorum, tunc tale tempus currit etiam contra ignorantem abſque ulla ſpe reſtitutionis in integrum, ibid. num. 41.

Tempus datum ad prælationem petendam, vel non currit abſenti, & captivo, vel iſtis datur reſtitutio in integrum, vel comparente Curatore dato abſenti perpetuatur actio uſque ad triginta annos, quæſt. 30. num. 46.

Abſenti ex cauſa Reipublicæ, vel ex cauſa neceſſaria, aut non currit Tempus ad prælationem petendam, vel ipſis datur reſtitutio in integrum, d. quæſt. 30. num. 50.

Tempus datum ad prælationem petendam currit etiam pauperi, quæſt. 24. num. 43.

Tempus iſtud non currit remotioribus, niſi à die, quo proximiores tacitè, vel expreſſè renunciaverint, aut terminus datus lapſus ſit, ibidem num. 44.

Prælationem petens admittitur etiam lapſo tempore venditione exiſtente ficta, aut ſimulata ſi talem ſimulationem ſciverit lapſo tempore, ibid. num. 45.

Tempus datum ad prælationem peten. an incipiat currere à die factæ venditionis cum pacto reſervationis Dominii. Vide quæſt. 24. num. 47.

TERMINUS. Vide etiam in verbo *Tempus*.

Terminus duorum menſium datus pro prælatione petenda, incipit currere à die denunciationis, q. 24. num. 7.

Terminus datus pro prælatione petenda incipit currere à ſolo die perfectæ venditionis nulla expectata traditione, ibid. num. 10. 11. & 12.

Terminus datus ad prælationem petendam an incipiat currere à die factæ venditionis cum pacto reſervationis Dominii, quæſt. 24. num. 47.

Terminum datum à lege ad petendam prælationem non poteſt Judex minuere, ſeu immutare ſine urgente cauſa, quæſt. 25. num. 3.

Alii defendunt, quod neque ex juſta cauſa poſſit Judex talem terminum reſtringere, ſed prima opinio eſt verior, ibid. num. 4.

Declaratur concluſio quando terminus eſt longus, ſcilicet unius anni, aut ſimilis, quia tunc ſatis eſt juſta cauſa, ut poſſit illum Judex coarctare ſi verò terminus ſit brevis puta duorum menſium, requiritur neceſſaria, & urgentiſſima cauſa, ibidem num. 5. & 6.

Terminus datus à lege ad prælationem petendam, non poteſt prorogari à Judice poſt quam lapſus eſt, ibid. num. 7.

Alii credunt, quod ſi res ſit integra poſſit Judex prærogare terminum, ibid. num. 8.

Imò quod poſſit etiam mora purgari, dict. qu. 25. num. 11.

Contraria opinio, quod ſcilicet nec Judex poſſit prorogare tempus, nec ſit locus purgationi moræ, eſt verior, ibid. num. 9.

Terminus datus à lege ad prælationem petendam non poteſt prorogari à Judice etiam durante tempore dato à lege, ibidem num. 10.

Limita intercedente juſta cauſa, ibid.

Terminus datus à Jure, poteſt prorogari ab emptore, & venditore, ſi ipſis tantum talis prorogatio præjudicet, ſecus ſi adſint remotiores, quia tunc in eorum præjudicium talis prorogatio non tenet, dict. qu. 25. num. 11.

Terminus unius menſis datus conſuetudo ad prælationem petendam incipit currere à die factæ denunciationis, & tali menſis eſt, dierum continuorum, non autem utilium & accipiendus eſt prout currit, quæſt. 30. num. 26.

TESTATOR non poteſt facere quin lex ſuum operetur effectum, quæſt. 18. num. 8.

Teſtator non poteſt in ſuo Teſtamento præcipere, quod in venditione alicujus rei, non competat prælatio iis, quibus de Jure debetur, qu. 18. num. 12.

Amplia, ut neque poſſit ea fideicommiſſo id prohibere, ibidem.

Teſtator ſi mandavit in Teſtamento rem vendi Titio, Titius illam rem non habet ex venditione hæredis, ſed principaliter ex legato, ibidem num. 15.

A Teſtatore factum præceptum vendendi rem alicui nullo certo expreſſo pretio, valet, quia non eſt venditio, ſed legatum, ibid. num. 16.

Teſtator mandans hæredi, quod vendat alicui rem aliquam, non dicitur legare rem ipſam, ſed tantum nudum factum præſtandum ſuper ipſa re, ibid. num. 18.
Id eſt dat facultatem illi cogendi hæredem ad ſibi venden. ibidem num. 19.
Teſtatoris præcepto res vendenda alicui, non debet vendi gratis, ſed juſto pretio, niſi aliud Teſtator caverit, ibidem num. 20.
Teſtator quando in caſum alienationis faciendæ per hæredem, vocat in re alienata alium prælatio non competit, ibid. num. 22.
Quando Teſtator, rem magni valoris, mandavit vendi uno nummo, aut nullo refuſo, pretio, prælatio non habet locum in illa venditione, quæ fit ex præcepto Teſtatoris, d. quæſt. 18. num. 26.
Limita quando Teſtator, rem majoris pretii, juſſit vendi minori pretio, ſi illud minus ſit modicum, d. quæſt. 18. num. 27.
Et tunc prælationem petens non tenetur refundere illam modicam quantitatem donatam, ibid. num. 27. & 28.
Declara, ut ibid. num. 29.
Imò ſi quantitas ſit conſiderabilis, quamvis non appareat, quod Teſtator ſciverit verum valorem rei, adhuc tamen quantitas illa cenſetur legata, & prælationem petens eam refundere debet, ibid. num. 30. & 31.
Limita, ut ibid. num. 32.
Teſtator in ſuo Teſtamento poteſt licite jubere quod in caſu venditionis aliquibus competat prælatio, d. qu. 18 num 33.
Teſtator legans omnia prædia, quæ in ſyria poſſidebat, videtur legaſſe etiam ea, quæ ibidem in pignus retinebat, ſi tamen erant data in pignus pro ſumma ferè æquivelente credito, quæſt. 19. num. 13.
Illi, qui ſuper fundo ex diſpoſitione Teſtatoris habet reſponſionem annuam, non competit prælatio in venditione ejuſdem fundi, quæſt. 31. n. 5, Vide in verbo *Prælatio*.
Teſtatoris voluntas omni meliori modo quo fieri poteſt ſervari debet, quæſt. 36. num. 23.
Teſtatoris voluntas contra rigorem juris ſcripti non attenditur, ibid. num. 45.
Teſtis poteſt eſſe Creditor pro ſuo debitore, quæſt. 26. num. 9.
VENDITOR QUANDO TESTIFICA pro emptore in cauſa retractus, non facit plenam probationem, quæſt. 26. num. 2.
Facit tamen ſemiplenam probationem, ibid. num. 3.
Limita quando is, qui petit prælationem eſt ejus conſanguineus, vel conjunctus, quia tunc nullam pro eodem fidem facit, ibid. num. 4.
Venditor teſtificans pro emptore in cauſa retractus pro excluſione fraudis ſemiplenè probat, ibidem num. 5.
Contrarium defendunt alii putantes, quod Judicis arbitrio relinquatur quæ nam fides venditori hoc caſu præſtari debeat, ibid. num. 6.
Venditor nullam fidem facit pro emptore in cauſa retractus, ſi ipſe ſequuto retractu teneatur aliquid emptori reſtituere, ibid. num. 7.
Emptor non poteſt eſſe Teſtis pro venditore, vel pro excluſione fraudis, quando contra ipſum fuit intentata actio prælationis, ibid. num. 8.
Venditor pro emptore Teſtis eſſe non poteſt, ſi aliquo modo actione evictionis inquietari poſſit, ibidem num. 11.
Teſtis eſſe poteſt Civis pro Civitate, Ruſticus pro Villa, Collegialis pro Collegio, & is, qui eſt de Univerſitate pro eadem Univerſitate, d. q. 26. num. 12.
Limita quando aliquam commoditatem ex depoſitione poſſunt percipere, ibid. num. 13.
Teſtis eſſe non poteſt Civis pro Univerſitate, quando agitur de probatione circa paſcua publica, ibidem num. 14.
Declara id procedere quando Cives habent paſcua gratis, non quando pro paſcuis ſolvunt Communitati, quæ pretium reponit in Area, vel quando univerſitas vendit d. paſcua, ibidem num. 14.
Emptor ſi deponat contra venditorem ex cauſa prælationis, vel retractus, plenam fidem facit, ibid. num. 15.
Limita quando emptori utile eſſet non amplius rem habere, ibid. num. 16.
Ex tractatu ſimplici de vendendo, non acquiritur Jus prælationis, quæſt. 20. num. 15.
Teſtis depoſitio procuratoris, lite pendente, & abſque citatione partis, nihil probat, deciſ. 14. num. 28.
Teſtis familiaris, & addictus ſervitio, non probat, ibid. num. 30.
Teſtis unicus, & ſingularis non probat, ibidem num. 31.
IN TRANSACTIONE non habet locum prælatio, quando res remanſit apud eum, qui eam poſſidebat, & ad ſe eximen. à lite, alteri certam quantitatem dedit, qu. 16. num. 180.
Secus verò ſi res transferatur in alium, qui eam non poſſidebat, qui dedit compenſationem in pecunia numerata, ibid.
Alii credunt indiſtinctè, quod ſemper in tranſactione prælatio concedatur; ſive res tradatur, ſive dimittetur, ibid. num. 81.
Alii indiſtinctè defendunt, quod in omni tranſactione facta ad ſedan. lites, & pro bono pacis prælatio locum non habeat, ibid. num. 182.
In tranſactione habet locum prælatio, ſi is, qui intentavit actionem realem, habuit ſententiam in judicatum tranſactam, & dimiſit rem penes detentorem, æſtimatione in pecunia recepta, ibid. num. 183.
Amplia, quando res immobilia data, non erat liti ſubjecta, & fuit tranſlata in alium tranſactionis titulo, pecunia recepta, ibid. num. 184.
Limita, quando is, qui nullam habebat actionem ſuper re accepta, habebat alias prætenſiones Judiciales, & ad ſedandas lites recepit rem immobilem, & vice verſa renunciavit liti, & ceſſit omnes ſuas prætenſiones colligitanti, ibid. num. 185.
In tranſactione habet locum prælatio, quando præceſſit tractatus de lite ſuper aliqua removenda, & demum reſtituende per modum tranſactionis, ibid. num. 186.
In tranſactione regulariter prælationis jus exerceri non poteſt. ibid. num. 187.
In tranſactione locum non habet prælatio, ſi res ſit data alteri transigenti ob prætenſiones, quas ſuper illa re habebat, licet è converſo rem obtinens aliquid in pecunia numerata conſignanti præſtet, quæſt. 17. num. 21.
TUTORI, an & quomodo facienda ſit denunciatio, quando competit pupillo prælatio. Vide in verbo *Denunciatio*.
Tutor interveniens venditioni factæ à pupillo, an & quando cenſeatur renunciaſſe prælationis juri. Vide in verbo *Renunciatio*.
Tutor poteſt liberè prælationem petere in re vendita à minore, quæſt. 30. num. 26.
Tutor qui habet jus prælationis in re vendita eodem modo, quo illud habet pupillus, poteſt præferri pro ſua rata, & pro alia rata prælationem petere tenetur pro pupillo, ſi res ſit dividua, q. 30. num. 47.

Si

Si verò ſit individua, tunc poteſt prævenire, & præoccupare pro ſe, & præferri in tota re, ibid. num. 48.

Tutor eveniente incendio, vel ruina, ſi habeat rem ſuam, quæ ſit æque pretioſa, ac illa pupilli, & non poteſt niſi unam conſervare licite poteſt conſervare rem Propriam, & ommittere illam pupilli, ib. num. 48.

V

VASSALLUS non privatur feudo, ſi inimicitia inter Dominum, & eumdem proceſſerit ex culpa ipſius Domini, qu. 29. num. 13.

Vaſſalli in neceſſitate poſiti, poſſunt cogere Barones ad victualia ipſis venden. ſi Barones ea habeant ultra victum, quæſt. 43. n. 23.

Et in dicto caſu præferuntur aliis ſi ſit facta venditio, qu. 43. n. 25.

Vaſſalli habent jus prælationis quando Baro vendit, aut locat ſua bona aliis quæſt. 44. n. 5.

Vaſſalli præferuntur in cultura agrorum Baronis, quando ipſe vult exteros admittere, vel exteris affictare, ſi eadem cultura Vaſſalli indigeant, quæſt. 45. num. 9.

Limita quando Vaſſalli habent alias Terras congruas ad colendum, ib. num. 10.

Limita quando Vaſſalli nollent ſolvere eamdem penſionem, vel reſponſionem, aut portionem annuam, ib. num. 11.

Limita 3. quando Baro vellet pro ſe, vel pro ſuis retinere, d. quæſt. 45. num. 11.

Vaſſalli, qui à Principe alienantur, poſſunt oblato pretio antequam id Princeps faciat ſe liberare, quæſt. 47. num 4.

Vaſſalli, & Univerſitas prælationis jus habent quando Princeps vult Civitatem ipſam Baroni vendere, ib. num. 5.

Vaſſalli, & Univerſitas prælationis Jus non habent, quando Princeps eos vult vendere alteri, qu. 47. num. 12.

Diſtingue, nam aut Rex vult vendere Vaſſallos, qui erant ſub immediata ejus juriſdictione inferiori, & tunc ſubditis competit prælatio, aut vult vendere æquali, & prælatio non datur, d. qu. 47. num. 13.

Vaſſalli Baronis, vel Principis inferioris, non habent de Jure prælationem quando Baro eos vult vendere alteri, ib. num. 13.

Vaſſallorum intereſt è gubernio Regio non exire. d. qu. 47. num. 19.

Vaſſalli Baronis aſſimilantur ſervis, ib. num. 29.

Vaſſalli Baronis poſſunt prælationem petere, quando venduntur, nomine Principis Supremi Domini directi, & ad ejus beneficium, ib. num. 30.

Contrarium tanquam verius defenditur, ib. num. 31.

Vaſſalli, qui venduntur à Rege Baroni, ante venditionem requirendi, & citandi ſunt. ib. num. 32.

Et ſi Vaſſalli non fuerint requiſiti, & ignoraverint venditionem, admittuntur etiam poſt perfectam venditionem, ib. num. 33.

Declara, ut ib. num. 34.

Sufficit tamen quod aliqui non conſenſerint licet major pars conſenſerit, ib. num. 35.

Vaſſalli admittuntur ad prælationem petendam etiam ipſa univerſitate contradicente, & non ſolum major pars, ſed etiam minor, imò unus tantum prævalere debet, ib. n. 36.

Dummodo particulares in ſe onus ſuſcipiant, ib. num. 37.

Vaſſalli non præferuntur, quando Rex eos alienare vult in aliqualem, ib. num 40.

Vel quando Princeps eos venderet Primogenito ſuo, vel alteri Agnato proximè ſucceſſuro, ibidem num. 41.

Vaſſalli non præferuntur, quando Princeps inferiori, qui jam habet Juriſdictionem civilem, vendit Juriſdictionem criminalem, d. qu. 47. n. 42.

Contrarium alii defendunt, ſed prima opinio verior probatur, ib. num 43. & 44.

Vaſſalli, qui non indigent præciſè paſcuis Baronis, non habent jus prælationis, quando Baro vult d. Paſcua locare, vel extraneis vendere, qu. 54. num. 1.

Si verò Vaſſalli eiſdem paſcuis indigeant, tunc præferri debent, ib. num. 12.

Amplia ut ſi adſint Vaſſalli habentes paſcua ultra eorum uſum teneantur potius illa vendere convaſſallis indigentibus, quam exteris, ibid. num. 13.

Vaſſalli poſſunt cogi à Principe eorum oves ad paſcua ipſius principis adducere ſi neceſſitas ærarii urgeat, aut cauſa publici lucri, & utilitatis adſit, ib. num. 16.

Vaſſalli habentes Jus paſcendi, non poſſunt illud vendere, aut cedere, nec poſſunt exterorum animalia ad ſoccidam capere, ib. n. 25.

Vaſſalli, qui præferuntur in conductione, vel emptione paſcuorum tenentur ſolvere idem pretium ab alio oblatum, ib. n. 28.

Contrarium defendunt alii, ib. num. 29.

Sed prima opinio eſt verior, ut de quæſt. 54. n. 30.

VECTIGALEM fundum obtinens à Repub. vel Fiſco præfertur, quando Reſpub. vel Fiſcus vendit rem illam, aut Jus vectigalis, quod ſolvi debet quæſt. 31. num. 109.

Contrarium ſcilicet, quod obtinens fundum vectigalem non præferatur in his caſibus tanquam verius defenditur, ib. num. 110.

VENDENS MAXIMAM partem prædii, poteſt cogi ad vendendum ad eodem emptore particulam remanentem, quæſt. 53. n. 2.

Vendens majorem partem prædii, vel Domus à parte, ubi non eſt vicinus, reſervata ſibi porticuncula, cum qua confinat prædium vicini, an & quando poſſit id facere in præjudicium vicini prælationem habentis. Vide quæſt. 15. num. 3.

Vendens partem prædii, quæ confinat cum vicino, & aliam partem retinens, quæ non confinat, ſi pars retenta ſit utilis, & per aliquod juſtum temporis intervallum, pars retenta eidem emptori non vendatur, non dicitur contraxiſſe in fraudem, d. quæſt. 15. n. 4.

Vendens prædium, & reſervans ſibi fruſtrum Terræ circum circa prædium venditum, an & quando cenſeatur id feciſſe in fraudem, Vide ibid. num. 5.

Vendens Domum, quæ facilè poteſt ſeparari muro intermedio, cum apertione alterius januæ, an poſſit licite vendere ſolum partem non vicinam, quam antea ſeperaverat cum muro intermedio ad effectum evitandi prælationem, ib. n. 9.

VENDERE quis cogitur Reipublicæ, vel Civitati locum commodum pro erectione furcarum, ſi eo propter commoditatem, vel neceſſitatem Civitas indigeat, quæſt. 48. n. 14.

Vendere quis cogitur Civitati Domum, vel fundum pro loco Judicii, ſi dicta domo, vel fundo Civitas pro commoditate indigeat, ib. num. 15.

Vendere quis cogitur pro ædificii publici constructione, tam in Urbe, quàm in Villis, ib. n. 16.

Vendere quis cogitur pro faciendis foſſatis pro tuitione Civitatis, ib. n. 17.

Vendere quis cogitur pro amplianda, & commoda reddenda via publica? & ſi ampliatio fiat ex ſola populi;recreatione, ibid.n,18.

Vendere quis cogitut pro via publica conſtruenda, dummodo coacto ſolvatut juſtum pretium,ibid. num. 19.

,Niſi tamen Princeps velit tranſite per fundum fæudatarii; quia tunc poteſt cogere eum ad ſibi dandum viam nullo, refuſo pretio, ibid.,num. 20.& 21.

Vendere quis cogitut pro Scbolarum,& Studiotum ampliatione, vel conſtructione, ibid. num. 22.

Vendere quis cogitur ptu ampliando palatio Principis, ibid. num.22.

Vendara quis cogitut eiam pro ampliatione,mœnium, & Turrium Civitatis, ibid.num.24.

Vendera cogitur etiam pauper habens in Civitate decora palatium everſum, & dirutum, & non habens modum illud reſtautandi,teſtautare volenti, ibid. num. 30.

Limita ſi ipſe idem illud velit reficere,dict.quæſt. 48. num. 31.

Vendere quis cogitue rem ſuam ſi illa ad communem, & publicam utilitatem neceſſaria ſit, dict, quæſt. 48. num. 34.

Vendere coguntut Domini lacunæ,& loci Paluſtris d. loca illis, qui ea exiccare volunt, & ad culrueam reducere, ibid. num.35.& 36.

Vendere cogitur vicinus ab alreto vicino ſibi locum commodum pro via, ſi ad colendum,& aquandum proprium fuodum non poteſt per aliam viam accedere, ibid.num.42.

Declara, ut ibid.num 43.44.& 46.

Vendere qui cogitut Monaſterio, vel Canonicis Domum ſuam,quam habet propè Monaſterium, ſi in ea;exerceat officia mecanica quorum rumore divina officis perturbet, d. quæſt.}48. num. 48.

Limita ſi velit ad labotandum alibi accedere, ibid. d.num.48.

Vendere coguntut exercentes artes ſtrepitoſas propè Domum Doctoris, vel Officialis Publici, & propè ſcolas, ibid. num.49. & 50.

Vendere cogitur ſocius partem ſuam quando alter ſocius favore piæ Cauſæ, & Religionis legavit totam rem communem,ibid.num.51. & 52.

Amplia, ut ſocius cogatur vendere partem ſuam ſavore libertatis, quando ſcilicet alrer ſocius velit manumittere ſervum communem, ibid. num. 53.

Subamplia licet fiſcus ſit ſocius, ibid. num 54.

Et ſi plures ſint ſocii,& unus tantum manumittat. vel manumirtete poſtulavir, ibid. num.55.

Vendere cogitur ſocius, quando conſocius mandavit Eccleſiam conſtrui in ſolo communi, quia tunc alter ſocius invitus vendere cogitur partem ſuam, quæſt.48. num.56.

Vendere cogitur vicinus, quando Teſtator mandavit Eccleſiam conſtrui in loco ſuo, quando locus ille non eſt ſufficiens,ibid.57. & 58.

Vendere cogitur procutator conſtitutus ab alio ad emendum totum fundum Titianum, ſi ipſe acceptet mandatum, & habeat in dicto fundo partem, ibid.num.59.

Declara ſi mandarum non ſit de roto, & integro ſundo emendo, ſed tantum de emenda parte aliorum. ibid.num.60.& 61.

Vendere quis cogitur favore libertatis, imò ſi emit, pati tenetur atiam invitus reuemptionem, ibid. n.62.

Vendere cogitur Dominus Servum Mautum ſi eo opus ſit, ut Chriſtianus captus a Mauris libertatem conſequi poſſit, ibid.num.63.& 64.

Vendere ſetvum quis non cogitur etiam fiſco, & hærede;inſtante, ibid. num.65.

Declara tamen, ut ibid. n. 66.

Vendere cogitur ſervum is, qui eum ſeveriter, & cum duritie tractar, ac parce alimenta illi præſtet, ibidem num.67.

Amplia ad malè utentes rebus ſuis, & ad evitandas continuas, & ſcandala inter cohætentes, ibid. n. 68.

Et in boc caſu minotem partem habens cogi poteſt ad vendendum partem ſuam, dummodo tamen ſpecificè conſtet de Cauſa tumultuandi, & rixandi, ut ibid.num.69.& 70.

Contrarium, ſcilicet quod re ſua inanimata abutens, poſſit cogi à Principe non autem à Priuato,;ad vendendum probatur, quæſt. 48. nu. 71.

Vendere cogitur malè abutens re ſua, quando abuſus primario præjudicat privaro, ſecundario autem Reipub.ut ibid. n.75.& 76.

Vendere cogitut poſſidens modicam rem juxta confinis habentium magnam poſſeſſionem, ſi inde commodum Civitati accedat, ibid. num. 78.

Vendere coguntur debitores publici, qui multis obnoxii uſuris maximam bonorum partem alienarunt alicui verò idoneo, aliam minorem partem eidem viro, ibid.nom.79.

Vendere cogitur Civitati reliquum, qui vendit eidem Civitati partem rei ſuæ pro ſolvendo ære alieno, ibidem num.80.

Contrarium tamen probatur, ibid.

Vendere quis cogirut ſi concurrar utilitas publica,vel aliqua ratio, & cauſa rationabilis, & juſta ſive publica,ſive privata, imò etiam ſola æquitas ſufficit,ibid.n.87.

Et proinde;Doctoribus, vel Scholatibus quis cogitur, vendere Domum proprium, ibid.

Contrarium ſcilicer, quod ſola utilitas privati, vel æquitas non ſufficiat ad quem cogendum ad vendendum, tamquam verius defenditur. ibid. num. 89.

Contrarium tamen, num. 90.

Veodere cogitur Civitati, aur Baroni ſervitium approdiationis in ripa proprii fluminis alter Baro, vel Civitas, ſi alter velit facere ferrerias, molendina, cartetias, & ſimilia, d. quæſt. 48. num 91.

Vendere quis cogitur rem ſibi inutilem, ſi alteri ſit utilis, declara tamen, ut ibid.n.92.

Vendere quis cogitut rem ſuam pto Eccleſia ædificanda, vel amplianda, ibid.n.93.

Eccleſia tamen, quæ vult cogere, non habet actionem habet actionem, ſed tenetur implotare officium Judicis, quod impartiri debet juxta termioos ipſius præciſæ neceſſitatis, ibidem num.94.

Et conſiderandum eſt, an damnum vicini ſit magnum, & notabile, nec ne, d. qu.48. n.94. & 95.

Vendere quis cogit, ut pro reædificatione, & pro Dormitorii extenſione, ibid. n.97.

Amplia, ut non ſie neceſſaria præciſa necaſſitas, ſed ſufficiar utilitas, vel majus decus Eccleſiæ, ibidem num. 98.

Amplia, ut Eccleſia poſſit cogere ad dd. effectus vicinos ad vandendum ſervitutem altius non tollendi etiam via publica intermedia, ibid. n. 99.

Amplia, ut ex eadem ratione poſſit cogere vicinos ad vendendum ſerviturem non proſpiciendi, & obturandi feneſtras ibid.

Am-

Index Materiarum.

Amplia, ut Eccleſia poſſit cogere vicinum ad vendendum pro ampliatione, quamvis inter Domum vicinum, & Eccleſiam adſit via publica, ib. n. 100.

Declara, ut ib. num. 101.

Et quando non adeſſent aliæ Domus vicinæ quibus commodius poſſet Eccleſia uti, ſecus contra, ib. num. 102.

Amplia, quod quis tenetur vendere etiam pro ædificando, vel ampliando Hoſpitio Religioſorum, & pro ampliatione viridarii Monaſterii, & pro viridarii Clauſura, ibid. num. 103. & 104.

Vendere, qui cogitur etiam pro ampliatione Capellæ, vel Oratorii, aut ejuſdem ædificio, ib. num. 104.

Amplia, ut ad d. effectus non ſolum poſſit privatus cogi ad vendendum totam rem, ſed etiam partem illius, ſi tantum pars ſit neceſſaria, ib. num. 106.

Sed hoc caſu ultra juſtum pretium illius partis ſolvi etiam debet ab Eccleſia damnum, quod coacto infertur, ib. n. 106.

Amplia ut pro dd. effectibus poſſit cogi ad vendendum habens rem fideicommiſſo ſubjectam, imò expreſsè alienari prohibitam etiam ob hanc Cauſam, dict. quæſt. 48. n. 107.

Limita ſi Palatium ſit antiquiſſimum, & inſigne quod familiæ ſplendor conſervetur, ib. num. 108.

Amplia etiam inter duas Eccleſias quarum una cogitur vendere alteri quomodo hoc procedat, dicta qu. 48. n. 109. 110. 111. 112. 113.

Amplia quamvis privatus vellet in domo, quam Eccleſia vult retrahere pro ſua ampliatione ædificare pro ornatu Urbis, d. q. 48. nu. 114.

Vendere quis cogitur penuriæ tempore victualia, & frumentum quamvis habeat quodcumque privilegium, immò quamvis ſit de familia Principis, quæſt. 49. n. 1.

Amplia licet habeat privilegium 12. filiorum, & ſint Eccleſiaſtici, ib. n. 2.

Vendere quis cogitur victualia, ut Civitas abundet, ibid. num. 7.

Vendere quis cogi poteſt à Judice juſto pretio victualia, quæ publicè expoſuit venalia, ibidem num. 18.

Vendere non cogi poſſunt frumentum tempore penuriæ illi, qui retinent quantitatem, quæ pro proprio uſu tantum ſufficiat, ibidem num. 20.

Neque unus tantum poteſt cogi, ſed exuberantes omnes ſunt cogendi, ib. n. 21.

Cætera ad hunc materiam. Vide in verbo *Univerſitas*, in verbo *Civis*, & in verbo *Judex*.

Vendens maximam partem prædii, poteſt cogi ad vendendum ab eodem emptore particulam remanentem, qu. 53. num. 2.

Vendere invitus nemo cogitur, deciſion. 8. poſt tract. num. 2.

Vendere, quod quis cogatur reputatur pœna, ibid. num. 3.

Pro Eccleſia amplianda Papa privatos vendere cogit dec. 8. poſt tract. n. 28.

Vendere rem dilata pretii ſolutione, eſt vendere minori pretio, q. 5. num. 1.

Prohibitio, quod res non vendatur, niſi inter certas perſonas, & prælationis jus multum differunt, quæſt. 68. n. 8.

Vendens rem ſuper qua competit prælatio ab ipſa prælatione excluditur, dec. 13. n. 5.

Vendere rem propriam quiſque poteſt cuicumque velit, nec tenetur unum, vel alterum præferre, dec. 15. n. 2.

Procedit concluſio in prælatione petita reſpectu conſortii de bonis allodialibus, & in venditione jam facta, ſecus in fideicommiſſariis, & re adhuc integra, ib. n. 3.

Vendens extraneo rem, non facta denunciatione ei, qui erat ex conventione præferendus, excuſatur à pœna, dec. 15. num. 6.

VENDENDI facultatem non tollit prælatio nec præjudicat venditori in pretio, ſed tantum in electione potius unius, quam alterius perſonæ, & operatur, quod venditor invitus vendat ei, quem non elegit, & cui nunquam vendidiſſet, q. 2. n. 5. & 6.

Contrarium videlicet, quod præjudicat venditori in pretio, quia res minoris venditur, quando adeſt ejuſdem Juris periculum, d. q. 2. num. 9.

Et ſummopere præjudicat, quia venditor difficilè invenit emptorem, num. 10.

In venditione facta ſubhaſta quando exercetur prælationis remedium, non videtur privare debitorem libertate diſponendi de re ſua, nec propterea cenſeri poteſt odioſum, q. 2. num. 15.

Contrarium, ibid. n. 16.

Venditione facta plurium rerum ſubjectarum Juri prælationis, ſi in omnibus ab una tantum perſona petatur prælatio, eſt adeundus Judex domicilii rei Conventi, vel loci, in quo major pars rerum ſita eſt, non autem quilibet Judex loci rei ſitæ contra opinionem Tiraquell. quæſt. 3. num. 21.

Ampliatur concluſio, quando plures petunt prælationem vigore ejuſdem qualitatis, & unius venditionis, ibid. n. 22.

Venditione facta plurium rerum in diverſis locis exiſtentium, ſi plures concurrant ex diverſo Jure, & cauſa diſtincta, tunc quilibet proprium Judicem rei ſitæ adire poteſt, q. 3. n. 25.

Cætera. Vide verbo *Judex*.

Venditio facta ſine denonciatione, an ſit nulla reſpectu omnium, Vide in verbo *Denunciatio*.

Venditio obtenta prælatione, non reſcinditur, ſed potius confirmatur, q. 5. n. 1.

Venditis pluribus rebus, quarum aliqua ſit prælationi obnoxia, aliqua verò non prælationis jus habens poteſt ſuper re illa præferri aliis omiſſis, etiam reluctante emptore, quæſt. 13. num. 1.

Et prætium hoc caſu debet determinari à Judice, habito reſpectu ad omnes res venditas, ibid. num. 2.

Venditione plurium rerum facta, non debet impoſſibilitati facultas prælationem obtinendi in re illa particulari ſubjecta prælationis Juri, ibid. num. 3.

Venditis pluribus rebus etiam unico prætio, ſi res ipſæ ſint diverſæ, & ſeparatæ, plures venditiones dici poſſunt, d. quæſt. 13. n. 4.

Venditis pluribus rebus, ſi ſuper una re tantum competat prælatio emptore volente, tenetur is, qui vult præferri, aut omnes res emere aut totum relinquere, ibid. num. 5.

Venditione unica facta plurium rerum pro unico pretio, non poteſt quis ſuper una re præferri alteris ommiſſis, ibid. num. 6.

Diſtinguo, ut ibid. num. 7.

Venditionis contractus tunc dicitur individuus, quando venditio plurium rerum fuit facta unico pretio, & conſtat evidenter emptorem partem alias non emiſſe, nec tantam utilitatem potuiſſe habere in quolibet prædio, quantam habuiſſet in omnibus ſimul venditis, ib. num. 9.

Venditis pluribus rebus, quæ omnes juri prælationis favore unius, ſunt obnoxiæ, non poteſt ſuper una re prælatio peti aliis ommiſſis, ibid. num.10.

Amplia, quamvis res ſint omnino ſeparatæ, & diſtinctæ, ibid.

Contraria opinio defenditur. ibid,num.11.

Vendita re emphyteutica ſubjecta pluribus Dominis, poteſt unus ex Dominis cæteris nolentibus ſuper tota re præferri,etiam emptore diſſentiente,d.quæſt.13. num.16.

Pluribus prælationem habentibus in venditione unius rei, nolentibus aliquibus præferri poteſt unus ſuper parte ad ipſum ſpectante invito emptore prælationem petere, ibid. num. 22.

Venditione facta plurium rerum pretio diviſo in ſingulas res poteſt prælatio peti ſuper una re tantum cæteris ommiſſis, ibid.n 29.

Prælationis jus exerceri non poteſt etiam ſuper re prælationi obnoxia cæteris bonis dimiſſis,quando quis vendidit univerſum ſuum patrimonium d.quæſt.13.num.36.

Contrarium verius defenditur, ibid.

Venditione facta uni ex conſortibus,aut vicinis quibus prælatio competit, cæteri conſortes, vel vicini prælationem petere non poſſunt, quæſt.14. num.24.

Contrarium tenuerunt plures in caſu,quo res vendita ſit alteri, qui minus privilegium habet, vel remotior eſt cæteris, ibid.num.25.

Imò, quod etiam ſi plures exiſtant in æquali gradu, & habeant æquale privilegium,facta venditione uni, cæteri admittantur pro eorum rata tenuerunt Bald. & plures alii, ibid.num. 26.

Statuto diſponente Domum non poſſe alienari extra conſortes facta venditione uni ex Conſortibus, alii admitti nequeunt, ibid. nu. 27.

Statuto diſponente, quod facta venditione penitus extraneo Conſors præferatur non poſſunt alii Conſortes præferri pro eorum rata facta venditione uni ex Conſortibus, ibidem numer. 28.

Vendito feudo à Vaſſallo uni ex Agnatis, an poſſint cæteri Agnati æquè proximi portionibus ſuis rem retrahere, ac prælationem petere. Vide in verbo *Feudum*.

Venditio facta cum conditione, quatenus Dominus directus,vel prælationis jus habens approbaverit venditionem, non dicitur facta in fraudem, quamvis pactum reſolutivum ſit adiectum ad effectum Dominum directum à prælatione excludendi, ibid. num.6.

Declara id procedere. dummodo ſtatim, ac Dominus non approbaverit contractus reſolvatur, ſecus ſi adhuc contrahentes in contractu perſiſterent, ibid.

Venditio facta cum conditione, quod nulla ſit veniente prælationem petente, non dicitur facta in fraudem, ibid.n.7.

Dummodo ſtatim,ac prælationem petens venerit, nulla declaretur, ibid.

Declara id procedere quandò fuit facta venditio ſub conditione impeditiva, vel reſolutiva contractus, quatenus Dominus veniret, ſecus ſi venditio ſit pura, & contrahentes dixerint, quod nemo poſſit ſuper re vendita prælationem petere, ibidem nu. 8.

In venditione facta à non Domino, quem emptor Dominum fuiſſe credebat, prælationis jus competit, ſi verus Dominus ſciens, & non clamans paſſus eſt emptorem uſucapere, q.16.nu.4.

Declara id procedere in venditione perfecta uſucapione, ſecus in donatione facta à non Domino, quem Donatarius Dominum eſſe credebat, d.q.16. n.5.

Venditione facta à non Domino prælatio competit illis qui habent cauſam à verò Domino, ibid. nu.6.

Venditione facta à non Domino conſideranda eſt perſona venditoris, non illa veri Domini, ibid. nu.7.

Venditione facta rei alienæ à non Domino prælatio debet competere habentibus cauſam à verò Domino, qui tacitè conſentit venditioni mediante uſucapione. ibidem num. 9.

Declara id procedere quando venditio fuit facta à non Domino nomine veri Domini, & vendens habebat mandatum ab homine, vel à lege, aut ſubſequuta eſt veri Domini ratihabitio, d.q.16. nu.10.

Quando verò non Dominus vendit rem alienam nomine proprio, nec reperiebatur in poſſeſſione rei venditæ, nemini prælatio competit, ibid. nu.11.

Si verò non Dominus poſſidebat,& tunc non completa uſucapione, prælatio non poteſt dari illis, qui habent cauſam à vero Domino; Uſucapione verò completa, prælatio danda eſt cauſam habentibus a verò Domino, ibidem.

Hoc tamen medio tempore quo uſucapio completur prælationis jus dari debet illis, qui habent cauſam à vendente,ſi venditor poſſidebat, & verus Dominus non concurrat,nec inhibeat, ibid. nu.12.

Emptor non poteſt excipere de deffieientia Domini vendentis, neque ſub hoc prætextu negare prælationis jus illis,qui cauſam habent, d.q.16. n.12.

Venditione facta à non Domino etiam præſcriptione, vel uſucapione completa, competit actio verò Domino adverſus venditorem pro repetitione pretii, ibid. num. 15.

In venditione rei immobilis non competit prælationis jus quando lex, aut ſtatutum habet verba, quæ comprehendunt tantum rem immobilem, ibid. n 17.

Amplia quamvis mobilia eſſent pretioſa, ibid.

Amplia etiam quando lex, aut ſtatutum habet in ventre rationem, quæ non adaptatur rebus mobilibus, ibid. num 18.

Limita quando lex,aut ſtatutum generaliter loquitur, nec habet in ventre rationem, quæ ſolis immobilibus adaptetur, & multo magis quando ratio, per quam lex movetur, & æquè congruit immobilibus,mobilibus,& ſemoventibus, ibid.n.19.

In venditione Molendinorum datur prælatio, ſi ratio, & verba legis ſint generalia, & indiſtincta, ibid. n. 20.

Si vero verba legis comprehendant tantum immobilia,prælatio dabitur, ſi Molendina ſint ſolo fixa, ſecus vero ſi ſint ſuper flumine ad inſtar navium, ibid.

Idem procedit in venditione navium, ibid. nu. 21.

In venditione columnarum, ſive inſtrumentorum bellicorum datur jus prælationis, ſi columnæ ſint ſolo fixæ, aut Inſtrumenta bellica cum ipſo Caſtro vendantur, ibidem num.22.

Si vero Columnæ non ſint ſolo fixæ, aut Inſtrumenta bellica cum Caſtro non vendantur, prælatio non competit, ſi lex de venditione immobilium loquatur, ibid.

Idem procedit in ſtatuis venditis, ibidem nu. 23.

Digitized by Google

Index Materiarum.

Prælationis jus competit in venditione Piſcinæ, Stagni, Columbarii, & ſimilium locorum, in quibus continentur Sylveſtres Animantes, d. q. 16. n. 24.

Amplie etiam in piſcibus, & animalibus in ipſis locis exiſtentibus, quæ faciunt unum, & idem corpus, & ſunt pars fundi, ib.

Declara id procedere quando piſces, & animalia in hujuſmodi loco repoſita ſunt ut multiplicarentur, & creſcerent, ſecus ſi ibidem ſint cauſa donandi, aut alibi transferendi, ib.

In venditione ſervitutis, an & quando detur prælationis jus. Vide in verbo *Servitus*.

In venditione Cenſus an competet prælatio. Vide in verbo *Cenſus*.

In venditione fructuum pendentium an & quando, competat prælatio. Vide in verbo *Fructus pendentes*.

In venditione conditionali an competat prælatio, Vide in verbo *Conditionalis venditio*.

Vendita hæreditate, an competat prælatio. Vide in verbo *Hæreditate vendita*.

Quotieſcumque res vendita fuit pro pretio, quod Titius arbitratus fuerit, & Titius non declaraverit, prælatio non competit, d. 16. n. 55.

Quando verò perſona, quæ debebat pretium arbitrari, non fuit determinata, vel quando electus fuit alter ex contrahentibus, tunc etiam mortuo illo, qui debebat pretium ſtatuere, ſupplebit Judex, & prælatio dabitur, ib.

Venditio facta cum pacto. Vide in verbo *Pactum*.

In venditione modali an prælatio competat. Vide in verbo *Modalis*, vel *Modus*.

Venditione facta cum pacto reſervationis *Dominii*. Vide in verbo *Dominium*.

In venditione facta vi, dolo, aut metu competit prælatio, quando tam emptor, quam venditor fuerunt doli participes &c. ſi verò venditor ſolus fuit particeps, tunc emptor poterit allegare nullitatem & è contra, dict. quæſt. 16. num. 105.

In venditione nulla, imperfecta, vel facta ſine pretio, non competit prælatio, q. 16. n. 106.

In venditione ſimulata, an competat prælatio. Vide in verbo *Simulata*.

In venditione, quæ non eſt venditio, ſed contractus pignoris, vel alius ſimilis, an competat prælatio. Vide in verbo *Pignoris contractus*.

Et è contra in contractu pignoris, vel alio, qui verè talis non ſit, ſed ſit contractus emptionis an prælatio detur vide, ib.

In venditione litigioſæ rei, an & quando competat prælatio. Vide verbo *Litigioſæ rei in venditione*.

Vendita re cum clauſula quod ſi plus valent donat prælatio locum habet, & prælationem petens tenetur ſolvere tantum pretium ſolutum, q. 16. num. 220.

Multa alia, Vide in verbo *Donatio*.

Venditione facta cum promiſſione de faciendo ratificare alios habentes partem Dominii illis nolentibus ratificare, prælatio competit, q. 16. num. 233.

Venditio, & emptio, quæ cenſetur facta inter Virum, & Uxorem, quando res data eſt æſtimata, cenſetur facta ex cauſa dotis, q. 17. n. 27.

IN VENDITIONE facta ab hærede ex præcepto Teſtatoris non competit prælatio, q. 18. n. 7.

Venditio facta in teſtamento habet vim, & naturam contractus inter vivos, q. 18. n. 9.

Venditio facta ab hærede exequente voluntatem defuncti, non dicitur facta ab hærede, ſed ab ipſo defuncto, ib. num. 10.

In venditione facta ab hærede exequente voluntatem teſtatoris, qui mandavit rem vendi alicui prælatio competit, q. 18. n. 12.

Alia multa de hac materia. Vide in verbo *Teſtator*.

Venditionis contractus non poteſt alterari in præjudicium prælationis jus habentis, q. 20. n. 23.

Venditio rei cenſitæ facta ſine denunciatione, non eſt nulla, ſed tantum reſpectu cenſuerii eſt imperfecta. & hoc caſu cenſuarius intra 30. annos poteſt prælationem petere, q. 32. n. 27.

Prælatio non competit in venditione fundi illi qui ſuper dicto fundo ex diſpoſitione Teſtatoris habet reſponſionem annuam, q. 31. num. 5.

Venditio an ſemper denunciari debeat illi cui competit prælatio. Vide in verbo *Denunciari*.

Alia ad materiam denunciationis. Vide in verbo *Denunciatio*.

Quando venditur res noſtrorum majorum prælatio non competit, q. 36. num. 46.

Venditione facta à Fiſco an & quando admittatur nova oblatio, & alia ad materiam. Vide in verbo *Fiſcus*.

Venditione facta pro certo pretio cum pacto faciendi æſtimationem, & cum pacto reſundendi quod deſit verò valori rei eſt perfecta, dec. 5. poſt tract. num. 1.

IN VENDITIONE AD VITAM non habet locum prælatio, q. 16. num. 98.

Contrarium tenuerunt alii plures credentes quod hæc ſit vera venditio, ibid. num. 99.

In venditione ad vitam non competit prælatio, quando verba, aut ratio legis tali venditioni non congruunt, d. q. 16. n. 100.

Aut quando lex utitur verbis, quæ perpetuam alienationem, & continuam Dominii diſtractionem reſpiciunt, ibid. num. 101.

Secus quando lex generaliter prælationem concedit, & ratio æquè congruit venditioni ad vitam, & venditioni perpetuæ, ibid.

Lim. quando venditio eſt facta ad modicum tempus duratura, ibid.

IN VENDITIONE VERE NECESSARIA, inſpecta origine, & exequutione prælatio non competit, qu. 17. n. 1.

Amplia in venditione facta vigore legis, ſtatuti, aut reſcripti Principis, quem ad vendendum cogentis, ibid.

Amplia in venditione facta ab illo, qui vigore legis ſciebat poſſe compelli ad venden. ib. n. 2.

Amplia in venditione facta coactè pro cauſa libertatis pro favore religionis, & pro ampliatione, vel decore publicorum ædificiorum, ibid. num. 3.

Amplia in venditione facta ſpontè ab eo, qui ſciebat poſſe cogi vigore indulti Principis, aut ſtatuti, ibid. n. 4.

In venditione, quæ inſpecta origine eſt voluntaria, inſpecta verò exequutione eſt neceſſaria qualis eſt ſubhaſtatio an prælatio competat. Vide in verbo *Subhaſtatio*.

In venditione neceſſaria non competit prælatio, quæſt 18. n. 4.

Venditis duabus Terris, vel Civitatibus unico pretio, poteſt admitti una Terra, vel Civitas, licet altera nolit, vel non redimatur, q. 47. n. 39.

Lim. quando ambæ terræ erant tanquam ſub una Baronia, ibid.

Venditio cum reſervatione dominii proprii, quouſque pretium ſit ſolutum, induit potius naturam locationis, q. 72. n. 7.

Intellige id procedere impropriè, quia revere contractus eſt vendit, ib. n. 8. & 9.

Venditio cum pacto reſervationis dominii proprii, aſſimilatur contractui emphyteutico, & livellario, ib n. 18.

Contrarium tuetur Author. ibid. n. 19. & 20. ubi notatur differentia.

Index Materiarum.

Venditis pluribus corporibus unico pretio, ſi ſuper altero tantum competat prælatio, tunc datur electio poſſeſſoria, an valit ut intentans prælationem retrahat unum corpus tantum, vel omnia ſimul, dec.10.n.21.

VENDITOR expectata tenetur ſolutionem in tempus dilatam, tam reſpectu prælationem petentis, quam reſpectu emptoris, q.5.n.8.

Sed ſi prælationem petens non ſit æquè idoneus ut erat emptor, tunc ſufficit, quod præſtet cautionem de ſolvendo finita dilatione, ibid.

Vanditor obtenta prælationa, an & quando teneatur evictione. Vida in verbo *Evictio.*

Venditor, & emptor ſe habent correlativè, quæſtion. 21. num. 3.

Venditor recuperans realem poſſeſſionem rei quam vi vendidit tenetur ſemper, & indiſtinctè reſtituere pretium, quod ipſe recepit, q.22.nu.37.

Vanditor probibitus vendere niſi Titio, ſi requiſivit Titium ut emeret ante venditionem. & Titius recuſaverit, poteſt cuicumqua vendera, q. 25. n. 16.

Venditor introducta lite ſuper prælationa, an poſſit eſſe Teſtis Idonaus pro emptore. Vida in verbo *Teſtis.*

Venditor non cogitur etiam pretio oblato vendere viam nec partem, qaam non vendidit licet alibi non pateat emptori acceſſus, q.48. n.45.

Venditor eſt præferendus concurrente illo, qui habet jus prælationis, & venditore, qui vendidit cum pacto de retrovendendo, q.16.n.81.

Venditori in pretio præjudicat prælatio, quia res minoris venditur quando adeſt ejuſdem juris periculum, quæſt.2.num.9.

Et ſumopere præjudicat quia venditor difficilè invenit emptorem, ibid. n. 10.

Contrarium quod videlicet non præjudicet in pretio vide q.2. n.5.

Venditori facultatem vendendi non tollit prælationis jus, ſed tantum illi præjudicat in electione potius unius, quam alterius perſonæ, q. 2. n.5.

Et operatur quod invitus vendat ei quem non elegit & cui numquam vendidiſſet, ibid.nu.6.

Vanditor cum reſervatione dominii quouſque ſolutum ſit pretium, poteſt uti remediis avocationis rei, manuum injectionis, & aſſociationis, ſed non poteſt reſilire à contractu, q.72.n.29.

Venditor cum reſervatione veri dominii retinet directum, & tranafert utile tantùm, ibid n.30.

Coſors præfertur in venditione facta ab alio Conſorte, ibid.

Contrarium, ut verius, putat Author. ibid. nu. 32.

Conſortium adeſt inter venditorem ſibi reſervantem dominium, & emptorem, ibid. n.30.

Contrarium ſubſtinet Author. ibid.nu.32.

Intallige procedera, quando reſervatio dominii eſt perpetua, ſecus quando eſt ad tempus, vel ad certum effectum ibid. nu. 31.

VERBUM *Reſtituere* importat reſtitutionam eorum, quæ accepimus, p.38.n.20.

Non autem importat ſolvera de proprio, ibidem num.21.

Verbum *Heres* in materia feudali, idem ſonat ac deſcendens, q. 42. n.16.

Verbum *placuerit* non importat neceſſitatem, ſed liberam facultatem oſtendit, p.71.n.8.

Verbum *à diſpoſitioue*, ſecum ferunt Dominium. dec. 7. poſt tract.nu.4.

Verba *per le frutti del mio Curſorato*, important Dominium, & poſſeſſionem ſcribentis, dec. 7. poſt tract. n. 20.

Verbum *mio* importat Dominium, ibid. n. 21. & 22.

Verba contractus quando reſpiciunt ipſius perfectionem futuram prælatio non datur. q.16.n.56.

Vel quando verba præſentis temporis ſunt unita cum conditione, quæ in futurum verificari debeat, ibidem num. 57.

Si verba contractus demonſtrent venditionem jam eſſe perfectam, licet adſint verba reſolutiva in caſu non evenientis, vel evenientis conditionis, prælatio datur, ibidem num. 58.

VICINUS non admittitur ad prælationem petendam in re feudali pro alio, q.9.n.7.

Amplia ut nec admittatur ad prælationem petendam pro Amico ibid.n.8.

Inter plures vicinos, is debet præferri, qui habet duas, aut plures adjacentias, & majorem numerum vicinitatum, q.14.n.12.

Venditione facta uni ex vicinis, quibus prælatio competit, an cæteri vicini prælationem petere poſſint. Vida in verbo *Venditio.*

Vicino non competit prælatio, q.33. n.1.

Vicinus non poteſt cogere alium vicinum ad vendendum, ibid.n.2.

Contrarium ſcilicet; quod vicino competat prælatio tanuit Fabian.da Monte, qui tamen communiter reiicitur, ibid.n.3.

Vide etiam in verbo *Gregoriana.*

Vicinus habens magnam Tenutam, poteſt cogere ad vendendum alterum habentem propè ſuam Tenutam Prædiolum, ibid. n. 7.

Contrarium tamen eſt verius, ibid. n.8.

Vicinus qui vult præferri vigore Gregorianæ non poteſt, ſi ſe non obliget ad ædificandum ad ornatum Urbis, ibid.num.11.

Vicinus vandita domo, & jure redimendi rem adherentem, acceſſoria ad d. domum unico, & confuſo pretio; præfertur tam in emptione Domus, quam d. Joria redimendi, ibid.num.24.

Declara tamen ut ibid.

Vicinus, qui vult ædificare ad ornatum Urbis vigore Gregorianæ præfertur Inquilino, q. 33.n.38.

Vicinus, & Inquilinus vigore Gregorianæ præferuntur in concurſu cenſuarii, & conſanguinei, ibid. no.39.

Limitia in concurſu conſortis prælationem petentis vigore ſtatuti Urbis, q.33.n.40.

Inter plores vicinos prælationem petentes vigore Gregorianæ, is præferendus eſt, qui magis indiget, & ſepoſita indigentia, is qui vicinus ſit à pluribus partibus, & inter æquales, is qui plus, quiqua ad majorem ornatum ædificare voluerit, ibid.nu.41.

Inter plures vicinos is præfertur, qui habet majus jus, & majorem partam, ibid.n.42.

Inter plures vicinos is præfertur, qui inſimul vicinus eſt, & conſors, ibid.n.43.

In paritate autem juris, & partis is præfertur qui prius præoccupavit, ibid.

Vicinus, qui præfertur vigore Gregorianæ, poteſt expallere Inquilinum, nec tenetur erga illum ad damna, & intereſſe, ibid.nu.63.

Concurrante vicino cum Domino directo quis præferatur.

Vide in verbo *Dominus directus.*

Vicinus cogi poteſt ab altero vicino ad vendendum ſibi locum commodum pro via, ſi ad colendum & aquandum proprium fundum non poteſt per aliam viam accedere, qu.48.n.42.

Declara ut ibid. nu 43.44. & 46,

Vicinus præfertur in emptiona, quando alter vicinus rixoſus, & ſcandaloſus vult vendere alteri pariter rixoſo, & ſcandaloſo viro, q.48. n.78.

UNICITAS Orationis efficit ut omnia in ea contenta debeant tamquam unica, & connexa conſiderari, deciſ.14.num.24.

UNI-

Digitized by Google

UNIVERSITAS non poteſt vendere partem conſocii eo inviro, q. 38. ou. 27.

Univerſitas poteſt cogere ſuoſcives ad patrios colendos agros ſi pro publica utiliaate, aut neceſſitate cultotibus indigeat, q. 45. no. 4.

Univerſitas. & Vaſſalli prælationis jus habeot quando Princeps vult Civitatem ipſam Baroni vendere, quæſt 47. num. 5.

Sed de hoc. Vide etiam ibid. n. 13. & ſeqq.

Univerſitas, & Vaſſalli prælationis Jus non habent, quando Princeps eos vult vendere alteri, ibid. num. 12.

Univerſitates tam magnæ, quam parve admittuntur ad prælationem petendam, q. 47. n. 38.

Univerſitate comparente, & prælationem petente non poteſt Fiſcus recipere majorem oblationem, & uti privilegio addictionis in diem, d. q. 47. n. 47.

Contrarium tamen defenditur, ibid. n. 48.

Uoiverſitates non habent privilegium addictionis in diem in venditione rerum ſuarum, ibid. nom. 49.

Univerſitas, an præferatos quando Princeps vult alteri terram locare, vide d. q. 47. num. 50.

Univerſitas præfertur quando ob ejus debita venditur proprium fundum, vel predium, ibid. num. 55.

Contrarium ſcilicet, quod non præferatur, ſed quod admittatur tantum ad ſolvendum debitum, eſt verius, ibid.

Univerſitas, & ejus Cives penuriæ tempore habent jus prælationis in emptione frumenti recollecti in ejus Territorio, q. 49. num. 8. & 9.

Limita ceſſante neceſſitate, aut publica utilitate, d. qu. 49. num. 10.

Univerſitas non habet Dominium bonorum Civium, nec è contra, ibid. num. 12.

Univerſitas, quæ præfertur tempore penuriæ in emptione frumenti tenetur ſolvere juſtum pretium ab alio oblatom, & ſolutum, ibid. num. 15.

Contrarium, oom. 16.

Declara, ut ibid. num. 17.

Univerſitas non poteſt cogi ad emendum frumentum, diſtriboendum per focolaria in aliqua Provincia, ubi ſit maxima frumenti abundantia, ibid. num. 22.

Univerſitas poteſt prohibere ne homines alicujus Villæ ducant panem in Civitatem ſi illi nolint accipere frumentum partiti Civitatis, ibid. num. 24.

Univerſitas poteſt cogere Cives ad reemendum frumentum pretio, qoo illud emeret, licet majori currenti æſtimatione, ſi marceſcat vel ſit ſuperfluum, ibid. num. 26.

Univerſitas poteſt cogere Cives ad præſtandum animalia, aliaque Inſtrumenta neceſſaria pro aſportando frumento tempore neceſſitatis, ibid. num. 27.

Amplia, ut poſſit cogere eoſdem ad revelandum frumenta, quæ collegerunt, ot videatur, an ea ſufficiant, d qu. 49. num. 27.

Cætera. Vide in verbo *Neceſſitatis tempore*, *Cives*, *Vendere quis cogitur*.

Univerſitas, quæ cogere poteſt privatum, aut Baronem ad aquam vendendum pro uſu Civium, præfertur etiam in venditione, voluntaria, niſi tamen privatus promptus eſſet Civitati vendere aliam partem ſufficientem ipſius aquæ, qu. 50. num 7.

Univerſitas poteſt ducere per fundos privatorum aquam publicam etiam ipſis inviris, d. q 50. oum 8.

Amplia, ut privatos cogere poſſit dicto caſu ad venden. locum pro aqua docenda, ibid. nom. 9.

Amplia etiam pro ducenda aqua pluvia, & faciendis collaticiie, ibid. num. 10.

Et in dd. caſibus præfertur etiam in voluntatia venditione ſi vendatur locus megis commodus pro aqua ducenda, ibid.

Et io hoc caſu univerſitas tenetur ſolvere non ſolom juſtum prerium terræ neceſſariæ pro aquæductu, ſed etiam reficere damnum, quod poteſt in futurum contingere ex dicto aquæductu faciendo, & damnum, quod ex incommoditate evenit, ibid. num. 11.

Immò in taxa pretii debet haberi ratio ipſius coactionis, quod tamen Auctor non admittit, dict. quæſtion. 50. num. 12.

Univerſitas poſtquam eſt perfectus contractus, & extincta candela non poteſt uti privilegio leg. ſi tempore Cod. de fid. inſtrument. & jur. haſt. Fiſc. admittendo novas oblationes, & devenniendo ad novam licitationem, qu. 65. num. 27.

Contrarium defendunt alii, ſed prima opinio eſt verior, ibid. num. 28.

Univerſitas non babet reſtitutionem in integrum adverſus contractum validè perfectum, niſi probet magnam, & conſiderabilem læſionem, q. 66. num. 10.

Multa admittuntur contra privatum commodum, & cum aliquo privati damno, ut pluimum incommodum evitetur, qu. 54. o. 15.

VOCATO in ſucceſſione alicujos rei prælatio non competit, q. 36. num. 48.

Vocatio ſimplex in feudo novo non operatur ad favorem vocati prælationem, ſecus autem in elus feudis, & in fideicommiſſo, dec. 14. num. 4.

VOLUNTAS Teſtatoris non debet reſtringi, nec ſperni, aot negligi, q. 18. n. 5.

Voluntas Teſtatoris tunc eſt ſervanda, ſi legi non contradicat, qu. 18. num. 8.

Voluntae Teſtatoris eſt ad unguem ſervanda in iis, quæ prætet, aut ſecundum Jus diſpoſuit, ſecus verò in iis, quæ contra Jus diſpoſuit, q. 18. n. 14.

Voluntas Teſtatoris contra rigorem joris ſcripti non attenditur, q. 36. n. 49.

Voluntae, & poteſtas contraria removent, dec. 8. poſt tract. n. 12.

Voluntates ultimæ ſunt pactis ſavorabiliores, dicta deciſ. 8. num. 38.

USUFRUCTUARIO, an & quaodo ſacienda ſit denunciatio, Vide in verbo *Denunciatio*.

Uſufructuarius prælationem petere non poteſt nomine proprietarii, quidquid dicat Rendell. quæſtion. 4. n. 25.

Uſufructuarius, qoi tenetur cavere, ſi ob paupertatem non poſſit, admittitur ad juratoriam cautionam ſi ſit bonæ famæ, q. 5. n. 9.

Contrarium plures affirmant, ibid.

Alii concludunt, quod hoc caſu poſſeſſio eſt relaxenda hæredi, qui ſatis dare uſufructoerio omnes fructus, ibid.

Uſufructus, aut ſervitus vendita, Domino, tunc dicitur extincta, quando Dominus acquiſivit irrevocabiliter, ſecus ſi revocabiliter, qu. 30. num. 10.

Uſufructuerius ſi emat proprietatem veniente prælationem, petente, & retrehente proprietetem remanet adhuc uſufructuarius prout prius erat. d. q. 30. num. 11.

Uſufructuarius præfertur, quando venditur proprietas, q. 59. num. 5.

Contrarium eſt verius, d. q. 49. num. 6.

USURA pretii interim otioſe retenti ab empore, ſolvi debet à prælationem petente, quando emptor fructus pro rata temporis non aſſcqueretur, q. 27. num. 45.

USUMHABENS alicujus ſilvæ, aut vineæ poteſt tantum uti lignis ad uſum quotidianum, pomis, oleribus, & ſimilibus, ſed non poteſt ex fructibus lucrum facere, qu. 58. n. 4.

Limita quando uſus relictus, aut datus redderetur inutilis, ſi non locaretur, aut venderetur, ibid. n. 5.

Uſum Sylvæ habens, ſi Sylva ſit longinqua poteſt vendere tot ligna ex quibus retrahat ſumptus vecturæ,& inciſionis, ib. n. 6.

Sylvæ uſum habens, non poteſt lucri gratia ligna facere, nec ex Sylvæ Arboribus Calcis Calcariam, ſeu Carbonariam, ib. n. 7.

Uſu Prati conceſſo, vel legato duobus, cujus fœnum ſufficit pro decem equis, ſi uterque habeat quinque equos, quilibet utitur pro medietate, ſi vero onus habeat tres equos alter vero ſeptem, primus participabit pro tribus, alter pro ſeptem, d. q. 58. n. 9.

IN VENDITIONE USUSFRUCTUS an detur prælatio. Vide in verbo *Servitus.*

Uſusfructus poteſt alteri cedi, & locari, q. 58. n. 2.

Uſusfructus etiam invito proprietario poteſt ab uſufructuario alteri vendi, q. 58. n. 18.

Uſusfructus amittitur facta ejus ceſſione, aut venditione extraneis ſine Domini conſenſu, ib. n. 21.

Contrarium tanquam verius defenditur, dict. quæſt. 58. num. 22.

UTILITAS PUBLICA expoſcit, ut ſubditi potius ab uno, quam à pluribus gubernentur, q. 34. n. 19.

Utilitas publica debet præferri privatæ, q. 54. n. 14. dec. 7. poſt tract. num. 21. dec. 8. poſt tract. num. 43.

Imo præferri debet ipſius Supremi Principis utilitati, d. qu. 54. d. n. 14.

Utilitas publica facit, ut aliqua permittantur, quæ alias prohibita eſſent, d. dec. 8. poſt tract. num. 23. 24. & 25. ubi de exemplis.

UXORI an ſufficiat fieri denunciatio, quando prælatio competit marito. Vide in verbo *Denunciatio.*

Uxor diſſentiente Marito non poteſt petere prælationem debitam occaſione rei Dotalis, & è contra ipſo volente non poteſt contradicere, q. 4. num 16.

Dominium rerum Dotalium, an ſit apud Uxorem, vel Maritum. Vide in verbo *Dotalis fundi Dominium.*

Uxori, vel ejus hæredibus, reſtitui debet res acquiſita jure prælationis à Marito propter rem dotalem ſoluto Matrimonio, licet vir propria pecunia illam quæſierit, cum tantum ei remaneat actio ad pretium, quæſt. 4. n. 19.

Uxoris conſenſus, vel diſſenſus præponderare debet illi mariti, quotieſcumq; jus Uxoris eſt potentius illo mariti, q. 4. n. 21.

Limita quando Uxor in evidentem perniciem ſuæ dotis, conſentire, vel diſſentire vellet quia tunc Maritus poteſt adire Judicem, ib. num. 22.

Uxoris conſenſus, vel diſſenſus prævalere debet ſi prælatio competat ratione bonorum Paraphernalium, & viro, & Uxori facta ſit denunciatio, ac ambo concurrant, qu. 4. n. 23.

Uxor non poteſt petere prælationem pro Marito captivo, vel abſente, qu. 30. n. 38.

Contrarium tamen defenditur, n. 39. & ſeqq.

I N D E X

Declarationum Legum Canonicarum , Civilium , & Feudalium , quæ in Tractatu Explicantur.

TExt. in cap.Conſtitutus de in integr.reſtit.declararor , q.13.n.26.& q 46.n.13.

Text.in cap.ex litteris de tranſact.decleratur, quæſt. 28.num.38.

Ex Digeſtis.

Text. in l.eut qui eliter ſ. ſed & Servius ff. quod vi , aut clam declararur q.14.n.12.

Tex.in l.1.ff.de privil. Credit.declaretur quæſt.14.n. 7.8.& 9.

Tex.in l indebiti §.ſed & ſi ff.de condit.indeb.declaratur q.16.nu.14.

Tex.in l.licet ff.de in diem eddict.decleratur q.16.nu. 69.

Tex.in l.ſi Jndex ff. de minorib.declaretur q. 21.ou. 16.

Tex.in l.fidejuſſor§.Peter Sejo ff.de pignorib.decleratur q.28. num.39.

Tex.in l.cum furioſus7.§.ſin aotem ff.de curat.furioſ. declaratur q.3.n.42.

Tex.in l.3.§.dari autem,& §.hæreditatis ff. de bonot. poſſeſſ.declaratur q.30.n.44.

Tex.in l.1.ff.ſi áger vectigal.declaretur q. 31. n.109,

Tex.in l.quidem ff.de evict.declaratur q.34.n.9.

Tex.in l. ſi ſervus ff.de donat. declaratur ibid.

Tex.in l.1.ff.de privil.cred.declaratur q.36.n.11.& 12. & n 51.& 52.& q.39.n.6.7.& 20,

Tex.in l.ſi emptiooem ff.de minor.declaretur q.36.n. 47.

Gloſſ.in l.1.§.permittitur verb.plenè ff.de aqu.quotid. & æſtiu. decletatur q.42.ou.16.

Tex.in d.l.1.ſ.permittitur decleratur ibid.no.23.

Tex.in l.quicumque ff.de omoi egr deſert.lib.11.explicatur q.42.n.45.

Tex.in l,Imper.ff.de pact.declaretur q.46.ou,14.

Tex.in l.ſi emptionem ff.de minor.declaretur q.46.n. 17.& 18.& q.64.n.10.15.& ſeqq.

Tex.in l.non amplius 26.§.cum bonorum ff.de leget. 1.declaretur q. 61.n.19.

Tex,in l.ſi quis Sepulchrum ff.de religioſ. & ſumptib. funer. explicatur q.48.n.93.

Tex.io l.neceſſe ff.de in diem eddict. declaretur q.64. n.13.

Gloſ.in eadem l.reiicitur ibid.n.20.

Tex.in l.fin.ff.de Jur fiſc.declaretur g.65.n.23.

Tex.in l.interdum ſ.idem eutem ff. da publican: explicatut q.52,n.10.

Tex.in l.inter publica in fin.ff.de verbor. ſignific. declaretur q.67.n.2.

Tex.in l.66.ff.de Jur.dotium declararur q.58. n.20.& ſeqq.

Ex Codice.

Tex.in l.Sencimus §.ne autem C.de donet.declaratur qu.14.n.9.& q.34.n.9. & q.53.n.7. & per tot. quæſt.

Tex.in l.1.C. de metallar. lib. 11.declaretur q.22.n.5. & q 43.num.18.

Tex.in l.ſi cum Militaribus C. de reſtit. in integr. decleretur, qu.22.nu.35.

Tex.in l. ſi vi C.quod met. cauſ. decleretur q. 22. n. 36.

Tex.in l.fin.de jut.emphyt.declaratur q.24.n.16.& in q.30.per tot.

Tex in l.2. C. ne tei domin. templor. &c. declaratur quæſt. 31. num.18,

Tex.in l.1.C.de ſund. patrimon. lib.11. declaratur q. 31.n.20.& q.44.n.8.& 9.

Tex.in l.unic.C.non licer.hebitat.Metrocom. lib.11. declaratur , q.34.nu.9.

Tex. in l. quicumque Caſtellorum C. de ſund. limitroph.lib 11 declaretur quæſt.34.num.21. q.36. num.61.& 62.quæſt.44.num.18.

Tex.in l.multum intereſt C de comun.rer. alienet.declatatur q.38.n.35.

Tex. in l. ne cui C. locet.explicatur q. 41. n. 3. & per tot.

Tex. in l. qui egros Cod. de omn.ag.deſer.lib.11.declaratur q.48.n 39.

Tex.in l. fin. C.de debitor. Civit. lib. 11. declaratur quæſt.48.num.85.

Tex.in l.ſi tempora C.de fid.Inſtrum.& jur.haſt.fiſcal. declatatur q.65.nu.3.

Tex.in l.congruit C.de locat.prædior.civil. declaratur qu.65.num.14.

Tex.in l.jubemus ſ.& filios Advocatorum C.de Advoc.div.Judic.explicatur q.55. n.7.

Tex.in l.unic.C.non licer.habitet.metrocom.explicatur p.58.n.2. & 7.

Tex.in l.fin.§. ſin eutem tempore ſtetuto C. de Jur. domin.impetret.declaretur q.69.n.2.

Tex.in l.per diverſas C.mendet. decleretur quæſt. 7. num.2.& per tot.

Tex.in l. ab Anaſtaſio C.mandat.decleratut ibid.

Tex.in l.quoties C.de Agricol.& Mancip. Domio.explicatur q.71. nu.5.

Tex.in l.dudum C.de contreh.empt.explicetur q.12. nu.19.& 20.& dec.1.poſt tract.n.14. & 15.dec. 2.poſt treſt.n.6.& deciſ.3.o.8. 9. & 10.

Ex Feudis.

Tex.in c.1.§.ſed etiem res per quos fiat inveſt. declarat.qu.16 n.17.q.35.nu.11.

Tex.in c.1.§.Titius ſi de ſeud.defunct &c. explicat.q. 35.n.34.

Tex.in c.1.§. porrò qual. ol. feud. pot. alien. declat. ibid n.63.

Tex.in eep.unic.§.ſi Vaſſalli tit.hinc fiòit.lex in uſib. feudal. declaratur q. 50.n.9.

Ex Sac. Paginis.

Tex.Sacr.Pegin.lib.3.Regum.cap.21.decleratur q.11; nu.19. & q 48.n.26.& 27.

Tex,in lib.Ruth.c.4.declaretur q.21.nu,18.

INDEX

INDEX

Declarationum Sacræ Rotæ Romanæ.

ROT deciſ. 360. n. 6. 1. diverſ. declaratur q. 42. num. 42.

Rot. dec. 50. par. 1. rec. declaratur, q. 36. num. 59.

Rot. dec. 55. d. par. 1. rec. declaratur ib.

Rot. deciſ. 165. part. 7. recent. declaratur quæſt. 3. num. 32.

Rot. dec. 413. num. 35. & 36. par. 16. recent. declaratur qu. 7. num. 24.

Rot. in Romana Caſtri Porciliani deciſ. 1. & 4. poſt tract. declaratur, q. 24. num. 24.

Rot. in Romana, ſeu Tuſculana Vineæ 26. Januarii 1685. coram bo. mem. R.P.D. Paulutio declaratur, q. 36. n. 71.

Boer. deciſ. 112. num. 2. in fin. declaratur quæſt. 23. num. 11.

Caſtill. dec. 134. num. 20. declaratur quæſt. 11. num. 18.

Rot. coram Cavaler. deciſ. 657. declaratur, quæſt. 28. num. 35.

Rot. cor. Coccin. dec. 2228. num. 9. declaratur qu. 42. num. 43.

Gamm. dec. Luſitan. 41. num. 326. rejicitur quæſt. 42. n. 10.

Rot. cor. Mantic. dec. 63. declaratur, & defenditur à contrariis q. 30. n. 17.

Rot. cor. Manzaned. dec. 512. num. 6. declatur q. 23. n. 11.

Manz. dec. Palatin. 13. per tot declaratur quæſt. 45. num. 8.

Rot. cor. Merlin. dec. 698. & 740. declaratur quæſt. 28. num. 35.

Rot. coram Pœnia dec. 1114. declararur quæſt. 14. num. 30.

A Ponte dec. 13. n. 12. rejicitur q. 34. n. 23.

Rot. coram Seraph. deciſion. 805. declaratur quæſt. 7. num. 22.

Rot. cor. Ubald. dec. 89. declaratur quæſt. 16. num. 158. & 159.

INDEX

Explicationum Doctorum.

ALberie in l.ſi duo Patroni ſub n.5.verſ.ſed pone ff. de jur.jur.declarator q.13.n.27.

Andreol.contr.290.n.12.declaratur q.11.nu.18.

Bald.in cap.1.§.porrò qualit. olim.poter.feud.alienar. declaratur q.31.n.58.

Barboſ.io l.Invitum n.17. C. de contrahen. emption. reiicitur qu.48.n.32.

Bart.in l.1.n.2.C.de metallar.lib.11.explicatur qu.39. num.11.& reprobatur ibidem nu.13.& io l. eotem ferro §.Agri publici ff.de publican.declaratur q.41.n.13.

Idem conſ.19.lib.1.declaratur q.36.n.10. & 50.

Idem Bart. in l. qui Romæ §. Cohæredes ff. de verb. oblig.declaratur q.4.n.43.& ſeqq.& q. 25.n.15.

Cald.de Jur.Emphyteut.lib.4.cap.13.nu.33. verſ. ex quorum ſane fol.mihi 174. declaratur q.9.n.32.

Idem de renovat.emphyt. lib.1. q.7.nu.35. declaratur d.qu.7.num.14.

Idem de Jur.emphyteut.lib. 4.cap.5.nu.76.declaratur qu.19.num.14.

Camill.de Curt.in ſuo diverſor.feudal.fol.8.n.39.reiicitur q.47. n.23.

Capyc.Latr.conſult.28.n.96.& ſeqq. lib. 1. refotatur q.39.nu.12.& declaratur ibidem nu. 18.

Carpzou.ad Conſtit.Saxon.par.2. conſtit.60. deffin.1. reiicitur q.35.n.62.

Cenc.de Cenſib.q.64.n.29.& 30. declaratur q.4.n.4. Idem q.66.n.68.declaratur qu.28.n.35.

Cirocc.diſcept.29.n.54. declaratur ibid.

Coſt.de ration.rat.q.100.n.4.declaratur q.23.n.11.

Doctores Neopolitani de materia Demanii loquentes declarantur q.47.n.46.

Faber.in C.tit.da Jur. deliberan. deffin.14. declaratur qu.39. num.18.

Felician.de Cenſib.tom.1.cap.10. lib.1. nu.9. reiicitur qu.32.num.27.

Fulgin.de jur.emphyt.tit.de renovat.q.1.n.39.reiicitur qu.42. num.28.

Gaill.practicabil.obſerv.lib.1.obſerv.19.n.10. verſ. & plerumque declaratur q.9.n.32.& lib.2.cap.19. num.7 declaratur q.23.nu.11.

Mangil.de evict.q.35. n.17. verſ.item modo pretium declaratur q.23.n.11.

Manſuer. de retract. toto §.item ſi hæres declaratur quæſt.16.num.47.

Mantic.de tacit.lib.5.tit.10.num.35.& ſeq.declaratur qu.30.num.16.

Marſil.ſingul.441.refutatur q.34.n.5.

Menoch.conſ.151.n.11.reiicitur q.58.n.8.

Neguſan.conſ.165.n.17.declaratur q.11.nu.18.

Olea de Ceſſion.Jur.tit.3.q.2.nu.10.verſ.quæ licet declaratur quæſt.9 num.32.& eadem quæſt. num. 32.& 33.quæſt.34.num.10.

Pariſ.in in addit.ad Bartol.in l.fin. circa fin.C.de jur. emphyt.declaratur q.31.n.56.

Parlador.quotid.differentiar.diff.109.§.5.n.18.& ſeqq. declaratur q.9.num.32.

Plauti locua in Penulo explicatur q.53.n.6.

Polidor Rip.de Tempor.nocturn. num. 108. reiicitur qu.2.4. num. 5.

Ruin.conſ.45.num.20.lib.1. reiicitur quæſt.42. n.26.

Soccin.San.conſ.124 n.4.lib.3.declaratur q.35. n.47.

Surd.conſ.142 n.9.declaratur q.23.n.11.

Suetonii locua in Cæſar.Auguſt.cap.56. declaratur q. 48.n.28. & 29.

Theſaur.q.for.39.per tot.ſignanter n.5.reiicitur q.34. n. 23.

Tiraquell.de retract.lignag.§.36.gloſ.2.n.56. & ſeqq. declaratur q.4.n.43.& ſeqq.& §.1.gloſ.10.n.92. declaratur q.8.nu.32.& 5.gloſ.unic.declaratur q. 9.n.32.& §.26.gloſ.2.nu.7.uſque ad fin.declaratur q.10.n.26.&§.1.gloſ.5.declaratur q.16.n.34. & in præfat.n.36.declaratur q.19.n.13. & ibid. n.43.declaratur q.36.n.53.

Et de retract.Convent.§.3. gloſ. 10. nu.2. declaratur quæſt.7.num.24.& gloſſ.4.num.9 & ſeqq.declaratur quæſt.17.num.19.

F I N I S.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per atteſtato del Segretario noſtro nel Libro ſtampato in Roma l'anno 1688. intitolato: *Petri Marcellini Corradini*, *Tractatus de Jure Prælationis*, non eſſervi cos' alcuna contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl' ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite copie alle publiche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 17. Maggio 1700.

Alviſe da Moſto Proc. Riſ.

Ferigo Marcello Proc. Riſ.

Agoſtino Gadaldini Segret.

S. ROT. ROMANÆ

DECISIONES

RECENTISSIMÆ,

Nunquam antea in Lucem editæ,

MATERIAM

PRÆLATIONIS

A

PETRO MARCELLINO

CORRADINO

J.U.C. ET S.E.R. CARDINAL.

PERTRACTATAM

Amplectentes, Confirmantes, Laudantes, &c.

Digitized by Google

INDEX DECISIONUM

AD MATERIAM

PRÆLATIONIS.

A.

ÆSina Retractus
Lunæ 10. Januar. 1701.
ANSALDO Deciſio XVII.

Æſina Retractus
Lunæ 12. Junii 1702.
MUTO Deciſio XVIII.

Æſina Retractus
Mercurij 27. Junii 1703.
CAFFARELLO Deciſio XIX.

Ariminen. Caſtrorum
Veneris 3. Junii 1701.
MOLINES DEGANO Deciſ. XXII.

Ariminen. Caſtrorum
Veneris 5. Maji 1701.
CAFFARELLO Deciſ. XXIII.

B.

Bononien. Bonorum Emphyteuticorum
Veneris 26. Jan. 1703.
PIO Deciſ. XXIV.

C.

Cæſenaten. ſeù Cervien. Bonorum ſuper Prælatione
Veneris 4. Junii 1714.
LANCETTA Deciſ. X.

Cæſenaten. ſeù Cervien. Bonorum ſuper Prælatione
Lunæ 8. Aprilis 1715.
LANCETTA Deciſio XI.

Cæſenaten. ſeù Cervien. Bonorum ſuper Prælatione
Veneris 5. Junii 1716.
LANCETTA Deciſio XII.

Cornetana Juris Offerendi
Veneris 8. Julii 1700.
DE LA TREMOILLE Deciſ. IV.

Cornetana Juris Offerendi
Veneris 18. Novembris 1701.
MUTO Deciſio V.

Cornetana Juris Offerendi
Lunæ 13. Maii 1702.
MUTO Deciſ. VI.

Cornetana Juris Offerendi
Lunæ 11. Junii 1703.
SCOTTO Deciſ. VII.

Cornetana Juris Offerendi ſuper Prætenſis exceſſu, & attentatis.
Lunæ 11. Junii 1703.
SCOTTO Deciſio VIII.

Cornetana Juris Offerendi
Lunæ 8. Februarii 1706.
PRIOLO Deciſio IX.

F.

Farſen. Juris Offerendi
Lunæ 30. Januarii 1701.
PRIOLO Deciſio XIII.

Farſen. Juris Offerendi
Veneris 21. Februarii 1704.
ANSALDO Deciſio XIV.

Index Deciſionum.

Firmana Prælationis
Veneris 13. Junii 1710.
KAUNITZ Deciſ. xxxii.

Firmana Prælationis
Lunæ 29. Februar. 1712.
SCOTTO Deciſio xxxiii.

Forolivien. Juris Offerendi
Mercurii 18. Junii 1710.
ANSALDO Deciſio xv.

Forolivien. Juris Offerendi
Lunæ 27. Junii 1711.
ANSALDO Deciſio xvi.

M.

Matheranen. Prælationis
Lunæ 23. Junii 1701.
ANSALDO Deciſ. xxxiv.

N.

Neapolitana Prælationis
Veneris 11. Maii 1708.
MOLINES DECANO Deciſ. xxvii.

Neapolitana Prælationis
Lunæ 10. Junii 1709.
MOLINES DECANO Deciſ. xxvi.

Neapolitana Prælationis
Veneris 5. Decembris 1710.
FALCONERIO Deciſ. xxviii.

R.

Reatina Immiſſionis
Mercurii 2. Decembr. 1705.
MUTO Deciſio xxv.

Romana Caſtri Porciliani
Mercurii 2. Decembris 1699.
LANCETTA Deciſio i.

Romana Caſtri Porciliani
Lunæ 18. Aprilis 1701.
MOLINES DECANO Deciſ. ii.

Romana Caſtri Porciliani ſuper Reſervatis
Veneris 2. Octobris 1701.
LANCETTA Deciſio iii.

Romana Retractus, *ſeu* Pecuniaria
Lunæ 18. Aprilis 1701.
DE LA TREMOILLE Deciſ. xx.

Romana Retractus
Lunæ 27. Junii 1707.
OMANNA Deciſio xxi.

Romana Prælationis, & Pecuniaria
Lunæ 22. Aprilis 1709.
MOLINES DECANO Deciſ. xxix.

Romana Prælationis, & Pecuniaria ſuper Reſervatis
Lunæ 20. Aprilis 1711.
MOLINES DECANO Deciſ. xxx.

Romana Prælationis, & Pecuniaria
Veneris 24. Aprilis 1711.
FALCONERIO Deciſ. xxxi.

S. ROT.

S. ROT. ROMANÆ

DECISIONES

RECENTISSIMÆ,

Nunquam antea in lucem editæ;

MATERIAM

PRÆLATIONIS

A

PETRO MARCELLINO

CORRADINO

J. U. C. ET S. E. R. CARDINAL.

PERTRACTATAM

Amplectentes, Confirmantes, Laudantes, &c.

1

R. P. D. LANCETTA

ROMANA CASTRI PORCILIANI

Mercurii 2. Decembris 1699.

SUMMARIA.

1 *Statutum Urbis cap. 180. mandat duas ſententias habere vim trium.*
2 *Fideicommiſſarius re integra petere poteſt prælationem in emptione bonorum fideicommiſſariorum.*
3 *Text. in l. dudum C. de contr. Empt. explicatur.*
4 *Diſpoſitio text. in l. dudum procedit quando petitur prælatio ratione conſortij in bonis merè allodialibus vel poſt perfectam venditionem.*
5 *Jus tertiò quæſitum dici nequit ante conſummatam venditionem.*
6 *Voluntas teſtatoris minus lædi dicitur quando venditio fit uni ex vocatis.*
7 *Fideicommiſſarius non poteſt petere prælationem ſuper bonis fideicommiſſi alienatis vigore auth. res quæ.*
8 *Limita ſi compareat re integra antè venditionem.*
9 *Text. in l. qui Romæ & hæredes ff. de verb. oblig. expenditur.*
Fideicommiſſarius non eſt interpellandus quando venditur res fideicommiſſo ſubjecta.
10 *Prælatio competit in multis Caſibus licet non requiratur denunciatio.*
11 *Dantur exempla materiæ feudalis, & emphyteuticæ.*
12 *Prælationem non eſſe exoſam probatur multis juribus.*
Refertur diſpoſitio text. in l. ſi emptionem ff. de min.
13 *Reſtitutio in integrum concedenda eſt minori vocato ad fideicommiſſum adverſus licitatorem, oblato tamen cὸpluris quod licitator obtulit ultrà minorem.*
14 *Text. in l. 1. ff. de privil. cred. ponderatur.*
15 *Creditor cognatus præfertur in venditione bonorum; & ille qui habet creditum majoris quantitatis.*
16 *Fideicommiſſarius dicitur creditor.*
17 *Fideicommiſſarius habet actionem perſonalem, & hypothecariam.*
18 *Text. in l. fin. §. Quatuor ff. de leg. 2. refertur.*
Cohæres præferendus eſt pro ſua parte in emptione fundi fideicommiſſarij facta ab altero cohærede occaſione extinguendi debitum teſtatoris.
19 *Prælatio ſi competit poſt perfectam venditionem à fortiori debet competere ante ejus celebrationem.*

20 *Reipublica unum debet eſſe Corpus, & unum animo regendum.*

21 *Prælatio pretendi poteſt ratione conſortij in caſtro juriſdictionali.*

22 *Text. in l. dudum de contr. emptione expenditur. Textus in l. dudum non comprehendit feudalia.*

23 *Text. in l. dudum fuit conditus ab imperatoribus Valentino Theodorico, & Arcadio.*

24 *Conſuetudines feudales fuerunt confirmata à Federico, Lottario, & Corrado qui imperarunt poſt conditores de legis dudum.*

25 *Text. in l. dudum non procedit ſtante juſta cauſa in Contrarium; Juſtaque cauſa dicitur periculum diſcordia & inimicitia.*

26 *Text. in l. dudum excipit caſus in quibus contrarium ab aliis legibus diſponitur.*

27 *Et ideò non comprehendit caſum prælationis.*

28 *Prælatio ratione Conſortii habet locum duntaxat in venditionibus voluntariis non autem in neceſſariis.*

29 *Limitatur tamen Concluſio, in caſu quo ius petendi prælationem proveniat ex diſpoſitione juris communis.*

30 *Bulla Baronum non excludit prælationem petitam ante venditionem.*

31 *Pral tio non poteſt cenſeri ſublata, quando conſtitutio de ea non diſponit.*

32 *Bulla Baronum loquitur de venditionibus conſummatis & n. 14 & 35.*

33 *Verbum remanere ſupponit acquiſitionem, & præſefert continuationem poſſeſſionis.*

36 *Abſurdum nullum ſequitur ex eo quod fideicommiſſarius re integra exerceat ius prælationis.*

37 *Prælatio competit favore conductorum fiſci, & creditorum Cenſuariorum.*

38 *Oblatores ſcire debent jura competentia fideicommiſſariis.*

DECISIO PRIMA.

MEdietatem Caſtri, ac Tenutæ Porcelliani ad inſtantiam Creditorum Baronis Caroli Venturæ, aliorumtumque del Nero Venditioni expoſitam deliberati decrevit Congregatio Baronum qu. Carolo Gavotto, uti majori Oblatori, non atrenta proteſtatione Baronis Aloyſij Mariæ del Nero ſe præferendum eſſe opponentis, ſed in gradu appellationis geminæ prodierunt Sententiæ, quibus ipſi prælationem deberi declaratum fuit: Altera à dict. Congregatione de Voto noſtri Auditorij per bo: me: Albergatum edita, altera verò à R. P. D. meo Muto promulgata, à quibus Sententiis commiſſa mihi ulteriori appellationis cauſa cum clauſula *Conſtito, quod ſit locus Statuto de duabus*: Dubium propoſui Commiſſioni conforme, ac reſponſum habui affirmativum.

Suppoſita enim diſpoſitione noſtri Statuti *Cap.* 180. demandantis, quod duæ Sententiæ vim trium
1 habeant, ac rem judicatam conſtituant, quotiès validitatis æquè, ac juſtitiæ fulcimen ſortiantur, agnoverunt DD. validitatem apud Partes non controverti; Juſtitiam verò ex Deciſionibus, quæ præceſſerunt, luculentèr comprobari.

Et ſanè Baroni del Nero prælationem deberi duplici titulo cenſuere, fideicommiſſi, ſcilicet, atquè conſortii: Titulo inquam fideicommiſſi, quia cum non verſemur in venditione jàm perfecta, & conſumata, ſed in actu venditionis, & ſic re adhùc integra, idem Baro comparuerit offerendo pretium à Carolo Gavotto oblatum, utiquè potuit, tanquàm vocatus ad fideicommiſſum, impedire, ne bona fi-
2 deicommiſſo ſubjecta diſtraherentur, *Bartol. conſ.* 19. *per tot. lib.* 1., quem ſequuntur *Rip. in l.* 1. *num.* 2. *& ſeqq. ff. de privileg. credit. Mart. conſ.* 37. *num.* 14. *Berlich. concluſ.* 39. *tit. de iur. Prothon. num.* 13. *part.* 2. *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 18. *nu.* 217. *Cappyc. Latr. conſult.* 28. *num.* 96., & probant omnes caniæ Deciſiones, nempè 21. Aprilis 1679 §. *Cum enim*, *& prima Aprilis* 1680. §. *Siquidem coram bo: me: Albergato*, 24. *Ianuarij* §. *Prælationis inquam*, & 14. *Maii* 1685. §. *Congruo autem coràm bo. me. Rondanino*, & 20. *Martij proxime præteriti* §. *Innegabilis coràm R. P. D. meo Muto*.

Hujuſmodi autèm prælationi favore fideicommiſſarij maximam æquitatis ſpeciem præſeferenti, nullatenus repugnare videbatur Juris Communi Cenſura (ut acritèr contendebant Scribentes prò Barone Gavotto) ſed immò illa in Jure approbata ex pluribus auctoritatibus, & fundamentis noſcebatur; licèt enim in contrarium repeteretur diſpoſitio *Text. in l. Dudum Cod de contrahen. Empt.*, qua prioribus abolitis legibus, ſancitum fuit unumquemque poſſe arbitratu ſuo Emptorem quærere, vel probare, niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas facere hoc prohibuerit. Attamen iterùm cenſuerunt DD. illam procedere, vel in terminis prælationis petitæ ratione ſimplicis conſortij in bonis, merè allodialibus, 3
vel in terminis venditionis jàm perfectæ; Secus autèm in caſu, quò prælatio fuerit petita re integra, & in ipſo actu venditionis, ut diſtinguendo caſus, & auctoritates hinc indè pugnantes conciliando, probant *Rocc. reſponſ.* 99. *nu.* 1. *cum ſeqq.* & cæteri omnes DD. ſupra allegati in §. *Et ſanè*, & ratio diſparitatis eſt, quia in primo caſu perfectæ, & conſumatæ venditionis conſideratur Jus tertio quæſitum, cui leges, & DD. nolunt præjudicium inferri, & cutant, ne ille deceptus remaneat: In caſu autem quò venditio non ſit perfecta, nullum dici poteſt 5
quæſitum Ius licitatoribus, nec ipſi dicuntur decepti, dum eodem contextu comparet fideicommiſſarius, & offert idem pretium, imò cum iſto caſu minus lædatur voluntas Teſtatoris, quia res fideicommiſſaria conceditur uni ex vocatis, mirum non eſt, ſi 6
admittatur prælatio, ut ponderat *Peregr. deciſ. Patav.* 96. *num.* 2. *verſ.* 6. *adducebam*, ubi quod ideò hæc Sententia melior eſt, quia conſulit utrique Parti, & ſequuntur *Fontanell de pact. nupt. clauſula* 5. *gloſ.* 1. *part.* 2. *num.* 64. *de Pont. de poteſt. prò reg. tit.* 10. 5. *part. num.* 13.

Ex qua caſuum diſtinctione, & diſparitate ſublata remanet inductio per Scribentes prò Barone Gavotto repetita, quod ſicut ex communi DD. opinione fideicommiſſarij, nequè etiàm ipſo pretio oblato, admittendi ſunt ad vindicandam rem vigore *Auth. res quæ Cod. com. de legat.* prò dote conſtituenda, vel reſtituenda, alienatam, *Peregr. de fideic. art.* 7
42. *num.* 24 *Vrceol controv.* 6. *num.* 18. *Rota deciſ.* 312. *nu.* 45. *part.* 6. Ità cenſeri debeat excluſus quilibet titulus prælationis etiam in caſu, quo agatur de venditione facta prò diſolvendis debitis gravatorum, quoniam exemplum procedit in caſu, quo alienatio effectivè in cauſam dotis ſequuta fuiſſet, ſecus autem quotiès adhùc re integra comparet ut hic fideicommiſſarius, & antequam alienatio ſuum ſortiatur effectum prælationem petat: Quinimò in his præciſis terminis præter auctoritates mox re- 8
cenſitas, ſe ipſum declarando prælationem admittit *Peregr. dicto art.* 2. *nu.* 24. *in fin verſ. intellige*, ubi in contractu dotis res tradita fuit, & firmatur in deciſione illius cauſæ edita 21. Aprilis 1679. §. *Nil etiam facit coràm bo: me: Albergato.*

Nec majoris ponderis viſa fuit alia inductio ex *Text. in l qui Romæ* §. *Ex bæredes ff. de verb. oblig.* ubi excuſatur à pæna, qui vendidit extraneo poſt factam denunciationem ei, qui erat ex conventione præferendus, arguendo exinde quod cum denunciatio ſupponat Ius prælationis eo ipſo, quod nulla lege

caveiur

cavetur fideicommiſſarium eſſe interpellandum, quando venditur res fideicommiſſo ſujecta, ei competere non valeat prælatio; Siquidèm ad iſtius excluſionem argui non valet, ex quo interpellatio neceſſaria non eſt; nàm plerique dantur in Jure caſus; in quibus eſt locus prælationi, licèt non requiratur denuncia-
10 tio, ut ſignantèr habemus; tàm in materia feudali, quàm emphyteutica in feudis enim datur Agnatis in caſu alienationis prælatio abſquè eo, quod ulla præceſſerit denunciatio § *Sed etiam res auth. per quos fiat Inveſtitura*, *Bald. in l. fin. ff. de Conſtit.*
11 *Princ. Roſental. de feud. cap. 9. memb. 2. concluſ.* 88. *lit. A.* ubi innumeros Doctores adducit *Sanfelic. decif.* 100. *num. 7. in fine, & in materia Emphyt.* quod concedatur prælatio proximioribus in renovatione facienda, etiam interpellati non fuerint *Gozzad. conſ.* 39. *nu.* 18. *Gabriel. concluſ. tit. de Emphyt. concluſ.* 1. *num.* 1. *&* 2. *Tiruquell de retract lignag.* § 1. *gloſ.* 10. *nu.* 4. *Corbul. de Iur. Emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non praeſt. Inveſtit. clauſ* 4. *num.* 5.

E contra vero ex aliis pluribus, & validioribus
12 argumentis prælationem in Jure non eſſe exoſam comprobatur; Et primo ex *Text. in l. ſi Emptionum ff. de minor.* in quo conceditur minori reſtitutio in integrum, ut in venditione rei ad ſuos majores ſpectantis præferatur Licitatori, offerendò illud plus; in quo fuiſſet ſuperatus, ut præter alligatus notat *Palm. allegat.* 3. *num.* 138., ubi quod iſto caſu Judex proclivior eſſe debet ad concedendùm retractatum, ut habeat locum voluntas Teſtatoris conſervandi bona in ſua familia, & ne cogitur fideicommiſſarius carere laribus ſuorum majorum.

Secundo ex *Textu in l.* 1. *ff. de privil. Credit. di-*
14 *ſponente*, quod ſi venditione bonorum compareat Creditor, qui ſit Cognatus, iſte præferri debeat, ſin minus præferatur Creditor, & intèr Creditores potior ſit ille, cui major pecunia debetur, quem Textum
15 non eſſe correctum ex alio *Textu in l. dudùm ff. de contrahen. empt.* probant *Alex. in l. qui Roma* §. *Coheredes num.* 12. *verſ. adde quod de verb. oblig. Rip. in l.* 1. *num.* 21. *ff. de privil. credit. Sanfelic. decif.* 101. *nu.* 8. etsi vigore hujus *Text.* datur prælatio ſimplici Creditori, quantò fortius idem dicendum erit favore fideicommiſſarij non ſolùm ex rationibus ſuprà allegatis; verum etiam quia & ipſe fideicommiſſarius cenſeri debet, tanquàm Creditor,
16 cum ipſe ex cauſa fideicommiſſi habeat omnes actiones Creditoribus competentes, perſonales nempè, &
17 hypothecarias *l.* 1. §. *Rect. Cod commun. de legat. Rocc. diſput. Iur. cap* 53 *num.* 2. *&* 3.

Tertio ex *Textu in l. fin.* §. *Quatuor ff. de legat.* ſe-
18 cundo juxtà quem præferuntur hæredes in Emptione prædij venditi alteri cohæredi ſoluto pretio præcedenter exburſato, ad effectum recuperandi portionem ad ipſum ſpectan. vigore fideicommiſſi; quamobrèm ſi ex hujuſmodi legis diſpoſitione datur Jus prælationis etiàm poſt perfectum contractum, quantò faciliùs ea concedenda erit, quotiès contractus non ſit adhùc perfectus, ut in ſpecie arguit *Schenin, de Iur. offer. part.* 1. *cap.* 1. *ſex.* 32 *num.* 37. *prope finem*

Titulo fideicommiſſi accedit alter conſortij ratione cujus in Caſtro Juriſdictionali prælatio conceditur propter utilitatem, tùm Reipublicæ, cujus Statuti convenit Juriſdictionem potiùs exerceri per unum, quam diſtrahi in plures, tùm Vaſſallorum, ne ſub plurium Dominorum gravamine oppreſſi gemant, tùm & ipſorum Dominorum, ut poſſint ſcilicet evitare diſcordias, quæ intèr plures Dominos Juriſdictionem habentes oriri ſolent, ut enim ait *Tacit lib.* 1. *annal* unum eſſe Reipublicæ Corpus, & unius animo regendum, & concurrit clara diſpoſitio *Text. in l. unica Cod. non licere habitatoribus Metrocom. & in l. quicumque Cod. de fundi limitraf. lib.* 11. probantque *Capyc. Galeott. in addit. ad controv.* 33. *art.* 2. *num.* 28. *& ſeqq. lib.* 1. *impreſſ. in fin. ejuſdem libri Fachin. controv. lib.* 7. *cap.* 17 *verſ. non inquam Scop. ad Gratian. decif.* 163. *nu.* 10 *Montan. controv.* 21. *nu.* 10. *& ar Rovitt. in addit. ad Depont. decif.* 11. *per tot. Roſental. de feud. cap.* 9. *memb.* 2. *concluſ.* 87. *per tot. de Ann. ſingul.* 150. *Barbat. de fideic part.* 2. *cap.* 3. *num.* 37.

His autem non contrariatur *Textus in dicta lege*,
dudùm Cod. de contrahen. Empt. reprobans prælatio- 22
nem in rebus communibus, Primo quia dictus Textus non comprehendit feudalia, nàm fuit conditus
ab Imperatoribus Valentino Theodorico, & Arca- 23
dio, Imperatores autèm, qui conſuetudines feudales confirmarunt, nempè Federicus, Lotrarius & Corradus fuerunt longè poſt dd. Imperatores conditores
lege dudùm, ut in ſpecie obſervant *Sonsbec. de feud.* 24
part. 13. *num.* 117. *cum ſeqq. cum aliis*, quos refert *Rovit. in addit. ad depont. dicta decif.* 11. *num.* 70., Secundo quia diſpoſitio legis dudùm non attenditur quotiès ſubeſſe poteſt aliqua cauſa, quæ prælationis conceſſionem ſuadebat, inter quas enumeratur pe-
riculum diſcordiæ, & inimicitiæ, de quo ratione 25
communionis in Juriſdictione poteſt faciliter dubitari, ut reſpondendo objectò tradunt *de Luca de feud. diſc.* 8 *num* 8. *Capyc. Latr. decif.* 168. *num.* 10. *cum ſeqq. lib.* 21, ubi in ſpecie reprobat contrarium ſentientes, & exempla rerum judicatarum adducit. Tertio quia *Textus ipſe in dicto l. dudùm* limitat ſuam diſpoſitionem ibi -- *Niſi lex quaſdam perſonas pecialiter alienare prohibuerit* -- Quare cum iſto caſu prælatio competat ex diſpoſitione dd. legum
fateri oportet, quod diſpoſitio *Textus in l. dudum*, 26
iſtum caſum excipere videtur prælationem expreſsè
admittendo, ut benè explicat *Gloſ. in dicta l. dudùm* 27
verbo niſi lex in fine ibi -- *vel die niſi lex ſcilicet*, *quam habes infrà librum undecimum non licere habitatoribus Metrocomia* - *Sanfelic. decif.* 101. *num.* 1.

Nec ſubſiſtit, quod prælatio in omnem caſum
habeat locum in venditionibus voluntariis, ſecùs an- 28
tèm in coactis, & mediante ſubhaſtatione perfectis; Etenim hic non petitur prælatio in vim alicujus Statuti, aut conſtitutionis illam concedentis in venditione voluntaria, quo caſu non debetur in venditio-
ne facta prævio mandato Judicis, in quibus termi- 29
nis loquitur Votum Camerale impreſſum *dec.* 144. *n.* 10. *part.* 1. *recent. cum aliis ad id allegatis*, ſed petitur ex aliis Juribus recenſitis, tunc enim prælatio competit etiam in venditionibus factis ſub haſta *Gratian. cap.* 544. *nu.* 15. *& ſeqq. & cap.* 784. *num.* 9. *Capon. diſcept.* 326. *nu.* 67. *tom.* 5. *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 36. *num.* 17. *& in addit. ad illam nu.* 1. *&* 2. *Mangil. de ſubhaſt. quæſt* 108. *nu.* 12. *Franch. decif.* 438. *per tot. Sanfelic. decif.* 100. *num.* 26. *& decif.* 101. *per tot. Rota coràm Duran. decif.* 52. *num.* 3. *& coràm Gregor. decif.* 193. *num.* 1. *ibiquè adden.*

Quibus ità firmatis inane iterùm viſum eſt refugium ad diſpoſitionem Bullæ Baronum, ex qua ſubmota fuere obſtacula fideicommiſſi; Nam ut fuit ſemper reſponſum in omnibus iſtius cauſæ Deciſionibus ex integra lectura præfatæ Bullæ nullibi apparet ſubiatum fuiſſe Jus prælationis competentis antequàm perficiatur venditio, ut illam per Partes examinando fit clarum. A principio enim uſquè ad §.
12. diſponit de his, quæ agenda ſunt antè venditio- 30
nem, & ad hunc effectum plures actus recenſet, intèr quos nullus legitur huic prælationi contrarius, quæ ideò non poteſt cenſeri ſublata; Præſertim cum de ea nulla fuerit facta, expreſſa mentio, ut ex *Palm. dicto allegat.* 3. *benè comprobat Deciſio edita*
coràm R. P. D. meo Afflitto §. *Bulla verò Baronum.* 31

Quatenùs verò poſtmodùm in §. 12. eodem Bulla diſponit, quod bona vendita remanere debeant exempta ab omnibus nexibus, oneribus, vinculis, & obli-

& obligationibus, ità ut nullo unquàm tempore Em-
32 ptores moleſtari valeant, jàm inde patet Bullam lo-
qui de venditione perfecta, & conſumata, dùm uti-
tur verbo illo *remanere*, quod ſupponit bona jam
eſſe in dominio licitatoris, & præfert continuatio-
33 nem poſſeſſionis, illiuſquè perſeverantiam, *l. ſi ma-
nente ff. de Precar. Rota coràm Coccin. deciſ.* 1784.
num. 62., *& coràm Vbaldi deciſ.* 114. *num.* 11.

Imò ex hoc ipſo, quod ibi Bulla mandat bona
remanere libera ſine ullo vinculo, & onere penès
Emptorem. Indè patet, quod noluit, antequàm
34 perficeretur venditio, excludere Ius prælationis, quæ
tanquàm durans, ſolùm uſque ad venditionis actum,
& non ultrà, compræhendi nequit ſub nomine vin-
culorum, & onerum poſt venditionem, de quibus
hic loquitur Bulla; Quamobrem rectè ſequitur,
fuiſſe ſolùm ſublatum Ius retractus exercendi poſt
35 factam rei venditionem, quod verè eſſet onus rei
venditæ; nunquam verò Jus prælationis petendæ
antè venditionem, quod niſi tunc exerceatur per
actum venditionis extinguitur, & non impedit, quin
res liberè tranſeat in Emptorem, & apud illud re-
maneat.

Nec ullam mereri animadverſionem viſæ fuerunt
iterùm repetitæ exceptiones, quod oblatores retra-
herentur à licitando, ne cogerentur ſtare in ſuſpenſo
uſquè ad declarationem vocatorum, an vellent præ-
ferri. quodquè isto caſu nullum reſultaret commo-
36 dum fideicommiſſo, quià liceret vocato poſt obten-
tam prælationem de bonis ad libitum diſponere,
& illa etiàm in extraneos alienare; Etenim ſi at-
tendendum eſſet abſurdum primo loco oppoſitum,
jàm omnes eliminarentur à Foro prælationis, cum
tamèn plures in dies concedantur, nulla habita
conſideratione hujus aſſerti abſurdi, prout contin-
37 git in prælatione de Jure competente in conducto-
ribus bonorum fiſcalium cenſuariis, & aliis, ſinè
difficultate, in præſenti, quo agitur de prælatione
competenti antè venditionem, & in ipſo actu pe-
tenda; Illa ſiquidèm non eſt apta hujuſmodi pro-
ducere abſurdum, cum oblatores ſciant, vel ſcire
debeant ea, quæ de Jure competunt fideicommiſ-
ſariis. Reſpectu verò facultatis alienandi, quam ha-
beret fideicommiſſarius benè ſatisfacit Deciſio edi-
ta coràm R. P. D. meo Muto, quod unicè ſit at-
tendendum, an is qui petit præferri, habeat juſtam
cauſam, non attento quid poſteà ſequatur.

Quod autèm in hoc caſu tempore congruo pe-
ſita fuerit prælatio, & quidèm cum debitis quali-
tatibus adeò dilucidè firmatum ſuis in præcedenti-
bus Deciſionibus, ut nihil adverſùs ea, quæ ite-
rùm inutilitèr repetebantur reſpondendum ſuper-
fuerit.

Et ità approbando illarum fundamenta omnibus
DD. Suffragantibus, concluſum fuit utraque &c.

REV. P. D. MOLINES DECANO

ROMANA CASTRI PORCILIANI

Lunæ 18. Aprilis 1701.

SUMMARIA.

1 *Statutum Vrbis Cap.* 180. *mandat duas ſententias habere vim trium.*

2 *Appellatio non conceditur poſt tres ſententias Conformes.*

3 *Reſtitutio in integrum non datur deficiente læſione.*

4 *Fideicommiſſarius eſt præferendus in emptione rei fideicommiſſariæ ſi compareat re integra ante perfectam venditionem & n. 8.*

5 *Teſtator credendus non eſt voluiſſe hæredes gravatos poſtponi extraneis.*

6 *Bona majorum videre conſperſa ſatis lugubre eſt.*

7 *Jus fuiſſe tertio quæſitum dici non poteſt ante perfectam venditionem.*

9 *Prælatio competit condomino feudi.*

10 *Etiam ſi agatur de venditione coacta.*

11 *Explicatur diſpoſitio text. in l. dudum C. de contr. empt.*

12 *Diſpoſitio textus in l. dudum non procedit in venditione caſtri juriſdictionalis; & quando prælatio petitur re integra.*

13 *Licitator conqueri nequit, ſi fideicommiſſarius vel condominus prælationem petant.*

14 *Bulla Baronum non tollit jus prælationis quod habet fideicommiſſarius.*

15 *Bulla Baronum ſolvit nexum fideicommiſſi favore creditorum, ad effectum dumtaxat ut ſatisfactionem aſſequantur mediante venditione bonorum.*

16 *Bulla Baronum habent ſuum finem etiam ſi bona ſubhaſtentur favore fideicommiſſarii.*

17 *Bulla Baronum ad ſummum excludit prælationem petitam poſt conſummatam venditionem.*

DECISIO II.

QUamvis in hac Cauſa, præviis quinque deci-
ſionibus geminæ prodierint Sententiæ Rotales;
altera bo. me. Albergati Decani, altera R. P. D.
mei Muti, quibus pronunciatum fuit Baroni Aloy-
ſio Mariæ del. Nero competere prælationem in em-
ptione medietatis Caſtri & Tenutæ Porciliani, quam
ad inſtantiam Creditorum Baronis Caroli Venturæ,
aliorumque del Nero Congregatio Baronum qu. Ca-
rolo Gavotto uti majori oblatori deliberari decreve-
rat, & ſucceſſivè, præcedente ſexta deciſione 2. De-
cembris 1699. declarante eſſe locum ſtatuto de dua-
bus, R. P. D. meus Lancetta relaxaverit mandatum
pro illarum executione à Signatura Juſtitiæ cano-
nizatum, cum clauſula *ſine præjudicio rei judicatæ*,
adhuc tamen imperterritus Angelus Dominicus Ma-
ſia Gavottus ſua jura, etiam in devolutivo experi-
ri voluit, verùm exitus poſtremæ hujus concerta-
tionis prioribus diſpar non fuit: conſultis quippe
Dominis, *An conſtet de re judicata, ſeù potiùs de cau-
ſis reſtitutionis in integrum* affirmativum quod pri-
mam dubij partem, & negativum quoad ſecundam
prodiit reſponſum.

Res namque judicata nulla ratione oppugnari po-
terat, ſivè quia agitur de cauſa inter Cives, & In-
colas Urbis, undè militat de plano notum illius
Statutum *in cap.* 180. tribuens duabus ſententiis vim
trium, rem jùdicatam conſtituen., ut paſſim dixit
Rota & ſignanter dec. 331. *n.* 3. *coram Merlin. & dec.* 1
527. *n.* 1. *&* 2. *par.* 19. *rec.* ſivè quia prædictis Sen-
tentiis acceſſit mandatum R. P. D. Lancettæ; præ-
via particulari diſputatione ſuper earumdem execu-
tione relaxat concurrente propterea tertio judicato
abſoluti juris eſt prohibitam eſſe ulteriorem appella-
tionem *cap. tua nobis* 65. *de re judicat. l. unica C. ne* 2
lic. in una eademque cauſa 3. *provoc. Rot. dec.* 207. *n.*
1. *par.* 17. *rec. & in Bononien. Fideicommiſſi* 14. *Maii*
1700. §. *Ratio decidendi cor. Me:* Cumque ambæ
Sententiæ etiam in præſenti octavo examine validæ,
ac juſtæ compertæ fuerint, nulla erat allegabilis læ-
ſio, ſine qua numquam conceditur reſtitutio in in-
tegrum juxtà doctrinam *Innocentii in cap. ex litteris* 3
de reſt. in integr. Rot. dec. 355. *numer.* 1. *coram Buratt.*
& dec. 194. *num.* 1. *&* 2. *par.* 19. *& in Licien. Bono-
rum* 2. *Aprilis* 1696. §. *Cum enim coram Me.*

Adverſùs validitatem Sententiarum, nihil oppo-
nebatur Juſtitia verò viſa eſt reſultare ex enunciatis
ſex deciſionibus impreſſis poſt tract. D. Corradini San-
ctiſſimi D. Noſtri Prodatarij *de Prælat.* juxtà novam
Venetam impreſſionem in quibus ſolidè, & luculenter
conſtabilit, Baroni Aloyſio Mariæ debitam fuiſſe con-
tro-

verſam Prælationem ex duplici titulo fideicommiſſi, & conſortij. Et quidem primus titulus nititur Iuris diſpoſitioni voluntati Teſtatorum, & demùm maximæ æquitati. In jure ſiquidem fideicommiſſariis tributam 4 eſſe Prælationem, probatur ex *Text. in l. fin. §. Quatuor filios ff. de legat. ſecundo*, quo ſancitum eſt, hæredi manere actionem fideicommiſſi pro conſequenda portione ſua prædij venditi alteri Cohæredi, eidem perſoluto pretio, & mirabiliter ad idem conducunt *Text. in l. ſi emptionem ff. de minor. l. 1. ff. de Privil. Credit*; Prout ſenſim relata illorum diſpoſitione benè præ cæteris expendit deciſio R. P. D. Lancettæ §. *E contra cum duobus ſeqq.*

Magnoperè etiam d. Prælationi favet Teſtantium voluntas, quotiès enim iſti tot inculcatis præceptis demandant perpetuam ſuorum bonorum permanentiam in agnatione, ut ita mediantibus divitijs nomen familiæ contradiſtinctum vigeat, quis negabit nihil magis in votis habuiſſe, quàm ut in caſu neceſſariæ alienationis illorum fideicommiſſi invitati ad 5 ejus ſucceſſionem ſuo ære oblato extraneis præferantur, ut ponderavit *Armenz. dec. 44. n. 30. Peregr. dec. Patav 96. n. 2. verſ. 6. & Rota in Ariminen. Caſtrorum 21. Iunij proximè præteriti §. Conſonat coram Me.*

Exindeque promanat æquitas, nàm ſi ex una parte indulgendo, Prælationem fideicommiſſario, judicium Teſtatorum impletur, illique de familia pati minimè 6 coguntur lugubre illud videndi bona ſuorum majorum, plerumque ab antiquo tempore poſſeſſa in extraneos diſtracta, & ex alia parte nullum nec minimum præjudicium irrogatur extraneis Licitatoribus, dum re integra, & adhuc venditione non perfecta rejiciuntur ab emptione, neque demùm ullo imagi- 7 nabili damno ſuccumbunt Venditor, ſivè illius Creditores, omnia certè in hiſce circumſtantijs æquitatis lumina cordatam Iudicum mentem ſuadent concedendi hæredi fideicommiſſario beneficium hoc Prælationis, ad effectum, ut ſi illi datum non fuit titulo lucrativo, prout Teſtator demandaverat, aſſequi illius bona fideicommiſſaria, illa ſaltèm titulo oneroſo mediante ſolutione illiuſmet pretij à Licitatore extraneo oblati adipiſceretur, ex quibus, alijſque rationibus crebrior invaluit opinio DD. ac omnium ferè Orbis Tribunalium arcendos non eſſe, ſed benigniter excipiendos petentes Prælationem ex titulo fideicommiſſi in venditione rei fideicommiſſariæ quatenùs re integra, & venditione adhuc non abſoluta ſer. ſer- 8 vandis comparent: *Bart. conſ. 39. lib. 1. Rip. in l. 1. num. 2. ſeqq. ff. de privil. Credit. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 1. par. 2. num. 64. Mierez de majorat. par. 4. quæſt. 1. num. 137. Knipſchil. de fideic. famil. nob. cap. 11. numer. 488. Capic. latr. conſult. 28. num. 96. Berlich. practic. concluſ. tom. 2. tit. 39. de jur. protomiſ. num. 9. Mont. cont. 21. numer. 14. Marcian. diſput. 38. numer. 6. tom. 1. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 18. num. 217. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 541. num. 15. in fine Tiraquel. de retract. ſignag. in praf. num. 43. Manſuet. in pract. tit. de retract. ſub num. 1. fol. 234. Schott. de Iur. offer. cap. 3. diſtinct. 3. num. 37. Palm. alleg. 3. num. 57., & ſeqq. Peregr. deciſ. 96. num. 2. Armen. deciſ. 44. num. 29. Sanfel. deciſ. 101. num. 6. & 7.* & ultimo loco ſequendo etiam deciſiones hujus cauſæ reſpondit *Rot. in Ariminen. Caſtrorum 21. Iunii præteriti cor. Me.*

Non minùs efficax ſemper reputatus fuit titulus Conſortij ad tribuen. Baroni Aloyſio controverſam prælationem, & jure quidem optimo, cum enim interſit Reipublicæ, ut juriſdictio ab uno tantùm & non à pluribus exerceatur, tàm ob evitandas diſcordias, quæ inter Dominos exoriri ſolent, quàm etiam ne 9 Vaſſalli gemant ſub multiplici ſervitute amplexa fuit per DD. ſententia aliàs receptior, quod in alienationibus rerum juriſdictionalium communium Condominus præferatur in emptione, ut ex pluribus probant deciſiones Cauſæ, & præter ibi allegatos tradunt *Thor. in comp. deciſ. par. 3. ſect. 2. verb. prælatio, Marant. de multiplic. alien. num. 120. Capiblanch. de Baron. pragm. 1. num. 145. Grat. diſcept. 149. n. 4. Novar. quæſt. forenſ. 41. num. 7. lib. 1. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 11. num. 54. & lib. 3. cap. 11. nu. 10. & 11.* cum aliis relatis per *Schettin. de jure offer.* 10 *par. 1. cap. 3. ſect. 3. num. 19.* ubi quod hujuſmodi opinio communitèr locum obtinet, tam in venditione voluntaria, quàm etiam in ea, quæ fit ſub fide aſtæ publicæ, & latius ad ipſum comprobat prælaudata deciſio R. P. D. mei Lancettæ §. *Nec ſubſiſtit.*

Quibus ſic conſtitutis non obſtant Doctores in contrarium deducti fundati *in l. dudum C. de contrahen. empt.* quoniam cenſura hujus legis vindicat locum in hypotheſi prælationis petitæ rationis ſimpli- 11 cis conſortij in bonis merè allodialibus, vel in caſu quo venditio eſſet jam perfecta, undè applicabilis non eſt in præſenti themate, in quo res eſt de venditione Caſtri Juriſdictionalis, & de prælatione petita in ipſo venditionis, ac per conſequens re adhuc integra, ea quidem diſcriminis ratione, quia quando venditio jam eſt perfecta, & conſumata, Emptor acquirit ius in re, cui leges præjudicium inferre non ſolent, imò curant, ut ſemper, & quantùm poſſibile eſt ſartum, & tectum remaneat, ne contrahens deceptus remaneat. Quotiès verò effectuarus non eſt contractus venditionis, quia tunc 12 licitator prætendere nequit ullum ius acquiſiviſſe, de nulla ipſius deceptione conqueri poteſt, ſi re integra comparens hæres fideicommiſſarius, ac Condominus 13 eidem extraneo licitatori præferatur in emptione, ut obſervant *Rocc. reſponſ. 99. n. 1. cum ſeqq. Peregrin. deciſ. 961. n. 2. verſ. 6. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 1. n. 64.* cum aliis, quos refert, & egregiè perpendit ſæpè citata deciſio R. P. D. Lancettæ §. *Hujuſmodi cum ſeq.*

Nec majoris ponderis viſum fuit objectum ſubnixum Bullæ Baronum, per quam cum uſque ab initio debiti per hæredem gravatum contracti ablatum fuerit fideicommiſſum, exindè inferebatur ceſſante 14 cauſa productiva prælationis, ceſſare etiam ius illam conſequendi. Quoniam examinato tenore Bullæ, & mente ſa. me. Clementis VIII. qui illam edidit, ſemper concluſum fuit remotionem vinculorum à die fideicommiſſi non fuiſſe factam abſolutè, & indefinitè ad omnes effectus, ſed ſolùm ad finem, ut Credi- 15 tores conſequerentur ſatisfactionem ſuorum Creditorum, quorum indemnitati conſulere voluit prudentiſſimus ille Pontifex. Undè cum conſequutio talis finis æquè benè reportetur, tam per deliberationem facien. ultimo oblatori extraneo, quàm per prælationem concedendam Agnato, & fideicommiſſario Condomino, nulla ratione dici poteſt, quod dicta prælatio fuerit ab eodem Pontifice ſublata, imò præſervata cenſetur, ut optimè ponderatum fuit *in de-* 16 *ciſione Cauſæ edita 14. Maji 1685. §. Licet coram bo. me. Rondinino.*

Animadvertendo potiſſimè, quod cum Bulla jubeat, & mandet bona fideicommiſſaria remanere libera, & ſine ullo vinculo penès Emptorem, evidenter inde aſſequimur, quod ſi intellexerat illius Conſtitutor excludere ius petendi prælationem, eam ad ſummum 17 prohibere voluit poſt factam, & conſumatam venditionem, ſecus verò antequam illa fuiſſet ad perfectionem deducta, ut fusè, & præclarè notat *deciſio R. P. D. mei Lancettæ §. quatenus cum ſeq.* Et cum deciſiones Cauſæ pleno calamo evacuent omnes difficultates hodiè ad unguem repetitas, ſuperfluum reputarunt Domini longiùs in controverſia totiès diſcuſſa immorari relativè ſe habentes ad præcedentes reſolutiones.

Et ità utraque Parte, & ſuffragantibus omnibus deciſum fuit.

R. P. D.

R. P. D. LANCETTA

ROMANA CASTRI PORCILIANI
SUPER RESERVATIS

Veneris 2. Octobris 1701.

SUMMARIA.

1 *Fructus à die adjudicationis rei deliberatæ ſpectant ad adjudicatarium.*

2 *Oblatio non ſufficit ad faciendum fructus ſuos niſi ſequatur depoſitum.*

3 *Fructus pendentes tempore ſubhaſtationis reſtituendi ſunt illi cui competit jus retrahendi.*

4 *Quod tamen procedit in fructibus ſeparatis à ſolo vel maturatis & de proximo recolligendis.*

5 *Secus verò in fructibus civilibus, & maturandis, quandò ſignanter is qui vult retrahere pecuniam non exburſavit.*

6 *Expenſæ Inciſionum reficiendæ ſunt à retrahente deliberatario.*

7 *Inciſio præſumitur facta de anno quo cantat computum inciſoris.*

8 *Solutio tenuis anticipata non probat inciſionem factam fuiſſe pro tempore ſolutionis.*

9 *Inſtrumentum adjudicationis faciens mentionem de faſcinis inciſis, intelligitur de inciſis ante deliberationem.*

10 *Fructus à ſolo non ſeparati dividendi ſunt pro rata temporis inter adjudicatarium & retrahentem.*

11 *In fructuum diviſione, partitio temporis facienda eſt à die ſtipulati inſtrumenti deliberationis non à die deliberationis.*

12 *Quod tamen procedit quando mora in ſtipulando inſtrumentum committitur à deliberatario, ſecus ſtantibus recurſibus retrahentis.*

13 *Deliberatarius non debet amittere fructum pecuniarum depoſitarum, & fundi deliberati.*

14 *Fructus percepti à die deliberationis uſque ad diem reſtitutionis pretii facta per retrahentem ſpectant deliberatario.*

15 *Fructus ultimi anni ſunt reſtituendi pro ratu temporis.*

16 *Quod tamen procedit quoad fructus pendentes non exactos & perceptos.*

17 *Fructus pendentes de tempore reſtitutionis ſunt dividendi pro rata temporis.*

18 *Diviſio fructuum perceptorum ex inciſione ſylvarum regulanda eſt ad proportionem anni legalis.*

19 *Novennium in locatione ſylvarum cæduarum regulatur pro uno anno.*

20 *Tallis ſtante pacto faciendi inciſionem pro rata quolibet anno.*

21 *Locatator non tenetur reaptare ac reficere mobilia ad favorem retrahentis ſi eis bona fide & ad uſum deſtinatum uſus fuit.*

DECISIO III.

Diviſionem fructuum pendentium in Tenuta Porciliani de menſe Januarii anni 1678. quo illius medietas adjudicata fuit Baroni Gavotto faciendam eſſe pro rata temporis inter ſucceſſorem Adjudicatarii, & Baronem Aloiſium Mariam del Nero ad prælationem admiſſum reſpondit noſtrum Auditorium in Audientia diei 13. Maji labentis Anni: Huic autem reſolutioni non acquieſcente præfato Barone del Nero deciſionis fundamenta, novo examine propoſui, & reſponſum habui ſtandum eſſe in deciſis.

Sanè quod attinet ad primam deciſionis partem firmantem, fructus Tenutæ à die ſecutæ adjudicationis favore Baronis Gavotti uſque ad diem facti per Baronem del Nero depoſiti ad illum uti adjudicatarium pertinuiſſe, nulla cedebat difficultas, dum notæ ſunt Juris regulæ, quod fructus ſequuntur dominium bonorum, quodque iſtud à die factæ adjudicationis tranſit in adjudicatarium ex notatis per *Salut. Tiber. in prax. lib. 7. cap. 44. n. 3. Poſth. de*
ſubhaſt. inſpect. 19. n. 83. & ſeqq. & in append. ad inſpect. 52. n. 4. Rot. apud eumdem dec. 69. nu. 16. & probat. deciſio, qua confirmatur §. Sin autem. 1

Quin urgeret repetita exceptio, quod pretium Tenutæ in actu petitæ prælationis fuerit à Barone del Nero judicialiter oblatum, ideoque Adjudicatarius, & poſt fructus ſuos facere nequiverit; Siquidem ſola oblatio non ſufficit ad lucrandos fructus niſi reale pecuniarum depoſitum ſubſequatur juxtà *deciſ. 242.* 2
num. 10. cor Priol. aliaſque relatas in præcedenti dec. §. Non attentà.

Hinc tranſeundo ad ſecundam partem Æque complectentem fructus à ſolo ſeparatos ac alios pendentes, & fundo annexos, & quidem tàm anno 1678., quo fuit facta deliberatio, quam de anno 1700. quo Baro del Nero vigore judicialiter obtentæ Prælationis poſſeſſionem tenutæ recuperavit, licèt defenſores ejuſdem Baronis reſpectu fructuum pendentium dicto anno 1678. In hodierna quoque propoſitione repeterent illos reddidiſſe fundum pretioſiorem, ac 3
tamquam in pretio tenutæ comprehenſos ipſos eſſe integraliter reſtituendos ex pluribus auctoritatibus ad id allegatis; placuit nihil ominus reſponſio, quod hujuſmodi propoſitio locum vindicat, vel in fructibus à ſolo ſeparatis vel in aliis jam maturatis, ac de proximo recolligendis, & in his terminis loquuntur *Gomez. ad leg. Taur. leg. 76. n. 29. verſic. ſed his* 4
non abſtantibus Burbat. de divis. fruct. part. 2. capit. 6. n. 1. Calvin. de aquitat. l. 2. cap. 163. n. 11. Gal. de fruct. diſput. 23. artic. 4. n. 21. ſecus autem in aliis præſertim civilibus toto anni decurſu maturandis, 5
quibus nimis incongruum, & irrationabile foret privare deliberatarium, qui pretium bonorum effectivè depoſuit, eoſque attribuere ad commodum retrahentis qui pecuniam adhuc non ſolvit contra æquitatem *text. in l. curabit cod. de act. empt.* & animadvertit præcedens deciſio §. *Si autem uſque ad §. Nec obſtat in fine.*

Quo poſito ſatis cenſuerunt DD. Iuſtitiam minoſtraſſe Baroni del Nero de mandando ipſius favore reſtitutionem pretii medietatis ſalmarum 19500 faſcinarum, ſive forent veteres, ſivè novæ, quas antè venditionem Tenutæ inciſas fuiſſe conſtiterat deductis tamen expenſis à Barone Gavotto factis pro illam Inciſione, ut firmat eadem deciſio 10 §. *Tranſeundo*: Abſque eo quod hujuſmodi parritæ augenda 6
foret medietas aliarum ſalmarum 38600. ſub prætextu, quod hæc etiam quantitas de tempore deliberationis inciſa fuiſſet. Ex compoto namque Bartholomæi Gregorii inciſoris conſtat inciſionem factam 7
fuiſſe de anno 1678. dum ibi dicitur -- *Conta del Caporal Bartolomeo Gregorii Taglitor della Faſcina di Porciliano &c. l'anno 1678.* -- Et quamvis Economus tunc temporis deputatus à Congregatione Baronum pro hac inciſione ſolviſſet ante deliberationem tenuem ſummam 1170. Non indè ſequitur quod eadem inciſio poſt deliberationem facta non fuerit, cum novum non ſit quod hiſce laboratoribus aliquali anticipata ſolutione ſuccurratur præſertim tenui, 8
qualis fuit illa 1170. habito reſpectu ad 1190. 68. quo exindè poſt adjudicationem exegit Inciſor.

Neque contrarium probant Inſtrumenta adjudicationis, & reſpectivè poſſeſſionis apprehenſæ per Caniſium deliberatarium, in quibus fit mentio de faſcinis inciſis, dum hæc generica expreſſio bene referrur ad quantitatem 19500. ſalmarum quæ tunc temporis inciſæ reperiebantur, & quarum medietatem Baroni del Nero, ut præmiſſimus reſtituendam eſſe 9
dictum fuit, ſed intelligendum non eſt de alia quantitate faſcinarum quarum inciſionem poſt deliberationem ſequutam fuiſſe probatur.

Stabilita quantitate fructuum à ſolo ſeparatorum de tempore deliberationis ſuperſedebat examen aliorum eodem tempore pendentium & iſtorum reſpectu ruſ- 10
ſus cenſuerunt D.D. faciendam eſſe diviſionem inter
colliti-

collitigantes pro rata temporis, quo poſſederunt, cum
hæc ſit propoſitio Jure exploſe ex pluribus autorita-
tibus relatis in præterite deciſione §. *Quo vero.*

Non ettentata replicatione, quod in omnem ca-
ſum repertitio, temporis favore Baronis Gavotti re-
gulanda foret à die ſtipulati Inſtrumenti delibere-
11 tionis, & ſic à menſe Martio, non antè à diè decre-
tæ deliberationis de menſe Januario, ut firmat ea-
dem deciſio §. *Nec obſtat.* Objectum enim urgeret ſi
à die decreti protracte fuiſſet inſtrumenti ſtipulatio
ex culpa deliberatarii, nec iſte in ea die pretium
depoſuiſſet; At cum pretium uſque ab initio depo-
12 ſuerit, & mota in ſtipulatione proceſſerit ex culpe,
& recurſibus Baronis del Nero conſequens eſt, quod
Inſtrumentum reſpectu deliberatarii habendum pro
ſtipulato in odium ejus, qui præſtitit impedimentum
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 789. *n.* 51. *&* 52. *Man-
gil. de ſubbaſt. quæſt.* 101. *n.* 12. *Poſth. eodem tract.
inſpect.* 17. *nu.* 96. *&* 97. & ponderat præcedens de-
ciſio §. *Nec obſtat*; Aliàs enim deliberatarius, qui de
ullo defectu notari non poteſt amiſiſſet fructus, pecu-
13 niæ jam depoſitæ, & contra omnem æquitatem ca-
reret fructibus rei deliberate, ut animadvertit *Barbat.
de divſ. fruct. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 4. *cum ſeq.* & moder-
nus Setinus *de Prælat. quæſt.* 23. *n.* 9. *& qu.* 26. *n.* 6.

A fructibus tàm à ſolo ſeparatis, quàm penden-
tibus d. Anno 1678. deſcendendo ad alios anni 1700.
quatenùs pertinet ad illos à Barone Gavotte percep-
tos uſque ad diem 6. Julii, quo tenutam reſtituit Ba-
roni del Nero ad prælationem admiſſo mediante
pretii reſtitutione placuerunt DD. fundamento de-
ciſionis, quod Baro Gavottus ad reſtitutionem non
14 teneatur cum eos ratione Dominii ſuos fecerit, ut
præter adductos in eadem deciſione §. *Si autem in
ſpecie notat Gall. de fruct. diſputat.* 23. *art.* 4. *nu.* 21.

Non ſuffragenter replicatione, quod hoc intel-
ligatur de fructibus annorum præcedentium non au-
tem ultimi anni, quo diviſio fructuum omnium tàm
perceptorum, quàm pendentium fieri debet pro rata
15 temporis juxta autoritates *Scop. ad Gratian. dec.* 166.
n. 1. *Gob. conſul. dec.* 22. *n.* 1. *Calvini de equit. c.* 163.
n. 10. *&* 11. Ex lectura, enim autoritatum conſti-
tit eas loqui dumtexat de fructibus pendentibus, ac
non exactis, & quatenus id firmaſſent etiam quoad fru-
ctus perceptos attendendæ non eſſent, tamquam loquen-
16 tes contra Communem, ac magis veram opinionem
de qua teſtantur authoritates relatæ in præcedenti deci-
ſione d. §. *Si autem & Gall. de fruct.* loco mox allegato.

Quatenùs verò ſpectat ad alios reſtitutionis tempo-
re pendentes militabat eadem ratio habita reſpectu
anni 1678. ut ſcilicet illorum diviſio facienda ſit
17 inter collitigantes pro rata temporis, quo poſſederunt
ex authoritatibus lato callamo congeſtis in præterite
deciſione §. *Quo verò ad fructus pendentes, &* §. *ſequen.*

Hoc addito ad ejuſdem deciſionis declarationem
in §. *Eadem* reſpiciente partitam inciſionis ſilvarum fa-
18 ctæ à Barone del Nero poſt recuperatam tenure poſ-
ſeſſionem, ut ſcilicet illius pretium regulandum ſit
ad proportionem anni legalis quo cecidit inciſio eo
modo quo ſtatuta fuit diviſio circa reliquos fructus.
Quamvis enim in præfata deciſione dictum fuerit
habendam non eſſe rationem ſolius ultimi anni
ſed integri novennii eo quia in ſilvis ceduis (qua-
19 lis eſt illa Porciliani) ad novennium locari ſolitis
hoc tempus pro uno anno reputetur ex pluribus au-
toritatibus ibidem congeſtis in d. §. *Eadem*; Atta-
men quia conſtitit hodiè inciſiones in controverſe
20 tenute diſtributas fuiſſe in ſingulos annos, *ut in Summ.
Baronis del Nero dato in perita propoſitione num.* 15.,
conſequens eſt quod earum fructus reputendi ſint an-
nuales ac de iſtis prout de cœteris veniat judicandum.

Quod demum attinet ad reaptationem Cimbæ, ac
reintegrationem mobilium à Barone del Nero petitam
ex quo illarum deterioratio ab uſu Baronis Gavotti
21 proceſſerit tranſierunt Domini pro negativa reſolutio-
ne cum eiſdem fundamentis præteritæ deciſionis,
quod nempè cum d. Baro Gavottus illis uſus fuerit ad
uſum deſtinatum bona fide, & abſque dolo con-
ſumptio proveniens ex nature rei non debet eidem
imputari ex Tiraquello, & aliis in deciſione relatis
§. *His ità.* Quibus non adverſetur modernus Seti-
nus de *Prælation. quæſt.* 27. *num.* 49. Quia licet iſte,
contrarias rationes ponderet in fine tamen ait quod
non audet recedere ab opinione Tiraquelli.

Et ita in reliquis approbando deducta in præfata de-
ciſione reſponſum fuit omniũ DD. ſuffragio utraq; &c.

R.P.D. DE LA TREMOILLE.

Cornetana Juris Offerendi

Veneris 2. Julii 1700.

SUMMARIA.

1 *Jus offerendi competit adverſus creditorem anterio-
rem ementem bona à debitore, vel jure debitoris.*

2 *Decretum ſtare ſub executione habet dumtaxat locum
vel in juribus incorporalibus, vel ubi adſit in inſtru-
mento facultas capiendi poſſeſſionem bonorum pro-
pria auctoritate & n.* 5.

3 *Creditor accipiens bona in ſolutum vigore ceſſionis fa-
cta à debitore, cenſetur accipere cum ſuo onere &
ſic cum jure offerendi competente poſterioribus.*

4 *Ennunciativa ſententia de qua non conſtat non eſt at-
tendenda.*

6 *Deliberatio non cenſetur facta in vim exequutionis
& ſubhaſtationis judicialis jure creditoris, quan-
do in ſententia enarratur judicem ad eam deveni-
re vigore ceſſionis facta à debitore.*

7 *Creditor qui citatus ad declarandum ſuper quibus
bonis velit aſſequi proprium creditum, ad aliqua
ſe reſtringit cenſetur renunciare executioni facta
ſuper aliis.*

8 *Creditor qui emit judicialiter pignus gratia conſer-
vandi hypothecam, ſubjicitur juri offerendi per
creditorem poſteriorem intentato.*

9 *Renunciatum cenſetur juri offerendi quando creditor
citatus patitur diſtrahi bona debitoris.*

10 *Quod tamen procedit quando bona emuntur à tertio
non autem à Creditore & n.* 11. *&* 12.

13 *Negligentia non poteſt imputari creditori poſteriori
in juris adjudicationis facta à Judice auctoritate
privata.*

14 *Fides haſta publica non eſt de facili convellenda.*

15 *Creditor qui patitur per ſententiam adjudicari bona
favore creditoris anterioris amittit jus offerendi.*

16 *Quod tamen procedit quando creditor poſterior ob-
tuliſſet & ejus oblatio in eadem ſententia rejecta
fuiſſet alias ſecus.*

Et Contraria auctoritates explicantur n. 17. *remiſſivè.*

18 *Jus offerendi competit indubitanter favore credi-
toris poſterioris, quando adhuc adjudicatio perfe-
cta non fuit favore anterioris.*

19 *Mandatum de immittendo requiritur pro perfectio-
ne adjudicationis maximè quando in ſententia ejus
expeditio habita fuit pro neceſſaria.*

20 *Electio bonorum facta à Creditore ad effectum aſſe-
quendi creditum, & admiſſa à judice non tollit
neceſſitate mandati de immittendo, ut dici poſſit
perfecta adjudicatio.*

21 *Mandatum de immittendo neceſſariè requiritur,
quando creditor vult retinere bona pro creditis ac-
quiſitis poſt ſententiam concedentem adjudicationem.*

22 *Creditor dicitur offerre re integra, quando offert
antè implementum conditionis demandata in ſen-
tentia adjudicationis.*

23 *Adjudicatio non dicitur perfecta antequam implea-
tur conditio, quam creditor apponi voluit in ipſa
adjudicatione.*

24 *Negligentia non poteſt conſiderari in Creditore po-
ſteriore dum non offert antequam impleatur con-
ditio quâ mediante adjudicatio perfici debebat.*

Deci-

Digitized by Google

DECISIO IV.

ROta cenſuit *die* 20. *Martii anni præteriti* in-
firmandam eſſe ſententiam Rotalem R. P. D.
Lancettæ denegantem Immiſſionem vigore Juris of-
ferendi petitam à D. Card. Mariſcotto, & Com.
Alexandro ejus Fratre Creditoribus Vincentii Ta-
gliaviæ ad Bona jam adjudicata Cæciliæ anteriori
Creditrici, *ut ex deciſione deſuper edita*, qua revo-
cata ad novum examen, tàm *ſub die* 23. *Decembris*
1699. quàm etiam rursùs *ſub die* 12. *Martii præte-
riti*, cum nulla prodiiſſet reſolutio, hodie tandem
adſcitis 5. & 6. ex DD. ſedentibus poſt conſuetum
Turnum reſponſum fuit *ſtandum eſſe in deciſis.*

Præmiſſa namque Juris regula, qua ſtatuitur po-
ſteriori Creditori competere Beneficium Juris offe-
rendi adverſus anteriorem, ſi idem anteriorem ſibi,
aliiſque obligatam in ſolutum acceperit à debitore
ſive à Iudice, ſecus autem ſi ex lege conventionis,
& creditoris Jure, pignus diſtraxerit, *ut compro-
1 bant Iura, & auctoritates laudatæ in deciſione, quæ
revidetur à §. Quemadmodum, & duobus ſequenti-
bus.* Tota quæſtio erat in cognitione facti, nimi-
rum an cauſa hæc in primo, vel in ſecundo caſu ver-
ſetur, & quidem in primo verſari evidens, & aper-
tum reddi viſum eſt, ex eo quod bona Vincentii
communis Debitoris non fuerunt ſub haſta vendi-
ta, ac publicè addicta Creditoribus, ſed ab illis nul-
la præcedente executione, aut alia ſolemnitate præ-
miſſa, in ſolutum accepta à Iudice vigore ceſſionis
dd. bonorum factæ ab ipſo Vincentio ad Benefi-
cium eorumdem Creditorum; Conſtat enim, quod
expedito primitùs mandato pro ſcutis 200. ad in-
ſtantiam Archihoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia con-
tra Bona Vincentii, quæ Cæcilia Uxor occupaverat
ad effectum alendi ſe, & familiam, facta fuit execu-
tio ſuper nonnullis corporibus contentis in cedulis
ſubhaſtationis, de quibus *Summ. Actorum Num.* 1.
& licet deinde ſuperventis aliis Creditoribus, & ef-
formato concurſu coram bo: me: R. P. D. Urſino olim
Judice deputato d. Archihoſpitalis emanaverit Decre-
tum, quod ſtarent ob executione, non tantum ea Bona
Vincentii, quæ antea erant exequutata, verùm etiam
omnia alia bona, & illius vigore deventum fuerit ad
cedulam ſubhaſtationis, verùm tamen, tàm de de-
creto, per quod alia Bona dicebantur ſtare ſub exe-
cutione, quàm de cedula ſubhaſtationis, nulla dein-
de ratio habita fuit à Judice, & quidem merito, cum
in Juribus incorporalibus, tantùm, locum habeat hu-
juſmodi executio, vel ubi creditoribus attributa re-
periatur facultas capiendi poſſeſſionem propria aucto-
ritate, ut fuit declaratum *in Romana reintegrationis
2 4. Martii* 1695. *§. Neque ſubſiſtunt coram R. P. D. meo
Muto*, quàm facultatem, cum non haberent iidem
Creditores, poſtea inſteterunt pro ſubhaſtatione Bo-
norum particularium, tantùm, ſuper quibus antea fa-
cta fuerat executio, & proſequuti fuerunt ſemper iſtud
Judicium, non attenta cedula ſubhaſtationis, ut ſu-
pra expedita, ut patet ex *d. Summ. Actorum n.* 4.

Poſt hæc comparuit Vincentius coram A. C. &
exhibita commiſſione obtenta à Sanctiſſ. ſibi tribuente
facultatem cedendi bonis abſque ignominia, bonis
dicatis, illa ceſſit ſuis creditoribus ad hunc actu n
citatis conſentiens eorum ſubhaſtationi, & delibera-
tioni favore eorumdem Creditorum, qui attenta hu-
juſmodi ceſſione deſtiterunt ab ulteriori inſtantia pro
conſumatione executionis jam factæ, & Judex aſſu-
mendo poſſeſſionem omnium, & ſingulorum bono-
rum ejuſdem Vincentii ab illo per actum ceſſionis di-
miſſam, deputavit Adminiſtratorem, & Æconomum
dd. bonorum, & elegit Peritum ad effectum graduan-
di Creditores.

In hoc ſtatu poſtmodum, quia expiravit Iuriſdi-
ctio R. P. D. Urſini mediante ſuppreſſione generali
aliorum Urbis Tribunalium, comparuerunt Credito-
res coram A. C. Thauruſio per acta, ubi Vincentius
illis citatis produxerat commiſſionem, & ceſſerat bo-
nis, & reperta d. ceſſione bonorum, egerunt, & obti-
nuerunt à præfato A. C. Thauruſio bona adjudicari,
& diſtribui inter ipſos Creditores *Summ. Num.* 5. ex
quibus ſequitur, quod hujuſmodi adjudicatio tribuen-
da non ſit facto Creditorum, qui integra dd. bona
non habebant ſub deliberatione, nec fecerant illa rea-
liter exequutari, ſed tribuenda ſit facto ejuſdem Vin-
centii debitoris, qui cedendo bonis conceſſit Judici
facultatem illa dividendi inter ejus Creditores, itaut
bona ſic accepta ab anterioribus Creditoribus, non
ſponte ſua, ſed Juris neceſſitate coactis in illos tran-
ſierint cum ſuo onere; & ſic cum Jure offerendi com-
petente poſterioribus, *ut poſt Salicet. in l. prima qu. 3
ultima Cod. ſi antiquus creditor*, tradunt *Neguſant.
de pignor.* 3, *memb.* 5. *part. princ. nu.* 7. *Barbat. de aſ-
ſiſtent. gloſſ.* 2. *n.* 61. & 62. *Thor. in compend. dec. Regn.
part.* 3. *verſ. Ius offerendi, Galupp. in Prax. Sac. Conſ.
par.* 4. *de concurſ. & Prælat. Credit. cap. ult. n.* 1. *Scup.
ad Grat. obſer.* 66. *n.* 1. & 5. *Car. Ant. de Luc. ad de
Marin. melior.* 219. *n.* 2. *verſ. ratio eſt*, & firmat,
aliis relatis dec. quæ revidetur §. Sed quæſt. & ſequent.

Nec obſtat, quod A. C. in ſententia graduatoria
expreſſerit concurſum, & executionem ſuper omni-
bus bonis Vincentii, tùm quia talis enunciativa non ve-
rificatur, dum verè conſtat executionem factam fuiſ- 4
ſe ſuper nonnullis bonis, ac rurſus quia non poteſt
validare decretum, *ſtare ſub exequutione*, quòd aliàs
de Jure erat inſufficiens *ex ſuperius adductis*, tum quia 5
ſucceſſivè in eadem ſententia legitur, quod Judex de-
veniebat ad adjudicationem attenta ceſſione omnium
bonorum facta per Tagliaviam *Summ. actorum Num.*
5. unde ſemper excluditur, quod deliberatio fuerit 6
facta in vim exequutionis, & ſubhaſtationis judicialis
Jure Creditoria.

Minus urget omnia bona Vincentii fuiſſe antea ven-
dita, ac publicè addicta Cæciliæ pro ſcutis 10209. haud
enim prætermiſſo quod talis deliberatio facta fuit inter
virum, & uxorem, non citatis Creditoribus, & in di-
verſo, & ſeparato Judicio pro prætenſis creditis extra-
dotalibus ejuſdem uxoris, de quibus nulla fuit habi-
ta ratio in hoc Iudicio concurſus, in quo dd. Jura fue-
runt per A. C. dumtaxat reſervata, dum eadem Cæcilia
poſtea conventa à Creditoribus ad declarandum, ſuper
quibus bonis dotem ſuam conſequi vellet, declaravit
velle retinere nonnulla bona, de quibus in *dicto Sum.
nu.* 4. inde cenſetur ſe reſtrinxiſſe ad illa certa bona & 7
exequutioni factæ ſuper cæteris bonis renunciaſſe.

Verùm tametſi bona Vincentii fuiſſent judicialiter
vendita adhuc quia non verſamur in ſubhaſtatione pi-
gnoris facta extraneo Licitatori, ſed in adjudicatione
facta anteriori Creditori, ſine difficultate poſterioribus
ſupereſſet Jus offerendi, ex illa convincenti ratione,
quia Creditor anterior, qui ad judicialem emptionem 8
acceſſit, pignoris ſui conſervandi cauſa potius, quàm
animo acquirendi Dominium acceſſiſſe cenſetur, nihil-
que refert interceſſiſſe Judicis auctoritatem, quippe cù
illa pro debitoris fa[illegible] habeatur, quemadmodum debi-
tor non poteſt deteri[illegible]em facere conditionem aliorum
Creditorum, ita etiam nec poteſt Judex, adeout diſtra-
ctio facta dicatur Iure debitoris, non autem Iure Cre-
ditoris *juxta text. in l. cum ſecundus enim §. final. cum
ſeq. ff. de diſtract. pignor.* quem ad hunc effectum ex-
pendunt, & exornant *Neguſant de pignor. p.* 5. *memb.* 3.
n. 5. *limit.* 2. *Moret. de ſecund. credit. offer. n.* 19. 37. &
40. *Gallupp. in prax. Sac. Conſ. par.* 4. *de concurſ. &
prælat. credit. cap. ult. n.* 5. *Merlin. controv. foren. cap.*
40. *nu.* 10. & 77. *aliique plures congeſti à Schettin. de
Iur. offer. par.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 4. *num.* 1. *per tot.* ubi om-
nibus contrariis reſpondit *Poſthius de ſubhaſt. inſpect.*
66. *numer.* 33. & 37. *Card. de Luc. de empt. & vend.
diſ.* 31. *n.* 4. & *Rot.* recedendo à primo loco reſolutis
juxta dec. 67. *numero* 1. & 2. hanc ſententiam per-
petuò ſequuta fuit *deciſ.* 68. & *deciſ.* 69. *per tot. poſt
Poſth. de ſubhaſt. coram Bich. deciſ.* 95. *numero* 2.

2. 3.

n. 3. *& 4. ac per tot. & dec.* 504. *num.* 14. *in rec. dec.* 364 *par.* 16. & magis ex profeſſo examinato articulo *in Aſculana Iuris offerendi* 21. *Martii* 1688. §. 7. *& ſeqq.* confirmata *die* 4. *Martii* 1689. *cor. Reverendiſſ. D. Hervaeuls, & impreſſa apud Albit. de inconſt. in Jud. dec.* 12. *n.* 1. *& ſeqq. ubi omnes contraria auctoritates, & rationes rejiciuntur.*

Quibus ita confirmatis, fruſtra iterum objiciebatur, quod Dominus Card. & Comes ejus frater vocati in Judicium adjudicationis, pariterque citati in ſententia graduatoria permiſerint bona controverſa adjudicari Cæciliæ, neque Jus offerendi propoſuerint, proindeque
9 omne Jus hypothecæ, quod habebant ſuper dd. bonis remiſiſſe videri, & per conſequens etiam amiſiſſe beneficium Juris offerendi *juxta text. in l. ſi eo tempore Cod. de remiſ. pign. aliaſque auctoritates exadverſo cumulatas.*

Quoniam eo tantùm caſu poſterioribus Creditoribus citatis adimitur beneficium Juris offerendi, quando deliberatio facta fuit favore tertii, qui non potuit bona ſibi acquirere uti Creditor, & ex cauſa confirmandæ ſuæ hypothecæ, in quibus terminis loquuntur, & intelligendi ſunt *Text. in leg. cum prior in princip. ff. de diſtract. pignor. l.* 1. *C. ſi antiq. credit. &*
10 *l. final. C. ſi vendit. pignor. Agat. gloſſ. in l. ſi potior in verb. ſuſcepiſti C. eodem, Cephal. conſ.* 397. *n.* 8. *Vincent. de Franc. dec.* 69. *n.* 1. *Theſaur. dec.* 157. *n.* 8. aliique innumeri relati *poſt Schett. in ſua ſede de Iur. offer. par.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 3. *per tot. & ſignanter à n.* 5. *& ſeqq & Rot. in dec.* 43. *num.* 1. *& pluribus ſeqq. cor. Bich. & dec.* 67. *n.* 2. *& ſeqq. apud Poſth. de ſubhaſt.*

At ſecùs ubi deliberatio decreta fuit favore Creditoris anterioris, hoc enim caſu, cum ex ſuperiùs firmatis de plano inter Iuris præſumptio, quod Creditur licitando id fecerit potius ex cauſa conſervan-
11 dæ ſeu confirmandæ ſuæ hypothecæ, & uti Creditur, quam animo nanciſcendi ſibi Dominium irrevocabiliter, creditores poſteriores, ſcientes exinde non tolli Ius offerendi, ſed adhuc durare, & ſalvum eſſe, nullum præjudicium ſibi irrogant ſi tacent, &
12 tempore licitationis non offerunt, quia certò ſciunt deliberationem intelligi factam cum Iure offerendi, *& ad normam Tex. in l. cum ſecundus enim §. fin. ff. de diſtract. pignor.* ut in individuo tenent *Aſin. in tract. de exequut. §. ſeptimo cap.* 11. *ſub nn.* 1. *& ſeqq. Schett. de Iur. offer. p.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 4. *n.* 16. *Merend. contr. Iur. lib.* 23. *cap* 40. *à n.* 34. *uſque ad finem, ubi omnibus contrariis reſpondet Milanen. deciſ. Sicil.* 12. *n.* 123. *lib.* 1. *de Franch. dec.* 69. *nn.* 12. *ubi ſic deciſum in Sac. Conſ. teſtatur*, cum aliis adductis *in deciſ. quæ revidetur §. Manente, & ſequen.*

Quæ ſi locum habent in terminis formalis ſubhaſtationis, potiori Jure procedere debent in adjudicatione bonorum communis debitoris factæ extra publicam haſtam, & auctoritate privata Iudicis, in qua non eſt, quod imputetur poſterioribus creditori-
13 bus, cur ſtatim non licitaverint, proindeque uti negligentes repelli debeant ab hoc Iure offerendi poſtea deducendo *juxta Text. in d. leg. ſi eo tempore C. de remiſſ. pignor.* præterea que ceſſet præcipua ratio animadverſa per Doctores in formali ſubhaſtatione, nè ſcilicet publicæ venditiones, ſeu adjudicationes de facili retractentur, nevè licitatores arceantur à licitando, & offerendo quando non eſſent à moleſtiis & à bonorum avocatione ſecuri; quam ex *Text. in leg.*
14 *hypotheca* 8. *C. de remiſ. pignor & l. quacunque enim C. de fid. inſtr. & jur. haſt. fiſcal. lib.* 10. conſiderant *Tepat. var. Iur. ſent. lib.* 2. *tit. diſtract. pignor. lib.* 6. *Grat. diſcept.* 36. *n.* 34. *Cancer. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 27.

Nec turbat replicatio. quod D. Card. & Comes ejus frater in ſententia graduati poſt Cæciliam non appellaverint, & in ejus executionem ei bona adjudicari permiſerint, ac propterea ſibi imputare debeant, ſi
15 tempore congruo non obtulerint juxta *Bald. conſ.* 50. *ſub num.* 2. *verſ. item conſidero uſque ad finem lib. primo.*

Deciſ. Noviſſ. ad Corrad. de Iure Prælat.

Et enim cum in eo Iudicio actum fuerit ſolum de prioritate, & potioritate Creditorum, & adjudicatione bonorum Vincentii communis debitoris juxta ordinem anterioritatis, non autem de remedio Iuris offerendi, quod hodie exercetur utique D. Card. & Comes ejus Frater acquieſcendo d. ſententiæ ſibi non præjudicarunt, cum per tale Judicium non remanſerit poſterioribus Creditoribus ſublatum Jus offerendi, quod ineſſe deducitur, & efficitur exercibile, ubi per adjudicationem perfectam bona communis debitoris ab anterioribus Creditoribus poſſidentur, *ut probat deciſio, quæ revidetur §. Quamobrem in fine;*
Tunc enim D. Card. ac Co: ejus Frater ſibi præju- 16
dicaſſent metipſis ſi ex d. adjudicatione tolleretur Jus offerendi, vel in eo Judicio obtuliſſent, & Index per ſententiam eorum oblationem rejeciſſet, quæ ſubinde in judicatum tranſacta eos quoque repelleret ab eodem Jure, *ut declarando doctrinam Bald. in exadverſo laudato conſ.* 50. *& diſtinguendo unum caſum ab altero, optimè obſervat Merlin. de pignor. lib.* 4. *q.* 79. *n.* 6. *& ſeqq.*

Nec adverſatur *Mantic. de dec.* 129. *n.* 2. *& ſeq.*
quia præterquamquod ibi præceſſerat ſolemnis ſubha- 17
ſtatio, plures inſuper aderant circumſtantiæ, quæ apertè demonſtrabant Creditores poſteriores poſt ſubhaſtationem remiſiſſe, ac deciſiſſe à Jure offerendi, *ut patet ex nn.* 4. *uſque ad finem.*

Prout etiam attendi non meretur *Cephal. in conſ.* 298. *à nu.* 6. *& ſeqq.* quia in hac materia eſt communiter rejectus à Doctoribus, & præ cæteris *à Merot. de Jur. offer. tit. de ſecund. cred. offer. d. nn.* 40. *& à Mangil. de ſubhaſt. d. qu.* 82. *num.* 8. *& ab Amat. Panorm. reſol.* 11. *n.* 10.

Hæc autem omnia licet per ſe certa ſint in Jure,
validiora tamen redduntur, ſi ſuperaddantur circum- 18
ſtantiæ facti optimè ſuadentes adjudicationem bonorum factam Cæciliæ non fuiſſe perfectam, atque conſummatam, proindeque re adhuc integra potuiſſe poſteriores Creditores offerre Priori.

Circumſtantiæ autem ex eo promanant, quia Cæcilia poſt electionem bonorum non expedivit mandatum de immittendo, quo tam de Iuris cenſura, 19
quam ad normam ſententiæ graduatoriæ pro complemento adjudicationis egebat, tametſi dicta bona poſſideret Iure ſuæ dotis *ex firmatis in præcedenti deciſ. §. Deerat demum, & ſequen.*

Abſque eo quod ſuffragari valeat ſucceſſiva electio Cæciliæ, & illius admiſſio facta à Iudice, citatis Creditoribus quia Iudex dumtaxat admiſit electionem Cæciliæ, non obſtante, quod ejus Creditores anteriores non elegiſſent, ut erat neceſſarium ad formam 20
ſententiæ, non autem devenit ad aliam formalem bonorum adjudicationem; neque inde ſubſtulit neceſſitatem mandati de immittendo, & poſſeſſionem illius vigore capiendam, *ex allegatis.*

Et magis quia Cæcilia non ſolùm elegit bona pro creditis ad ſui favorem graduatis in ſententia verum etiam pro creditis ab ea acquiſitis poſt ſententiam 21
d. Sum. nu. 6. pro quibus omnino neceſſarium erat mandatum de immittendo poſt electionem bonorum à ſingulis Creditoribus expediendum.

Rurſus datio in ſolutum facta Cæciliæ in ſententia graduatoria concepta erat ſub expreſſa conditione dimittendi, & compenſandi mobilia ibi: *dimiſſis tamen, vel bonificatis, vel compenſatis mobilibus &c. Sum. d. num.* 5. quæ quidem conditio cum non fuerit impleta à Cæcilia niſi longè poſt inſtructum Iudi- 22
cium ſuper Iure offerendi *die* 6. *Aprilis* 1696. electio, & adjudicatio decreta illius favore remanſit nullius momenti, eoque minus apta ad excludendos poſteriores Creditores à beneficio Iuris offerendi.

Et denique his omnibus accedit, quod electio facta à Cæcilia emanavit cum ea expreſſa conditione, ut illa haberet locum, quotieſcumque ſimilis electio fieret per alios Creditores, tam præſentes, quam futuros, unde 23

b illius

23 illius electio remanebat in ſuſpenſo, donec cæteri omnes elegiſſent, quapropter cùm D. Cardinalis Judicium ſuper Jure offerendi introduxerit, antequam omnia bona remanſiſſent conſumpta ex electione aliorum Creditorum ſibi anteriorum, dum poſt introductum Iudicium ſuper Iure offerendi adhuc elegerunt
24 alii Creditores poſteriores Ceciliæ, & è converſò anteriores Actoribus, etiam ex hoc capite non poſſet contra ipſos Imputari aliqua negligentia in petendo hoc Ius offerendi, potiſſimè dum etiam poſt electionem Ceciliæ el gerunt alii Creditores & quidem creditis ignotis, & nemine citato in actis ſpecificatis.

Et ita utraque parte acriter informante reſolutum fuit poſt tertiam Cauſæ propoſitionem &c.

R. P. D. MUTO.

Cornetana Juris Offerendi.

Veneris 18 Novembris 1701.

SUMMARIA.

1 Jus offerendi competit favore creditoris poſterioris adverſus anteriorem accipientem bona debitoris in ſolutum.

2 Limita ſi eadem bona adjudicentur creditori anteriori ut tertio & non ut creditori.

3 Creditor anterior, qui obtinet vigore crediti adjudicationem cenſetur facere gratia conſervandi pignoris non acquirendi dominii irrevocabilis.

4 Creditor anterior quia accipit bona debitoris in ſolutum cum præſervatione primævorum jurium, & hypothecarum, cenſetur acquirere bona gratia conſervandi propriam hypothecam non irrevocabiliter.

5 Creditor anterior recipiens bona in ſolutum à Judice, idem eſt ac ſi recipiat à debitore, quia factum judicis eſt factum partis.

6 Jus offerendi competit contra creditorem anteriorem accipientem bona in ſolutum à debitore. & nu. 15.

7 Et contraria auctoritates, procedunt vel quando venditio ſeu diſtractio pignoris ſit à debitore, una ſimul cum creditore anteriore ad favorem tertii.

8 Vel quando idem acquiratur à creditore uti tertio.

9 Vel demum quando diſtractio ſit ſubhaſta favore tertii, ad inſtantiam creditorum anteriorum.

10 Adjudicatio qua ſit à judice, favore creditorum, non nomine debitoris, ſed eorumdem creditorum impedit exercitium juris offerendi.

11 Fallit quando bona dantur in ſolutum creditoribus abſque affixione edictorum, & formali ſubhaſtatione.

12 Adjudicatio bonorum, ut poſſit dici facta à Iudice nomine creditorum neceſſe eſt, quod proceſſum fuerit per viam ſubhaſtationis & deliberationis, vel vigore pacti appoſiti in inſtrumento, vel vigore facultatis à jure indultæ.

13 Renunciaſſe cenſetur creditoris facultati obtinendi diſtractionem pignoris propria auctoritate, quando judicem adiverunt.

14 Adjudicatio facta à judice vigore ceſſionis facta à debitore & ſine formali ſubhaſtatione cenſetur facta jure debitoris non creditorum.

16 Adjudicatio judicialis ut poſſit conſummari requiritur formalis executio.

17 Adjudicatio qua conceditur à Iudice ad inſtantiam creditorum, & in vim ceſſionis facta a debitore ſaltem conſtituit caſum mixtum, adeout ſemper ſit locus juri offerendi.

18 Renunciatum cenſetur juri offerendi quando creditor citatus patitur diſtractionem bonorum debitoris. nec prælationem expoſcit.

19 Limita ſi adjudicatio fiat à judice nomine debitoris.

20 Prout ſi judex in eadem ſententia qua graduat creditores concedat adjudicationem, quia tunc creditor poſterior non habet commodum medii temporis ad offerendum.

21 Jus offerendi durat ſpatio 30 annorum.

22 Creditor poſterior dicitur expoſtulare prælationem re integra adverſus anteriorem, quando comparet ante perfectam adjudicationem, ſeu implementum conditionis demandatæ in eadem ſententia concedente adjudicationem.

23 In dubio pronunciandam eſt in modum ut ſervetur indemnitas utriuſque creditoris, & ſic intret jus offerendi.

Decisio V.

Interpoſita ex parte Petri, & Catharinæ: de Tragliaviis appellatione à ſententia. R. P. D. mei de la Tremoille alterius A. C. Orighi confirmatoria declarante Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Mariſcotto, & D. Comiti Alexandro Capilocchio competere Ius offerendi pro eorum, credito ſuper bonis Vincentii Tagliaviæ communis debitoris, Cauſa fuit mihi commiſſa, eaque hodie ſub congruo dubio propoſita, exquiſitis de ordine DD. meorum, omnium ſuffragiis reſponſum fuit -- *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam* — Juridicum ſanè, & firmum hujus reſolutionis fundamentum deſumpſerunt DD. ex eo quod clar. mem. Cardinalis Thauruſius tunc A. C. Locumtenens Bona Vincentii Tagliaviæ communis debitoris in concurſo creditorum per viam dationis in ſolutum vigore ſententiæ Ceciliæ ejus Uxori habenti creditum aliis anterius adjudicavit; quæ datio in ſolutum creditori anteriori à Judice facta, Poſteriori Jus offerendi non aufert, ut præter authoritates recenſitas in prima deciſ. R. P. D. mei 1
de la Tremoille §. *Sed quæſtio, & ſeqq. & in ſecunda §. In hoc ſtatu*, in præciſis terminis firmat *Riminald. Iun. conſ. 3. nu. 9. & ſeqq. Carroce. de oblat. par. 2. quæſt. 11. num. 62. Aras de Meſa var. reſol. lib. primo cap. 8. num. 7. Faber. in Cod. lib. 8 tit. 20. definit. 25. & tit. 22. definit. anic. de Marin. reſol. 219. nu. 2. in fin. & reſol. 336. num. 16. & 24. lib. 1. Merlin. Pignatell. controv. 68. num. 8. & 9. centur. 2.* ibique *Scoppa in Scoliis num. 2. Felician. de Genſ. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 13. verſ. quæ regula Molin. de contract. tract. 2. diſput. 538. ſub num. 19. Gregor. Lopez in l. 46. partit. 5. tit. 13. verb. En pagamiento, Sebaſtin. de Iur. offerendi par. prima cap. 3. ſect. 2. nu. 6. Staiban. Iun. in obſervat. ad reſol. 121. num. 10. cent. 2. Gizzius ad Capit. Latr. deciſ. 142. num. 21. Vivius deciſ. 516. num. 9. Maſtrill. deciſ. 120. num. 2. & deciſ. 201. nu. 6 Franch. deciſ. 12. ſub num 24* ibique *Ricc. in Addit. §. Creditor ſecundus, Milanenſ. deciſ. Sicil. 12. num. 121. lib. 2. Theſaur. deciſ. 157. ſub num. primo verſ. quæ procedit, Rot. in Piſauren. Iuris offerendi 26. Iunii 1671. coram bon. mem. Calataiù*; Et in longè durioribus terminis venditionis ſcilicet Bonorum communis Debitoris factæ ſubhaſta publica, quod non excludat Jus offerendi favore Creditoris poſterioris, ſi anterior, cui Bona fuerunt adjudicata non comparеat uti Tertius, & Extraneus Oblator, ſed tanquam Creditor, cum tunc magis propriè additio, quam vera emptio, ſeu pignorum diſtractio cenſenda ſit, & communior, & verior Doctorum opinio, de qua in ſecunda Deciſione R. P. D. de la Tremoille §. *Verum*, eamque ultra 2
ibidem relatos comprobant *Riminald. Iun. conſ. 3. num. 9. & ſeqq. & nu. 21. & 28 Hodiern. controv. 40. n. 20. & 77. Merlin. controv 68. num. 6. cent. 2. Staiban. reſol. 121. num. 18. & ſeqq. & obſerv. 121. num. 16. & ſeqq. cent. 2. Gob. conſult. 93. numer. 22. Altimar. ad Rovit. conſ. 13. nu. 3. & 4. lib. 3. Carleval. de Iudiciis lib. primo tit. 3. diſput. 22. num. 11. Menoch lib. 2. præſumpt. 121. nu. 6. & 22.* & paſſim ſequuntur Tribunalia, ut apud *Franc. deciſ. 69. per tot. deciſ. 224. & deciſ. 450. nu. 3. Maſtrill. deciſ.*

ciſ. 23. *num.* 7. *Caſtill. deciſ.* 91. *nu.* 2. & 22. *Sanfelic. deciſ.* 104. *num.* 17. *Milanen. deciſ.* 12. *num.* 122. & *ſeqq. lib.* 2. *Surd. deciſ.* 302. *n.* 3. & *ſeqq. Grammatic. deciſ.* 51. *numer.* 5. *Pereira deciſ.* 70. *Pilala deciſ.* 9. *num.* 91. *lib.* 2. *Rota apud Poſth. de ſubhaſt. deciſ.* 76. *numer. primo*, & *ſeqq.* & *in recent. deciſ.* 243. *num.* 16. *par.* 11. *deciſ.* 186. *nu.* 11. & 12. & *deciſ.* 289. *n.* 14. & *ſeqq. par.* 13. & *in Piſauren. Iuris offerendi* 26. *Iunii* 1671. *coram Calataiu* & *in Narnien. Iuris offerendi* 25. *Iunii* 1677. *coram Bourlemont.* §. *Validitas*, & magiſtraliter rejectis contrariis in celebri *Aſculana Iuris offerendi* 1688. & 1689. *coram Reverendiſſimo Turonen. impreſſ. poſt Albic. de inconſt. in Iudic. deciſ.* 12. *la prima num. primo*, & *ſeqq.* & *dec.* 13. *nu. primo.*

Prædictaque propoſitio in Foro, & Tribunalibus uniformiter recepta duplici æquè potentiſſima ratione innititur, prima nempè quia cum creditor anterior dationem in ſolutum, vel adjudicationem Pignoris, ut ſupra à Judice factam recipere non poſſit, uti Extraneus, nec uti Tertius licitator, ſed ſolum tam-
offer. tit. de ſecundo creditore offerent. nu. 19. & 40.*
ubi rejicit contrarios *Galluppius in praxi Sacri Conci-
lii part. 4. cap. ultimo num. 5. Aſin. de execut. §. 7.
cap. 11. ſub num. 1. & ſeqq. Mangil. de ſubhaſt. qu.
42. num. 14. §. Nec reſiſtit, & ſeqq. Schettin. de Iur.
offer. part. 1. cap. 3. ſect. 4. nu. 16. Merend. con-
troverſ. lib. 23. cap. 40. num. 34. & ſeqq. uſque ad
fin.* ubi reſpondet contrariis *Milanen. deciſ. Sicil. 12.
num. 123. lib. 2.* aliique relati *in prima deciſ. huius
Cauſæ coram R. P. D. meo de la Tremoille §. Manente,
& ſeqq. & in ſecunda §. Quoniam, & ſeqq. & in
alia coram Me §. Quoniam, & ſeqq.*
Non obſtantibus authoritatibus iterum in contra-
rium adductis, quia *Text. in l. creditor, l. ſi eo tem-
pore, & l. convenerit* ſupra in objecto allegati lo-
quuntur in vera, & perfecta venditione pignorum
facta Tertio emptori cum perpetua, & irretracta-
bili acquiſitione dominii; ſed non procedunt quandò 23
creditores poſteriores petunt jus offerendi ſuper bo-
nis adjudicatis, vel datis in ſolutum uni ex credito-
ribus anterioribus revocabiliter tanquam creditori,
& non uti Tertio, *Fab. de Ann. conſ. 57. n. 8. & ſeqq.*

lib. 1. *& Capyc. deciſ.* 41. *nu.* 6. *&* 7. loquuntur de quæſtione omnino diverſa; Agunt enim de jure offerendi pecuniam rei executatæ competente ei, qui victus, ſeu condemnatus eſt in aliquo Judicio *Vincent. de Anna allegat* 56. loquitur de bonorum deliberatione irrevocabiliter facta Tertio emptori, & in hac irrevocabilitate vim totam facit, & ulterius loquitur in caſu, quo creditor poſterior citatus partem pretii recepit, ſicque non applicatur præſenti hypotheſi, in qua adjudicatio fuit facta creditrici, quæ noluit acquirere bonorum dominium irrevocabiliter; & creditor poſterior facto poſitivo non approbavit adjudicationem mediante partis pretii receptione, *Rota poſt Rodriguez in concurſ. credit. deciſ.* 43. *num.* 1. in adjudicatione à Judice facta firmat dari Jus offerendi, & quamvis *num.* 4. *& ſeqq.* plures huic regulæ limitationes adducat, & referat opinionem contrariam, nihil tamen determinat, ſed pertranſit cum verbis *quidquid ſit*, quæ nihil ponunt ineſſe, ut obſervat *Rota in Forolivien. Cantela Ange-*
24 *li* 22. *Januarii* 1700 §. *Non obſtantibus coram Me*; ſolumque fundat reſolutionem in ſuo caſu deciſio præfata in peculiaribus facti circumſtantiis caſui præſenti nullo modo applicabilibus, *Mantic. deciſ.* 126. *nu.* 2. *& ſeqq.* loquitur de adjudicatione per vium formalis, & ſolemnis ſubhaſtationis facta creditori anteriori, & figit pedes in pluribus facti circumſtantiis, ex quibus conſtabat creditores anteriores bona adjudicata non accepiſſe pro confirmatione, & ſecuritate hypothecæ, ſed animo ſibi irrevocabiliter illorum dominium acquirendi, & poſteriores totaliter jus offerendi remiſiſſe, rurſus à prædicta opinione, quam tenuit coram Manrica articulo ex profeſſo diſcuſſo *Sac. Rota* ex poſt receſſit, & in caſu etiam formalis ſubhaſtationis tenuit competere creditori poſteriori adverſus anteriorem Poſſidentem Jus offerendi, ut reprobatis contrariis latè fundat famigerata *deciſio Aſculana Juris offerendi* 1688. *coram Reverendiſſimo Turonen. in princ. &* §. *Attamen. cum ſeqq.* ubi plures Sac. Rotæ deciſiones congeruntur, *&* 4. *Martii* 1689. *in princ. coram eodem* impreſſ. apud *Albic. de Inconſt. in Judic. deciſ.* 12. *la prima, & deciſ.* 13. Deciſio coram Durano 445. *n.* 57. loquitur pariter in venditione perfecta, & tranſlativa dominii irrevocabiliter in Tertium emptorem, qui emit cum interventu, & conſenſu creditoris; Et demum *in deciſ.* 76. *numer.* 9. *&* 10. *inter impreſſas poſt modernas annotationes elucubratas ad ſtatut. Urbis tom.* 3. quæſtio erat cum creditore poſteriore opponente Jus offerendi contra mulierem pro aſſecuratione ſuæ dotis agentem, quod licet contra ipſam admittatur ſoluto matrimonio, eo tamen conſtante non eſt expetibile, ſive ipſa poſſeſſionem adepta fuerit citato, & non opponente creditore poſteriore, ſive non, ex ea peculiari ratione, quod hæc aſſecuratio, matrimonio adhuc durante indulta fuit mulieribus, ut poſſent ex fructibus bonorum ſe, & familiam alere non obſtante vergentia mariti ad inopiam, *ut in leg. ubi adhuc* 29. *C. de Jur. dot.* qui effectua haberi non poſſet, ſi permiſſum eſſet mulieri creditum dotale in pecunia offerre, ut materiam per principia examinando, & reprobatis contrariis probat *Schettin de Jur. offer. part.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 1. *num.* 38. *& pluribus ſeqq.* ubi innumeros adducit concordantes, & præter relatos ab eodem firmat etiam *Conciol. allegat.* 77. *num.* 30. *& ſeqq. Ciarlin. controv.* 94. *num.* 23. *Urceol. conſultat.* 24. *num.* 26. *& conſul.* 52. *num.* 15 *Boſs. de dot. cap.* 19. *num.* 8. *Alderiſ. de aſſiſtentia quæſt.* 8. *num.* 1. *Leo deciſ. Valentin.* 140. *num.* 2. *circa fin. lib.* 2. *Thor. voto deciſio* 74. *num.* 17.

Cæterum dato etiam, nunquam tamen admiſſo, quod Cæcilia voluerit acquirere bona non pro ſuæ hypothecæ confirmatione, ſed Jure dominii irrevocabilis adhuc talis acquiſitio ad repellendos creditores poſteriores à jure offerendi nihil in jure proficeret, cum datio in ſolutum, & electio bonorum facta fuerit ſub conditione reſolutiva ſimilis electionis faciendæ aliis creditoribus præſentibus, & futuris, & demiſſionis, ſeu compenſationis mobilium communis debitoris faciendæ à Cæcilia cum ſuis creditis ut ſupra dictum eſt; Ante quarum conditionum implementum cum C. Cardinalis jus offerendi perierit, pro illo inſtetiſſe dicitur ante perfectam adjudicationem, & ſic re integra, proindeque 25
illud eidem, re adhuc integra comparenti denegari non valet, ut plenè firmatum fuit *in prima deciſione R. P. D. de la Tremoille* 20. *Martii* 1699. §. *Et in hanc ſententiam cum plur. ſeqq. & in ſecunda diei* 2. *Julii* 1700. §. *Hac autem uſque ad fin. & in alia coram Me* §. *Fortius.*

Semperque in univerſum urget, quod vel ex prædictis clare conſtat bona in ſolutum à Judice data, & à Cæcilia creditrice recepta fuiſſe pro confirmatione ſuæ hypothecæ, vel ſaltem D. Cardinalem obtuliſſe re adhuc integra, & ejus favore negari non poteſt jus offerendi; aut res aliquam patitur dubietatem, & iſto caſu D. Cardinali, qui tractat de damno vitando ſuffragari debet bona fides, & juſta credulitas dationem in ſolutum pro tuitione pignoris fuiſſe factam, & ipſum re integra obtuliſſe 26
adverſus Cæciliam creditricem anteriorem agentem de lucro captando, ut firmatur *in prima deciſione R. P. D. mei de la Tremoille* §. *Acceſſitque*, & in alia *coram Me* §. *final.* & præter ibidem relatos probat *Rota in Aſculana Iuris offerendi* 1689. *coram Reverendiſſimo Turonen. impreſſ. apud Albic. de Inconſt. in Iudic. deciſ.* 13. *nu.* 1.

Probato ex his competere D. Cardinali Jus offerendi fruſtrà Defenſores Cæciliæ recurſum habuerunt ad allegandam retentionem pro alio credito 27
ſcutorum 400. Duplex enim occurrit reſponſio, Prima quod pro hoc credito Cæcilia non fuit graduata; Ideoque cum jus offerendi detur inter creditores graduatos, & pro creditis à Judice admiſſis tunc temporis, opus non eſt, quod etiam iſtud offerat D. Cardinalis, maximè quia evaſit turbidum, &
illiquidum ob non redditam à Cæcilia rationem ad- 28
miniſtrationis Bonorum communis debitoris *Rota in Aſculana Iuris offerendi* 1689. *coram Reverendiſſimo Turonen. apud Albic. de Inconſt. in Iudic. deciſ.* 13. *n.* 9. *verſ. minoris*; Non obſtante, quod pro dicto credito coram A. C. fuerit expeditum mandatum, quia iſtius executio fuit per Signaturam Juſtitiæ ſuſpenſa, & remiſſa cognitio ad Sac. Rotam, quæ uſque adhuc de eo non cognovit; Altera quod Cæcilia poſſeſſionem controverſorum bonorum habuit, & uſque ad præſens retinuit pro ſuo credito dotis, ac propterea reſoluta adjudicatione mediante Jure offerendi non poteſt Cæcilia bona ex uno titulo, &
credito poſſeſſa, eo deficiente pro alio omninò diverſo 29
titulo, & credito retinere, ſi etiamſi iſtud ſit clarum, & liquidum, ſed pro illius conſequutione in alio magis proprio judicio agere debet, ut firmat *Bartol. in l. ſi non ſortem* 26. §. *Cenſuum num.* 8 *ibique Caſtrenſ. num.* 5. *ff. de condit. indebit. Rota coram Cavalier. deciſ.* 539. *nu.* 4. *& deciſ.* 543. *num.* 3. *Buratt. deciſ.* 249. *num.* 3. *& in rec. deciſ.* 411. *numer.* 12. *part.* 5. *deciſ.* 162. *num.* 3. *part.* 13. *deciſ.* 802. *num.* 16. *par.* 18.

Et ità prætermiſſis aliis objectis tamquam levioris ponderis, vel pleniſſimè ſublatis in præteritis deciſionibus hujus Cauſæ, quas Domini in omnibus approbarunt, reſponſum fuit *utraque Parte* acriter informante *omnium Dominorum* exquiſitis ſuffragiis.

R. P. D.

R. P. D. SCOTTO

CORNETANA JURIS OFFERENDI.

Lunæ 11. Junii 1703.

SUMMARIA.

1 *Jus offerendi non competit favore Creditoris poſterioris adverſus anteriorem, ementem bona debitoris tanquam tertium.*

2 *Renunciatum cenſetur juri prælationis quando creditor citatus patitur ſubhaſtari rem debitoris.*

3 *Sententia ſuper adjudicatione tranſacta in Judicatum obſtat juri offerendi.*

Contrarium num. 14. & 15.

4 *Jus offerendi ceſſat quando emptor acquirit dominium irrevocabile.*

5 *Res judicata tranſactioni æquiparatur.*

6 *Creditor poſterior citatus in adjudicatione facta favore primi Creditoris tacendo non amittit jus offerendi, ſed illud durat per ſpatium 30. annorum.*

7 *Et contraria opinio procedit quando adjudicatarius acquirit dominium irrevocabile, vel quando emptio fit à licitatore extraneo n. 8.*

9 *Adjudicatio facta favore creditorum à Judice poſt ceſſionem bonorum; expletam per debitorem; pro intranti quantitate crediti, cenſetur facta gratia confirmandi pignoris non vero acquirendi dominium irrevocabile & nu. 10.*

11 *Adjudicatio quæ fit ſine affixione edictorum favore Creditorum poſt ceſſionem bonorum & debitore expleta cenſetur facta gratia pignoris conſervandi factum Judicis eſt factum partis.*

12 *Adjudicatio quæ provenit partim ex facto creditorum & partim ex facto debitoris explentis ceſſionem bonorum non impedit jus offerendi.*

13 *Adjudicatio quæ fit favore creditoris anterioris cum proteſtatione præſervativa crediti, & jurium ante illam competentium non tollit jus offerendi, cum facta præſumatur gratia confirmandi pignoris.*

16 *Jus offerendi non poteſt retardari exceptione retentionis quando creditum eſt illiquidum adeout Signatura reſcripſerit cum clauſula ſine præjudicio.*

17 *Creditum redditur illiquidum ſtante adminiſtratione bonorum Viri facta per Uxorem*

DECISIO VII.

1 RESponſum fuit *ſub die 9. Martii proximè præteriti* Informante tantum Eminentiſſimo D. Cardinali Mariſcotto *conſtare de re judicata*, cumque fundamenta deciſionis contumacialis tunc æditæ in hodierna Audientia contradicentibus illis de Tagliaviis validis rationibus innixa comperta fuerint, DD. *in deciſis* periſtere non dubitarunt.

II. Admittebant enim Informantes pro Tagliaviis Theoricas in dicta deciſione firmatas quod tempè ubi adjudicatio bonorum fiat à Judice Creditori anteriori, nulla præcedente ſubhaſtatione, locum habere debeat jus offerendi; ſive quia factum Judicis reputatur factum partis: ſive etiam quia tunc Creditor non poſſit tanquam tertius, & extraneus licitator adjudicationem petere, ſed tantum uti Creditor, & conſequenter potiùs conſervandi pignoris gratia, quàm acquirendi irrevocabile illius dominium, ut probant auctoritates relatæ *in dicta deciſione §. Juſtitia enim.* Sed totum defenſionis momentum in eo conſtituebant quod D. Cardinalis non ſemel tantum, ſed bis in adjudicatione citatus amiſerit privilegium offerendi, cum creditor ſciens, & patiens rem ſibi pignoratam diſtrahi, dicatur remiſiſſe hypothecam, ſine qua non datur jus offerendi tanquam effectus ſine Cauſa ad *Text. in l. Creditor 129. ff. de regul. jur. & l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pignor.* eoque 2
magis quia, ut ſubdebant iidem Informantes, Sententia A. C. per quam decreta fuit adjudicatio bonorum, in judicatum tranſiverat, ideoque quouſque non fuerit per contrariam rem judicatam revocata, ſemper obſtare debeat juri offerendi; Sicuti 3
enim interveniente conſenſu Creditoris ceſſat jus offerendi, & Emptor acquirit dominium irrevocabile ad *Text. in l. 4. ff. de pignor. act.* ità nec illud competere poſſit adverſus rem judicatam, quæ tranſactioni æquiparatur ad *Text. in l. non minori C. de tranſaction.* 4 5

III. Cæterum objectum in omnibus propoſitionibus inculcatum, ſemperque rejectum, iterum DD. in utraque ſui parte in facto corruere viſum eſt. Non enim obſtabat citatio D Cardinalis, quia cum actus adjudicationis controverſæ non importet tranſlationem irrevocabilis dominii in Ceciliam Aurbricem illorum de Tagliaviis, ſed ſonet in majorem confirmationem propriæ hypothecæ, parum refert, quod in illa fuerit citatus D. Cardinalis, & ſtatim non reclamaverit, quia cum in adjudicatione, quæ fit à Judice jure debitoris, & temporaliter, ſemper competat poſteriori Creditori Ius offerendi; quod poſtquam fuit radicatum in eodem Creditore durat per triginta annos; Hinc D. Cardinalis quamvis citatus, tacendo, & non offerendo tempore adjudicationis, nullum ſibi intulit præjudicium, quia ſciebat jus ſuum eſſe ſalvum, & durare uſque ad 30. annos, intra quos ſemper poterat d. Ius offerendi intentare, ut probant *Schettin. de jur. offerend. cap. 3. ſect. 3. num. 16. Mangil. de ſubhaſt. qu. 82. nu. 11. & 14. verſ. nec reſiſtit Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 79. n. 6. Franc. dec. 69. n. 5. & ſeqq.* & alii cumulati *in ſecunda dec. R. P. D. mei Mari §. Poſito autem* in hac Cauſa emanata. 6

IV. Nec contrariantur *Textus* ſuperius allegati, & *aliæ auctoritates* in contrarium cumulatæ, quæ omnes procedunt cum ſuppoſito, quod Adjudicatarius acquiſiverit irrevocabile dominium, cum quæſtionem agitent, vel in terminis tertii licitatoris extranei, in quo non poteſt conſiderari ratio confirmationis hypothecæ, vel quando ſubhaſtatio fuit facta ſervatis ſervandis; & ad inſtantiam Creditorum, in quibus caſibus ſibi imputare debet poſterior Creditor, ſi citatus, & ſciens rem ſibi obligatam in alium irrevocabiliter transferri, non curavit, vel licitando, vel offerendo bona deliberata ſibi acquirere, ut animadvertunt omnes præcedentes deciſiones; *& illa, quæ revidetur in §. Mians relevat.* 7 8

V. Quod autem controverſa bona fuerint adjudicata Ceciliæ revocabiliter, & in majorem ſuæ hypothecæ confirmationem, ad evidentiam reſultat, tàm ex natura, & qualitate judicii, quàm fortiùs ex facto ejuſdem Ceciliæ. Et quidem ex natura Iudicii, quia licet ab initio ſuper nonnullis ex dictis bonis præceſſerit executio ad inſtantiam Archihoſpitalis S. Spiritus, tamen dicta executio nullum habuit effectum; nam interim Debitor convocato concurſu; Bonis ceſſit, & vigore dictæ ceſſionis Iudex proceſſit ad ſententiam graduatoriam, & in eadem ſententia adjudicavit bona Creditoribus graduatis pro intranti quantitate eorum Crediti, quæ omnia denotant adjudicationem geſtam fuiſſe jure debitoris, & compatibiliter cum Iure offerendi; tum quia adjudicatio pro intranti quantitate Crediti cenſetur facta in confirmationem pignoris, ut bene probat *Schettin. de Iur. offerend. par. 1. cap. 3. ſect. 3 numer. 40. Rota in Aſculana Iuris offerendi impreſſ poſt Albert. de Inconſtant. in Iudic. deciſ. 1. nu. 5. & 6.* tum 9
etiam quia in dicto Iudicio adjudicationis nulla præceſſit affixio edictorum, aut alia juris ſolemnitas, quæ 10
fuiſſet neceſſaria pro ſubhaſtatione ad inſtantiam Credi-

Creditoris, ſed adjudicatio proceſſit totaliter ab ipſo Judice, cujus factum cenſetur factum Partis *De Marin. reſol.* 136. *n.* 24. *lib.* 1. *Rota dec.* 68. *n.* 4. & 5. & *dec.* 76. *n.* 4. *penes Poſth de ſubhaſt.*

VI. Vel ad omne pejus negari non poteſt, quin verſemur in terminis caſus mixti, nempè adjudicationis provenien. partim ab inſtantia Creditorum, partim verò ex facto debitoris, in quo ſicuti factum debitoris prævalet inſtantiæ Creditoris, ita jus, & æquitas non patitur: quod poſterior privetur jure offerendi à lege attributo, ut animadvertit *deciſio qua revidetur* §. *Vel ſaltem.*

VII. Ex facto verò Cæciliæ magis confirmatur aſſumptum, nam eadem pluriès tam ante adjudicationem, quam in actu ejuſdem proteſtata fuit de
13 retentione bonorum, quouſque ſibi fuerit ſatisfactum in pecunia, præſervatis ſibi primævis juribus proprii crediti, ut latè recenſet *ſecunda deciſ. R. P. D. mei Muti* §. *Verum*, & *plur. ſeqq.* quæ quidem proteſtationes tamquam incompatibiles cum datione in ſolutum translativa dominii, & extinctiva primævæ actionis apertè præſeferunt animum ejuſdem directum ad ſimplicem confirmationem hypothecæ, & dationem pignoris revocabiliter duraturam, quem ea ſimilibus conjecturis præcipuè deſumi debere probant *Schettin. de Jur. offeren. par.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 3. *num.* 18. *Franch. dec.* 69. *num.* 5. & *ſeqq Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 121. *num.* 11 & 12. *Rota dec.* 76. *num.* 22. & 23. *penes Poſth. de ſubhaſt.* & *in dicta Aſculana Juris offerendi poſt Albit. de Inconſt. in Judic. deciſ.* 12. *numero* 5. & *ſeqq.*

VIII. His ita firmatis non relevat res judicata
ſuper adjudicatione, quæ eſt ſecunda pars objecti ſub
initio relati, nam adjudicatio hodie non impugnabatur, quin potius præſupponitur validè facta, ſed
14 cum ſuo onere, & compatibiliter cum jure offerendi competente poſteriori Creditori; Undè ſtat ſimul, quod adjudicatio ſtet in ſuo robore, & in judicatum tranſiverit, & quod ius offerendi intentetur, cùm immò adjudicatio ſit actus præambu-
15 lus & præparatorius, ut Jus offerendi poſſit ad actum deduci, ut firmat *deciſio qua revidetur* §. *final.* & in ſimilibus terminis dixit *Rota in Ariminen. Caſtrorum* 5. *Maij* 1702. §. *Neque prælatio coram R. P. D. meo Caſſarello.*

IX. Nec demum conſideratione digna viſa fuerunt ea, quæ objiciebatur circa retentionem pro alio credito ſcut. 400. pro quo Cæcilia mandatum ab A. C. obtinuerat contra bona Viri, quia hujuſ-
16 modi Creditum viſum fuit penitus irrelevans ad obtinendam retentionem, tum quia mandatum A. C. fuit ſuſpenſum per Reſcriptum Signaturæ, quæ illius executionem noſtro Tribunali remiſit, tum etiam quia agitur de credito acquiſito conſtante
17 matrimonio, & Cæcilia adminiſtravit Bona Viri communis debitoris, & ideò quouſque non reddatur ratio fructuum perceptorum, vel Creditum præſumitur ſatisfactum, vel ſaltem remanſit adeò turbidum, & illiquidum, ut pro eo nulla competere poſſit retentio *Rota deciſ.* 262. *num.* 4. *par.* 12. *recen.* & *coram Emerix. jun. dec.* 475. *numer.* 6. & 7. & animadvertit *ſecunda deciſio R. P. D. mei Muti* §. *fin.*

Et ita prætermiſſis aliis objectis levioris ponderis, quibus latè ſatisfaciunt præcedentes Cauſæ deciſiones reſponſum fuit, *videntibus omnibus.* DD. & utraque parte audita.

R. P. D. SCOTTO

CORNETANA JURIS OFFERENDI.

Super prætenſis exceſſu, & attentatis.

Lunæ 11. Junii 1703.

SUMMARIA.

1 *Sententia Rotalis non eſt nulla ſi mandet conſignari pecunias præſtita fidejuſſione quando fidejuſſionis præſtatio veniebat in ſequelam deciſionum* & *n.* 2.

3 *Creditor recipiens pecunias in concurſu creditorum tenetur dare cautionem de reſtituendo prioribus,* & *potioribus,* & *n.* 9.

4 *Creditor poſterior offerens pecunias creditori anteriori debet illas tradere liberas à quocumque Vinculo.*
Limita in concurſu creditorum in quo ſicuti Creditor accipiendo bona debitoris, tenetur recipere vinculata ita pariformiter debet accipere vinculatas pecunias n. 6.

5 *Et contraria procedunt quando creditor anterior poſſidet bona debitoris in ſalviano, vel vigore alicujus contractus facti cum debitore non ſuſpecto de decoctione.*

7 *Creditor anterior in tantum non debet in judicio prælationis recipere pecunias vinculatas ne ſit in damno.*

8 *In damno autem dici non poteſt quando pendet concurſus creditorum, quia tunc ſicuti retinet bona vinculata, ita etiam debet retinere pecunias oblatas à Creditore poſteriore.*

10 *Bona dicuntur extare, quando creditor anterior illa percepit in concurſu ſub obligatione de reſtituendo prioribus* & *potioribus.*

11 *Creditor poſterior exercendo Jus offerendi in concurſu creditorum non debet eſſe in damno, ſolvendo nempe liberè pecunias anteriori,* & *remanendo ſubjectum periculo evictionis.*

12 *Inæqualitas non eſt facienda in concurſu creditorum.*

13 *Creditor anterior in concurſu creditorum non poteſt impugnare præſtationem cautionis reſpectu pecuniarum ſolutarum à creditore poſteriore exercente jus offerendi quando idem practicavit contra alium creditorem favore ſui ipſius.*

14 *Dubia ſuperflua non ſunt in Rota diſputanda.*

15 *Explicatur deciſio in Romana Pec. edita die* 3. *Martii* 1698. *Coram R. P. D. Caprara.*

16 *Attentata non poſſunt conſiderari quando deficit inhibitio legis,* & *hominis.*

17 *Commiſſio ſignata cum clauſula ſine præjudicio operatur, quod ultimus judex habeat manus liberas in exequendo ſententias præambulas.*

DECISIO VIII.

I. IN Judicio univerſalis concurſus Creditorum Vincentii de Tagliavis clar. memb. Cardinalis tunc A. C. Thaurutius ſuam protulit diffinitivam ſententiam, in quâ graduatis juxta ordinem eorum anterioritatis, & potioritatis omnibus Creditoribus, iiſdem adjudicari, & aſſignari mandavit, ſervato dicto ordine, Bona Debitoris pro intranti quantitate eorum crediti, & juxtà pretium quo fuerant à Perito æſtimata, ea tamen adjecta expreſſa lege, & conditione, quod eadem Bona ſic aſſignata ſtare deberent obligata, & hypothecata loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus dicti Vincentii quamvis citatis, & in dicta ſententia comprehenſis.

II. At quia Patrimonium Debitoris impar erat omnium Creditorum ſatisfactioni, & inter illos Cæcilia uxor dicti Vincentii prò ejus creditis tàm dotalii, quam extradotali aſcenden. ad ſcut. 5933. 40. in ſecundo, & ſequentibus locis graduata, devenerat

rat ad electionem nonnullorum ex magis conſpicuis corporibus ad hæreditatem præfati ſui viri ſpectan. Hinc Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Mariſcottus, & bo: me: Comes Alexander Cappiſucchus, qui tanquam vigeſimo loco graduati à dicti adjudicatione, ſeu aſſignatione Bonorum excluſi remanſerant, ut propriæ, indemnitati aliquo modo conſulerent; inſtructo coràm tunc A. C. Origo contra Petrum, & Catherinam dictæ Cæciliæ hæredes Iudicio ſuper jure offerendi, ad illud per ſententiam admitti obtinuere, ſolutis tamen prius ſcutis 5933. 40. pro quibus Cæcilia adjudicationem, ſeu aſſignationem reportaverat, necnon renovata lege in præcedenti ſententia Cardinalis Thaurutii expreſſa, quod nempè Bona ſtare deberent obligata, & loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus dicti Vincentii communis Debitoris.

III. Confirmata hujuſmodi ſententia in noſtro Tribunali prius *coram R. P. D. meo de la Tremoille*, & ultimo loco *coram R. P. D. meo Mutò*, tandem adverſus dictas tres conformes ſententias Signatura Juſtitiæ reſcripſit *ſine præjudicio trium conformium, facta obligatione de ſolvendis melioramentis prout de jure*; Unde in executionem hujuſmodi reſcripti R. P. D. meus Mutus ultimus Iudex, & ſententiarum Executor, contumaciam illorum de Tagliaviis, mandavit deponi in Sac. Monte Pietatis ſcut. 5933. 10. ad formam ſententiarum, ad effectum illa conſignandi dictis Reis conventis præſtita tamen per eoſdem idonea cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus, & ſucceſſivè mandatum de immittendo conceſſit, cujus vigore D. Cardinalis poſſeſſionem bonorum adeptus fuit.

IV. Interim commiſſa Mihi in devolutivo appellationis Cauſa ſuper negotio principali, & emanata jam contumaciali Deciſione canonizantem rem judicatam, Tagliavii prætendere cœperunt omnia geſta coram R. P. D. meo Muto poſt reſcriptum Signaturæ fuiſſe exceſſiva, & attentata, eò quia in decreto pro depoſito faciendo appoſita fuerit conditio præſtandi cautionem: ideòque obtenta ſubſcriptione Dubii — *An conſtet de exceſſu, ſeu potius de attentatis, itaut ſit danda manutentio*, illoque *in hodierna Audientia* inſimul cum altero ſuper negocio principali propoſito, in utroque pari infælicitate ſuccubuere; nam ſicuti quoad illud cenſuerunt DD. *ſtandum eſſe in deciſis*; ita quoad iſtud prodiit reſcriptum — *Non conſtare de exceſſu, neque de attentatis; neque dandam eſſe manutentionem.*

V. Non enim DD. viſum eſt conſtare de exceſſu, ex quo R. P. D. meus Mutus depoſito impoſuerit conditionem prædictam præſtandi cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus, quæ in præcedentibus ſententiis non legebatur, quia cum hujuſmodi conditio eſſet intrinſeca, & connaturalis Iudicio moto, & tacitè ineſſet in ſententiis, nullum importat exceſſum in decreto Iudicis, qui in hac parte dicitur explicaſſe id, quod implicitè in iiſdem ſententiis continebatur ad *Text. in l. conditiones extrinſecas ff. de condit. & demonſtr. Gratian. diſcept. 260. n. Rota coràm Coccino deciſ. 15. nu. 3. coram Duran. deciſ. 421. numero 6. & ſeqq. in rec. deciſ. 229. numero 9. & deciſ. 146. num. 20. & 21. par. 10.*

1

VI. Quodque decreta, & ſententiæ noſtri Tribunalis non dicantur nulla, & exceſſiva, quamvis contineant aliquid plus, quam fuerit dictum, & diſcuſſum in deciſionibus, quando ſuperadditum, venit in conſequentiam neceſſariam reſolutionis captæ dixit *Rota deciſ. 468. numer. 8. & ſeqq. coram Bichio, & in Romana, ſeu Portuen. Tenutarum 17. Iunii 1695. §. Et quidem coram Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Mediolani, & in Neapolitana Penſionis 17. Febr. 1698. §. Remanſiſſet, & ſeq. coram R. P. D. meo Anſaldo.*

2

VII. Non poteſt autem dubitari, quin de jure ineſſet in ſententiis conditio præſtandi fidejuſſorem, quia cum ſuper bonis communis debitoris fuiſſet convocatus generalis concurſus, & lata ſententia graduatoria, quilibet Creditor recipiens pecunias in ſatisfactionem ſui crediti; talem cautionem exhibere tenetur, non minus ex diſpoſitione Iuris communis *l. Procuratores 5. §. Tributio, & l. Illud. 7. in princ. ff. de tribut. act.* quàm ex reformatione ſa. me. Pauli V. *apud Ridolph. in prax. ſub tit. de Iudicibus in Cauſis Civilibus §. Cauſo in fin. Card. de Luca de credit. diſc. 23. nu. 5. & diſc. 34. num. 14. Rota coram Coccin. deciſ. 345. num. 21. & 22. & in rec. deciſ. 118. num. 15. par. 10. & deciſ. 149. numer. 1. par. 14.* 3

VIII. Nec obſtat, quod non verſamur ampliùs in Judicio concurſus totaliter terminati per aſſignationem, ſeu adjudicationem Bonorum, nec quæſtio ſit de pecuniis retractis ex patrimonio Debitoris ſub concurſu exiſtente, ſed agatur de Judicio diverſo Juris offerendi intentati à poſteriore Creditore, in quo pecunia oblata debet tradi libera à quacumque cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, ut tradunt *Card. de Luca. de credit. diſc. 54. n. 6. Rota coram Durano dec. 421. n. 10. coram Bichio deciſ. 321. n. 18. & deciſ. 118. n. 14. par. 10. recent.* 4

IX. Nam DD. pro reſponſione animadvertebant, quod licet ubi Creditor anterior poſſidet Bona ſui Debitoris, vel in ſalviano, vel ex alio contractu inito cum debitore de decoctione non ſuſpecto, abſque ullo vinculo reſtituendi prioribus, & potioribus, non teneatur recipere à Creditore poſteriore intentante Jus offerendi pecuniam obnoxiam oneri præſtandi fidejuſſorem, ut eſt caſus *authoritatum* in objecto allegat, diverſimodè tamen res procedit in caſu, quo prout hic, Creditor anterior in concurſu ſuper patrimonio Debitoris foro ceſſi obtinuit adjudicationem Bonorum communis debitoris pro integrali rata ſui crediti, ſub ea expreſſa lege, quod ſtare debeant loco cautionis de reſtituendo prioribus & potioribus Creditoribus; tunc enim poſterior Creditor intentans Jus offerendi non tenetur exponere pecuniam liberam, quia Jus offerendi ſortitur naturam principalis Judicii concurſus, in quo ſicuti Creditor non poteſt conſignationem pecuniæ ſine fidejuſſore reportare, ita & in iſto conſecutivo juris offerendi ad cautionem compelli poteſt, ut benè *diſtinguendo* materiam *in individuo* probant *Schetin. de Jur. offer. par. 1. cap. 2. ſect. 3. n. 11. Borgnia. Cavalcan. deciſ. 3. numer. 38. par. 1.* & à contrario ſenſu admittitur *in deciſ. 421. numer. 17. coram Duran. & deciſ. 118. num. 15. par. 10. recent.* in contrarium allegat. 5 6

X. Et ratio differentiæ inter utrumque caſum ea eſt, quia in primo Creditor poſſidens bona ſui debitoris libera à quacumque cautione ſi arctaretur fidejubere, ejus conditio fieret deterior, cum privatus eſſet commodo ſuæ poſſeſſionis, & una ſimul gravatus onere adinveniendi fidejuſſionem, cum tamen lex indulgens Creditori poſteriori beneficium Juris offerendi voluerit, quod primus Creditor non ſit in damno, ut præcisè ponderant contrariæ authoritates, & ſignanter *Rota deciſ. 321. num. 22. & 2 . coram Bichio; & coràm Durano deciſ. 421. num. 10. & deciſ. 276. an. 1. poſt Parif. de Salvian.* In ſecundo verò caſu, in quo verſamur nullum fit præjudicium Creditori anteriori, nam ſicuti bona, quæ poſſidebat affecta erant vinculo reſtitutionis favore Creditorum anteriorum, & ſubjecta periculo evictionis: ita æquum eſt, quòd idem vinculum, transfundatur in pecunia, quæ ſubrogatur, & ſuccedit loco dictorum bonorum *gloſſ. in l. 1. verſ. Poſſeſſores ff. de diſtract. pignor. Surd. deciſ. 306. numero 5. Cardinalis de Luca de credit. diſc. 35. num. 63. Rota deciſ. 275.* 7 8

numer.

numero 2. *& deciſ.* 439. *numer.* 4. *par.* 18. *recent.*

XI. Et quemadmodum ſi de tempore factæ adjudicationis fuiſſet inventus Licitator, qui bona
9 emeret, illi de Tagliaviis recipiendo pecuniam, debuiſſent cautionem præſtare de reſtituendo prioribus, & potioribus; ita nulla major excogitari poteſt ratio, cur ad illam non ſint nunc adſtringendi, dùm reſtitutis Bonis, illorum loco pecuniam exiguns; Cùm præſertim ſtante obligatione in adjudicatiooe adjecta de reſtituendis dictis Bonis prioribus, & potioribus Creditoribus eadem bona habeantur, acſi adhuc extarent ſub concurſu, & in patrimonio debi-
10 toris ad beneficium omnium Creditorum, *Cardinalis de Luca de credit. diſc.* 2. *nu.* 9. *& diſc.* 52. *ſub n.* 5. *Franch deciſ.* 200. *num.* 4. *Rota deciſ.* 50. *numer.* 63. *poſt Merlin. de pignor.*

XII. Præterea ponderabant DD. quod ſi pecunia eſſes in hypotheſi liberè conſignanda, maximum, & intollerabile fieret præjudicium Creditori poſteriori, qui ſubiret periculum evictionis bonorum in caſu, quo detegantur Creditores anteriores, ut facilè contingere poteſt in patrimonio decocto, ſimulque etiam amiſſionis pretii, & ita jus offerendi, quod à legibus conceſſum fuit in beneficium Creditoris poſterioris, in illius odium retorqueretur
11 contra regulam *Text. in l. quod favore C. de leg. & in cap. quod ob gratiam* 61. *ff. de regul. jur. in* 6. Et è converſo prior Creditor locupletaretur cum aliena jactura, dum pro bonis vinculatis reciperet pecuniam liberam, cum tamen omnis æquitas expoſcat, quod
12 inter plores Creditores ad boṇa communis Debitoris concurrentes æqualis ſit, & par omnium conditio ad *Textum in l. Procuratoris §. Si plures l. non enim l. illud ff. de tribut. act. Salgad. in labyrint. Creditor. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 83. *Franch. deciſ.* 179. *ſub num.* 9.

XIII. Hanc veritatem benè agnoverunt etiam ipſi de Tagliaviis, dùm non ſolum, tam in noſtro Tribunali, quam etiam coram A. C. & Signatura Juſtitiæ illius Defenſores ad impediendi jus offerendi perpetuo objecerunt incommodum inveniendi fidejuſſorem, ſed quod magis eſt, cum ipſi ob-
13 tulerint alteri Creditori anteriori ſcuta quinquaginta, eundem à Judice adſtringi curarunt ad præſtandam cautionem, prout de facto præſtitit, unde conqueri non debent ſi contra ipſos idem jus ſtatuatur ad *Text. in leg.* 1. *ff. quod quiſque jur. Barboſ. axiom.* 596. *num.* 15. *Rota coram Emerix junior, deciſ.* 1255. *num.* 2.

XIV. Cum igitur ex hactenus dictis ſatis ſuperque, tum authoritate, tùm ratione comprobatum remaneat, quod de jure cautio eſſet à Tagliaviis præſtanda, non relevat, quod ſaltem eſſet diſputandum particulare dubium, ut ſimili Judicio practicatum dicebatur *in Romana Pecuniaria ſub die* 3. *Martii* 1698. *coram R. P. D. meo Caprara* reſoluta pro libera conſignatione pecuniarum favore Creditoris anterioris; Nam DD. reſponderunt, quod diſputatio dubii non erat neceſſaria, cum præſtatio fidejuſſionis eſſet intrinſeca, & implicitè ineſſet in ipſis ſen-
14 tentiis, nec Conſtitutiones Apoſtolicæ arctent ad diſputandum dubia ſuperflua, ut in terminis ſimilis caſus dixit *Rota deciſ.* 4:8. *num.* 8. *&* 9. *coram Bichio.* Reſolotio vero in Cauſa *Romana Pecuniaria coram R. P. D. meo Caprara*, emanavit in caſu longè diverſo, ibi enim Cavallerinus, qui obtinuerat ad-
15 mitti ad ejus offerendi ſuper domo retenta à Venerabili Hoſpitali Conſolationis prætendebat, quod Hoſpitale præſtaret cautionem, vel ſe obligaret reſtituere pecunias in caſu, quo domus evinceretur à Filonardis, qui hoc interim tranſmiſerant monitorium ſuper immiſſione ad eandem domum vigore fideicommiſſi, & Sac. Rota ibi juremerito reſpondit eſſe liberè conſignandas, dùm Cavalerinus volens, intentavit jus offerendi, & Hoſpitale domum liberam retinebat, ut ſuns termini authoritatum, quibus latè reſponſum fuit ſuperius *in §.* 9.

XV. Rejecto exceſſu parùm erat immorandum ſuper attentatis, quia ubi nulla concurrit inhibitio, vel legis, vel Hominis, nullum quoque conſiderari poteſt attentatum. Inhibitio enim legis non ade- 15
rat, cum potiùs ex hactenus firmatis lex aſſiſteret pro vinculo fidejuſſionis. Nec etiam Hominis, quia dum Signatura Juſtitiæ reſcripſerat cum clauſula *ſine præjudicio* R. P. D. meus Mutus ultimus Judex liberas
habebat manus, ſuam, & præcedentium Judicum 17
ſententias exequendi, ut tradunt *Capuc. in prax. tom.* 2. *de Iudic. execut. art.* 12. *numer.* 575. *Adden. ad Greg. deciſ.* 232. *num.* 4. *in recen deciſ.* 685. *num.* 1. *par.* 18. *deciſ.* 412. *num.* 4. *& ſeqq. par.* 19. *& in Caſeneten. dotis* 15. *Martii* 1694. §. *Abſque eo, coram R. P. D. meo Muto*

XVI. Ex in neceſſaria conſequentiam præmiſſorum reſultabat quoque, quod non eſſet Tagliaviis concedenda manutentio, quia excluſis attentatis, & exceſſu, non poterat D. Cardinalis privari poſſeſſione, quam
authoritate Judicis ritè, & rectè procedentis adeptus 18
fuit, niſi prius per tres alias conformes revocetur res judicata ab eodem D. Cardinali ſervatis ſervandis obtenta, ut tradunt *Poſth. de manut. obſerv.* 12, *nu.* 7. *& ſeqq. Rota poſt eundem deciſ.* 9. *num.* 26. *& ſeqq. coram Royas deciſ.* 158. *nu.* 2. *& deciſ.* 277. *n.* 9. *&* 50. *par.* 19. *recent.*

Et ita utraque Parte informante, *& videntibus omnibus DD.* reſolutum fuit.

R. P. D. PRIOLO

CORNETANA JURIS OFFERENDI.

Lunæ 8. Febr. 1706.

SUMMARIA.

1 *Sententia Rotalis non poteſt dici nulla ex eo quia canonicet depoſitum ritè & rectè factum, quandò in deciſionibus dictum fuerat illud non eſſe attentatum nec exceſſivum.*

2 *Sententia Rotalis non eſt nulla ſi declaret ea quæ implicitè in deciſionibus continentur.*

3 *Sententia Rotalis non eſt nulla ſi mandet conſignari pecunias præſtita fidejuſſione, quando fidejuſſionis præſtatio veniebat in ſequelam deciſionum.*

4 *Dubia ſuperflua in Rota non ſunt diſputanda.*

5 *Pretium quod ſolvitur creditori anteriori à poſteriore dum exercet Juris offerendi ſuccedit loco bonorum non crediti dimiſſi.*

6 *Creditor anterior, recipiens vigore juris offerendi pecunias à creditore poſteriori in concurſu creditorum, tenetur ille recipere cum fidejuſſione de reſtituendo prioribus, & potioribus.*

7 *Creditor poſterior tenetur offerre creditori anteriori creditum liberum.*

8 *Limita tamen in concurſu creditorum, in quò creditor anterior pecunias nequit expoſtulare niſi præſtita fidejuſſione.*

9 *Explicatur deciſio Rotæ in Roman. Pec.* 3. *Martii* 1698. *coram R. P. D. Caprara.*

10 *Ex diverſis non fit illatio.*

11 *Cautio minuit valorem rei.*

12 *Creditor poſſidens bona debitoris cum obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, tenetur recipere eodem modo pecunias oblatas à creditore poſteriore, prælationem expoſtulante.*

13 *Pretium quod datur à creditore poſteriori exercente retractum, non poteſt accipi à creditore anteriore ſine cautione, quando bona retinebat vinculata & cum obligatione de reſtituendi prioribus & potioribus.*

14 *Cre-*

14 *Creditor qui offerendo adverſus alium anteriorem, obtinuit ab eo præſtari fidejuſſionem, eam poteſt eandem fidejuſſionem impugnare, dato quod alius creditor contra eum expoſcat prælationem.*
15 *Creditor qui acceptavit decretum de recipiendo pecunias vinculatas non poteſt amplius reclamare.*

Decisio IX.

NOn acquieſcentibus Petro, & aliis de Tagliavià geminis Iudicialibus Rotalibus R. P. D. mei Scotti, & R. P. D. mei Anſaldi Canonizantibus validitatem mandati relaxati per R. P. D. meum Mutum pro conſignatione pecuniarum Ceciliæ præſtita cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, curarunt à me proponi dubium — *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*, & Domini illam eſſe confirmandam reſponderunt.

Illius enim validitas non benè impugnabatur ex quo in Sententia R. P. D. mei Scotti, poſt rejectum exceſſum, & attentata, fuerit ulterius dictum depoſitum, fuiſſe ritè, ac rectè, factum, & ſic ſententia
1 contineat ultrà id, quod fuit diſputatum, & deciſum; Quoniam poſtquam Sac. Rota firmaverat, quod depoſitum non erat neque attentatum, neque exceſſivum in neceſſariam conſequentiam reſultabat etiam, quod eſſet ritè, ac rectè factum, undè cum Sententia dicat ſolum, quod implicitè continetur in deciſione,
2 ceſſat quæcumque difformitas, quæ inter unam, & aliam conſiderari poſſit, *Rota in Calagurritana Decimarum de Naro* 12. *Ianuarij* 1700. *coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Melevitana reintegrationis* 29. *Ianuarij ejuſdem Anni* §. *minuſque coram R. P. D. meo Scotto.*

Fruſtra etiam controvertebatur ipſamet nullitas
3 cum Iuſtitia ex eo, quod, cum obligatio præſtandi fidejuſſorem non contineretur in Monitorio, nec in Sententijs præcedentibus R. P. D. meus Mutus d. conditionem apponere non potuerit, niſi exquiſitis ſuffragijs coauditorum, & diſputato dubio, etenim, recurrit reſponſio nuper data, quod cum ex deciſionibus in Cauſa emanatis conſtet præſtationem fidejuſſoris eſſe intrinſecam, & implicitè contineri in Sententijs; benè potuit R. P. D. meus Mutus illam apponere in Decreto facto in executionem Sententiarum abſque alia diſputatione dubij, ad quam non arctant Con-
4 ſtitutiones Apoſtolicæ, quando conſtat illius ſubſcriptionem, & diſcuſſionem non eſſe neceſſariam, ut præter auctoritates adductas in §. *Superiora firmant Rota in rec. deciſ.* 444. *num.* 7. *& deciſ.* 562. *num.* 4. *par.* 18.

Atque ex quod neceſſitas novæ diſputationis argui poſſit ex eo quod Creditor poſterior offerens Creditori anteriori ſubrogetur in credito anteriori, itaut pecunia ab eodem ſoluta ſuccedat loco Crediti, quod dimittit, non verò loco Bonorum & perconſequens ſicut vinculatum non eſt creditum, quod dimittitur, ità nec tradi debeat vinculata pecunia, ſi quidem Creditor poſterior principalitèr bona perſequitur, & contra illa actionem ſuam intentat, non autem contrà Creditum, cujus acquiſitione non indiget, ſed tantum illud dimittit Creditor poſterior ex neceſſitate, ne
5 ipſi faciat obſtaculum pro acquiſitione bonorum, ac proindè pretium, quod ſolvit creditori anteriori ſubrogatur loco bonorum, quæ dictus Creditor dimit-
6 tit, & ſic quemadmodum Creditor anterior poſſidebat bona vinculata, ità etiam ſub eodem vinculo recipere debeat pretium cum ſubrogatus aſſumat naturam ejus in cujus locum ſubrogatur, *Rota in rec. dec.* 561. *n.* 20. *& deciſ.* 809. *n.* 1. *part.* 18.

Nec obſtat, quod Creditor poſterior offerre teneatur anteriori Creditum ſuum liberum de Iure ex firmatis *per Rotam in Romana Pecuniaria* 3. *Martij*
7 1698. *coram R. P. D. meo Caprara*; Quia licet

hoc verum ſit, & conclusio procedat deficientè Creditorum concurſu, & quando Creditor anterior poſſidet bona libera nulli vinculo ſubjecta, in quibus terminis loquitur, & procedit dicta deciſio R. P. D. mei Capraræ; Certum, & indubitatum eſt, quod concurrente creditorum concurſu, & multo magis quando fuit lata Sententia graduatoria, ac bona recepta fuerunt ſub vinculo, Creditor recipiens pecunias in ſatisfactionem ſui Crediti præſtare tenetur talem cautionem, & cum eodem Vinculo, quo erant affecta bona tenetur pecuniam recipere,
tàm ex Iuris cenſura *in l. Procuratores* 3. §. *Tributio*, 8
& in l. illud 7. *in principio ff. de tribut. action.* quam ex diſpoſitione Bullæ ſan. mem. Pauli V. de qua apud *Rudolphum in prax. tit. de Iudic. in Cauſ. Civil.* §. *Cauſa in fine Rota coram Coccino deciſ.* 1345. *numer.* 21. *&* 22. *& in recen. deciſ.* 149. *num.* 1. *part.* 14.

Minimè relevante, quod in dicta Romana Pecuniaria non fuerit admiſſa cautio, quamvis immineret evictio vigore fideicommiſſi per Philonardos prætenſi ſuper Domo, quam Cavallerinus in Iudicio Iu-
ris offerendi expoſcebat, Quia evictio, quæ immi- 9
nebat ſuper dicta domo erat quid extrinſecum, & accidentale, & præter naturam Iudicij, in quò agebatur, cum hoſpitale poſſideret d. Domum abſque ulla cautione reſtituendi prioribus, & potioribus Creditoribus; Unde Cavallerinus poſterior Creditor volens ex jure offerendi ſuccedere in juribus, & poſſeſſione d. Domus, tenebatur liberè dimittere Hoſpitale, quemadmodum Hoſpitale liberè, & abſque vinculo poſſidebat Domum; qui caſus toto celò diſcrepat à Noſtra hypotheſi, in qua Tagliavia bona atque facta fuit oblatio poſſidebat cum vinculo reſtituendi prioribus, & potioribus, & ſic nullà eidem facta fuit injuria, dùm loco bonorum data fuit pecunia cum eodem vinculo; & conſequenter hac ra-
tionis, & Cauſæ diverſitate concurrente ab uno ad 10
alium Caſum fieri nequit illatio vulgata *l. Papinianus* 21. *ff. de minor. Rota in rec. deciſ.* 463. *num.* 10. *part.* 19.

Nec pariter ſuffragatur quòd ſi admitteretur creditor poſterior ad offerendum cum ſupradicta Cau-
tione, iſte minùs offeret credito, cum d. Cautio va- 11
lorem, minuit, ut ponderat Cardinalis de Luca *de Credit. diſc.* 55. *num.* 6. Etenim tollitur vis objecti ex eo quod ſicut Cecilia recepit bona in concurſu cum d. Cautione, ita cum eadem recipere debet pecunias oblatas, dùm iſtæ pecuniæ ſuccedunt loco
rei, neque ullum præjudicium ſentit d. mulier, dum 12
recipit pecunias ſuppoſitas eidem obligationi, quibus ſuppoſita erant bona, imò ſi alias diceretur melioris ipſa fieret conditionis quam Antea, nam ubi priùs penes ipſam bona remanebant vinculata, pretium hodiè remaneret liberum cum nimis eviden-
ti periculo D. Cardinalis offerentis, ut optimè adver- 13
tunt Deciſiones in præcedentibus Inſtantijs editæ.

Iſtamque veritatem agnovit etiam Tagliavia, nam cum ipſe obtulerit alteri Creditori anteriori ſcuta 50.
obtinuit quod ille Cautionem præſtaret: Undè con- 14
queri non debet, quod contrà ipſum idem Ius ſtatuatur, & æqualitas pro omnibus ſervetur in hoc Iudicio, prout de Iure ſervandam eſſe monet *Text. in cap. In Iudicijs, & in cap. non debet de regul. Iur. in* 6. *l. non debet ff. eodem. tit. Rot. coram Bich. deciſ.* 573. *nu.* 19. *& in rec. deciſ.* 528. *num.* 9. *& ſeqq. part.* 19.

Eoquemagis poſtquam ipſe conſenſum præſtitit quod pecuniæ in Sac. Monte Pietatis depoſitatæ conſignaretur ad effectum dimittendi certos Creditores, & loco illorum ſubrogarentur bona oblata ab eodem Tagliavia; Undè poſt ſemel præſtitum in Iudicio con-
ſenſum, & poſt acceptationem decreti, & vincu- 15
li, licitum eidem amplius eſſe non debet recedere,

& variare *l.* 3. §. *Item ſcribit ff. de pecul. Gratian. diſcept.* 639. *num.* 23. *& ſeqq. Rota in rec. deciſ.* 369. *n.* 3. *&* 4. *par.* 18.

Et ita D. D. omnes ſuffragium præſtantes prætermiſſis cæteris, quibus latè ſatisfaciunt Deciſiones præcedentium Inſtantiarum reſponderunt utraque &c.

R.P.D. LANCETTA

CAESENATEN. SEU CERVIEN. BONORUM SUPER PRÆLATIONE.

Veneris 4. Junij 1714.

SUMMARIA.

1 *Renovatio bonorum emphyteuticorum allodialium, ſeu originaliter à Laicis provenientium, & Eccleſiæ appodiatis debetur hæredi non proximiori.*

2 *Allodialitas bonorum nequit controverti quando alias à Rota firmata fuit.*

3 *Exceptio rei judicatæ non obſtat ſi agatur ad alium finem & effectum.*

4 *Renovatio debita vigore æquitatis Bartholi eſt ſubſidiaria & n.* 9.

5 *Allodialitas firmata ad effectum admittendi proximiorem operatur ad effectum admiſſionis hæredis.*

6 *Succeſſores bonorum emphyteuticorum allodialium cenſentur vocati quatenus precedens inveſtitus non alienet.*

7 *Ultimus inveſtitus poteſt diſponere de bonis emphyteuticis allodialibus ad inſtar liberorum.*

8 *Veriſimile non eſt proximiorem vocatum in inveſtituris petere velle renovationem ratione æquitatis Bartoli.*

9 *Renovatio ut peti poſſit ab aliquo ſatis eſt quod doceat fuiſſe inſtitutum hæredem univerſalem.*

DECISIO X.

Contendentibus inter ſe ſuper renovatione Inveſtituræ Bonorum Emphyteuticorum olim ſpectantium ad Aſcanium Ugolinum, Ludovico, qui ab Epiſcopo Domino directo gratificatus fuerat, & Lucretia, quæ ſententiam ab A. C. confirmatam in ſecunda inſtantia à R. P. D. meo Criſpo, & in contemporanea Deciſione coram Me, reportaverat, deſcendit in arenam Violantes hæres univerſalis inſtituta ab eodem Aſcanio, eademque Iure, quibus uſa fuerat Lucretia ad excluſionem Ludovici, in excluſionem Lucretiæ retorquere ſategit, ac proindè ad Cauſam admiſſa, curavit à me proponi Dubium -- *An ſit danda prælatio in renovatione Inveſtituræ bonorum, de quibus agitur, & reſpectivè immiſſio Violanti* -- votique compos facta extitit; nàm *affirmativè in omnibus* Domini reſpondemus.

Poſito enim, quod agatur de bonis per Laicos originariè protectioni Eccleſiæ traditis, ſivè ut noſtri dicunt, Eccleſiæ appodiatis, quæ proinde licèt nuncupentur de directo Dominio Eccleſiæ, ſunt tamen ad inſtar allodialium, & per quoſcumque comprehenſos in extraneos transferri poſſunt, præſertim in præjudicium ipſius Eccleſiæ, & non differunt à bonis liberis, & hæreditarijs, in illis procul dubio renovatio debetur hæredi, non verò proximiori qualitate hæreditaria deſtituto, quia æquitas Bart. de qua in contemporanea mea Deciſione §. *Non dubitarunt*, ſubſidiaria tantùm eſt, & locum habet in bonis ex ſui natura inalienabilibus, & ad hæredes non tranſitorijs, ceſſat verò in bonis hæreditarijs, allodialibus, & appodiatis, quæ jure ordinario ſucceſſionis debentur hæredibus, ad quos tranſeunt ſaltèm
1 ad effectum, ut in ijs *prælatè*, quoad proximiores, *& cumulativè* quoad Eccleſiam renovatio debeatur juxtà plenè deducta *in Fanen. Emphyteuſis* 17. *Iunij* 1695. §. *Prabuit in fine cor. Rev. D. meo Molines Decano, &* 13. *Ianuarij* 1713. §. *Ad effectum coram R. P. D. meo Aldrovando, in Ferrarien. renovationis Inveſtituræ* 18. *Aprilis* 1712. §. *Ità eo ipſo, &* §. *Hinc eſt, & ferè per tot. coram R. P. D. meo Criſpo, & in Senogallien. Immiſſionis* 11. *Decembris* 1713. §. *In dubium coram eodem, &* 14. *Martij* 1714. §. *Et ſanè coram Me.*

Refricari autèm non poteſt qualitas appodiationis, & allodialitatis bonorum, de quibus agitur; Fuit enim plenè firmata favore ipſius Lucretiæ in Deciſione 19. Iunij 1713. coram R. P. D. meo Criſpo, 2
& in contemporanea coram Me §. *Qualitas autem*; adeòut in præſenti contra eam ſit ſupponenda ex notis Iuribus.

Neque vis iſtarum deciſionum evitari valet ſub prætextu, quod ità firmaverint reſpectu tantùm coactionis Domini directi ad renovandum; Non verò ad auferendam æquitativam renovationem Pro- 3
ximiori; quià eadem probatio allodialitatis, & alienabilitatis bonorum, quæ requiritur pro admittendo proximiore in defectum hæredis non concurrentis ad renovationem, requiritur pro admittendo hærede ad excluſionem proximioris venientis ex æquitate Bartoli, cum hic non admittatur, niſi in ſubſidium poſt hæredem; Si itaque probatio allo- 4
dialitatis firmata in dictis deciſionibus ſufficiens reputata fuit pro admittendo proximiore, eadem apta reputari debet pro admittendo hærede; qui proximiorem vincit, & potentiùs jus habet ad obtinendam renovationem, ut benè ait *Rot. in citata Ferrarien. renovationis Inveſtituræ* §. *Et quidem co-* 5
ram R. P. D. meo Criſpo.

Minuſque examinandum eſt, utrum Inveſtitura quæ terminavit in Aſcanio, ſonet in formulam, pacti, & providentiæ; Nàm hoc ibi reſpectu ad qualitatem bonorum, vocatis nullum Ius quæſitum cenſetur, niſi ſub conditione, quatenùs præcedens Inveſtitus, & Poſſeſſor non alienet, ut probat 6
Gobb. de permiſſa feud. & emphyt. alienat. quæſt. 6. *num.* 54. *Rot. deciſ.* 20. *num.* 8. *poſt obſerv. Mellit, & in citata Ferrarien. renovationis Inveſtituræ ſub* §. *Verum, &* §. *Ità eo ipſo coram R.P.D. meo Criſpo, & prius in Vaden. Emphyteuſis* 7. *Iunij* 1709. §. *Hinc non obſtat coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Nullius, ſeu Forolivien. Caſtri Vallis Oppij* 12. *Iunij* 1711. §. *Neque de præmiſſa coram Me.* Et multò fortiùs, dùm non verſemur in terminis alienationis factæ ab aliquo ex intermediis cum præjudicio ulteriorum comprehenſorum, ſed in caſu diſpoſitionis factæ ab ultimo com- 7
prehenſo, qui nullum habens obſtaculum ab eorum præjudicio, potuit de illis bonis diſponere, ac fuiſſent hæreditaria *Fulgin. de Emphyt. tit. de alienat. quæſt.* 8. *ſub num.* 5. *in fin. Rot. deciſ.* 314. *num.* 2. *coram Bench. & in dicta Vaden. Emphyteuſis* 7. *Iunij* 1709. §. *Adhuc admiſſo, &* §. *Ex enim ipſa coram R. P. D. meo Scotto.*

Ultrà quod ſi Lucretia aliquod Ius deſumere valuiſſet ex antiquis Inveſtituris, non confugiſſet ad æquitatem Bartoli in excluſionem Ludovici, & prout in dicta contemporanea mea deciſio- 8
ne, dum dicta æquitas ſubſidiaria ſit, & non vocationem in Inveſtitura ſupponit, imò deficientiam eorum omnium, qui Iure proprio venire poſſent, ut benè advertit *Card. de Luca de Emphyteuſi diſc.* 4. *num.* 3. *optimè Rota coram Dunoz. Sen. de-* 9
ciſ. 40. *n.* 5. *& cor. Bich. deciſ.* 41. *n.* 14. *& deciſ.* 67. *n.* 16. *par.* 15. *rec.* & patet etiam ex omnibus ſupra allegatis auctoritatibus.

Firmata ea hac poteſtate, non eſt ambigendum de voluntate Aſcanij diſponendi etiam de bonis, de quibus eſt quæſtio favore Violantis Uxoris hæredis inſtitutæ; quia inſtitutio expreſsè cantat non ſolum

ds

de bonis liberis, & allodialibus; verum quoque de
Emphyteuticis; quando etiam ſatis fuiſſet pro effe-
ctu renovationis obtinendæ univerſalitas ipſa inſtitu-
10 tionis, ut plenè habetur *in citata Fanen. Emphyteuſis
13. Ianuarij* 1713. §. *Conſtito coram R. P. D. meò Al-
drovando, & in Fulginaten. Emphyteuſis* 11. *Maij*
1714. §. *Immiſſioni coram R. P. D. meo Cerro.*
Et ità utraque &c.

R. P. D. LANCETTA

Casenaten. seu Cervien. Bonorum Super Prælatione.

Lunæ 8. Aprilis 1715.

SUMMARIA.

1 *Acceptatio ſententiæ Rotalis reſultat ex proteſtatione de ſtando judicato Rotali.*
2 *Maximè ſi ulterius à proteſtante, fuerit dictum nolle eſſe obligatum ad refectionem expenſarum.*
3 *Renovatio bonorum emphyteuticorum allodialium debetur haredi non proximiori.*
4 *Explicatur dec. 504. coram Card. Cerrò.*
5 *Allodialitas bonorum ſemel Cauſata operatur quoad omnem effectum.*
6 *Renovationem petens tamquam proximior non poteſt cenſeri comprehenſus in inveſtituris & n. 10.*
7 *Bona emphyteutica allodialia ſunt ad inſtar hareditariorum.*
8 *Ultimus inveſtitus poteſt diſponere de bonis emphyteuticis allodialibus, ad inſtar liberorum.*
9 *Fœminæ non comprehenduntur in inveſtituris loquentibus de maſculis.*
10 *Heredis inſtitutionem non importat relictum medietatis bonorum domus teſtatoris.*
11 *Sed dumtaxat legatum particulare.*
13 *Jus obtinendæ renovationis eſt hæreditarium.*
14 *Obſervantia eſt optima interpres teſtamentorum.*

Decisio XI.

REnovationem Inveſtituræ Bonorum Emphyteuticorum, quæ per obitum Aſcanij Ugolini ad Menſam Epiſcopalem Cerviæ devoluta fuerant, priùs ſibi debitam contenderunt Ludovicus innixus conceſſioni ab Epiſcopo reportatæ, & Lucretia uti proximior inhærens æquitati *Bartol. in l. prima §. Permittitur num. primo ff. de Aqa. quotid. & æſtiv.* & in hac diſputatione obtinuit Lucretia, cui per ſententiam Rotalem prævia deciſione 19. Iunij 1713. ab R. P. D. meo Criſpo latam illam deberi definitum fuit, prout etiam reſponſum extitit pro ejus confirmatione coram Me 4. Iunij anni præteriti.

Cum verò contra Lucretiam inſurrexiſſet Violantes hæres Inſtituta à prædicto Aſcanio ultimo inveſtito, & præferri in concurſu proximioris prætendiſſet eo quod dicta bona ad inſtar allodialium redacta deferantur ſervata regula ſucceſſionum, iſti prælationem in renovatione competere Domini reſponderunt eadem die 4. Iunij 1714. coram Me: Reclamantibus autem contra hanc reſolutionem non ſolum Lucretia, ſed etiam Reverendiſſimo Epiſcopo ratione ſui Intereſſe noviter comparente conceſſa fuit nova Audientia; Ideoque omnibus hodiè informantibus propoſui congruum dubium, & Domini ſtandum eſſe *in deciſis* juxtà modum inferiùs exprimendum cenſuerunt.

Siquidem quo ad Reverendiſſimum Epiſcopum (reſervatis illi juribus in quibuſcumque alijs caſibus particularibus, & in alijs bonis, prout, & quatenus
de jure) viſus eſt ſtrictè *in præſenti*, (& hic eſt modus prædictus) qualitatem bonorum, de quibus agitur, impugnare non poſſe: Dùm enim quæſtio erat coram R. P. D. meo Criſpo ſuper renovatione Inveſtituræ prætenſa à Ludovico, & Lucretia comparuit ille in actis Rotalibus, & proteſtatus fuit ſe ſe remittere ad id, quod judicatum fuerit favore unius, vel alterius Partis, & proindè ad litis expenſas nolle teneri; undè patens eſt Sacræ Rotæ judicium acceptaſſe, adeò ut non reportata in integrum reſtitutione audiri non poſſit plenè *Rot. deciſ.* 205 *numer.* 6. 1
coram Card. Cerrò, in Romana fideicommiſſi de Palazzolis 18. *Aprilis* 1704. §. *Nec quidquam coram bo. me. Muto.* Maximè attenta declaratione non ſubeundi expenſarum refectionem, quæ neceſſariò præſupponit ſimilem acceptationem, & renunciationem liti, ſine qua aliàs evitari non poterat ex late deductis per
Conſtant. ad Stat. Urbis annot. 59. *à number.* 140. *cum* 2
pluribus ſeqq. Rot. coram Bonucaſ. deciſ. 98. *n.* 2.

His poſitis ſubſiſtunt quoque fundamenta deciſionis, quæ revidetur reſpectu Lucretiæ, & Violantis. Quotiès enim agitur de bonis redactis ad inſtar allodialium, & quæſtio eſt inter Proximiorem, & hæredem ultimi compræhenſi in inveſtitura, de obtinenda renovatione, procul dubio hæres præferendus
eſt, ut præter ibi adductos §. *Poſito probat Rot. deciſ.* 3
91. *per tot. coram Celſ. deciſ.* 621. *num.* 9. *&* 10. *par.*
19. *& in Æſina Emphyteuſis* 14. *Martij* 1692. §.
Quandoquidem coram clar. me. Card. Cavallerino:
Quicquid ſit de allodialitate impropria inducta contra 4
vocatos durante Inveſtitura, non autem contra Dominum, in quibus terminis loquitur *deciſ.* 504. *coram Card. Cerro pro Lucretia ſæpius allegat.*

Neque illa qualitas allodialitatis plenè jam in alijs
Cauſæ deciſionibus conſtabilita referri valet ad me-
ritum Ius coactivum Domini directi, & excludi reſpe- 5
ctu Proximioris, vel agnati, cui ex deſtinatione antiquorum de Domo, & Familia debita videri poteſt renovatio. Etenim Lucretia hodiè comparens tan-
quam proximior nullatenus eſt de compræhenſis in 6
Inveſtitura, ideoque reſpectu illius ceſſant omnia deducta ex ultima Inveſtitura, quæ in Aſcanio terminavit; Antiquæ verò in vim pacti, & providentiæ non ſunt conceptæ, ità ut his remotis impedimentis bona dicantur quaſi hæreditaria, & hæreditario jure
deferantur plenè *Rot. dec* 621. *num.* 9. *&* 10. *part.* 19. 7
rec. in Fanen. Emphyteuſis 17. *Iunij* 1695 §. *Hac autem coram Rev. D. Molines Decano, & in Vaden. Emphyteuſis* 7. *Iunij* 1709. §. *Neque viſa, & ſeqq. coram*
R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & lici- 8
tum ſit ultimo compræhenſo ad libitum de illis favore cujuſcumque perſonæ diſponere, ut probant adducti in deciſione, quæ confirmatur §. *Minuſque.*

Compræhenſionem verò eadem Lucretia nullatenùs hodiè deducere poteſt, ex quo poſita ſit in eodem gradu, quo erat dictus Aſcanius ultimus defunctus; nàm ſæpedicta Inveſtitura ſtrictè favebat maſ-
culis *dumtaxat*, & ideò prorogationem in fœminas, 9
qualis eſt Lucretia, habere non poterat; & videtur hoc ipſum illa agnoviſſe, dùm ad excluſionem Ludovici pari modo in Inveſtitura non compræhenſi, nunquam id allegavit, ſed renovationem ſibi debitam
prætendit ex æquitate *Bartol. in l.* 1. §. *Permittitur ff.* 10
de aqa. quotid. &c. quæ locum non habet niſi favore proximioris illius, in quo terminavit Inveſtitura, & propterea contrarium de directo eſt aſſertæ in iſta compræhenſioni, ut pluribus adductis advertit dicta deciſio, quæ revidetur §. *Ultrà quod* in qua alijs etiam objectis plenè ſatisfit.

Nullius denique momenti eſt, quòd Violantes non poſſit tanquam hæres, niſi medietatis renovationem obtinere, & in alia medietate pari lure, tanquam cohæredi Aſcanij renovatio debeatur Lucretiæ Deficit namque hujuſmodi objectum in facto, animadver-

tendo, quòd Aſcanius univerſalem ſibi hæredem inſtituit Violantem tàm reſpectu bonorum Domus Ugolinæ, quàm aliorum proprio jure ad ſe ſpectantium;
11 favore verò Lucretiæ ſororis ità diſpoſuit -- *Intorno poi all' altra metà de beni di ſua Caſa avola, che la Signora Lucrezza ſia Padrona, benche da quella il Signor Teſtatore poteſſe detrarne buona quantità* --, quæ sanè verba nullum videntur titulum inſtitutionis continere. Undè benè conſtat particulari tantùm jure medietatem bonorum Domus Ugolinæ, inter quæ non
12 probatur conſiſtere illa, de quibus agitur, relictam fuiſſe Lucretiæ cum liberatione a prætenſionibus, quas ſuper iis Teſtator habere poterat, & è contrario Jura omnia hæreditaria univerſaliter in Violantem tranſlata, ità ut cum agatur de renovatione Inveſtituræ iſtà in totum, & univerſaliter competat, ſicuti competunt jura hæreditaria, inter quæ illud renovatio-
13 nis obtinendæ connumeratur juxtà firmata *in Ferrarien. renovationis Inveſtituræ* 18. *Aprilis* 1712. §. *Idque conforme coram R. P. D. meo Criſpo inter impreſſ. poſt modern. Ferrarien. obſervat. Arakiceleg. dec.* 17. *numer.* 17.

Et hoc confirmat ſucceſſiva ipſa Lucretiæ obſervantia, quæ in diviſione bonorum Domus Paternæ poſt Aſcanij obitum ſecuta, bonorum, de quibus agitur, medietatem non obtinuit, nec petijt, ſed illa uti univerſalis hæres in totum habuit Violantes; hæc verò Partium obſervantia benè declarat, quid ex diſpoſitione Aſcanij ſibi potuit obvenire juxtà regulam,
14 de qua *Rot. dec.* 212. *num.* 7. *part.* 4. *dec.* 104. *num.* 21. *par.* 16. *dec.* 537. *num* 11. *par.* 19. *rec. tom.* 2. & *in Melevitana fideicommiſſi* 22. *menſis proximè præteriti* §. *fin. coram Me*, & paſſim alibi.

Et ità Partibus auditis fuit reſolutum &c.

R. P. D. LANCETTA

Casenaten. Seu Cervien Bonorum Super Prælatione.

Veneris 5. Junij 1716.

SUMMARIA.

1 *Renovatio Emphyteoſis ex pacto, & providentia debetur proximiori.*
2 *Renovatio Emphyteoſis hæreditaria debetur hæredi.*
3 *Allodialitas probata in uno judicio nequit amplius impugnari.*
4 *Deciſiones Rotales ſunt ſupponendæ.*
5 *Exceptio rei judicatæ non obſtat ſi agatur ad alium finem & effectum.*
6 *Bona emphyteotica allodialia differunt ab emphyteoticis ex pacto, & providentia.*
7 *Qui poteſt non acquirere poteſt opponere pacta ſibi bene viſa in actu acquiſitionis.*
8 *Succeſſoribus bonorum emphyteoticarum allodialium non cenſetur jus quæſitum niſi ſub conditione quatenus præcedens inveſtitus non alienet.*
9 *Ultimus inveſtitus poteſt diſponere ad inſtar hæredis gravati de bonis allodialibus.*
10 *Renovationem petere ut proximior demonſtrat ſe non comprehenſum in inveſtitura.*
11 *Renovatio debetur pro medietate cohæredi.*
12 *Hæreditariam qualitatem ad effectum renovationis non important verba de quibus in deciſione.*
13 *Legatum liberationis, importat remiſſionem prætenſionum quas teſtator habere dixit ſuper bonis alienis.*

Deciſio XII.

Lucretia de Ugolinis, quæ in præcedenti inſtantia contrariam ſententiam coràm Me paſſa fuerat, ſedente adhùc in Rota Eminentiſſimo D. Cardinali Scotto, ne mutatis ſubindè ſedibus, & vereri Turno ob illius promotionem penitus intereunte, appellationis beneficio fraudaretur, novam Cauſæ cognitionem ex reſcripto Signaturæ Juſtitiæ mihi iterùm delegari curavit; Undè hodie propoſito Dubio -- *An ſententia Rotalis*, quam ipſe protuleram, *eſſet confirmanda, vel infirmanda*: Et Domini *confirmandam eſſe*, reſponderunt.

Nulla enim ſuper illius validitate erat inter partes contentio: Juſtitia autem, quamvis acritèr impugnaretur, ex eo quòd Lucretiæ potiùs tamquam proximiori, quàm Violanti Farsaguzæ hæredi Aſcanij debita eſſet renovatio Inveſtituræ controverſorum Bonorum, quæ ab illo poſſidebantur ex conceſſione Eccleſiæ Cervienſis; Dominis tamen placuit diſtinctio luculentèr firmata in geminis deciſionibus, quæ ſententiam de more præceſſerunt, altera videlicèt 4.
Junij 1714. & altera 8. *Aprilis* 1715. Quòd nimirùm aut res eſt de bonis proprijs Eccleſiæ in emphyteuſim conceſſis ex pacto, & providentia; & in hoc caſu
cum renovatio nil aliud ſit, quàm prorogatio antiquæ 1
Inveſtituræ, debetur ob id proximiori, & attento ſolùm jure ſanguinis, cujus favore proceſſerat providentia primæ Inveſtituræ juxtà vulgatam æquitatem *Bartoli in leg. primo* §. *Permittitur num. primo ff. de aqu. quotid. & æſtiv.* Aut verò agitur de alia ſpecie bonorum, quæ ab origine per Laicos poſſeſſa, ob ingruentem ſubindè vim belli, quo univerſa propemodum Italia per factiones partium vaſtata eſt, commendata, & ſubjecta fuerunt Eccleſiæ protectioni, eique, ut ajunt, ſimplicitèr appodiata, Et in hoc altero caſu, quia ex dicta appodiatione nullum irrogatum fuit præjudicium primævæ bonorum allodialitati, & libertati de illis ad libitum diſponendi, renovatio ideò non debetur jure ſanguinis, ſed ad inſtar ſucceſſionum in alijs bonis omninò indifferentibus illi ſolùm competit, quem ſibi ultimus Poſſeſſor
proximiori neglecto hæredem inſtituit, ut aliàs fir- 2
mavit *Rota deciſ.* 91. *num* 6 & 7. *coràm Celſ.* & *in recent. dec.* 621. *num.* 9 & 10 *par.* 19. & *in Bononien. fideicommiſſi Alexij de Urſis ſuper portione Annibalis* 27. *Junij* 1710. §. *Deciſio verò cor. R. P. D. Aldrovando.*

At verò hodiè ambigendum ampliùs non erat, quin controverſa bona non eſſent verè, & propriè emphyteutica Eccleſiæ Cervienſis, ſed ejus dumtaxat protectioni antiquis commendata, ac proindè ad inſtantiam ipſius Lucretiæ contrà Ludovicum de Ugolinis, qui ab Epiſcopo renovationem obtinuerat, ut
conſtat ex deciſione *in Caſenaten. ſeù Cervien. bonorum* 3
19. *Junij* 1713. *coram R. P. D. meo Criſpo*, ubi quòd iſta bona nullatenùs differunt ab allodialibus, & hæ-
reditarij ſalvo jure laudemij, & Canonis debiti Eccle- 4
ſiæ, confirmata coram Me 4. *Junij* 1714. quæ ſanè deciſiones veniunt de ſtylo ſupponendæ.

Nìlque refert, quòd iſta allodialitas conſideranda ſolùm ſit in ordine ad Eccleſiam Dominam directam, ne finita Inveſtitura valeat bona pro ſe retinere, aut alium, quemcumque maluit neglectis proximioribus
inveſtire, quemadmodùm in eo Judicio à Lucretia 5
allegata fuit; Non verò ad effectum, ut etiam præjudicet pacto, & providentiæ habitæ in Inveſtitura favore certarum perſonarum de ſanguine, quarum reſpectu, nullo modo alienatio permitti debet.

Quandoquidem aliud eſt, quòd bona ſint allodialia, & alienabilia de ſui natura ratione primævæ li-
bertatis, quam ſubſequuta appodiatio non abſtulit; 6
Et aliud omninò diverſum, quòd non obſtante iſta naturali alienabilitate, ſubjiciantur ex particulari lege primæ Inveſtituræ ſpeciali, ac determinato juri favore certar. perſonarum ex providentia primi requiren-
tis, qui ſicuti poterat non acquirere, ità potuit ſuper 7
ipſis bonis adjicere veluti quamdam ſpeciem fideicommiſſi:

commiſit: Iſto enim caſu, quidquid ſit, an ejuſmodi particularis proviſio, à qua oritur jus favore omnium comprehenſorum impedire valeat intermedium inveſtitum, ne in præjudicium aliorum ſucceſſivè vocatorum bona alienare valeat; cum etiam in his terminis veriùs de jure videatur, quod attenta qualitate allodia-
8 li nullum jus ex pacto, & providentia primi acquirentis quæſitum cenſeatur vocatis, niſi ſub conditione quatenùs præcedens Inveſtitus, & Poſſeſſor non alienet, *Gobb. de permiſſ. feudi, & emph. alienatione quæſt. 6. num. 54. Rota deciſ. 20. num. 8 poſt obſerv. Mellij, & in Vaden. emphyteuſis 7. Iunij 1709. §. Hinc non obſtat coram Eminentiſſimo Scotto, & in Nullius, ſeù Forolivien. Caſtri Vallis Oppij 12. Iunij 1711. §. Neque de præmiſſa coràm Me, & in Ferrarien. renovationis Inveſtituræ 18. Aprilis 1712. §. Verùm in hypotheſi coram R. P. D. Criſpo.*

Illud utique certum eſt, & ab omni controverſia exemptum, quod in ultimo vocato ſicuti ceſſat quod-
9 cumque aliorum præjudicium, ità remanent omninò alienabilia, juxtà primævam eorumdem naturam, & conditionem, non ſecùs ac bona fideicommiſſaria in ultimo ad ſucceſſionem invitato. Proptereaque cum Aſcanius eſſet ultimus ex comprehenſis in præcedentibus Inveſtituris, jure, rectèque potuit de dictis bonis diſponere in excluſionem Lucretiæ ſororis, quæ in illis comprehenſa non erat, eademque bona nunquam poſſederat, & de facto confugit ad petendam renovationem virtute æquitatis Bartoli, quæ procul dubio ſupponit defectum omnium in præcedenti Inveſtitura
10 vocatorum, ut benè concluſum fuit *in prima deciſione Cauſæ § Minuſque, & ſeq.* & in altera §. *Neque obſta, & ſeq.*

Agnoſcens ex his omnibus Lucretia titulum, & qualitatem proximioris ſibi parum proficuum eſſe pro obtinenda petita renovatione, petebat ſaltem illam ſibi pro medietate concedi tamquam hæredi memorati
11 Aſcanij ultimi Poſſeſſoris, unà cum Violante illius Uxore: Sed in hac etiam parte ejus objectio ex facto corruebat; Perlecto enim tenore teſtamenti, liquidiſſimo conſtat Aſcanium reſpectu propriorum unicam ſibi, & univerſalem hæredem ſcripſiſſe Violantem Uxorem: Verùm quia maxima pars bonorum tam liberorum, quàm emphyteuticorum ſub ejus hæreditate cadentium ſibi communia, ac pro indiviſo poſſeſſa cum Lucretia ſorore, ideò facta illorum ſeparatione, non alitèr quàm in medietate ad ſe ſpectante Uxorem ſibi hæredem inſtituit. Pro alia verò medietate, quæ propria erat Lucretiæ Sorori, hoc tantum illi beneficium contulit, quod cum plures ſuper ejus portione prætenſiones haberent, eo quia magnam pecuniarum vim, quam proprijs laboribus coegerat in rem communem, ac totius familiæ commodo impenderat, eas omnes illi liberalitèr remiſit: Quamobrem dum loquando de dictis prætentionibus
12 dixit -- *Con tutto ciò le tralaſcia, e vuole, che la Nobile Signora Lucretia ſua ſorella ſia Padrona aſſoluta dell' altra metà de' beni della Caſa &c.* -- tantùm abeſt, quod illam hæredis titulo honorare voluerit, ut potiùs ex oppoſito ijs verbis apertè faſſus fuerit, dictam medietatem ad ſe minimè pertinere, dùm aliàs nimis ineptum fuiſſet dicere, quod ſuper ea jura, & prætenſiones habebat, quarum remiſſio, & condonatio, ſicuti quoad rem propriam remittentis intelligi non poteſt, ità in re aliena non aliud, quàm ſimplex legatum liberationis præſeferet juxtà terminos *Text. in*
13 *l. 1. & tot. tit. ff. de liberat. legat.* & tradita per *Cardin. de Luca de legat. diſc. 15 ſub n. 7. Rot. d. 3. n. 6. par. 11.*

Cum itaque bona controverſa non eſſent de illa ſpecie bonorum emphyteuticorum, quæ Teſtator ex conceſſione aliarum Eccleſiarum cum ſorore communia habebat, ſed ad ipſum particularitèr pertinerent ex lege Inveſtituræ ad ſolos maſculos reſtrictæ, planum, & evidens redditur totum, atque integrum Ius petendi renovationem in iiſdem bonis ad ſolàm Violantem devolutum fuiſſe tamquam unicam, & univerſalem hæredem ultimi maſculi, in quo præcedens Inveſtitura terminavit, ut ad rem proſequitur ſecunda deciſio cauſæ §. *Penultimo.*

Et ità remiſſivè in reliquis ad plenè deducta in deciſionibus præcedentis inſtantiæ, utraque Parte informante reſponſum fuit.

R. P. D. PRIOLO

Faren. Iuris Offerendi.

Lunæ 30. Iunij 1702.

SUMMARIA.

1 *Vendere propria bona emptori ſibi benè viſo quilibet poteſt.*

2 *Ius offerendi non competit contra emptorem extraneum, ementem bona fide, & ſine fraude.*

3 *Emptio dicitur facta bona fide, quando ad eam deventum fuit ad effectum dimittendi creditores hæreditarios.*

4 *Emptor qui non eſt creditor venditoris, cenſetur emere bona non gratia conſervandi pignoris, ſed acquirendi dominium irrevocabile.*

5 *Ius offerendi ceſſat, quando emptor acquiſivit dominium irrevocabile.*

6 *Iuris offerendi quæſtiones cadunt dumtaxat inter creditores, non inter tertium, & creditores.*

7 *Iuris offerendi præcipuum fundamentum conſiſtit in eo, quod creditores poſteriores hypotheca ſalva manet, poſt factam venditionem anteriori.*

8 *Venditio quamvis facta à debitore favore tertii, ſine interventu creditorum, adhuc eſt valida, ſtante conventione deponendi pretium; & dimittendi eoſdem creditores.*

9 *Quia tunc creditores cenſentur dediſſe facultatem vendendi, eidem venditori.*

10 *Venditio facta ad inſtantiam creditorum anteriorum, transfert in emptorem rem venditam immunem ab omnibus hypothecis, adeout creditores poſteriores eum nequeant moleſtare.*

11 *Et eumdem effectum operatur venditio, voluntaria facta à debitore ſub lege dimittendi creditores anteriores.*

12 *Ampliа quamvis pretium fuiſſet libere ſolutum in manibus venditoris.*

13 *Legatum factum ad effectum* di maritarſi ò monacarſi *non poteſt peti niſi purificata conditione.*

14 *Hypotheca competens pro legato non eſt exercibilis; niſi ſuper bonis, quæ remanent deducto ære alieno teſtatoris, & n. 15.*

16 *Legatario non competit Ius offerendi ſuper bonis teſtatoris, venditis pro dimittendo ære alieno ejuſdem teſtatoris & n. 19.*

17 *Neque adverſus hæredem gravatum volentem conſequi ſuam falcidiam.*

18 *Legata, & fideicommiſſa præſtanda non ſunt niſi ſalva lege falcidia.*

19 *Legata non debentur niſi deducto ære alieno.*

20 *Ius offerendi non competit, quando creditor poteſt ſatisfactionem aſſequi ſuper aliis bonis, & quando venditio fuit facta bona fide.*

21 *Iuris offerendi remedium eſt ſubſidiarium.*

Decisio XIII.

Eleonora de Angelis, cui Pater legaverat ſcuta mille monetæ *ad effetto di monacarſi, ò maritarſi* ſuper nonnullis bonis, quæ fuerunt ab ejus fratribus diſtracta, intentavit Ius Offerendi contra Ferruros Emptores, & ab A. C. ſententiam favorabilem reportavit; Sed in gradu appellationis dato coram Me dubio, *An competat Ius offerendi, ſtante*

ſit danda immiſſio, ſuper omnibus prodiit negativa
reſolutio.
Conſiderabant namque DD. pro Iuſtitia reſolu-
tionis libertatem illam, quam Imperatores in rebus
ſuis unicuique pleniſſimè pro ſuo arbitratu quærere,
1 val probare poſſe Emptorem elargiti ſunt *in l. du-
dum C. de contrab. empt.* ſi enim Creditori liceret
infringere venditiones factas à ſuo Debitore poſt-
quam dominium rei venditæ, mediante ſolutiona
juſti pretij, translatum fuit in Emptorem, nulla am-
pliùs daretur emptio, quæ poſſet Emptorem aſſecura-
re in dominio rei emptæ, cum nemo pænè reperia-
tur, qui non ſit aliquo ære alieno gravatus; Propte-
reà nè intervertatur illa libertas, quam leges volue-
runt in contrahendis emptionibus, & nè cum maxi-
mo incommodo Reipublicæ præjudicatus remaneat
favor publici commercij, omnis æquitas expoſtulat,
ut Ius offerendi non detur contra extraneum Empto-
2 rem, quando iſte, ſecluſa frauda, contractum cele-
bravit cum omni bona fida, ut tenuerunt *Card. de
Luca de Empt. & vend. diſc.* 30. *n.* 4. *& diſc.* 31. *ſub.
num.* 5. *Donat. Anton. de Marin. reſol. Iur. lib.* 1 *cap.*
219. *num.* 11. *Theſaur. deciſ.* 157. *n.* 1. *& Rota in Cor-
netana Iuris offerendi* 18. *Novembris* 1701. §. *Contra-
rijs laribus coram R. P. D. meo Muto.*
Modus autem, quo fuit facta acquiſitio per Ferru-
tos Emptores ſatis ſuperque oſtendit, illam factam
fuiſſe cum omni bona fide; Nam ſi fratres de Ange-
3 lis pro diſſolvendo ære alieno, quo premebatur hæ-
reditas paterna, alienarunt bona, de quibus agitur,
& Ferruti in actu ſequutæ venditionis depoſuerunt
pretium in Sacro Monte Pietatis ad effectum dimit-
tendi Creditores hæreditarios, ratio publici commer-
cij permittere non debet in præſenti caſu exercitium
Iuris offerendi; Tantò magis quia Ferruti Emptores,
quando fecerunt iſtam acquiſitionem, non erant Cre-
ditores Venditorum: Undè cenſentur ipſi feciſſe ta-
4 lem acquiſitionem non ad effectum confirmandi pro-
priam hypothecam, ſed dumtaxàt ad effectum acqui-
rendi irrevocabila dominium rei venditæ, in quo ſa-
nè caſu ceſſat remedium Iuris offerendi, quia præſu-
muntur voluiſſe acquirere rem venditam, perindè ac
ſi illa non fuiſſet alij Creditoribus hypothecata, ut
5 ex doctrina *Alberic. in l.* 1. *n.* 1. *verſ. ſi ergo creditor,
ibique Bald. & Salicet. C. ſi antiq. creditor,* firmat *Rota
cor. Caval. dec* 612. *n.* 55. *cum ſeqq. & dec.* 618. *n.* 22. *&
cor. Bich. deciſ.* 43. *n.* 1. *cum ſeqq. & in rec. deciſ.* 289.
n. 3. *par.* 13.
Et ſanè quod in præſenti hypotheſi termini Iuris offe-
rendi ſint omninò extranei, ex eo colligitur, quod
quando Doctores examinant hanc quæſtionem, de illa
6 agunt inter ipſoſmet Creditores Venditoris; tunc enim
ſivè primus emerit à Debitore, ſiveà Iudice, quia pri-
mus in dubio præſumitur emiſſe potiùs gratia confir-
mandæ ſuæ hypothecæ, quàm acquirendi dominium,
tunc dicunt, quod Creditor poſterior dimittendo ante-
riorem per actualem oblationem pretij, ſi non poterit
conſequi ſatisfactionem ſui Crediti, poterit ex Bene-
ficio Iuris offerandi habere rem communiter hypothe-
cam, ex eo quod per acquiſitionem factam à primo
7 Creditore jure Debitoris reſoluta non fuerit hypotheca
ſecundi Craditoris, quæ eſt peculiaris ratio, cur ſe-
cundo Creditori competit Ius offerendi, ut docent *Fab.
de Anna conſ.* 37. *n.* 4. *&* 10. *Moret de Iur. offer. n.* 37.
& ſeqq. Franch. dec. 69. *n.* 6. *Poſth. de ſubhaſt qu.* 82.
n. 3. cum alijs relatis per *Rot. cor. Bichio dec.* 95. *n.* 1.
& ſeqq. talis profectò non eſt caſus præſens, quia nec
Ferruti erant Creditores, nec ipſi voluerunt emere rem
jura debitoris: Et propterea ſi voluerunt illam irrevo-
cabilitèr acquirere, ceſſat contra ipſos Ius offerendi,
ut de ſe patet.
Non relevante, quod in actu ſequutæ alienationis
venditio fuerit ſolummodò facta à fratribus de Ange-
lis abſque interventu Creditorum, quia ad iſtum
effectum ſatis eſt, quod in Inſtrumento contractus 8
fuerint ſpecialitèr deducta jura Creditorum anterio-
rum, & pretium reperiatur depoſitatum cum indi-
viduali vinculo illos dimittendi, ut ipſimet Credi-
tores dediſſe præſumantur facultatem vendendi eiſ-
dem Debitoribus; Et propterea ſi Creditores quan- 9
do utuntur licentia, quam habent de jure venden-
di rem Debitoris, transferunt in Emptorem illius 10
dominium, quale erat de tempore conſtituti pigno-
ris, nempè immune, & exemptum à quacumque hy-
potheca Creditoris poſterioris, ità ſequutæ modò ven-
ditiona in vim hujus præſumptæ licentiæ reſolvitur, 11
& habetur, ac ſi ſuper rebus diſtractis nunquam con-
tracta fuiſſet hypotheca Creditorum poſteriorum per
ea, quæ tradunt *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 28. *n.* 24.
Negu\'ant. de Pignor. 3. *membr.* 5. *par. nu.* 4 *Grattan.
deciſ. March.* 66. *nu.* 4. *cum ſeqq.* & in fortioribus
terminis, in quibus pretium fuerat liberè ſolutum in
manibus Venditoris *Rot. coram Bichio d. deciſ.* 43. 12
n. 12. *& ſeqq.* & in puncto *Franch. dec.* 134. *nu.* 1. *pa-
ritèr cum ſeqq.*
Sed præmiſſa eo magis urgera viſa ſunt in caſu
præſenti; nam Eleonora non habebat aliud creditum,
niſi legatum dotis ſcutorum mille. Prætermiſſo enim;
quod iſtud fuerat à patre relictum *ad effecto di mona-
carſi, ò maritarſi,* quod tanquam dependens ab even-
tu nuptiarum non erat exercibile, niſi poſtquam pu-
rificata fuiſſet conditio in eodem legato adjecta per 13
ea, quæ tradit *Rota coram Ubald. dec.* 341. *n.* 4. *&
poſt Michalor. de fratr, dec.* 22. *n.* 6. *& in recen. dec.*
133. *num.* 13. *par.* 10. *& in Romana Legati, ſeù Legi-
tima* 17. *Iunij* 1695. §. *Aut demùm cum ſeqq. coram
R. P. D. meo Scotto* Ponderabant tamen DD, quod
hoc legatum quantitativum dotis ſolvi non poterat,
niſi ſuper reſiduo, quod remanſiſſet, deducto ære
alieno Teſtatoris, & conſequentèr illius hypotheca
non erat exercibilis, niſi ſuper illis bonis, quæ ſolutis
debitis hæreditarijs, ſuperfuiſſent in hæreditate defun-
cti, ut explicat *Text. expreſſus in l. ſi univerſa* 15. *C.* 14
de legat. ibi enim ſancitur, quod ſi, deducto debito,
in bonis relictis ſuperfluum eſt, legata, necnon fidei-
commiſſa, ſalva lege falcidia, præſtanda ſunt, & tra-
dit *ibidem gloſ.* in figuratione caſus, ubi dicit,
quod ſi, deducto ære alieno, aliquid reſidui fuerit,
illud ceder in legatum: & propterea ſi in caſu præ-
ſenti pro diſſolvendo ære alieno Teſtatoris fratres de
Angelis ad evitandam ſubbaſtationem bonorum co-
acti fuerunt illa diſtrahere, certum eſt, quod iſta
bona nullo jure cadebant ſub obligatione legato-
rum, cum lagata non debeantur, niſi ſuper eo,
quod ſupereſt, deducto ære alieno, ut ex anctoritа-
te *Text.* ſuperiùs allegati comprobat *Camarell. de le-* 15
gat. lib. 5. *cauſ.* 8. *n.* 2. cum alijs relatis per *Grattan.
cap.* 998. *n.* 1. *& apud Salgad. in Labyr. credit. dec.* 34.
n. 6. Et propterea ſi dicta bona fuerunt diſtracta pro
diſſolvendis debitis hæreditarijs, conſequens eſt, ut
illa tranſeant in Emptorem exempta à quocumque
vinculo hypothecæ, ſinè qua non datur jus offerendi
ad *Text in l. cum ſibi C. qui pot. in pign. hab. Mer-* 16
lin. de Pign. lib. 4. *tit.* 2. *quæſt.* 43. *num.* 2. *Theſaur.
dicta deciſ.* 157. *num.* 5. *& Rota coram Bichio dicta
dec.* 95. *n.* 25.
Quod clariùs confirmari viſum eſt ex eo, quod ſi-
cuti Legatarijs non competit jus offerendi pretium 17
illius rei legatæ, ſuper qua vult hæres conſequi ſuam
falcidiam; quia, ut ſtatuitur *in dicta l. ſi univerſæ C.
de legat.* legata, & fideicommiſſa præſtanda non 18
ſunt, niſi, ſalva lege falcidia, ut tradit *Cod. de por-
tion. rata quæſt.* 160. *ſub num.* 5. ita fortiori jure ſi
legata non debentur, niſi deducto ære alieno, ut
firmat idem *Text. in dicta l. ſi univerſa*, non pote-
runt Legatarij habere jus offerendi ſuper illis bonis, 19
quæ per deductionem æris alieni non erant quodam-
modò in patrimonio Teſtatoris.

Et

Et DD. in hanc ſententiam eo faciliùs inclinarunt, quia ſatis ſuperque conſultum remanet indemnitati
20 mulieris ſuper aliis bonis paternis, nam ultrà alimenta, quæ illi in præſenti præſtantur ea juſtificationibus datis pro parte Emptorum, ultra mobilia, argenta, & ſemoventia, adhuc ſuperſunt in hæreditate Teſtatoris alia bona valoris 1400. & propterà ſi in caſu nuptiarum poteſt Eleonora ſuper illis conſequi dotem legatam, non debet cum præjudicio publici Commercij, & cum ſubſidiario remedio Iuris offerendi intervertere illos contractus, qui facti fuerunt cum omni bona fide, cum ea ſit natura remedij ſubſidiarij, ut quantò minùs fieri poſſit, tertio præju-
21 dicetur, *Coſt. de remed. ſubſid. prælud. 7. num. 9. & prælud. 9. num. 1. Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 134. n. 12. cum ſeqq.*

Et ita, prætermiſſis reliquis tanquam levioris ponderis reſolutum fuit utraque &c.

R. P. D. ANSALDO

Faaran. Iuris Offerendi.

Veneris 22. Febr. 1704.

SUMMARIA.

1 *Jus offerendi tamquam ſubſidiarium competit dumtaxat quando creditor poſterior nequit ſatisfieri ſuper bonis debitoris.*

2 *Beneficium auth. res quæ eſt ſubſidiarium.*

3 *Creditor volens exercere jus offerendi tenetur probare non extare alia bona ſufficientia in patrimonio debitoris.*

4 *Beneficium auth. res quæ non competit niſi probentur adeſſe bona libera, & n. 19.*

5 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*

6 *Subſidiarium remedium non competit quando poteſt experiri ordinarium.*

7 *Actus facti lite pendente, & parte non citata non ſunt attendendi.*

8 *Æſtimatio recens bonorum facta parte non citata non eſt attendenda in comparationem præcedentis facta de tempore non ſuſpecto.*

9 *Pactum præferendi aliquem in emptione rei quantam detrahat de valore ejuſdem rei.*

10 *Pactum redimendi quantum minuat de valore rei pendet ab arbitrio judicis.*

11 *Regulariter minuit tertiam partem.*

12 *Mobilia poſt lapſum longi temporis præſumantur conſumpta.*

13 *Limita ſi ſint ſolidioris materiæ.*

14 *Tribunalia ſuprema ſpernunt ſuperfluitates.*

15 *Bona an ſint hæreditaria vel non deſumitur ex conjecturis.*

Conjectura pro parte affirmativa eſt, ſi fructus fuerunt percepti à tutrice, & pupillis bonificati in redditione rationis, ibid.

Quemadmodum ſi in taxatione alimentorum favore filii teſtatoris fuerit de eis habita ratio, n. 17.

17 *Inveriſimile non eſt credendum.*

18 *Alimenta ſemper taxantur habito reſpectu ad patrimonium, & fructum illius.*

Decisio XIV.

INanes hodiè quoque, ut par erat, Domini declinantes quæſtiones, videlicèt, utrùm foret exercibile allegatum ab Eleonora Ius offerendi contrà Ferrutos, utpotè, Tertios extrajudiciales emptores, & an pariter ſulcimentum ejuſdem Iuris offerendi competeret prænominatæ Eleonoræ ſimplici Legatariæ, non autem effectivæ creditrici ex conventionali, correſpectiva, & onéroſa cauſa, quibus tantummodò Creditoribus aliis prætendebant iidem de Ferrutis ſuffragari poſſe præfatum præſidium æquitativum Iuris offerendi juxtà luculentiùs tacta in præcedenti deciſione dies 6. *Decembris* 1702. unanimitèr permanſere in reſolutia quoad altera clariora, & incontrovertibilia fundamenta non probati ſubſidij, & æmulationis ſatis palpabilis, atquè ſolidè firmatæ in eadem præcedenti deciſione *ſub §. Hucuſque, & ſub §. Secundo quoniam coram Me.*

Aſſumendo itaque primum fundamentum hodiernæ confirmationis, jàm non erat ampliùs in quæſtione, quod ubi creditor ex quacumque cauſa lucrativa, vel oneroſa, poteſt obtinere ſatisfactionem ſui crediti habebatur æquitas Iuris offerendi unicè fundata in eo, quod creditor poſterior minimè valens concurrere ſuper pretio, habeat ſaltem ſolatium aſſequendi bona ſui debitoris, refuſo eodem pretio perſoluto per anteriorem Creditorem adjudicatarium, vel Emptorem, cùm ad ſimilitudinem alterius bene- 1
ficij *Auth. res quæ C. commun. de legat.* Ius offerendi ceſſet, ceſſante caſu ſubſidij ex jam firmatis *in Cer-* 2
netana Iuris offerendi 10. *Martij* 1699. *§. Nec turbat coram R. P. D. meo de la Tremoille noviſſimè impreſſ. poſt Schettin. de Iure offerendi deciſ. 6. n. 31.*

Quod autem (applicando ad factum) aliundè Eleonora ſatisfieri non poſſet de credito Dotis ſibi legatæ ab Auguſtino Patre in ſcutis 1000. nedùm tacitè convincebatur eo ipſo, quod non probatur contra- 3
rium per ipſam Eleonoram, ut in *dicta Cornetana mox allegata*, & in propoſito *auth. res quæ* plena ſunt volumina ſicuti habetur apud *Curt. ſen. conſ. 27.* 4
num. 17. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. reſolut. 73. in fine, Card. de Luc. de dot. diſc. 41. num. 4. & diſc. 145. num. 84. in Romana Pecuniaria 28. Iunij 1702. §. Aſt ſuperlativè coram Me, & in Romana Immiſſionis 2. Martij 1703. §. Subdentes coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.

Verùm effulgebat, ex quo in hæreditate Auguſtini reperiebantur bina prædia; Alterum nuncupatum *Stamalli*; alterum verò compellatum *le Campora*, ea etenim ſola ſuperexcedere ſcuta mille legata, & reſpectivè creditum Eleonoræ in hac quantitate ſcutorum mille conſiſtens, manifeſtabatur à geminis publicis Inſtrumentis æſtimationis ſequutæ ad inſtantiam Luciciæ matris ejuſdem Eleonoræ, nempè quod ambo inſimul valerent ſcuta 1200. ut in *Summario illorum de Ferratis diſtributo ſub die 30. Ianuarij 1702. coram R. P. D meo Priolo Num. 5. & 6.* ſicque abſque ulteriori progreſſu res erat in claris, niſi Eleonora patefaceret oppoſitum, quod regularitèr difficile eſt contra publica Inſtrumenta facientia, ut dicunt noſtri Practici, probationem probatam ad *Text. in l. Ingenuum ff. de ſtat. homin.* & tradita per *Gratian.* 5
diſcept. forenſ. cap. 157. num. 15. Medera. Lucen, conſult. 30. & conſult. 34. utrobique nu. 1. Rot. dec. 1088. num. 1. coram Emerix Iun. & in Romana prætenſæ nullitatis contractus 18. Iunij 1700. §. Sic namque coram R. P. D. meo Scotto.

Prædictis ſcutis 1200. addebantur alia ſcuta 394. pro totidem mobilibus in præfata hæreditate Auguſtini remanſis, & in hujuſmodi ſumma æſtimatis, ut in *Summario ejuſdem Eleonoræ ſub præfata die 6. Decembris 1702. Num. 6. coram Me*; Atque demùm adjiciebatur quædam Mola frumentaria præſeferens annuum redditum ſcutorum 240. quapropter excluſum remanere ſubſidium, poſita conſiſtentia facti reddebatur undique certum, quemadmodum in præmiſſis fraternizantibus terminis *Auth. res quæ* reſponderunt 6
Cancer. var. reſolut. tom. 1. cap. 9. n. 173. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 21. art. 10. num. 6. Fantanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſſ. 10. par. 2. num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. num. 8. Card. de Luca de dote diſc. 145. num. 64. & ſeq.

 Rot.

Rot. deciſ. 93. num. 9. par. 11. rec. in Soanen. Immiſſionis 14. Maij 1696. §. Quod autem, & in Romana Immiſſionis 1. Martij 1703. Verùm coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.

Neque contra hæc vim faciebant ſingillares oppoſitiones ergà unaquæque capita excitatæ ab Informantibus pro Eleonora, non quidem attendi merebatur prima, quod Prædia *Stamalli*, & *le Campora* in rei veritate valerent tantummodò ſcuta 625. juxtà æſtimationem factam ſub die 6. *Decembris* 1702. *Summario ejuſdem Eleonoræ Num.* 7. Prævaluit enim apud Dominos præcedens æſtimatio habita de anno 1687. tempore neutiquam ſuſpecto, uti dicebatur in præcedenti deciſione *ſub* §. 22. hæc etenim poſtrema utpotè exarata, lite pendente, ac nemine citato, nullius evincebatur ponderis, & momenti, ut in terminis actus geſti pendente lite, ac Parte non provocata
7 ad intereſſendum firmavit *Rot. deciſ.* 204. *num.* 13. *par.* 19. *rec.* & in ſpecie *Gratian. diſcept.* 519. *num.* 29.
8 & 30. *eadem Rot. deciſ.* 448. *numer.* 3. & 4. *coram Cerro deciſ.* 196. *num.* 1. *coram Dunozet. Iun. deciſ.* 445. *num.* 5. *coram Emerix Iun.* & *deciſ.* 554. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

Et ſanè Scribentes pro præfata Eleonora ſentiebant efficaciam reſponſionis, ſed convolabant pro infringendo præfato valore prædiorum in ſcut. 1200. ad aliud antemurale, ſeù propugnaculum, nempè quod in omnem caſum deleri deberet appretium Prælationis expromiſſæ per Fratres ipſius Eleonoræ Fratribus de Ferrutis Reis in hac cauſa, caſu quo memorati Fratres Eleonoræ bona reſtantia in alios diſtrahere ſtabilirent: Sed ultrà, quod nec præfata æſtimatio expleta pro parte Eleonoræ de prædicto anno 1701. in longè minori importantia ſcutorum 625. ullam ſecumferebat defalcationem hujuſce pacti prælativi, nihilominùs hujuſmodi prælatio ſtipulata ad terminos puræ æqualitatis prætij, non erat tantum æſtimabilis, ut
9 poſſet imminuere valorem ſcutorum 1200. ſuperiùs firmatum infrà ſcuta 1000. de quibus hodiè erat quæſtio, ſicuti evidentèr patebat ad ſenſum, quando ipſamet urgentiora pacta de redimendo non habent cer-
10 tam menſuram in eorum appretio, ſed æſtimantur arbitrio Iudicis, licet etiam in ſuis caſibus pro tertia parte ad tradita per *Gratian. diſceptation. forenſ. cap.* 600.
11 *num.* 8 *Cyriac. controverſ. forenſ.* 261. *num.* 47. & *ſeqq. Gamm. deciſ. Luſitan.* 137. *numer.* 1. *Rot. deciſ.* 751. *nu.* 2. & *deciſ.* 834. *n.* 8. *coram Emerix Iun. deciſ.* 17. *num.* 4. & *ſeq. par.* 6. & *dec.* 94. *num.* 11. *par.* 15. *recent.*

Firma remanente valutatione Prædiorum *Stamalli, e le Campora*, palàm corruebat juſtificatio ſubſidij, ſed neque poterat à pinguiori additamento ſcutorum 394. ratione mobilium, ſecundo loco fieri ſubductio eo ſub prætextu, quod eadem mobilia non forent in aliqua habenda conſideratione (uti opinabantur
12 præcitati Scribentes pro Eleonora) dùm ex lapſu temporis decurſi à morte Auguſtini Patris præſumi poterant uſu legitimè conſumpta, uti ſæpius dixit *Rot.* & ſignantèr *deciſ.* 17. *num.* 2. *coram Cerro, deciſ.* 376. *num.* 4. *coram Priolo, deciſ.* 980. *num.* 1. & *deciſ.* 1233. *num.* 12. *coram Emerix Iun. deciſ.* 145. *num.* 12. *poſt Modern. Aſculan. ad Statut. Urbis*, & *in Romana fideicommiſſi Mutij de Bubalo ſuper mobilibus* 13. *Ianuarij* 1702. §. *Diſtinguentes coram R. P. D. del Olmo.*

Siquidèm propoſitio hæc erat certiſſima, quoties actum extitiſſet de mobilibus reverà per uſum conſumibilibus; At cum per fratres de Ferrutis in illorum, *Summario Num.* 6. doceretur enunciata mobilia ſtabilia, ſivè ſolidioris eſſe materiæ, conſequens erat, ut ea nequaquam poſſent per quamcumque uſus attritio-
13 nem reputari omninò conſumpta, quemadmodùm unanimitèr diſtinguunt *Cyriac. controv. forenſ* 26. *num.* 2. *Peregrin. de fideicommiſs. art.* 10. *num.* 43. *Card. de Luc. de ſervitut. diſc* 53. *num.* 3. *verſ. Aut agitur*, *Rot. coràm Priol. deciſ.* 219 *num.* 31. *coram Zarat. deciſ.* 110. *num.* 10 *coràm Emerix Iun deciſ.* 183. *num.* 4. & *in dicta Romana Fideicommiſſi Mutij de Bubalo ſuper mobilibus* 13. *Ianuarij* 1702 § *Et è converſò coràm R. P. D. del Olmo.*

A primò, itaque ad ultimum, conſiſtente demonſtratione exiſtentiæ Prædiorum, ac Mobilium longè excedentium ſcuta 1000. legata Eleonoræ Domini ſupervacaneum exiſtimarunt vindicare ab impugnationibus Eleonoræ alterum additamentum, de quo ſuprà, videlicèt Molæ frumentariæ, abſonum quippè eſt, Iudices, & Tribunalia immorari ſuper diſcuſſionibus inutilibus, prout ab initio prædiximus, & prout quoque rectè animadvertit, & clamat *Rot coràm Ro-* 14
jas dec. 385. *n.* 8. *coram Cavaler. deciſ.* 590. *nu* 6. & *ſeq.* & *deciſ.* 139. *n.* 8. & *ſeqq. par.* 11. *Recent.* & *in Auximana Succeſſionis* 30. *Ianuarij proximè præteritis* §. *Quapropter coràm Me.*

Cæterùm neque de rigore ab Aſſe hæreditatio Auguſtini legantis ſubduci debuiſſet valor, & redditus præfatæ Molæ frumentariæ, licèt enim Eleonora contenderet, quod hujuſcemodi Molæ non eſſet hæreditaria, ſed tantummodò conducta ab ejus Fratribus, adeoùt pendeat actu diſſidium intèr Dominum Molæ, illuſque Fratres, attamèn de hujuſmodi conductione nullum in primis aſſerebatur documentum ex parte Eleonoræ, & è converſò docebatur à Ferrutis, quod ea ipſomet *Summario Eleonoræ diſtributo ſub die* 6. *Decembris* 1702. præfulgebat, quod in quietantis ſolemnitèr reportata per Lucretiam Matrem ejuſdem Eleonoræ ea cauſa ejus adminiſtrationis intrà ſpatium ſolius decennij, videlicèt ab anno 1685. uſque ad annum 1695. introitus ad prælaudatæ Lucretiæ manus perventi conſcendebant ad ſcuta 21736. 16. quarè non erat compoſſibile, quod habito reſpectu ad enunciatum ſimplex intervallum annorum decem Introitua recollecti per Lucretiam nulla facta mentione, vel excomputatione prætenſi affictus à tribus dumtaxàt Prædiolis, ſivè Prædijs unà cum Domo per ipſam Eleonoram, ejuſque fratres inhabitata, importare valerent annua ſcuta bis mille, & ultrà; Hæc etenim demonſtratio tranſcendens veriſimile neceſſariò quodammodò redditum includebat prænominatæ Molæ frumentariæ ſecundum in propoſito, ſivè ad rem adnotata *in Aſculana Dotis* 28. *Iunij* 1700. §. *Faciunt* 15
coràm R. P. D. meo Pio, & generalitèr in propoſito rei inveriſimilis *Ruin. conſ.* 1. *ſub num.* 2. *lib.* 5. *Cephal.*
conſ. 76. *n.* 52. *lib.* 1. *Valenzuel. conſ.* 113. *n.* 59. *tom.* 2. 16
Modern. Argentan. collect. legal. 38. *n.* 346. *vol.* 2. *Rot. dec.* 205. *n.* 14. *coràm ſan. mem. Alexandro VIII.*

Adſtipulabatur in idem, quod in controverſia vertente intèr Fratres Eleonoræ, eandemque Eleonoram, & Lucretiam ejus Matrem A. C. Origus ſecernendo decreverat annua ſcuta centum pro alimentis prænominatæ Eleonoræ, & Lucretiæ, quæ ſanè ſumma ne- 17
quiviſſet conſtabiliri, quotiès remanentia bona poſt venditionem factam Fratribus de Ferrutis, ſiſterent in prædictis Prædijs, & Domo, atque intèr ea non foret quoque comprehenſa Mola frumentaria, ejuſque redditus verè hæreditarius Auguſtini, alimenta namque ſemper præfiniuntur, maximè in concurſu maſculorum, ad ratam Patrimonij, ejuſque fructuum,
ut eſt notorium, & advertunt *Aym. conſ.* 189. *nu.* 10. 18
Roland. conſ 22. *num.* 21. *lib.* 1. *Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 83. *nu.* 12. *Menoch de arbitr. lib.* 2 *caſ.* 169. *num.* 1. & *ſeq. Rot. Iannen. inter recollectas per Modern. Forolivien tit.* 4. *de dote deciſ.* 29. *num.* 35. *Rot. deciſ.* 484. *num.* 2. *par.* 13. & *deciſ.* 557. *nu.* 11. & 12. *par.* 15. *Recent.*

Abſque eo quod ad infractionem hujuſcè ſtatus ſuperabundantis, & reſpectivè ſubſidij demonſtrandi per prætendentem Ius offerendi, mererentur refricari ea, quæ latiori calamo fuerant interverſa in præterita

Deci-

Deciſione *diei 6. Decembris* 1701. *ex* §. 23. *cum ſeqq.* viſum quippè fuit Dominis poſitas omnes ad ſenſum Eleonoræ defalcabiles ſatis in alia Deciſione citrà inanem repetitionem remanſiſſe profligatas, ſolumque moderati ſunt ea, quæ dicebantur *ſub* §. 25. de credito Sanctis de Sanctis Mariti Urſulæ ſororis Eleonoræ, Quoniam, & ſi hujuſcemodi creditum importans ſcut. 396. ſuas de facto præſeferret amaritudines, ipſique mei Domini non eſſent omninò in hoc puncto concordes, adhùc, & eo ſubducto etiam citrà connumerationem Molæ frumentariæ, multoque magis illa comprehenſa, palpabatur ex calculo valorem ſuperextantium bonorum excedere ſcuta mille, quandò, ut à principio diximus Eleonora debebat oſtendere illa non ſufficere, quemadmodùm, prætèr
19 allegata in ſuperiori §. *Quod autem*, proſequuntur *Molin. de primogenit. lib. 4. cap. 7. num. 32. Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 73. Boſs. de dote cap. 15. num.* 142. *Rot. deciſ. 75. n. 8. par. 9. deciſ. 33. num. 5. par.* 10. *Recent. & in Romana Cambij 20. Aprilis* 1696. §. *Nec ad retardand. m coràm R. P. D. meo Muto.*

Atque ità etiam præciſivè à propoſitionibus inſinuatis in altera Deciſione de incompetentia Iuris offerendi adverſùs extraneum Emptorem in forma merè extrajudiciali, & maximè in terminis puræ legatariæ non habentis per ſe ullam auctoritatem firmandam competere in hoc caſu aliquod Ius offerendi, ex ſolo facto Domini permanſerunt in dec ſis conſpirante ad hoc ipſum motivo palpabilis æmulationis omni Iure rejiciendæ, ut ſolidè fuit animadverſum in eadem præterita Deciſione *ſub* §. 27. *& ſeqq.*

Utraque &c.

R. P. D. ANSALDO

FOROLIVIEN. IURIS OFFERENDI.

Mercurij 18. Iunij 1710.

SUMMARIA.

1 *Ius offerendi non competit favore Creditoris poſterioris adverſus creditorem intermedium, ementem ſubhaſta publica, & tamquam tertium bona debitoris, vendita ad inſtantiam creditorum anteriorum & nu. 10. & 19.*

Amplia etiam in emptione extrajudiciali facta ſine interventu Iudicis, n. 4. & 8.

2 *Creditor intermedius non debet eſſe prioris conditionis tertio licitatore.*

3 *Ius offerendi non competit favore poſterioris creditoris, adverſus licitatorem ementem & reportantem Ceſſionem à Creditoribus anterioribus.*

5 *Salvianum non datur favore creditoris poſterioris, contra tertium, qui emit bona à debitore, ad effectum dimittendi creditores anteriores.*

6 *Ius offerendi competit favore creditoris poſterioris, adverſus intermedium ementem rem debitoris tamquam creditorem.*

7 *Ius offerendi datur in ſolatium creditori poſteriori lugentis jacturam crediti.*

9 *Factum judicis eſt factum partis.*

11 *Creditor poteſt gerere duplicem figuram, nempè creditoris expoſcendo venditionem pignoris, & tertii emendo idem pignus.*

12 *Creditor intermedius emens pignus, & ſolvens pecunias creditoribus anterioribus eſt tutus à poſterioribus.*

13 *Creditor num emat ut creditor, vel tertius, inſpiciendum eſt an numeret pretium, vel illud excomputet cum credito.*

14 *Statutum fori Pompilij in dationibus in ſolutum probat facultatem Officialis vulgo Maſſarola abdicandi poſſeſſionem, & dominium.*

15 *Ius offerendi non competit favore creditoris poſterioris, quando inſtrumentum deliberationis transfert dominium irrevocabiliter in emptorem.*

16 *Creditor intermedius emens bona debitoris, præſumitur facere ad effectum confirmandi hypothecam quam habet ſuper illis ſed hæc præſumptio cedit veritati num. 18.*

Conjectura ſuadentes emptorem emiſſe uti tertium non ut creditorem remiſſivè, n. 17.

20 *Creditor dicitur, qui poteſt reportare mandatum ad factum contra debitorem pro extinguendo cenſu paſſivo.*

21 *Creditor dicitur omnis, qui poteſt petere implementum alicujus pacti, quod parit actionem.*

22 *Subhaſtatione ſine credito fieri nequit.*

23 *Mandatum de ſubhaſtando nequit ab aliquo obtineri niſi in figura creditoris.*

24 *Creditor cenſus non poteſt invito debitore ſortem repetere.*

25 *Pactum de extinguendo cenſum initum inter tertios valet & parit actionem.*

26 *Adjudicatio fieri nequit ſine præexiſtenti credito liquido.*

27 *Adjudicatio non permittitur quam favore creditoris ob deficientes oblatores.*

28 *Statutum fori Pompilij mandat bona in defectum licitatoris deliberari favore creditoris pro quarta parte minus eo quod æſtimata fuerunt.*

29 *Creditor dicitur acquiſiviſſe, bona debitoris ut creditor quando obtinuit adjudicationem, vigore ſtatuti demandantis in defectũ oblatorem fieri deliberationem favore creditoris per il quarto meno & n. 31.*

30 *Adjudicatio eſt nulla, ſi non fiat juſto pretio.*

32 *Teſtibus officialibus, & deponentibus de re tranſacta per eorum manus, eſt omnis fides adhibenda.*

33 *Creditor præſumendus eſt obtinuiſſe adjudicationem, ut creditorem, quando ita cantat littera inſtrumenti adjudicationis & fortius ſi tale inſtrumentum à creditore producatur, n. 35.*

34 *Producens ſcriptura approbat omnia in ea contenta.*

36 *Creditor reſervans ſibi in ſubhaſtatione jura pro aliis creditis, demonſtrat facere emptionem, ſeu obtinere adjudicationem ut creditorem.*

37 *Et conſimiliter ſi faciat ſibi bonificare omnes expenſas.*

39 *Creditor dicitur etiam, qui non numeravit pecuniam, ſi habet actionem ex contractu.*

40 *Ad crediti excomputationem ſeu ſatisfactionem non eſt neceſſaria pecunia, quando illud non ſit pecuniarium, ſed ſatis eſt ſuppreſſio illius actionis, in judicio exercibilis quæ ſtat loco crediti.*

41 *Accollatio cenſus facta per alium non extinguit cenſum nec liberat debitorem cenſus.*

42 *Ceſſio reportata ab emptore extinguente cenſum cum pecuniis debitoris reſolvitur in meram quietantiam.*

43 *Ius offerendi competit favore creditoris poſterioris, etiã contra fidejuſſorem ementem pignus debitoris, ad effectum extinguendi debitum pro quò fidejuſſerat.*

44 *Statutum fori Pompilij mandans in deliberationibus ac adjudicationibus judicem poſſe cedere dominium irrevocabiliter intelligitur quoad creditorem, non quoad alios creditores poſteriores, & num. 47.*

45 *Debitorem poſſe poſt ſecutam adjudicationem intrà biennium debitum ſolvere, & rem adjudicatam recuperare tenent multi doctores.*

46 *Statuta multorum locorum tollunt facultatem debitoris, recuperandi intra biennium rem creditori adjudicatam pro ſuo credito.*

48 *Ius offerendi competit creditori poſteriori, etiam in caſũ venditionis extrajudicialis, facta ſine interventu ejuſdem creditoris.*

49 *Renunciatum cenſetur juri offerendi, ſtante receptione pretii rei venditæ facta per creditorem poſteriorem.*

50 *Hypotheca eſt cauſa executiva juris offerendi.*

51 *Renunciatum ut dici poſſit juri offerendi ſtante receptio-*

receptione pretij rei venditi requiritur mandatum ſpeciale.

52 *Mandatum præſumptum non ſufficit in præjudicialibus.*

53 *Ius offerendi poteſt exercere, etiam poſt extinctionem crediti factam cum pecuniis, rei venditæ quando reſtat aliud creditum ſatisfaciendum.*

54 *Iuris offerendi remedium eſt ſubſidiarium, & non intrat quando creditor poſterior poteſt ſatisfieri ſuper aliis bonis debitoris.*

55 *Ius offerendi non poteſt impediri prætextu exiſtentia aliorum bonorum ſi debitor obtinuit inhibitionem vigore ſeptuagenariæ*

56 *Excuſſio non requiritur quando debitor eſt notoriè decoctus.*

57 *Excuſſio non requiritur quando filii repudiarunt paternam hæreditatem.*

58 *Ius offerendi nequit impediri, ob exceptionem exiſtentia aliorum bonorum, quando illa clarè non probantur.*

59 *Beneficium auth. res quæ non retardatur per exceptionem exiſtentia aliorum bonorum, quando illa ſint intricata.*

60 *Hypotheca præſcribitur ſpatio decem annorum.*

61 *Præſcriptio hypothecæ non intrat quando tertius habet cauſam à debitore.*

62 *Ius offerendi præſcribitur dumtaxat concurrente ſpatio 30. annorum.*

63 *Melioramentorum exceptio non impedit jus offerendi, ſed tamen pro eis ſunt reſervanda jura.*

Decisio XV.

QUemadmodum Iura noſtra, Doctores, & Tribunalia ſecurum reddunt, & immunem à quolibet Iure Offerendi, de quo obloquuntur *leg. cum prior 3. cum poſterior 6. ff. de diſtract. pignor. cæterique concordantes allegati in mea Farfen. Iuris Offerendi 6. Decembris* 1702. *in principio*, Creditorem intermedium adverſus poſteriorem hujuſmodi remedium intentatem, quotiès idem Creditor intermedius judicialiter emit, ſub haſta in vera figura tertij Oblatoris rem communitèr quoque hypothecatam nimiùm quando anterioribus Creditoribus petentibus publicæ ſubhaſtationi, & publicis oblationibus exponatur ipſa res communis Debitoris, propriaſque pecunias ad hunc effectum exburſatas idem intermedius Creditor, & inſimul Licitator numerat iiſdem Creditoribus anterioribus, ut tradunt
1 *Fulgoſ. in leg. 2. ff. de diſtract. pignor. Surd. conſil. 256. num. 6. libr. 2. Scoppa ad Merlin. Pignatell. controverſ. 68. ſub num. 6. Salgad. labyrint. Creditor. par. 1. cap. 10. num. 16. & 77. Faleian. de Cenſibus Tom. 2. libr. 3. cap. 2. num. 13. verſicul. tertiè quia, Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 66. ſub num. 27. Cardin. de Luca de Credit. diſcurſ. 165. num. 4. & de Empt. & vendit. diſc. 31. ferè per tot. de Franch. deciſ. 69. num. 3. & 4. Rota deciſ. 67. num. 3. penès Poſth. de ſubhaſt. deciſ. 445. num. 86. coràm Duran. in Cornetana Iuris Offerendi 18. Novembris* 1701. *§. 2. verſicul. Et in longè darioribus, & §. Prædictaque coràm bon. mem. Mato, & in Farfen. Iuris Offerendi 6. Decembris* 1702. *§. Aſt longè coràm Me.*

Ea ſanè ratione, quod non ex eo, quod idem Creditor intermedius eſt Creditor, debet idcircò eſſe pe-
2 joris conditionis quàm foret tertius verè tertius Licitator, & Oblator, qui dimittens Creditores anteriores in continenti ſubingreditur in illorum iuribus, & ope inuegabilis retentionis ſe ſe tuetur à vexationibus Creditorum poſteriorum, qui nihil habent in illa re vendita, ſeù ſubhaſtata, quid perſequantur cum eadem res jam reperiatur abſorta, ſeù cooperta ab hypothecis anterioribus transfuſis in illum tertium
3 Emptorem ſicuti proſequuntur *mox adducta auctoritates*, & ſignantèr *Merlin. controverſ. Forenſ. centur. 2. cap. 68. num. 3. & 4. Cardin. de Luca de emption. & vendit. dicto diſc. 31. ſub num. 6. Alter de Luc. ad Franch. deciſ. 69. ſub n. 3. & 4. Rot. d. dec. 445. n. 86. in fin. cor. Duran.*

Idemque eſſet ubicumque verſaremur in emptione extrajudiciali, quia ſi præfatus Creditor intermedius rem communis Debitoris pluribus hypothecatam comparaset rectà via ab ipſo Debitore ſub ea tamen 4
lege, & pacto ſolvendi integrum pretium Creditoribus anterioribus, idque de facto fuerit ſequutum, non minùs quàm quilibet Extraneus Emptor extrajudicialis pati non poſſet ullas moleſtationes à Creditoribus poſterioribus quoad hoc Ius Offerendi, ſicuti ſi fuiſſet verè tertius pati non poſſet ullum Salvianum, quod ab eodem fonte hypothecæ procedit, ſed Galea paciformis retentionis indutus liber reſiſtet, ex plenè firmatis *in tract. de Commerc. & Mercatur. diſcurſ. 57. ferè per tot.* & prætèr ſuprà laudatos 5
proſequuntur *Olea de Ceſſion. Iur. in addition. ad titul. 4. quæſt. 2. ſub n. 18 Rot. deciſ. 290. ſub nu. 5. poſt Pacifie. de Salvian. deciſ. 290. ſub n. 5. cum aliis in mox relata Farfen. Iuris Offerendi 6. Decembris 1701. §. Punctus itaque aliàs 14. cor. Me.* Ita è converſo quotieſcumque Creditor intermedius emendo rem communis Debitoris pænitùs non exuit figuram, & Veſtes Creditoris remanet indubitanter obnoxius Iuri Offerendi per poſteriorem Creditorem intentato, & emptio pignoris ſequuta recenſetur facta potiùs ad confirmationem veteris hypothecæ, & non animo acquirendi Dominium, vel ſaltem lex ſic interpretatur, & non permittit rem tranſire in liberum, perpetuumque Dominium ejuſdem intermedij Creditoris, uti videre eſt penès *DD. in leg. prima §. Cum* 6
autem Cod. ſi antiquus Creditor. Ann. conſil. 37. volum. 1. de Marin. quotidianar. reſol. libr. 1. c. 219. n. 1. & ſeqq. Rodriquez de concurſ. Creditor. par. 2. articul. primo à n. 22. Negusant. de pignor. memb. 3. part. 1. n. primo 2. & 7. Schetim. de Iur. Offerend. per prima cap. 3. ſect. 2. num. 4. Calvin. de æquit. cap. 35 Cruſius de Iur. Offer. cap. 3. per tot. Maſtrill. deciſ. 78. num. 10. Theſaur. deciſ. 137. num. 1. de Franch. deciſ. 453. per tot. Rot. deciſ. 197. nu. 2. & deciſ. 198. num. 3. poſt Conſtant. ad Stat. Urb. Tom. 3. dec. 447. num. 6. & 7. cor. Duran.

Ratio, cui hæc ſecunda Pars diſtinctionis innititur plena nimium eſt æquitatis; amara ſiquidem res eſſet, quod Creditor poſterior omnimodè excluſus per factum intermedij Creditoris omni reſtauro, omni ſpe recuperandi unum obulum viduaretur, quando è converſò nulla conſiderari poteſt Injuria, quæ Creditori intermedio, & inſimùl Emptori inſligatur, dum admiſſo hoc Iure Offerendi totum pretium, vel explicitè anterioribus numeratum, vel ſibimet implicitè exburſatum recuperat, ut rectè conſiderant, *Cravett. conſil. 198. Morott. de Iur. Offerend. numer. 12.* 7
Carocc. de oblation. par. 2. quæſt. 11. num. 6. Maſtrill. deciſ. 101. num. primo, & ſeqq. cum aliis adductis concordan. in Farfen. Iuris Offerendi 6. Decembris 1701. §. Et ratio aliàs 3. coràm Me.

Et quod dicimus abſtractivè de Emptione, quæ in hunc modum fiat per Creditorem intermedium locum ſibi vindicat, ſivè agatur de emptione Iudiciali 8
ſcilicèt ſubhaſta, vel de emptione extrajudiciali ſinè Iudice celebrata cum communi Debitore, cum iudicis authoritas, & Interventus nihil circà hoc operetur, niſi forte, ut ſuprà judicialitèr ſubhaſtando proceſſerit Iure, ſeù ad inſtantiam Creditorum anteriorum, factum quippe Iudicis in his terminis reputatur, & eſt factum ipſius Partis, *Rominald. Ium. conſ. 3. n. 10 Feltrian. de* 9
cenſib. Tom. 2. l. 3. c. 2. ſub n. 13. verſicul. quæ regula Carocc. de Oblat. par. 1. q. 11. n. 26. & 63. Rot. dec. 108. n. 15. penès Poſth. de ſubhaſt. & dec. 42. n. 9. & ſeqq. coràm Bich. dec. 197. n. 3. & ſeqq. poſt Conſtantin. ad Statut. Urbis Tom. 3. cum aliis plenè relatis in dicta Farfen. Iur. Offerend. 6. Dec. 1701. §. Eleonora igitur, cor. Me.

Stabili-

Stabilitis itaque hiſce, Propoſitionibus in ſubſellijs Iudicantium aſſiduè receptis Cauſa, quæ *hodiè* verſabatur *inter Guglielmum, alioſque Fratres de Gaddis ex una, & inter Ludovicum, & Antonium de Merlinis* ex altera ad nudam applicationem alterutrius Partis ejuſdem diſtinctionis reducebatur; Cum etenim Scipio alijque fratres de Gaddis, & quibus Cauſam habebant moderni Poſſeſſores, Guglielmus ſcilicèt alijque fratres pariter de Gaddis inſtetiſſent atque de *anno* 1678 pro aſſequendo Iudiciali mandato contrà illos de Brigantibus ex quo eorum Majores ſub anno 1654. coemerant nonnulla bona ſita in Territorio Foripompilij, & vice ſolvendi pretium ſe ſe obligaverant extinguere tot Cenſus quibus præmebantur ipſi de Gaddis Venditores in ſumma ſcutorum 3457. 84. illudque obtinuiſſent pro ſumma ſcut. 1147. in qua Brigantes non impleverant promiſſa, & vigore deinceps ejuſdem obtenti mandati, quod nuncupatur ad factum reportaſſent in publica ſubhaſtatione nonnulla Bona eis in defectum aliorum Oblatorum judicialiter adjudicari, & ſimilitèr poſteà coemiſſent, ſeu recepiſſent ab eiſdem Debitoribus nonnulla alia Bona, inſurrexere præfatus Ludovicus, & Antonius de Merlinis fieri remedio prænominati Iuris Offerendi, unde ad normam præmiſſarum theoricarum, & reſpectivè diſtinctionem perpenſo negocio cenſuit in præcedenti inſtantia *R. P. D. A. C. Cerrus* Actoribus competere hujuſmodi Ius Offerendi, per aſſuetam verò provocationem delata Appellatione *ad Sacrum Tribunal* uniformis *in hodierna Audientia* non obſtante acri oppoſitione illorum de Gaddis emanavit reſolutio.

Contendebant equidem ſuccombentes ad eorum favorem omninò applicari primum membrum præmiſſæ diſtinctionis penitùs excluſivæ cujus liber Iuris offerendi cum ipſi nequaquam, nec ſibi adjudicari, nec emere intellexiſſent enunciata Bona ſita in Foro Pompilij, & ad communem Debitorem ſpectantia in illa figura, ſeu Perſona Creditoris, ſed uti prorsùs tertijs, & extraneis Oblatoribus, & ſic non animo confirmandi propriam hypothecam, ſed realiter adipiſcendi pro ſe Dominium irrevocabile, quem-
10 admodum licèt cuilibet Creditori in publica ſubhaſtatione Comparenti ex rationibus adamuſſim ſuprà animadverſis, & reſpectivè auctoritatibus allatis in §. *primo cum ſequenti*, quibus addebant *Arias de Meſa variar. reſol. cap. 9. & 10. Caroec. de Oblat. part. 2. qu. 11. n. 21. Merott. de Iur. Offer. n. 16. Theſaur. dec. 157. n. 8. Rot. dec. 657. num. 5. & ſeqq. par. 4. rec.*

Abſque eo, quod in aliquo (ut ipſi extimabant) refragaretur, quod ad inſtantiam eorumdem ſuccumbentium deventum appareret ad haſce diſtractiones, & ſignantèr ad Iudicialem ſubhaſtationem, vigore cujus poſtmodùm ſequutæ fuerat ad ipſorum commodum deliberatio, ſivè adjudicatio: Id enim ad ſummum nequibat referri, niſi ad illam facultatem vendendi pignus communis Debitoris, quam in continenti acquirit prior Creditor à die ſuæ conſtitutæ hypothecæ, unde ſive ob tacitam legis præſumptionem, ſive ob naturam contractus non remanet idcircò impedita translatio Dominij in ſic ementem, qui durioris conditionis eſſe in hoc caſu non debet, quam quilibet Licitator extraneus, exercitium etenim, ſeu facultas vendendi pignus, in qua ſtat figura Creditoris non tollit aliam reduplicabilem figuram tertij Acquiſitoris, & Emptoris ad tradita in propoſito *per*
11 *Arias de Meſa variar. reſol. lib. primo cap. 9. nu. 5. & cap. 10. n. 16. Menoch. lib. 3. præſumpt. 121. ferè per tot. Cardin. de Luca de Credit. diſcurſ. 32. n. 19. & ſeqq. & num. 19. Alter de Luca de pluralit. Homin. legal. cap. 32. à num 1. ad ſeqq.*

Patefiebat (ad eorum ſenſum) magis hæc, veritas geſta ab iiſdem, quia aliqua tunc amaritudo ineſſe potuiſſet quotiès ipſi offerendo pretium illud in effectu non exburſaſſent, ſed pro totidem oblata ſumma proprium creditum excomputaſſent; Att in præſenti Theſi nullam prorſus facere excomputationem, quinimmò eam nullatenus facere valebant, cum nullum pecuniarium creditum haberent contrà Brigantes, & de reliquo actualitèr, & effectivè pretium per eos oblatum numeraverint in ſatisfactionem, & dimiſſionem Creditorum anteriorum, & conſequentèr ex hoc tantummodò capite in eorumdem Creditorum Iura dimiſſa ſuccedentes abſorbuerunt, & extinxerunt, quamlibet hypothecam, quàm præcedenter prætendere, ſivè exercere potuiſſent poſteriores Creditores, juxtà rationem adamuſſim quam adducunt, *Merott.* 12
de Iur. Offerend num. 16. Schettin. eodem tract. par. prima cap. 3. ſect. 3. num. 6. & 8 Merlin. Pignatell. controv. forenſ. centur. 3. cap. 68. n. 4. cum alijs congeſtis in ſæpiùs relata Farfen. Iuris Offerendi 6. Decembris 1702. §. Cadente ſolùm coram Me. Quando generalitèr enim ad omnia æquivoca tollenda utrum nempè Creditor anterior obtulerit tamquam Tertius, vel potius uti Creditor nullum meliorem indicem, ſeu majus Indicium præberi poſſe, quam reflexionem an idem Creditor pretium actualitèr numeraverit, vel abſque alia numerica ſolutione proprium Creditum 13
tantummodò excomputaverit punctualiter, monet, & obſervat *Peſth. de ſubhaſt inſpect. 32. ſub n. 31. Vincent. de Franch. deciſ 69. ſub. n. 4.*

Fortiùs verò (ſicuti proſequebantur) conſpirante in idipſum, ſive in abolitionem hypothecæ aliorum Creditorum poſteriorum, & liberam reſpective translationem dominij in Oblatorem, ſeu Creditorem Adjudicatarium littera præciſa Statuti Fori Pompilij, quæ etiam in contrarijs terminis ſequutæ ſcilicet excomputationis, ſeu receptionis inſolutum *del ſuo credito*, præbet Offiziali ad has deliberationes deputato, quivè appellatur, *Maſſarolo*, poteſtatem in hoc ipſiſſimo caſu *di abdicare il poſſeſſo, e dominio, Summ. eorumdem Reorum Num. 5.* necnon alia non minùs præclara 14
littera Inſtrumenti deliberationis utpotè concepta cum clauſulis indubitantèr translativis dominij irrevocabilis, ut ibi -- *ad diſponendum, habendum, & poſſidendum irrevocabilitèr* -- ad ea, quæ poſitivè pro ſubmovenda qualibet difficultate in hac materia Iuris Offerendi notant, & affirmant *Alex in l. Si finita §* 15
Iulianus ſub num. 122. ff. de damn. infect. Merlin. Pignatell. controverſ. forenſ. centur. 1. cap. 93. ſub. nu. 5. & 6. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 136. num. 1. in fine, Mantic. de tacit. & ambig. convent, lib. 11. tit. 28. num. 31.

Et ſanè retorquendo ſenſum quomodo dici poterat, quod ipſi enunciata bona fuerint adepti animo confirmandi eorum hypothecam, uti eſt regularis præſumptio, & ſanctio Iuris, ubi Creditor anterior 16
emit, vel recipit inſolutum bona communis Debitoris, ſi itdem fratres ultrà litteram Statuti ultrà præfatas clauſulas inſtrumentariæ deliberationis, ultrà exburſationem effectivam pretij, nullam prorſus occaſionem habebant confirmandi eorum hypothecam, ſi à parte Rei nullum creditum pecuniarium conſequi valebant à Debitore, eodemque credito pecuniario deficiente, nequibant ſubindè niſi tanquam ex- 17
tranei comparere in ipſa ſubhaſtatione cum pecunijs, ut dicitur, *alla mano*, ideòque cùm ſubſtantialitèr in tantum Ius Offerendi habeat locum, in quantùm præſumitur Creditor licitaſſe in confirmationem ſui crediti, ſive hypothecæ, quis dicat, quod è converſo hæc ſimplex præſumptio non debeat cedere veritati palam manifeſtatæ ex præmiſſis, uti punctualiter ratiocinatur, & oſtendit *Cardin. de Luca de Empt. &* 18
Vendit. diſc. 31. n. 7. & diſc. 165. n. 4. aliàs impoſſibile foret practicare Propoſitionem, & applicare primum membrum diſtinctionis, quod Creditor offerens tamquàm Tertius remanet immunis ab Iure Offerendi Creditoris poſterioris, prout de cætero eſt indubitatum,

ut

19 ut præter jam allegatos videre eſt *panès Doctores in
leg. prima Cod. de doli, & *in leg. Si mandato §. Pau-
lus ff. Mandat. Marcian. conſ.* 40. *num.* 4. *Vincent.
de Ann. allegat.* 56. *Merlin. controv. forenſ. Centur.*
2. *cap.* 68. *num.* 3. & 4.

Verùm quantumvis hæc ob particulares præſentis
hypothaſis circumſtantias viderentur apparentèr ur-
gere, *Domini* tamen, ut præmiſi minimè ambegere
quio potiùs verſaremus in ſecundo membro diſtin-
ctionis, ideòque locus foret loci offerendi, dandaque
in ſequalam aſſet Immiſſio fratribus de Merlinis; nàm
ad taleſcopium, ſeu trutinam tam Iuris, quàm Facti
revocata obſervatione, & perquiſitione evanuatuot
præfata (ut ità dicamus) phohomena, & argumenta,
illicò quippè enituit de duobus; *Primò*, quod fratres
da Gaddis erant indubitantèr Creditores: *Secundò* quod
etſi non devenerint ad effectivam excomputationem
alicujus Crediti pecuniarij in pretium adjudicationis,
& reſpectivè amptionis bonorum, de quibus ageba-
tur, ſed proprias exſolverint pecunias, adhùc in tan-
tùm extitatunt Emptores, & affecti fuerunt Adjudi-
catarij, in quantum induerunt veram, & propriam,
ſufficientamque ſignram Creditoris excomputando
totum id, quod in ſubjacta materis poterant excom-
putare; Quatenùs enim pertinebat ad primum aſ-
ſumptum illud eruabatur ab ipſa radice petitæ ſubha-
20 ſtationis, ex qua etenim Cauſa præfati fratres de Gad-
dis moleſtiverant, ſeu moleſtare poterant, Brigantes,
quodque plus eſt mandatum judiciale adverſus eos
obtinuere, & certè non ea alia, quam quia prælauda-
ti Brigantes In ſe accollaverant, & promiſerant fa-
ctum extinguendi Cenſus paſſivos eorumdem fratrum
da Gaddis; Cumquè in hujuſmodi implemento defe-
cerint, ecce actio, ecce creditum, quod ijdam de
Gaddis habebant contrà Brigantes, non enim ad
conſtituendum, nuncupandumve aliquem Credito-
rem, neceſſarium eſt, quod ei pecunia, vel res in nu-
mero, pondere, aut menſura conſiſtens debeatur, ſed
ſatis eſt, quod aliquid ei præſtandum veniat, ſeu de-
beatur, *Exempli gratia*, prout hic implementum ali-
cujus pacti, quod pariat actionem ex contractu, ſicuti
in hac certiſſima Propoſitione ad litteram concorda-
21 runt duo majora lumina noſtrarum legum *Vulpianus*,
& *Cajus ille in l. Creditores* 10. & alter in ſubſequen-
ti *l. Creditorum appellat.* 11. *ff. de verbor. ſignificat*,
ibidemque *gloſſa*, & *Doctores*, *Barthol. in l. prima ff.
ſi certum petat*, *Rebuff. de verbor. ſignificat d. l.* 10. &
l. 11. *Alberic. Dictionar. Iur. Civil.* & *Canonic. verb.
Creditor verſ. Creditoris appellatione continetur*, *Sal-
gad. Labyr. Credit. par.* 1. *cap.* 11 *ſub num.* 127.

Et quidèm cùm notorij Iuris exiſtat, quod deveniri
nequeat ad ullam ſubhaſtationem ſine credito Inſtan-
22 tis, ut liquet *per Text. in Auth. hoc in porrectum, verſ.
quod ſi nolit Creditor C. de Sacroſ. Eccleſ. Mangil. de
Subhaſt. quæſt.* 1. *num.* 3. *Poſth. eodem tractat. inſpect.*
1. *num.* 36. & quonam modo ſi fratres de Gaddis cre-
ditum nullam habuiſſent adverſùs Brigantes, valuiſ-
ſent, ut mox tetigimus expetere, ipſeque reſpectivè
23 Iudex potuiſſet ad eorum favorem, & inſtantiam re-
laxare mandatum da ſubhaſtando præſertim in caſu
noſtro, cùm Creditores cenſuales, qui fuerant accol-
lati per eorum fratres, & quibus ſoluta fuit pecunia,
24 ſeu pretium non poſſent ullatenùs inſtare, ex quo
eorum creditum Cenſus erat pænitùs inexperibile,
& irriperibile, undè ea actio, illud creditum, quod
erat inexercibile per Creditores Cenſuum non valen-
tes ex natura, & quidditate contractus cenſualis re-
petere pecunias traditas ad Cenſum optimè erat exer-
cibilis inter Tertios, qui citrà ſcrupulum poſſunt co-
25 gere, & reſpectivè cogi ad extinguendum Cenſus,
prout ad formam conventionis inter eos initæ inter-
eſt alteri ex contrahentibus, juxtà diſtinctionem,
de qua *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 49. *num.* 15. &
16. *Felician. de Cenſib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 17.
Cenc. eodem tractatu quæſt. 60. *num.* 54. & *quæſt.* 106.
n. 15. *verſ. Sed poſſet*, *Card. de Luca eod. tit. de Cenſib.
diſc.* 12. *ſub nu.* 2. *Rot. deciſ.* 118. *nu.* 5. *par.* 10. *Rec.* &
dec. 316. *num.* 4. *par.* 18. *Rec.*

Comperto itaq; quod fratres de Gaddis ad affectum
Ioris eſſent Creditores, ſi non pecuniarij, Creditores
tamèn facti, & intereſſe eis promiſſi, perquiren-
dum reſtabat utrùm cum pallio hujuſce crediti emiſ-
ſent controverſa bona ſive extrajudicialitèr à Debitore,
ſivè judicialitèr per miniſterium Iudicis deliberatis,
& adjudicatis, & dubio procul id *Dominis* viſum
eſt innegabile etiam inſpecta forma adhibita emen-
di ſivè extrajudicialitèr, ſive judicialitèr; Iudiciali-
ter namque, quia ſemper Adjudicatio ſupponit, &
requirit creditum etiam undique liquidum, pro quo
illa fit, ut perbelle explicat poſt *Alciat. in l. Aliud eſt* 26
131 §. *Inter multum verb. Adjudicatio num.* 8. *ff. de
verb. ſignificat. Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 194.
num. 14. & 15. & tradunt *Fulgoſ. conſil.* 34. *num.* 10.
Mangil. de Subhaſt. quæſt. 51. *num.* 9. & 10 *Rota de-
ciſ.* 171. *num.* 6. *coràm Cavaler.* & quod iſta termi-
nus adjudicationis nec congruat, nec permittatur
niſi favore Creditoris ubicumque deficiant Oblato-
res, & Licitatores, proſequitur *Salicet. in l. prima* 27
C. Si in cauſ. Iudic. & *in l.* 2. *eodem tit.* Gratian. *di-
ſcept. forenſ. cap.* 7. *num.* 19. & 20. *Marant. de Ordin.
Iudiciar. quæſt* 6. *art. ultimo num.* 19. *Urſell. verb.
Adjudicatio conſulſ.* 52. *num.* 26. *Poſth. de Subhaſtat.
inſpect.* 35. *n.* 10. *Rota deciſ.* 984. *n.* 1. *coram Seraphin.*
& *deciſ.* 37. *n.* 11. *cum ſeqq. coram Duran.*

Evidentiſſimè autem quia fratres da Gaddis adju-
dicationem reportarunt in vim municipalis ſanctio-
nis Statuti Foripompilij, *per il quarto meno*, quapro- 28
pter cùm idem Statutum apertè ſolùm in hac permit-
tenda diminutione diſponat favore Creditoris, ut ubi
-- *E ſe incantando quelli per il quarto meno di quello* 29
*ſaranno ſtimati non ſi troverà più offerente, ſi debbano
deliberare doppo tutti l'incanti al medeſimo Creditore
per il quarto manco della Stima* -- profectò non po-
terant gaudere hoc Statutario beneficio niſi compa-
ruiſſent, & emiſſent uti Creditores, aliàs adjudica-
tio fuiſſet nulla, cùm ea de Iure non ſubſtineatur, niſi
fiat pro juſto pretio, ad firmata per *Gloſſ. in l. à* 30
Divo Pio §. Si pignora, *ibidem Iaſon. n.* 8. *in fin. ff.
de re judic. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 545. *n.* 5. *lib.* 3.
Schettin. de Iur. offerend. par. 1. *cap.* 1. *ſect.* 2. *ſub num.*
63. *Paſchal. de Virib. patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 10. *ſub
num.* 93. *Poſth. inſpect.* 43. *num.* 41. *Rot. poſt eundem
dec.* 1. *per tot.*

Et certè niſi tamquàm Creditores conſiderati exti-
tiſſent nequaquàm potuiſſet Iudex, ſeu Maſſarolus
hanc exarare adjudicationem, quemadmodùm præ-
ter præmiſſam Iuris cenſuram proximè adductam per-
ſpicuè ulteriùs deponebant quoque Teſtes recenſiti
in Summ. illorum de Merlinis Num. 10. Sanciebat 31
etenim Statutum, quod facta æſtimatione bonorum
deliberandorum, & ad illius limites non invento
Oblatore, iterùm proclametur venditio cum diminu-
tione Quarti, hanc tamen differentiam adhibendo,
ut dicunt præfati Teſtes, quod extranei aliquid plus
ſuprà Quartum offerret, teneantur alioquin nullo
quiquàm plura offerente privilegium hujuſmodi ſolus
Creditor ſortiatur, quibus ſanè Teſtibus, & tanquam
ſuffultis memorata aſſiſtentia Iuris, & veluti deponen-
tibus de re ſpectante ad exercitium, vel Officium, quod
diutiùs exercuerunt fidem eſſe omninò adhibendam,
uno ore profitentur *Cardin. de Regal. diſc.* 14. *n.* 5. *Ro-* 32
ta dec. 370. *n.* 3. *coram Cavaler. dec.* 70 *n.* 20. *par.* 8.
deciſ. 132. *n.* 6. *par.* 12. *deciſ.* 432. *nu.* 6. *par.* 13. *deciſ.*
101. *num.* 9. *par.* 17. *Rec.* & *in Molevitana Expenſa-
rum* 14. *Ianuarij* 1702. §. *Auctoritatibus in fine*, *co-
ràm Emmo De la Tremoille.*

Quid plus dùm percurrendo non minùs acta deli-
berationis, de quibus *in prædicto Summario n.* 11. ſed
etiam

etiam Inſtrumentum ipſum adjudicationis per plures
vices legebatur nuncupatio ipſorum fratrum delibe-
rare facientium *tamquam Creditorum*, eamdemque
adjudicationem obtinentium pari modo tamquam
Creditorum, proindeque non remanebat hæſitandum
ſi ipſi in hac adjudicatione veſtierunt habitum, &
figuram Creditoris, & non tertii, dum vigore ejuſ-
dem Inſtrumenti nacti ſunt adjudicationem, & poſ-
34 ſeſſionem, & quod magis eſt in præſenti Iudicio ea-
dem produxerunt ex paſſim collectis penès *ſ. Felin. in
cap. imputari nu. 7. de fid. Inſtrum. Adden. ad Ludov.
deciſ. 238. num. 15. Rot. deciſ. 127. num. 1. & ſeqq. co-
ram Otthobon. dec. 249. n. 6. part. 1. & dec. 335. n. 11.
par. 15. recent., in Romana Pecuniaria 3. Iunii 1701.
§. Nam & in Romana Cenſus 6. Decembris 1702. §.
Perperam coram R. P. D. meo Priolo, & in Romana
Caſalis Terræ Leporis 22. Aprilis 1709. coram R. P. D.
meo Kaunitz*, & præciſiùs ad rem adjudicationis ea-
35 dem *Sacra Rota dec. 14. n. 8. & 7. ap. Poſth. de ſubhaſt.*
Atque hinc ſuperfluum reddebatur alias congere-
re reflexiones cæteroquin demonſtrativas etiam ſe-
cundi aſſumpti, nempè quod reverà Fratres de Gad-
dis adjudicationem reportaverint tamquam Credito-
rès, & non uti tertii; & extranei licet eædem demon-
ſtrationes ſatis perlucidè non deeſſent nimirùm, &
36 quod ſibi reſervaverant jura pro aliis creditis, ità per
neceſſarium antecedens ſupponentes, quod cætera cre-
dita per hujuſmodi deliberationem, & adjudicatio-
nem fuiſſent ſatisfacta, & rursùs bonificari ſibi fe-
37 cerent expenſas non ſolùm mandati, & executionis
ſed etiam præcedentium citationum, & Actorum;
quid minùs per viam excomputationis proportiona-
biliter ſolvendo Creditoribus anterioribus, & demùm
animadvertebatur, quod nullam reportare curarunt ceſ-
ſionem ab iiſdem Creditoribus anterioribus, quos
38 propriis pecuniis dimittebant, uti de cætero tertius
quilibet Oblator; ac Deliberatarius ſemper practica-
re ſolet Teſte ad hoc propoſitum *Poſth. de ſubhaſt.
inſpect. 32. n. 3. & fere per tot. Card. de Luc. de cre-
dit. diſc. 32. num. final.*
Sed minimè reverà ſupervacanea efficiebantur hæc
eadem noviſſima argumenta atque demonſtrationes
pro conterendo ſaltem illo adverſante ratiocinio, quod
videbatur Achilles contrariæ oppugnationis in eo præ-
cipuè conſiſtentis, quod Fratres de Gaddis, ideò di-
ci non merebantur effecti Adjudicatarii tamquam Cre-
ditores quia pretium effectivum numeraverant, & vi-
ceverſa non proceſſerant cùm aſſuera excomputatione
eorum crediti; Siquidem quemadmodum diximus;
quod ad efformandum aliquem Creditorem, ſeu cre-
ditum nullatenùs requiritur, quod interceſſerit pecu-
nia effectivè, ſed ſatis eſt, quod quis foveat aliquam
39 actionem ex contractu ità in facienda excomputatio-
ne non exigitur alia excomputatio crediti pecuniarii,
40 ſed exuberat excomputatio, quæ fiat illius juris, quod
ſtat vice crediti ſecundum memorata litteralia reſpon-
ſa *Vulpiani*, *& Celſi in dicta l. Creditores 10. & l. cre-
ditorum appellatione 11. ff. de verb. ſignif.*
Undè nil mirùm, quod proportionabilitèr pecuniæ
ſolutæ Creditoribus anterioribus fuerint excomputa-
tæ cùm reſervatione dumtaxat aliorum Creditorum,
quæ non remanſerant ſatisfacta per hanc ſolutionem
factam ab emptoribus, nil mirùm ſi ſolum explici-
tè in pretium bonorum excomputarunt pecunias con-
cernentes creditum expenſarum, quod utique non li-
cuiſſet alteri extraneo Oblatori; qui nullas ſubire ſo-
let expenſas actorum, ſeù citationum; nil mirùm
denique ſi idem Emptores non curarunt de ulla ceſ-
ſione in locum Creditorum dimiſſorum, quia quam-
vis reſpectu Venditorum, qui in ſe accollaverant
extinctionem Cenſuum quos Emptores dimittebant
propriis pecuniis iidem Emptores forent Creditores
ipſorum Venditorum, & de facto nullum pretium
numerarunt, nec ipſis Venditoribus, nec eorum

aliis Creditoribus implicitè ſolùm ſolvendo debi-
tum pretii cum excomputatione facti promiſſi, ſeù
contrapoſitione crediti ab ipſa promiſſione reſultan-
tis profectò nihilominùs in ordine ad eoſdem Cre-
ditores anteriores dimiſſos, Emptores utique reman-
ſiſſent eorum Debitores, ſtatim ac ex cauſa con-
troverſa bona e collatariorum obtinuerant, ideòque
ſatisfacientes proprium debitum per numerationem
pretii in eorundem Creditorum Cenſualium manibus
nullam ab eis expetere, vel reportare valebant ceſſionem
cum ſecuti accollario per alium, nempè per Venditores
antea ſuſcepta ad differentiam verè delegationis non
extinguebat debitum idà Emptoribus ſolventibus de-
bitum antea proprium, & per acquiſitionem bonorum
controverſorum ab Accollatariis in ſe ipſis reaſſum-
ptum; ſi ceſſio facta fuiſſet; ea reſoluta ſtatim foret in 41
quietantiam, & nudam liberationem ad eo, quæ
reſpectu primæ Propoſitionis habentur penès *Bartol.
in l. ſingularia nu. 19. ff. ſi certi. petat. Gabr. conſ 155.
num. 29. lib. 1. Surd. deciſ. 23. num. 6. & 7. Rot. de-
ciſ. 238. numer. 2. poſt Cenc. de Cenſ. dec. 70. ſub n. 9.
poſt controv. diſcept. Gratian.*; Et circà ſecundam li-
quet apud eumdem *Bartol. in l. Modeſtinus n. 4. & ibi-* 42
*dem Caſtrenſ. n. 5. ff. de ſolution. Rocc. diſp. iur. ſelectar.
cap. 131. n. 31. Card. de Luc. de credit. diſc. 48. n. 3.
Rot. dec. 116. n. 2. & 3. coram Celſ. dec. 130. n. 5. par
17. recent., & in Romana Caſalis 20. Martii 1709. §.
Paulus inquam coram Me.*
Si igitur loco excomputationis alicujus crediti pe-
cuniarii in pretium bonorum Emptores excomputa-
runt actionem, non videbatur ultra quærendum, ſed
ad exuberantiam non deerat quoque exemplum pra-
cticum, & familiare, & cæteroquin identificum ſci-
licèt fidejuſſoris, qui habens actionem ſe liberandi
à fidejuſſione, quotiès procurat; ut ex pignore de-
bitoris principalis ſatisfiat tertius Creditor cujus re-
ſpectu erat Condebitor, & Correus, non evitat fide-
juſſor jus offerendi quoad alterum poſteriorèm Cre-
ditorem ejuſdem Debitoris principalis quandòque
idem fidejuſſor titulo emptionis coemiſſet idem pi-
gnus, & pretium vertiſſet in dimiſſionem eorum
Creditorum reſpectu quorum remanſerat, ut diximus
Correus, & Condebitor ad litteram *duplicati reſpon-*
ſi per acutiſſimi videlicèt virum ingenii *Papinianum*, 43
& reſpectivè *Marcianum in l. fidejuſſor conventus 2.
& in l. cum ſecundus 5. §. Si ſecundus Creditor ff. de
diſtraction. pignor. ibique Bartol. aliique DD.*, *Arias
de Meſa variar. reſol. lib. 1. cap. 10. numero 2. de
Marin. quotidian. reſol. lib. 1. cap 159. num. 6. Scopp.
in obſervat. ad deciſ. Gratiani obſerv. 66 numer. 13.
Morott. de jur. offerendi num. 17. Neguſan. de pignor.
memb. 3. par. 5. num. 5. Schettin. in eodem tract. par.
1. cap. 3. ſect. 4. num. 14. de Franch. dec. 69. nu. 6.
cum plur. ſeqq.*
Quin idcircò ampliùs fratres de Gaddis adjuvare
poſſent verba Statuti concedentis poteſtatem Iudici,
ſeù Maſſarolo abdicandi poſſeſſionem, & dominium
in favorem Adjudicatarii; nec non clauſulæ, ſeù pa-
ritèr verba Inſtrumenti ejuſdem adjudicationis *ad
diſponendum, habendum, & poſſidendum irrevocabi-
liter*, hæc etenim utrobique expoſita verba feriebant
aliam quæſtionem, & alium conſequebantur effectum
in ordine dumtaxat ad ipſummet debitorem, cujus
bona adjudicabantur; adeout reſpectu ejuſdem De- 44
bitoris translatum utique cenſeretur dominium ir-
revocabiliter adamuſſim ad formam Statuti, & ad
normam conſequenter Inſtrumenti, non obſtante
quod de reliquo diſquirant *Doctores* utrum Debito-
ri liceat ſequuta datione in ſolutum, ſeu adjudica-
tione ad commodum Creditoris comparere intrà
biennium, & rem adjudicatam recuperare ſi malit debi-
tum ſolvere juxta *Imperatorium Iuſtiniani reſcriptum in
l. fin. Cod. de jur. domin. impetrand.* cujus cenſuræ licet
quamplures in favorem Debitoris tenent illum poſſe

dominium in Creditorem legitimè tranſlatum ſub
45 prædicta conditione recuperare, & inter hos *Bartol.
in l. ſi finita §. Iulianus in fin. ff. de damn. infect. Car-
pan. ad Statut. Mediolani cap. 143. gloſſ. recipere in
ſolutum num. 28. & ſeqq. Rimnald, jun. conſ. 3. num. 9.
& ſeqq. Theſaur. deciſ. 157. n. 1.* aliique plures rela-
ti per *Schaston. de iur. offerend, par. 1. cap. ſect. 2. à n.
39. cum pluribus ſequentib*

Hanc itaque recuperationem dominii tranſlati in
Creditorem auferre intellexit Statutum, & idem , ut
præmiſimus, conſequutum Inſtrumentum adiudica-
tionis, prout extare, & providere alia Statuta hoc
46 ipſum diſponentia adverſus prædictam determinatio-
nem *Text. in l. final. C. de iur. domin. impetr.* notavit
ibi item *gloſſa verb. recuperare Bart. in l. 1. §. Si abſens
ſub num. 4. verſ. ex hoc habes ff. ſi ex noxal. cauſ. Fa-
ber. in C. lib. 8. tit. 20. definit. 1. 4. 18. & 23. Fenzon.
ad Statut. Urb libr. 1. cap. 194. num. 67. Theſaur. lun.
quaeſt. forenſ. 58. num. 3. lib. 1. Merott. de iur. offer.
numer. 39. Bruner. à Sole quaeſt. legal. 33. num. 9 Ne-
guſant. de pignor. 5. par. membr. 3. par. 1. numer. 8.
Carocc. de oblat. par. 2. quaeſt. 12. num. 5. Carleval.
de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 24. num. 6.*

De cætero circa jus offerendi exercibile, necne
per ſecundum Creditorem, & de quo non loquitur
Statutum, non loquitur inſtrumentum deliberationis
diverſimodè res ſe habet, quia quamvis contractus
emptionis de regulari natura transferat dominium
irrevocabiliter, hoc tamen ſibi vendicat præcipuè idem
jus offerendi, ut ejus intuitu quantumvis Creditor ti-
tulo emptionis bona ſibi hypothecata acquirat in
ordine ad Debitorem irrevocabiliter prælertim ſo-
luta pecunia aliis anterioribus Creditoribus, rectè ni-
47 hilominùs ei offertur, ut per hæc verba loquitur *Mar-
cianus ſupra laudatus in dicta lege cum poſterior* ibi --
*Cum poſterior Creditor à priore pignus emit non tam
acquirendi dominii, quàm ſervandi pignoris ſui cauſa
intelligitur peculium dediſſe, & ideò offerri ei debi-
tor poteſt*, & hoc ipſum (quod propterea locum ſibi
vindicabit in alia extrajudiciali emptione bonorum
48 facta ab eiſdem fratribus de Gaddis ab ipſis Debitori-
bus citrà neceſſitatem ſuperfluæ repetitionis) cavetur
*pert. text. expreſſum in l. cum prior tertia ff. de
diſtract. pign.* ibi -- *Si tamen Debitor non interveniente
Creditore pignus vendiderit, ejuſque pretium priori Credi-
tori ſolverit Emptori poterit offerri.*

Quamobrem non abs re fortaſsè prævidentes fra-
tres de Gaddis exitum parùm felicem quoad exclu-
ſionem ex hoc capite Iuris offerendi adjecere quaſi in
adjutrices, ſeu auxiliares Copias itina alia muni-
menta. ſed unumquodque non minùs effulſit leve, &
inſubſiſtens; Primum ſiquidem malè radicabatur in
eo quod ſubſequutæ adjudicationi, ſeu deliberationi
ad eorum favorem ſequutæ conſenſum præbuerint il-
li de Merlinis per receptionem ſcut. 305. 43. in ſa-
tiſfactionem eorum crediti ex pecuniis depoſitatis ab
eiſdem Gaddis Emptoribus, proindeque perperàm
per viam Iuris offerendi impugnare poterant eam de-
liberationem, quam, illius pretium recipiendo, ap-
probaverant, immò ſatis ſuperque dici merebantur
in hoc caſu remiſiſſe quamlibet hypothecam, quæ
valuiſſet eis ſuper bonis deliberatis competere ſecun-
49 dùm rectè tradita per *Card. de Luc. de Credit. diſc.
35. num. 9. Rot. deciſ 301. & dec. 347. utrobique par
tot. coram Baratt., & in Cornetana Iuris offerendi 13.
Martii 1701. §. Non obſtantibus coram bo. me. Muto*;
Sublata namque, ſeù remiſſa hypothece, conſe-
quens erat ut ceſſaret Ius offerendi, cum illud ab
50 eadem hypotheca tamquam à ſui matre, & produ-
ctrice proveniat *Rot. dec. 126. n. 5. & 6. coram Man-
tic. & dec. 483. n. 17. & 18. par. 19. rec.*

Duplici ſiquidem reſponſione hujuſmodi munimen-
tum ad oculum evellebatur, alterum ſcilicet, quod
ſupra enarrata receptio pretii, ſivè ſcut. 305. 43. nul-
latenùs expleta fuit à Simeone Patre, & Authore mo-
dernorum Inſtantium, ſed tantummodò per Hiero-
nymum ejuſdem Simeonis fratrem, & patruum re-
ſpectivè eorumdem Inſtantium, unde etiam quandò
tale factum per ſomnium potuiſſet præpedire ob aſ-
ſuetam tacitam remiſſionem Ius offerendi eidem Hie-
ronymo, minimè nequaquam volebat obeſſe Simeo-
ni, illiuſque filiis, tacitum quippè mandatum, ſeù
præſumptum, quòd prætendebatur interfuiſſe in per-
ſona Hieronymi exigentis ſupradictas pecunias titu-
lo dotium primæ uxoris Simeonis nullatenùs ſuffici-
te poſſe videbatur ad finem inferendi tàm conſide-
rabile præjudicium ipſi Simeoni, & filiis renunciandi
videlicet Iuri offerendi, cum nemo non ſciat, quod 51
in præjudicialibus deſideratur mandatum omninò
ſpeciale, & expreſſum, nunquam verò ſufficit ge-
nerale, ſeù præſumptum, ex plenè cumulatis per
Michalor. de fratrib. par. 2. cap. 48. n. 1. Fælic. de 52
*ſocietat. cap. 30. n. 2. Carocc. deciſ. 118. n. 11. Theſaur.
dec. Pedemontan. 136. n. 3. Rot. dec. 516. n. 11. par. 10.
rec. & in Tyburtinam fabrica 3. Decembris 1706. §. Sub-
latis itaque coram R. P. D. meo Lancetta.*

Altera reſponſio erat, quod tunc per receptionem
pretii depoſiti per Emptorem ſubingredi poteſt dif-
ficultas, & diſceptatio ſuper remiſſione hypothecæ
præambulè requiſitæ ad exercendum Ius offerendi,
quoties in poſteriori Creditore retrahere, ſeu offer-
re ſatagente nullum aliud creditum reſtaret, quàm
exactum per eandem receptionem; in his namque
terminis extincto credito per retroſimilem ſatisfactio-
nem non remanet in quo pedes figat idem Jus offe-
rendi, ſed quoties, prout hic, filii Simeonis expoſtu-
labant admitti ad Jus offerendi ex diverſo credito,
eoque proveniente ex Jure pariter diverſo dici nequi-
bat extincta hæc diverſa hypotheca, quæ ſeorſim,
& de per ſe valebat producere, & cauſare Jus ipſum 53
offerendi, ſicuti ſolidè diſtinguit *Card. de Luc. de
Credit. diſc. 35. nu. 10. & ſeqq.*, & faciunt notata per
*Crescenh. diſcept. 29. n. 53. Rot. dec. 658. nu. 3. coram
Cavaler., & in Ariminen. Caſtrorum 3. Iunii 1701.
§. finali coram Reverendiſſ. P. D. meo Mollines Decano.*

Ejuſdemque irrelevantiæ, & levitatis repertum
fuit in ſtatera *Dominorum* ſecundum munimentum
elicitum ex eo, quod Fratres de Merlinis poterant
de eorum creditis abundè ſatisfieri in aliis effectibus
ſibi obligatis, undè ad quid inquietare legitimum
Emptorem, eidemque eripere illud dominium, quod
in publica ſubhaſtatione, & ſic non ſine certamine
adeptus eſt pro ſolo beneficio habendi rem fortaſ-
sè nullius, vel exigui valoris ſupra juſtam æſtimatio-
nem, quæ ſanè ſunt rationes, propter quas Jus offeren-
di, quod eſt purè æquitativum ex contraria, & præ-
ponderantiori æquitate non admittitur veluti merè
ſubſidiarium, quoties Creditor poſterior poteſt aliun-
dè de ſuo credito licet poſteriore ſatisfieri, ut latè ad
partes examinato articulo definitum fuit *in Cornetana
Iuris offerendi 29. Martii 1699. coram Eminentiſſ. de la* 54
*Tremoille §. Nec turbat, impreſſa penes Conſtantin. ad
Statut. Urb. tom. 3. dec. 198. n. 32., & in Farfen. Iu-
ris offerendi 6. Decembris 1704. §. Aſſumendo itaque
cum ſeqq. coram Me.*

Ex facto namque corruere viſa eſt omnis hæſitatio
cum fratres de Merlinis *in eorum Summario n. 5. & 6.*
palàm oſtenderint, quod communis debitor, nem-
pè Bernardinus Brigantes adeò erat obæratus, ut ad
evitandas Creditorum moleſtias illi oportuerit ſub Ec-
cleſiaſtico aſylo latitare, donec perveniens ad ætа-
tem 70. *annorum* imploravit, & obtinuit præſidium
illius miſerationis, & Indulti, quod à Principe per
viam Commiſſionis indulgetur de præſervando per-
ſonam ab executione, & de qua ſanè Commiſſione,
& præſidio eloquuntur *Ridolphin. in prax par 1. cap.
14. n. 346 verſic. Ex propterea principes. & Modern. à* 55
*Boſcho Inſtitut. Crimin. lib. 4. tit. 7. de pœn. augen. &c.
à num.*

à num. 34. ad ſeq. Rot. deciſ. 51. apud Albit. de Inconſtant. in Judic. per tot.

Cumque eaindè ſatis remaneret juſtificata decoctio, & ulteriùs acceſſerit, quod per obitum Bernardini, illius filii ejus hæreditatem expreſſè repudiave-
56 rint, palàm fiebat, quod fruſtratoria extitiſſet alia diſcuſſio, prout in propoſito ſeptuagenariæ habetur *in deciſ. 2316. num. 7. & ſeqq. coram Coccin., deciſ. 76. num. 6., & deciſ. 85. num. 18. par. 15. rec., & in Bononien. litterarum Cambii coram bo. me. Urſino inter recollectas ad ornatum Card. de Luc. tit. de Uſur. deciſ. 18. num. 141.,* & generaliter attenta repudiatione filiorum paternæ hæreditatis cum ſimili-
57 bus obſervarunt relati per *Rotam in Romana Evictionis 27. Januarii 1706 §. final. coram R. P. D. meo Lancetta, & 1. Julii 1707. §. Nullus poſtremò coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano.*

Neque proindè aures præberi poterant contrariis indicationibus, quæ per fratres de Gaddis afferebantur ad evincendum poſſe illos de Merlinis aliundè ſatisfieri, ex datis *in eorum. Summario num. 6. & 7.,* quia probationes ibidem allatæ coruſcabant ſatis turbidæ, nimiumque intricatæ in confrontationem illarum juſtificationum de quibus ſuprà, quæve de facto cogerunt filios ad prædictam explicitam repudiationem paternæ hæreditatis, undè ſaltem poſi-
58 ta hac turbiditate, & intricatione non applicabantur ea, quæ fuerant ponderata in illa *Farſen. Juris offerendi 22. Februarii 1704. coram Me,* quin potiùs procedendo cum paritate alterius æquitativi, & ſubſidiarii remedii videlicet *Auth res quæ C. commun. de legat.* ſicuti eadem paritas admiſſa fuit *in præcitata Farſen. 6. Decembris 1702. §. Superato* aliàs *21. & 12. Febr. 1704. §. Aſſumendo itaque coram Me* profectò conſequebatur, quod Jus offerendi nec poterat ſub hoc prætextu præpediri,
59 ſicuti non retardatur beneficium prænominatæ *Auth. res quæ* quoties prætendantur adeſſe bona libera, ſed ea dignoſcantur difficilia, & intricata, ex plenè congeſtis per *Cardin. de Luc. de dot. diſc. 145. num. 55. in Romana fideicommiſſ. de Goggis 4. Februarii 1699. §. Etenim, & in Reatina fideicommiſſ. 7. Martii 1704. §. Nec dicatur coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano.*

Poſtremò tandem tamquam nullius roboris proſtratum remanſit tertium, & finale munimentum, quod in raro verificabili fundabatur præſcriptione, licet quippè à die ſcientiæ adjudicationis defluxi apparerent anni ſuprà 20., & regulariter hypotheca faciens, ut diximus, Jus offerendi tanto tempore præſcribatur, ſpatio nempè 10. *annorum* inter præſen-
60 tes, & 20. inter abſentes, ut latiùs diſſertum fuit *in Romana Salviani 2. Martii 1709. §. Quantumvis, & per tot coram Me* cum cæteris notiſſimis.

Attamen hujuſmodi præſcriptio ad diverſos admitti, quandoque ſolet effectus, & frequentiùs ad illum obſiſtendi remedio per aliquem Creditorem intentato utilis Salviani interdicti, in quo cum tertius Dominus, & Poſſeſſor cauſam immediatam non habeat à communi Debitore, faciliùs ad ejus turamen indulgeri poteſt præſcriptioni, ſecus autem quoties, prout hic, idem tertius Poſſeſſor immediatam cau-
61 ſam ſortitur à communi Debitore, juxtà connotata per *Rot. poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 142. nu. 24.* in hoc ſiquidem noviſſimo caſu qualis erat noſter. Tribunalia aliam præſcriptionem non agnoſcunt ſufficientem, & efficacem, quam illam *annorum* 30., prout in ſpecie Juris offerendi unanimiter affirmarunt *Sabell. reſolut. 21. num. 34. de Marin. variar. reſol. lib. 2. cap. 157. num. 5. Neguſant. de pignorib. par. 5. membr. 3. q. 1. num. 52. Schettin. de Jur. offerend q. 1. cap. 3. ſect 1. num. 66. & ſect. 4. num. 16. & 50. Maſtrill. dec. 78. num. 2. Theſaur. deciſ. 157. num. 3. Franch. deciſ. 69. num. 12. Rot.* Deciſ. Noviſſ. ad Corrad. de Jure Prælat. *deciſ. 43. num. 14. coram Bich. in Narnien. Juris offerendi poſt Card. Albic. de Inconſtant. in Judic. deciſ. 6. num. 13., & in Cornetana Juris offerendi 18. Novembris 1701. §. Potiſſimè in fine, & 13. Martii 1702. §. Poſito autem coram bo. me. Muto.*

Firmata igitur ex præmiſſis reſolutione, quod Merlinis competeret Jus offerendi, aſſumendam *Domini* nullatenùs cenſuerunt inquiſitionem melioramentorum, quæ facta aſſerebantur per ſuccumbentes ad finem vel retinendi proportionabiliter bona, vel illorum valorem recuperandi ſatiùs putantes, quod 63
jura, ſi quæ deſuper haberent eiſdem ſuccumbentibus *in præſenti Deciſione* præſervarentur.

Utraquè &c.

R. P. D. ANSALDO

FOROLIVIEN. JURIS OFFERENDI.

Lunæ 27. Junii 1712.

SUMMARIA.

1 *Jus offerendi non intrat contra creditorem anteriorem ementem judicialiter, vel extrajudicialiter, tamquam tertium bona debitoris, & num. 22.*

2 *Jus offerendi competit poſteriori creditori in ſolatium amiſſi crediti.*

3 *Salvianum non datur contra creditorem poſteriorem poſſidentem fundum debitoris, quoties velit ſatisfacere de ſuo credito anteriori.*

4 *Creditor anterior licet præſumatur emere bona debitoris gratia conſervandi pignoris, attamen ab hac præſumptione receditur ſtantibus contrariis circumſtantiis.*

5 *Origo, & fons inſpici debent in quocumque actu.*

6 *Creditor ſi aliquis non ſit nequit conſtringere alium uti debitorem, cum mandato ad factum ad extinguendum cenſum paſſivum.*

7 *Creditoris appellatione continentur etiam creditores facti ſeu actionis.*

8 *Deliberatio nequit obtineri ſine credito.*

9 *Adjudicatio nequit obtineri ſine credito liquido.*

10 *Adjudicatio tunc ſolum permittitur favore creditoris quando deficiunt oblatores.*

11 *Jus offerendi competit favore creditoris poſterioris adverſus fidejuſſorem ementem pignus debitoris ad effectum extinguendi debitum prò quo fidejuſſit.*

12 *Creditorem emiſſe bona debitoris gratia conſervandi pignoris, eſt præſumptio juris, & de jure, adeòut requiratur probatio manifeſtiſſima in contrarium & n. 14.*

13 *Fidejuſſor ſimplex non poteſt emere rem debitoris.*

15 *Fidejuſſoris ſimplicis favore lex indulget tria beneficia nempè excuſſionis, diviſionis, & Epiſtola D. Hadriani.*

16 *Dolus præſefert ſemper malitiam & pravitatem.*

17 *Fidejuſſores qui ſe obligant tamquam principales principaliter & in ſolidum non gaudent beneficio excuſſionis, diviſionis, & Epiſtola D. Hadriani.*

18 *Et ideo poſſunt ad inſtar cujuſcumque tertii emere bona debitoris, & n. 20.*

19 *Dolus non dicitur commiſſus ab eò qui utitur remediis de jure competentibus.*

20 *Text. in l. prima C. de dolo loquitur inter debitorem, & fidejuſſorem, & tribuit debitori facultatem recuperandi pignus à fidejuſſore illud emente.*

21 *Doctores faciunt caſum legis ubi non habent contradictores.*

23 *Creditor non dicitur emiſſe uti tertius, quando emit bona debitoris ad effectum extinguendi proprium debitum cenſus, à debitore accollatum.*

24 *Accollatio cenſus ab alio facta, non liberat partem debitorem, ſed accumulat alium obligatum favore creditoris.*

25 *Statutum Forolivien. mandat fieri adjudicationem favore creditoris per il quarto mene.*
26 *Neque alle paſte comprehendit in hoc beneficio tertios oblatores niſi accidentaliter in caſu nempe quò creditor emere nollet.*
27 *In ſubhaſtationibus bona viliùs venduntur eo quod valent.*

Decisio XVI.

INconcuſſa, & ineluctabilia dignoſcentes Fratres
de Gaddis fundamenta, quibus *Domini* iniiai in
præterita Propoſitione definiverant competerè Fra-
tribus de Merlinis Jus offerendi ſuper bonis illorum
de Brigantibus ſitis in Territorio Fori Pompilii, &
ab eiſdem Fratribus de Gaddis hactenus detentis uti
eorumdem Bonorum Acquiſitoribus in figura Credi-
torum, partim per viam extrajudicialis, & partim
judicialis emptionis, incontinenti præfati Fratres
de Gaddis reclamantes, procurarunt, abſcondere ta-
lem figuram, ſeu repræſentationem Creditorum,
& ſub hoc pallio ab aſſuera benignitate eorumdem
Dominorum, noviter audiri, reportarunt, ſed apud
eos in hodierna iterata diſcuſſione firmius, reco-
gnita prædicta figura, & Veſte inexuibili Credito-
rum, nequaquam potuerunt abſcedere ab jam *De-
ciſis*.

Irritus propterea reddebatur labor Scribentium
pro eiſdem Fratribus de Gaddis in exornando, at-
que retexendo ea, quæ in puncto Juris præcedenter
quoque in altera *Deciſione* 18. *Junii* 1710. *coram
Me*, ultro fuerant admiſſa, nempe quod etiam Cre-
ditor ne ſit impar, & deterioris conditionis alte-
rius cujuſcumque Tertii Oblatoris poſſit, & ipſe
comparere, & emere extrajudicialiter, aut judicia-
liter rem communis Debitoris tamquàm ſimplici-
ter Tertius, & in hoc Caſu pœnitùs evadat immu-
1 nis ab omni reluitione, ab omni Iure offerendi per
alium Creditorem intentato ad *Text. in leg. cum ſe-
cundus ff. de diſtract. pignor.*, & in *leg. potior* §. *fin.
ff. qui potior. in pign. habeant.*, cum concordanti-
bus, & reliquis Auctoritatibus recollectis jam in
præcedenti mea *Deciſione à principio* uſque ad §.
Ita e converſo, fruſtraque proindè iterum repeten-
dis.

Verùm amaritudo verſabatur in Facto, quo,
ut hic, vigente in contrarium, nempè quod in
ſui quidditate, & ſubſtantia directè, vel indire-
ctè Creditor tamquàm Creditor ſibi obtineat ven-
di, ſive adjudicari bona communis Debitoris, ex
quo tunc cenſetur nil aliud præſeferre hanc judi-
cialem, vel extrajudicialem emptionem factam à
Creditore, quam confirmationem priſtinæ hypo-
thecę omnis propterea Juſtitia, omnis æquitas,
& ratio prorſus expoſcit, quod quotieſcumque
eidem Creditori, & inſimul acquiſitori eorumdem
bonorum communis Debitoris, reſtituitur ſuum
Creditorum, atque ità remanet Creditor ſatisfa-
ctus, reſtet ſaltem in ſolatio Creditoris poſterio-
2 ris, qui ſubit onus ejuſdem refuſionis Crediti an-
terioris, & proprii forſan Crediti jacturam, avo-
care per prædictum Ius offerendi pro ſua delecta-
tione, affectione, vel utilitate ſaltem putativa
bona conquiſita in ratione ſui Crediti per Credito-
rem anteriorem, ad plenè tradita per *Doctores in
leg. prima* §. *Cum autem Cod. ſi antiquior Creditor*,
& leg. cum Prior tertia, *& leg. cum poſterior ſexta
ff. de diſtract. pignor.*, *Calvin. de aequit*, *cap.* 28.,
De Marin. quotidian. reſolut. lib. 1. *cap.* 219. *num.* 1.
& ſeqq., & magis copioſe *in prædicta antecedendi
Deciſione ex* §. *Ità è converſo cum duobus ſeqq.*, &
ante *in Farſea.* pariter *Iuris offerendi* 7. *Decembris*
1702. §. *Plenè per tot.*, & ſignanter §. *Et ratio pa-
riter coram Me.*

Tantaque eſt rationabilitas; [& diſcretio noſtræ
facultatis, & Iuris, ut pari ratione, ſi Creditor
anterior velit amovere poſteriorem à fundo, quem
acquiſiverat *E. Gr.* in Salviano, ei non permitta-
tur, quotiès volens inſiſtere commodo ſaltem ſuæ
detentationis Creditor poſterior præeligit ſatisface-
re de ſuo Credito anteriorem ad paſſim affirmata
per *Gratian. diſcept. forenſ.* 569. *numer.* 8., *Pacif.* 3
de ſalv. Interdicto inſpect. 5. *cap. unico num.* 35. *&*
36., & pluribus cumulatis animadverſum quoque
fuit per *Rotam in dicta Farſen. Juris offerendi* 6.
Decembris 1702. §. *Abſque eo quod*, *&* §. *ſeq. co-
ram Me.*

Applicando igitur ad rem parum proderat Fra-
tribus de Gaddis, quod iſti ſupponerent, habuiſ-
ſe in præfatis emptionibus verum animum emen-
di, & nanciſcendi perfectum Dominium, undè in
illorum præcordiis deficeret Intentio complicandi
confirmationem hypothecæ, & veſtiendi figuram,
& eſſentiam Creditoris, adeout ex circumſtantiis
hanc voluntatem, & veritatem ſuadentibus cor-
ruat, quælibet præſumptio Iuris, quę militaret 4
in oppoſitum ex traditis per *Menoch. de præſumpt.
lib.* 3. *præſumpt.* 121. *ſub num* 7. *verſic. crediderim
verius*, *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 66. *num.* 57., *Car-
dinalis de Luca de Credit.*, *& Debit. diſc.* 165. *n.* 4.,
& Rota in dicta Farſen. Juris offerendi 6. *Decembris*
1701. §. *Aſt longè in medio coram Me.*

Si quidem quidquid realiter fuerat in eiſdem em-
ptionibus geſtum per eoſdem Fratres de Gaddis
clamabat in contrarium; Quo etenim Iure prædi-
cti Fratres poni fecerunt ſub haſta bona illorum
de Brigantibus communium Debitorum, niſi quia
iidem de Brigantibus, ementes Prædium ab Ioanne
Baptiſta ipſorum Auctore, in ſe accollaverant non-
nullos Cenſus paſſivos, quibus Venditor præme-
batur, illoſque ſeſe obligarunt extinguere, *Summa-
rio eorumdem de Gaddis præteritæ Propoſitionis Num.
Primo*; Cumque Brigantes defeciſſent in implemen-
to præmiſſæ, & promiſſæ extinctionis, propterea
Fratres de Gaddis reportarunt Mandatum ad Fa-
ctum, & reſpectivè executivum contra præfatos
Brigantes, illaque executioni demandarunt ſuper
eorumdem Promiſſorum Bonis, ad finem illa ſub-
haſtandi, & deliberandi, pretiumque prò eorum-
dem Fratrum Iure, & Intereſſe indè retrahendum
implicandi in extinctionem tàm ſortis, quàm fru-
ctuum eorumdem Cenſuum accollatorum, *dicto
Summario Num.* 5. *litt. A.*, undè tandem ea bona
fuerunt adjudicata Fratribus de Gaddis, nullo alio
Comparente Oblatore, & reſpectivè in eorum ma-
nibus remanſerunt, ſicque ſi vera eſt Propoſitio,
ut eſt veriſſima, quod in omnibus Actibus debeat
inſpici Fons, & Origo, ut perbellè ait *Bald. conſ.* 5
47. *num.* 10. *verſic. nam ſi primordio vol.* 3., *Natt.
conſ.* 71. *num.* 1., *Theſaur. deciſ.* 257. *num.* 4. *verſ.
inſpici enim debet*, *Rota deciſ.* 281. *numer.* 29. *part.*
18. *Recent.*, cum aliis relatis *in Romana Societatum
Officiorum* 3. *currentis Menſis coram Me.*

Quis ex hujuſmodi Hiſtoria poterit inficiari,
quod nedum Origo ſubhaſtationis, & acquiſitio-
nis conſequutivæ bonorum ſequuta ad favorem ipſo-
rum de Gaddis, ſed etiam ultimus finis conſumma-
torius tam in Judicio, quam extra non provene-
rit ex Credito, ſive actione, quam iidem Fratres
de Gaddis fovebant pro conſequenda eximitione à
Cenſibus per Debitorem, & reſpectivè Promiſſo-
rem communem accollatis, & poſteà mediante Ad-
judicatione bonorum illius extinctis, aliàs ſi iidem
Fratres de Gaddis non fuiſſent Creditores ejuſdem
Facti promiſſionis, & reſpectivè actionis non po- 6
tuiſſent cum bonis communis Debitoris diſſolvere
Cenſus, ad quos erant obligati, & ſcripti pariter ne-
quaquam fuiſſent eadem bona communis Debitoris.

Non

Digitized by Google

Non enim Creditorum Appellatione in Iure veniunt meri, & ſoli Creditores pecuniarii, ſed etiam continentur Creditores alicujus facti, alicujus actionis, & in hoc concordare jam demonſtravimus in præterita *Deciſione* expreſſa reſponſa *Vulpiani*, *& Caji in leg.*
7 *Creditores* 10., *& in leg. Creditorum appellatione* 11. *ff. de verbor. ſignificat.*, ibique *Gloſſ.*, *& Doctores* communitèr *Bartol. in leg.* 1. *ff. ſi cert. petat.*, *Rebuff. ad tit. de verbor. ſignificat. in dicta leg.* 10., *& leg.* 11., *Salgad. Labyrint. Creditor. part.* 1, *cap.* 11. *ſub nu.* 37., cum reliquis in eadem præterita *Deſicione* hujus Cauſæ §. *Verum*, quibus addi poſſunt *Alex. conſ.* 102. *num.* 2. *&* 11. *lib.* 6., *Menoch. de præſumt. lib.* 3. *concluſ.* 139. *num.* 27., *Tuſch. concluſ. Iur. litt. D concluſ.* 35. *num.* 15. *&* 16. *Rota deciſ.* 183. *nu.* 17. *part.* 6. *Recent.*

Ecce igitur, in rei, nedum Intrinſeca, ſed etiam extrinſeca, & materiali, veritate, reaſſumpto principio, & terminatione totius hujus Negocii, compertum, quod bona communis Debitoris ſolummodò remanſerint pœnès de Gaddis vigore eorum Crediti, ſive eorum Actionis, de cætero enim nequiviſſent ullo modo ſine tali Credito, ſine tali ipſorum actione deveniri ad ſubhaſtationem, & deliberationem, abſolutum quippè eſt, ante omnia ad hunc effectum intercedere debere Creditum Inſtan-
8 tis ad *Text. in Auth. Hoc in porrectum verſ. quod ſi nolit. Creditor Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Mangil. de Subhaſtat. quæſt.* 1. *num.* 2. *Poſth. eodem Tractat. inſpect.* 1. *num.* 36. & dictum fuit *in Romana Spolii* 19. *Februarii proximè elapſi* §. *Adeunt*, *&* §. *Sequenti coram Me.*

Nequiviſſent pariter eiſdem Fratribus transferri bona titulo Adjudicationis, dùm Adjudicatio à Parte ante exquirit Creditum undequaque liquidum, & ab altera poſt non minùs expoſcat, quod ea ſequatur
9 ob defectum aliorum Oblatorum favore certi Creditoris, ut de prima Propoſitione docet *Alciat. in leg. Aliud eſt* 131. §. *Inter multum verb. Adjudicatio nu.* 8. *ff. de verbor. ſignificat.*, *Soccin. Junior. conſil.* 47. *nu.* 7. *in fine lib.* 2., *Mangil. de Subhaſtat. quæſt.* 51. *num.* 9., *Rota coram Cavaler. deciſ.* 171. *num.* 6., *Rota coram Ludoviſ. deciſ.* 224. *num. primo*, *& in recent. deciſ.* 442. *ſub num.* 1., *& deciſ.* 725. *num.* 2. *part.* 2., cum aliis in proximè allegata *Romana Spolii* §. *Dumque pariter*, *& ſeq. coram Me*; Et de ſecunda poſt *Text. in leg. Ordo*, & ibi *Salicet*, *in principio Cod. de exequut. rer. Judic. leg. A. Divo Pio* §. *Si pi-*
10 *gnora*, & ibi Doctores *ff. de re judicat.*, *Marant. de Ordin. Judiciar. quæſt.* 6. *Artic. ultim. num.* 19., *Urſell. verb. Adjudicatio concluſ.* 52. *numer.* 26., *Mangil. de Subhaſtat. quæſt.* 21. *num.* 16. *quæſt.* 26. *in principio verſ. quæ facta in Subſidium*, *& quæſt.* 195. *pariter num.* 1., *Poſth. eodem Tractat. inſpect.* 45. *num.* 17., *Rota coram Put. deciſ.* 246. *numer.* 1. *lib.* 2. *coram Seraphin. deciſ.* 984. *in principio*, cum cæteris abundè congeſtis *in ſæpedicta Romana Spolii* 19. *Februarii proximè præteriti* §. *Cæterùm ulterius coram Me.*

Hinc nullam pœnitùs ingerebat amaritudinem, quod Fratres de Gaddis numeraverint de propria Crumena pecunias effectivas pro pretio ejuſdem Adjudicationis, & reſpectivè emptionis; Id enim ſequutum fuit ad finem, illud exburſandi Creditoribus Cenſuum, quemadmodum evenit, undè non exindè dimiſſa Veſte Creditoris, induere poterant illam Tertii, & indifferentis Licitatoris, & Emptoris; Ad hoc enim demonſtrandum adduximus Exemplum in anteacta *Deciſione* de Fidejuſſore, qui licèt non ſit Creditor pecuniarius, ſed habeat tantummodò actionem ad cogendum Principalem, ut eum liberet ab ipſa Fidejuſſione mediante ſatisfactione Creditorum, adhùc ſi idem Fidejuſſor acquirat pignus ejuſdem Debitoris, & pretium Ipſius pignoris ab eo effectivè ſolutum, & numeratum verti procuret in dimiſſionem eorundem Creditorum pro 11
quibus erat obligatus, non idcircò mediante hac numeratione pretii etiam facta de proprio, Fidejuſſor, qui Emptor, & Dominus, licèt revocabilis præfati pignoris evaſit, liberatur à Jure offerendi favore Advenientis poſterioris Creditoris Teſte *Juriſconſulto in leg. Fidejuſſor*, *conventus ſecundo*, *& in leg. cum ſecundus* §. *Si ſecundus Creditor ff. de diſtract. pignor. ibique Bartol.*, *& Doctores communiter Arias de Meſa var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2., *Donat. de Marin. quotidian. reſolut. libr.* 1. *cap.* 219. *numer.* 6., *Vincent. de Franch. deciſ.* 6. *cum ſeq.*, aliiſque in dicta præcedenti *Deciſione* recenſitis, *in* §. *Si igitur.*

Et ratio eſt manifeſta, quia quidquid in Intentione confovere quoque valuerit Fidejuſſor, ſcilicet acquirendi, nec nè pignus tamquàm tertius Emptor, adhùc longè prævalet huic occultæ Intentioni Intellectus Juris per quem emergit adeò fortis præſumptio, ut in hiſce Caſibus ementis magis intendiſſe cenſeantur Tuitioni proprii Juris in dimiſſione Creditorum per confirmationem pignoris empti, quam acquirendi perfectum, & pœnitùs irrevocabile Dominium, immò & hæc præſumptio tamquam Juris, & de Jure neutiquàm admittit non ſolùm probationem conjecturatam contrariæ Intentionis, ſed nec ulteriùs manifeſtam, & patefactam in contrarium, ut ſtrenuè firmat *Vincent. de Franch. de-* 12
ciſ. 69. *numer.* 6. 7., *& ſeqq.*, ibi -- *quia ut dicit Text. in leg. ſequenti videntur Creditor*, *& Fidejuſſor emere potiùs tuendi Iuris ſui Cauſa*, *quàm ut Dominium acquirant*; *Eſt enim præſumptio Iuris*, *& de Iure*, *contra quam non admittitur probatio in contrarium*, *ità in ſpecie Gloſſa in leg.* 1. *Cod. de dolo*, *quæ ad hoc allegat legem cum ſecundus loquentem in Fidejuſſore*, *& ſecundo Creditore*, *eoſque in hac materia æquiparantes*, *& eſſe in Fideicommittente præſumptionem Juris*, *& de Iure*; *Ultra Gloſſ. tenet ibi etiam Bald.*, *& Salicet. &c. & non eſſe in materia prædicta inter Fidejuſſorem*, *& ſecundum Creditorem faciendam differentiam eſt omninò tenendum poſtquàm in utroque eadem ratio procedit*, *quæ ponitur in dicta leg. cum poſterior &c. in qua idem ſtatuitur reſpectu Creditoris*, *& Fidejuſſoris*, & opportunè ſequitur *Scheitm. de Jur. offer. part.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 4. *num.* 14.

Neque ad enervandum præfatum Fidejuſſoris exemplum, in aliquo refragabatur, prætenſa illa diſparitas inter Creditorem, & fidejuſſorem ementem, ex quo ſicuti Creditor non prohibetur emere rem debitoris, ità è converſo vetitum, & interdictum hoc exiſtat; fidejuſſori per *Text. in leg. prima* ibique Scribentes *C. de dolo* ibi - *Si fidejuſſor à* 13
Creditore pignora emat oblata quantitate ſortis, *& uſurarum Tibi* (ideſt Debitori) *dominium cum fructibus*, *quos bona fide percepit conſultius reſtituat*, *ne fidei rupta gratia de dolo poſſit actio exerceri* - à qua ſanè Imperatoria Cenſura vehementius, & benè, at ut vidimus, inferunt Scribentes, hanc revera eſſe præſumptionem Juris, & de Jure, nimirum quod 14
ſtante hujuſmodi prohibitione, quotieſcumque Fidejuſſor emit, emiſſe cenſeatur pro ipſo Debitore, & luendi gratia pignoris dumtaxat, unde ad rem redeundo ultra quod prædictus *Text. in leg. prima C. de dolo* percutit terminos ſimplicis, & ab Jure præcogniti fidejuſſoris, qui ſubeundo talem fidejuſſoriam obligationem, cenſetur id agere in ſolam gratiam Debitoris, undè eadem Jura hujuſmodi fidejuſſorem in tali gradu commiſerationis conſtituunt, quod ei in contrapoſitionem, & levamen indulgeat tria illa beneficia *excuſſionis*, *Diviſionis*, *& Epiſtolæ D. Adriani cedendarum actionum*, de quibus *in Auth. præſente C. de fidejuſſ.*, *& in l. fin. C. de Conſtit. pecunia*, & prius in *leg. ut fi-* 15

dejuſſor, *& l. fidejuſſoribus ff. de fidejuſſor.*, *& in §. Si*
plures Inſtit. eodem titul. de fidejuſſor. ſicque videba-
tur abhorrere, quod fidejuſſor Officio Amicitiæ,
vel pietatis allectus vellet poſteà, emendo pignus, ſeù
rem debitoris, convertere beneficium in maleficium,
& idcircò eadem *Cæſarea Sanctio l.* 1. reponitur *ſub*
rubr. C. de dolo, qui ſemper malitiam, & pravitatem
16 præſefert, ut ex *Labeone* inquit *Vulpian. in l. prima*
§. Dolum ff. de dolo malo.

Secùs autem hodiè eſt, dum fidejuſſores per
Creditorum nimiam fortaſſe providentiam exuere
compelluntur ſimplicem, & antiquam naturam fi-
dejuſſoriam, & per nova formularia obligantur ci-
tra fruitionem ullius ex prædictis beneficiis, *ex-*
cuſſionis, *diviſionis*, *& Epiſtola D. Adriani* tamquàm
17 principales principaliter, & in ſolidum, quo caſu
cum fiant Rei debendi, & Socii ejuſdem Obliga-
tionis, nil mirum ſi poſſent emere tamquàm effe-
cti Creditores veri, & effectivi ipſius Principa-
lis, prò quo intervenerunt, ſicuti poſſet alius
Creditor indifferens, qui ad terminos ejuſdem fa-
cultatis poſſet emere; quilibet namque Correus,
ſivè Socius poteſt tamquàm Creditor agere contrà
18 Conſocium, vel ad ſe liberandum, vel pro recu-
peratione ſoluti Teſte *Gloſſ. in l. ſi in rem verſ. in ſo-*
lidum, ibique *Bald. in princip. C. ſi cert. petat.*, *&*
in l. prima ibique *Doctores Cod. de duob. Reis*, *Ce-*
phal. cons. 220. *numer.* 2., *Natt. conſil.* 618. *nu-*
mero 4. *vol. primo*, *Olea de Ceſſ. Jur. tit.* 5. *quæſt.*
4. *à numero* 56. *ad plures ſeqq.*, *Rota poſt Merlin.*
de pignor. decis. 24. *numer.* 4., *& ſequen. coram*
Cerro decis. 492. *numero* 6. *& coram Emerix Jun.*
deciſ. 669. *numero* 2.; Unde intrare nequit dolus
in eo, qui ſibi debitum curat aſſequi, facitque il-
lud, quod de Jure permittitur, per ea, quæ con-
19 notarunt *Doctores in leg. nullus videtur dolo ff. de re-*
gul. Iur., *Rocca diſput. Iur. cap.* 164. *numero* 14.,
Rota coram Ubald. deciſ. 89. *num.* 2. *repoſit. in Recent.*
deciſ. 213. *nu.* 2. *part.* 2.

Nihilominùs corruebat pœnitùs omnis anſa dubi-
tandi, ex quo Cenſura *dicta leg. prima C. de dolo* (quæ
de cœtero ſupraenunciatos terminos præſupponit, &
20 involvit) loquitur inter debitorem, & fidejuſſorem,
& tribuit. Debitori principali Jus recuperandi
pignus à fidejuſſore illud emente, *Doctores* vero,
qui admittunt Jus offerendi favore Creditoris po-
ſterioris adverſus fidejuſſorem, qui rem pignoratam
coëmit, non poſſunt, meliùs articulum enodare,
nihil obloquendo de ipſo principali Debitore, &
concedendo, ut diximus, Jus offerendi Creditori
poſteriori cùm præſuppoſitione, quod ex præmiſſis
probabiliter rationibus fidejuſſor hodiè non ſit ve-
titus emere rem principalis Debitoris, ideoque Il-
lorum practica, & doctrina à Tribunalibus recepta
attendenda eſt pro caſu legis in terminis, in quibus
21 loquuntur, & in quibus non habent Contradicto-
rem *Vincent. de Franch. decis.* 603. *num.* 4. *Surd. de-*
ciſ. 219. *numero* 36., *Mart. Vot. Piſan.* 6. *numero*
7., *Sperell. decis.* 176. *numero* 20., *Rota decis.* 560.
numero 3. *part.* 18., *& deciſ.* 43. *numero* 13. *inter*
noviſſimè impreſſas in Vrbe coram Me, *& in Gerun-*
den. Beneficii 8 *Martii* 1697. *§. Secùs autem in fin.*
coram bo: me: Muto.

Attulimus ſuprà, & robuſtius in altera *Deciſio-*
ne ex §. Comperto cum pluribus ſeqq. in comprobatio-
nem præmiſſorum, quod de facto etiam aliundè
apparebat, quod Fratres de Gaddis tamquàm ſoli
Creditores, & non tanquàm Tertii conquiſiverant
controverſa bona communis Debitoris, rursùs &
enim extitit adinventum, quod hoc motivum
ſolidæ nitebatur veritati, dum quidquid dici con-
tenderetur in contrarium, hoc ipſum præ cæte-
ris cantabat Inſtrumentum ipſius Adjudicationis,
ut in *veteri Summario numer.* 11. Incaſſum verò
prætendebatur ex doctrina *Poſth. de Subhaſt. inſpect.*
66. *numero* 44. *Merlin. Pignatell. Controv. cap.*
93. *numero* 5. *& ſeqq. Centur. prima*, quos in
contrarium Scribentes mutuaverant à præfata præ- 22
cedenti *Deciſione*, quod ſi Creditor verè accipiat
Adjudicationem in figura Tertii liberè dantis pecu-
niam, liber evadat à quolibet Jure offerendi, id nam-
què non accidit in præſenti, cum Fratres de Gad-
dis tradiderint pecunias, ad finem dimittendi Credi-
tores Cenſuales, quorum ipſi erant debitores origi- 23
nales, non obſtante accollatione facta per Brigan-
tes, & ſic pro eorum tuitione pecuniam exburſa-
bant, exemplo ſemper præ oculis habendo fidejuſſo-
ris, ut ſuprà, contra quem datur Jus offerendi;
Non enim accollatio ſuſcepta per Brigantes liberave-
rat Fratres de Gaddis à primordiali Debito Cenſuum,
cum accollatio non extinguat primum Debitum,
ſed accumulet Creditori alterum obligatum, ex col- 24
lectis per *Poſt. de Subhaſt. inſpect.* 37. *numero* 33. *Sal-*
gad. Labyrint. Creditor. part. 2. *cap.* 26. *numero* 104.
& ſeq. Rota poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 238. *numer.* 2.
& coram Emerix deciſ. 1316. *numer.* 7. *&* 8. cum
aliis plena manu collectis *in Romana Salviani* 19.
Februarii proximè præteriti §. Secundum utique, *& in*
dicta Romana Spolii eodem die edita §. Quoniam co-
ram Me.

Subjunximus in eadem præcedenti *Deciſione in §.*
Jam relatis, quod manifeſtabat magis, atque pan-
debat Fratres de Gaddis fuiſſe effectos Adjudicata-
rios tanquàm Creditores, non tanquàm Tertios
ponderatio, atque reflexio, quod ex littera, &
Beneficio Forolivien. Statuti obtinuerant eamdem
Adjudicationem *per il quarto meno*; Verùm inutili-
ter pariter iidem Defenſores connabantur, quod Sta-
tutum æquè ſe protenderet favore Deliberatariorum
non Creditorum, adducentes etiam exempla, atque
atteſtationes, ſed aberrabant, quoniam reſpectu at-
teſtationum prævalere, utiquè videbantur allatæ per
Fratres de Merlinis, & in omnem Caſum conci-
liabantur, quatenùs nemo ſcilicèt eſſet, qui plus of-
ferret ſupra verè tertiam partem valoris, & Credi- 25
tori, non expediret accipere bona in Adjudicatio-
nem; Littera quippè Statuti jam relata neutiquam
inquit, *che ſe s'incanteranno* (ſcilicèt bona Debito-
ris) *per il quarto meno di quello ſaranno ſtimati* tri-
buerentur directè cuilibet Tertio, ſed in tali Caſu,
ſe non ſi trovarà più Offerente ſi debbino del berare
doppo tutti l'incanti al medemo Creditore per il quar-
to meno. Quamobrem Beneficium minorationis ve-
ri valoris clarè nimis largitum apparebat Credito-
ri, & non cuilibet Tertio, etſi fortè nolente Cre-
ditore conſequi hanc Adjudicationem tamquàm re-
putans ſibi meliùs expedire accipere pecuniam, quam 26
bona, atque ità deficientia offerentium aliquando
forſan efficiebat, quod deliberarentur etiam Tertio
extraneo *per il quarto meno*, id contingebat ex illa
fatali debitorum ærumna, per quam illorum bona
in ſubhaſtatione viliùs venduntur, ut etiam juſtè
conqueritur *Faber in Cod. lib.* 8. *tit.* 17. *de diſtract.* 27
pignor. definit. 25. *in addit. numer.* 2. *vers. quia ſo-*
lent Scaccia ad Commerc. & Camb. §. 1. *quæſt.* 7.
part. 2. *ampl.* 6. *numer.* 8. *Mangil. de ſubhaſt. quæſt.*
47. *ſub num.* 24. *Poſth. eod. tract. inſpect.* 49. *num.*
1. *&* 2. *Rota decis.* 447. *num.* 21. *part.* 2. *Recent.*

Licèt igitur placuerit *Dominis* forſan quoque exa-
bundanti de novo corroborare, ſeù lucidiùs ex-
planare vetera fundamenta, ad ſubmovendas ina-
nes Litigantium ſubtilitates, de reliquo plenariè ad
eamdem *Deciſionem* præcedentem ſe ſe remiſſivè ha-
buerunt, etiam in ordine ad inibi maturè, & pro-
vidè factam reſervationem prætenſionum Fratrum
de Gaddis circa refectionem appretii (ſi quod erat)
peraucti

perauĉti ex beneficio temporis, vel ex Cauſa melioramentorum, de quibus in puram ſequelam erit agendum in ſuo particulari, & ſeparato Judicio.

Utraque &c.

R. P. D. ANSALDO

Æsina Retractus.

Lunæ 10. Jan. 1701.

SUMMARIA.

1 *Bulla Piana non habet locum extra ſtatum Eccleſia.*

2 *Retractus competit tantum favore creditorum, cenſuariorum, qui exiſtunt de tempore venditionis.*

3 *Ius retrahendi durat ſpatio 30. annorum.*

4 *Ceſſio Iuris retrahendi poteſt fieri intra 30. annos.*

5 *Fundus Cenſitus durante ſpatio 30. annorum ſemper ſubjectus eſt retractui.*

6 *Ceſſionarius ſuccedit in omnibus juribus cedentis.*

7 *Cedi poſſunt omnia jura quæ non ſunt perſonalia.*

8 *Ejus petendi retractum eſt reale.*

9 *Renunciatum cenſetur retractui ſtante notitia venditionis, & ſubſecuta acquieſcentia.*

10 *Ad jura renunciata non datur regreſſus.*

11 *Fides non facit fidem.*

12 *Denunciatio judicialis requiritur, ut nequeat ſtante acquieſcentia petendi prælatio.*

13 *Rota in Romana Prælationis 24. Iunii 1698. coram Eminentiſſimo Tremoillo explicatur.*

14 *Renunciatum cenſetur juri prælationis ſi creditor patiatur ſubhaſtari fundum & pretium accipiat.*

15 *Confeſſio cedentis poſt factam ceſſionem non nocet ceſſionario.*

16 *Ius petendi retractum eſt indiviſibile & ſolidale.*

17 *Adeout vigore juris accreſcendi vel non decreſcendi poſſit ab uno intentari quamvis alter el renunciaverit.*

18 *Mandatum ſpeciale requiritur ad renunciandum juri petendi retractum.*

19 *Procurator non poteſt confitendo prajudicare Domino.*

20 *Ceſſio reportata ab emptore fundi cenſiti ſolvendo creditoribus cenſuariis anterioribus reſolvitur in meram quietantiam.*

21 *Subingreſſus competit de jure ſecluſo pacto ſubintrandi in juribus creditorum anteriorum.*

22 *Adeout emptor vigore illius ſe tueri adverſus creditores poſteriores.*

23 *Limita ſi agatur ad affectum agendi in judicio prælationis.*

24 *Jus offerendi competit creditori poſteriori adverſus dationem in ſolutum ſeu venditionem factam creditori anteriori.*

25 *Pactum quod venditor durante vita gratis perfrui poſſit habitatione partis fundi cenſiti, & quod Emptor teneatur ſolvere certam mercedem pro parte à ſe inhabitata num impedire poſſit exercitium juris prælationis.*

Et an tale pactum poſſit per æquipollens ſuppleri juxta cenſuram text. in l. hæreditatum ff. ad l. falcidiam num. 27. & 29.

26 *Ius retrahendi ut poſſit exerceri debent impleri omnia pacta conſtabilita in prima venditione.*

28 *Melioramenta reſici debent à creditore poſteriore volente exercere retractum vigore juris offerendi.*

30 *Fructus debentur vigore æquitatis text. in l. curabit ff. de act. empt.*

Decisio XVII.

SAnciente notiſſimâ Conſtitutione ſan. mem. Beati Pii V. quod occurrente venditione, ſivè onerosâ diſtractione fundi cenſiti, creditores cenſuales naſciſcantur adversùs extraneum Emptorem illam prælationem, quæ ſub nomine generaliori retractus explicatur, evenerat, quod Anna debitrix ex causâ cujuſdam paſſivi cenſus Horatii, aliorumque fratrum de Averardis, quamdam domum hujuſmodi cenſui ſubjugatam diſtraxit in Hieronymum, verùm ex poſt obtento per Carolum Mariam à nominatis Fratribus activo ſubingreſſu in jura prælaudati cenſus, iâ minus feliciter ab initio in partibus intentando memoratum retractum procubuit; ſed deferendo cauſam ſuæ provocationis ad Curiam conſecutus eſt magis juſtè, ac propitiè ejus petitionis implementum non minùs per Sententiam in Tribunali A. C. quàm hodiè in Sacro Auditorio, ubi poſt reiteratam propoſitionem emanavit reſcriptum *eſſe locum retractui.*

Jam enim abſtractivè quæſtio eſſe non poterat
ſuper competentiâ præfatæ prælationis, ſeù retractus,
ſtante prælaudatâ litterâ, & vi Bullæ Pianæ, circà
quam ſolummodò ambigi valet, utrum ea locum
ſibi vindicet extra ſtatum temporalem Apoſtolico
gubernio, & poteſtati ſubjectum, cum ea non videatur
in hoc propoſito, ac peculiari privilegio concernere
juriſdictionem clavium per univerſum Orbem
diffuſam, & undique abſolutam, ſicut anim- 1
advertere *Navarr. in comment. de uſur. numer.* 106.
verſ. tertiò, & num. 108. *Molin. de contract. tract.* 2.
diſput. 392. *numer.* 8. *poſt med. Salas de cenſib. dub.* 6.
nu. 4. *Cenc. de cenſib. quæſt.* 65. *num.* 8. *Spad. conſ.* 159.
num. 1. *& per tot. lib.* 3.

Firmatâ ſubſtantiâ non obſiſtit, quod Carolus
Maria de tempore ſubſecutæ venditionis domus non
foret creditor Annæ venditricis, & conſequenter
quod ex jure crediti poſtmodum illi ſupervento non
valeret actum perfectum, & legitimè conſummatum
reſcindere ob prætenſam antelationem, quando Bulla
loquitur dumtaxat de iis cenſualibus, creditoribus,
qui præexiſtant in actu, ſeù de tempore diſtractionis
ad tradita *per R. P. D. Corradin. de Prælat. quæſt.* 32. 2
n. 18. *Soccin. iun. cenſ.* 22. *nu.* 4. *verſ. aut faciendo lib.*
1. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 413. *numer.* 47. & 48.
Samiat. controv. 56. *num.* 49. *Rot. dec.* 52. *num.* 11. *cor.*
Duran.

Cecidi namque prima hæc objectio per obtentam
à Carolo Maria ceſſionem ab Horatio, ejuſque fratribus
indubitatis etiam tunc temporis creditoribus
ipſius Annæ, quapropter, quemadmodum eidem
Horationon ſolùm illâ horâ factæ venditionis com-
petiiſſet Bullare exercitium hujus juris retrahendi, ve-
rùm quoque illud perſeveraret in ipſo Horatio, aliiſ-
que fratribus, ut ſupra, per totum ſpatium anno-
rum triginta teſte *Antonel. de temp. legal. lib.* 3. *cap.* 3
2. *num.* 7. *D. Corradin. de Prælat. quæſt.* 32. *num.* 27.
in fin. verſ. & habeat &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap.
742. *nu.* 12. *cum ſeqq. Rot. dec.* 52. *nu.* 2. *in fin. coram*
Durano. dec. 268. *num.* 6. *cor. ſa. me. Alexand. VIII.*
in Romana prælationis 19. *Januar.* 1691. *§. non ſic.*
cor. bo. me. Urſino, & 18. *Ianuar.* 1692. *§. indè oritur*
cor. clar. me. Card. Cavallerino.

Ità non minùs idem exercitium, ſive Jus valuit
per eum transfundi in Carolum Mariam ceſſionarium 4
uſque ad complementum enunciati curſus tricennarii,
quia cum non ſteterit penès Hieronymum 5
coempta Domus, vel per unicum momentum libera
à nexu paſſivæ prælationis non habebat idcir-
cò, de quo conquereretur, ſi hujuſmodi jus exerce- 6
batur per fratres de Averardis, vel potiùs per Carolum
Mariam, qui in eorumdem fratrum jura mediante
poſitivâ ceſſione ſucceſſerat *ad text. in l. emptor*
ubi gloſ. ver. fungitur C. de hæred. vel act. vendit.
Barboſ. in leg. poſt dotem numer. 58. *ff. ſolution.*
matrim. Cenc. de cenſib. quæſt. 109. *numer.* 21. *&*

habetur in tractat. de commerc. & mercat. diſcurſ. 40. nu. 27. Rot. dec. 187. nu. 10. 12. & ſeqq. poſt Zacch. de obligat. Camer. & dec. 127. n. 10. part. 15. rec.

Et certè quotieſcumque non agatur de Juribus merè perſonalibus, & oſſibus Titii, aut Sempronii infixis, quælibet facultas, vel creditum, vel rem, prout hic infallanter reſpiciens canonicè ſemper transferri valet in ceſſionarium ad terminos diſtinctionis in
7 hac ipſa materia perhabitæ penes Oleam de ceſſion. jur. tit. 3. quæſt. 2. per tot. Tiraquell. de retract. lignan. §. 26. gloſſ. 1. num. 39. Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 417. numer. 375. Cenc. de cenſib. quæſt. 66. num. 122. cum plurib. ſeqq. Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 2. num. 19. Roſental. de feud. cap. 9. membr. 2. concluſ. 92. nu. 11. litt. K. Spad. conſ. 213. nu. 6. & 7. lib. Ciarlin. contr. 121. num. 37. Carol. Anton. de Luc. ad Franc. deciſ. 242. n. 2. Rot. dec. 221. n. 2. & ſeqq. par. 17. dec. 120. num. 2. & dec. 143. num. 4. par. 19. recent. Et quod hic retractus non ſit merè perſonalis,
8 ſed potiùs ad rem, ſivè realis benè proſequuntur Cenc. de cenſib. quæſt. 66. nu. 122. & ſeq. Duard. eod. tract. §. 4. quæſt. 12. num. 1. Ciarlin. contr. 121. nu. 4. Pilaia deciſ. Pontiſ. lib. 2. dec. 10 de conſ. num. 21. in fin. Rot. dec. 307. num. 2. dec. 308 num. 23. & dec. 504. num. 7. poſt. Cenc. de cenſib. dec. 210. num. 1. & ſeqq. cor. Merlino, dec. 121. nu. 2. & 3. & ſeqq. par. 17. dec. 286. num. 2. cum plurib. ſeqq. par. 18. & dec. 210. num. 2. par. 19. rec. in Romana Prælationis 19. Ianuarii 1691. §. cum enim coram bo. me. Urſino, & 28. Ianuarii 1692. §. taleque privilegium, & §. verum tamen coram clar. mem. Card. Cavallerino.

Sentiens efficaciam hujuſce replicationis convolabat Hieronymus ad alterum magis conſiderabile propugnaculum, videlicet quod cùm iiſdem fratres Annæ creditores habuerint ſcientiam venditionis alicui denunciationi admixtam, & nihilominùs deſtiterint à ſibi præſervando, aut aliàs quomodolibet promovendo retractu, hinc vel compatibiliter intellexerint ſub genericâ ceſſione includere tantummodò jus retrahendi pro venditionibus futuris, vel probabilius perantea eidem juri renunciaverint, prout in propoſito conſimilis ſcientiæ, ac denunciationis ad-
9 notarunt Gratian. diſcept. forenſ. cap. 433. nu. 71. & ſeqq. Palma ſen. conſ. 31. num. 51. Saminiat. contr. 56. num. 64. & controv. 57. nn. 23. & 24. Lepid. dec. Lucen. 22. in fin. Rot. dec. 95. num. 6. cor. Bichio, in Cornetana Iuris offerendi 22. Martii 1697. §. 1. & ſeqq. cor. R. P. D. meo Lancetta, & 20. Martii 1699. §. at contra, & 2. Iulii 1700. §. quibus cor. R. P. D. meo de la Tremoille ideoque in neutro caſu unquam value-
10 rint jura ſemel renunciata amplius in alium tranſvehere, ut inquit Text. in l. non quocurque §. qui Caium ff. de legat. 1. l. qui duos ff. de legat. 2. Carpan. ad ſtat. Mediolan. tom. 1. cap. 445. num. 15. & 16. Cuzman. de evict. quæſt. 35. numer. 130. Viſcont. ad Franc. dec. 73. Surd. conſ. 22. num. 29. & ſeqq. Cyriac. contr. 157. nu. 14. lib. 1. Giurb. deciſ. Sicil. 104. per tot.

Verùm, & hujuſmodi oppoſitionem palàm mere compertum eſt multiplici replicatione, & quidem prima, quoniam conſimilis notitia, ſive denunciatio, probatur dumtaxat ex ſimplici, quantumvis iterata atteſtatione Horatii, & Bernardini, undè quicquid eſſet, utrum hiſce extrajudicialibus atteſtationibus plena, & opportuna fides in ſemetipſis poſſet
11 adhiberi contrà vulgatas regulas pœnès Palmam nep. alleg. 205. num. 10. & allegat. 247. num. 3. Conciol. allegat. 43. num. 17. Rot. deciſ. 220. numer. 7. coram ſa. mem. Innocent. X, deciſ. 115. num. 30. & deciſ. 391. nu. 2. coram Priolo deciſ. 398. nu. 1. & ſeq. & deciſ. 1350. num. 3. coram Emerix Iun.

Adhuc, etiam illarum veritate, ac legalitate ſuppoſita, cùm ſolùm exindè eliceretur quædam confeſſio notificationis, ſeù denunciationis faciendæ venditionis expletæ per Annam erga eoſdem Horatium, & Bernardinum, utique cùm hujuſmodi denunciationes ſubſecutæ dicerentur in figura merè extrajudiciali, idoneæ non erant ad evellendum Ius retrahendi tàm ſeriò ſancitum, & attributum in Bulla, ad hunc etenim effectum judicialem prorsùs denunciationem cum inſertione totius inſtrumenti expoſtulati communiter, ultrà benè in genere deducta 12
per R. P. D. Corradin. Sanctiſſimi D. N. Subdatarium in tract. de jur. Prælat. quæſt. 4. num. 39. & 45. in terminis Pianæ Conſtitutionis tradiderunt Cenc. de Cenſibus quæſt. 64. numer. 19. & 20. Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 2. num. 6. Epiſc. Rocc. diſput. jur. tom. 2. cap. 164. num. 8. Rot. deciſ. 425. num. 7. ubique Adden. nn. 11. coram ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 158. num. 8. poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 1474. nu. 1. coram Seraphino, decis. 253. num. 3. coram Millino, decis. 32. num. 2. coram Durano, deciſ. 449. nu. 2. & deciſ. 466. num. 2. & 3. coram Peutinger. deciſ. 268. num. 2. & 3. coram ſa. mem. Alexand. VIII. & deciſ. 163. num. 3. cor. Celſo.

Abſque eo, quòd ab hac ſententia declinaſſet, uti ſupponebatur ab Hieronymo, Rota in Romana Præ- 13
lationis 24. Ianuarii 1698. coram R. P. D. meo de la Tremoille, inibi quippè agebatur de venditione judiciali componenda ſub haſta publica, & ad quam deveniri non poterat in concurſu creditorum, niſi etiam citato ipſo creditore cenſuali, & in qua pariter requirebatur pecunia numerata citrà mixturam, ſeù conventionem particularium pactorum, quæ forent notificanda, ut volens retrahere proprio commodo, & utilitati conſuleret, ulteriùsvè creditor in illo caſu inſteterat pro ſubhaſtatione facienda, manſerat præſens, prætiumve licitationis exegerat, quibus ſanè concurrentibus pluſquàm abundè, & pluſquàm judicialiter facta apparebat denunciatio, nec non implicita emergebat renunciatio cuilibet Iuri 14
prælativo, quemadmodùm demonſtrat memorata deciſio, & obſervarunt quoque Capye. Galeott. controv. 49. num. 25. & plurib. ſeqq. lib. 2. Card. de Luca de ſervit. diſc. 71. num. 14. & 15. Galleraz. de renunc. lib. 5. cap. 9. num. 4. Capon. diſcept. forenſ. cap. 326. ſub nu. 27. in fine tom. 5. Manfrell. ad Capyc. Latr. deciſ. 57. num. 9. Sanfelic. deciſ. 100. num. 27. Rot. deciſ. 108. num. 6. & 7. poſt Poſt. de ſubhaſt.

Secundò, & benè reſpondebatur, quòd in omnem eventum præfatæ atteſtationes, de cætero non omninò à vehementi ſuſpicione affectationis immunes, prodierunt poſtquàm iidem atteſtantes inierant tranſlativam ceſſionem proprii cenſus cum Carolo, quapropter abſonum erat prætendere, quòd nedùm ſimplex teſtificatio, ſed etiam poſitiva, & clara confeſſio valeret Carolo jam effecto per anteà Domino, & 15
creditori præjudicare recalcitrante propoſitione, de qua Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 26. num. 31. cum ſeqq. Moder. Angel. de confeſſ. libr. 2. numer. 1. & ſeq. Salgal. in Labyrinth. credit. part. 1. cap. 29. num. 67. & part. 3. cap. 13. numer. 22. Hermoſill. ad Lopez. tit. 1. part. 3. gloſſ. 5. leg. 9. numer. 40. Noguerol. alleg. 22. numer. 13. Gratian. diſcept. 287. nu. 11. Merlin. Pignatell. controverſ. cent. 2. cap. 31. num. 28. Rot. deciſ. 104. numer. 2. cum ſeqq. coram Buratto.

Tertiò demùm non deerat altera non minùs præpotens replicatio, quòd ubi quoque memorata notificatio congruiſſimè extitiſſet exercita, iidemque fratres interpellati ante ipſam ceſſionem publicè, & inſtrumentaliter renunciaſſent ipſi Bullari retractui, nihilominùs, cùm inter prædictos fratres numeraretur etiam Ioannes Franciſcus tunc temporis incolatum trahens in Urbe, quivè pariter uti coæqualiter creditor ceſſerat Carolo Iura cenſus, profectò cum reſpectu ejuſdem Ioannis Franciſci nulla poſſet allega-

ti

ri interpellatio, nullavè conſecutivè implicita, vel
explicita renunciatio huic juri retrahendi, hoc ſo-
lùm exuberabat, ut ex ejuſdem Joannis Franciſci
perſona, & jure repræſentato per Carolum me-
diante ceſſione promoveri poſſet inſtantia gratis
impugnatæ prælationis, Jus namque retrahendi
nullam patitur diviſionem, & tamquam prorſus
indiviſibile competit inſolidum, adeòut ſivè per
16 Jus accreſcendi, per alterum non decreſcendi ple-
nariè pariter, & inſolidum queat intentari, ut in
propoſito primæ propoſitionis *ex theoric. Bart. in
leg. cui uſusfructus 30. num. 4. ff. de uſufruct. legat.*
tradont *Niger. de Laudim. quæſt. 28. art. 6. num.
11. & pluribus ſeqq. Bellon. Jun. de Jur. accreſcend.
part. 1. cap. 6. quæſt. 33. num. 70. & ſeq. Hartman.
Piſtor. quæſt. Jur. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. num. 21.
& num. 30. Mut. deciſ. Sicil.* 85. *per tot.* & reſpe-
17 ctu ſecundæ probant *Surd. conſ. 417. num. 7. Carol.
Anton. de Luc. ad Franc. deciſ. 350. num. 4. in fin.
Carpan. ad Stat. Mediol. part. 1. cap. 419. num. 8.
& ſeqq. Card de Luc. de ſervit. diſcurſ. 75. num. 3.
verſ. alterum erat motivum, cum aliis penes D. Cor-
radin. de Jur. prælat. quæſt. 13. nu. 16. & 17. qu. 14.
num. 23. & qu. 30. nu. 1. & 2.*

Haud adverſante, quod Horatius frater in to-
ties enunciatis atteſtationibus aſſerere videretur à ſe
certiorem effectum fuiſſe Joannem Franciſcum de
hujuſmodi venditione, illiuſque deinceps procura-
torio nomine intellexiſſe eidem venditioni conſen-
tire, quoniam in neutra ſuppoſitione urgebat ob-
jectum. Non in illa, quod foret ſufficienti man-
dato Procuræ ſuffultus, cum ad hunc effectum re-
18 nunciandi Juri retrahendi ſpeciale penitus exigatur
teſte *Golin. de Procurat. par. 2. cap. 5. num. 44.
Rota deciſ. 195. num. 12. coram Bich. deciſ. 9. nu. 28.
par. 19. Rec. deciſ. 1010. n. 5. & deciſ. 1053. nu. 4.
coram Emerix. Jun.*

Minuivè in altera concernente certiorationem;
ac renunciationem, ſeu facultatem conſentiendi,
dum ad hujus ſuppoſiti verificationem nulla daba-
tur juſtificatio, totumque propterea reſidebat in ore
aſſerti Procuratoris, qui nequit etiam in ſuis caſi-
bus per nudam ejus aſſertionem ob eſſe conſtituen-
19 ti, ut in puncto advertit *Rot. dec. 163. num. 8. &
9. coram Card. Celſo*, & generaliter notant *Man-
cin. de Confeſſ. cap. 9. numer. 1. art. 5. Angel. eod.
tract. lib. 3. qu. 1. nu. 1. Pacion. allegat. 32. nu. 15.
in fin. Modern. Palmaep. deciſ. Lucen. 89. num. 21.
cum aliis in Romanen. Pecuniaria 14. Maii 1700. §.
quartus coram Me.*

Detruſus à ſupradictis munimentis Hieronymus
reſtaurare ſatagebat articulum aliàs in Auditorio no-
ſtro pluriès deciſum, utrùm, ex quo ipſe pretium
emptionis à ſe factæ venditrici exburſaverat cùm
pacto non ſolùm dimittendi creditores cenſuarios
anteriores, verùm quoque ſubintrandi in illorum
Jura, etiam ad hunc finem prælationis, valeret
idcircò ex capite ejuſdem anterioritatis propulſarè
prælationem intentatam à Carolo creditore cenſua-
rio poſteriore; ſed inutiliter, quippè præciſum iſtud
fundamentum nullatenus ſuffragari, ex quo repu-
gnat, emptorem ſatisfacientem obligationi, pro-
priove debito in ſolutione pretii poſſet quoadmo-
do illud geminare adipiſcendo activa Jura anterio-
20 ritatis, & prælationis, cùm potiùs in hiſce cir-
cumſtantiis quælibet conventa ceſſio, & ſubintra-
tio intelligatur paſſivè dumtaxat, & extinctivè,
quemadmodum videre eſt *in deciſ. 758. num. 1.
& pluribus ſeqq. par. 18. deciſ. 110. per tot. & deciſ.
141. ex num. 1. uſque in fin. par. 19. Rec.* & plenè
reaſſumpſit *D. Corradin. in tract. de Jur. prælat. qu.
52. n. 42. & plurib. ſeq.*

Et ſanè quantumvis noſtræ leges impartiantur
emptori per hujuſmodi ſubingreſſum, qui datur
etiam citrà pactum in Jura dimiſſorum creditorum,
ut ait *Rot. deciſ. 1662. num. 1. coram Coccino, cum* 21
*aliis pluribus in deciſ. 973. num. 1. & ſeqq. coram
Emerix Jun*, poſſe rem coemptam adverſus poſte-
riores creditores contutari *per Text. in leg. Si potio-* 22
res Cod. de his, qui in prior. Creditor. loc. &c. ea-
dem tamen (ſicuti prælaudatæ innuunt auctorita-
tes) æquitativa permiſſio non egreditur ſuos can-
cellos, videlicet ſimplicis paſſivæ hypothecæ, quæ
compatibilis eſt cùm extinctione debiti in ſe ſu-
ſcepti, ne aliàs re, & pretio denudaretur emptor, 23
ſed ad finem nanciſcendæ activæ prælationis, hæc
è converſo non rectè compatitur cum ipſa extin-
ctione, quæ tollit quaſlibet reliquias activas cre-
diti cujuſcumque crediti extincti, ideoque potiùs
æquitas hæc deflecteret in iniquitatem, ſi excludè-
ret poſteriores abſque damno emptoris, cui pre-
tium reſtituitur, à ſolatio hujus Bullaris prelatio-
nis; ſeu retractus, quandò eadem Jura conſimili
ſolatio intenta adverſus ipſoſmet creditores anterio-
res, cui fuiſſent à communi debitore vendita, vel
tradita bona in ſolutum benignè concedunt credi-
tori poſteriori illum alterum retractum legalem,
quem nuncupant Jus offerendi, de quo in *leg. 2. ff.
quib. mod. pignor. vel hypot. ſolvat. leg. ſi fundus* 16. 24
*§. ſi pluris ff. de pign. leg. mulier 20. ff. qui potior
in pignor. habeant. Coſt. de ration. Rat. quæſt. 65. nu.
1. Negusant. de pignorib. 5. part membr. 3. num. 51.
de Pont. conſ. 29. num. 6. & ſeq. lib. 1. Merlin. Pi-
gnatell. controv. cent. 1. cap. 98. num. 1. Gratian. deciſ.
March. 214. num. 15. ibique de Luc. Rot. in Corneta-
na Juris offerendi 20. Martii 1699. §. 1. & 2. Julii
1700. §. in hoc ſtatu coram R. P. D. meo de la Tre-
moïlle.*

Poſtremò tandem in nihilo juvit Hieronymum
altera ponderatio, ſive exceptio, quod retractus à
Carolo prætenſus foret ad normam, ſive Juris, ſi-
ve Epicheiæ impracticabilis, ea quo inter cæteras
pactiones ab ipſo conventas cum venditrice adſtaret
illa, quod eadem venditrix, durantè vita, gratis
perfrui deberet commodo habitationis domus di- 25
ſtractæ ſub illa ulteriori particularitate, quod Hie-
ronymus, quantumvis emptor, occupans quam-
dam manſionem præfatæ Domus teneretur corre-
ſpondere venditrici de annua mercede ſcutorum
quatuor; ſubnectebatur etenim ab Hieronymo,
quod dum medio tempore venditrix viam fuit uni-
verſæ carnis ingreſſa non eſſet ampliùs res integra,
& juſtum non eſſet, quod iſtud lucrum eventuale
acquiſitæ liberationis ab hujuſmodi ſervitute ipſi de-
latum Carolus adipiſceretur, proindeque, poſita
hac injuſtitia, & inſimul impracticabilitate induen-
di eadem pacta, corrueret etiam ſpes, ſivè Jus
retrahendi, quod exigit, ut retrahens omnia ſuſci-
piat, omnia impleat, quæ in primævo contractu
venditionis extiterunt apud partes volita, & ſtabi- 26
lita ex collectis per *Tiraquell. de Retract lignag. §.
1. Gloſſ. 18. num. 8. Fab. de Mont. de Empt. & Ven-
dit. quæſt. 3. num. 43. Rot. deciſ. 186. num. 1. coram
Ubaldo, deciſ. 849. n. 4. coram Dunozett. Jun. & de-
ciſ. 195. nu. 7. par. 18. Recent.*

Pro everſione ſiquidem hujus objectionis fortaſſe
ſuffeciſſet reſpondere, quod cùm ex præmiſſis tota
difficultas reduceretur ad præmiſſum obſtaculum ha-
bitationis, utique non erat adeò impracticabile exer- 27
citium, & indumentum hujus pacti mediante illius
congrua æſtimatione ad limites *leg. Hæreditatum
ff. ad leg. Falcid.* Dum etiam in ſimilitudinario
Jure offerendi, de quo ſupra, non arcetur po-
ſterior ſub prætextu extrinſeci valoris perauctî,
vel melioramentorum cum ſimilibus, dummodò
omnia hæc congruè æſtimentur, & reficiantur à
poſteriore retrahente, ut obſervavit *Arias de
Meſ. var. reſolut. lib. 2. cap. 41. num. 5. & lib. 3.* 28
cap. 12.

cap. 12. num. 2. de Marin. quotidian. reſolut. lib. 1. cap. 219. num. 20. Andreol. controv. 70. n. 9. & 15. Montan. controv. forenſ. 55. per tot. Staiban. Jun. reſolut. for. 5. num. 1. Merlin. Pignatell. controv. cent. 1. cap. 93. num. 11. Maſtrill. deciſ. Sicil. 201. num. 17. & 18. Lunc deciſ. 38. num. 5. Rot. deciſ. 155. n. 16. poſt Merlin. de Legitim

Nihilominus quæſtio ceſſabat ex facto, quia præ-
ciſivè à ſcutis biſcentum, quæ Hieronymus manua-
liter, & effectivè perſolverat, reliquum pretium,
vel præ manibus retinuit, vel cum proprio de-
bito cujuſdam cenſus excomputavit; undè, dum ex
parte Caroli cuncta hæc bonificabantur, ſeu reſti-
tuebantur, & inhabitatio manſionis permittebatur
29 Hieronymo, nulla ſuberat ratio, propter quam
ipſe Carolus potiri non deberet prælatione contro-
verſâ, ut de ſe patebat ad ſenſum, injuſtitia au-
tem ex cauſa prædicti lucri ob præmorientiam
venditricis, corruebat ad oculum dum onus ſivè
ſervitus habitationis domus permiſſæ venditrici ſo-
vebat ſuam cauſam correſpectivam eademque cor-
reſpectivitas ſemper erat in vita, ſivè longa, ſi-
vè correpta ejuſdem venditricis æquo modo dura-
tura, nempè propriæ liberationis Hieronymi à
quodam cenſu, & tolerata retentio apud eum præ-
fati pretii abſque intereſſe, contra legalem de re-
liquo proviſionem fructuum recompenſativorum
30 injunctam à reſcripto Cæſarum in *leg. Curabit Cod. de Actionib. empt. de quo in tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 58. num. 3. & ſeq. Rot. deciſ. 52. num. 1. coram ſa. me. Innoc. X.*

Et ità reliquis levioribus neglectis, utpotè palam etiam inſubſiſtentibus, & forſan conſultò derelictis à Hieronymo in ſecunda cauſæ propoſitione, Domini cenſuerunt, utraque &c.

R. P. D. MUTO

Æsina Retractus.

Lunæ 12. Junii 1702.

SUMMARIA.

1 *Retractus impediri nequit ob exceptiones de jure tertii.*
2 *Nec ex quo cenſus cujus vigore expoſtulatur, ſubjectus ſit alicui oneri.*
3 *Fructus cenſus amplius non currunt poſtquam creditor illius vigore retractum obtinuit.*
4 *Extincto cenſu mediante retractu facto à creditore, adhuc fundus cenſitis ſubjacet oneribus cenſui infixis à retrahente.*
5 *Cenſus acquiſitus nomine proprio, & cum pecuniis alterius ſpectat acquirenti non Domino pecuniarum qui habet dumtaxat actionem pro earum reſtitutione.*
6 *Clauſula quorum intereſt importat ſtipulationem favore omnium intereſſe habentium.*
7 *Limita ſi ex intentione contrahentium conſtet de contrario.*
8 *Creditor cenſus habet tempus annorum 30. ad petendum retractum.*
9 *Præſcriptio juris retrahendi non intrat niſi poſt lapſum 30. annorum.*
10 *Cedi poteſt jus retrahendi.*
11 *Renunciatum cenſetur juri retractus ſtante notitia venditionis cum ſubſecuta acquieſcentia.*
12 *Denunciatio tamen ſeu notitia debet eſſe judicialis cum inſertione tenoris inſtrumenti venditionis.*
13 *Renunciari nequit juri retractus poſt factam ceſſionem ejuſdem favore alterius.*
14 *Jus accreſcendi intrat in materia retractus.*
15 *Mandatum præſumptum quòd habet unus frater in bonis alterius non ſufficit ad præjudicandum juri retrahendi ſed requiritur ſpeciale.*

Decisio XVIII.

Assumpta hodie diſputatione ſuper viribus Sententiæ Rotalis à R. P. D. meo Anſaldo prævia Deciſione diei 10. Januarii ſuperioris Anni latæ in qua conceſſa fuit Abbati Carolo Mariæ Planetto prælatio in emptione Domus ſubjectæ Cenſui ab eodem Abbate acquiſito: DD. illius validitatem, & juſtitiam agnoſcentes confirmationis robore eam communire non hæſitarunt.

Validitas non controvertebatur hodie inter par-
tes; Juſtitia verò dilucidè effluxit ex rationibus, &
fundamentis latè recenſitis in dicta Deciſione R.
P. D. mei Anſaldi, quæ non evertuntur ex eo
quod Cenſus cujus vigore Abbas Planetius retra-
ctum obtinuit ſtare debeat pro evictione cujuſdam
domunculæ, à Guidobaldo Averardo venditæ PP.
Oratorii Civitatis Æſij; Tum quia cum hodiè PP.
Oratorii non ſint in Cauſa, nec allegent talem 1
exceptionem, non poteſt ſub hoc prætextu retra-
ctum impedire Hieronymus Stroppetius, qui à di-
ctis PP. cauſam non habet; Tum etiam quia cum
per ceſſionem Cenſus factam à fratribus de Ave-
rardis Creditoribus Abbati Planetio penes iſtum do-
minium ejuſdem Cenſus translatum fuerit, impe-
ditum remanere non potuit exercitium Juris re-
tractus, quod fundatur in acquiſitione Cenſus fa- 2
cta cum totali translatione dominii quamvis Cen-
ſus alicui oneri, ſeu vinculo ſit affectus *Cenc. de
Cenſ. quæſt. 66. numer. 114. cum tribus ſeqq. Rot.
coram Merlino deciſ. 210 num. 9. cum duobus ſeqq.*
Tum demùm quia per exercitium Juris retractus
extinctus remanet Cenſus quoad curſum uſurarum
ex quo fundus Cenſitus ad manus Creditoris per-
venit, ſed deperdita non remanet ſors contrà
quam agere poſſent PP. eveniente caſu evictionis, 3
ſicut pro ea agere poſſet Abbas Planettus ex cau-
ſa d. evictionis debitor PP. & Jura ſua experiri
contrà Domum retractam quæ eſt fundus cenſui 4
obnoxius. *Cenc. de Cenſ. quæſt. 114. num. 9. & ſeqq.
& quæſt. 116. num. 10.*

Minus obſtat, quod Cenſus, de quo agitur im-
poſitus favore fratrum de Averardis tamquam em-
ptus ex pretio reperto in hæreditate Guidobaldi
Patris ſpectaret pro duabus ex quinque partibus ad
Joannam Baptiſtam, & Margaritam Angelam de
Averardis filias, & ſorores reſpectivè, & pro dd.
portionibus Patris hæredes, quæ ceſſionem fece-
runt Hieronymo Sbrozzetio; Quoniam cum cen-
ſus emptus fuerit à Joanne Bernardino, Horatio,
& Franciſco de Averardis ad ipſos ſpectare debet
totaliter, nulla habita conſideratione, an pretium
eſſet hæreditatium communis Patris, & commu-
ne cum ſororibus nec ne, quia etiamſi pretium to-
taliter ad emptores non ſpectaret, adhuc cum Cen-
ſus ab ipſis fuerit emptus nomine proprio, ſibi ipſis
ſolum acquiſitum fuit dominium, reſervata actio-
ne Domino pecuniæ agendi pro reſtitutione pretii,
cujus remanet dumtaxat Creditor, *l. prima, l. mul-
tum intereſt 6. & l. qui aliena 8. C. ſi quis alteri vel ſibi.
Menoch. conſ. 80. num. 1. & conſ. 122. nu. 40. Cephal.* 5
*conſ. 554. num. 2. Pacif. de Salvian. interd. inſpect. 2.
cap. 2. num. 608. Card. de Luc. de Credit. diſc. 26. nu.
5. R. P. D. Collega de Commerc. & Mercat. diſc. 93.
num. 3. & ſeqq. Rot. in Recent. deciſ. 244. num. 5. par.
4. deciſ. 231. num. 9. par. 14. & deciſ. 54. num. 2. par.
17. & coram Merlin. deciſ. 103. num. 4. Duran. deciſ.
36. num. 1. Coccin. deciſ. 1709. n. 2. Emerix Jun. de-
ciſ. 509. num. 5. & 6. & in Hortana Silvarum 15. Maii
1699. §. Quamvis coram me.*

Reſponſione non attenta quod in Inſtrumento Impoſitionis Cenſus fuerit appoſita obligatio Cameralis, quæ cum contineat in ſe clauſulam *quorum*

inte.

6 *intereſt* illius vigore cenſeatur facta ſtipulatio etiam
pro Sororibus, ad quas pro rata ſpectabat pretium præ-
dictum, ſiquidem cum impoſitio Cenſus fuerit facta
ſolum favore fratrum maſculorum, clauſula prædi-
cta non poteſt extendere contractum etiam ad com-
modum fœminarum; Illa enim operatur ſolum hanc
extenſionem in illis contractibus, & Inſtrumentis,
in quibus conventiones extendi poſſunt ad perſo-
nas non nominatas, ſed ex intentione contrahen-
tium compræhendibilis, non verò in contractibus
favore certarum perſonarum ſtipulatis *Rota coram
Cerr. deciſ. 178. num. 8. Dunoz. Iun. deciſ. 392.
numer. 8. & deciſ. 660. numer. 14. & in Rec. deciſ.
46. numer. 8. par. 7. & deciſ. 189. num. 11. par. 12.*
7 *poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 33. numero 2. & 3. & in
Romana Tenuta Sancti Ioannis in Campo Horatio* 28.
Iunii 700. *§. nec officere cor. R. P. D. meo de la
Tremoille.*

Ejuſdem detegitur irrelevantiæ, quod fratres de
Averardis, à quibus Abbas Planettus cauſam habet
non potuerint exercere de tempore venditionis do-
mus iura retractus ob eorum paupertatem: Etenim
de tempore venditioni fuerunt ſolum perſoluta à
Sbrozzerio ſcuta 100. quæ ſolvere etiam veriſimili-
ter potuiſſent fratres de Avarardis excomputando
creditum Cenſus tam pro ſorte, quam pro fructi-
bus, quanquam ipſis neceſſe non fuiſſet pecunias ex-
8 burſare ſtatim facta venditione, ſed intra terminum
annorum 30. intra quem diteſcere poterant nam
cum ad venditionem deventum fuerit nulla facta fra-
tribus de Averardis denunciatione, jus ipſis compe-
tens ad petendum retractum durabat ſpatio 30. anno-
rum. *Gratian. diſcept. forenſ. 742. numer. 12. & ſeqq.*
9 *Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap. 2. num. 9. Rot. co-
ram ſa. me. Alexandro VIII. dec. 268. n. 6. & in Ro-
mana Prælationis* 19. *Ianuarii* 1691. *§. Reſpectu, &
§. Non ſic coram bo. me. Urſino.*

Rurſus ex alio capite utile eſſe poterat Ius retra-
ctus fratribus de Averardis, nam licet illud non va-
luiſſent de per ſe exercere ob paupertatem potuiſſent,
tamen illud in alios transferre, mediante ceſſione
cenſus, prout fecerunt, tale quippe Ius eſt reale,
& tranſit in Ceſſionarium per ceſſionem effectum
Dominum Cenſus ut tradunt *Cenc. de Cenſ. quæſt. 66.*
10 *nu. 122. & ſeqq. Ciarlin. controverſ. 121. num. 4. Cy-
riac. controv. 254. num. 18. & ſeqq. Rot. in Rec. de-
ciſ. 210. nu. 2. par. 19. & in d. Romana Prælationis* 19.
Iunii 1691. *§. Cum enim coram bo. me Urſino*, aliique
plena manu congeſti in *deciſione hujus cauſæ* 10. *Ia-
nuarii* 1701. *§. Et certè coram Reverendiſſimo P. D.
meo Anſaldo.*

Minimè relevante reſponſione, quod fratres de
Avarardis in actu venditionis domus mediante ta-
citurnitate cum denunciatione admixta renunciave-
rint Iuri prælationis, & per conſequens illud ea
11 poſt in Abbatem Planettum Ceſſionarium transferre
non potuerint. Etenim denunciationes probari de-
berent factæ judicialiter cum inſertione totius Inſtru-
menti, aliàs non ſufficit, cum ad effectum talis renun-
ciationis concurrere debeant actus certi, & neceſ-
ſarii, qui in alium ſenſum trahi, & interpretari non
12 poſſint. *l. de his ff. de tranſact. Sard. conſ. 328. n.
28. Peregrin. de Fideic. art. 52. numer. 23. Rot. coram
Buratt. deciſ. 299. numer. 1. & 2. & in Bononien.
Fideicommiſſi prima Martii 1697. §. primo, & ſeqq.
& 9. Decembris ejuſdem anni §. pariter 1. & ſeqq. co-
ram Reverendiſſ. D. meo Decano.* Et ulterius actus
prædicti probari debent geſti tempore congruo, &
13 re adhuc integra, cum poſt jus quæſitum, & ceſ-
ſum alteri in præjudicium Ceſſionarii cui fuit jus
quæſitum retractui renunciari non valeat, ut obſer-
vat *deciſio R. P. D. mei Anſaldi §. ſecundo, & be-
nè*; Quodque plus eſt probari deberent geſti, ab
omnibus fratribus, quod non accidit in præſenti
hypotheſi in qua talis renunciatio adoptari non va-
let Io. Franciſco abſenti, & in Urbe commoranti,
in cujus perſona jus retractus totaliter conſolidatum
remanſiſſet, & ab eo in Ceſſionarium transferri po-
tuiſſet, ut in *eadem deciſ. R. P. D. mei Anſaldi* 14
§. Tertio demum; Nec Io. Franciſco præjudicare po-
tuit mandatum generale præſumptum in perſona
Horatii fratris nam in hac materia præjudiciali 15
mandatum ſpeciale ad renunciandum requiritur,
ut ultra relatos in *d. deciſ. R. P. D. mei Anſaldi §.
Haud adverſante* firmat *Rota coram Durano deciſ.
337. numer. 38. Arguelles deciſ. 104. numer. 9 &
in Ariminen. Caſtrorum 3. Maji currentis anni §. fi-
nalis*; ubi explicantur Contraria *coram R. P. D. meo
Caffarello.*

Et ita DD. in reliquis approbativè ſe habentes ad
latiùs deducta in ſæpe laudata deciſione R. P. D.
mei Anſaldi reſponderent utraque &c.

R. P. D. CAFFARELLO

Æsina Retractus.

Mercurii 27. Junii 1703.

SUMMARIA.

1 *Ius retrahendi eſt reale.*
2 *Renunciatum ut dici poſſit juri retractus requiritur
denunciatio judicialis.*
3 *Emptor non poteſt redargui de impotentia ſi offerat
pretium & fructus.*
4 *Retrahens tenetur implere omnia pacta conventa in in-
ſtrumento venditionis.*
5 *Sententia quatenus dubiâ habet intellectum à jure
in modum ut non egeat declaratione.*
6 *Bulla Piana non patrocinatur fraudibus.*
7 *Emptor ſibi imputet ſi tempore congruo non notifica-
vit judicialiter venditionem creditori cenſus.*
8 *Denunciatio judicialis facienda creditori cenſuario
requiritur pro forma, & ideo non ſuppletur per
notitiam aliunde habitam.*
9 *Præſcriptio Iuris retrahendi non intrat niſi interce-
dente lapſu 30 annorum.*
10 *Fraudem committere non dicitur, qui utitur reme-
diis de jure competentibus.*
11 *Creditor poſſidens & habens ius coequale cum alio
volente retrahere eſt melioris conditionis.*
12 *Ceſſio Serotina non juvat Ceſſionarium.*
13 *Cenſus acquiſitus nomine proprio, ſed cum pecunia
aliena ſpectat acquirenti.*
14 *Statutum Æſinum excludit ſucceſſionem fœminarum
ab hæreditate paterna exiſtentibus fratribus.*
15 *Fœmina à ſtatuto excluſa debent eſſe ſolo dote contenta.*
16 *Subingreſſus ad effectum impediendi retractum
non competit emptori dimittenti creditores cenſua-
rios anteriores.*

Decisio XIX.

PRivilegium retractus à Piana Conſtitutione con-
ceſſum Creditori Cenſus prælationem petenti
in emptione fundi Cenſiti, quando à Debitore alie-
nari prætenditur DD. in hac cauſa intrare non dubi-
tarunt favore Abb. Caroli Mariæ prius coram R. P. D.
meo Anſaldo & deindè coram R. P. D. meo Muto
confirmando ſententiam R. P. D. Mareſuſchi Iudicis
ab A. C. deputati, ita ut revocatis ad examen etiam
coram Me dd. ſententiarum fundamentis non hæ-
ſitarunt dubio -- *An conſtet de tribus* -- ob eorum-
dem Iuſtitiam affirmativè reſpondere.

Abſque eo quod ab hac ſententia DD. ſe move-
re poſſent tria, quæ repetebantur à Hieronymo primo
Emptore fundi cenſiti, & in præcedentibus Deci-
ſionibus

ſionibus confutata; Nam admiſſa pro indubitata, &
Iuri conſona concluſione, quod Ius retractus non ſit
perſonale, ſed potiùs ad rem, ſive reale *ex authori-*
1 *tatibus luto calamo congeſtis in deciſione hujus Cauſæ*
coram R. P. D. meo Anſaldo 10. *Ianuarii* 1701. §. *Et*
cer.è; Atque excluſa ſcientia venditionis in Fratri-
bus de Averardis, è quibus Ius ſuum metitur Ab-
bas Carolus Maria, cum minimè probatum fuerit ad
effectum inducendi hujuſmodi ſcientiam interveniſ-
ſe judicialem denunciationem cum inſertione totius
Inſtrumenti venditionis, *uti volunt Doctores, & Ro-*
2 *ta noſtra, juxtà allegata in dicta hujus Cauſa Deciſio-*
ne R. P. D. mei Anſaldi in §. Sciticans cum pluri-
bus ſeqq.

Quomodò Hieronymus oſtendere poteſt ſibi pro-
deſſe primam exceptionem deſumptam ab impoten-
tia Abbatis Caroli Mariæ in implendis omnibus pa-
ctis conventis inter Annam Venditricem dictumque
Hieronymum primum Emptorem, & præcipuè con-
ditione relinquendi Venditrici liberam Domus ha-
bitationem ejus vita naturali durente, fructuſque
non percipiendi ex Cenſu ſcut. 25. & ſumma ſcut.
200. ſolute in actu Emptionis.

Quando Abbas Carolus Maria, *ut innuit R. P. D.*
meus Anſaldus in eadem Deciſione §. Ultimo, in
quantum ipſe poteſt paratum ſe facit ſolvere primo
Emptori non ſolum ſortem Principalem, & fructus
3 Cenſus extincti, penſiones Manſionis inhabitatæ à
Hieronymo, atque ſcuta 200. in actu emptionis ab
eo ſoluta, ſed etiam in hac præſenti propoſitione
fructus dd. ſcutorum 200 Hinc utrique non ha-
bet, de quo conqueri poſſit circà impotentiam Ab-
batis in implemento pactorum in primo Inſtru-
mento venditionis contentorum.

Atque ex hoc penitùs corruit id, quod opponi-
tur in ordine ad ſententias Rotales nullibi ſpecifi-
cantes, quid Hieronymo conceſſum fuerat in Deci-
ſione, quia cum Iuri ſit conſentaneum, quod à Re-
trahente implenda ſint omnia pacta, & conditiones,
4 quas obtulit Emptor, adverſus quem vult retrahi
fundus Cenſui obnoxius ex *Benden. collect. legal.*
48. *num.* 29. & 102. *lib.* 2. *Cardin. de Luc. de Ser-*
vitut. diſcurſ. 73. *n.* 2. *ultra allegat. in eadem Deciſio-*
ne R. P. D. mei Anſaldi §. Poſtremò tandem, & ſi-
gnanter tenuit *Rota coram Ubald. deciſ.* 186. *num.* 1.
5 ſemper verùm erit quod ſententia ultra declaratio-
nem, quam ſortita fuiſſet à præcitata Deciſione ha-
buiſſet quoque intrinſecum Juris ſubintellectum,
quod arceret à neceſſitate ſpecificationis *Rota in Ro-*
mana. Teſtamenti 15. *Martii* 1698. *coram R. P. D. meo*
Anſaldo.

Hinc nullius ponderis fuit ponderatio facta per
Scribentes pro Hieronymo, quod Abbas Carolus
Maria, ideò diſtulit petitionem controverſi retra-
ctus in mortem Venditricis citò obventam, ut ab
exitu brevioris vitæ magis ſecurus fieret in emptio-
ne, ex quo illud minùs refundere tenebatur; ſub-
dentes hoc quidem non ſine ſtudio, & dolo eve-
niſſe, ideòque Abbatem Carolum Mariam à pe-
titione retractus eſſe repellendum, ne videatur Pia-
6 nam Conſtitutionem fraudibus patrocinari, allegan-
tes ad hunc effectum *Rotam deciſ.* 159. *ſub num.* 7.
poſt Duard. de Cenſibus.

Quoniam de ſemetipſo conqueri debet Hierony-
mus, ſi Creditorem Cenſus non interpellavit judicia-
7 liter poſt ſibi factam venditionem, an vellet eme-
re, nec ne. Nam non factam dicta interpellatione, ut
requiritur ad ſuperius firmata *in §. Abſque eo quod*;
Ita ut non ſufficiat Domino Cenſus aliundè noti-
8 tiam venditionis habere, cum hæc interpellatio pro
forma requiratur *ex deciſ.* 268. *nu.* 3. *coram Ottho-*
bon. Abbas Carolus Maria Ceſſionarius Fratrum de
Averardis Cenſus Creditorum. uſus fuit proprio Iu-
re, & Privilegio conceſſo à Bulla Minori tempo-
9 re non præſcriptibili, quàm 30. Annorum *Rota dicta*
deciſ. 268. *num.* 6. *coram Otthobon.* & firmant au-
thoritates allegatæ *tam in prima Deciſione hujus Cau-*
ſa coram R. P. D. meo Anſaldo 10. *Ianuarii* 1701.
§. *Cecidit namque, quam, alia in ejus confirmatoria*
coram R. P. D. ... Anſaldo 12. *Iunii* 1702. §. *Ejuſdem*
detegitur & ... ontia, & per conſequens redargui non
valet de dolo & fraude Iudicium hoc retractus ab
Abbate intentatum nondum elapſo dicto tempore 10
30. Annorum ad præſcribendum argumento *Text.*
in l. Contractus 24. *verſic. Excepto eo ff. de Regulis*
Iuris.

Poſthabita quoque fuit ſecunda exceptio con-
ſiſtens in eo, quod Hieronymus uti Ceſſionarius
Ioannæ Baptiſtæ, & Margaritæ Angelæ, Sororum
de Averardis potiatur duabus ex quinque partibus
ejuſdem Cenſus, cujus vigore Abbas Carolus Maria
retrahere intendit, tamquam creati ex pecunia re-
tracta ex Effectibus hæreditarii Guidobaldi Patris;
Undè in Concurſu Caroli Mariæ ex eodem Iure
prælationem petentis præferri debeat Hieronymus, 11
qui quoque poſſidet ad tradita per *Rotam deciſ.* 17.
num. 18. & 19. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Quia ultra quam quod dicta Ceſſio à Sororibus
de Averardis expiſcata fuit *Sub die prima Aprilis* 1702. 12
poſtquam in Cauſa pronunciarunt tam R. P. D. Ma-
taſuſcus, quam R. P. D. meus Anſaldus: Sufficit pon-
derare ſupradictum Cenſum fuiſſe acquiſitum *pro Fra-*
tribus Maſculis tantum ideòque ad ſummum Sorores
de Averardis actionem ad pretium habere poterunt 13
l. qui Aliena 48. *Col. ſi quis alteri, vel ſibi, R. P. D.*
meus de Commercio, & Mercat. diſcurſ. 71. *num.* 24.
& optimè facit *Rota deciſ.* 937. *num.* 8. & 9. *coram*
Dunoz. Iun. & tradit alibi relati *in Deciſione R. P. D.*
mei Muti §. Minùs obſtat.

Quinimò cum ex Statuto Æſino ſint excluſæ So-
rores à Jure ſuccedendi cum Fratribus in hæreditate 14
Paterna ut ex illius particule apud *Cardin. de Luc. de*
Statutaria ſucceſſione partit. 3. poſſunt eædem tan-
tùm petere Dotem, non autem prætendere, quod 15
portio dicti cenſus ad eas ſpectet titulo hæreditario,
Patris *Fenzo ad Statut. Urb. cap.* 45. *num.* 20. *cum*
ſeqq. loquens in terminis noſtri Statuti pariter fœ-
minarum excluſivi.

Nec demùm ſuffragatur tertia exceptio, quod Hie-
ronymus in actu emptionis Domus acquiſiverit Iu-
ra translativa Cenſus anterioris illo Abb. Caroli Ma-
riæ cum expreſſo pacto ſubingreſſus in Iuribus Credi-
torum anteriorum, non ſolùm quoad hypothecam
ad excluſionem cujuſvis alterius, minus Privilegiati
Creditoris, ſed etiam quoad prælationem *Summarii*
Additionalis nu. 1. Undè ex anterioritate ob dictum
ſubingreſſum hic præferri debeat in Domus retentione 16
ad excluſionem Abbatis Caroli Mariæ agentis vigore
Cenſus poſterioris, ad *Rotam deciſ.* 121. *n.* 2. & *ſeqq.*
par. 18. *recent.*

Quia pro objecti everſione conſiderabant DD.,
quod Hieronymus extinguendo Cenſum anteriorem
ex pretio Domus ad Annam ſpectantis, nequaquam
Iura translativè poterat acquirere, ſed tantum extin-
ctivè ad effectum ſe tuendi in poſſeſſione Domus
adverſus Creditores, ne aliàs ſequeretur, quod ſatis-
faciendo proprio debito in pretii ſolutione poſſet hoc
duplicate adipiſcendo activa Iura Anterioritatis, & 17
Prælationis, ut optimè firmat *R. P. D. meus Anſaldus*
in Deciſione hujus Cauſa § Detruſus ex Rota deciſ.
758. *n.* 1. *cum ſeqq par.* 18. *recent.*

Et ita DD. approbantes præcedentes Deciſiones
reſolverunt utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. DE LA TREMOILLE

ROMANA RETRACTUS SEU PECUNIARIA.

Lunæ 18. Aprilis 1701.

SUMMARIA.

1 *Pacta & Conventiones ſervanda ſunt.*
2 *Depoſitum ritè factum liberat deponentem eodem modo ac ſi pretium effectivè ſolviſſet.*
3 *Inveſtiendi onus non pertinet emptori quando natura contractus reſiſtit & breve Pontificium id non exigit.*
4 *Inveſtiendi onus imperſonaliter conceptum refertur ad venditorem.*
5 *Inveſtiendi onus ſecluſo pacto de jure non pertinet emptori.*
6 *Card. de Luc. diſc. 97. n. 6. de ſervit. rejicitur.*
7 *Retrahens domum Eccleſiæ non tenetur aſſignare fundum vel fructus æquivalentes, ſed ſatis eſt quòd deponat pretium ad formam Bullæ.*
8 *Lex nova ſeu nova opinio comprehendit dumtaxat Caſus futuros.*
9 *Declaratio ſupponit in eſſe rem declaratam.*
10 *Lex ſeu Conſtitutio edita per viam declarationis comprehendit præterita.*
11 *Ceſſio jurium & dominij facienda eſt ſi ità demandet breve Pontificium.*
12 *Et pariformiter ſi ità exigat natura contractus.*
13 *Depoſitum non vitiatur ratione conditionum Connaturalium.*

DECISIO XX.

AD publicum Urbis ornatum, & ad proprias ædes honorificentiùs conſtruendas inſtetit olim judicialitèr bon. mem. Jo Petrus Nunez, ut privilegio notiſſimæ Conſtitutionis Gregorianæ ſuper jure congruo editæ retraheret quamdam humiliorem, & vicinam domum à Ven Archiconfraternitate Sanctiſſimæ Annunciatæ Urbis, quæ poſtmodum agnoſcens probata fuiſſe omnia coactivi retractus neceſſaria extrema liti ceſſit, nec non conſenſit electioni Periti, qui pretium d. domus unà cum augumento ad formam Bullæ debito retulit aſcendere ad ℞ 1689. 88.

In hujus autem pretij diſſolutionem, obtulit primò Joannes Petrus aliam propriam domum, quæ cum fuiſſet rejecta, preces proindè porrexit ſan. mem. Clementi X. tunc Regnanti, ut ſaltem pretium præfatum liceret inveſtire in locis montium liberis, prævia dumtaxàt generali obligatione bonorum Archiconfraternitatis pro evictione domus vendendæ, & licèt gratia fuerit conceſſa, expeditis litteris Pontificiis *Summario Nunez num.* 1., attamen quia in illis indita erat clauſula *de conſenſu Archiconfraternitatis &c.* iſta ſuum præſtare conſenſum adhuc reluctabat ſub ſpecie diminutionis fructum, quas dilationes, & ambages, ut amputaret Emptor obtulit etiam ultro pretium ejuſdem domus penes ſe retinere ad ſexennium, perſoluto interim annuo fænore ℞ 4. pro quolibet centenario. Undè unanimi contrahentium voto non ſolùm ad id obtentum fuit beneplacitum Apoſtolicum, ut ex ſupplici libello *Summ. numer.* 1., ſed tandèm deventum eſt etiam ad ſtipulationem venditionis, in qua Partes ità convenerunt, *ut nempè in executionem dictæ Bullæ, & litterarum Apoſtolicarum (ſunt præciſa verba ſtipulationis) pretium prædictum per ſexennium debeat remanere penès d. Joannem Petrum, & pro illo ſolvere fructus compenſativos ad rationem ℞ 4. pro quolibet centenario. & elapſo dicto ſexennio d. Joannes Petrus teneatur deponere in Sac. Monte Pietatis ad creditum d. Archiconfraternitatis ad effectum inveſtiendi ad formam gratiæ obtentæ, prout in Memorialis, &c.* & latiùs *Summ. n.* 3.

Evoluto ſexennio, nec non alio plurium annorum curriculo noviſſimè demùm Proſper Nunez filius, & hæres Joannis Petri interim defuncti, ut jam diù indebitum gravioris oſuræ onus excuteret, obtinuit à ſan. mem. Innocentio XII. facultatem alienandi quædam loca Montium ſubjecta fideicommiſſo Proſperi Nunez ſenioris ad effectum deponendi pretium in Sacra Æde Pietatis, illudque ſolvendi pro ſumma debita ℞ 1689. 88. prædictæ Archiconfraternitati reportata tamen jurium ceſſione, & translatione dominii; Venditis propterea locis Montium pretio correſpondentibus ſtatim Nunez citavit Archiconfraternitatem ad recipiendum pecunias ad formam Brevis Pontificii, & Inſtrumenti, cumque in Tribunali A. C. Judex Origus mandaverit *recipi pretium, facta obligatione generali bonorum Ven. Archiconfraternitatis pro evictione, necnon etiam ceſſione dominii, & jurium domus favore fideicommiſſi qu. Proſperi ſenioris, ac in caſu recuſationis mandavit pecunias deponi in Sac. Æde Pietatis, & Inſtrumentum quietantiæ fieri ex Officio &c.* Hinc appellante eadem Archiconfraternitate commiſſa eſt mihi appellationis cognitio cum clauſula *ſine præjudicio*, proindèque ſubſcripto dubio, *an, & quomodo Archiconfraternitas teneatur recipere pecunias depoſitatas &c.* reſponſum hodiè D D. protulerunt Archiconfraternitatem *teneri recipere pecunias ad formam decreti A. C.* clarum enim nimiſque nitidum videbatur relatum venditionis pactum, ut nempè elapſo ſexennio dictus Nunez teneretur deponere in Sacro Monte Pietatis ad creditum d. Archiconfraternitatis ad effectum inveſtiendi, proindèque ſicuti nihil adeò juſtum, & æquum eſt quam pacta, & conventiones ſervare *l. in conventionibus*
ff. de verb. ſignif. l. Juris gentium §. Ait Prætor. ff. de 1
pact. l. legem C. de pact. ibique D D. &c. ità paritèr, dùm planè illud expletum fuit per ſubſecutum depoſitum utique Nunez omninò liberatus eſt à quocumque alio onere, quia omnis obligatio per depoſitum ritè factum expiravit, non ſecus, ac per ſolutionem *Text. in l. acceptam 19. ibique D D. C. de uſur.* latè *Aymon. Cravett. conſ.* 705. *à n.* 8. *&*
ſeq. ubi loquitur in terminis pacti nominatim con- 2
venti, nè ſcilicèt ſimplicitèr ſolutio fieret, ſed vice ejus depoſitum ſuccederet, & tradidit *Rota coram Gregor. dec.* 204. *n.* 1. *& coram Celſ.* 127. *n.* 2. *&* 213. *n.* 4. *& in rec. dec.* 80. *n.* 3. *& dec.* 91. *num.* 4. *par.* 13.

Quin refundi ullatenùs queat in Emptorem obligatio inveſtiendi pecunias. & exindè præſtandi inveſtimentum æquivalentis redditus, nè damnum ex retractu patiatur locus pius. Etenim inveſtimenti onus minimè adſcribi poteſt Emptori, dùm nec ex precibus iteratis Summo Pontifici expoſitis quid ſi-
mile elici potuit, minuſque inſpecta natura contra- 3
ctus, id etiam fieri valet, cum regulare ſit, ut inveſtimentum, vel imperſonalitèr conceptum Venditori
potiùs, quam Emptori cenſeatur impoſitum ex latè 4
congeſtis per *Rotam dec.* 134. *n.* 22. *par* 17. *rec.* Imò verò ſepoſita in contrarium peculiari conven-
tione Emptor ad hujuſmodi onus adigi nequaquam 5
poteſt *Surd. dec.* 156. *n.* 3. *ferè per tot. Urceol. dec. Florent.* 14. *numer.* 9. *Rota coram Gregor. dec.* 511. *numer.* 9. *ibique Adden. n.* 33. *& coram Dunozet. jun. dec.* 699. *in fin.*

Quo verò ad æquivalentis redditus præſtationem
quidquid aliàs obitèr dixerit *Card. de Luca diſc.* 6
97. *nn.* 6. *de ſervit. in ſupplem. par.* 1. haud ampliùs

atten-

attendendum videtur, dum enim ſubindè noſtrum Tribunal adſcitis omnium Dominorum ſuffragiis rem altiùs à fundamentis indagando expreſsè declaravit, ut in retractu domorum etiam loci Pii, ſeù Eccleſiæ ſufficiat fieri depoſitum pretii æſtimati cum augumento an effectum inveſtiendi, vel in ipſis locis Montium abſque neceſſitate aſſignandi aliud ſtabile æquivalentis pretij, aut fructus; Fruſtra iterùm hodiè quæſtio excitatur, quàm pleniùs diſcuſſo articulo per Juris principia, & expenſis Bullæ Gregorianæ verbis non minus ſcitè, quàm luculentèr decidit, & explanat elucubrata deciſio R. P.
7 D. mei Lancettæ edita in Romana Retractus 28. Junii 1697.

A qua profectò nunc opinione recedi nequit ex eo, quod tempore intentati retractus contraria forsàn apud aliquos invaluerit ſententia, ſiquidem haud prætermiſſo, quod caſus præfatæ deciſionis R. P. D. mei Lancettæ erat magis antiquus, utique illa dici nequit nova lex quæ futura dumtaxàt determinet, & reſpicere poſſit ad *Text. in l. leges 7. C. de leg. &*
8 *l. 2. ff. de Conſtit. Principum*, ſed eſt potiùs germana interpretatio Conſtitutionis olim conditæ, quæ fuit in noſtro Tribunali, declarata non minus juxtà verborum verum ſenſum, quam inſpecta diſpoſitionis ratione, retentiſque ad id neceſſariis Juris principiis, tunc enim non modo ſimplex Judicantium declaratio, quæ neceſſariò ſupponit in ſuo eſſe rem declaratam, ut in ſimili firmavit *Rota in Me-*
9 *levitana Expenſarum 24. Junij 1700. §. fin. coram Me*, ſed etiamſi ſupervenerit alia Conſtitutio declarans probè trahitur ad præterita *Gabr. de Reg.*
10 *Jur. concluſ. 3. num. 10. Cald. de Emphyt. lib. 3. cap. 11. num. 30. poſt med. verſ. quapropter &c. Alex. conſ. 7. num. 4. circa fin. lib. 2. Cyriac. contr. 210. ferè per tot. Rota dec. 351. n. 25. & dec. 404. n. 20. & ſeqq. par 16. rec.*

Cæterùm quoad generalem bonorum obligationem ab Archiconfraternitate emittendum pro evictione, nec non ceſſionem dominij, ac jurium favo-
11 re fideicommiſſi bon: me: Proſperi Nunez ſenioris, res omnì videbatur jure ſuffulta, tum quia ita præceperat Breve ſan. mem. Clementis X., & aliud ſan. mem. Innocentii XII. juncto etiam litterali pacto in ipſo venditionis Inſtrumento adjecto *d.*
12 *Summi. n. 1. 3. & 4.* Tum quia id exigit natura ipſius contractus juxtà *Text. in l. modeſtus ff. de ſolut. & l. in Creditore ff. de evict.* itaùt conditiones præhabitæ tanquam intrinſecæ, & connaturales, nec ipſum depoſitum ullatenùs vitiare poſſint ad tra-
13 dita per *Rotam in rec. dec. 229. cum ſeqq. par. 9. & dec. 146. n. 20. par. 10. rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. OMANNA

Romana Retractus.

Lunæ 27. Junii 1707.

SUMMARIA.

1 *Eccleſia amplianda ratione vicinus ad vendendum cogi poteſt.*
2 *Dummodo concurrat modicitas præjudicii, neceſſitas ampliationis, & vicinitas rei retrahendæ.*
3 *Amplia idem procedere favore Atrii Oratorii, Sacriſtiæ & aliarum officinarum Eccleſiæ. & n. 6.*
4 *Atrium dicitur pars Eccleſiæ.*
5 *Oratorium dicitur pars Eccleſiæ & venit appellatione Eccleſiæ.*
7 *Ampliandi Oratorii neceſſitas probata dicitur ſi doceatur de augumento confratrum.*
8 *Concurrente præſertim depoſitione teſtium planta judiciali, & oculari inſpectione.*
9 *Ocularis inſpectio ſuperat omnem probationem.*
10 *Ampliationis neceſſitas non excluditur ex probatione ſtatus antiqui.*
11 *Quando præſertim variatus fuit ſtatus rerum.*
12 *Cum tali caſu ſolus ſtatus præſemanens ſit inſpiciendus.*
13 *Ampliandi neceſſitas non eliditur ex quo Eccleſia poſſideat palatium contiguum, quando in illo adſunt officina Eccleſiæ.*
14 *Nec ex quo contigue ad Eccleſiam adſit Atrium.*
15 *Neque demum quia adſint alia Palatia contigua quando Papa prohibuit illorum retractum.*
16 *Clauſula ſublata, & decretum irritans claudunt os parti & judici.*
17 *Retractus num competat in ſubſidium adverſus domos privatas religioſorum eſt quæſtio quæ non tranſit ſine difficultate.*
18 *Eccleſia habet privilegium retrahendi à vicino ſibi magis benè viſo.*
19 *Præſertim quando majus commodum reſultat Eccleſiæ.*
20 *Præjudicium modicum dicitur retractus duarum ex tribus partibus viridarii, cum ſit pretio compenſabile.*
21 *Eccleſia non poteſt prætendere retractum domus pertinentis familiæ conſpicuæ.*
22 *Limita ſi præjudicium eſſet modicum.*
23 *Et ſi familia non ſit extraordinaria inſignis & Palatium ſatis conſpicuum.*
24 *Explicatur dec. 372. par. 1. recent.*
25 *Doctores ſunt intelligendi ſecundum auctoritates quas allegant.*
26 *Retractus poteſt exerceri ſuper unica tantum parte rei quando præjudicium eſt modicum.*
27 *Confraternitates num gaudeant privilegio retractus favore Eccleſiæ competentis & vide n. 29. & 32.*
28 *Retractus ut exerceri poſſit requiritur neceſſitas moralis.*

Deciſio XXI.

VEN. Archiconfraternitas ſub Dedicatione Sacrorum Stygmatum Seraphici Patris Sancti Franciſci in Urbe exemplaritèr præfulgens, ob excreſcentiam numeri Confratrum in illa aggregatorum in notabili anguſtia Eccleſiæ, Cæmeterii, Oratorij, aliarumque Officinarum poſita, ſtudens commodiori, & ampliori illarum ſitui conſulere, ut ità piorum operum exercitium reaſſumant Confratres illi, qui ob memoratam anguſtiam etiam in ſolemnioribus anni Feſtivitatibus ſeſe ab illo retraxerant providè decrevit novam Eccleſiam magnificentius conſtruere, nec non Oratorium, aliaque membra ampliare; Cumque optatum finem aſſequi non valuerit ob inſufficientiam proprii ſoli, recorſum habuit ad legale remedium deſumptum ex reſcripto Imperatoris Antonini relato per Vulpianum in *leg. ſi quis ſepulchrum ff. de Relig., & ſumpt. funer.*, ideoque in Jus vocavit D. Julianum Capranicam prò coactiva venditione cujuſdam ſitus ad uſum Viridarij retrò eandem Eccleſiam exiſtentis, delataque contentione ad R. P. D. meum Aldrovandum tunc in ſubſelliis A C. Jus reddentem, prodiit Sententia condemnans eumdem Julianum ad venditionem partis ejuſdem ſitus, adversùs quam delegata Mihi Appellationis Cauſa, cum in Audientia diei 10. Januarii proximè præteriti propoſuerim dubium -- *An ſit locus retractus, & prò qua rata ſitus*, reſponſum fuit, quod fieret acceſſus cum Peritis Architectis. Ego autèm ſucceſſivè peracto, cum Domini poſt omnium accuratiſſimam inſpectionem demandaſſent, quod fierent Plantæ hinc indè, illæque in actis citata Parte ponerentur, Decreto hujuſmodi obtemperavit quidem Archiconfraternitas, non

non autem Julianus: quapropter cum in iſtius contumacia Cauſam hodiè repropoſuerim, Domini reſponderunt *eſſe locum Retractui pro duabus ex tribus partibus memorati Viridarii.*

Communia etenim Doctorum, & Tribunalium Cenſura eſt, quod prò amplianda, vel conſtruenda Eccleſia, Privilegium cogendi vicinos ad rei propriæ venditionem, quod pro habendo itinere ad ſepul-
1 chrum fuit antiquitùs in vim præcitati *Tex. in l. ſi quis ſepulchrum* conceſſum, hodiè indifferentèr competit, dummodò concurrant vicinitas rei retrahendæ, neceſſitas ampliandi, vel conſtruendi, nec non
2 modicitas præjudicii retractum patientis, ut reprobato communitèr *Covarr. var. reſol. lib. 3. cap. 14.* & antiquioribus omiſſis, unanimitèr tradunt *Marant. controv. 28. part. 2. Guzman. de evict. quaſt. 52. num. 36. & ſeqq. Pegaſ. in comment. ad ordinationes Regni Portugall. tom. 2. ad regim. Senat. Palat. §. 39. gloſſ. 95. cap. 3. ſub nu. 4. pag. 199. Donad. de renunc. lib. 2. cap. 15. Adden. ad Rovit. deciſ. 92. num. 24. verſic. ad eundem, Theſaur. quaſt foren. lib. 1. quaſt 64. num. 6., Caren. reſol. 2. num. 1. & ſeqq. modern. Aſculan. ad Statut. Urb. annot. 24. num. 520. & ſeqq. Giurb deciſ. 86. num. 2. & ſeqq Gizzarell. deciſ. 37. per tot. Sperell. deciſ 58. num. 13, part. 1. Franch. deciſ. 223. num. 5. Grammat. deciſ. 75. per tot. Rot. in Recent. part. 1. deciſ. 372. num. 1. & deciſ. 676. paritèr num. 1. & ſeqq. part. 9. deciſ. 474. num. 10. & part 12. deciſ. 413. num. 41. & coram Manzaned dec. 428. num. 2.*

Quinimò illud etiàm extenditur ad ampliationem, ſeù conſtructionem Atrii, Oratorii, Sacriſtiæ, aliarumque Officinarum, quæ ſint annexæ, ſeù aliàs
3 prò Eccleſia neceſſariæ, ut de ampliatione, & conſtructione Atrii *Andreol. controv. 290. numer. 5., Navar. collect. 3. pragm. 2. de Monial. num. 315. fol. 349. Caren. dicta reſol. 2. num. 9., Adden. ad Rovit. d. deciſ. 92. nu. 24. verſic. ampliatur 7. Capon. controv. forens. 1. numer. 27. Cardin. de Luca de ſervit. diſc. 83. num. 3. R. P. D. Corradinus* dignisſimi Sanctiſſimi D. N. Auditor *de Iur. pralat. quaſt. 48. num 104. Gizzarell. d ciſ. 37. num. 8.; & ſeq. ibique Mel. nu. 15. Amendul. ad Franch. decis. 223. numer. 3. Tapin decis. 7. numer. 5. &*
4 *ſeqq.* ubi quod Atrium dicitur pars Eccleſiæ, *Sanſel. deciſ. 307. num 9. verſic. & an vicinus, Rot. in Recent. part. 1. decis. 213. num. 7. & part. 12. decis. 413. num. 41.* de Oratorio tradunt, *Felin. in cap. praſenti num. 2. de Iudic. Thor. in compend. deciſ. verb. Eccleſia, & verb. vicinus, Adden. ad Rovit. dicta dec. 92. num. 24. verſic. ampliatur tertio, R. P. D. Corradin. d. quaſt. 48. ſub num. 105. Modern. Aſculan. ad Statut. Urb. d. annot. 24. num. 537. Mel. in addit. ad Gizzarell. decis. 73. num. 11. Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſc. part. 1. decis. 147. per tot. Maſtrill. decis. 280. num. 7. verſic. & extendit,* ubi quod Ap-
5 pellatione Eccleſiæ venit Oratorium, proindeque tamquam illius pars ejuſdem frui debet Privilegiis, *Rot. coram Ubald. decis. 352. num. 16. & in Recent.*
6 *part. 12. d. deciſ. 413. ſub num. 41.* de Sacriſtia *Card. de Luca de ſervit. d. diſc. 83. nu. 2.* & de aliis officinis, ſine quibus non poteſt Deo commodè ſervitium præſtari *Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. diſput. 5. quaſt. 2. ſub nu. 1. Adden. ad Rovit. d. deciſ. 92. num. 24. verſic. ampliatur ſecundò, Cardin. de Luca de ſervit. d. diſc. 83. num. 2. Modernus Aſculan. ad Stat. Urb. d. annot. 24. nu. 529. Tap. d. dec. 7. n. 8. Rot. cor. Cerro dec. 746. n. 2. & ſeqq.*

Porrò eorumdem trium requiſitorum concurſus Dominis in themate viſus eſt pluſquam juſtificari. Contiguitas enim Viridarii, de quo agitur non poterat in controverſiam revocari. Neceſſitas autèm ampliandi Eccleſiam, Oratorium, Sacriſtiam, aliaſque Officinas patentiſſima apparuit, quoniam ob

Deciſ. Noviſſ. ad Corrad. de Iure Pralat.

excreſcentiam Confratrum illæ omnes talitèr ad 7
anguſtiam redactæ ſunt, ut impoſſibile ſit, quod cuncti ad Confraternitatem confluentes valeant exempli, & pietatis opera juxtà laudabile inſtitutum exercere; quo fit, ut cum prò commoda illarum omnium ampliatione opere pretium ſi non minùs,
quàm duas ex tribus partibus dicti Viridarij in no- 8
vam Fabricam incorporare, ut pandunt Planta per Archiconfraternitatem exhibita, depoſitio Teſtium, nec non ocularis inſpectio Dominorum in acceſſu habito; conſtare per conſequens dicitur de præciſa ampliandi neceſſitate per probationem omnium meliorem, qualis dicitur illa ex eadem oculari in-
ſpectione proſiliens, ut per *Text. in leg. fin. ff. de in* 9
lit. iurand., tradunt *Iaſ. ibidem num. 3. Card de Luca de Iudic. diſc. 24. num. 8. Rota coram Manzaned. deciſ. 391. num. 12. Recen. part. 9. decis. 80. num. 8. & ſeqq. & in Pampilonen. Praeminentiarum 3. Februarii 1700. §. Præmiſſo enim coram Reverendiſſimo Conchen.*

Neceſſitas autem hujuſmodi nullatenùs excludi poſſe videbatur, ex quo Archiconfraternitas jam à centum, & ultrà annis erecta; ac numeroſa Confratrum affluens copia, functiones ſuas ſemper in
eodem ſitu peregerit, abſque eo quod unquàm cum 10
Juliani incommodo retractus ex præſuppoſita ſitus anguſtia attentare præſumpſerit. Quandoquidem etſi anteactis temporibus pia hæc Archiconfraternitas Adſcriptorum numero aliis ſemper præfulſerit, noſtra tamen ætate Elenchus Confratrum, & Sororum exemplaritèr, & devote ad illam confluentium ſupra omnia tempora fuſè in immen-
ſum excrevit, ut proſequitur dicta Teſtium de- 11
poſitio, & res de cætero ſatis ſuperque nota eſt. Unde hac nova Cauſa ſuperventa prò competentia retractus curandum ampliùs non eſt de
eo, quod olim ſequutum fuit, ſed neceſſitàs hodie 12
perurgens unicè inſpicienda venit, ut de nova, Cauſa ob excreſcentiam Religioſorum in Monaſterio monent *Scot. cons. 3. num. 39. lib. 2. tom. 2. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 76. ſub numer 8. Guzman. de evict. quaſt. 52. ſub numer. 51. Giurb. decis. 86. numer. 8.*

Minuſque retrahendi neceſſitàs excludi poteſt, eò quod Archiconfraternitas contiguum propriæ Eccleſiæ poſſideat prænobile Palatium, & antè eamdem Eccleſiam ſiſtat Atrium ſatis amplum, cum quibus abſque vicini incommodo poteſt Eccleſiam; pro-
priaſque officinas commodè ampliare. Jàm ete- 13
nim in eodem acceſſu recognitum eſt, & conſtat ex Planta in actis exhibita, quod Palatium ſolo æquatur, in ejuſque ſitu pars Eccleſiæ; ejuſque officinæ conſtruuntur. Atrium verò, præterquàmquod & pars illius incorporatur Eccleſiæ, ut patet ex eadem Planta, occupari non debet prò amplianda Eccleſia; quoniam ſi ex præmiſſis prò illius conſtructione, ſeù ampliatione vicinus ad propriæ do-
mus venditionem cogi poteſt, nequit ipſe per con- 14
ſequens prò ſe eximendo à retractu prò Eccleſiæ ampliatione intentato excipere, quod in illius ſitu eadem Eccleſia ampliari debeat; ut patet ad ſenſum.

Prout neque eadem neceſſitàs excluſa remanet, ex quo Archiconfraternitas valeat Ius retrahendi exercere, vel ſuper Domo, illorum de Amadeis, vel
ſuper altera Patrum Sanctæ Prudentianæ pari con- 15
tiguitate adjacentibus, quo etenim ad primum obſtat Confratribus Breve ſan. mem. Urbani VIII. in quo nedùm extincta fuit lis aliàs per ipſos eodem retractu intentata, ſed rursùs iis perpetuum ſilentium impoſitum fuit, nè amplius poſſent Amadeos ſuper eodem Jure moleſtare, & quidem cum clauſula ſublata, & Decreto irritanti operantibus

occluſionem oris nedùm Parti, ſed etiam cuilibet Iudici quidquàm aliud in contrarium decernendi ex
16 deductas per *Felin. in cap. nonnulli ſub numer.* 12. *verſic. ſeptima concluſio de reſcript. Gratian. diſcept.* 791. *numer.* 12. *Rot. coram Burat. deciſ.* 332. *num.* 8. *in Recent. part.* 19. *deciſ.* 681. *numer.* 20. *& in Neapolitana Proceſſionis* 22. *currentis Menſis* §. *Minùs relevant coram me.* Reſpectu verò alteriùs Domus PP. Sanctæ Pudentianæ ultra quamquod non levis eſſe poſſet quæſtio, An rettactus dirigi valeat contrà Domos privatas Religioſorum in ſubſidium tantummodò, poſtquam nempè compertum fuerit, emptionem Domorum Sæcularium priùs intentandam effectum ſuum habere non poſſe, ex his, quæ
17 notata leguntur in *deciſion.* 676. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* nunquam poteſt Iulianus ſub prætexto illius exiſtentiæ à coacta venditione ſe eximere: Tùm quia Eccleſia habens plures vicinos ſemper valet retractum petere à Perſona ſibi magis beneviſa, nè aliàs unuſquiſque ex vicinis reſpondendo Eccleſiæ
18 quod ſe convertat ad alium vicinum, reddere poſſit privilegium eluſorium, ut monent *Hermoſill. ad Lopez. lib.* 3. *gloſſ.* 1. *numer.* 48. *modern. Aſculan. ad Statut. Urb. annotat.* 24. *numer.* 558. *Cortiad. deciſ.* 246. *numer.* 48. *Rot. in recen. par.* 1. *deciſ.* 372. *numer.* 7. Tùm etiam quis, ut ſemetrica proportio Eccleſiæ ſervetur illius ampliatio
19 non ſecus fieri poteſt, quàm in controverſo Viridario: Certum autem eſt quod inter plures adjacentes, ille ad vendendum adſtringi debet, ex cujus coactione opportunior ampliatio fieri poteſt, ut tradit *R. P. D. Corradin. de Iur. Prælat. quæſt.* 48. *num.* 101.

Modicum itidem in hujuſmodi coacta venditione concurrit Iuliani præjudicium; nam ea reſtringitur ad duas ex tribus partibus memorati Viridarii, cujus alienatio tanti detrimenti non eſt, quod non
20 ſit pretio compenſabile, ut in terminis Viridarii *R. P. D. Corradin. de Iur. Prælat. dicta quæſt.* 48. *numero* 106. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 1689. *numer.* 2. *& coram Ubaldo deciſ.* 352. *numer.* 15. *& ſeqq.* Nec præjudicium dici poteſt magnum, ex quo viridarium inſerviat pro oblectamento Palatii Nobilis Familiæ illorum de Magdalenis olim ab illis de eadem familia, & nunc ab Uxore ejuſdem D. Iuliani ultima fœmina agnata ejuſdem familiæ inhabitari; ideoquè ne dicti Nobiles conjuges antiquum Palatium oblectamento hujuſmodi orbatum deſerere cogantur, petitus retractus veniat denegandus, prout ex nobilitatis circumſtantia
21 fuiſſe olim per hoc Sacrum Tribunal Eccleſiæ denegatum patet *ex deciſ.* 372. *par.* 1. *recen.* quam ſubindè communiter ſequuti ſunt *Novar. de Privileg. miſerab. perſon. privil.* 64. *numero* 2. *Capon. controv.* 1. *ſub numer.* 41. *Hermoſill. ad Lopez. ad leg. partit. gloſſ.* 1. *leg.* 3. *tit.* 5. *par.* 5. *ſub numer.* 51. *Merend. controv. Iur. lib.* 1. *cap.* 30. *numer.* 19. *Altimar. ad Rovit. deciſ.* 92. *ſub numer.* 24. *verſ. limitatur tertio, Tap. deciſ.* 6. *numero* 20. *verſ. an domus, Modern. Aſculan. ad Statut. Urb. annotat.* 24. *numer.* 568. *R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. rubr.* 21. *lib.* 5. *numer.* 25. objectum namque tam in facto, quàm in Iure ſubvertebatur. In facto equidèm; nam cum retractus non cadat ſuper integro viridario ſed ſuper duabus tantummodò ex tribus illius partibus, oble-
22 ctamentum utique non deficit in reliqua parte, ſufficiente etiam ad ſalubritatem aëris dicto Palatio ſubminiſtrandam.

In Iure vero, quia non omnia Palatia ex titulo nobilitatis antiquarum familiarum ab hujuſmodi coactivo Iure exempta eſſe debent; ſed ea demùm, in quibus concurrit inſignis, & extraordinaria non modo qualitas ædificii, ſed etiam nobilitas Familiæ ut advertit *R. P. D. Corradinus de Iur. Prælat. dicta quæſt.* 48. *ſub numer.* 108. Et de facto 23
in dicta deciſ. 372. *par.* 1. *recen.* Eatenùs Sacra Rota retractum denegavit, quatenùs agebatur de inſigni Palatio poſſeſſo à Familia de Comitibus, quæ tùm antiquitate, tùm Virorum inſignitate, quos habuit inter Nobiliores Italiæ adſeriòi poteſt: undè propterea in eo caſu, ob magnum præjudicium, quod eidem familiæ emergebat ex devaſtatione Palatii honorem, & nobilitatem ſervantis, præſertim ob antiquam, & inſignem Turrim Militiarum in ea exiſtentem, æqui bonique ratio expoſcebat, quod coactæ venditioni locus non eſſet, ut videre eſt in eadem *dec. ſub. numer.* 4. Cùm de cætero eadem Rota proteſtata fuerit non quamlibet nobilitatem familiæ evitare poſſe diſpoſitionem *dicta leg. ſi quis ſepulchrum*, ſed extraordinariam tantummodò, & quidem ædificii inſignitati unitam, ut proſequitur *ſub numer.* 6. & ex profeſſo declaravit *coram Manzaned. deciſ.* 418. *numer.* 9. *& ſeq.* ſi ergò authoritas Tribunalis 24
noſtri in eadem *deciſ.* 372. *par.* 1. *recent.* trahenda haud eſt ad quamlibet ordinariam nobilitatem, & ad quodcumque minùs inſigne ædificium, jam patet illam nullatenùs huic themati applicari poſſe, quia & ſi familia illorum de Magdalenis ſatis nota nobilitate præfulſerit, illiuſque Palatium æquè nobile conſpiciatur, cæteris tamen extraordinaria inſignitate minimè præcellunt, & conſequenter neque applicabiles ſunt *cæteræ* authoritates ad eandem deciſionem ſeſe unicè referentes; nam illæ pariformiter in caſu extraordinariæ nobilitatis, & non alias intelligendæ ſunt, *Rot. coram Cerro de-* 25
ciſ. 602. *num.* 2. *& in Sagonen. Plebaniæ* 10. *Decembris proximè præteriti* §. *contrarium autem coram me*, & alibi paſſim.

Et hinc non eſt cur præjudicii magnitudo deſumi valeat, ex quo retractus expoſtuletur ad partem tantummodò viridarii, non autem ad totum Palatium; ultra quod enim ad controverſiam in hac parte amputandam, confratres jam ſolemniſſimè obtulerunt totum, & integrum Palatium pro juſto pretio retrahere, difficultas quælibet ceſſat quia magnificatum præjudicium, quod forſan conſiderabile evaderet, ſi retrahendi Ius ad ipſius Palatii partem dirigeretur; nullatenùs verificari poteſt in coacta venditione partis viridarii eidem Palatio cohærentis. Ratione enim modici præjudicii vicino in hoc caſu reſultantis retractus intentari valet ſuper aliqua viridarii parte quin retrahens ad totius emptionem cogi poſſit ut cæteris adductis tenent 26
Guzman. de evict. quæſt. 52. *numero* 62. *R. P. D. Corradin. de Iur. prælat. quæſt.* 48. *numer.* 106. & firmat *Rot. coram Ubald. deciſ.* 352. *numer.* 15. *& ſeqq.*

Prout nec remanet; quod Iuliani defenſores recurrere poſſent ad exceptionem, quod Privilegium *dicta leg. ſi quis ſepulchrum* extendi nequeat ad Eccleſias Confraternitatum, ex quo illæ privatam potiùs commoditatem Confratrum, quàm præciſam neceſſitatem pro adminiſtratione Sacramentorum concernere videantur. Omiſſis enim cæteris reſponſionibus, quæ in aſſumpti everſionem adduci poſſent ex his, quæ latè diſſerit *R. P. D. Corradin. dicta quæſt.* 48. *numer.* 96. *& duobus* 27
ſeqq. & numer. 105. ea pluſquàm ſufficiens viſa eſt, quod in Eccleſia Sacrorum Stygmatum Divina quotidiè celebrantur, Officia, Sacramenta non ſolùm Confratribus; ſed etiam Extraneis devotè ad illam confluentibus miniſtrantur, Cadavera mirabili pietate ſepeliuntur, & alia demùm ſatis nota charitatis, & exemplaritatis opera exercentur, quæ nonniſi principalioribus Eccleſiis convenire ſolent. Hoc enim ſtante, cum plenè conſtet de

Digitized by Google

de illa neceſſitate morali, quæ pro exercendo Jure retractus exuberat, juxtà cumulata per *Menoch. conſ. 1106. num. 25. Cyriac. controv. 831. num. 1. Card.*
28 *de Luca de ſervit. diſc. 83. numer. 6. Capon. diſcept. 371. num. 34. & ſeqq. tom. 5. Ciarlin. controv. forenſ. cap. 182. ſub numer. 18. vers. ubi docet Merend. controv. forenſ. cap. 13. num. 30. Caren. reſol. 2. art. 1. ſub num. 6. R. P. D. Corradin. de prælat. dicta quæſt. 48. num. 95. Rot. in recen. par. 2. decis. 213. ſub num. 5. vers. nec minus obſtat,* utique Eccleſia
29 prædicta ad hunc effectum diſtingui haud debet ab aliis locis Piis privilegio hujuſmodi gaudentibus. Contrarium enim aſſumptum tunc demùm poſſet fortaſsè procedere quotiès ageretur de privata Cappella alicujus Confraternitatis, in qua nulla pietatis officia exerceantur, non autem in cæteris publicam habentibus Eccleſiam, in qua Sacramenta retinentur, Cultuſque Divinus cum magno Animarum lucro promovetur, juxtà diſtinctionem, de qua in *decis. 318. num. 13. vers. licèt enim inter recollectas per Palm. Nep. tom. 4.*

Et ità utraque Parte in præterita propoſitione audita, nunc autem Juliano dilationem expoſcente reſolutum fuit.

R. P. D. MOLINES

Arimınen. Castrorum.

Veneris 3. Junii 1701.

SUMMARIA.

1 *Fideicommiſſario competit prælatio in venditione bonorum fideicommiſſariorum.*
2 *Rota auctoritas facit communem opinionem.*
3 *Fideicommiſſaria bona quatenus primus vocatus retrahere nolit admittitur ſecundus.*
4 *Fideicommiſſarius non reportata reſtitutione in integrum adverſus contrariam ſententiam in judicatum tranſactam nequit prælationem expoſtulare.*
5 *Prælatio in materia feudali non competit favore ulterioris agnati, quando primus eam vel non expoſcit vel non vult expoſtulare.*
6 *Contrarium tamen ſatiſſimè firmatur numero 6. ad 10.*
9 *Confutantur Doctores oppoſitam ſententiam tenentes.*
10 *Conſulentium auctoritas non attenditur quando contra eos fuit judicatum.*
11 *Prælatio competens favore vocatorum ad fideicommiſſum fundatur in diſpoſitione juris æquitate, & veriſimili mente teſtatoris.*
12 *Ideoque regulanda eſt ſecundum terminos auctoritatem percutientium caſum retractus competentis favore conſanguineorum.*
13 *Conſanguineus proximior uti nolit vel non poſſit retrahere admittitur ulterior in gradû.*
14 *Jus prælationis ſive retractus tamquam odioſum ſemper eſt reſtringendum.*
15 *Bulla Baronum tollit ſolum hypothecat favore creditorum ſed nil determinat contra fideicommiſſarios petentes prælationem & n. 21.*
16 *Ratio eadem uti militat eadem militare debet juris diſpoſitio.*
17 *Jus prælationis an ſit odioſum eſt propoſitio quæ non caret difficultate.*
18 *Prælatio in materia feudali competit favore agnati remotioris, quando proximior intrà tempus conceſſum ad retrahendum vita functus fuit.*
19 *Remotior in feudo mortuo proximiore, & alienante ſine ulla pretii exburſatione feudum à venditore recuperat.*
20 *Fideicommiſſarius qui re integra comparet ante perfectam deliberationem petendo prælationem, ſi rejiceretur actum eſſet de ſpe recuperandi amplius rem avitam.*
22 *Fideicommiſſarius ſi bona habere non poteſt titulo lucrativo æquum eſt, quod ſaltem habeat oneroſo ſolutionis pretii.*
23 *Commercii publici libertas non eſt deſtruenda.*
24 *Fideicommiſſarius ex hoc quòd re integra petat prælationem, non impedit commercium, ſeu impoſſibilitat ſemitam vendendi bona per Congregationem Baronum & num. 28.*
25 *Oſtenditur hæc veritas exemplis venditionis feudi Brachiani, & Civitatis Albani.*
26 *Et altero exemplo conſuetudinis vigentis in regno utriuſque Siciliæ, in quo conſanguinei præferuntur in catû retractû debiti jure vicinitatis.*
28 *Decretum deliberari non importat deliberationem perfectam ſed perficiendam.*
29 *Fideicommiſſarius ut dicatur petere prælationem re integra ſatis eſt quod eam petat tempore decreta deliberationis.*
30 *Creditores & cognati præferendi ſunt in venditione bonorum.*
31 *Solutio debet ab allegante concludenter probari.*
32 *Deciſio Rotæ non revocata eſt ſupponenda.*
33 *Solutionis conjecturam importat taciturnitas creditoris, ſed de per ſe non ſufficit.*
34 *Et fortius quando etiam ſi creditor egiſſet diligentia fuiſſent de vento.*
35 *Creditor dum petit prælationem, non eſt neceſſe quòd exhibeat credita, & vigore illorum petat præferri.*
36 *Sed ſufficit quod propria iura deducat ſub verborum generalitate.*
37 *Creditor petendo prælationem pro omnibus cauſis & titulis ſibi magis benè viſis, & utilibus præſervat ſibi omne ius, adeòut iudex poſſit pronunciare etiam ſuper non deductis & petitis ſed in proceſſû probatis.*
38 *Clauſula deducens (implorans) importat intentationem cuiuſcunque remedii.*
39 *Præſertim addita cum altera omni meliori modo.*
40 *Renunciationem iuris prælationis non importat petitio pretii rei venditæ, quando inſimul creditor expoſcit prælationem, cum ſimul hæc duo ſtare poſſint.*
41 *Præſertim ſi pretium expoſtuletur, cum clauſulis præſervativis iuris prælationis, & non alias aliter nec alio modo.*

Decisio XXII.

RÉſolutionem captam die 21. Junii anni elapſi Domino Marchione Mutio Spada tantùm Informante, hodie audito etiam D. Don. Livio Odeſcalco Duce Bracchiani, Domini confirmandam eſſe cenſuerunt, iterùm authumantes injuſtè clar. me. Hieronymum Cardinalem Caſanattam Judicem deputatum cum facultatibus Congregationis Baronum decreviſſe faciendam eſſe deliberationem Caſtrorum Montis Iam, & Roncofrigidi favore ejuſdem D. Ducis excluſo bo. me. R. P. D. Leonido Spada ſer. ſer. prælationem petente.

Hac ſecunda quippè vice ad examen revocati duo Titulis, quibus debita erat denegata Prælatio, juridici ſtabileſque apparuerunt: Firmus inquam viſus fuit primus titulus fideicommiſſi, dum ejus exiſtentia favore DD. de Spadis non revocabatur in dubium, quodque illius vigore præfato R. P. D. Leonido alteri ex fideicommiſſariis competeret ius 1
Prælationis in venditione dd. Caſtrorum ad excluſionem extranei licitatoris, hodiè exuberat allegare ſolemnem rem judicatam noſtri Auditorii ortam poſt ſeptem doctiſſimas, & magiſtrales Deciſiones impreſſas poſt modernum tractatum de Prælationibus

nibus D. Corradini infamigerata Romana Caſtri Porciliani Baronum de Gavottis, & del Nero recentiſſime 18. Aprilis proximè præteriti canonizatam coram me. Cum enim Caſus illius controverſiæ ſit ſimillimus huic, de quo in præſens diſputatur, ſufficit ipſius Deciſiones revolvere abſque ulteriori hujus articuli diſcuſſione, cum ſenſus Sacræ Rotæ pro-
1 pter ejus Auctoritatem communem faciat opinionam, prævaleatque cuicumque alteri communi contrariæ per ea, quæ tradunt *Rub. ſingular. par. 2. tit. de ſtil. & obſerv. Rota Romana ingenere §. 4. fol. mihi 15. Gratian. diſcept. 104. num. 50. & diſcept. 276. à n. 21. ad 26. Cevall. comm. opin. contra Commun. in proœm. a n. 25. ad 29. Barboſ. lib. 3. vot. 125. n. 37.*

2 Et ſanè defenſores D. Ducis prævidentes infructuoſum eſſe in hac controverſia recantatos, ſemperque rejectos regerere diſcurſus totum eorum conatum poſuerunt in oſtendendo hypotheſim recitatæ Romanæ Caſtri Porciliani diſcrepare à Caſu hodiernæ Diſceptationes ex duabus potiſſimè circumſtantiis diverſam reſolutionem promerentibus. Primò ſcilicet quia in illo Caſu Baro Aloyſius del Nero petens Prælationem erat proximior vocatus ad fideicommiſſum poſt mortem Baronis Caroli Venturæ; cujus bona deliberabantur; Et in caſu noſtro antè Dominos de Spadis in fideicommiſſo nobilis familiæ de Malateſta poſt obitum Marchionis Felicis, & Leonidi, qui paſſi fuerunt deliberationem, erant invitati DD. de Aldrovandis, & Ferretis. Et ſecundo ex quo præfatus Baro Aloyſius petiit, obtinuitque prælationem, re integra ante ſecutam deliberationem, ubi è converſo R. P. D. Leonidus Spada illam poſtulavit poſt illius effectuationem, & conſumationem.

Hujuſmodi tamen defenſio carere viſa eſt facti aſſiſtentia, & Iuris præſidio; Nam quo attinet ad primam circumſtantiam ponderatum extitit, nullatenùs probatum fuiſſe, quod Baro Aloyſius del Nero eſſet primò ſucceſſurus ad Caſtrum Porciliani poſt mortem Baronis Caroli Venturæ deliberationem paſſi, quinimmò oppoſitum reſultabat ex lectura Deciſionum Cauſæ ſupponentium alios ante ipſum vocatos eſſe ad illius ſucceſſionem, ut depræhenditur ex Deciſione tertia poſt d. *Tract. de Prælatione.* Nec quatenus in hac parte caſus de quo eſt ſermo diverſificaretur ab illo Baronum del Nero idcircò attenta Juris Cenſura diverſa emergere debet reſolutio, ſemper ſubſiſtente reſponſione Deciſionis, quæ confirmatur ſub §. *Quoniam*, quod ſcilicet cum DD.
3 de Aldrovandis vocati ante illos de Spadis non comparuiſſent debito tempore ad petendam prælationem, minuſque ſervaverint cuncta ad eumdem effectum ſervanda, nulla de illis habenda eſt ratio.

Parum turbante, quod in hodierna audientia particulari Informatione, præmiſſis non obſtantibus inſtitiſſent Aldrovandi declarari prælationem ad ipſos ſpectare nam ultra quod oretenus nobis inſinuatum fuit illos comparuiſſe ad commodum DD. de Spadis cum quibus jam inierant Tranſactionem, hujuſque rei non obſcurum præbuit indicium, ipſa exhibitarum Informationum languiditas; Adhuc hujuſmodi inſtantia incongruè hodiè remanebat, quia cum decretum clar. mem. Cardinalis Caſanatæ tranſiverit in Iudicatum explorati Juris eſt, ipſos repellendos eſſe à limine hujus Judicii, donec, & quouſque, vel in integrum reſtitui, vel ad Cauſam admitti impetraverint, ſine quibus præliminaribus lites jam ſopitas inſtaurare non licet ad *Text. in l. C. de*
4 *re Iudic, cum aliis relatis per Rot. deciſ. 31. numer. 8. deciſ. 140. numer. 8. & deciſ. 141. numer. 54. & 55. par. 16. deciſ. 613. numer. 12. par. 18. & in Hiſpalen. Viſitationis 30. Aprilis 1700. §. Præbuit motivum coram me, & in Melevitana Dotis 18. Iunii ejuſdem anni §. final. coram R. P. D. meo Muto.*

Nec placuit aſſumptum ſcribentium pro D. Duce Bracchiani, quod ſola, & ſimplex exiſtentia ipſorum de Aldrovandis vocatorum ante illos de Spadis in fideicommiſſo Malateſta exuberare debeat ad eos à controverſa Prælatione repellendos, quamtumvis ipſimet de Aldrovandis, vel nollent, aut non poſſent ad illam admitti, exemplo ejus, quod in materia feudali traditum eſt quod ſcilicet ius prælationis competat ſolum proximiori Agnato adeò ut ſi ipſe vel illam non expoſceret, vel eidem quoquo 5
modo renunciaret, non per hoc Ius hujuſmodi ad remotiores Agnatos devolvatur, ut ex *Cap. 1. §. Porrò qualiter olim poterant, feuda alienare, & in Cap. 1. §. Titius filiis, & ſi de feud. Defuncti controverſia ſit inter Dominum, & Agnatum tenent Cuiac. de feud. tit. 4. lib. 2. ad Cap. 1. §. Sed etiam res ſi de feud, Defunct. controv. ſit inter Domin. & Agnat. Armand. Piſtorin. quæſt. Iur. lib. 2. quæſt. 12. numer. 66. Vulter. de feud. lib. 1. cap. 11. numer. 101. & ibi Senen. Ulric. Piſtorien. citati Armandi filius in Addit. ad Galupp. eod. tract. par. 2. cap. 2. num. 25. Roſ. conſult. 27. numer. 21. & uberrime de Marin. quotid. reſolut. lib. 2. cap. 116. num. 32. & ſeqq.*

Quoniam in hac veteri admodumque vexata quæſtione verior, & à communi DD. Scola receptior eſt ſententia, ut in hac materia prælationis feudorum locum obtineat ſucceſſorium edictum, de quo in 6
l. 1. §. quibus ex edict. ff. de ſucceſſor. edict. cujus vigore proximiore excluſo, vel quia non petit, vel quia repudiat alii in pari gradu, vel etiam remotiores admitti ſolent: Nullus namque ex Textibus feudalibus in objecto allegatis repugnat diſpoſitioni hujus edicti, quia licèt in illis ſtatuatur, jus retractus competere Agnato proximiori, indè tamen non excluditur remotior, cum iſte dicatur etiam proximior, quando illum in gradu antecedens, vel non vult, aut non poteſt retrahere, ut ex *Text. in l. proximus ff. unde cognati explicat in ſpecie Fachin. contr. 17. §. Deindè lib. 7.*

Quinimo non deficit Textus litteris expreſſis admittens ad Beneficium prælationis remotiorem in Caſu, quò proximior, vel non poſſit, vel negligat retrahere nempè in *Cap. 1. §. Sed, & res*, per quos fiat Inveſtitura, ubi hiſce præciſis verbis ſancitur — *Si quis ex Agnatis ſuis rem, quæ à communi, per* 7
ſucceſſionem ad eam pervenerit, alienare voluerit, non permittitur ei etiam ſecundum antiquam conſuetudinem alii eam vendere, niſi ſibi, vel alio proximiori, pro æquali pretio accipere volenti — quæ verba — *niſi ſibi vel alio proximiori* communiter explicant Doctores alio modo intelligi non poſſe, niſi ut quando Agnatus proximior in gradu non velit redimere tunc ad hujuſmodi Ius alius remotior admittatur, & ità ex hoc Textu in ipſius Commentario tenuit uti Antesignanus *Afflict. in d. §. Sed. & res num. 2.* & idem repetit in *Cap. 1. §. Porrò qualiter olim feud. alien. poſſ. num. 81.* quem ſequitur re fortiter diſcuſſa *Roſental. de feud. cap.* 8
9. memb. 2. concluſ. 82. per tot. & ſignanter à n. 3. uſque ad fin. Iacob. Ardizzonis in tit. quib. mod. feud. amitt. ſub. rubr. 108. verſ. Si verò quidem Agnatus Koppen. de feud. quæſt. 54. numer. 18. Marin. de qualit. feud. tit. 2. de feud. ex pact. & provid. par. 1. numer. 49. & 68. Nevizzan. conſ. 10. numer. 17. Rebuff. conſ. 89. num. 4. cent. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 11. Gloſſ. 4. per. tot. Gallerat. de renunciat. cent. 1. renunciat. 41. num. 20. Reg. Rovit. in rubr. de feud. n. 39. idem in elaboratiſſimo conſilio impreſſ. poſt *Deciſ. 11. Reg. à Ponte n. 92. Fachin. contr. Iur. lib. 7. cap. 17. per tot. & latè etiam Capyc. latr. dec. 57. à n. 27. cum ſeqq.*

Non

Non offi:ientibus contrarium teneutibus. Quo-
niam Cujacus explicatut , *& Piſtorius* ntiliter con-
futatur à *Roſentul*, & non minus nervosè à *Fachi-
neo, Filius Piſtoris, & Gilippus* tefelluntur in *d.
magiſtrali Decis. 57. Capyciis latro, de marinis* tandem
licet pleniuci calamo icripferit tanquam Advocatue
9 contrà Agnatos remotiores impugnendo *Affl:ctum, Ro-
ſental. & Fuchineum* ſequendo utrumque Piſtorium,
propoſita tamen Cauſa in Sac. conſilio Neapolita-
no tanquàm verior & in Regno receptior amplexa
fuit opinio *Affl:ctis* Anteſignani remotiorum Agna-
torum Defen'or.s, ut patet ex firmatis in *d. decis.
Capyc. latro*, quæ produit in eadem Cauſa & præ-
cipuè *numer.* 17. *cum ſeqq.* Et qoamvia inhibi pro-
nunciatum fuiſſet pro denegarione prælarionie mo-
tivum tamen ſententiæ ſubnixum tantummodò fuit
in eo quod mulier illa quæ petebat prælationem
catebat pecuniæ, & retrahere ſatagebat non ad com-
modum proprium ſed tertii, quòd jura tetractus non
admittunt ut teſtatur idem *Capic. in d. decis. nu-
mer.* 57. Quamobrem paivipendenda eſt auctoritas
10 d. Conſuleutis ad Cauſæ opportunitatem ſcribentis,
ſed adbærendum eſt ſententiæ in eadem Cauſa ema-
natæ , ut monent *Franch. dec.* 160. *numer.* 5. *&* 6.
Card. de Luc. de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 16. *numer.*
15. *& diſc.* 25. *numer.* 13. *de alienatione.*

Ex quibus patet leges feudalea non edverſari
prælationi, quæ debebatur R. P. D. Leonido Spadæ
quamvie ante ipſum vocati eſſent ad fideicommiſ-
ſum DD. de Aldrovandis. Cæterum in Caſu præſenti
ceſſat omnis amaritudo, quia non agitur de præ-
latione debite Agnationis Iure in neceſſaria, vel vo-
luntarie feudorum alienatione, ſed de prælatione
eompetente vigore vocationis ad fideicommiſſum ſu-
per re in vim faculterie Bullæ Baronum diſtiecta ;
Iſtudque Iue ſpecialis prælationis non fundatur in
legibus feudalibus privilegium hoc Agnatis tantum
communicentibus, ſed in multiplici Iuris communie
11 diſpoſitione, in ſumma æquitatie, & boneſtatis ra-
tione, ne bone majorum diſtrabentur in alienae
familias ec demùm in veriſimili voluntate ipſo-
rum fideicommittentium, ut late comptobant De-
ciſiones in *Romana Caſtri Porciliani*, & ſignanter
illa, quæ emanavit ſub die e. *Decembris* 1699. *coram
R. P. D. meo Lancetta*: Adeò ut buic prælationis
Iuri potius accommodentur ſimiles, & penè identi-
fici termini Iuris tetractus favore Conſanguineorum
in vim Conſuetudinum, & Conſtitutionum parti-
12 cularium, quæ in pluribus Orbis Partibus vigent
quarum vigore abſque ullo dubitandi principio Ius
tetractus omnibus Conſanguineis conceſſum eſt in
tantum ut ſi proximior, vel ex defectu voluntatie,
aut poteſtatis illo uti noluiſſet, ſuccedit alter Con-
ſanguineus vel in pari, aut ſequenti gradu conſtitu-
13 tus juxtà communem Doctorum opinionem, de qua
teſtantur *Alberic. de Roſat. in l. fin. in princip. C.
de furt.* ubi etiam Caſtrenſis *Marcus Mant. in l.
Dudum numer.* 20. *& ſeqq. C. de contrahen. empt.
Albert. Brun. conſ.* 67. *numer.* 10. *Roland. conſ.* 3.
numer. 91. *vol.* 2. *Tiraquell. de retract. tit.* 1. *§.* 1.
Gloſſ. 10. *numer.* 60. *Caſſan. in conſuet. Burgund. tit.
de retract. §.* 1. *numer.* 9. *verb. le pluprochain. & §.*
2. *num.* 2. *Roſentul. de feud. d. cap.* 9. *membr.* 2. *con-
cluſ.* 82. *n.* 9. *& illius Adden. in concluſ.* 83. *lit. K.*
ubi alii concordantes.

Quibus ſic poſitis vel parum, aut nihil urgebat
ponderatio, quod cum Bulle Baronum tamquam
adimene vincule ee Bonis, in quibue Intrat illius
diſpoſitio, videatur adverſari Iuri Prælationis ſub-
nixo fideicommiſſorium Titulo ; Idcirco ſi nihilomi-
nus hujuſmodi privilegium tribui debeat fideicom-
miſſariis, illud reſtringendum veniat ed fideicom-
miſſarios babentes ſpem proximam ſuccedendi, &
non ampliandum ed remotiores habeutes jue à com-
plicatis eventualitatibus dependente conſpirante ad
id recipiendum regula, quod Ius prælationie, ſeù 14
retractus uti odioſum ſtrictè interpretandum veniat
DD. *in l. Dudum C. de contrahen. empt. congeſt.
per Rendell. in rubr. Conſtit. Sancimus Regis Frede-
rici num.* 27. *Tiraquell. de utroque tract. in præfate
num.* 60.

Quandoquidem oppoſitæ enimadverſionis antece-
dens optimè retunditur in deciſionibus cauſæ Roma-
næ Caſtri Porciliani & ſignanter in illa 14. Maii
1685. §. *Licet coram bo. me. Rondanino*, cum ea ſo-
lida teſponſione, quod remotio vinculi non fuerit
ordinata per Bullam Baronum ad omnes effectus,
ſed ed ſolum finem, ut creditores Baronie ſuorum
creditorum ſatisfactionem aſſequerentor qui finis 15
cum æquè reportetur, ſi bone diſtracta perveniſ-
ſent in manibue eetraneì Licitatoris, ec Fideicom-
miſſarii nullatenùs affirmandum eſt ipſam Bullam
vel adverſari Iuri Prælationis; vel ipſum auferre vo-
luiſſe, prout etiam reaſſumit mea Deciſio ejuſdem
cauſæ Caſtri Porciliani 18. Aprilis proximè præte-
rit §. *Nec majoris.* Deſtructo antecedenti ſuo marte
ruit conſequentia, quod d. Beneficium alias compe-
tens fideicommiſſariis non ſit ampliandum ad omnee
ſed reſtringendum ad Proximiores, quia ſi eadem
militat ratio pro omnibus, non eſt cur omnibus ſuf-
fragari non debeat ad *Text. in l. final. in fin. ff.
Mandati*, traditque *Bartol. in l. Gallus §. Et qui* 16
ſi tantum num. 3. *verſ. primo Caſu ff. eodem cum
aliis relatis in Deciſione, qua revidetur §. Satis ce-
teroquin cum ſequentibus.* Non obſtante quod Ius re- 17
tractus ſit odioſum, quie talis propoſitio non eſt
in iure eepedite, ut videre eſt ex deductis apud
Tiraquell. in præfat. numer. 59. & tradit in puncto
occurrendo buic objecto *Roſental. de feud. de concluſ.*
82. *in fin. verſ. nec expeditum eſt.*

Addito in horum comprobetionem, quod ſi in
alienatione feudorum communior opinio patrocina-
tur æquè Agnatos proximiores, ec remotiores om-
nibus tribuendo Ius prælationis ed inſtar ejus quod
ſervetur in ſucceſſorio edicto, ut abundè ſupre oſten-
ſum fuit, idipſum potiori jure affirmandum eſt in
diſtractionibus neceſſariis, quæ dietim fiunt virtu-
te Bullæ Baronum, immò addi poteſt, quod ſi Præ-
latio denegaretur remotioribus in primo caſu, conce-
denda eſſet de æquitate in ſecundo; nam ſi Agnatus
remotior rejicitur à retrahendo, exiſtente de medio
Proximiore, ſpem tamen omnem non amittit ſemel 18
feudum conſequendi, ſivè quie infrà tempus conceſ-
ſum ad retrabendum præmori poteſt proximior,
quo caſu remotior idem Jus experiri poteſt *Roſen-
tal. de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *concluſ.* 84. *numer.*
1. Sivè quia mortuo tam ipſo proximiore, quàm 19
alienante remotior ſinè ulla pretii reburſatione feu-
dum à venditore recuperat ad *Text. in cap.* 1. §. *Ti-
tius ſi de feud. defunct. milit.* tradunt *Jo. Andreas
dicto §. ſed & res, & in cap.* 1. *§. & olim. de ſuc-
ceſſ. feud. Reg. à Ponte dec.* 11. *n.* 3. *de Marin. in d.
reſol.* 116. *n.* 38. *cum ſeqq.*

Verſa vice in alienationibue factis per Congre-
gationem Baronum, ſi negligente primo loco ad
fideicommiſſum vocato remotior fideicomiſſarius
comparens re integra, & antè ſecutam deliberationem
privaretur hujuſmodi Beneficio, actum eſſet de ſpe
rem avitem proprio ære amplius recuperandi, eum
poſt conſomatam deliberationem non detur locus 20
petendi hujuſmodi generis Prælationem ex reſolu-
ris in ſæpè laudate Romana Caſtri Porciliani, &
ſignanter *in dicta Deciſione* 2. *Decembris* 1699. §.
Hujuſmodi cum ſeqq. coram R. P. D. Meo Lancetta.
Imò amittit omnem ſpem in illie ſuccedendi etiam
purificato caſu ſuæ vocationie ex illo certo princi- 21

pio, quod bona diſtracta vigore Bullæ tranſeunt ad
Emptores abſque ullo vinculo fideicommiſſi ut tra-
duut *Spad. conſ.* 19. *lib.* 1. *Rota coram Burratt,*
dec. 401. *numero* 3. *Card. de Luc. de feud. diſc.* 89.
numer. 19.

Qua de re omnes æquitas clamat, ut ſi Proxi-
mior fideicommiſſarius, aut noluerit, vel qua-
cumque ex cauſa nequiverit re integra impetrare
Beneficium hujus privilegii, ab eodem non ar-
ceator remotior, qui ſervatis ſervandis comparoit,
eoque frui velle in defectum immediatè ad fidei-
commiſſum vocati declaraverit, ad hoc, ut ſi il-
22 li datum non eſt titulo lucrativo, prout Teſtator
demandaverat expectare ſucceſſionem Bonorum fi-
deicommiſſariorum, illa ſaltèm titulo oneroſo te-
fundendo pretium aſſequatur, ut ponderat *d. De-*
ciſio 18. *Aprilis* §. *Exindeque æquitas coram me.*

Quemadmodum etiam nullius ponderis eſt ratio
fundata in longe majori prohibitione liberi com-
mercii ſequutura ſi hujuſmodi Prælationis Benefi-
23 cium coocederetur omnibus indiſtinctè fideicom-
miſſariis contra diſpoſitionem *Text. in l.* 2. *ff. ſi*
quis à Parente fuerit manumiſſ. l. in re mandata
C. mandat. Omiſſis enim aliis reſponſionibus, ex-
perientia efficax rerum magiſtra edocet timorem
hunc paoi cum eſſe; Non enim ex quo poſt reſo-
lutiones Rotales editas in Romana Caſtri Porcilia-
24 ni Congregatio Baronum ſemper admiſerit fidei-
commiſſarios ad Prælationem; Idcircò in tot, tan-
tiſque aliis venditionibus Baronum, & feudorum
Juriſdictionalium haſta publica Licitatoribus ca-
ruit; cum fideicommiſſariis non ſemper ſuppetaot
pecuniæ ad redimendum; & de facto anuis elapſis
vidimus diſtractum celebre feudum Bracchiani plu-
xibus ab hinc ſæculis poſſeſſum à conſpicua familia
de Urſinis, abſque eo quod ullus ejuſdem familiæ
comparuerit ad petendam Prælationem, ſed ad
25 Dominum Ducem Reum conventum ultimum Li-
citatorem devenit. Vidimus etiam ſub haſta alie-
natam Civitatem Albani olim ex Patrimonio alte-
rius magnatirii Ordinis familiæ de Sabellis, & ta-
men non niſi ad extraneos Licitatores, nullo fi-
deicommiſſario ſeſe objiciente, deliberata fuit.
Atque ut ad proximiora accedamus nonnè viget in
pluribus Orbis partibus, & ſignanter in utriuſque
Siciliæ Regno Ius retractus favore vicini cum præ-
26 latione ſanguinis, quod competit omnibus Con-
ſanguineis? ut ſupra firmatum eſt, & tamen non
ideò in illis partibus venditores carent Emptoribus,
& Emptores deſiſtunt ab Emptionibus faciendis:
nam quàtenùs hujuſmodi abſurdum, tam pernicio-
ſum Reipublicæ adeſſet, certè hujuſmodi conſue-
27 tudines & leges municipales abolirentur, ut in pro-
poſito ſubſtinendi Ius prælationis etiam in feudis
hæreditariis teſtatur, & ponderat *Rovit. in con-*
ſult. impreſſ. poſt deciſ. 11. *Regent. à Ponte nume-*
ro 105.

Hactenùs lato calamo deducta clarè oſtendunt
caſum propoſitum non differre à jam reſoluto in
Romana Caſtri Porciliani ob primam illam circum-
ſtantiam, quod Baro del Nero habebat ſpem pro-
ximam ſuccedendi in fideicommiſſo rei alienatæ,
quà carent DD. de Spadis, ſed tanta prolixitate
non eget confutatio alterius facti circumſtantiæ,
ex qua ſecundo loco adſtruebatur eadem diverſitas
unius caſus ab altero, quod ſcilicèt in primo po-
ſtulata fuit prælatio ante ſecutam deliberationem,
& in ſecundo poſt illius effectuationem, & con-
ſummationem. Nàm inſimul collatis actibus unius
deliberationis cum actibus alteriùs patuit oppoſi-
tum. Ex Summario ſiquidem Dominorum de Spa-
dis dato in præterita cauſæ propoſitione *num.* 8.
reſultavit, quod ſub die 11. Auguſti 1682. ſtatim,
& incontinenti, quo clar. memor. Cardinalis Ca-
ſanattæ tulit decretum de deliberando favore Comi-
tis Herculani pro Perſona nominanda, comparuit
R. P. D. Leonidus Spada, & ex titulo fideicommiſ-
ſi, alioque ſibi magis utili, & proficuo petiit de-
clarari prælationem ſibi deberi. Idemque adamuſ-
ſim fuiſſe obſervatum à Barone del Nero depre-
henditur ex prima Deciſione edita in illa contro-
verſia, quæ eſt pariter prima inter Collectas poſt
tractatum Domini Corradini *de Prælat.* Ac proin-
dè ſicut in hujus cauſæ diſputationibus rejectum
fuit objectum, quod priùs latum fuit decretum de
deliberando, & deindè ſubſecuta fuit Inſtantia pro
obtinenda prælatione, ità repertum in præſenti
diſputatione ſpretum fuit. Ea ratione, quia cum
Prælatio peti nequeat niſi mandante Judice delibe-
rari, petitio prælationis facta in eodem inſtanti
quo profertur decretum de deliberando, certè re
integra, & contemporaneè facta cenſetur. Tantò
magis quia Decretum deliberari oon importat de- 28
liberationem actu perfectam, ſed perficiendam, ſic-
què ſufficit, quod in eodem contextu, quo Judex 29
mandat deliberari, proponatur Inſtantia pro ha-
benda Prælatione, ut reſpondit *Rota in dicta prima*
Deciſione cauſa Caſtri Porciliani num. 9. *& in* 3.
num. 21. juxtà ordinem, quo poſitæ cernuntur
poſt allegatum Tractatum *de Prælat.*

Hæc quoad primum titulum fideicommiſſi qua-
tenus ſpectat ad alterum actualis Creditoris, &
Cognati, fundatum *in l. prima ff. de privil. Credit.* 30
iterùm Domini illum validum, & ſubſiſtentem eſ-
ſe recognoverunt; Nam qualitas Cognati in R. P.
D. Leonida non controvertebatur, & creditum re-
ſultabat ex firmatis *in Deciſione* 952. *clar. mem.*
Card. Cerri. Non ſuffragantibus exceptionibus in
contrarium deductis; non inquam illa extinctionis
hujuſmodi Crediti ex fructibus Caſtrorum, de qui-
bus agitur diù à Spadis Jure pignoris detentorum,
quia cum certo conſtet de præcedenti debito, ſub-
ſequens ſolutio concludentibus probationibus evin-
ci debet ex Juribus notiſſimis, quæ refert *Rota de-* 31
ciſ. 19. *num.* 1. *par.* 11. *& deciſ.* 28. *num.* 24. *co-*
ram ſan. mem. Alexander. VIII. Cui probationi
cæteris omiſſis reſiſtit, præcitata *Deciſio Card. Cer-*
ri, quæ ſupponenda eſt non docto de ipſius revo- 32
catione, prout ſæpiùs firmavit *Rota ut in deciſ.* 77.
num. 3. *deciſ.* 189. *num.* 8. *par.* 11. *& deciſ.* 189.
numer. 8. *par.* 12. *& deciſ.* 34. *numer.* 2. *par.* 17.
Parùm turbante ſubſecuta acquieſcentia, nam ex
taciturnitate Creditoris in petendo ejus Creditum
ſimplex exoritur conjectura ſolutionis, ſed non
concludens illius probatio ex deductis in *Cameri-* 33
nen. Cenſus 23. *Junii* 1690. *coram me.* Quæ con-
jectura in propoſito themate penitùs langueſcit,
quia tot, tantique aderant Creditores anteriores,
& potiores ante Dominos de Spadis, ut fruſtatoria
fuiſſet terminatio litis, quàm inſufficientia Credi- 34
toris inanem reddidiſſet *l. hac ſtipulatio* §. *Divus*
ff. ut leg. non cav. l. ad probationem C. de probat.
Riminald. conſ. 575. *numero* 33. *Becc. conſ.* 17. *nu-*
mero 4.

Minuſque relevat quod R. P. D. Leonida in actu,
in quo petiit prælationem non exhibuerit ejus cre-
dita, neque ex illorum Capite præferri expreſsè
inſteterit, Nam de Jure Actor non prohibetur 35
Ius ſuum in confuſo deducere, ut ex concordan-
tibus quos citat, dixit *Rota deciſ.* 151. *numero*
2. *& deciſ.* 155. *numero* 5. *par.* 2. *diverſ.* ſufficit-
que ejus actionem ſub verborum amplitudine, &
clauſularum generalitate contineri *Rota deciſ.* 256. 36
nu. 2. *per tot & deciſ.* 257. *nu.* 3. *par.* 1. *diverſ. Card.*
de Luc. de Judic. diſc. 2. *numer.* 6. Quapropter
cum in proteſtatione, & Inſtantia factis à dicta
Leonida

Leonida pro obtinendę Prælatione ſuum Ius non reſtrinxiſſet ad titulum fideicommiſſi, ſed illam conſequi velle declaraverit ex aliis cauſis, & titulis
37 ſibi magis utilibus, & proficuis, operatur hujuſmodi generalis, & confuſa actionum deductio, ut Iudex optimè pronunciare potuiſſet ſuper ſpecificè non petitis, ſed in Proceſſu cauſæ probatis ex latè deductis in Deciſione, quæ revidetur §. *penultimo*. Poſiſſimè ſtantibus generalibus Clauſulis *declarans implerans, & omni meliori modo*, quæ efficiunt,
38 ut excluſa quacumque reſtrictione omne remedium competens Actori intentatum cenſeatur, ut de primæ clauſulæ natura ſcripſit *Mart. de clauſ. clauſ. 256. per tot. Rota coram Bich. deciſ. 63. nu. 2. coram Celſ. deciſ. 125. numer. 3. & in recent. deciſ.* 400. *numer. 4. parte* 16. *recent.* Et de indolæ ſecundæ teſtantur *Gratian. diſcept. 173. numero 15.*
39 *Rondin. collect. legal. 6. numera 30. lib. 2. Rota deciſ. 467. numera 7. par. 3. diverſ. & deciſ.* 106. *numer.* 11. *p. 6. & coram Card. Celſ. d. dec.* 126. *numer.* 3.

Nec majoris relevantiæ viſum fuit objectum, quod cum ſæpedictus R. P. D. Leonida petierit conſignationem pretii dd. Caſtrorum in cauſam ſolutionis ſui crediti renunciaſſe videatur Inſtantiæ antecedenter factæ pro obtinenda Prælatione. Nam cum actus hujuſmodi ſint omninò diſparati, diverſoſque reſpiciant effectus inter ſe compatiuntur. Simul enim ſtare poſſunt hæc duo, quod in alienatione alicujus rei quis petat Prælationem ex cauſa ſui Crediti, ejuſdemque vigore recipiat, vel
40 petat illius pretium in totum, vel in parte ex notatis per *Ciroch. diſcept. 29. nu. 53. Card. de Luc. de credit. diſc. 35. numero 10. cum ſeqq. Rota deciſ. 657. numera 3. coram Cavaler.* Præſertim quia inſtantia facta pro conſignatione Creditorum munite legitur cum ſolemni proteſtatione præſervativa Iurium alias competentium ex Iure Prælationis, ſub-
41 dita clauſula *non alias aliter nec alio modo*, quæ præſervatio excludit animum, renunciandi Iuri præſervato *Rota d. deciſ. 657. nu. 3. coram Cavaler.*

Et ita utraque parte Informante reſolutum fuit.

P. R. D. CAFFARELLO

ARIMINEN. CASTRORUM.

Veneris 5. Maii 1702.

SUMMARIA.

1 *Sententia Rotalis condemnans ad reſtitutionem fructuum, quando de eis mentio in deciſionibus facta non fuit eſt nulla.*
2 *Limita quando fructus veniunt ex natura judicii intentati.*
3 *Fructus veniunt tamquam acceſſorii, quando petitur res fructifera.*
4 *Sententia Rotalis condemnans generaliter licitatorem ad reſtitutionem fructuum favorem retrahentis, poteſt intelligi, etiam de pendentibus tempore deliberationis, ut ſalvetur à nullitate.*
5 *Fructus pendentes tempore deliberationis conſiderantur ut pars fundi venditi, & augent illius valorem.*
6 *Res judicata in una cauſa vim legis habet in alia conſimili.*
7 *Rota in Romana Caſtri Porciliani non examinavit articulum prælationis competentis fideicommiſſario in juris proximioris vocati.*
8 *Prælatio competens fideicommiſſariis fundatur in æquitate & veriſimili mente teſtatoris.*
9 *Et hæc ratio militat tam in primo fideicommiſſario quam in aliis poſterioribus.*
10 *Fideicommiſſarius, ut ſit admittendus ad prælationem, ſatis eſt quod doceat ſe eſſe vocatum, licet non demonſtret ſe proximiorem in gradu.*
11 *Retractus ſi peti non vult à proximiore actio devolvitur ad remotiorem.*
12 *Proximior non petendo prælationem, præjudicat ſibi aliis vocatis.*
13 *Remotior in concurſu fideicommiſſarii proximioris nequit prælationem reportare.*
14 *Immiſſio non comparente fideicommiſſario proximiore danda eſt remotiori.*
15 *Fideicommiſſarius dicitur petere prælationem tempore opportuno, quando illa expoſcit ſtatim ac judex mandat deliberari bona.*
16 *Incontinenti quæ fiunt non poſſunt dici facta ex intervallo.*
17 *Prælatio eſt ius habendi rem alteri venditam.*
18 *Prius & poſterius non habens ea quæ fiunt in eodem inſtanti licet unum appareat ſcriptum ante aliud.*
19 *Deliberatario non dicitur Ius quæſitum, quando deliberatio fuit facta ſub conditione ſuſpenſiva ſcilicet obtenta prius licentia Sanctiſſimi.*
20 *Creditore & cognata debetur prælatio.*
21 *Renunciatum cenſeri nequit juri prælationis per aliquem actum, quando in eo adeſt expreſſa præſervatio juris prælationis cum clauſula non alias.*
22 *Procurator ſine ſpeciali mandato Procura nequit Domino præjudicare reſpectu juris prælationis.*
23 *Renunciatum cenſetur juri prælationis, quando creditor inſtat pro ſubhaſtatione, & exigit pretium rei venditæ.*

Decisio XXIII.

IN gradu reſtitutionis in integrum reportaverat Dominus Marchio Mutius Spada favorabilem ſententiam ab Eminentiſſimo Cardinali Maraſcotto de Voto hujus noſtri Auditorii, in qua declaratum fuit eidem uti fratri, & hæredi R. P. D. Leonidæ Spadæ deberi prælationem in deliberatione facta Caſtrorum Roncofridi, & Montiliani, aliorumque bonorum deliberatorum favore Comitis Herculani pro perſona, ſeu perſonis ab ipſo nominandis adverſus D. Don Livium Odeſcaleum Brachiani Ducem nominatarium prædicti Com. Herculani; à qua interpoſita appellatione, & commiſſa Cauſa Eminentiſſimo Cardinali Sperello de Voto pariter noſtri Auditorii propoſui dubium — *An Sententia lata ab Eminentiſſimo Cardinali Maraſcotto de Voto Rota eſſet confirmanda, vel infirmanda?* & reſponſum habui pro confirmatione juxta modum.

Impugnabant enim Scribentes pro D. Duce præfatam Sententiam uti labê nullitatis, & injuſtitiæ infectam; & ad demonſtrandam nullitatem deducebant, quod in Deciſionibus Reverendiſſimi Decani in hac Cauſa; in quarum ſequelam emanavit Votum ipſis conforme, nihil aliud fuerit dictum, quam competere Marchioni prælationem nulla facta mentione fructuum, & in Sententia fuerint appoſita verba — *VicEumque victore ad reſtitutionem fructuum Caſtrorum, & aliorum bonorum deliberatorum condemnamus &c.* & propterea Sententia, tamquam excedens terminos Voti, & reſolutionum Rotalium, corruat ipſo jure ex notis Conſtitutionibus Pii IV. & Pauli V. ſuper Reformatione Tribunalium Urbis.

Objectum autem, non Sententiam viſum fuit DD. corruere, quia quando fructus debentur ex natura judicii intentati, condemnatio ad fructuum reſtitutionem venit in ſequelam ejuſdem Iudicii, & licet de illis nulla fuerit facta mentio in Deciſionibus non ex hoc corruit Sententia, ut firmatum fuit in *Romana Teſtamenti 15. Martii* 1698. §. *Id ipſum*

cai ani

2 *coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Romana Pecuniaria* 14. *Martii §. Validitas coram R. P. D. meo de la Tremoille, & in Romana, ſeu Farfen. Reintegratio is ſuper fructibus* 2. *Decembris* 1701. *§. Nec ſubſiſtere coram eodem*, quæ loquuntur in præciſis terminis prædictarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, *& coram Emerix Iun. deciſ.* 145. ubi in reſolutionibus Rotalibus fuerat dictum quod ſubemphyteuſis non explraverat, & in ſententia fuerat decreta immiſſio cum condemnatione ad reſtitutionem fructuum adducendo rationem, quod talis condemnatio veniebat in ſequelam reſolutionis Rotalis.

Et quod in judicio in quo petitur fructifera, ſivè verſemur in Judicio univerſali, ſivè particulari fructus veniant tanquam acceſſorij, & apendices rei
3 in judicium deductæ fuit firmatum *in dec.* 17. *coram Arguelles §. Fructus per Text. expreſſos in l. certum* 21. *de rei vindicatione, & l. litigator Cod. de fructibus, & lit. exp.* ubi Impp victum non in ſola redhibitione teneri voluerunt, ſed etiam ad fructus perceptos, & quos percipere potuiſſet

Multò magis in præſenti facti ſpecie, in qua Sententia condemnat ad reſtitutionem fructuum, nulla facta expreſſione fructuum perceptorum poſt ſequutam deliberationem, quamvis ex parte R. P. D.
4 Leonidæ duæ exhibitæ fuerint Cedulæ Bancariæ, una in actu deliberationis ſequutæ die 11. Auguſti 1681. per decem, & octo menſes duratura, & altera in actu confectionis inſtrumenti duratura per biennium; & conſequenter talis condemnatio verificari poteſt in fructibus pendentibus, & extantibus tempore deliberationis, qui indubitatum eſt, quod conſiderari debent, tanquam pars pretii cum redderent fundum pretioſiorem, & pretium auctum illorum contemplatione; ut in terminis retractus dixit *Rota coram Dunoz. Sen. deciſ.* 205 *num.* 7. *per Text. in l. Iulianus §. Si fructibus ff. de*
5 *actionibus empti, Corradin. de Prælat. quæſt.* 27. *in princip.* & quod fructus pendentes ſint conſiderandi tanquam pars rei venditæ, & ob illos majori pretio fundum fuiſſe venditum, *Rocc. diſput. Iuris ſelect. cap* 159. *num.* 8 & firmatum fuit *in Cauſa Romana Caſtri Porciliani ſuper reſervatis* 13. *Maii* 1701. *§. Tranſeundo coram R. P. D. meo Lancetta.*

Et attento quod in Sententia, qui, & pro quo tempore, & in qua quantitate fructus debeantur non fuerit expreſſum; idcò DD. poſt-habita pro nunc hac determinatione, illam reſervarunt particulariter recognoſcere, vel poſt executionem Sententiæ, vel in particulari diſputatione, qui eſt modus ſupra inſinuatus.

Expurgata itaque à prætenſa nullitatis labe Sententia, pariter in re nulla viſa fuit labes injuſtitiæ adeſſe ſubſiſtunt enim duo fundamenta, quibus repetiuntur innixæ Deciſiones in hac Cauſa editæ coram Reverendiſſimo Decano in præcedenti inſtantia, licèt unum tantum pro victoria Cauſæ ſufficeret.

Primum fundamentum, quod Fideicommiſſario uti vocato ad Fideicommiſſum competat ius prælationis in venditione bonorum Fideicommiſſo obnoxiorum excluſo extraneo licitatore. Admittebant hodiè D. Ducis Defenſores, tanquàm opinionem incontrovertibilem canonizatam per rem judicatam in celebri Cauſa Romana Caſtri Porciliani; quia res judicata in una Cauſa vim legis obtinet pro
6 decidendis aliis ſimilibus *l. filius Emancipatus* 14. ibi -- *Sic enim inveni Senatum cenſuiſſe, ff. ad l. Corn. de falſis, & l. fin.* ibi -- *Sciant hanc eſſe legem non ſolum illi Cauſa pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus Cod. de legibus*; Sed dicebant quod caſus examinatus in illa Cauſa reſpiciebat tantum commodum primò vocatorum ad Fideicommiſſum, non autem applicari poterat in caſu præſenti cum plures gradus vocationis eſſent evacuandi ante R. P. D. Leonidam, nempè integræ lineæ DD. de Aldourandis, & de Ferretis, quæ extabant tempore petitæ prælationis, & adhuc extant.

Facilis tamen fuit reſponſio, quia in caſu præfatæ controverſiæ in Romana Caſtri Porciliani Baro Aloyſius non erat primò vocatus, ſed aderat linea Auguſtini, & tamen illi fuit adjudicata prælatio, quia habebat ſpem ſuccedendi defecta linea Au- 7
guſtini, & aliorum del Nero, ut ex *deciſ.* 3. *poſt Corradin. de Prælat. numer.* 1. & ut benè obſervat *dec. Reverendiſſimi Decani* 5. *Iunii* 1671. *§. Hujuſmodi autem.*

Excluſa itaque diverſitate hujus circumſtantiæ objectum excludendi remotiorem à petitione prælationis abundè fuit interverſum in ſecunda deciſione Reverendiſſimi Decani §. *Nec placuit cum ſeqq.* Cum enim ratio in qua fundantur deciſ. prædictæ, & Doctores concedendi prælationem Fideicommiſſario ſit præſumpta Teſtatoris voluntas, quod conſervenuit inter vocatos; & æquitas, ut minus 8
quantum fieri poteſt ejuſdem Teſtatoris voluntas deſtruatur ſatisfaciendo Creditoribus; tales rationes æquè militant in proximioribus, quàm in remo- 9
tioribus vocatis, & ſufficit quod DD. de Spadis 10
docuerint ſe vocatos, licet adſint alii primo loco vocati; & ſicut Teſtator in defectum propriæ lineæ de Malateſtis, & aliorum de Aldourandis, & de Ferretis invitavit lineam de Spadis; ità cenſendum eſt illos voluiſſe præferri ſervato eodem ordine vocationis in venditione bonorum ad excluſionem extraneorum; Cum dicta ratio æquè militet in primis, quàm in ſubſequentibus vocatis primis non inſtantibus pro prælatione, ut in terminis retractus dixit *Afflict. de jure prothomis. in §. Sanci-*
mus num. 19. *in* 10. *notab.* quod ubi illi, quibus 11
ius prothomiſeos competit, ſi unus non vult uti accreſcit aliis uti volentibus, argumento *Text. in l. ſi ex pluribus ff. de ſuis, & legit. hæredibus, & leg. prima Cod. quando non pet. par.* & benè poſſunt proximiores vocati jure ſibi competenti præju- 12
dicare non petendo prælationem non autem ſucceſſivè vocatis *ad Text. in l. ſi alium ff. de reg. jur.*

Et forſan objectum obſtaret ſi primo vocati ante DD. de Spadis, nempè DD. de Aldourandis, 13
& de Ferretis comparerent, & inſtarent pro prælatione; Verùm ipſis non inſtantibus ſicut immiſſio fideicommiſſariis remotioribus ad bona fideicommiſſaria conceditur ex latè traditis *deciſ.* 743. *num.* 14
4. *part.* 18. *recent.* ità pariter debet admitti ad prælationem competentem ex juribus fideicommiſſi, & in ſimili habemus deciſum *coram Bich. deciſ.* 79. *num.* 14. quod vocatis ad fideicommiſſum Proximioribus ſufficit, quod probetur proximitas proximioribus non inſtantibus.

Paris inſubſiſtentiæ viſum fuit alterum objectum, quod in caſu Cauſæ Romanæ Caſtri Porciliani prælatio petita in ipſo actu deliberationis in præſenti autem poſt jam perfectam deliberationem.

Sed in facto viſum fuit ceſſare objectum, quia inſtantia R. P. D. Leonidæ ſuper prælatione ſtatim, & incontinenti fuit emiſſa, cum exhibitione etiam cedulæ Bancariæ Mercatorum Candulphi, & de Rubeis, ut videre eſt in *Summario Actoris Num.* 8. ibi -- *Audito decreto per Eminentiam Suam lato de deliberando (Caſtra &c. ſtatim, & incontinenti &c.* 15
dixit ipſi ſuiſſe, & eſſe debitam prælationem &c. prout præferri voluit, declaravit, & declarat &c. & ideò quod ſtatim, & incontinenti fit non dici poteſt, quod factum fuerit ex intervallo, ut per *Text.* 16
in l. lecta ff. ſi certum petatur firmat *Iaſ. in l. edita C. de edendo numero* 15. *& in dicta l. lecta Canol. num.* 105. ubi ea, quæ incontinenti fiunt actui ineſſe cenſentur.

Neque

Neque prælatio poterat peti antequam emanaret decretum de deliberando, cum prælatio nihil aliud ſit, quam ius habeodi rem alteri venditam, ut per
17 *Corradin. de prælat. quæſt. prima num. primo, & num.* 3. ubi dicit, quod ius prælationis non poſſit competere niſi venditione perfecta, & *num.* 5. ut venditio jam ſacta confirmetur, quod pernecesſè ſupponit perfectionem actus, ut bene cooſideratum fuit *in prima deciſ. Romana Caſtri Porciliani, quæ eſt prima poſt Tractat. Corradin. de Prælat. num.* 9. & 10. quod illicò facta, & admiſſa fuerit inſtantia Baronis Aloyſii Mariæ oon poterat dari prius, & po-
18 ſterius, licèt unum appareat ſcriptum ante aliud; & quod pernecesſè decretum deliberationis debeat præcedere inſtantiam pro prælatione, & quod Gavotto non fuerit aliquod ius quæſitum attento
19 quod decretum deliberatioois, fuerat conceptum ſub conditione ſuſpenſiva ſcilicet -- *obtenta prius licentia à Sanctiſſimo* -- quo caſu adhuc res erat integra.

Nec minoris roboris viſus fuit alter titulus deſumptus ex *l. prima ff. de privilegiis Creditorum*, in qua prælatio datur creditori, & cognato in bo-
20 nis debitoris vendeodis per creditores; Quia cognatio R. P. D. Leonidæ non controvertitur, & creditum benè reſultare videtur ex *deciſ.* 931. *coram Cerro*, & ex ipſo actu dato in *Summario D. Ducis Num.* 8. in quo poſt ſequutam deliberationem fuit productum pro parte Marchionis Rodulphi uti Patris, & legitimi Adminiſtratoris R. P. D. Leonidæ, & aliorum filiorum mandatum exequutivum ab A. C. relaxatum uſque de aono 1649. necnon ex aliis mandatis datis in *Summario Marchionis Num.* 36.

Poſita igitur qualitate cognationis, & creditoris nullius relevantiæ viſum fuit; quod deliberatio per inſtantiam factam pro conſignatione pecuniarum ex bonis deliberatis retractarum, cenſeatur approbata, quia ultra reſponſionea datas huic objecto *in deciſ. Reverendiſſimi Decani 3. Januarii* 1701. §. *Hæc quoad primum uſque ad finem.*

Nec in facto videtur ſubſiſtere, quod R. P. D. Leonidas inſteterit pro coosignatione pecuniarum retractarum ex bonis deliberatis, illamque reportaverit, quia de conſignatione nullum documentum affertur ex parte D. Ducis, neque datum in *Summario Num.* 8. videtur continere aliquam inſtantiam pro conſignatione, ſed tantum productionem mandati cum expreſſa præſervatione jurium com-
21 petentium eidem Leonidæ in judicio prælationis, *& non aliis &c.* quæ clauſula facit præſervationem prævalere actui geſto, *Argnell. deciſ. 79. num.* 25. ultra quod talis actus, neque fuit factus ab ipſo R. P. D. Leooida, neque à Procuratore habente ſpeciale mandatom ad renunciandum prædicto Juri prælationis, prout in actu iam præjudiciali, requi-
22 rebatur *Duran. deciſ.* 337. *num.* 58. *Arguell. deciſ.* 104. *numer.* 9. *Emerix Inn. deciſ.* 838. *numer.* 1. *& allegata deciſ. in Romana prælationis coram R. P. D. meo de la Tremoille* 24. *Ianuarii* 1698. §. *Præſumptio, & in altera Romana Prælationis* 4. *Martii* 1701. *coram R. P. D. meo Caprara* procedunt
23 in caſu in qoo creditor ioſteterat pro ſubhaſtatione pretiumque licitationis exegerat, ut benè explicantur *in deciſ. R. P. D. mei Anſaldi in Æſina Retractus* 10. *Ianuarii* §. *Abſque eo quod.*

Et ità utraque &c.

R. P. D. PIO.

BONONIEN. BONORUM EMPHYTEUTICORUM

26. Januarii 1703.

SUMMARIA.

1 *Ad Emphyteuſim conceſſam qui deſcendentibus maſculis, ſoli maſculi poſſunt aſpirare.*

2 *Clauſula pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus appoſita in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, comprehendit duntaxat hæredes ſanguinis.*

3 *Renovatio bonorum Emphyteuticorum Eccleſiaſticorum debetur proximiori agnato, non hæredi ultimi vocati.*

4 *Amplia etiam ſi Uxor eſſet hæres ultimi vocati.*

5 *Renunciationem vocationis, & ſucceſſionis in bonis emphyteuticis, importans clauſula ad habendum, & promiſſio evictionis etiam ex natura rei, appoſita in inſtrumento diviſionis bonorum emphyteuticorum.*

Quod tamen procedit duntaxat reſpectù illorum qui cauſam habent ab iiſdem dividentibus.

6 *Clauſula appoſita in inſtrumento ſemper trahi debent in ſenſum favorabilem pupillo.*

7 *Clauſula appoſita in inſtrumento operari non debent ultrà voluntatem, & facultatem contrahentium.*

8 *Hæreditaria qualitas, non probatur ex enunciativa facta à Procuratore ſine mandato in citatione ad ſolvendum afficiens.*

9 *Præſertim quando ſi non agatur de ſictibus decurſis in viſa teſtatoris.*

Probatur tamen ex exactione fructuum ſpectantium ad teſtatorem facta titulo hæreditario.

10 *Procurator non poteſt facere pariter ſuum hæredem ſine mandato, præſertim ſi non ſit præſens actui, vel illum ratificet.*

11 *Filius ergo hæres, non procedit quando filius convenitur, niſi probetur qualitas hæred.*

12 *Explicatur dec. in Peruſina dotis* 21. *Junii* 1701. *coram R. P. D. Caprara.*

13 *Immiſſio retardari nequit ob exceptiones turbidas & altioris indaginis.*

DECISIO XXIV.

Occupatis per Comitiſſam Annam Mariam Barberiam viduam relictam; & hæredem teſtamentariam Comitis Caroli Herculani ejus viri nedùm bonis liberis vigore teſtamenti ſibi debitis verùm etiam fideicommiſſariis, & emphyteuticis, ad quæ Comites Pompeius, & Hercules Maria de Herculanis contendebant ſe eſſe ex propria perſona vocatos; Iſti poſt reportatam ſententiam ſuper immiſſione ad dicta bona fideicommiſſaria novum inſtruxerunt Judicium coram A. C. ſuper aſſociatione ad bona emphyteutica; Cumque vigore clauſulæ præcarij, & facultatis capiendi poſſeſſionem propria authoritate mandatum quoque de aſſociando obtinuerint, & ab eo curaverit Comitiſſa præfata appellationis Cauſam Mihi committi cum clauſula ſuſpenſiva, propoſui hodiè conſuetum Dubium -- *An mandatum A. C. ſit exequendum* quod attenta illius validitate, & juſtitia affirmativè fuit reſolutum.

Et ſanè validitas, ſuper qua quæſtio non erat, reſultat ex revolutione actorum, juſtitia verò comprobatur ex eo, quod aut agitur de bonis in emphyteuſim conceſſis per Abbatem S. Fælicis de anno 1509. Hieronymo, & Jacobo Herculano, & cum iſta, conceſſa fuerint pro eorum filiis, & deſcendentibus
maſculis, & per maſculum legitimis, & naturali- 1
bus in infinitum *Summario Actorum num.* 1. clarum remanet, quod ſucceſſio ſuper eis debeat Actoribus, qui per continuatam lineam maſculinam à primis Inveſtitis deſcendunt; Aut verò quæſtio verſatur ſuper reliquis bonis de dominio directo Altaris S. Jo. Baptiſtæ, & hæc paritèr adjudicari debent Actoribus, quia deficientibus verbis generalibus, aliiſque conjecturis contrarium ſuadentibus emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus, conceſſa tantùm cenſetur pro hæredibus ſanguinis, juxtà plenè firmata per *Rot. in*
Romana Emphyteuſis 4. *Februarij* 1688. *coram Re-* 2
verendiſſ. D. meo Decano, in Ravennaten. Emphyteu-
ſis

Digitized by Google

ſis 14. Maii 1695. §. Nec meretur coram bo. me. Eme-
rix, & in Mantuana Emphyteuſis 15. Martii 1697.
& 27. Iunii 1698. coram bo. me. Urſino, confirmata
8. Martis 1700. §. Hujuſmodi coram R. P. D. meo
Lancetta.

Idque operatur, quod ubi per impoſſibile probari
poſſet terminata prima Inveſtitura, renovatio, quæ
ad cautelam conceſſa fuit eiſdem Actoribus, præ-
ferri debeat alteri, quæ prætendebatur reportata per
Comitiſſam, ea ratione, quia proximiores agnati,
ubi Eccleſia nolit pro ſe retinere, ſemper ſint præ-
ferendi extraneo in teſtamento hæredi ſcripto, ut
diſtinguendo inter Emphyteuſim eccleſiaſticam, &
3 hæreditariam tradunt Card. de Luca de emphyt. diſc.
3. ſub num. 10. verſ. aut agitur, de Marin. reſol.
305. num. 3. verſ. tu autem diſtingue, Rota deciſ. 66.
numer. 1 12. & 13. par. 15. & in puncto contra
4 uxorem à viro inſtitutam Valaſc. conſult. 157. nu-
mer. 6.

Abſque eo quod ſuffragari potuerit reſponſio,
quod in diviſione inita de anno 1594. inter Augu-
ſtinum, & Dominicum Mariam pupillos ex una, &
Germanicum Pattuum Authorem Comitiſſæ Reæ
conventæ ex altera, bona controverſa quoad ipſos
Dividentes evaſerint libera, & tranſitoria ad quoſ-
cumque, eò quia aſſignata fuerint dicto Germanico
cum clauſula ad habendam, & expreſſa promiſſio-
ne evictionis ex natura rei, nec non ampliſſimis,
& effrænatis verbis, itaùt dubitari non poſſit quin
renunciatum fuerit juri vocationis, & reſpectivè
renovationis, quod in poſterùm cuique Partium
5 competere potuiſſet, ad plenè tradita per Rot in
Ceſenaten. Legitimæ ſuper bonis emphyteuticis 23. Ia-
nii proxime præteriti §. Iuſtitia verò, & ſequentib. co-
ram Me.

Etenim prætermiſſo examine validitatis, ac ro-
boris dictarum clauſularum, quæ de cætero tam-
6 quam adjectæ contractui cum pupillis inito trahi de-
bent in ſenſum dumtaxàt illis favorabilem, ut ob-
ſervant Bardell. conſ. 11. n. 28. & Caſtald. conſult.
281. n. 7. Concurrente potiſſimùm, quod Inſtru-
mentum diviſionis præceſſerint nonnulla capitula
renunciationem dicto juri emphyteutico nequaquam
compræhendentia, quodque facultas contrahendi
cum pupillis obtenta à Vexilliferis Bononiæ reſtri-
cta, & limitata fuerit ad clauſulas, & pacta ge-
7 neralia in ſimilibus inſtrumentis de jure, ac ſtylo
apponi ſolita, itaùt propterea ſpeciales conventio-
nes in ſubſequuta ſtipulatione adjectæ ultrà illa
operativæ non ſint. Objectum penitùs corruere vi-
ſum fuit ex eo, quod minimè probatum fuerit,
quod Actores ſint hæredes dividentium; Diviſio
namque cum ſtipulata fuerit inter Dominicum Ma-
riam, & Auguſtinum ab una parte, & inter Ger-
manicum ex altera, ab Auguſtino verò deſcenderit
Henricus, & ab iſto Pompeus, & Hercules Acto-
res, qualitas hæreditaria eorum Actorum, quam-
tumvis reſpectu Henrici probata fuerit ex actibus
deductis per Comitiſſam Summar. numero 6. at-
8 tamen, quod Henricus fuerit hæres Auguſtini pro-
bari non potuit ex eo, quod illius Procurator in
unica citatione ad ſolvendum Affictus facta citato
Summario num. 5. ipſum enunciaverit hæredem di-
cti Comitis Auguſtini, tum quia minimè doctum
9 fuit affictus fuiſſe decurſos in vita Patris, ut exin-
dè potuiſſet inferri, quod Henricus agens pro re
ad hæreditatem Patris ſpectante, ejus hæredem ſe
facere voluiſſet ad Tex. in l. gerit, & l. pro herede
ff. de acquir hær. Alex. in l. ſi quis mihi §. Sed
quid ſi mandaverit 7. ff. eodem, & Rota coram Bich.
deciſ. 490. num. 12. tùm etiam quia nec paritèr
oſtenſum fuit dictam enunciativam fuiſſe emiſſam
10 cum legitimo mandato Procuræ, vel ſaltèm præ-
ſente nominato, aut ab eodem ratificatam, ut
advertunt Gratian. diſcept. for. cap. 694. num. 50. &
cap. 711. num. 67. Menoch. præſumpt. 100. n. 14.
lib. 4. Card. de Luca de hæred. diſc. 12. numer. 7.
Rota coram Buratto deciſ. 207. num. 12. & in rec.
deciſ. 42. num 4. par. 17. cum certiſſima ſit juris re-
gula, quod ubi filius convenitur, & de ejus præju-
dicio agitur, potentia ſuitatis apta non ſit ad il-
lum conſtituendum hæredem, ſed concludentèr pro-
bari debeat eumdem paternæ hæreditati ſe immiſ-
cuiſſe ad Text. in l. neceſſariis 57. ibique Bart. Bald. 11
aliique repetentes ff. de acquir. hæred. Suderin. re-
ſponſ. 42. per tot. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 12.
tit. 10. num. 3. Card. de Luca de hæred. cit. diſc. 12.
num. 9. Rota coram Merlin. deciſ. 857. num. 9. &
coram Priol. deciſ. 418. num. 5 quæ ſanè probatio
non deeſſe viſa fuit in caſu deciſionis editæ in Pe- 12
ruſina Dotis 20. Iunii 1701. coram R. P. D. meo Ca-
prara in contrarium allegat.

His poſitis concludebant Domini quod ubi ſuper
vi, & efficacia dd. clauſularum aliqua ſupereſſet dif-
ficultas, quæ evitari non poſſet, ob non probatam
qualitatem hæreditariam in Henrico, adhuc hujuſ-
modi exceptio utpotè involens plures inſpectiones
Facti, & Juris, ex quibus ſemper dubitari continge-
ret, utrum eſſet locus petitæ evictioni, & retentio-
ni bonorum pro inducenda æqualitate diviſionis,
apta non eſſet ad impediendam, ſeù retardandam 13
immiſſionem ut benè reſpondit Rota in deciſ. 44.
ſub numero 18. poſt modern. Aſculan. ad Stat. Urb.
Et ità utraque &c.

R. P. D. MUTO

Reatina Immiſſionis.

Mercurii 2. Decembris 1705.

SUMMARIA.

1 Jus offerendi competit favore creditoris poſterioris adverſus anteriorem.

2 Creditor anterior cenſetur obtinuiſſe adjudicationem, & licitationem bonorum debitoris, potius conſervandi pignoris gratia, quam acquirendi irrevocabile dominium.

3 Ius offerendi competit contra creditorem, qui obtinuit adjudicationem ſine præjudicio anterioritatis & potioritatis ſui crediti.

4 Et ſimiliter ſi in actu adjudicationis declaraverit velle bona retinere donec ei creditum ſolveretur.

5 Præſcriptio juris offerendi intrat poſt lapſum 50. annorum.

6 Limita non intercedente bona fide.

7 Præſcriptio juris offerendi non intrat contrà creditorem non citatum.

8 Præſcriptio juris offerendi ut inducta dici poſſit, requiruntur citationes perſonales, inducentes ſcientiam certam, & ſpecificam, nec ſufficiunt vaga & generales.

9 Præſcriptio non currit contra creditorem non valentem agere, & n. 11.

10 Ius offerendi nequit exerceri contra mulierem retinentem bona viri pro credito dotali.

12 Præſcriptio juris offerendi ut poſſit intrare requiritur ſcientia adjudicationis.

13 Scientia deliberationis non probatur ex ſolutione cenſus facta à fidejuſſore, ſed ſolum notitia debiti.

14 Scientia deliberationis in loco parvo probatur ex edictis & bannimentis.

15 Limita concurrentibus contrariis conjecturis, de quibus n. 15. remiſſivè.

16 Scientia præſumpta elicita ex publicatione bannimentorum, non eſt ſufficiens ad effectum præſcribendi, cum requiratur certa, & indubitata.

17 Præ-

17 *Præſcriptio* 30. *vel* 40. *annorum currit etiam contra ignorantes.*
18 *Recenſetur opinio contraria.*
19 *Quæ ſecunda opinio ſine ulla difficultate procedit quando lapſus longi temporis requiritur ad præſcribendum, quia tunc operari nequit duplicem effectum, nempè præſcriptionis, & inductionis ſcientiæ.*
20 *Reſtitutio in integrum ſtante veriſimili ignorantia competit creditori volenti exercere jus offerendi etiam poſt lapſum longiſſimi temporis.*
21 *Ignorantia præſumitur in hærede.*
22 *Jus offerendi competit etiam ſuper bonis emphyteuticis ſi illa fuerunt comprehenſa in deliberatione facta favore creditoris anterioris.*

DECISIO XXV.

IMmiſſionem, quam vigore Juris offerendi obtinuerunt Jo. Franciſcus Gibellinus, & Mancini, priùs coram A. C. & deindè coram Me ſub die 18. Maji præteriti contra Bona Tullij Nicchi debitoris Cenſus poſſeſſa ab Anna Roſa Nicchi, & Petro de Urbinis Conjugibus: Hodiè DD. examinatis exceptionibus à Reis conventis adductis, eam validam, & juſtam recognoſcentes confirmationis robore munire non hæſitarunt, ideoque Dubio per Me propoſito in Deciſis perſiſtendum eſſe reſponderunt.

Iterùm enim conſtitit, Actoribus habentibus hypothecam permiſſum eſſe offerre creditum, pro quo Lugdinia Auctrix Annæ Roſæ Bona Tullii Viri de anno 1654. ſibi adjudicari obtinuit, cùm Jus offeren-
1 di ſemper competat poſteriori Creditori adverſus anteriorem, qui licitationem feciſſe; & adjudicationem Bonorum Debitoris obtinuiſſe cenſetur, potiùs conſervandi pignoris cauſa, quàm ad acquiren-
2 dum irrevocabile illius dominium, ut præter adductos in *præterita mea Deciſione* firmat *De Marin. reſol.* 219. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. magiſtraliter *Rota in Aſculana Juris offerendi* 22. *Martii* 1688. *&* 4. *Martii* 1689 *cor. Reverend. Epiſcopo Turonen.* impreſs. apud *Albic de Inconſt. in Judic. dec.* 12. *la prima n.* 2. *& ſeqq. & dec.* 13. *n.* 1. *& in Cornetana Juris offerendi* 9. *Martii* 1703. *§. Juſtitia, &* 11. *Junii ejuſdem anni §. Admittebant, cor. R. P. D. meo Scotto.*

Eoque magis, quia cum hac præſumptione Juris concordat etiam factum, & voluntas ipſius Lugdiniæ, quæ nedum anterioritatem; & potioritatem ſui Crediti præſervare voluit, ſed expreſſè etiam
3 declaravit, ſe retinere velle Bona deliberata quouſque ſibi fuerint ſoluta ſc. 525. pro ſuis Juribus dotalibus; Imperceptibile autem eſt, Lugdiniam voluiſſe ſibi irrevocabiliter adjudicare Bona Tullii Viri, & eodem tempore Jura anterioritatis, & potioritatis ſibi præſervare, dictaque Bona uſque ad ſatisfactionem ſui Crediti, & ſic temporaliter retinere, cùm iſtæ præſervationes, & declarationes ſupponant Creditum adhuc exiſtens, & vigens, non
4 extinctum per adjudicationem tranſlativam dominii irrevocabilis, ac proindè concurrentibus his duabus circumſtantiis Bona cenſentur à Creditore acquiſita, & retenta pro ſecuritate ſui Crediti, non pro acquirendo illorum libero, & irrevocabili dominio, ut utramque circumſtantiam examinando in ſpecie obſervat *Rota in Cornetana Juris offerendi* 20. *Martii* 1699. *coram Reverendiſſ. P. D. De la Tremoille poſt modernum Aſculanum ad Statut. Urb. dec.* 198. *num.* 18. *&* 19. confirmata 18. *Novembris* 1701. *§. Prædictaque,* 13. *Martii* 1702. *§. Verùm, & ſequent. coram Me, &* 9. *Martii* 1703. *§. Et in hanc legalem, & §. Ultra quod, &* 11. *Junii ejuſdem anni §. Et ſacto, coram R. P. D. meo Scotto.*

Non obſtat, quod cum ab anno 1654. quo ſequuta fuit prima deliberatio, ſuper qua unicè hodiè Scribentes pro Anna Roſa inſiſtunt lapſi ſint quinquaginta anni, Jus offerendi à Gibellino, & Man- 5
cinis prætenſum remanſerit præſcriptum, ex notatis in ſpecie per *Schettin. de Jur. offer. par.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 1. *num.* 60. *Franc. dec.* 69. *num.* 11. *Rot. coram Bich. dec* 43. *numer.* 14. *poſt Albic. de Inconſt. in Judic. dec.* 6. *num.* 13. *& in Farfen. Juris offerendi* 6. *Decembris* 1702. *§. Denique, coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Etenim ultrà deficientiam bonæ fidei, de qua 6
in præterita *Deciſione §. fin.* ad evitandum objectum urget reſponſio, quod allegata præſcriptio, nunquam potuit legitimè incipere, non quidem contrà Mutium Ciampam originarium Creditorem; tùm quia non docetur ipſum fuiſſe citatum, & quamvis 7
citationis defectum ſuppleri poſſe prætendatur, ex quadam inſtantia Lugdiniæ contra Mutium, alioſq; Creditores Tullii; hanc tamen recognitum fuit non ſufficere, cùm ad effectum inducendæ præſcriptionis, non ſufficiant inſtantiæ, & citationes vagæ, & generales, & perſonaliter non executæ, quæ non inducunt ſcientiam certam; & ſpecificam, & in- 8
dubitatam, prout requiritur, ut ad excludendam præſcriptionem Juris offerendi conſiderat *Rota in Romana Immiſſionis* 17. *Maji* 1697. *§. Quidquid, & §. Nec majoris, cor. R. P. D meo Caprara;* Tùm etiam quia ab anno 1654. ſequutæ deliberationis uſque ad annum 1662. quo obiit Tullius Debitor Vir Lugdiniæ, Mutius Ciampa non poterat agere, nec offer- 9
re, cùm Matrimonio conſtante, Mulier non poſſit amoveri à poſſeſſione Bonorum Viri oblato Credito dotali, ea ratione, quia Mulier debet ſe ſubſtentare ex fructibus dd. Bonorum, unde non tenetur recipere pecuniam oblatam, quæ de facili conſumi poteſt, & fructus non parit, ut reprobatis contrariis 10
de veriori, & communiori ſententia teſtantur *Merlin. de Jur. offer. num.* 9. *verſ.* 6. *Cum Mulier, Urceol. conſult.* 24. *nu.* 26. *& conſult.* 52. *num.* 15. *&* 16. *Schettin. de Jur. offer. par.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 1. *n.* 38 *& ſeq. Conciol. alleg.* 77. *n.* 30. *& ſeqq. Gramat. dec.* 1. *n.* 2. *Capyc. dec.* 41. *n.* 11. *Franc. dec.* 54. *nu.* 1. *& ſequen. Giurba dec.* 16. *n.* 12. *& ſequen. Oſaſch. dec. Pedemont.* 135. *n.* 9. *& ſeqq. Cartar. dec.* 8. *n.* 5. *Capyc. Latr. dec.* 42. *num.* 1. *& ſeqq. Afflict. dec.* 199. *per tot. ubique Urſill. in princip Viv. dec.* 413. *à n.* 2. *uſque ad* 6. *Adden. ad Sanfelic. dec.* 338. *in fin. Amat. dec. March.* 43. *n.* 6. *& poſt Modern. Aſcul. ad Stat. Urb. dec.* 76. *n.* 1. *& ſeq.* ubi de veriori; Iſtoque impedimento attento contra dictum Ciampam præſcriptio incipere non potuit, quæ contrà non valentem agere non in-
cipit, & incepta non currit, *Surd. dec.* 237. *n.* 14. 11
Rota coram Bich. dec. 15 *n.* 28. *& dec.* 436. *n.* 20. *& in Rec. dec.* 4. *n.* 4. *par.* 9.

Poſt obitum verò Tullii Mariti multò minus potuit initium habere præſcriptio contra d. Mutium, qui jam uſque ad annum 1659. prædeceſſerat, nec contra Antonium Gaſparem illius filium, aut Philippum Poggium Fidejuſſorem, & Andream iſtius filium; Quo enim ad Philippum Fidejuſſorem, iſte pariter prædeceſſit de anno 1643. & debitum non ſolvit, & ſic agere non poterat contra Bona Tullii Principalis debitoris; quo vero ad Antonium Gaſparem filium Mutii Creditoris, qui reportavit extinctionem, & ſolutionem debiti Cenſus ab Andrea Poggio filio Philippi Fidejuſſoris, cùm illius hæredes non ſint, Gibellinus & Mancini, qui petunt Jus offerendi, etiam ſi contrà Gaſparem incepiſſet præſcriptio, iſtis obeſſe non poſſet; Cæterum, nec contra Gaſparem & multò minus contrà Andream Poggium, qui debitum Cenſus perſolvit 12
inchoare valuit præſcriptio; dum quoad utrumque deſideratur ſcientia adjudicationis ad hunc effectum neceſſaria, ut in puncto reſpondet *Rota in d. Romana Immiſſionis* 1697 *§ Quidquid, & ſeq. cor R. P. D. meo Caprara,* & generaliter *Panimol. dec.* 3. *n.* 3. *& ſeqq. Rota cor. Rojas dec.* 127. *n.* 5. *& in rec. dec.* 231. *n.* 7. *par.* 19.

Neque iſta ſcientia deſumi poteſt ex eo, quo Andreas Poggius tanquam hæres Philippi Fidejuſſoris fuerit coactus ſolvere Centum filio Ciampiæ, quoniam ex hac ſolutione arguitur quidem in Gaſpare, & Andrea ſcientia Cenſus, & obligationis fidejuſſo-
13 tiæ Patris, necnon Crediti vigore d. ſolutionis fidejuſſorio nomine factæ adverſus Tullium principalem Centus debitorem, non vero quod Bona Tullii uſque ab anno 1654. fuerint ſavore Lugdiniæ deliberata, uti appoſitè ponderat *Rota in d. Romana Immiſſionis 17. Maii 1697. §. Prout etiam, §. Similiter, & §. Fortius, cor. R. P. D. meo Caprara.*

Minus elici poteſt ſcientia, ex eo, quod deliberatio facta fuit publicè, & palam prœviis Edictis, & Bannimentis, ex quibus illam argui, quando ſumus in loco non multum amplo per *Text. in l. Si*
14 *eo tempore, C. de remiſ. pignoris*, tradunt *Lucas de Penna in l. 3. in 47 præſumptione, C. de Apocis publicis lib. 10. Gozzadin. conſ. 73. nu. 24. Surd. conſ. 405. nu. 11. & ſeq. Franc Ant. Coſta conſ. 54. n. 17. Ludovic. dec. Peruſ. 67. n. 7. Rota in Romana Immiſſionis 22. Aprilis 1675. §. Indubitata, cor. bo. me. Pio, & 17. Maii 1697. §. Nec minoris, cor. R. P. D. meo Caprara.*

Siquidem cum Creditores Tullii morarentur in Civitate Reatis, & adjudicatio facta fuerit in Urbe coram Dohanarum Præſide, nec ageretur de ſubhaſtatione Bonorum Perſonæ conſpicuæ, nec de aliquo corpore inſigni quo caſu ſubhaſtatio per Civitatem ſtatim divulgatur, & ſolet per ora Civium circumferri; poſſeſſio Bonorum deliberatorum in Urbe, numquam in Civitate Reatis capta fuerit à Lugdinia, itaut Creditores ex hac adeptione poſſeſſionis ſcire potuerint, quod poſſeſſio illa, quæ per prius à Lugdinia Jure familiaritatis cum Viro retinebatur exinde evaſerit abſoluta; & Jure dominii; nec Philippus fidejuſſor, aut Andreas illius filius, qui d. tempore deliberationis, non fuerunt citati, prout necèſſe erat, ſi non pro validitate ſubhaſtationis, ſaltem pro inducenda in eis ſcientia, inveſtigare de eo tempore tenebantur quid ageretur, cum nondum pulſati fuiſſent adſolvendum, neque id facere poterant ex poſt nempe anno 1622. quod Andreas ſolvit, cum nullam, nec genericam ſcientiam habuiſſet deliberationis; In iſtis terminis, & concurrentibus bis facti circumſtantiis ſcientia probata dici non poteſt,
15 imo ignorantia eſt omninò veriſimilis, ut conſiderat *Rot. in citata Romana Immiſſionis 17. Maii 1697. §. Nec minoris, cor. R. P. D. meo Caprara*, & declarando auctoritates in objecto allegatas *in Romana Salviani, ſeu Immiſſionis 26. Febr. 1698. §. His perpenſis, R. D. meo Decano.*

Et in omnem caſum, quatenus ex bis publicis ſubhaſtationibus probata remaneret ſcientia, bæc non
16 poſſet dici ſcientia certa; & indubitata ſed præſumpta, quæ ſatis non eſt in materia præjudiciali, & ad effectum præſcribendi, ut in præciſis terminis proſequitur *Rota in Romana Immiſſionis 17. Maii 1697. §. Nec majoris in fine, cor. R. P. D. meo Caprara.*

Agnoverunt Defenſores Annæ Roſæ in ſubſiſtentiam eorum aſſumpti, ideo allegarunt non requiri ſcientiam ex eo, quod verſemur in præſcriptione longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum, quæ currit
17 etiam contra ignorantes, ad *Text. in l. Sicut 3. verſ. Quæ ergo l. Omnes 4. l. Competit C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* & tradita per *Honded. conſ. 83. n. 50. & ſeq. lib. 1. Pereg. conſ. 103. n. 49. & ſeqq. lib. 3. Gall. de Except tit 1. except. 2. par. 1. n. 51. & ſeqq. Rota in recent. dec. 270. n. 6. & ſeqq. par. 6. & dec. 293. n. 10. par. 10. & in Romana Salviani, ſeu Immiſſionis 26. Februarii 1698. §. Præterea; coram Rev. D. meo Decano.*

Quoniam quidquid ſit de hac quæſtione, in qua contrarium ſubſtinent *Bald. de Præſcript. 2. par. 4. quæſtionis principalis q. 1. n. 14. Neg. alleg. 2. n. 24.* 18
Borgin. Cavalcan. dec. 4. ſub n. 53. par. 5. Rota Lucen. inter deciſ. diverſor. recollectas per *Palm. Nep. dec. 165. n. 14. & dec. 256. n. 8. Rot. in rec. dec. 425. n. 3. & 4. par. 18.* maximè quando lapſus d. temporis neceſſarius eſt ad præſcriptionem, quo caſu duplicem effectum præſcriptionis & præſumptionis ſcientiæ inducere non valet *Rota in d. Romana Salviani, ſeu Im-* 19
miſſionis 1698. §. Præterea, cor. D. meo Decano.

Valida occurrit reſponſio, quo cum ex ſuperius deductis ignorantia in Actoribus ſit probabilis, & veriſimilis eſt ſuccurrendum eis remedio reſtitutionis in integrum adverſus lapſum cujuſcumque longiſſimi temporis, *Cyriac. contr. for. contr. 321. nu. 76.*
Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 6. n. 5. Modern. 20
Lucen. de alleg. 2. num. 21. & ſeqq. ibique Rota Lucen. alleg. 3. n. 154. & ſeqq. Sperell. dec. 135. n. 140. Rot. Luc. inter deciſ. diverſor. recollectas per *Palm. Nep. dec. 165. num. 13. & dec. 256. num. 9. Rota noſtra* in terminis *Juris offerendi in citata Romana Immiſſionis 1697. §. Hujuſmodi coram R. P. D. meo Caprara*, ubi adducit concordantes; imò ad hunc effectum ſatis eſſe inſtantiam pro reſtitutione in integrum promoverit à Gibellino, & Mancinis, habentibus cauſam ab Andrea, in hærede enim vel 21
alio ſucceſſore ignorantia præſumitur, licet non probetur, ut proſequitur *Modern. Lucen. citata alleg. 2. n. 27. ibique Rota Lucen. alleg. 3. n. 160. Cyriac. d. contr. 321. nu. 69. Rot. poſt Zacch. de Oblig. Camer. dec. 69. nu. 7. & dec. 319. nu. 10. & poſt Merlin. de Pign. dec. 77. nu. 9. & cor. Buratt. dec. 457. nu. 2. Duran. dec. 426. nu. 9. Celſ. dec. 63. nu. 12. cor. ſa. me. Alex. VIII. dec. 156. num. 11. & in rec. dec. 315. num. 7. & ſeq. par 4. & dec. 360. n. 5. & 6. par. 6.*

Obeſſe pariter non valet, quod ſub hac immiſſione conceſſa Gibellino, & Mancinis cadere non poſſint Apothecæ in Suburbio Reatis exiſtentes, tamquam acquiſitæ titulo Inveſtituræ à Domino directo, quoniam, omiſſis aliis reſponſionibus, cum Scribentes pro Anna Roſa admittant Jus offerendi regulari debere ad normam primæ deliberationis favore Lugdiniæ & in illa literaliter iſtæ Apothecæ deſcriptæ fuerint, ſequitur quod Actores, qui hodiè offerunt totum pretium primæ deliberationis, in qua fuerunt comprehenſæ dd. Apothecæ, iſtas etiam habere debeant, cum primus Creditor teneatur dimittere favore poſterioris offerentis totum id, quod ex deliberatione ad ſui favorem recepit, imò omnia acceſſoria, & conſequutiva, ex notatis per *Schenn. de Jur. offer. par. 1. cap. 3. ſect. 5. ex num. 15. Franch dec. 521. num. 11.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

NEAPOLITANA PRÆLATIONIS.

Veneris 11. Maii 1708.

S U M M A R I A.

1 *Venditio valida eſt interveniente re, pretio, & conſenſu.*
2 *Beneplacitum Apoſtolicum, & juſta Cauſa requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiæ.*
3 *Quamvis agatur de bonis pertinentibus ad Eccleſias regularium ſtante decreto ſa. me. Urbani, & edito de anno 1624.*
4 *Beneplacito deficiente, vel juſta cauſa corruit venditio.*
5 *Limita in alienationibus bonorum ſpectantium ad regulares capaces acquirendi ad effectum vendendi.*
6 *Theatinorum Religio eſt capax acquirendi bona mobilia ad effectum vendendi.*

7 *Et ideò non' comprehenditur ſub decreto Vrbani I.*
8 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur dumtaxat in alienationibus voluntariis bonorum Regularium.*
9 *Et ideo non extenditur ad neceſſarias.*
10 *Alienatio neceſſaria dicitur illa qua fit ex præcepto inſtitui.*
11 *Theatini ſunt capaces acquirendi bona ſtabilia.*
12 *Sed dumtaxat ad effectum vendendi, & implicandi pretium pro uſu fabrica Eccleſia vel Monaſterii.*
13 *Et deciſio in Romana legati impreſſ. poſt Bertacchin. not. 96. explicatur.*
14 *Theatini poſt annum 1626. obſervarunt paupertatem voluntariam & n. 18.*
15 *Decretum S. Congregationis Epiſcoporum emanatum favore PP. Theatinorum anno 1704. explicatur.*
16 *Theatini ſunt capaces acquirendi & retinendi legata pecuniaria pro ornatu Cappella vel Eccleſia.*
17 *Beneplacitum requiritur in alienationibus bonorum que poſſunt per Regulares retineri.*
19 *Beneplacitum non eſſe neceſſarium arguitur ex actu venditionis ſine eo expleto.*
20 *Beneplacitum an ſit neceſſarium nec ne inſpiciendum eſt jus vigens de tempore venditionis.*
21 *Utilitas venditionis probatur ex augumento pretii.*
22 *Et ex quo venditor cum pretio extinxit debita.*
23 *Non obſtante dilatione data emptori ad ſolvendum pretium ſi interim pendente dilatione fuerunt conventa uſura.*
24 *Venditio facta à loco Pio Capaci alienandi, ut revocetur requiritur læſio.*
25 *Caſus qui non comprehenditur ſub extravaganti ambitioſa regulatur ſecundum diſpoſitionem juris communis.*
26 *Conſenſus generalis non requiritur in alienationibus bonorum regularium ſed ſat eſt ille ſuperioris.*
27 *Clauſula quatenus opus fuerit operatur ut ſi conſenſus non ſit de jure neceſſarius, actus non invalidetur.*
28 *Conſenſus generalis præſumitur ſpatio 30. annorum.*
29 *Denunciatio Venditionis præſumitur facta poſt lapſum decem annorum.*
30 *Eminentiſſimus Corradinus digniſſimus S. R. E. Cardinalis & auctor celeberrimi tractatus de jure Prælationis digniſſimis Laudibus à Rota decoratur.*
31 *Prælationi renunciatum cenſetur ſtante longa acquieſcentia.*
32 *Prælationis petenda jus ſpatio 30. annorum præſcribitur.*
33 *Etiam ſi adeſſet pactum petendi prælationem ſemper & quandocumque.*
34 *Reſtitutio in integrum num competat favore Eccleſia lapſo tempore ad redimendum.*
35 *Reſtitutio in integrum non conceditur Eccleſia lapſis quatuor annis ſupra triginta.*
36 *Prælatio reſervata in caſu alienationis domus non extenditur ad caſum alienationis juris redimendi.*
Et Card. de Luc. diſc. 88. de ſervit. qui contrarium dicere videtur expenditur. n. 39.
37 *Nemo invitus cogitur alteri vendere.*
38 *Extenſio de caſu ad caſum in materia prælationis fieri non debet*

Decisio XXVI.

PAtres Clerici Regulares Theatini Eccleſiæ SS. Apoſtolorum Neapolis anno 1628. vendiderunt Domum gravatam annuo Canone ducatorum ſex favore Eccleſiæ S. Mariæ ad Verticem Cæli, vulgo ad Verticellum, eidemque contiguam pretio ducatorum 5000. Dianę Caracciolę Marchioniſſę Brienzæ, pacto inter alia adjecto; quod quandocumque fieri, & tractati contingeret ejuſdem Domus alienatio, ſemper dicti Patres pro eodem pretio reperien-do cuicumque præferri deberent; Et ſi ſecus fieret, & procederetur ad alienationem: eo caſu talis alienatio nullius roboris, & validitatis cenſenda eſſet.

Anno 1654. Joſeph. Caracciolus filius, & hæres d. Marchioniſſæ Dianæ, eamdem Domum pretio duc. 3226. 3. 6. vendidit PP. Eccleſiæ S. Mariæ in Porticu, cum pacto ſemper, & quandocumque redimendi, quod Jus anno 1701. alter Joſeph Caracciolus Princeps Athenarum Succeſſor dicti Joſephi Senioris ceſſit, & donavit d. Eccleſiæ S. Mariæ de Verticello, quæ vigore dictæ Ceſſionis convenit in Tribunali Nunciaturæ PP. S. Mariæ in Porticu ad faciendam retrovenditionem. Dumque pendebat hæc diſceptatio, comparentes coram Reveren. Nuncio PP. Theatini inſteterunt pro reſtitutione Domus uti nulliter per eos anno 1628. ſine Beneplacito Apoſtolico alienatæ, & in omni caſu pro prælatione virtute pacti a, poſiti in eodem venditionis Inſtrumento: Nuncius tamen nihil pronuncians circa nullitatem alienationis pronunciavit competere PP. Theatinis prælationem: Quam ſententiam ex capite nullitatis revocavit R. P. D. meus Aldrovandus tunc A. C. mandavitque procedi ad ulteriora in confectione Inſtrumenti Retrovenditionis favore Eccleſiæ de Verticello, & tanquam in prima pronunciavit non competere PP. Theatinis Jus redimendi, & prælationem.

Cauſa ad Rotam devoluta poſt longam diſputationem ſuper concordatione Dubii, tandem de mandato S. Tribunalis fuit ſubſcriptum ſequens -- *An conſtet de validitate Contractus venditionis Domus ſecut. de Anno 1628., ſeu potius PP. Theatinis competat prælatio*, quod hodie fuit reſolutum -- *conſtare de validitate Contractus, & non competere prælationem.*

Validitas namque contractus Venditionis ſuadebatur ex Concurſu trium extremorum quæ de Jure ad illum ſubſtantiandum requiruntur, qualia ſunt certum pretium, determinata res vendenda, & reſpectivè emenda: Et univocus Contrahentium conſenſus ad *Text. in l. venditionibus 9.* ibique *Gloſſ. in figuratione Caſus, & l. Pacta 72. ff. de contr. empt. Minſinger, & Oinotom. §. Pretio autem num. 2. inſtit. de empt. & vendit. Cyriac. contr. 278. numer. 39. Tom. 2. Rot. coram Merlin. deciſ. 567. num. 33. coram Buratt. deciſ. 114. num. 2. & deciſ. 898. num. 6.* 1

Nec obſtat, quod in alienationibus Bonorum Eccleſiæ, ultra enunciata requiſita, ſub pœna nullitatis deſuper neceſſaria ſint cumulativè Beneplacitum Apoſtolicum, & juſta cauſa ex cenſura celebris *Text. in Extrav. ambit. de rebus Eccleſia non alienandi* renovatæ quoad Regulares ſpeciali Decreto 2
Sac. Congregationis Concilii anno 1624. edito Juſſu fa. mem. Urbani VIII. ac relato per *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 9. cap. 1. num. 11.* quo- 3
rum neutrum concurrat in caſu præſenti, quando cœteroquin ſufficeret unius tantum defectus *Card. de Luc. de alienat. diſc. 1. n. 2. & 3. Panimol. de-* 4
ciſ. 54. n. 5. & deciſ. 135. nn. 29. Rot. coram Corr. deciſ. 395. num. 5. & deciſ. 336. num. 1. coram Emerix Junior. & deciſ. 548. num. 28. & 29 part. 19. recent.

Quandoquidem diſpoſitio d. Extravagantis, Decretumque Urbani VIII. anni 1624 locum non obtinent in Religionibus capacibus acquirendi Bona 5
ſtabilia non jam ad effectum retinendi, ſed ad effectum vendendi, qualis eſt Ordo Theatinus: Hujuſmodi quippe Religiones poſſunt diſtrahere Immobilia ſine aſſenſu Apoſtolico *Duard. de Cenſib. §. 1. quæſt. 22. num. 53. Barboſ. alleg. 95. num. 59. Grat. diſcept. 202. numer. 27. Cappon. diſcept. 157. num. 6. cum ſeqq. tom. 3. Card. de Luc. de alienat. diſc. 1. nu. 120. P. Sanchez. in Precept. Decal. lib. 7. cap. 26. Azzor. Inſtit. moral. tom. 1. lib. 12. cap.*

Deciſ. Noviſſ. ad Corrad. de Jure Prælat.

23. *quæſt.* 21. *Aldan. in Compend. Canon. reſolut. lib.*
3. *tit.* 8. *num.* 16. *Pignattel. Conſult.* 28. *num.* 5. *tom.*
6 10. & in ſpecie Religionis Theatinorum tradunt
Del Bene Religioſus ejuſdem Ordinis de Immunit. tom.
2. *cap.* 17. *Dub.* 22. *n.* 28. *Novar. in Summ. Bullar.*
Commen. 6. *nu.* 19. *R. P. D. Petra in ſuis Comment.*
ad conſtitutiones Apoſtolicas tom. 1. *pag.* 191. *nu.* 41.
& 42. Et ultra hujuſmodi DD. Auctoritatem in
ſpecie hujus Ordinis Theatini adeſt Decretum Sac.
Congregationis Concilii quo declaratum fuit, quod
7 Religio Theatinorum quamdiù retineat Inſtitutum
Bona in mobilia acquiſita vendendi, non compre-
henditur in dicto Decreto Anni 1624. Juſſu Urba-
ni VIII evulgato, ut referunt *del Bene R. P. D.*
Petra, & Novarius locis ſupra citatis, Quibus ad-
ditur *Corrad. in Prax. diſpenſat. lib.* 9. *cap.* 1. *nu.*
13. ubi per extenſum refert preces porrectas à P. Ge-
nerali Theatinorum, & d. Decretum deſuper ema-
natum.

Et quidem tàm recitata DD. Opinio, quam mox
dictum Sac Congregationis Decretum ſubnixa ſunt
8 ea optima ratione, quia *Textus in Extravag. ambi-*
tioſæ, ejuſque renovatio generalis quoad omnes Re-
gulares loquuntur de alienationibus voluntariis. Un-
9 dè non comprehendunt diſtractiones neceſſarias, ut
relatis antiquioribus docent *Sanchez. in Precept. De-*
calog. tom. 2. *lib.* 7. *cap.* 26. *numer.* 30. *Man-*
tic. de tacit. lib. 25. *tit.* 6. *num.* 58. *Gratian. diſ-*
cept. 391. *num.* 1. & 3. *P. Molina de Juſtitia, & Ju-*
re diſput. 224. *Colum.* 5 *Ricc. deciſ.* 226. *nu.* 12.
par 1. *Cappon. controv. forenſ.* 1. *n.* 54. 55. & 56. In-
20 ter quas abſque dubio comprebenduntur illæ aliena-
tiones, quæ fieri debent ex præſcripto Inſtituti *Ga-*
briel. conſ. an. *num.* 50. *lib.* 1. *R. P. D. Fagnan. in*
cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt à Prælatis num. 11.
& 12. *verſ. ut in alienationibus Cappon. dicta conſult.*
2. *num.* 55. *Card. de Luc. de alienat. diſc.* 1. *n.* 126.
R. P. D. Petra ad conſtit. Apoſtolic. fol. 102. *num.*
43. *tom.* 1.

Hinc conſequenter nullum DD. obicem facie-
bat ratio, in qua principaliter fundabantur Defen-
ſores PP. Theatinorum, quod ſcilicet illi ſint ca-
paces acquirendi Bona ſtabilia, & paſſim acquirant
11 allegando ſpecialiter *Deciſionem* 12. *Junii* 1690. *cor.*
R. P. D. meo Priolo in Romana legati impreſſa poſt
votum 06. *moderni Bertacchini.* Quia ultro admitte-
batur, quod juxtà conſtitutiones Ordinis poterant
PP. acquirere Bona Immobilia, id quod etiam evin-
cebatur ex Decreto facto in Capitulo generali Re-
ligionis anni 1636. confirmato à ſa. me. Clemen-
te IX. ſed illud quoque eſt certum, quod iidem Re-
ligioſi, ut paupertatem Chriſti Domini & Apoſtolo-
rum eo efficacius imitarentur, voluntariæ Pauper-
tati ſe ſubjecerunt, itaut non alias Pias Immobi-
lium largitiones acceptare conſueverint, quam ſub
ea Lege, & firmo propoſito vendendi, pretiumque im-
plicandi pro uſu fabricæ Eccleſiæ, vel Monaſterii, ut
12 ſpecialiter teſtatus fuit P. Generalis Ordinis in dd. pre-
cibus porrectis Congregationi Concilii, relatis per
Corrad. in prax. diſpenſat. lib. 9. *cap.* 1. *ante num.*
13. & referunt etiam DD. ſupra allegati, & ſi-
gnanter *del Bene* gravis Authos hujus Religionis
dicta Dubit. 22. *num* 18.

Neque oppoſitum firmat *Deciſio in Romana Le-*
gati coram R. P D meo Priolo; Quia in illa ſtatui-
tur tantum, quod PP. Theatini non ſe adſtrinxe-
rint ſpeciali obligatione non acquirendi, vel poſſi-
dendi Bona Immobilia, ſed voluntariè huic pauper-
tati ſe ſubjeciſſent, adeout volentes poſſint acquirere,
& poſſidere; ſed non dicit, quod de facto non ſe
13 abſtineant à poſſeſſione, quodque Bona acquiſita
non ſoleant alienare. Et quamvis poſtea ſubdat,
quod PP. S. Andreæ Urbis impellente neceſſitate,
acceptaverint Legatum Juliæ Mattheiæ, de quo

diſceptabatur, nil tamen additur ne voluntate re-
tinendi: Benè enim eſſe poteſt, quod fuerit acqui-
ſitum ad effectum transferendi in alium mediante
aliquo licito Contractu.

Hiſce rationibus perſtricti Defenſores Theatino-
rum allegabant in reſponſionibus eorum principales
multis ab hinc annis non ſervare voluntariam Pau-
pertatem, ad quam ſub initium fundationis volun-
tariè ſe ſubmiſerant, dùm paſſim modernis tempo-
ribus acceptant Pias Bonorum largitiones, eaſque
retinent. In hoc autem paſſu, Domini primo loco
dixerunt talem primitivi Sancti, & laudabilis Inſti-
tuti inobſervantiam non probari; Et certum eſt,
quod de tempore, quo Sacra Congregatio edidit
præfatum Decretum relatum à Corrado, quod ut
colligitur ex eodem Authore emanavit poſt annum
1626. dicta voluntaria paupertas obſervabatur, ut
narratur in dictis Precibus, ibi - *Generalis Clerico-*
rum Regularium humiliter exponit Illuſtriſſimis DD. 14
VV. qualiter ejus Religio nullo unquam tempore poſſe-
dit Bona aliqua Immobilia, animo ea retinendi, cum
id expreſſe prohibeant Conſtitutiones ejuſdem Religionis
a tali enim poſſeſſione voluntariò ſe abſtinent, ut eo li-
bentius, & promptius Paupertatem Chriſti Domini imi-
tentur - Abſque eo quod hujus Inſtituti inobſervantia
eliciatur ex reſolutione Sacræ Congregationis Epiſ- 15
coporum emanata Anno 1704. annullante quemdam
Contractum venditionis factæ per dd. Patres, &
declarante, Contrahentes incurriſſe Cenſuras; Quia
d. Venditio erat de quodam pecuniarum Capitali
legato pro conſtructione, & ornam Cappellæ Ec-
cleſiæ dd. PP. Cum autem ſimilia Legata Religio
retineat, Ideò comprebenduntur ſub Cenſura extrava- 16
gantis, & Decreti anni 1624. quibus ſubjacent
Bona, quæ per Religionem retineri poſſunt ad uſum
Conventuum, prout ſunt Orti illorum contigui,
Villæ ad oblectamentum, & ſimilium, ut ad rem 17
docuit. *P. del Bene dicta dubitat.* 22. *nu.* 35.

Prætereà ad amputandam omnem difficultatis um-
bram ponderabant DD. quod quidquid ſit an ſu-
pedictum Inſtitutum non retinendi Bona hodie vi-
geat, & quatenus non, à quo tempore antiquatum
fuerit; Illud certum eſſe putarunt, quod de anno
1628. quo ſequuta eſt controverſa venditio, erat
in viridi obſervantia. Tum quia poſt annum 1676.
& ſic de tempore indubitabiliter proximo venditio-
ni editum fuit d. Decretum relatum *à Corrado*, in
quo, & in Precibus ad illud obtinendum porrectis
d. Inſtitutum ſupponebatur in viridi obſervantia;
Tum quia in Comitiis generalibus anni 1650. per 18
extenſum relatis à *Gaſton. diſcept.* 38. *num.* 4. refer-
tur tanquam obſervari continuatum; Tum quia idem
ſupponunt plures Authores teſtantes de hoc Inſtitu-
to, & ſignanter *del Bene*, qui cum ſua Opera edi-
diſſet in lucem de anno 1610. refertque d. De-
cretum Sac. Congregationis Concilii reſtrictum ad
tempus, quod Religio Sartum, & Tectum ſerva-
ret Inſtitutum abſque eo quod fecerit verbum de
illius inobſervantia, præſumendum eſt illam tunc
temporis non adfuiſſe: Tum demum, quia ipſa di-
ſtractio Domus, de qua habetur ſermo facta fuit
ſine Beneplacito Apoſtolico, quod arguit non fuiſſe 19
habitum neceſſarium ſtante ejuſdem Inſtituti obſer-
vantia

Poſito autem, quod anno 1628. vigebat mos iſte
nunquam ſatis laudabilis non poſſidendi ſtabilia, d.
venditio regulanda eſt cum jure, quod tunc vigebat
& non cum novo ſubinde ſupervento, quatenus re 20
vera ſuperventum fuiſſet *Gratian. diſcept.* 465. *per*
tot. & cap. 608. *num.* 6 *Rota coram Gregor. deciſ.*
401. *n.* 8. & *deciſ.* 179. *num* 8. *p.* 9. & *dec.* 15.
num. 16 *p.* 11. *recen.*

Stabilito, quod ad validandam venditionem non
erat neceſſarium Beneplacitum Apoſtolicum, nec
minus

minus ejuſdem invaliditas deſumi valuit ex defectu
cauſæ, quia Inſtitutum non retinendi Bona ſtabilia
legitimam præſtitit cauſam ad alienandum: Et ad
id, quod ſubdebatur, d. alienationem non fuiſſe
utilem Monaſteriu, reſponſum fuit, objectum non
ſubſiſtere; Quia Patres d. domum acquiſiverant
21 pretio ducatorum 4400. & poſt annum vendiderunt
pro ducatis 5000. ex quo pretii augumento reſultat
utilitas, quæ rurſus ſuadebatur, ex quo cum par-
22 te pretii ſe extricarunt iidem Patres à pluribus de-
bitis; quibus involvebantur; Non obſtante, quod
pretium non fuerit ſolutum in contanti, ſed habi-
ta illius fide per ſpatium octo annorum, quia in-
23 terim Marchioniſſa Diana emptrix promiſit ſolve-
re inter uſuria ad rationem ducatorum ſeptem pro
centenario in ſublevamen Eccleſiæ; Cæterum om-
nis ceſſabat amaritudo in hoc paſſu, ex ea refle-
xione, quod ſemel, ac in hujuſmodi alienationi-
bus non erat opere pretium ſervare ſolemnitatea d.
Extravagantis ex aſſerto defectu utilitatis loci Pii
dici nequit de nullitate venditionis; Sed quatenus
24 intraret læſio in prætio agi poteſt famigerato re-
medio *l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit.* quia hoc ipſo,
quod caſus, de quo agitur non eſt compræhenſus
ſub extravaganti ambitioſæ, regulandus eſt juxtà
25 juris communis diſpoſitionem *Rot. in Recen. deciſ.*
15. *num.* 11. *& deciſ.* 66. *nu.* 17. *par.* 4. *tom.* 2. *& de-
ciſ.* 515. *num.* 3. *eadem par.* 4. *& deciſ.* 141. *num.*
30. *par.* 5. *& deciſ.* 316 *num.* 9. *par.* 6. *& deciſ.* 110.
num. 25. *par.* 7. *& deciſ.* 152. *num.* 7. *par.* 8.

Hinc promanat Reſponſio ad alterum caput nul-
litatis contractus fundatum in defectu conſenſus P.
Præpoſiti Generalis expreſſe in illo reſervatus, quia
talis reſervatio non legitur facta abſolutè, & ſim-
pliciter, ſed cum clauſula --- *quatenus opus fuerit*;
Cùm ergo in contractibus faciendis per Regulares non
requiratur conſenſus Generalis, ſed ſufficiat conſen-
26 ſus Superioris localis *cap. fin. de pact. in* 6. *Bald. conſ.*
261. *per tot. par.* 4. *Caſtrenſ. conſ.* 406. *num.* 9. *De-
cius conſ.* 474. *num.* 10. *Adden. ad deciſ.* 14. *num.*
38. *& ſeqq. par.* 3. *Recent. Rota deciſ.* 22. *num.* 6. *par.* 2.
Diverſ. Inde ſequitur non adhibitionem conſenſus
Generalis non irritaſſe contractum; Quia reſerva-
27 tio alicujus ſolemnitatis cum clauſula, *quatenus opus
ſit*, non operatur ſi vere de jure illa opus non eſſet
Rota deciſ. 375. *n.* 26. *&* 27. *par.* 13. *& deciſ.* 1169. *n.*
5. *&* 6 *coram Emerix Jun.*

Omnis tamen ratio dubitandi ſubmovebatur ex eo
quod cum ab anno 1628. uſque ad motam litem
effluxerint octuaginta circiter anni, d. beneplacitum
Patris Generalis interveniſſe præſumitur, cum mino-
ri etiam ſpatio triginta annorum talis præſumptio
28 de jure inducatur *Ciarlin. controv. forenſ. cap.* 39. *n.*
4. *&* 7. *Gratian. diſcept.* 867. *nu.* 50. *Card. de Luca
de feud. diſcurſ.* 68. *num.* 11. *& diſc. primo de alienat.
Rota deciſ* 172. *num.* 16. *&* 17. *par.* 8. *& deciſ.* 175.
num. 39. *par.* 9. *& deciſ.* 26. *num.* 29. *par.* 10. *& in
Romana Cenſuum* 16. *Novembris* 1705. *§. fin. coram
R. P. D. meo Anſaldo.*

Expeditum Sacrum Tribunal à juſtificanda prima
parte reſolutionis reſpicientis validitatem contra-
ctus, brevioribus animadverſionibus proceſſit in
fundanda illius ſecunda parte, denegante præla-
tionem; Licet enim Patres Theatini in venditio-
ne anni 1618. facta favore Marchioniſſæ Brienzæ
reſervaverit jus prælationis in caſu alienationis,
tamen quia ab anno 1654. quo facta fuerat vendi-
tio per Succeſſores d. Marchioniſſæ uſque ad mo-
tam litem elapſi ſint quinquaginta, & ultra anni;
Inde duo ſequuntur; Unum quod denunciatio an-
te alienationem, quæ fieri debebat Patribus, qui-
29 bus competebat prælatio, præſumitur interveniſſe,
dum ad effectum illam præſumendi factam ſufficiat
lapſus decem annorum, ut articulo per tramites
Deciſ. Noviſſ. ad Corrad. de Iure Prælat.
juris examinato concludit R. P. D. Corradinus Au-
ditor Sanctiſſimi Domini Noſtri, in ejus Doctiſſi- 30
mo Tractatu de jure prælationis *qu.* 4. *n.* 30. *&* 31.
qua ſtante præſumpta denunciatione, ſequitur altera
præſumptio, quod non comparentes Patres ad pe- 31
tendam prælationem eidem renunciaſſe dicantur *Gra-
tian. diſcept.* 957. *n.* 17. *Rovin. conſ.* 94. *num.* 4. *lib.*
2. *R. P. D. Corradinus de jur. prælat. d. qu.* 4. *num.*
46. *&* 47.

Alterum conſequens eſt, quod in omnem caſum
d. jus petendi prælationem remanſit præſcriptum;
cùm juxta communem Doctorum ſententiam ad in-
ducendam hanc præſcriptionem ſufficiat lapſus 30.
annorum, etiam contra abſentes, & ignorantes; 32
Ac etiamſi adeſſet pactum ſemper, & quandocum-
que, ut formiter diſcuſſa quæſtione concludit R. P.
D. Corradinus in d. Tractatu *qu.* 24. *num.* 40. *cum
ſeqq.* & eſt opinio Sacri Tribunalis diſerte firmata
in dec. 1360. *num.* 11. *cor. Seraph. & deciſ.* 58. *nu.* 6. 33
coram Priolo, & in Romana prælationis 18. *Januarii*
1692. *§. Inde oritur coram cl. me. Card. Cavallerino
impreſſa penes Cardin. Albit. de Inconſt. in Judic. deciſ.*
19. *n.* 18. *& penès Bertacchin. vot.* 97. *n.* 39.

Non obſtante, quod in ſubjecta materia minori-
bus, & Eccleſiæ competat reſtitutio in integrum ad-
verſus lapſum temporis datum ad redimendum:
Quoniam poſthabito examine hujus quæſtionis ple-
no calamo aſſumpto per R. P. D. Corradinum *d. qu.* 34
24. *num.* 25. *cum ſeqq.* ubi refert opiniones hinc in-
dè, eaſque reducit ad concordantiam; Illud viſum
eſt non pati difficultatem, quod ſi ultra ſpatium 30.
annorum neceſſarium ad præſcribendum hoc jus re-
tinendi, lapſi fuerint alii quatuor anni; tunc locus
non eſt reſtitutioni in integrum: Quia quadriennium
tantum jura concedunt minoribus, & Eccleſiæ ad
implorandum hujuſmodi remedium, undè cum in
caſu ſuprà 30. annos, non ſolum quatuor, ſed alii 35
viginti circiter effluxerint anni, locus non eſt d.
remedio *l. fin. Cod. de temp. in integr. reſtit. & cap.*
1. *&* 2. *de reſtit. in integrum in* 6. *Galleſ. in Commen-
tario ad cap.* 1. *de reſtit. in integr num.* 111. *poſt Tract.
de eodem tit. pag.* 15. & proſequitur *R. P. D. Corrad. d.
qu.* 24. *n.* 34.

Multoque minus Patres Theatini pretendere poſ-
ſunt jus prælationis ſuper jure redimendi anno 1701.
ceſſo Eccleſiæ S. Mariæ de Verticello; quia in d.
Inſtrumento anni 1628. dicti Patres reſervarunt jus
in ſolo caſu alienationis domus; Unde iſta reſerva-
tio non poteſt extendi ad alienationem juris redi-
mendi per ea, quæ in puncto tradunt *Sylvatic. conſ.* 36
48. *numer.* 22. *&* 23. *Rota deciſ.* 502. *num.* 4. *&
per tot. & deciſ.* 547. *par.* 2. *Recen. & deciſ.* 52.
num. 19. *&* 20. *poſt modern. Aſculan. ad ſtatut. Urbis.*
Agitur enim de materia exorbitanti à Regulis Juris, 37
juxta quas nemo cogitur rem ſuam potius uni,
quam alteri vendere *l. in re mandata C. mandati*:
Undè in hujuſmodi hypotheſi nulla facienda eſt ex-
tenſio de caſu ad caſum, ex juribus vulgaris per-
penſis in ſpecie hujus caſus per *Sylvaticum dicto conſ.* 38
48. *num.* 24. *& ſeqq.*

Et applicetur ad ſubjectam hypotheſim *diſcurſ.*
88. *Card. de Luca de Servit.* quia in illo Themate 39
Urſinus rem liberam vendiderat, reſervato ſibi tan-
tum jure redimendi cum pacto, quod in caſu alie-
nationis Cardinalis de Balneo emptor deberet præ-
ferri; Ideoque cum penes Urſinum venditorem non
remanſerit, niſi ipſum jus redimendi, planum erat,
quod prælatio ſtipulata favore Cardinalis emptoris
referri non poterat, niſi ad caſum, quo Urſinus
venditor alienaret jus redimendi, cum iſtud ſolum
ei vendendum ſuppeteret. Qua de re cum in caſu
præſenti conventa prælatio eſſet optime verificabi-
lis in ipſa effectiva domus alienatione, nulla ur-
get neceſſitas, vel ratio ſuadet faciendi extenſionem

ad ceſſionem, etiam juris redimendi, ad quem caſum Partes non reſpexerunt, nec reſpicere potuerunt de anno 1628. cùm Joſeph Caracciolus illud ſibi reſervaverit anno 1654.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DECANO

Neapolitana Prælationis.

Lunæ 10. Junii 1709.

S U M M A R I A.

1 *Beneplacitum non requiritur in alienationibus bonorum Regularium capacium acquirendi ad effectum vendendi.*

2 *Extravagans ambitioſa & decretum Urbani loquuntur de alienationibus voluntariis, & ideò non eſt facienda extenſio ad neceſſarias.*

3 *Alienatio neceſſaria dicitur illa quæ fit ex præcepto inſtituti.*

4 *Theatinorum Religio capax eſt acquirendi bona ad effectum vendendi dumtaxat & num. 8. & 9.*

5 *Theatini voluntariè ſe abſtinent à poſſeſſione bonorum.*

6 *Appellatione annuorum redditunm veniunt bona fructifera.*

7 *Conſtitutio loquens de abſtenſione à poſſidendo non excludit poſſeſſionem ad effectum vendendi.*

10 *Obſervantia inſtituti præſumitur; & contrarium eſt concludenter probandum.*

11 *Obſervantia probatur ex precibus porrectis S. Congregationi Concilii.*

12 *Theatinorum capacitatem in acquirendis bonis ad effectum vendendi canonizavit S. Congregatio Concilii.*

13 *Superiori Religionis teſtanti in actu congruo plena fides adhibenda eſt.*

14 *Theatini ſi poſſideant præſumendum eſt poſſidere pro indigentiis ſacriſtia & fabrica non Religioſorum.*

15 *Inveriſimilia, & abſurda non ſunt credenda.*

16 *Superiorem ordinis falſum expoſuiſſe S. Congregationi Concilii præſumendum non eſt.*

17 *Superiores ordinis præſumuntur informati de obſervantia inſtituti.*

18 *Et de bonis poſſeſſis per monaſterium.*

19 *Error, & falſitas ut excludantur omnis interpretatio capienda eſt.*

20 *Obſervantia probata reſpectu unius Conventus non juvat quoad alium & num. 25.*

21 *Obſervantia vendendi ſine Beneplacito Apoſtolico probatur ex actu venditionis ſine eo expleto.*

22 *Obſervantia negativa reſultat ex acquieſcentia annorum 80.*

23 *Obſervantia affirmativa probatur ex productione inſtrumenti venditionis.*

24 *Et ex precibus porrectis ſummo Pontifici.*

25 *Theatinorum incapacitas non excluditur ex acquiſitione facta pro ampliatione conventus.*

27 *Theatini poſſunt bona detinere donec ſequatur ampliatio.*

28 *Theatini id quod percipiunt ex bonis poſſeſſis credendum eſt accumulare pro fabrica vel pro indigentiis ſacriſtia.*

29 *Abſurdum ut evitetur omnis capienda eſt interpretatio.*

30 *Denunciatio præſumitur poſt lapſum 80. annorum.*

31 *Imo etiam decem annorum.*

32 *Scientia alienationis non requiritur, ut poſt lapſum longi temporis nequeat amplius peti prælatio.*

33 *Scientia venditionis probatur ex productione inſtrumenti venditionis.*

Decreto XXVII.

RESpondit S. Rota die 21. Maii anni præteriti, *conſtare de validitate contractus venditionis Domus facta anno 1628. à Patribus Theatinis Eccleſiæ SS. Apoſtolorum Neapolis, eiſdemque non competere Prælationem* ex momentis in deſuper evulgata deciſione relatis, quæ cum in hodierna reſolutionis diſpunctione in propria ſtabilitate perdurare viſa fuerint, Domini perſtiterunt in deciſis.

Quod enim ſpectat ad validitatem venditionis, ea minus rectè iterum impugnabatur ex defectu Beneplaciti Apoſtolici; Quia receptiſſimum eſt, *extra-*
vag. ambitioſa de rebus Eccleſ. non alienan. ejuſque re- 1
novationem factam à Sacra Congregatione Concilii,
cum approbatione ſan. memoriæ Urbani VIII. anno 1624. quoad Regulares, locum ſibi non vindicare in Religionibus capacibus acquirendi Bona ſtabilia, non ad effectum retinendi, ſed vendendi; hujuſmodi namque Ordinibus licitum eſt Bona acquiſita diſtrahere ſine Apoſtolico Aſſenſo, ea ratione, quia juta prædicta loquentia de alienationibus vo-
luntariis, non amplectuntur, ſed excludunt diſtra- 2
ctiones neceſſarias, quales etiam dicuntur illæ, quæ fieri debent ex præſcripto Inſtituti, ex plena manu
deductis in alia deciſione §. *Quandoquidem cum ſeqq.* 3
& præter ibi citatos, tradunt *Rolund. à Valle conſil. 25. num. 7 volum. 1. Molin. de Juſtit. & Jur. diſputat. 224. Columnn 5. Riccius collect. dec. 4006. Coppon. controv. prima num. 54. 55. & 56 R. P. D. Petra in commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. ſuper Conſtitution. 5. Leonis ſect. 4. num. 41. Tom. 1.*

De illis autem Religionibus eſſe iſtam Clericorum Regularium Theatinorum, quæ Bona ſtabilia non acquirunt ad retinendum, ſed ad vendendum, Domini iterùm hodiè perſuaſi manſerunt ex Conſti-
tutionibus ipſius Ordinis *part. 2. cap. 1.* relat. *in mi-* 4
ce deciſ. 698. bon. mem. Penia, juxtà impreſſionem Lugdunenſem, ibi — *Licet neque per profeſſionem, neque per Sac. Canones annuos redditus in Communi poſſidere prohibeamur, immò Decreto Concilii Tridentini Nobis expreſsè concedatur. Nihilominus voluntariè, abſque ullo obligationis vinculo, quo nullo pacto adſtringi volumus, ab illis abſtinemus, quo ut à Secularibus negotiis, & tumultibus magis reddamur alieni, & imitemur paupertatem ſeria Chriſti Domini Noſtri, Sanctorum Apoſtolorum, ac multitudinis illorum, quibus Cor unum, & Anima una fuiſſe legitur, omnem ſpem noſtram in Chriſti Domini Verbis collocantes, qui ait: Nolite ſolliciti eſſe, quid manducetis, aut quid bibatis, ſcit enim Pater Veſter, quia his omnibus indigetis* — ex cujus Conſtitutionis tenore tres, juxta communem ipſius interpretationem, eliciuntur propoſitiones ad rem facientes; Prima quod Patres Theatini, nulla impellente neceſſitate, ſed ex vo-
luntaria profeſſione, ſe abſtinent à poſſeſſione an- 5
nuorum redditunm in Communi, quod idem eſt, ac dicere à poſſeſſione Bonorum, rerumque om-
nium fructiferarum. Secunda, quòd cum Conſti- 6
tutio loquatur de abſtenſione à poſſeſſione Bo-
norum, excludit Bonorum acquiſitionem, itaut 7
rectè Religio acquirere valeat, & acquirat immobilia, non verò ad effectum ea retinendi, ſed ven-
dendi, & pretium ad uſum Fabricæ, & Sacri- 8
ſtiæ implicandi. Tertia, quod cùm eadem voluntaria abſtenſio à poſſeſſione redditunm annuorum habeat pro Objecto illam perfectam, & Evangelicam jactationem ſpei in Domino quoad modum habendi ſubſtentationem, & quotidiana Alimenta; Idcircò illa non excludit acquiſitionem, & poſſeſſionem Bonorum pro indigentiis Sacriſtiæ, & Fa-
bricæ Conventuum, ut explicant *del Bene Theati-* 9
nus de immun. Thom. 2. cap. 17. dubit. 22. num. 28. Gaſton. diſcept. 18. num. 4. ubi refert Decretum Capituli generalis Religionis anni 1636 & alterum anni 1650. & tradunt *Novar. in ſumma Bullarum commeat. 6. nnmer. 19. Reverend. P. D. Petra in ſuis comment. ad Conſtitut. Apoſtolic. Tom. 1. pag.* 101.

pag. 101. *num.* 41. *&* 42. cum aliis in Deciſione
præterita *Quandoquidem*, *&* §. *Hiſce rationibus.*

Obſervantia autem hujus Inſtituti, juxta traditam
explicationem de jure præſumitur, dicenſque contra-
rium gravatur onere perſpicuis juſtificationibus ſuam
10 aſſertionem probandi *Felin. in cap. cum acceſſiſſent n.* 30.
vers. quartà limita de conſtit. Menoch. præſ. 41. *num.* 16.
Rot. in Tarraconen. Juriſdictionis 2. *Decembris* 1703.
§. *Multaque minus coram Me, & in Conſtantien. Præ-
cedentiæ ſuper remiſſoriis* 16. *Januarii* 1708. §. *Hinc
proinde coram R. P. D. Anſaldo* -- Et nihilominus con-
cludenter probatur ex quodam ſupplici Libello de
11 anno 1626 circiter porrecto à P. Generali Religionis
S. Congregationi Conc. relato per *Corrad. in prax.
diſpenſ. lib.* 9. *cap.* 1. *ſub numer.* 12. in quo poſt
narrationem, quod ejus Religio, nullo unquam
tempore poſſederit Bona aliqua immobilia animo
retinendi, cum id expreſſe prohibeant Conſtitu-
tiones ejuſdem Ordinis, ſupplicavit S. Congrega-
tioni, ut ſuum Judicium exponeret ſuper eo, *an
d. ſua Religio comprehendatur in d. prohibitione anni*
1624. *de reb. Eccleſ. non alienan.* Et Sac. Congre-
gatio reſpondit *negative*, quamdiu Inſtitutum ſu-
12 perius propoſitum retinuerit, ut latius legitur apud
Corrad. loco mox citato; Superiori autem majori
Religionis atteſtanti in loco tam conſpicuo de
obſervantia dicti Inſtituti pro habenda enodatio-
ne Dubii, quod aliàs eamdem obſervantiam, ne-
dum præſupponebat, ſed ſine illa nulla ſuperexi-
ſtere poterat ràtio dubitandi, plenaria fides eſt
13 adhibenda, ut in terminis minus gravibus, tradunt
Bald. in authem. hoc Jus porrectum numer 8. *Cod.
de Sacroſanct. Eccleſ., Rot. coram Seraph. dec.* 292.
numer. 2. *& dec.* 436. *numer.* 7. *& dec.* 29. *nu-
mer. poſt Poſth. de manut. & in Tyraſanen. Priora-
tus* 7. *Maii* 1703. §. *Objectum coram Me.*

Hinc propterea parum turbat, quod Domus
Sancti Silveſtri Urbis, aliique Conventus Panor-
mi, & Civitatis Cathacenſis acquiſiverint aliqua
Bona ſtabilia, eaque actu poſſideant, & quod
plus eſt, poſſederint ante annum 1626. Quo-
niam, ſtante d. Conſtitutione Religionis, & at-
teſtatione Patris Generalis ſuper ipſius obſervan-
14 tia uſque ad annum 1626. concludere fas eſt;
quod prædicta Bona poſſideantur à dictis Conven-
tibus pro uſu, & indigentiis Sacriſtiæ, & Fabri-
cæ, ſecus verò pro ſubſtentatione Religioſorum;
& ſatius eſt hoc affirmare, quam quod Inſtitu-
tum tam laudabile notum Populo ab eoque eſſe
in obſervantia, Creditum non fuerit acceptatum,
& obſervatum in dd. Conventibus, vel quod abi-
15 erit poſt breve tempus in deſuetudinem, quod-
que Pater Generalis Ordinis anno 1626. exponen-
do in dicto ſupplici Libello, quod ſua Religio
nunquam poſſederit Bona animo retinendi, narra-
verit falſum, vel erraverit.

Cum aliàs eorum neutrum ſit probabile: Non
quidem primum, quia impoſſibile eſt, Prælatum
Ordinis tam conſpicui potuiſſe, etiam ſomniando,
16 prædictam falſam expoſitionem narrare Supremæ
Congregationi Cardinalium; Minuſque ſecundum,
non ſolum quia Generales præſumuntur informari
de obſervantia Inſtituti omnium Conventuum pro-
17 prii Ordinis, ſed etiam quia inveriſimile eſt, quod
Generalis Theatinorum reſidens in Conventu S. Sil-
veſtri potuerit ignorare, quod Domus iſta poſſideat
Bona ſtabilia, quando eorum aliqua exiſtunt propè
Conventus, ſuæque Eccleſiæ circumdarium, ut in
18 terminis ſimilibus de Patre Præpoſito Generali So-
cietatis Jeſu, pronotavit *Rot in una Camerinen.
Electionis* 15. *Junii* 1708. §. *Nam hujuſmodi obje-
ctum, coram Me.* Fatendum proindè eſt, quod
licet non ignoraret, dictum Conventum poſſide-
re Bona, quia tamen iſta non poſſidebantur à
Religioſis in communi pro indigentiis alimentari-
bus, ſed pro uſu Eccleſiæ, hac de Cauſa narrave-
rit Sacræ Congregationi Concilii, quod Religio
nunquam poſſederat Bona immobilia animo retinen-
di: ad excludendam enim falſitatem, & errorem 19
improbabilem omnis capienda eſt interpretatio *l.
cum de indebito* § *fin. ff. de probat. Rot. coram Du-
ran. dec.* 377. *num.* 3. *& dec* 796. *numer.* 3. *coram
Merlin. & dec.* 145. *num.* 12. *par.* 12., *& antea dec.*
1. *num.* 13. *par.* 8.

Cæterùm, ſuppoſita etiam inobſervantia dicti In-
ſtituti, & gratis conceſſo errore dicti Patris Gene-
ralis in atteſtando contrarium de anno 1626. inne-
gabile eſſe dixerunt Domini, quod dicta inobſer-
vantia probata ſolum remaneret, quoad dictos tres
Conventus Sancti Silveſtri Urbis, & Civitatum Pa-
normi; & Cathacen. nihil proindè operatur quo-
ad Conventum Sanctorum Apoſtolorum Neapolis;
Si pariter non doceatur, quod ille detineat Bona
ſtabilia ad uſum ſubſtentationis Religioſorum; Quod
tantum abeſt fuiſſe monſtratum, ut imò conſtet de 20
oppoſito, tum ex alienatione Domus, de qua
controvertitur, quæ fuit ſtipulata ſine Beneplacito
Apoſtolico; id quod ſuadet, non fuiſſe exiſtima- 21
tum neceſſarium, ſtante dicti Inſtituti obſervantia
in dicto Conventu, tum ex ipſius Contractus ven-
ditionis obſervantia, nedum negativa reſultante ex 22
acquieſcentia Patrum per 80. annor, ſed affirma-
tiva ducta ex eo, quod ipſi Patres anno 1669. ege-
runt contra Poſſeſſores dictæ Domus in Salviano,
producendo Inſtrumentum controverſæ venditio- 23
nis; Tum demum ex confeſſione explicita facta
per eoſdemmet Patres anno 1630. occaſione impe-
trandi quoddam Privilegium à Summo Pontifice,
quod ſcilicèt *ipſi, juxta eorum Inſtitutum, vivebant* 24
ſolis Eleemoſynis. Stantibus itaque tot argumen-
tis, quod in Conventu Sanctorum Apoſtolorum
vigeat obſervantia Inſtituti dictæ voluntariæ pau-
pertatis, fruſtra recurritur ad exemplum aliorum
Conventuum, in quo illud non fuiſſe acceptatum 25
prætenditur, *Peregrin. conſ.* 73. *numer.* 19. *lib.* 5.
Rota coram Buratt. deciſ. 129. *num.* 5. *& coram Coc-
cin. deciſ.* 343. *num. final. & coram Card. Cerro deciſ.*
678. *num.* 6.

Abſque eo quod benè deduceretur inobſervantia
Inſtituti in hoc Sanctorum Apoſtolorum Conven-
tu, eo quia ejus Patres anno 1606. emerint duas
Domos, cum Viridario, contiguas eidem Con-
ventui, quas actu poſſident, eaſque in affictum
concedunt, quia dicta emptio, uti facta pro am-
pliatione Conventus, non excludit paupertatem In- 26
ſtituti, quia, ut jam præmiſſum eſt, ad hunc effe-
ctum Conventus hujus Religionis detinere poſſunt
Bona, donec ſequatur ampliatio, quæ uſque ad-
huc forſan ſecuta non eſt ob defectum pecuniarum 27
neceſſariarum, in quam Cauſam, credendum, ac-
cumulari penſiones ejuſdem Domus, vel eas fuiſſe
impenſas in Servitium annuarum Indigentiarum Sa- 28
criſtiæ, ne alias admittatur illud non credibile
Abſurdum, quod Patres prædicti jactentur nihil
habere, & vivere cum ſolis Eleemoſinis, ſine ve-
ritatis præſidio, *Barboſ. tract. var. axiom.* 36. *num.* 29
4. *cum ſequen. Rota in Valentina Beneficii* 7. *Junii*
1654. §. *Addebatur coram R. P. D. Priolo, & in Ca-
merinen. Beneficiatus* 2. *Julii* 1708. *in fine coram Me.*

Eoque minus urgere viſum fuit novum Aſſum-
ptum, quod Domus, de qua eſt controverſia, fue-
rit per Conventum Sanctorum Apoſtolorum acqui-
ſita ad ampliationem Conventus; Undè cum agere-
tur de re immobili, quæ poterat, etiam juxtà
Inſtitutum, detineri per PP. requirebatur aſſenſus
Apoſtolicus in illius alienatione; Quoniam, re ve-
ra acquiſitio non fuit facta pro ampliatione Conven-
tus, ſed pro ampliatione Plateæ Eccleſiæ Sanctorum

Apo olorum, ut patet ex datis *in Summ eorumdem Patrum Num. Primo*; Cumqua poſtaà compertum fuit ex una parte, quod demolitio prædicta potius, quam ornaſſet proſpectum Eccleſiæ, & Conventus, illum deturpaſſet, & quod ex altera parte imprudentiſſimum erat conſilium pro eadem ampliatione Plateæ præcisè non neceſſaria demolire Domum valoris ducat. 4400. quam ſummam nec Patres in illius emptione exſolverant incontanti, ſed pro ducatis 36 o. habita fuerat fides de pretio, cum promiſſione ſolvendi fructus recompenſativos ad exuberantem rationem ducatorum ſeptem pro Centenario, hiſce de cauſis Patres prudentiſſimè deliberarunt non amplius ad dictam ampliationem devenire. Qua ſtante deliberatione deſuper conſiderando, quod juxta Inſtitutum non poterant amplius detinere poſſeſſionem dictæ Domus, quia evanuerat cauſa Fabricæ, ideò ſtamerunt, illam vendere, & rectè vendiderunt, etiam ſine Aſſenſu Apoſtolico, quia ceſſante fine ampliationis Plateæ, dicta acquiſitio mutavit titulum, & effecta fuit de illis, quæ juxta Inſtitutum, ſubſtinetur, non ad effectum poſſidendi, ſed vendendi, in quo caſu non eſt neceſſarium Beneplacitum Apoſtolicum, ut probatum eſt *in §. Quod enim.*

Quo vero ſpectat ad prælationem, quam Patres in omni caſu expoſcebant, Domini iterum dixerunt, illis fore denegandam ex motivis deductis in Deciſione præterita, & ſignanter ex illo, quod in actu venditionis dicti Patres non comparuerunt, nec unquam inſteterunt pro illa obtinenda, non obſtante aſſerto defectu denunciationis; Quoniam poſt lapſum octoginta annorum præſumitur facta denun-
30 ciatio; Immo, juxtà receptam Doctorum Sententiam ſufficit curſum decem annorum, ut, diſcuſſo
31 articulo, probat *R. P. D. Corradinus de prælat quæſt. 4 num. 20. & 31.* ubi quod nec requiritur ſcientia alienationis, juxtà ſenſum plurium graviſſimorum
32 Doctorum; Sed hæc ſcientia non deficiebat in Patribus, dum de anno 1669., ut præfertur, egerunt contra Poſſeſſores Domus, & in Judicio exhibuerunt Inſtrumentum venditionis factæ anno 1654. Patribus Sanctæ Mariæ in Porticu, ex qua Inſtrumenti productione evidens reſultat ſcientia venditio-
33 nis, *Rota deciſ. 151. par. 6. Rec., & dec. 106. n. 19. coram bo. me. Emerix, & dec. 50. num. 10. coram R. P. D meo Anſaldo.*

Approbarunt etiam DD. alterum motivum præſcriptionis dicti Juris prælationis, quod cùm fuerit ſufficienter vindicatum in alia Deciſione, ad ibi deducta remiſſivè ſe habuerunt.

Et ità, utraque &c.

R. P. D. FALCONERIO

NEAPOLITANA PRÆLATIONIS.

Veneris 5. Decembris 1710.

SUMMARIA.

1 *Acquiſitio in quam cauſam facta fuerit reſultat ex libello porrecto ad finem obtinendi prælationem.*
2 *Verba explicant mentem contrahentium.*
3 *Verba ubi ſunt clara non eſt recurrendum ad conjecturas.*
4 *Beneplacitum requiritur in alienatione bonorum PP. Theatinorum, quæ ab ipſis poſſunt detineri.*
5 *PP. Theatinos non acquiſiviſſe pro ampliatione Eccleſiæ probatur ex actibus ſubſecutis poſt inſtrumentum venditionis.*
6 *Inter quos præcipuè connumeratur venditio rei emptæ.*
7 *Facta magis attendenda ſunt quam verba.*
8 *Homines ſæpè dicunt id quod nolunt, nunquam tamen faciunt contra quod ſentiunt.*
9 *Theatini poſſunt acquirere bona ad effectum vendendi.*
10 *Verba per poter ampliare ſunt facultativa.*
11 *Verbum poteſt importat facultatem.*
12 *Venditio obſervata per lapſum 80. annorum, præſumendam eſt facta ex cauſa valida, non illicita, & improbata..*
13 *Scientia venditionis probatur ex productione inſtrumenti.*
14 *Pactum prælationis conventum in caſu alienationis domus non extenditur ad alienationem juris redimendi*
15 *Pactum prælationis eſt strictè intelligendum.*

DECISIO XXVIII.

EManatis coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano quatuor deciſionibus, favore Fratrum Congregationis Animarum Purgatorii nuncupat. *delle Sporelle*, erectæ in Eccleſia Sanctæ Mariæ ad Vericellum, & Planctus Neapolis; Geminis ſcilicet ſuper ampliatione Eccleſiæ, & Sacriſtiæ ſub diebus 11. Maii 1708. & 10. Junii 1709., geminiſque aliis ſuper prælatione ſub eiſdem pariter diebus Patres Theatini ſolemni litis renunciatione, ampliationi acquieverunt, non autem prælationi: Quade Cauſa Reverend. P. D. meus Decanus ſententiam in hac Parte Deciſionibus conformem protulit, de cujus viribus in hodierna audientia dubitavi, & DD. eam confirmandam eſſe non ambegerunt.

Validitas enim tamquam clara ex revolutione actorum, non fuit revocata in dubium; Juſtitia verò quo magis impugnata, eo magis conſtana apparuit: Nam quæſtio à Patribus reaſſumpta ſuper nullitate alienationis controverſæ domus ſine Beneplacito Apoſtolico factæ Marchioniſſæ Prienzæ, ac ſuper implorato Præſidio pacti prælationis contenti in Inſtrumento d. venditionis, ut nempè in caſu alienationis, ipſimet Patres pro eodem pretio ab aliis emptoribus repetiendo præferri deberent: Viſa fuit ſatis ſuperque in utroque puncto profligata à fundamentis deductis in præcedentibus deciſionibus, cum quibus iterata approbatione roboratis, hodie DD. tranſierunt.

Et ſanè quoad nullitatem alienationis ob defectum Apoſtolici Beneplaciti, haud plauſibile fuit in præſenti hypotheſi argumentum, quod cum dicti Patres declaraverint velle acquirere prædictam domum ad effectum ampliandi Eccleſiam, ſeu Plateam illi adſtantem, ut legitur in libello ab ipſis porrecto in Sacro Conſilio Regio pro obtinenda prælationa, contra Montem Scribarum ibi --- *che* 1
ſervirà per poter ampliare, e far large per commodità di chi viene in d. Chieſa, e Convento; Haud dubitari poſſit de ipſorum intentione, ac voluntate illam acquirendi pro fabrica Eccleſiæ, ſeu Plateæ, cum melior dari non poſſit intentionis demonſtratio, quam illa quæ ex verbis elicitur *l labeo § Idem Tubero ff. de ſuppell. leg. ſcire ff. de Tutor. & Curat Bald. in l.* 2
generaliter n. 3 C. de non num pecun. Mantic de tacit. lib. 2. tit. 5. ſub n. 9. Rot. dec. 130. num. 2. par. 1. recens. itaut opus non ſit recurrere ad argumenta, vel conjecturas *l. ille, aut ille §. Cum in verbis ff.* 3
de legat. 3. Mantic. ubi ſupra dicto n. 9. verſ. nam in re, Rot. dec. 280. n. 18 par. 10. & dec 54. n. 8. par. 12. recent. & conſequenter ſicuti Eccleſia, & Sacriſtia dd Patrum Theatinorum eſt capax retinendi bona, alienatio d. Domus ab ipſis ſine Beneplacito Apoſtolico favora d. Marchioniſſæ Dianæ, nullo pacto ſubſtineri poteſt, ſed irrita ipſo Jure remanet juxta notiſſimam Conſtitutionem Pauli II. *in Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* latiſſimè *Rot. deciſ. 336. num. 8. & ſeq. par. 10.* & millies alibi.

Quo-

Quoniam licet dictum argumentum in abſtra-
cto veriſſimum ſit, attamen in concreto compe-
rum fuit, minus ſe habere, quia Patres Theatini
petierunt quidem contra dictum Montem Scribarum
prælationem in emptione d. Domus pro amplian-
da dicta Eccleſia, ſeu Platea, ſed in decreto Sac.
Regii Conſilii, in cujus ſequelam deventum fuit
ad celebrationem Inſtrumenti Emptionis, conceſſa
fuit prælatio abſolutè ſimpliciter abſque onere am-
pliandi dictam Eccleſiam, ſeu Plateam; Cumque
poſt adeptam illius poſſeſſionem, vice eam demo-
liendi, pro amplianda Eccleſia, ſeu Platea, con-
fecerint melioramenta in conſiderabili ſumma duca-
torum 600. ad effectum locandi, abſolutum eſt,
quod nullo modo dici poteſt voluiſſe acquirere do-
mum pro facienda d. ampliatione, cum voluntas, ſeu
animus agentium, melius declarari non poſſit, quam
ex actibus, ſubſequutis quia lex putat, talem fuiſſe ani-
mum, qualem ſubſequutus rei eventus indicavit, ar-
5 gumento *Text. in l. ſed Julianus §. penultimo ff. ad
Maced. Joannes Igneus in l. neceſſarios §. Non alias
nu. 236 ff. ad Senat. conſult. Syll. Oſaſc. dec. 71. n.
33. & dec. 90. n. 19. Rot. coram Card. Man. dec. 15.
n. 1. & dec. 118. n. 2. & 306. nu. 3. par. 2. recent.*

Præterea animus dd Patrum acquirendi ad alium
finem, quam demoliendi domum pro amplianda
Eccleſia, vel Platea, ex eo validiori, ac efficacio-
ri facto ad evidentiam comprobatur, quod poſt con-
6 fecta melioramenta illam vendiderunt præfatæ Mar-
chioniſſæ Dianæ pro pretio ducatorum 5000. in
7 omni enim materia receptum eſt, quod factum po-
tentius eſt verbis, itaut illud attendi debeat, non
autem verbalis expreſſio, cum homines ſæpè dicant
8 aliud, quam velint, rarò verò vel nunquam faciant
contra quod ſentiunt, ut inquit *Gloſ. in cap. dilecti
filii 52. verb. facto de appellat. Rot. coram Gregor. dec.
247. num. 18. & dec. 328. num. 10. cum duobus
ſeqq. par. 18. recent.*

Maximè quia nec Sacrum Conſilium conceſſit
prælationem ſub conditione faciendi ampliationem
in libello expoſitam, nec Patres in inſtrumento ſu-
per Emptione celebrato, conditionem, vel obli-
gationem ampliandi exprimere ſatagerunt, quinimò
comperto ab ipſis, quod demolitio nullum orna-
mentum præbuiſſet Eccleſiæ, vel ejus proſpectui, ex
quo intermedia exiſtebat tàm Platea dictæ Eccleſiæ,
quam etiam via correſpondens Januæ majoris; Et
quod plus eſt, non ſolum interſecabatur ab altera via
publica, ità quod demolitio domus alijs potiùs, quam
ipſis Patribus, ac eorum Eccleſiæ utilitatem affere-
bat; Sed alterius demolitio ad actum perduci non
poterat abſque notabili impenſa indiſpenſabilitèr ne-
ceſſaria pro emptione aliarum domorum contigua-
rum: Idcircò providè decreverunt eamdem domum
vendere, prout valide alienarunt ſine Beneplacito
Apoſtolico, cum ipſis à proprio Inſtituto prohibita
9 ſit acquiſitio ad effectum retinendi, non autem ad
effectum alienandi, uti latè probant præcedentes
Deciſiones Reverendiſſimi Patris D. mei Decani,
prima ſcilicet in §. *Quandoquidem, & ſeqq.* & ſecun-
da *in §. de illis cum ſeqq.*

Et res clarior evincitur à repetito examine om-
nium geſtorum à dd. Patribus in actu acquiſitionis
prædictæ Domus, ex quibus ultra ipſam Eviden-
tiam, reſultat noluiſſe ſe ſe arctare ad illam demolien-
10 dam; Nam ſi perpendatur libellus Sacro Regio Con-
ſilio porrectus in illo uſi fuerunt verbis facultativis,
ut ibi – *per poter ampliare, e far largo, per commodi-*
11 *tà di chi viene in d. Chieſa, e Convento*; Verbum
enim *poteſt*, voluntatem, arbitrium, & facultatem
importat, non autem neceſſitatem ad *Text. in l. ſæ-
pè audivi à Cæſare ibique Gloſſ. ff. de offic. Præſidis l.
non quidq id ubi Bald. n. 1. ff. de Judic. Rot. coram
Ludoviſ. dec. 85. num. 7. & in Romana Fabrica 13.
Januarii 1701. ſub §. inficiari nequibant coram R. P.
D. meo Anſaldo*: Si vero expendatur Decretum pro
Prælatione obtentum, ſivè Inſtrumentum emptio-
nis Stipulatum cum Monte Scribarum, & in neu-
tro ſit mentio d. demolitionis. Quamobrem aſtri-
cti Patres à Debito fructuum recompenſativorum
pro rata prætii non ſoluti in ſumma Ducatorum
3600. & non valentes domum diutiùs retinere ad
effectum locandi ob repugnantiam proprii Inſtitu-
ti, conſultò eam vendiderunt: Ideoque venditio tam-
quam reſetibilis ad actum licitum, & ab Inſtituto
permiſſum; non eſt cur poſt obſervantiam 80. an-
norum trahi poſſit ad actum illicitum, invalidum,
& à Jure improbatum, *l. quoties ff de reb. dub. l.* 12
*meritò ff. pro ſocio Corn. conſ. 237. ſub num. 3. verſ.
& qui poteſt agere lib. 1. Rot. in Tiraſonen. Portionis
7. Maii 1703. in fine coram Rev. P. D. meo Decano.*

Quo verò ad prælationem, tametſi iſta fuerit reſer-
vata in Inſtrumento venditionis explerte de annò
1628. in perſonam Marchioniſſæ Caracciolæ, at-
tamen quia ejus ſucceſſores de anno 1654. do-
mum vendiderunt Patribus S. Mariæ in Porti-
cu, cum pacto redimendi, & iſta venditio inno-
tuit Patribus Theatinis, qui de anno 1669. in Ju- 13
dicio exhibuerunt Inſtrumentum d. venditionis; Si-
cuti tunc ſucceſſivè, & per lapſum quinquaginta,
& ultra annorum, nunquam fuerunt ſi d. Jure præ- 14
lativo, ita multo minus eo uti poſſunt modo contra
Congregationem, cui à dd. ſucceſſoribus Marchio-
niſſæ Caracciolæ fuit ſimpliciter ceſſum d. Jus re- 15
dimendi, in eodem pacto non comprætenſum, ſed
ſimpliciter reſtrictum, & adjectum in ſolo Caſu
alienationis: Ultra quod perindè tanquam ſtrictè
interpretandum nequit de Jure protendi, ut benè
firmat *Rot. in dec. 51. nu. 19. & 20. poſt moder-* 16
num Aſculanum ad Statut. Urb. & fusè examinant
ambæ d. deciſiones coram R. P. D. meo Decano;
prima à §. *Expeditum uſque ad finem*, & ſecunda
§. *Quo verò*, ad quas DD. relativè ſe habuerunt pro
confutandis aliis minoris relevantiæ oppoſitionibus:
Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DECANO

ROMANA PRÆLATIONIS & PACUNIARIA:

Lunæ 12. Aprilis 1709.

S U M M A R I A.

1 *Conductor ſtante renunciatione juri inquilinatus non
poteſt prætendere prælationem in nova locatione.*
2 *Condominus præferendus eſt in locatione.*
3 *Contrarium latiſſime comprobatur.*
4 *Leges faventes libertati ſunt amplectendæ.*
5 *Statutum Urbis cap. 110. eſt correctorium juris communis.*
6 *Statuta correctoria non debent extendi etiam ex ma-
joritate rationis.*
7 *Condominus licet vigore ſtatuti Urbis ſit præferendus in
venditione non tamen in locatione, & aliis con-
tractibus.*
8 *Statutum Urbis cap. 110. non comprehendit Clericos.*
9 *Condomini Laici ratione conſortii cum Clerico, non com-
prehenduntur ſub diſpoſitione ſtatuti.*
10 *Statutum Urbis cap. 110. ut locum non habeat, ſatis eſt
inquilinum habere cauſam ab uno ex condominis Cle-
ricis quamvis quæſtio ſit inter conductores laicos.*
11 *Condominium eſt plene probandum ad effectum præ-
lationis.*
12 *Condominium non probatur ex mera ceſſione juris
exigendi fructus.*
13 *Ceſſionarius fructuum domus eſt merus exactor ad pro-
prium commodum.*
14 *Condominio deficiente corruit jus petendi prælationem.*

15 *Ceſſio*

15 *Ceſſio omnium jurium, cum ſola reſervatione juris redimendi non eſt ceſſio dominii.*
16 *Clauſulæ generales non immutant naturam actus.*
17 *Ceſſio facta intuitu certæ rei ad aliam extendi nequit.*
18 *Prælatio poteſt vigore conſortii obtineri, etiamſi deficiat condominium.*
Quod tamen quomodo procedat vide n. 19. ad 22. remiſſivè ubi explicatur deciſ. 418. nu. 21. coram Merlin.
22 *Jus percipiendi fructus differt ab uſufructu poſſeſſione & dominio.*
23 *Condominium quis petit locationem à Dominis.*
24 *Actus quamvis nullus explicat mentem contrahentium.*
25 *Conductor expelli nequit à tertio nullum jus habente.*
26 *Conducens domum pro ſe non poteſt nominare alium conductorem.*
27 *Limita ſi primus conductor non proceſſerit per viam nominationis, ſed ceſſionis jurium, & recognitionis bonæ fidei.*
28 *Exceptio de jure tertii ab alio nequit allegari.*
29 *Disdicta facit ceſſare omne jus primi conductoris competens contra ſubconductorem.*
30 *Subconductor debet poſt factam disdictam primo locatori reſtituere rem Domino non conductori.*
31 *Computum ſcriptum manu creditoris probat contra ſcribentem.*
32 *Liber privatus probat contra ſcribentem non ad ejus favorem.*
33 *Maximè ſi ſit adminiculis fulciens.*

DECISIO XXIX.

DOmum, & Apothecam Fideicommiſſariam Antimi Petrucci pro indiviſo poſſeſſam per Canonicum Gaſparem, una cum aliis ſex Condominis Familiæ de Petruccis ad triennium locavit anno 1694. præfatus Canonicus Gaſpar Joanni Zinnotto, qui ſucceſſivè eandem Domum, & Apothecam, in qua exercebat artem ut vulgo dicitur *di Arrotatore, e Magazziniere* ſublocavit Antonio Cataneo una cum omnibus mercibus, & utiliis conventis annuis ſcutis 90. pro penſionibus Domus, & Apothecæ, necnon aliis ſcutis annnis 45. pro affictu mercium, & utiliorum; hocque ad triennium, & deinde ad ambarum Partium Beneplacitum.

Terminata Locatione Zinnotti per diſdictam ipſi factam à Condominis, præfatus Canonicus Gaſpar cum obligatione de rato quo ad alios Compoſſeſſores, ſub die 4. Junii 1706. eandem Domum cum Apotheca locavit Benigno Georgeo, ſubſequuta poſtmodum prædictorum Compoſſeſſorum ratificatione.

Prætendente autem Zinnotto, quod ipſi competeret Prælatio reſpectu novæ Locationis factæ Georgeo duo in diverſis Tribunalibus inſtruxit Judicia, aliud nempè contra Georgeum coram A. C. Vicentino ſuper prælatione, & manutentione in poſſeſſione Domus, & Apothecæ; Aliud vero contra Magdalenam uti Matrem, Tutricem, & Curatricem filiorum Antonii Catanei, contra quam ob finitam ſublocationem olim factam Antonio ejus Viro petiit mandatum de evacuando, & inſimul inſteiit pro ſolutione ſcut. 121. pro penſionibus domus, & affictu mercium, & utiliorum. Diverſam tamen ſortem expertus eſt in his judiciis Zinnottus quia licet voti compos effectus fuerit in Curia Capitolina, obtinendo contrà Magdalenam relaxationem mandati tàm de evacuando, quam executivi, ſuccubuit tamen coram A. C. Vicentino qui ob finitam priorem locationem contra ipſum relaxavit mandatum de evacuando, & per Sententiam deſuper latam declaravit nullum jus, nullamque actionem ei competere tam ſuper Prælatione, quam ſuper Manutentione.

Adverſus hujuſmodi judicata interpoſita utrimque appellatione Benignus Georgeus recognovit bonam fidem favore prædictæ Magdalenæ, omniaque jura ſibi competentia ad ipſam ſpectare declaravit; Eaque propter cum ageretur inter eaſdem perſonas ſupervenit Commiſſio Sanctiſſimi ſuper unione Cauſarum directa R. P. D. Foſſio, qui ad normam judicati A. C. Vicentini declaravit nullam competere Prælationem Zinnotto in novo Locatione, & abſolvendo Magdalenam ab imperiis per eundem Zinnottum revocavit tàm mandatum de evacuando, quam aliud executivum contra ipſam relaxata in Curia Capitolina, ac demum pronunciavit Zinnottum teneri recipere capitalia ſuarum Mercium, aliàs ſtari ſuis riſico, & expenſis, & fructus amplius non currere.

Non acquieſcens adhuc Zinnottus novam Cauſæ Commiſſionem mihi directum obtinuit; Cumque in hodierna Audientia propoſuerim dubium plurium controverſiarum complexivum per ſequentia verba conceptum, *An ſit locus Prælationi, & reſpectivè An ſit relaxandum mandatum tàm de evacuando, quàm executivum pro penſionibus domus, reſtitutione capitalis, illiuſque fructibus, vel potius contra Zinnottum pro receptione ejuſdem capitalis ſeu illius depoſito, riſico, & expenſis ipſius Zinnotti* -- prodiit reſolutio *non eſſe locum Prælationi mandati de evacuando, nec alteri executivo pro penſionibus domus, ſed eſſe reſtituendum capitale, prævia illius æſtimatione per Peritos facienda, & quoad fructus particulariter videatur.*

Ratio ſic decidendi quoad primam reſolutionis partem denegantem Prælationem Zinnotto conſtabilita fuit in firmiſſimo juris principio juxta quòd finita locatione Dominus fundi, vel rei locatæ de illa ad libitum diſponere valet alteri locando, quìn primævus ejuſdem rei conductor ſecluſo privilegio inquilinatus (cui Zinnottus in hypotheſi ampliſſimè renunciavit) ullam Prælationem ad excluſionem novi Conductoris prætendere valeat, ut per *Text. in leg. Nec cui Cod. locati* unanimiter tradiderunt *Gratian. diſcept. forenſ. capit. 357. n. 1. & ſeq. & nu. 32. Pacion. de locat. cap. 20. num. 39. & ſeq. Card. de Luca eod. tract. diſc. 50. num. 10. & ſeqq. Rever. Corradinus Athenarum Archiepiſcopus, & Sanctiſſimi D. N. Auditor in Tract. de jure Prælationis quæſt. 41. n. 1. & ſeq.* 1

In nihilo adjuvante, quod Zinnottus emerit à duobus Condominis, & Compoſſeſſoribus tres portiones controverſæ Domus, quas hodie communiter, & pro indiviſo poſſidet cum Canonico Gaſpare, & aliis de Petruccis, ut propterea eidem ratione Conſortii, ſeu Codominii, cæteris paribus, in emptione, ſeu locatione ejuſdem Domus debita eſſet Prælatio juxtà doctrinam *Soccin. in l. ſervi electione §. Labeo numer. 7. ff. de leg.* 1. qua concordant *Ruin. conſil.* 14°. *ſub num. 18. verſ. ſed iſtis non obſtantibus lib. 4. Menoch. de arbitr. conſil.* 442. *num.* 141 *& ſeqq Felic. de Societ. cap. 8. num. 30. & 31. Carroc. de locat. part. 3. tit. de re commun. num. 18. Pacion. eodem tract. cap. 9. num. 17. Sanfelic. dec. 106. numer. 13. Maſtril. deciſ. 4. numer. 5. & 7. tom. 1.* 2

Quidquid enim dixerint præallegati Doctores, & alii plures, qui adduci poſſent procedentes cum Sententia *Soccini Sen. in d. leg. ſervi electione §. Labeo num. 7. ff. de legat.* 1. contraria tamen opinio denegans Conſorti prælationem in locatione rei communis uti verior; & rationi magis conſentanea prævaluit hodie apud Dominos, quia ſicuti ad tuendam libertatem illam ab Authore naturæ humano generi inſitam diſponendi ad libitum de rebus ſuis providè ſancitum legitur *in l. dudum Cod. de contrahen. emptione*, ut nulla conſorti competat Præla- 3

tio

tio in emptione rei communis ibi — *Dudum Proxi-*
mis, Conſortibuſque conceſſum erat, ut extraneos ab em-
ptione removerent &c. ſed quia gravis hæc videtur
injuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, ut homi-
nes de rebus ſuis facere aliquid cogantur inviti, ſupe-
riore lege caſſata unuſquiſque ſuo arbitratu quærere, vel
probare poſſit emptorem, cum quo Textu concordant
etiam alii *duo Textus in l. Falſo, & leg. portionem*
Cod. de comm. rer. alienat. ita ob eandem identi-
ficam rationem *Textus in d. l. dudum ne* ſcilicet *ho-*
mines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inviti cre-
diderunt Domini, neque in locatione rei commu-
nis ullam competere poſſe Prælationem Conſorti;
4 Leges enim libertati faventes ſunt potiùs ampliandæ,
quam reſtringendæ, ac propterea cum venditione ex
diſpoſitione præfatarum legum detur libertas, ut
quiſque ſit moderator, & arbiter bonorum ſuorum,
eædem profectò leges debent etiam operari in lo-
catione, dum in utroque caſu militat eadem ratio
naturalis libertatis, ut bene animadvertunt *Ruin. in*
l. ſervi electione §. Labeo num. 20. *ff. de legatis* 1.
Carolus Antonius de Luca ad Gratian, diſcept. 874.
num. 10 *verſ. oppoſitum verius fundat Epiſcopus Roc-*
ca diſput. jur. tom. 2. *cap.* 160. *num.* 1. *cum pluri-*
bus ſeqq. Modern. Aſculan. ad Statut. Urb. tom 1.
annot. 24. *art.* 1. *num.* 1. *&* 2. *& art.* 4. *nu.* 182.
Reverendiſſ. Corradinus in dicto Tractat. de jure præ-
lat. quæſt. 24. *num.* 1. *& ſeqq.*

Neutiquam adjuvante diffugio, qua quatenus etiam
Zinnotto nulla competeret prælatio de jure, ſaltem
ei denegari non poſſit rigore Statutariæ Diſpoſitio-
nis Urbis *lib.* 1. *cap.* 110. concedentis prælationem
Conſorti. Quandoquidem Statutum hujuſmodi lo-
quitur tantùm in venditione rei communis ibi — *Si*
quis rem aliquam cum altero communem habeat &c. &
partem ſuam vendere voluerit, teneatur Conſortem re-
quirere, proindeque utpote exorbitans, correcto-
5 rium Juris communis juxtà magiſtralem *deciſ. Coc-*
cin. la 2129. ſtrictiſſimè venit intelligendum in ca-
ſu tantum de quo loquitur, neque recipere valet
extenſionem ad alios caſus in eo litteraliter non ex-
preſſos, concurrente identitate, ſeu majoritate ratio-
6 nis ex collectis per *Modern. Aſculana ad Stat. Ur-*
bis annot. 24. *art.* 1. *nu.* 2. *& art.* 4. *num.* 188. *&*
num. 214. *& ſeqq. tom.* 1. *Epiſcop. Rocc. diſput. Jur.*
cap. 160. *num.* 39. *Rot. dec.* 502. *ſub nu.* 3. *verſ. &*
cum materia ſit exorbitans p. 2. *& dec* 547. *num.* 3.
par. 3. *Recent.* adeout concedendo prælationem Con-
ſorti in venditione rei communis, non cenſeatur il-
lam concedere in aliis contractibus, ſcilicet locatio-
7 ne, permutatione, & aliis venditione diverſis, ut
proſequitur *Modern. Aſculan. ad Stat. Urb. d. ad not.* 24.
art. 4. *n.* 214. *&* 215. & probat *Maſtrill. dec.* 4. *nu.* 3.

Certius autem in præſenti caſu, in quo agitur
de locatione facta per Clericum, ſcilicet Canonicum
Gaſparem poſſeſſorem domus pro medietate, à quo
mediatam Cauſam habet Magdalena, in quibus ter-
minis non habet locum diſpoſitio præfati Statuti,
quæ non comprehendit Clericos, & Eccleſiaſticos,
ſive Cleri ſint Emptores, ſeu Conductores, ſivè ſint
8 Venditores, ſeu Locatores ex animadverſis per *Con-*
ciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. *rub.* 55. *nu.* 6. *& ſeqq.*
Epiſc. Rocca diſp. jur. cap. 160. *ſub num.* 6. *verſ. ſi-*
quidem, nu. 7. *in fine verſ. ubi quod concluſio, Mo-*
dern. Aſculan. d. annot. 24. *art.* 21 *num.* 72. *Spe-*
rell. dec. 12. *num.* 51. *& ſeqq.*

Nil relevante, quod Canonicus Gaſpar locatio-
nem fecerit non nomine proprio, dumtaxat ſed
etiam nomine aliorum Condominorum laicorum pro
indiviſo poſſidentium, quia cum contractus Loca-
tionis ſit individuus, & condominium domus pa-
riter ſit individuum, exindè fit, quod privilegium
9 non comprehenſionis Clerici ſub Statuto laicali com-
petit etiam Conſortibus laicis, ut inquit *Modern. Aſ-*
culan. d. annot. 24. *art.* 2. *num.* 69. *&* 91. *Card de*
Luca de ſervit. diſc. 71. *num.* 1. *in fin. & num* 2.
Et quamvis Clericus hodie non ſit in Cauſa, ſed
quæſtio verſetur dumtaxat inter laicos Conductores;
Adhuc tamen pro excludenda Statutaria Diſpoſitio-
ne animadvertebant Domini ſatis eſſe inquilinum
habere cauſam ab eodem Clerico, qui locationem 10
fecit, & ipſum inquilinum defendere tenetur, adeout
ſi inquilinus tueri non poſſet juribus competentibus
Clerico ſuo Authori, Zinnottus obtineret præla-
tionem vigore Statuti, per indirectum remanerent
læſa privilegia Clerici; quem etiam invitum Zin-
nottus poſtmodum obligaret ad ſibi locandum vi-
gore ejuſdem Statuti, ut de ſe patet.

Hæcque omnia viſa ſunt D.D. reddi certiora in
noſtro Themate, dum Zinnottus non probat ſe ha-
bere Conſortium, & Condominium in Domo con-
troverſa in modum, ut illam poſſideat, uti commu-
nem, & pro indiviſo cum aliis Condominis, prout
neceſſarium eſſet ad effectum obtinendi Prælatio- 11
nem ſuper ipſa re communiter, & pro indiviſo poſ-
ſeſſa ad tradita per *Modern. Aſculan d. annot.* 24.
art. 4. *num.* 198. *verſ. ut autem, Reverendiſſimum*
Corradinum de jure prælat. dicta quæſt. 24. *num* 25.
Adden. ad Buratt. dec. 520. *nu* 12. *Rota coram Merlino*
deciſ. 386. *n.* 39. *& dec.* 411. *n.* 1. *&* 18. & in individua-
libus terminis *in Romana Tenuta Campiſaloni* 30. *Junii*
1704. *§. Deſcendendo coram R. P. D. meo Lancetta.*

Quin tale Conſortium, & Condominium reſul-
tare valeat ex acquiſitione ratæ controverſæ domus
per ipſum Zinnottum facta a duobus Condominis, 12
de qua illius *Summario Num.* 4. Ea enim ſolum
importat ceſſionem commoditatis percipiendi fru-
ctus ibi — *vendidit, ceſſit ſeu alienavit jus, ſeu com-*
modum exigendi portionem penſionum domus, quæ qui-
dem ceſſio commoditatis percipiendi fructus non
abdicat ab ipſo cedente dominium, & poſſeſſionem,
ſed ſolum conſtituit Ceſſionarium vice, ac nomi-
ne ipſius cedentis tanquam ejus Procuratorem, &
Exactorem ad exigendum fructus, quos ita exactos,
& ſeparatus a ſua cauſa productiva idem Ceſſiona- 13
rius vigore reportatæ ceſſionis in propriam utilita-
tem convertit, ut inquit *Valenzuel. conſ.* 56. *num.*
12. *verſ. nam ex ea, Card. de Luca de ſervitut. in*
ſumma num. 7. *&* 35. *Rot. coram Cerro deciſ.* 144.
num. 15. Sicque Zinnottus per memoratam ceſſio-
nem nullum reportaverit dominium, aut poſſeſſio-
nem domus, nullumque acquiſiverit jus neque in
re, neque ad rem, ſed fuerit ſimplex Emptor com-
moditatis fructuum, ceſſat exindè in radice præten-
ſum conſortium, ſeu Condominium, quo deficien- 14
te, totum corruit in ſequelam fundamentum Præ-
lationis, ut bene in terminis admonet *Modern. Aſ-*
culan. d. annot. 24. *art.* 4. *numer.* 210 *Rot. coram*
Merlin. dec. 386. *nu.* 18. *verſ. quo autem, & dec.*
411. *nu* 21. *& dec.* 437. *num.* 37. *& in dicta Ro-*
mana Tenuta Campi Salini 30 *Junii* 1704. *§. Deſcen-*
dendo coram R. P. D. meo Lancetta.

Non relevante,, quod in prædicta ceſſione ven-
ditores profeſſi fuerint cedere omnia jura, nullo ju-
re ſibi reſervato, niſi pacto redimendi, quod vide- 15
tur importare quoque ceſſionem, & translationem
Condominii. Hæc enim clauſularum, & verborum
generalitas non immutat naturam contractus, cui fa-
mulatur, ſed ſuam operationem reſtringit ad ſolam
commoditatem percipiendi fructus, quæ fuit in Con- 16
tractum deducta. Unde ſtat bene ſimul, quod fue-
rit ceſſum commodum & ejus exigendi ratam pen-
ſionum domus nullo jure venditoribus reſervato; &
tamen non fuerit ceſſum, nec Dominium, nec Con- 17
ſortium in ipſa Domo, & Apotheca, quia ceſſio fa-
cta reſtringitur ad certam rem, ultra quam exten-
di non poteſt, ut bene explicat *Card. de Luca de*
ſervit. in ſumma num. 7.

Minut-

Minuſque officere viſum eſt, quod ab obtinendam
prælationem, etiam abſque condominio verificari
poſſit Conſortium, cum ad præmiſſum effectum
nulla alia Conſortialis poſſeſſio requiratur, quàm in
18 eadem ſpecie, de qua eſt poſſeſſio, de qua tra-
ctatur, ſeu retrahi prætenditur; proindeque cum
negari non poſſit, quod Zinnottus habeat ſaltem Con-
ſortium in iſto uſu rei, qui per locationem in Con-
ductorem transfertur, plana emergat conſequentia;
19 quod eidem Zinnotto competere debeat prælatio in
locatione domus, cujus uſum communiter, & pro
indiviſo poſſidet ad tradita *per Rotam coram Merlin.
deciſ. 4 1. n. 21.*

Siquidem objectum aliquam forſan promereretur
animadverſionem ubi duo, vel plures poſſiderent
in communi uſumfructum, vel commoditatem per-
cipiendi fructus, aut aliud jus, quod diſtrahi præ-
tenderetur per aliquem ex Conſortibus ejuſdem uſuſ-
20 fructus, ſeu commoditatis, aut alterius ſimilis juris,
in quibus terminis Conſorti coæquale jus habenti
competere poſſet prælatio, ut explicat *Rota dicta de-
ciſ. 41. num 21. coram Merline.* In præſenti autem
non agitur de pluribus ceſſionatiis commoditatis exi-
gendi fructus, nec de venditione ipſius commoditatis,
& prælatione ſuper illa, ſed agitur de locatione do-
mus. Undè retento eodem principio in objecto alle-
21 gato, quod ſcilicet ad effectum obtinendi prælatio-
nem requiratur Conſortium, & communio in illa-
met ſpecie rei, de qua tractatur, conſequens fit,
quod ſicuti locatio fieri non poteſt, niſi per Domi-
num, & Poſſeſſorem, ita prælatio competere non
valet, niſi Condomino, & habenti Conſortium in
Condominio, & reali poſſeſſione ipſius domus qua-
lis non eſt Zinnottus, qui ſolum habet ſimplicem com-
moditatem exigendi fructus, quæ non ſolum diverſa
22 eſt ab ipſo Dominio, ſed etiam totaliter diſtincta ab
uſufructu, & poſſeſſione *ex collectis per Valenzuel. conſ.
56. n. 10. Olean de ceſſ. jur. tit. 3. quæſt. 1. num. 10.
Card. de Luca de ſervitut. in Summa num. 7.*

Hancque veritatem ipſemet Zinnottus agnovit, &
proprio facto approbavit, dum pro obtinenda nova
locatione terminata jam prima, recurſum habuit ad
quinque ex Condominis. & ſignanter ad Joſephum
Petruccium, à quo ipſe reportaverat ceſſionem
commoditatis percipiendi fructus, ſignum evidens,
quod per ſæpe dictam ceſſionem nullo modo cedens
abdicaverat à ſe Dominium, ſeu poſſeſſionem do-
23 mus aliàs enim ſi dominium, vel poſſeſſio abdica-
ta fuiſſet à cedente, & translata in Zinnottum ipſe
non expetiiſſet, & reportaſſet novam locationem.
Et licèt hujuſmodi actus novæ locationis non re-
manſerit effectuatus, ex quo prævaluit locatio facta
in favorem Georgei; adhuc tamen apprimè deſervit
pro interpretatione, & obſervantia interpretativa,
24 quæ etiam ex actu nullo, & ineffectuato deſumitur,
ut connotarunt *Gratian. diſcept. for. cap. 521. nu. 26.
Rot. deciſ. 713. num. 8. par. 1. diverſ. in Mediola-
nen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. *§. Nec ad eliden-
dam coram me, & in Majoricen. Juriſpatronatus* 16.
26. *Maii* 1704. *§. Fortiùs, quia coram bo: me:
Muto.*

Firmato ex his *non eſſe locum prælationi* favore Zin-
notti, neque de jure, neque ex Statuto, & multò
minus ex facto, plana emerſit negativa reſolutio,
quo ad ſecundam partem Dubii reſpicientem rela-
xationem mandati de evacuando. Quia cum Mag-
dalena tamquam ceſſionaria Benigni Georgei poſt
terminatam ſublocationem ipſi factam à Zinnotto
reperiatur in poſſeſſione domus vigore locationis
per eundem Georgeum reportatæ à Canonico Gaſ-
pare, & aliis Condominis ejuſdem domus, utique
Zinnottus nullum habens jus prælationis, & ſic tam-
25 quàm tertius omni actione carens non poteſt illam
expellere, quæ in domo ſibi locata ſolum Dominum
recognoſcit Teſte *Pacion. de locat. & conduct. cap. 65.
num. 55. 102. & ſeqq. Roderic. de annuis reddit. lib. 1.
obſervat 17. num. 5. Poſth. de manutem. obſervat. 52.
num. 19. verſ. Non tamen, Rot. apud ipſum deciſ. 612.
num. 1. & ſeqq.*

Non obſtat, quod cum Georgeus conduxerit do-
mum ſimpliciter pro ſe non autem pro aliis perſo-
nis, nullam habuerit facultatem nominandi Magda-
lenam, quæ in ipſius juribus ſubingredi valeret, ut
propterea ejuſdem Magdalenæ nominatio à Georgeo 26
facta uti peccans in radice nullo modo regere valeat
ad tradita *per Rot coram ſa: me: Alexand. VIII. de-
ciſ. 40. num. 36.* Siquidem Georgeus non proceſſit
per viam nominationis ſed per viam recognitionis
bonæ fidei, & ceſſionis jurium, prout ſibi de jure 27
permiſſum erat, & in omnem caſum iſta eſſet ex-
ceptio de jure Tertii, quæ nonniſi à Canonico Gaſ-
pare, & aliis Condominis allegari valeret, quatenus
hodie comparerent, & eſſent in Cauſa, juxtà Theo-
ricam *Bartholi in l. qui cum hærede num. 1. ff. de ex-* 28
*cept. rei judicatæ, de qua Rot. coram Emerix Jun. deciſ.
623 num. 3. & deciſ. 726. num. 26. & deciſ. 751. n. 5.
& in recen. deciſ. 218. n. 14. par. 16.*

Minus obſtat, quod cum Zinnottus ſublocaverit
Domum, & Apothecam Antonio Cataneo Viro
Magdalenæ, idcirco contra illam habet actionem
ad evacuandum. Siquidem cum Zinnotto expiraſſet
ejus locatio, mediante diſdicta facta per Condomi- 29
nos domus, & ſic reſolutum fuiſſet jus datoris, ceſ-
ſavit per conſequens omnis actio, quæ cæteroquin
illi competiiſſet eadem locatione ſibi durante, ità ut
Magdalena conducendo domum ab ipſis Condominis
non teneatur amplius illam reſtituere Zinnotto me-
rè Tertio, & nullum jus habenti, ut firmant *Me-*
noch. de recuper. poſſeſſ. remed. 12. n. 42. & 43. Barz. 30
*deciſ. Bononien. 115. n. 14. Modern. Aſculan. ad Statut.
Urbis tom. 1. adnotat. 28. num. 63. verſ. Intellige, &
n. 64. 71. & 72.*

Atque hinc in tranſeundo Domini ad tertiam par-
tem Dubii concernentem mandatum exequutivum
pro penſionibus domus decurſis de tempore ſubloca-
tionis à Zinnotto factæ favore Antonii Catanei Viri
Magdalenæ cenſuerant illud non eſſe relaxandum.
Docet enim Magdalena de illarum ſolutione ex com-
puto exarato ab eodemmet Zinnotto, quod plenè
probat contra Scribentem. Et quamvis per Zinnot- 31
tum repliceretur, quod in eodem computo fuerint ad-
notatæ plures partitæ debiti Magdalenæ; Nihiloml-
nùs cum credita ſint diverſa, nec aliundè juſtificata
in nulla conſideratione pro nunc haberi poſſunt, 32
nam liber, ubi computum fuit adnotatum uti pri-
vatus, & minus legaliter Tentus probat quidem
contra Scribentem, ſed non pro eo, ut per *Textum
in l. Publia, §. finali, ff. depoſiti* tradit *Bartolus ibi-
dem num. 4. Panormitan. in cap. bona il 2. de poſtu-
lat. Prælat. ſub num. 29. Rot. coram Cerro deciſ. 168.
num. 5. & 6. repetit. in deciſ. 359. num. 7. & 8. par. 9.
recent.* Maximè, quia ſolutiones in eodem computo
adnotatæ ad commodum, & creditum Magdalenæ 33
adminiculantur ex receptis ejuſdem Zinnotti, &
ex depoſitionibus Teſtium, de quibus *Summario Mag-
dalenæ n. 10. & 11.* Undè eo fortior efficacia proba-
tionis augetur.

Demum, quo attinet ad quartam partem Dubii
pro reſtitutione Capitalis, Mercium, & Stiliorum
authumarunt Domini, quod Capitale ſit reſtituen-
dum prævia illius æſtimatione per Peritos facienda
mori ex literali conventione inita inter Zinnottum,
& Antonium Cataneum, quod in fine affictus debe-
ret reſtitui Zinnotto Capitale ſcutorum 900 -- *in tan-
ta robba della medema ſpecie, che ſarà ſtimata da due
Periti &c* ut proindè quoad reſtitutionem Capitalis
præmiſſo modo decretam ſtante expreſſa Partium
conventione nulla ſuppetere valeat difficultas.

Et

Erità *reſervata particulari examini diſcuſſione quoad fructus ejuſdem Capitalis* per Zinnottum prætenſos, utraque Parte in acerrimo contradictorio audita reſolutum fuit.

R. P. D. MOLINES

ROMANA PRÆLATIONIS & PECUNIARIA SUPER RESERVATIS.

Lunæ 20. Aprilis 1711.

SUMMARIA.

1 *Fructus peti nequeunt terminata locatione.*
2 *Nemo invitus cogi poteſt ad permanendum in re locata.*
3 *Fructus ſtante mora in reſtituendo Capitale debentur loco damnorum & intereſſe.*
4 *Moram comiſiſſe non dicitur conductor qui ſæpe interpellavit creditorem ad recipiendum.*
5 *Mora debet ſe tenere ex parte conductoris, ut poſſint prætendi fructus.*
6 *Intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis ut debeatur probari debet damnum proveniſſe culpa debitoris.*
7 *In mora dicitur qui appellat à judicato damnante ad reſtitutionem rei locatæ.*
8 *Limita ſi ſtatim renuncietur appellationi.*
9 *Fructus debentur ratione æquitatis textus in l. curabit.*
10 *Aviamentum eſt pretio æſtimabile.*
11 *Aviamentum pertinet ſucceſſori in locatione, ratione locationis ſibi factæ à Domino.*
12 *Fructus nequeunt prætendi ex mercibus & ſtyliis non conſtituentibus mercimonium & tabernam.*

DECISIO XXX.

INter multiplices prætenſiones per Joannem Zinnottum excitatas contra Magdalenam uti Matrem, Tutricem, & Curatricem filiorum Antonii Catanei, occaſione ſublocationis Domus, & Apothecæ ab ipſo Zinnotto factæ eidem Cataneo, una cum omnibus mercibus, & ſtyliis ad uſum *di Arrotatore, e Magazziniero*, pro annua penſione ſcutorum 50. pro Domo, & Apotheca, & aliorum ſcutorum 45. pro affictu mercium, & ſtyliorum, & ſignanter circa prælationem reſpectu novæ locationis per Magdalenam reportatæ mediante perſona Benigni Georgei illius Declaratarii à Canonico Caſpare, & aliis de Petruccis Dominis præfatæ Domus, & Apothecæ, juxtà facti ſeriem latiùs expoſitam in Deciſione coram Me edita *ſub die 22. Aprilis* 1709; Contendebat quoque Zinnottus, quo ipſi ultrà reſtitutionem capitalis mercium, & ſtyliorum jam in actis oblatam per Magdalenam uſque, & ſub *die 12. Iulii* 1707. mediante ſolemni interpellatione debiti eſſent fructus ejuſdem Capitalis, etiam poſt d. tempus decurſi; ſed cum contrariam paſſus fuerit ſententiam ab R. P. D. Foſſio declarante nullam competere prælationem Zinnotto in nova locatione per Magdalenam facta, ipſumque Zinnottum teneri recipere capitalia ſuarum mercium, aliàs ſtari ſuis riſico, & expenſis, & fructus ampliùs non currere; Delata idcirco controverſia in gradu appellationis ad Sacrum Rotæ Tribunal, & commiſſione mihi directa ſub memorata *die 22. Aprilis* 1709. reſolutum fuit inter cætera, non eſſe locum prælationi per Zinnottum prætenſæ, & ipſi reſtituendum eſſe ſuum capitale ſcut. 900. in tot mercibus ejuſdem ſpeciei prævia illarum æſtimatione per Peritos facienda, *reſervata particulari examini diſcuſſione quoad fructus ejuſdem Capitalis*.

Expedita ſucceſſivè Cauſa, & canonizato per *Deciſ. Noviſſ. ad Corrad. de Iure Prælat.* Signaturam Juſtitiæ Judicato Rotali cum Clauſula *S. P.* poſt plures habitos per Zinnottum recurſus, & reportatas ab eadem Signatura ſuperſeſſorias, ad effectum effugiendi receptionem Capitalis. ſcut. 900. cujus reſtitutionem Sacra Rota demandaverat, deventum fuit ad electionem Peritorum hinc indè pro æſtimatione ejuſdem Capitalis, & in eorum diſcordia electus fuit tertius Peritus cujus relationi minimè acquieſcens Zinnottus petiit electionem quarti Periti, eaquè per Sac. Auditorium denegata, detrectans adhuc Zinnottus receptionem dicti Capitalis, illamque totis viribus protrahere ſtudens nova interpoſuit obſtacula, noviſque ſuperſeſſoriis licèt incaſſum à Signatura expetitis ſub *die 16. Aprilis ſuperioris anni* 1710. convolavit in Tribunali A. C. ad aſſuetum, & per emptorium diffugium ſuſceptionis termini unius menſis, illiuſque fine jam jam imminente tandem ſub *die 14. Maji ejuſdem anni* d. Capitale recepit.

Reſtaurata deindè per Zinnottum prætenſione aſſequutionis fructuum ejuſdem Capitalis, cujus examen particulari diſcuſſioni reſervatum fuerat in Deciſione coram me æmanata *dicta die 22. Aprilis* 1709. & propoſito per me hodiè congruo Dubio prodiit reſolutio -- *mandatum eſſe relaxandum pro fructibus decurſis, & non ſolutis uſque ad diem* 12. *Iulii* 1707. *& non ultrà.*

Quo enim attinet ad fructus Capitalis decurſos, & non ſolutos antè prædictam *diem* 12. *Iulii* 1707. non controvertebat Magdalena, illos eſſe debitos, ſolumque difficultas reducebatur ad fructus ejuſdem Capitalis, quos ſibi deberi blandiebatur Zinnottus etiam à prædicta *die* 12. *Iulii* 1707. uſque ad effectivam Capitalis receptionem ſequutam *die* 14. *Maii anni* 1710. pro quibus crediderunt Domini *nullum eſſe relaxandum mandatum.* Quia cùm mediante diſdicta utriuſque Partis, terminata jam fuerit locatio Capitalis, de quo agitur, & Magdalena Conductrix uſque à *dicta die* 12. *Julii* 1707. mediante ſolemni interpellatione in actis facta ſe exhibuerit promptam, & paratam reſtituere Zinnotto Capitale ſcut. 900. adjecta ulteriùs proteſtatione, quod non intendebat ampliùs ſolvere fructus ejuſdem, diſſolutus undiquè, & extinctus remanſit titulus locationis, ut proindè nulli ab indè citrà peti valeant fructus, qui non poſſunt ampliùs currere poſtquàm ceſſavit titulus locationis, ſeù affictua, cujus ratione debentur, cum nemo invitus teneatur ſtare in locatione ad *Text. in leg. invitos Cod. locat.* & tradita per *Alderiſ. de ſimbolicis Contract. tit.* 2. *cap.* 8. *n.* 7. *Rota coram Pamphil. dec.* 424. *n.* 2. 1 2

Non ſubſiſtente, quod controverſi fructus ſaltem prætendi poſſint loco damnorum, & intereſſe ob moram ſcilicet reſtitutionis Capitalis ſolum factæ per Magdalenam ſub die 14. *Maii* 1710. ſiquidem prædicta mora nullatenùs adſcribi valuit facto, & Culpæ Magdalenæ, ſed potiùs facto, & Culpæ ipſius Zinnotti, qui ſub obtentu ſibi debitæ prælationis in nova locatione Domus, & Apothecæ per Magdalenam facta cum illis de Petruccis, pertinacitèr detrectavit recipere ſuum Capitale, ad cujus receptionem per tria uniformia judicata, nempè R. P. D. Vincentini, R. P. D. Foſſii, & noſtri Tribunalis condemnatus fuerat, & qui non obſtante duplici interpellatione per Magdalenam facta altera ſcilicet ſub enunciata die 12. *Iulii* 1707. altera verò ſub die 1. *Martii* 1708. in qua illa acceptando Judicatum, & ſententiam R. P. D. Foſſii, iterum declaravit eſſe promptam, & paratam reſtituere Capitale, & per ipſam non ſtare, quin reſtitui deberet, deputando etiam Peritum ex parte ſua pro facienda illius æſtimatione, adhuc reſtitutionem ſæpedicti Capitalis toto Conatu impedire voluit, illiuſque 3 4

Z receptio-

receptionem protrahere curavit uſque ad diem 14.
Maii 1710. poſt ſuſceptum etiam fatalem, & per
emptorium terminum omnes menſis, in quibus Cir-
cumſtantiis nulla conſiderari poterat Culpa vel mo-
ra reſpectu Magdalenæ, quæ ad omne libitum Zin-
notti prompta erat dimittere Capitale; Et ſi Zin-
nottus aliquod paſſus eſt damnum ob non ſequutam
Capitalis reſtitutionem ſibi imputare debet, nec va-
let prætendere fructus loco damnorum, & intereſ-
5 ſe, quæ hoc ſolum debentur quando Culpa ſe te-
net ex parte Conductoris recuſantis reſtituere rem
locatam, non autem quando ipſe locator eſt in Cul-
pa, ut docet *Text. in leg. ejus 39. ff. locati*, Prin-
cipium enim eſt indubitatum in Iure, quod ad hoc,
ut quis compelli poſſit ad intereſſe lucri ceſſantis,
vel damni emergentis juſtificari debet univocis, &
Concludentibus probationibus, quod ex ejus Culpa,
vel illius facto damnum illud poſitivè irrepſerit ex
6 animadverſis per *Cyriac. Contr. 62. nu. 25. & 26.
Cardinal. de Luca de locat. diſc. 10. n. 11. Surd dec.
259. n. 3. Rota coram ſan. me. Alex. VIII dec.
111. n. 13. coram Bich. dec. 185. n. 14. & ſeqq in Aſ-
culana Aquæductus ſuper reſervatis quoad damna 16.
Junii 1698. §. Subſiſtere coram bo. me. Muto, &
in Romana, ſeu Albanen. Ferraces ſuper damnis 11. Mar-
tii anni præteriti 1710. §. Verùm coram R. P. D. meo
Anſaldo.*

Abſque eo quod in aliquo refragaretur, quod Mag-
dalena ſub *die 15. Februarii* 1707. appellaverit à Ju-
dicato ſecundi Collateralis Curiæ Capitolinæ, qui
non solùm contra ipſam relaxaverat mandatum de
evacuando, ſed ulterius demandaverat electionem
Peritorum ad effectum æſtimandi Capitale, de quo
agitur, ſicque æſtimatio, & reſtitutio Capitalis re-
tardata dici debeat ob appellationem à Magdalena
7 interpoſitam Siquidem cùm poſt hujuſmodi appel-
lationem nempè ſub die 12. *Julii* 1707. Magdalena
interpellaverit Zinnottum expreſsè proteſtando ſe eſ-
ſe paratam reſtituere Capitale, itaut fructus in fu-
turum ampliùs non currerent, & dicta proteſtatio
per ipſum ſecundum Collateralem admiſſa fuerit cum
ſolito Decreto *mandavit afficere, prout de jure*, uti-
que in illa parte judicati, quæ reſpiciebat Capita-
le, renunciatum cenſetur appellationi prædictæ, ut
inquit *Scac. de appellat. quæſt. 17. limitat. 2. n. 14.
8 & 22. verſ. ſecus ſi appellans Rot. dec. 384. n. 1. par.
16. rec.* quæ propterea nullum tribuebat obſtacu-
lum Zinnotto, quo minus liberè poſſet d. Capitale
aſportare, quod cum ipſe ſtatim non expleverit illius
moroſitas, & pertinacia protſus inexcuſabilia remanet.

Demùm nec abeſſe valuit, quod ageretur de re
fructifera, nempè de Capitali deſtinato ad mercimo-
nium, & ſpaccium ex quo debentur fructus ratio-
ne æquitate *leg. curabit Cod. de action. empt.* Quo-
niàm cum Magdalena poſt factam Zinnotto inter-
pellationem, ſe eſſe promptam, & paratam reſtitue-
re Capitale, Segregaverit omnes merces, & ſtylia
ejuſdem Zinnotti, & in eodem Negocio, ſeù Apo-
theca noviter ſibi locata ab illis de Petruccis uſa
fuerit mercibus, & ſtyliis comparatis ex Bonis hæ-
reditariis viri conducendo etiam aliam Apothecam,
& Cellavinariam, manifeſtum exindè reddebatur,
quod prædictæ merces, & ſtylia Zinnotti non con-
10 ſtituebant ampliùs univerſitatem Tabernæ, ſeù mer-
cimonii, adeòut ratione aviamenti, quod eſt pretio
æſtimabile reputari potuiſſent fructifera, ſed conſi-
derari debebant ſingulariter & de per ſe diſtincta,
& ſeparata à Taberna, & aviamento; quod avia-
mentum terminata locatione amiſerat Zinnottus, &
acquiſiverat Magdalena independenter à Zinnotto
ratione novæ locationis ſibi factæ à Dominis d.
Domus, & Apothecæ, ex deductis *in dec. 193. n. 7.
11 coram Ubaldo*; In his autem terminis cum prædictæ
merces, & ſtylia eſſent bona, de ſui natura infructifera,
& æquipollentia pecuniæ, nulli fructus ex eis præ- 11
tendi poſſunt, ut diſtinguendo unum Caſum ab
alio in propoſito advertit *Epiſcop. Rocc. diſput. Iur.
cap. 159. n. 8. & 10. Cardinal. de Luca de uſuris
diſc. 15. ſub n. 3. verſ. ubi enim.*

Et ita &c. utraque &c.

R. P. D. FALCONERIO

ROMANA PRÆLATIONIS ET PECUNIARIA

Veneris 24. Aprilis 1711.

SUMMARIA.

1 *Res judicata reſultat ex tribus ſententiis conformibus.*
2 *Prælationem prætendere non poteſt conductor, qui in inſtrumento locationis renunciavit beneficio inquilinatus.*
3 *Prælatio in re locata num competat condomino ratione conſortis, eſt articulus dubius, quem Rota ob diſcrepantiam ſuffragiorum non deciſit.*
4 *Condominium non dicitur probatum ex ſola acquiſitione juris exigendi penſiones.*
5 *Præſertim ſi emptor talis juris, exinde reportare curaverit locationem à venditoribus.*
6 *Prælatio non poteſt ampliùs prætendi à conductore, qui vigore rei judicatæ ſuſcepit terminum ad evacuandum.*
7 *Etiam ſi favore ejuſdem conductoris competeret appellatio ab ultima ſententia.*
8 *Prælationis jus amittitur, quando quis citatus, non reclamat ab inſtrumento locationis, facto à judice ex officio favore alterius.*
9 *Solutione ejus quod debetur extinguitur omnis actio.*
10 *Is Peritorum relatione reclamari non poteſt, quando tempore habili, non fuit petita electio Peritorum.*

DECISIO XXXI.

SEntentia in tertia Inſtantia lata à Reverendiſs.
P. D. meo Molines Decano in ſequelam Deci-
ſionis editæ ſub die 22. Aprilis 1709. ad favorem
Magdalenæ denegans Ioanni prælationem in nova
locatione Apothecæ ad uſum, ut dicitur -- *di Arro-
tatore, e Magazziniero*, prout pariter mandatum
de evacuando, atque executivum pro penſionibus,
coarctans eumdem ad recipiendum ſuum capitale in
tot mercibus, & ſtiliis ipſiuſmet ſpeciei juxta æ-
ſtimationem per Peritos faciendam, ſicuti fuit à Si-
gnatura Iuſtitiæ canonizata cum clauſula -- *ſine præ-
judicio trium conformium*: Ita in gradu reſtitutionis
in integrum delegata mihi Cauſa ad dubium com-
miſſioni uniforme, hodie Domini præbuerunt re-
ſponſum -- *Conſtare de re judicata.*

Res quippè judicata emicat ex tribus ſententiis
Joanni denegantibus prælationem in dicta locatio-
ne, quæ om in hac parte conformes rem judica-
tam conſtituunt, & de Iure veniunt exequendæ, 1
Rota dec. 667. n. 3. parte 19. tom. 2. recen. cum al-
legatis, & paſſim: Præſertim attenta illarum juſti-
tia, ea qua nequit Inquilinus renunciatio privilegio
Inquilinatus, de Jure aliquam prælationem præten-
dere in locatione ad excluſionem novi Conducto-
ris, juxtà *Text. in l. ne cui Co. locat. Paſton. de* 2
locat. cap. 20. n. 39. cum aliis relatis *in d. dec. Re-
verendiſſimi D. mei Decani §. Ratio ſic decidendi.*

Non obſtat eundem Joannem emiſſe tres portiones
dictæ Apothecæ, & proindè ratione conſortii, tàm
attento Jure communi, quàm municipali eſſe in lo-
catione præferendum: Quia quidquid ſit de conclu-
ſione in abſtracto latè enucleata *in dicta deciſ. Reve-* 3
rendiſſimi D. mei Decani §. In nobilo, & ſeqq. In
qua perſiſtere Domini non fuerunt concordes, In
concreto caſu tamen convenerunt, quod ſit quæſtio
de ſubjecto non ſupponente, dum Ioannes inertè
ſibi

ſibi adulatur eſſe conſocium, ſivè condominum
dictæ Apothecæ, quando ſimpliciter acquiſivit com-
moditatem exigendi tres partes penſionum, ex qua
nullum Ius, neque in re, neque ad rem fuit ei
translatum, ſed ſolum ſimplex mandatum ad exi-
4 gendum nomine alieno ut latè probat *dicta decis.*
9. *Quin tale conſortium, & ſeqq.* ubi non ſolùm
excludit efficaciam omnium clauſularum, ſed os
Joanni claudit ſuum proprium factum, dum ſi ip-
ſe vere rei condominium habuiſſet, utique non
5 fuiſſet adeò ſollicitus reportare locationem ab iiſ-
met condominis, qui ſibi vendiderant commodita-
tem exigendi penſiones.

Verum præter alia in eadem deciſione deducta
cum reſponſionibus ad objecta; quas etiam ho-
die Domini approbarunt, ulterius animadverſum fuit
nunc magis, magiſque præcluſam remanere eidem
Joanni omnem viam reſtaurandi ſuum prætenſum
Ius prælationis, Dum parendo rei judicatæ in il-
lius ſequelam ſuſcepit terminum ad evacuandam
Domum, & Apothecam, ac ad recipiendum capi-
6 tale, ut ibi -- *Et ad evacuandam Domum, &*
Apothecam, de quibus agitur, nec non recipiendum
Capitale in ea exiſten. ſuſcepit terminum triginta dierum.
Cum enim victus in Judicio per tres ſententias confor-
mes ſuccubuerit, & correlativè ad rem judicatam ſuſ-
ceperit terminum ad evacuandam Domum, tunc
ità acceptare dicitur rem judicatam, ut renunciaſſe
cenſeatur cuicumque appellationi, ſive reſtitutio-
ni in integrum, abſque ulteriori ſpe reſtaurandi
litem, ut litteraliter diſponit *Text. in l. ad ſolutio-
nem 5 cod. de re Judic.* ibi -- *Ad ſolutionem dilatio-
nem petentem acquieviſſe ſententiæ manifeſtè probatio-
nem ſicut eum, qui quolibet modo ſententia acquieverit.
Nec enim inſtaurari finita rerum judicatarum patitur
auctoritas; ubi gloſſ. in verb. acquieviſſe amplicando*
7 dicit etiam ſi appellaverit, vel appellare potuerit,
*Rota in Hiſpalen. Viſitationis 30, Aprilis 1700. §.
Præfuit coram Reverendiſſimo P. D. meo Decano.*

Sed ulterius cum locatio de cujus prælatione age-
batur expiraſſet ſub die prima Decembris 1709. Ta-
metſi Joannes reportaſſet novam locationem ad
ſexennium ab illis de Petruccis; nihilominus A. C.
ex officio explevit alteram locationem favore Mag-
dalenę citato ipſo Joanne abſque ulla reclamatio-
ne acquieſcente, & appellare negligente, unde
cum ex ſua negligentia non fuerit uſus d. legis
8 beneficio illius jacturam fecit *Bartol. in l. de die §.
fin. ff. qui ſatiſd. cogan.* & regulare eſt quod non
appellans dicitur approbare judicatum *Alex. cons.
136. num. 2. lib. 2.*

Ex firmatis probato, quod Joanni nulla compe-
tat prælatio, & ſi quod Ius habere potuiſſet prout
non habuiſſe Domini cenſuerunt illud proprio facto
perdiderit; pari claritate perſpicitur Juſtitia rei ju-
dicatæ abſolventis Magdalenam à ſolutione penſio-
num à Joanne prætenſarum, nam ſolutione ejus,
9 quod debetur tollitur omnis obligatio *l. ſicum §.
Naturalis, & l. pen. ff. de ſolut. Inſtit. quib. mod.
toll. oblig. in prin, & in Romana Pecuniaria* 23.
Junii 1710. *§. Fundamentum coram Me*; Quod au-
tem Magdalena integrum d. debitum ſolverit per-
ſpicuum in facto redditur, quoniam uſque ad diem
3. Octobris 1703. adeſt quietantia finalis, deinde uſque
ad diem 5. Januarii 1707. idem Joannes judicialiter
declaravit ſe eſſe creditorem ſcut. 407. 41. ac in
eorum computum recepiſſe ſcut. 285. 90. & re-
manſiſſe creditorem in ſcut. 121. tàm habito re-
ſpectu ad dd. penſiones, quam etiam ad affictum
capitalis, ad quem effectum produxit ſuum liber-
culum crediti, & debiti; ſed quia in iſto libro ad
augendum proprium creditum computavit quædam
credita prorſus extranea à penſionibus. & affictu, &
aliter non adminiculata, quam ex deſcriptione in di-
cto libercula, qui cum tantummodò probet contra
ſcribentem non autem pro ſcribente juxta *firmata in
Dec. Reverendiſſimi D. mei Decani §. Atque hinc*,
inde fit ut demptis d. d. creditis aſcendentibus ad ſcut.
98. de quibus erit in ſuo congruo judicio diſcutien-
dum, & admiſſa partita ſcut. 83. 15. ſoluta in tot
cadis Vini, non ſolum remanet Joannes integrali-
ter ſatisfactus de penſionibus domus, & affictu
Capitalis uſque ad ſupradictam diem 5. Januarii
1707. ſed ultra creditum habuit ſcut. 4. 40.

Ullum nequaquam impetrari poteſt præſidium à
prætenſo exceſſu in valore vini. juxta aliquorum
Teſtium atteſtationes, quia illius valor fuit à tri-
bus Peritis liquidatus coram R. P. D Foſſio, & eorum
Peritia per rem judicatam fuit approbata; unde cum
Joannes tempore congruo non inſtetiſſet pro ele-
ctione Peritorum nequit modo Peritiam ita appro-
batam, amplius in dubium revocare, *Rota coram
Priolo decis. 269. num. 7. & in Romana locationis* 10
*21. Junii 1688. §. Quoniam in fin. & §. fin. coram
Card. Caccia, & in Romana Pecuniaria* 11. *Ianuarii*
1700. *§. Ultra quod, & 17. Maji ſequentis §. Atta-
men coram Reverendiſſimo D. meo Decano.* Præterquam-
quod nunc ſimpliciter agitur de penſionibus, ex
quo de affictu Capitalis habenda eſt ratio in alia
Cauſa ſuper eo pendente coram d. Reverendiſſimo
Domino meo Decano, ideoque ſi à d. calculo de-
mantur etiam iſti affictus, magis latè patebit ſa-
tisfactio; & pernecceſſe fatendum erit, ſummam longe
exorbitantem in manibus ejuſdem Joannis exiſtere.

Et ità utraque &c.

R. P. D. KAUNITZ

FIRMANA PRÆLATIONIS.

Veneris 13. Junii 1710.

SUMMARIA.

1 *Res judicata reſultat ex neglecta commiſſione cauſæ intra annum & tranſportatione actorum intrà biennium.*

2 *Reſtitutio in integrum non conceditur deficiente injuſtitia rei judicatæ.*

3 *Creditor cenſus præferendus eſt vigore Bullæ Pianæ in emptione fundi cenſiti.*

Cenſus quando dicatur impoſitus ſuper toto fundo vel ejus parte n. 4. ad 10. remiſſive.

4 *Verbum ejus refertur ad impoſitorem cenſus non ad poſſeſſionem.*

5 *Appellatione rata cum veniat totus fundus vel ejus pars.*

6 *Genus non reſtringitur per enumerationem ſpecierum.*

7 *Cenſus dicitur nulliter impoſitus non deſignatis clarè confinibus.*

8 *Prælationem petens debet accipere totum fundum vel totum relinquere.*

9 *Cenſus an ſit impoſitus ſuper toto vel parte fundi, arguitur ex verbis ſubſequentibus inſtrumenti.*

10 *Confeſſio auctoris nequit impugnari à ſucceſſore.*

11 *Cenſus reviviſcit evicto fundo cenſito dato in ſolutum creditori pro extinguendo cenſu.*

12 *Dolus operatur nullitatem venditionis uſque ab initio.*

13 *Ex actu nullo nullus ſequitur juris effectus.*

14 *Prælationis ius non tollitur ex extinctione cenſus facta creditori ignoranti venditionem & n. 17.*

15 *Prælationis petendæ ius oritur in ipſo momento ſecutæ venditionis fundi cenſiti.*

16 *Renunciatum dici non poteſt juri prælationis ſtante ignorantia venditionis.*

18 *Ignorantia venditionis præſumitur ex conjecturis.*

19 *Recenſentur peculiariter aliquæ conjecturæ.*

20 *Denunciatio iudicialis requiritur ad perdendum ius prælationis.*
21 *Simulatio non præſumitur deficiente cauſa ſimulandi & conjecturis.*
22 *Promittens emere pro alio abſque iuramento re integra poteſt pænitere.*
23 *Confeſſio facta in poſitionibus ſcindi non poteſt.*
24 *Simulatio non præſumitur in actu rationabili, & utili.*
25 *Prælatio non competit niſi poſt factam venditionem.*
26 *Creditor cenſus ut ratione fraudis poſſit arceri à iure petendi prælationem, illa debet vigere de tempore petitæ prælationis.*
27 *Cedens ius prælationis poteſt exinde pro ſe actionem exercere.*
28 *Creditori cenſus non poteſt impediri retractus prætextu quod retrahat pro alio, ſed ad plus ei eſt dandum iuramentum.*
29 *Emptor poteſt recuperare fundum emptum quatenus creditor cenſus poſt retractum alii conceſſerit.*

D e c i s i o XXXII.

FRanciſcus Marcuccius poſt quam de anno 1694. impoſuerat cenſum ſcutorum 300. in ſorte favore Joannis Baptiſtæ Guerretii ſuper prædio, quod poſſidebat in Territorio Oppidi Lauri, illud vendidit ſub die 12. Decembris 1704. eidem Joanni Baptiſtæ pretio ſcutorum 1750. Comperto exindè quod idem prædium per quatuor menſes antè, ſub die ſcilicet 13. Auguſti ejuſdem anni 1704. ab eodem Marcuccio jam venditum fuerat per apocam privatam Regulo Antonio, & Celantiæ Conjugibus de Scotollis pretio ſcutorum 1600. Judiciale certamen exortum fuit inter eoſdem Emptores coram Vicario Firmano ſuper illius manutentione, in quo cum Guerretius infelici marte pugnaverit, ex quo manutentio decreta remanſit ad favorem dictorum Conjugum de Scotollis, ad aliud fortiſſimum convolavit ſubſidium prælationis nempè ſibi competentis vigore notiſſimæ Bullæ ſan. mem. Pii V. in emptione prædii tanquam fundi cenſiti, quo mediante novo ex integro introducto judicio coram eodem Vicario ſuper illius prælatione; & facto depoſito dictorum ſcutorum 1600. Guerretius Victor evaſit reportando ſententiam favorabilem confirmatam ſubindè ab A. C. Gomez, & cum ob lapſum fatalium hæc tranſitum fecerit in judicatum; appellationis cauſa mihi delegata fuit cum clauſula *de præfixione termini*; Undè ad formam Commiſſionis ſubſcripſi Dubium — *An conſtet de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum*, eoque in hodierna Audientia propoſito prodiit reſcriptum — *conſtare de re judicata.*

Præbuit reſolutioni fundamentum non minùs ratio deſumpta ex lapſu fatalium, ex quo jam de ſui natura aſſurgebat res judicata, cum quilibet appellans abſtringatur intrà annum à die prætenſi gravaminis procurare Commiſſionem reſtaurativam appellationis, & infrà biennium arctetur illam proſequi mediante actorum tranſportatione, quæ deficit
1 in præſenti, ut tradunt *Scacc. de appellat. quæſt. 15. artic.* 8. *n.* 119. *Ofaſch. deciſ.* 18 *num.* 4. *& ſeqq. Rot. dec.* 33. *coram Cavaler. deciſ* 812. *n.* 1 *coram Dunozett. jun. deciſ.* 586. *num.* 2. *coram Emerix jun deciſ.* 226. *num* 2. *& deciſ.* 546. *n.* 1. *part.* 19. *recen. & in Mindonien. prætenſæ Obſervationis Conſtitutionis* 12. *Ianuarii* 1705. *§ Etenim coram*, *R. P. D. meo Anſaldo*; Quam etiam juſtitia antecedentium Judicatorum quæ ſemper, & principaliter attenditur in canonizanda, vel excludenda, re judicata ex ſolo lapſu temporis derivante, ut monet *Text. in leg.* 4. *§. Condemnatum, ff. de re judic. Veſtr. in prax. lib.* 7. *cap. fin. Albert. de inconſtan. in Iudic. quæſt.* 37. *num.* 415. *& ſeqq. & Rota deciſ.* 373. *num.* 7. *coram Dunoz. jun. in Maleventana Beneficii* 19. *Iunii* 1701. *§. Fortius coram R. P. D. meo Anſaldo. & in dicta Mindonien. prætenſæ Obſervationis Conſtitutionis §. Aſt præter Eadem.* 2

Juſtitia quippè ſententiarum decernentium prælationem competere Joanni Baptiſtæ Guerretio, ſeu Joanni Franciſco, & aliis de Guerretiis illius interim defuncti filiis ſuper fundo cenſito undequaque perſpicua deprehenditur ex eo, quod cum inter Partes non controvertetur, Franciſcum Marcuccium de anno 1694. impoſuiſſe dictum cenſum ſcutorum 300. favore ejuſdem Joannis Baptiſtæ ſuper prædio ſito in Territorio Oppidi Lauri, poſteaque anno 1704. de menſe Auguſti ab ipſo per apocam privatam & nulla facta judiciali interpellatione per menſem antè præfato Creditori cenſus idem prædium venditum fuiſſe Regulo Antonio Scotollo, & Celantiæ Jugalibus pretio ſcutorum 1600. Iure merito eiſdem Actoribus offerentibus idem pretium ſcutorum 1600. cum tertiis Emptoribus conventum concedenda erat petita prælatio ſuper eodem fundo cenſito juxta clatam, & litteralem Conſtitutionem à ſan. mem. me. Pio V. æditam ſuper cenſibus *Bullar. novo tom.* 2. *conſtit.* 79. *§.* 6. ibi — 3 *Ubi autem vendenda ſit volumus Dominus cenſus omnibus aliis præferri, eique denunciari conditiones, quibus ſit vendenda, & per menſem expectari*, de qua *Cenc. de cenſ. quæſt.* 64. *num. primo, &* 9. *& qu.* 65. *num primo, Ciarlin. controverſ.* 121. *num.* 1. *lib* 2. *R. P. D. Corradin. de prælat. quæſt.* 32. *n.* 13. *& Rot. dec.* 193. *per tot. coram ſan. mem. Gregor. XV. dec.* 52. *n. primo, & ſeq. coram Duran. in Romana Prælationis coram bon. mem. Urſino, & clar. mem. Cardinali Cavallerino inter impreſſ. ad Card. de Luca ad materiam de uſur. dec.* 45. *n. primo, dec.* 46. *n.* 7 *& dec.* 47. *n.* 7. *tom.* 1. *in Æſina Retractus* 10. *Ianuarii* 1701. *coram R. P. D. meo Anſaldo, &* 12. *Iunii* 1702. *coram bon. me. Muto, utrobique §.* 2.

Non relevante, quod cenſus, cujus vigore conceſſa fuit prælatio Guerretiis non fuerit impoſitus per Marcuccium ſuper toto prædio ſubindè vendito Scotollis, ſed tantum ſuper ejuſdem prædii rata illi correſpondente, ideoque deneganda fuerit prælatio ſuper toto fundo; quoniam objectum non ſubſiſtit in facto & penitus removetur in Iure; Non enim ſubſiſtit in facto quia cum Marcuccius haberet in eadem Contrada alia bona adjacentia, aliaque adeſſent per hæredes quondam Gaſparis Marcucci poſſeſſa, mentio ratæ non fuit facta ad minuendam ſubjugationem poſſeſſionis, ſed ad indicandam ipſam poſſeſſionem diſtinctam per modum ratæ ab aliis bonis ejuſdem impoſitoris aliorum de Marcuccis, ut denotat verbum illud poſſeſſivum, *ejus*, quod refertur ad Impoſitorem non autem ad poſſeſſionem, ibi — *In, &c, & ſuper ejus rata poſſeſſionis* 4 *&c. capacitatis modiolorum* 80 *&c. impoſuit &c.* per *Text. in leg. Quintus, §. Mutius, ff. de aur. & argen. legat. Cald. Perler. reſolut. emph. cap.* 3. *n.* 31. *& Barboſ. dictiou.* 1-3. *n. primo.*

Propterea dum Marcuccius impoſuit cenſum ſuper rata poſſeſſionis ad ipſum ſpectante, ut diſtingueretur fundus cenſitus ab aliis bonis adjacentibus, non dum propriis, verum etiam aliorum de Marcuccis, & ad illum ſpectabat totum prædium, ſeu poſſeſſio ſubindè vendita conjugibus de Scotollis inſubſiſtens eſt prætendere, quod cenſus fuerit impoſitus ſuper parte tantum hujus fundi, cum nomen *rata* tanquam in ſubſtantivo prolatum ſignificet rem indiviſam, vel ſi item portionem quantitativam poſſeſſionis impoſitori competentem in dicto Territorio, ut tradunt *Coſt. de portion. rat. præmiſſ.* 6. *n.* 7. *&* 8. *Tiraquell. de retract. lignag. tit.* 1. *§.* 11. *gloſſ.* 8. *nu.* 1. *&* 2. *Barboſ. de dictiou. dictiou.* 341. *n* 4. *& Rot.*

& Rot. deciſ. 933. *num.* 3. *coram Emerix jun.* prout
evidenter probatur ex illis ſubſequentibus verbis --
capacitatis modiolorum 80. -- quæ clare oſtendunt
verbum *rata* prolatum fuiſſe in ſubſtantivo tan-
quam genus non reſtringendum etiam per enume-
rationem ſpecierum, ut probant *Bartol. in leg. ult.*
6 *§. qui dulcia, ff. de vino, tritico, & oleo legat. Pa-
riſ. conſ.* 92. *num.* 38. *vol. primo, & Coſt. de portion.
rat. de præmiſſ.* 6. *num.* 8.

In Jure autem removetur ex eo, quod cum ta-
lis rata prædii in impoſitione d. cenſus non fuerit
deſignata cum ſua ſpecifica quantitate, ac ſuis par-
ticularibus terminis, & confinibus juxta præſcriptum
Bullæ Pianæ, ſed tantùm in ea aſſignati fuerint
termini, & confinia totius prædii, ex hoc ſequitur
(ne cenſus dicatur nulliter impoſitus contrà regu-
7 lam, de qua *Rot. deciſ.* 499. *numer.* 14 *poſt Cenc.
de cenſ.*) quod prædium ipſum hiſce certis finibus
deſignatum indiſtinctè evaſerit fundus cenſitus, &
indè radicatum emanſerit Jus prælationis favore Cre-
ditoris Cenſuarii quoad totum prædium, quamtumvis
pro rata cenſui ſubjugatum, itaut prælationem petens,
debeat, aut totum relinquere, aut totum habere
juxtà ſententiam, de qua *Cenc. de Cenſ. qu.* 66. *n.* 110.
8 *R. P. D. Corradin. de prælat. quæſt.* 13. *numer.* 7. 8.
& 9. & magis ſpecificè *quæſt.* 32. *n.* 33. *Antonell. de
tempor. legal. cap.* 2. *num.* 7. *& ſeqq. & Magon.
dec. Floren.* 29. *n.* 1. *&* 2.

Quod clarius eluceſcit, ſi inſpiciatur Inſtrumentum
ipſum ſubſecutæ venditionis prædii per eumdem
Marcuccium factæ Ioanni Baptiſtæ de Guerreriis,
in eo enim dicitur -- *vendit poſſeſſionem, ſuper qua
fuit impoſitus dictus cenſus*, unde ſi immediatè poſt
impoſitionem cenſus Impoſitor ipſe fatetur contro-
verſum prædium eſſe fundum cenſitum non ſolum
ees ſi aliquo modo foret, dubia redditur manife-
9 ſta ut dixit *Rot. in Senogallien. Donationis ſuper bo-
no Iure* 15. *Aprilis* 1695. *§. Et altera coram bon.
mem. Muto, & in Gerunden. Diſtributionum* 17.
Iunii 1701. *§. Sed coram Eminentiſſimo della Tre-
moille*, ſed etiam Rei conventi tanquàm cauſam haben-
tes à dicto Marcuccio illius factum hodiè impugna-
10 re non poſſunt, vulg. *leg. cum à matre, Cod. de re
judicat. & leg. vendicantem ff. de evict. & Rot. dec.* 41.
n. 11. *coram Cerro, & dec.* 5. *nu.* 13. *part.* 6. *Recentior.*

Nec obſtat, quod in venditione ejuſdem fundi
cenſiti favore Ioanni Baptiſtæ creditoris cenſuarii ſti-
pulata de menſe Decembris 1704. dictus cenſus
fuerit extinctus mediante illius compenſatione pro
rata pretii conventi, ideòque ceſſaverit fundamen-
tum ipſius prælationis; Etenim cum extinctio hu-
juſmodi deducatur ex compenſatione partis pretii
conventi in contractu emptionis, & venditionis
fundi cenſiti, ſicque per viam permutationis, evi-
cto, & avocato fundo, & quidem ex doloſo facto
11 ipſius venditoris datur regreſſus ad primæva Iura cum
reviviſcentia cenſus, ac ſi nuſquam fuiſſet ſecuta
compenſatio, *Gloſſ. & Bart. in leg. ex ſextante, §.
Latinas, ff. de except. rei judic. Card. de Luca de
feud. diſc.* 81. *ſub num.* 13. *verſ. Primus enim caſus
eſt, Adden. ad Buratt. deciſ.* 645. *n.* 16. *& Adden. ad
Pamphil. dec.* 244. *n.* 15.

Eoque facilius in præſenti caſu, cum non agatur de
reviviſcentia cenſus ad effectum conſequendi fru-
ctus, ſed tantùm ad excludendam fraudem commiſ-
ſam à venditore in præjudicium Iuris prælationis
Cenſuario competentis, ex quo à Marcuccio cen-
ſus debitore venditus fuit Ioanni Baptiſtæ Creditori
fundus cenſitus, poſtquam aliis occultè, & per
apocam privatam venditus fuerat; Undè cum Mar-
cuccius præcedentèr totum eumdem fundum alie-
naverit in Conjuges de Scorollis, & nihilominus
poſtea Sacerdotali juramento aſſeruerit illum fuiſſe
protsùs liberum, neque alteri venditum corruit ſta-

tim ſecunda venditio tàm ex defectu intentionis, ſeu
cauſæ finalis emptoris quam ex cauſa doli vendi- 12
toris, & habetur, ac ſi venditio nunquàm ſtipula-
ta fuiſſet, ad tradita per *Text. in leg. eleganter*, ubi
gloſ. ff. de dol. & diſtinguendo firmat *Hodiern. ad
Surd. deciſ.* 165. *ex numer. primo uſque ad* 5. adeout
ex hoc actu tanquam infecto, & reſoluto nullus
reſultare poſſit Juris effectus, ſed omnia ibidem con-
tenta, veluti correſpectivè adjecta corruere debent
ut in ſpecie habetur apud *Adden. ad Pamphil. di-* 13
cta dec. 244. *numer.* 15. & tradunt *Roland. à Vall.
conſ.* 63. *numer.* 33. *& conſ.* 76. *numer.* 21. *lib.* 2.
Manſ. conſult. 211. *n.* 13. *& Rot. dec.* 728. *num.* 15.
coram Dunozett. jun.

Et dato etiam, quod Cenſus, de quo agitur per
dictam ſecundam venditionem fuiſſet extinctus, ad-
huc hujuſmodi extinctio allegari non poſſet ad ef-
fectum tollendi Ius prælationis in Bulla Piana at-
tributum favore Creditoris Cenſuarii; Nam etiam
ipſamet realis, & effectiva extinctio cenſus facta
in manibus Creditoris, prævia diſdicta nequaquam
tollit Ius prælationis quoties Creditor Cenſuarius
recipiens ſolutionem ignorat venditionem fundi cen-
ſiti præcedenter factam ipſo non interpellato, aut
notificato, ut teſtantur *Cyriac. controv. foren.* 254. 14
numer. 46. *&* 67. *Cardinalis de Luca de Cenſ. diſc.*
40. *numer.* 9. *& diſcur.* 41. *numer.* 3. *Thomat. deciſ.*
40. *numer.* 35. *Cenc. de Cenſib. quæſt.* 65. *num.* 16.
& ſeq. optimè *R. P. D. Corradin. de Iure Prælat.
dicta quæſt.* 32. *num.* 15. *& Rota in dicta Romana Præ-
lationis* 19. *Ianuarii* 1691. *§. Non quidem, coram be-
na memoria Urſino, &* 28. *Ianuarii* 1692. *§. Quar-
tum, & §. ſequen. &* 21. *Aprilis ejuſdem anni §.
Repetebatur, coram clara memoria Cardinalis Caval-
lerino, inter impreſſ. ad Cardinalem de Luca tit. de
uſur. & Camb. deciſ.* 45. 46. 47. *tom. primo*; Ea
ſanè ſuadente ratione, quia ſicuti abſolutè Iuris eſt,
quod ſequuta venditione antè extinctionem Cenſus
ſine denunciatione, & ſcientia Creditoris Cenſuarii
ſtatim ortum fuit Ius prælationis favore ejuſdem Cre-
ditoris ad tradita per *Antonell. de Tempor. legal. lib.* 3. *c.* 15
2. *n.* 9. *& Rota deciſ.* 268. *nu.* 6. *coram Otthobono, in
dicta Romana Prælationis* 19. *Ianuarii §. Non fit, co-
ram bona memoria Urſino* 28. *Ianuarii* 1692. *§. Ne-
que obſtat, coram Cardinali Cavallerino & in dicta
Æſina retractus* 12. *Iunii* 1692. *§. Ejuſdem, coram bona
memoria Muto*; Ita cenſeri non debet illud ſublatum
fuiſſe ex facto ipſiuſmet Creditoris recipientis ſo-
lutionem Cenſus, quia cùm iſte ignoret Jus præ-
lationis præcedenter ſui favore exortum non poteſt di-
ci eidem ignorato Iuri voluiſſe renunciare ut in puncto
probant *R. P. D. Corradinus de Prælat. dicta quæſt.* 16
32. *numer.* 15. *& Rota in dicta Romana Prælationis*
28. *Ianuarii* 1692. *§. Alias, coram Cardinali Ca-
vallerino, & in dicta Æſina Retractus* 10. *Ia-
nuarii* 1701. *§. Sentiens, & pluribus ſeqq. coram
R. P. D. meo Anſaldo*, neque extrema in dicto
caſo repugnant; quia cum Ius prælationis pro-
ducatur inſimul ex utroque contractu Cenſus &
venditionis dum extinctio Cenſus evenit poſt ven-
ditionem, tunc ſemel producto Iure prælationis per
unionem utriuſque Cauſæ adhuc durat Ius prælatio-
nis *Thomat. deciſ.* 40. *n.* 33. *Rota in dicta Romana* 17
Prælationis 28. *Iunii* 1692. *§. Neque obſtat, coram
Card. Cavallerino.*

In hypotheſi autem eò certius procedit non ſo-
lum quia agitur de inducenda hujuſmodi extinctio-
ne Cenſus ex eluſorio venditionis actu doloſè per-
acto ab eodem Venditore in fraudem Iuris præla-
tionis, & contra fidem publicam, ſed etiam quia
in dubium revocari non debet, quod Joannes Bap-
tiſta Creditor Cenſuarius ignoravit præcedentem 18
venditionem fundi cenſui factam favore illorum
de Scorollis, dum expleta fuit per apocam priva-
tam

tam in Loco Villico, ubi Creditor non morabatur, & ipſemet Marcuccius in ſecunda venditione juramento aſſeruit, et promiſit Prædium, ſeu fundum cenſitum non fuiſſe alteri venditum, quinimmò inveriſimile prorſus eſt, quod Creditor Cenſuarius voluiſſet devenire ad emptionem prædicti Prædii pro ſcutis 1730. niſi ignoraſſet penitus antecedenter venditionem & quidem pro minori pretio ſcutorum nempe 1600. ut ex debilioribus circumſtantiis ar-
19 guit *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 251. numer. 4. circa finem verſ. En eſt*, *& Rota Lucen.* inter recollect. per *Palm. Nep. deciſ. 96. nu. 43. tom. primo.*

Et tamen ad effectum evadendi jus prælationis ita requiritur judicialis interpellatio contractus cum omnibus conditionibus in eo contentis, ut inſpectis verbis ipſis Pianæ Conſtitutionis *volumus &c. eique denunciari conditiones &c.* hujuſmodi denunciatio judicialis non poſſet ſuppleri per demonſtratio-
20 nes in figura merè extrajudiciali, *Duard. De Cenſibus §. 4. quæſt. 14. numer. primo, & quæſt. 15. n. 5. Thomat. deciſ. 40. n. 13. cum aliis in Æſina retractus 10. Ianuarii 1701. §. Adhuc etiam coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Multò quominus allegari poteſt per Reos conventos, quod cum Guerrerius pactum inierit de acquirendo Prædium non favore ſui ipſius, ſed Cæſaris Erioni penitus extranei, & pro eo illud effectivè ſimulato nomine emerit, ſtante tali ſimulatione nullam reportare valeat prælationem cum nemo ſit admittendus ad prælationem petendam pro alio, ſeu in alterius beneficium.

Etenim ultra quod nulla concurrit rationabilis, & certa cauſa ſimulandi, nullæque prorſus validæ adſtipulantur conjecturæ ſuadentes, ut contrà publicum Inſtrumentum dictæ emptionis, ſeu acqui-
21 ſitionis cautantis favore ejuſdem Guerrerii admittenda ſit exceptio ſimulationis, ut ratiocinantur *R. P. D. meus Anſaldus apud Paulut. diſſert. 5 allegat. prima ſub num. 11. Palm. Nep. deciſ. Lucen. 57. ſub num. 20. & Rota deciſ. 264. nu. 5. par. 15. Recen. in Perusina Cenſus 9. Iunii 1684. §. Hæc tamen coram cla. me. Card. Caccia, & in Sabinen. Reintegrationis 18. Aprilis 1701. §. Tantò magis, coram Eminentiſſimo Caprara*; Reſponſiones datæ per Guerrerium ad poſitiones nihil aliud concludunt niſi quod Guerrerius rogatus ab Eriono ad emendum Prædium ad effectum illud deindè eidem conſignandi, poſtea ſe retractando voluerit pro ſe ipſo acquirere, prout eidem Guerrerio permiſſum erat, dum licet verba dediſſet emendi pro Eriono, potuit tamen pœnitere re ſignanter integra, & nulla
22 intercedente effectiva, & jurata promiſſione ad tradita per *Cardin. de Luca de Regal. diſcurſ. 41. num. 7. verſ. ſed ſcribentes*, ideoque ſi Guerrerius faſſus fuit à dicta promiſſione receſſiſſe, non eſt amplius de ea ſermo habendus, cùm hujuſmodi confeſſio tanquam emiſſa in iiſdem poſitionibus, à quibus deſumi prætenditur contraria probatio aſſertæ ſimulationis ſcindi non poſſit, ſed in totum admitti, & acceptari
23 debet, ut probant *Mihalor. de Poſt. cap. 59. ſub n. 9. & Rota Recen.* inter recollect. per *Palm. Nep. deciſ. 79. ſub n. 8. tom. primo.*

Et quatenùs etiam probata dici poſſet aſſerta ſimulatio emptionis, non ideò relevaret ex eo quod modo agitur de prælatione omninò debita Guerreriis tanquam Creditoribus Cenſuariis, nec à ſimulata emptione argui poteſt ad ſimulationem etiam expoſtulatæ prælationis, cum ratio diſcriminis ſit patentiſſime, valuit quippè Guerrerius Pater Actorum excitatus ab Eriono procurare pro eo emptionem prorſus ignarus præcedentis venditionis Conjugibus de Scorollis factæ; At ſubindè comperta hujuſmodi præcedenti emptione facta pro minori pretio & agnito, quod exindè ipſi ortum erat Ius petendi prælationem, quæ non modicam ei afferebat utilitatem, pluſquam juſtè, & rationabiliter debuit, & voluiſſe exiſtimandus eſt hoc longè diverſum Ius pro ſe ipſo exercere cum ſtante cauſa utili, & juſta in exer- 24
citio proprii Iuris nuſquam quis præſumatur ſimulatè, aut fraudulenter agere *Palm. Nep. allegat. 74. numer. 53. tom. primo, Adden. ad Gregor. deciſ. 157. num. 27. verſ. notandum tamen, & Rota dec. 748. n. 7. coram Emerix Iunior.*; Ideoque meritò fieri potuit per Guerrerium etiam poſt procuratam aſſertam emptionem pro Eriono, quia cùm habens Ius prælationis conſilium petendi, vel negligendi prælationem expectet à ſcita & recognita quantitate pretii ab aliis ſtabilita, non valuit ille ante hujus pretii, & præexiſtentis venditionis notitiam declarare an pro ſe ipſo vellet beneficium prælationis proponere per *Text. in leg. Non eſt ferendus ff. tranſact. Rota de-* 25
ciſ. 1204. num. 27. coram Emerix Iun. deciſ. 23. n. 11. lib. 11. & dec. 2. n. 9. lib. 4. inter Addit. ad Card. de Luca tom. 2. & in Romana Caſtri Porcilsana 20. Martii 1699. §. Minus obſiſtense in fine coram bo. me. Muto, inter addit. ad R. P. D. Corradin. de de Prælat. 14. ſub n. 21.

Verùm enim verò omnis ceſſare debet hæſitatio, non ſolùm quia habens Ius prælationis repelli non poteſt ab illius exercitio, & conſecutione ſub inani prætextu, quod quia prælationem petat ad commodum alterius, cùm ad hunc effectum non ſufficiant actus præcedentes, ex quibus argui etiam poſſit animus gratificandi Tertio, & extraneo, ſed ſuſpicio fraudis debet vigere de tempore petitæ prælationis, & moræ litis, ut optimè *R. P. D. Corradin.* 26
de Prælat. quæſt. 9. nu. 16. verſ. tamen hoc procedit; Itant etiam ſi habens Ius prælationis, illud ceſſiſſet extraneo, poſſit nihilominus ſubindè pro ſe petere prælationem, ac ſi ceſſio eſſet nulla, & proprii Iuris minime impeditiva, ut punctualiter firmant *Ciarlin. controv. lib. 2. cap. 121. ſub n. 56. verſ.* 27
& quamvis, Cyriac. controverſ. 254. num. 22. & ſeq. & R. P. D. Corradin. dicta quæſt. 9. n. 17.

Sed etiam quia adeſt juramentum ſuppletivum, ſeu expurgativum datum ab A. C. & ab Actoribus impletum ſuper eo, quod ipſi peterent prælationem pro ſe ipſis, non verò pro aliis: Hæc enim eſt cautela, quæ ad ſummum adhiberi debet per Iudicem, quoties etiam magna ſuſpicio urget, quod prælatio petatur ad commodum alterius, ita namque utrique Parti conſultum remanet, quia habens Ius prælationis non fraudatur proprio Iure, quoties ſincerè agat minuſque fraudatur Emptor, quoties ſubindè detegatur prælationem fuiſſe expoſtulatam ad commodum alterius, *Gall. pract. obſervat. lib. 2.* 28
obſervat. 19. n. 10. verſ. & plerunque, Tiraquell. de Retract. Lignag. §. 5. Gloſſ. unic. per totam, R. P. D. Corradin. de Prælat. d. qu. 9. n. 29. & Laurea allegat. 110. n. 26. & Oien de Ceſſ. Iur. tit. 3. quæſt. 2. n. 10. verſ. qua licet; Potiſſimè quia jura ipſa providerunt indemnitati Emptoris, qui etiam præciſivè à dicta cautela, quoties ſubindè detegat, rem jure prælationis retractam fuiſſe illi Tertio, cujus reſpectu fraudis ſuſpicio præceſſerat, traditam, ſeu venditam, poteſt illam vendicare, & recuperare,
Rip. in l. prima n. 10. ff. de privil. credit. Tiraquell. 29
d. §. 5. gloſſ. unic. nu. 3. De Marin. quotid. reſolut. lib. 1. cap. 116. n. 47. R. P. D. Corradin. d. qu. 9. n. 13. 14. 15. 19. & 20. Urſil. ad Afflict. dec. 238. n. 6. Capyc. Latr. dec. 57. n. 47. & Rot. coram Mantic. dec. 10. n. 9.

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. SCOTTO

Firmana Prælationis.

Lunæ 29. Februarii 1712.

SUMMARIA.

1 *Depoſiti nullitas non ſuppletur per citationem ad recipiendum facta per annum ante depoſitum, præſertim ſi in ea non legatur decretum.*

2 *Depoſiti ſimulatio arguitur ex Conjecturis.*

3 *Deponens pecunias in judicio prælationis eatenus lucratur fructus à die depoſiti quatenus illud ſit validè factum.*

4 *Et dicitur legaliter expletum quando ſit prævio judicis decreto intimatione partis & in faciem emptoris.*

5 *Depoſiti nullitas dicitur agnita ab eodem deponente hoc ipſo quòd fecit novum depoſitum.*

6 *Depoſitum validum, operat ut deponens non debeat fruſtrari commoderes & pretii.*

7 *Prælatio competens Domino cenſus, locum dumtaxat habet pro rata cenſui ſubjugata.*

8 *Quamvis è converſo multoties extraneus emptor poſſit cogere creditorem cenſus ad retrahendum totum fundum.*

9 *Auctoritates procedentes in terminis retractus debiti jure vicinitatis vel ſanguinis procedunt in terminis retractus debiti vigore Bullæ Pianæ.*

10 *Bulla Piana tamquam exorbitans eſt strictè intelligenda.*

Cenſus quando dicatur impoſitus ſuper toto fundo vel ejus parte n. 11. ad 14. remiſſivè.

11 *Dicitur impoſitus ſuper ſola parte, quando ſpecificatur pars fundi, & reſidualis aſſignatur pro Confine.*

12 *Clauſula ſuper omnibus juribus membris & pertinentiis refertur ad Circumferentiam ratæ cenſui ſubjugatæ.*

13 *Prætendens bona aſſignata pro confine eſſe diverſa à rata integrante fundum debet probare.*

14 *Teſtes ad perpetuam examinati probant quando onus probandi contrarium ſpectat alteri parti.*

Decisio XXXIII.

IOannes Baptiſta de Guerreriis Creditor Cenſus in ſorte ſcut. 300. impoſiti per Franciſcum Marcuccium ſuper prædio, quod poſſidebat in Territorio Oppidi Lauri detecta venditione fundi cenſiti pro pretio ſcut. 1600. à dicto Franciſco Cenſus debitore inita cum Regulo Antonio, & Cælantia Conjugibus de Scotollis, intentavit Iudicium Prælationis ſibi indultæ in emptione fundi cenſiti ex notiſſima Conſtitutione Piana, factoque depoſito dicti pretii, Voti compos effectus eſt per geminas ſententias conformes, illi concedentes Immiſſionem ad totum fundum, & condemnantes dictos extraneos Emptores ad reſtitutionem fructuum à die facti depoſiti, quas ſubindè nti ob lapſum fatalium in Iudicatum tranſactas canonizavit Sacra Rota in gradu reſtitutionis in integrum prævia deciſione edita die 13. Iunii 1710. coram Reverendiſſimo Labacen.

Cùm autem adverſus mox dicta Iudicata Regulus Antonius ſuccumbens, adita Signatura Iuſtitiæ eo ſub motivo, quod dictus fundus capacitatis modiolorum 119. circiter ſubjugatus non eſſet cenſui, quam pro ſolis modiolis 80. pro quibus ideò competere poſſet Prælatio Ioanni Baptiſtæ non autem pro toto fundo, novam obtinuerit Commiſſionem mihi directam cum clauſula -- *ſine præjudicio, quoad modiolos* 80. *& in reliquis de Cauſis*, dedi dubium Commiſſioni conforme videlicet -- *An conſtet de re judicata quoad modiolos* 80. & in reliquis -- *An conſtet de Cauſis reſtitutionis in integrum*, eoque in hodierna Audientia propoſito, prodiit reſcriptum -- *Conſtar de re Iudicata quoad modiolos* 80. *juxta modum inferiùs exprimendum, & in reliquis conſtare de Cauſis.*

Quo enim ad modiolos 80. cenſui ſubjugatos,
nulla fuit difficultas reſpondendi, quod conſtaret de
re judicata cum Partes convenirent; Unde Domini,
modum tantum ſuperaddentes, dixerunt reformanda
eſſe præcedentia Iudicata in ea tantum
parte, in qua condemnant Scotollum ad reſtituendos
fructus à die primi depoſiti facti de anno 1706.
per Ioannem Baptiſtam; conſtitit enim illud in Partibus
factum fuiſſe clandeſtinè arbitrio Ioannis Baptiſtæ
deponentis, & quidem non penès publicum
depoſitarium, ſed penes privatam perſonam, nullo
præcedente Judicis decreto, vel Partis intimatione
cujus defectus ſuppleri non potuit per quamdam citationem
ad recipiendum, cum illa depoſitum præceſſerit
per annum, & nullum fuerit in ea interpoſi- 1
tum Judicis decretum pro faciendo dicto Depoſito,
ut in *Summ. Ioannis Baptiſta Num.* 5.

Quamobtem ad condemnandum Regulum Antonium
ad fructus, nequaquam attendi poterat d.
depoſitum, tot nullitatibus vitiatum, quodque magis
eſt valdè etiam ſuſpectum de ſimulatione, ex eo
quod cum Ioannes Baptiſta in vim alterius contractus
venditionis ejuſdem fundi ſibi factæ, pretium
in majori parte ſolviſſet Venditori; Credendum non 2
eſt quod tam facillimè integrum pretium denuò
ſolvere, & deponere voluerit, & quidem modo inſolito,
& irregulari videlicet partim in faciem
non ipſius Emptoris extranei, ſed Franciſci Marcucci
Venditoris, & partim favore incertæ perſonæ
illius videlicet cui Iudex conſignationem fieri mandaverit,
ut ex *d. Summ. ipſius Ioannis Baptiſta Num.*
6. Ex quibus omnibus eo minus juſta viſa fuit condemnatio
ad reſtitutionem fructuum à dicta die,
quia licet ſuccumbens in hoc Iudicio prælationis 3
teneatur ad illorum refuſionem à die quo pretium
extitit depoſitatum id tamen intelligitur de depoſito
legitimè, & legaliter expleto, videlicet prævio Ju- 4
dicis decreto, intimatione Partis, & in faciem ipſius
Emptoris, ut communiter tradunt *Ancaran.
conſ.* 331. *num.* 1. *Menoch. conſ.* 756. *n.* 6. *Carpan.
ad Statut. Mediolanen. lib.* 1. *cap.* 4.7. *num.* 604.
Rovit. dec. 24. *n.* 33. *Beer. dec.* 124. *nu.* 24. *&
Rota dec.* 505. *num.* 7. *coram Ludoviſ.*

Certius quia nullitatem, & inſubſiſtentiam d. depoſiti
agnovit ipſemet Joannes Baptiſta, eo ipſo 5
quod neceſſarium ſibi putavit, novum, & legitimum
depoſitum facere ſub die 23. Novembris ſuperioris
anni, à qua propterea die Domini reformantes
præcedentia judicata dixerunt deberi *fructus*,
quos data validitate depoſiti tenetur ſuccumbens
reſtituere ei qui prælationem petit, cum ipſe
re, & pretio privandus non ſit, nec poſt validum & le- 6
gale depoſitum pretii per eum ſtet, quominus extraneus
Venditor pretium recipiat, *Gaurb. dec.* 67. *n.* 1.
& proſequuntur auctoritates allegatæ.

Quo verò ad remanentes modiolos 39. viſum fuit
conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum ex eo,
quod cum cenſui ſubjugata non eſſet, quàm pars
fundi in dd. modiolis 80. reliqua pars cenſui non
obnoxia, ſubjici non potuit beneficio prælationis
per Pianam Conſtitutionem indultæ cum de illa tan- 7
quam libera potuerit Dominus, non minus favore
creditoris Cenſuarii, quàm cujuſcumque alterius
Extranei ad ſui libitum diſponere ad *Text. in l.
dudum C. de contrahenda emptione*, quamvis enim
extraneus emptor quandoque cogere poſſit petentem
prælationem ad retrahendum, tam partem cenſuatam,
quam aliam liberam cenſui non obnoxiam ſibi
pro unico pretio, & unico contractu venditam, id
tamen eſt privilegium facultativum indultum ad commodum
ipſius extranei emptoris in præjudicium pe-

tentis prælitionem cui è converſo cum jus competat rertahendi ex ſimpl.ci obligatione, & hypotheca fundi, ſibi pro cenſu obligati, Ius non habet pro prælatione, quam ad menſuram ipſius obligationis, & hypothecæ ad tradita in ſimilibna per *Alberic. in l. ſi duo Patroni a. 5. ff. de Iure jurando, Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. gloſſ. 2. a. 10. Giurb. dec. 52. a. 8. Gaudopap. dec. 411. verſ. ſunt, qui putant*; quæ quidem auctoritates licet loquentes in terminis retractus Jure vicinitatis, vel ſanguinis; procedunt tamen etiam in retractu indulto ex Piana Conſtitutione, ut tradit in puncto *Cencias de Cenſibus quæſt. 66. num. 101. cum ſeqq.* eo magis cum Bulla Piana uti exorbitans à Jure, & reſtringens liberam facultatem de re ſua liberè diſponendi, nullam admittat ampliationem, vel extenſionem *Rota poſt Cenc. de Cenſibus dec. 159. nu. 3. & poſt R. P. D. Corrad. de prælat. dec. 6. n. 2.*

Quod autem pro rata dd. Modiolorum 39. verè fundus Cenſui ſubjugatus non extiterit, perſpicuum fieri viſum eſt DD. ex Inſtrumento Cenſus, quod ſolum cantat *de rata Poſſeſſionis cum Domo, & Columbario capacitatis Modiolorum* 80. certis Confinibus deſignatis, inter quæ ponuntur ex una parte *bona remanentia ipſius Franciſci Impoſitoris Cenſus*: Unde non obſtantibus ſequentibus verbis, quod Cenſus impoſitus cenſeretur ſuper *omnibus juribus, membris & pertinentiis Prædii* patens ſit, quod impoſitio cadere non potuerit quam ſuper rata Modiolorum 80. de qua dumtaxat cantat Inſtrumentum, non verò ſuper remanenti rata Modiolorum 39. quia cum iſta aſſignata fuerit pro confine fundi Cenſui obnoxii perneceſſe debet cenſeri diſtincta, & non comprehenſa in ipſo fundo confinato *l. fines Agri Cod. de evict. Rot. coram Merlin. dec. 600. num. 7. & in Spoletana fideicommiſſi 28. Iunii* 1706. *§. Eadem verò coram Reverendiſſimo Giennen.* & dicta ſequentia verba ſicuti, & clauſula *circiter* quæ de ſtylo Notarii præſumuntur adjecta potius referenda ſunt ad membra, & pertinentias interiores non autem ad bona aſſignata pro confine, quæ ideò cenſeri non poſſunt vel membra, vel pertinentiæ, fundi, confinati *Rota deciſ. 270. num. 9. par. 15. & deciſ. 699. nu. 9. par.* 18. & proſequuntur aliæ mox allegatæ.

Nullatenus ſubſiſtente, quod dictum Confine aſſignatum referendum ſit ad alia bona, quæ ibi dictus Franciſcus poſſidebat non autem ad ratam fundi Cenſui ſubjugari, neque enim pro Confine exprimuntur alia bona in generali, quæ diſtinctè à fundo potuerit Franciſcus poſſidere, ſed deſignantur ſpecificè bona remanentia non referibilia, quam ad ratam ſupereſtantem ipſius fundi, & alias integrantes ipſum fundum; neque ullibi doctum fuit, quod Franciſcus alia bona in loco poſſederit, ad quæ potuerit referri expreſſio Confinis, enim potiùs non ſolùm ex fide Catſtri, ſed ex Depoſitionibus plurium Teſtium, doctum è converſo fuerit, quod Franciſcus re verà in dicta Contrada nulla alia bona poſſederit præter fundum controverſum partim Cenſui ſubjugatum, & deinde in totum venditum Conjugibus de Scorollis, ut ex *fidibus datis Summario Regali Antonii Num.* 3. quæ licet ad perpetuam ſufficiunt tamen Regulo Antonio habenti pro ſe literam Inſtrumenti Cenſus ad effectum excludendi exiſtentiam aliorum bonorum quam potiùs teneretur concludenter probare Joannes Baptiſta, qui veniens contra Inſtrumentum in dicta ab eo ſuppoſita exiſtentia ſimpliciter ſe fundat *l. ei incumbit ff. de probation. Rota dec. 228. n. 11. par. 15. & dec. 60. n. 2. & ſeqq. par. 17. recent.*

Et ità utraque &c.

P. R. D. ANSALDO

MATHERANEN. PRÆLATIONIS.

Lunæ 23. Junii 1710.

SUMMARIA.

1 *Vacationem Beneficii impugnare nequit collitigans, qui petit beneficium tamquam vacans.*

2 *Bulla Piana non habet locum extra territorium Eccleſiæ.*

3 *Creditor cenſus vigore Bullæ Pianæ poſt denunciationem ſibi factam habet ſpatium unius menſis ad retrahendum.*

4 *Denunciatio facienda Domino cenſus debet eſſe judicialis.*

5 *Denunciatio generica non exprimens omnes qualitates venditionis, & facta ad alium finem, non ſufficit ad effectum excludendi ius prælationis & n. 8. 9. & 10.*

6 *Denunciatio relativa ad inſtrumentum non ſufficit vide n. ſeq.*

11 *Eminentiſſimus Corradinus, digniſſimus S. R. E. Cardinalis & auctor hujus operis, meritiſſimis laudibus decoratur à S. Rota.*

12 *Pactum de non retrahendo fundum cenſitum in caſu venditionis non eſt improbatum.*

13 *Procurator ad exigendum non poteſt repetere ſortem cenſus.*

14 *Procurator ſine ſpeciali mandato, non poteſt facere actum præjudicialem juri retrahendi.*

15 *Et quemcunque actum importantem remiſſionem juris quæſiti.*

16 *Expreſſi major eſt virtus quam taciti.*

17 *Renunciationem juris retrahendi importare nequit petitio ſortis cenſus facta à mero Procuratore, poſt jam expletam venditionem fundi cenſiti.*

18 *Prælatio vigore Bullæ Pianæ debetur creditori cenſuario anteriori.*

19 *Subingreſſus in juribus creditorum cenſuariorum anteriorum non competit favore emptoris qui cenſus extinxit cum propriis pecuniis, & ceſſionem reportavit, vide tamen n. 20. ad 25. ubi diſtinguuntur plures caſus.*

DECISIO XXXIV.

EA quæſtio, quæ adeſſe non poterat ſuper generali competentia retractus reſolvenda, vel confirmanda venditione Prædii cenſiti, per Paulicellos expleta ad favorem Monialium Sanctiſſimæ Annunciatæ, cum utrinque contendentes Aquam haurirent ex eodem fonte, nempè Crediti Cenſualis, quo ad tenorem notiſſimæ Bullæ Pianæ hypothecatum, & aſſlictum tenebant idem Prædium diſtractum, & nuncupatum *delle Camaſtre* ſicuti diximus in contentionibus beneficialibus, controvertere non poſſe vacationem, & qualitatem Beneficii, quia quis deſcendens in arenam, venit ex eodem titulo, & qualitate vacationis ad tradita per *Rot. dec. 234. num. 2. coram Duran. deciſ. 137. num. 11. coram Gregor. deciſ. 77. num. 1. §. Vacatio deciſ. 175. n.* 1
2. coram Emerix Iunior deciſ. 135. numer. 1. deciſ. 140. n. 12. coram Otthoben. & dec. 508. n. 3. part. 19. Tom. 2. Recent.

Acriter tamen, atque tripliciter exarſit ſuper antelatione inter ipſos præferendos, ſcilicet inter Patres Ordinis Sancti Auguſtini, & Venerabilem Cappellam Sanctiſſimi Crucifixi, nec non præfatas Moniales Sanctiſſimæ Annunciatæ, donec de trino oppugnatore, duobus effectis, & eorum altero Sociato armis per antea ſibi quoque contrariis, victoria præcedenter titulans pro Patribus Sancti Auguſtini tam coram Ordinario, quàm in Tribunali A. C. hodiè deflexit in Moniales, quæ jura interim prænominatæ Cappel-

Cippellæ conquiſiverant, prodeunte oraculo Sacri Auditorii -- *Prælationem competere Monialibus* --

Quatenùs namque prælium committebatur ab initio Moniales, & Conventum Sancti Auguſtini firmiore apparebant Præſidia ejuſdem Conventus, qui optimè ſtabiliebat fundamenta ſuæ prætenſionis, demonſtrans quippè quod per triennium antè ſequutam diſtractionem prædicti Prædii Cenſum activè creaverat ſuper hoc ipſo Prædio adverſus Venditores invincibiliter aſſequi debebat efflagitatam Prælationem, eum ea ad litteram indulgeatur in prænominata Conſtitutione vere ſan. mem. Beati Pii V. ſimilibus, & proindè anterioribus Creditoribus, cumque verſaremur in Negocio temporaliter etiam quoad bona ſubmiſſo Dominationi Sanctæ Sedis, ceſſabat penitus hæſitatio, an eadem Bulla cæteroquin in ſubſtantia, & forma creandi Cenſus quilibet obſervanda locum reſpectu hujus peculiaris Privilegii ſibi uſurparet in Statibus, ſeù Ditionibus aliorum Prin-
2 cipum, ut poſt *Spadam conſ. 59. num. 1. & per tot. lib.* 3. animadverſum quoque fuit *in altera Æſina Retractus* 10. *Ianuarii* 1701. §. *Iam enim coram Me, & in Farfen, juris offerendi* 6. *Decembris* 1702. §. *Pretio tam facile alias* 17. *coram Me, utrobique concordan. ad ſatietatem.*

Quin exaudiri in oppoſito poſſent Moniales plura adducentes ad everſionem prænominati fundamenti. Inutiliter quippè erga prædictum Conventum objiciebatur, quod cum illius PP. indubitatam notitiam, quodque magis eſt judicialem habuiſſent præfatæ venditionis, ſtante poſitiva Citatione eorundem Patrum, veluti Creditorum illorum de Paulicellis, hinc dum infra menſem nullam expoſtulavere Prælationem, cecidiſſent ab hujuſmodi Privilegio, quod intrà Cancellos præfati temporis per Bullam arctabatur, ſicuti expreſsè legabatur in eadem Conſtitu-
3 tione, ibi -- *Volumus Dominum Cenſus aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari* --, & adnotarunt quoque latè cumulati per *Corradin. de Iur. Prælat. q.* 32. *num.* 22. *Rota deciſ.* 268. *n.* 2. *coram ſa. me. Alexandro VIII. deciſ.* 46. *num.* 18. *ad ornatum Card. de Luc. de Cenſ. & Æſina Retractus* 10. *Ianuarii* 1701. *coram Me, &* 12. *Junii* 1702. *coram bo. me. Muto, utrobique §. Primo.*

Valida ſiquidem nimium erat Reſponſio, quòd dum præfata Conſtitutio Piana inſimul ad effectum menſtrualis decurſus litteraliter præcipiebat Domino Cenſus denunciari conditiones, quibus vendenda ſit res Cenſui ſubjugata, non ſolùm hujuſmodi denunciatio facienda erat judicialiter pro forma, quin ſufficeret aliundè comprobata ſcientia, vel inita Inter-
4 pellatio extrajudicialis ex collectis per *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 64. *numer.* 19. *&* 20. *Epiſcopus Rocca diſput. Iur. ſelect. cap.* 164. *num.* 8. *Thomat. deciſ.* 40. *numer.* 13. *Rota deciſ.* 466. *num.* 2. *&* 3. *coram Peutinger. deciſ.* 163. *num.* 3. *coram Celſo deciſ.* 425. *n.* 7. *coram ſan. mem. Gregor. deciſ.* 158. *numer.* 8. *poſt Cenc. de Cenſ. cum aliis adductis concordan. in Æſina Retractus* 10. *Januarii* 1701. §. *Adhuc etiam coram Me, & in Firmana Prælationis* 13. *Junii currentis Anni §. Et tamen coram R. P. D. Kaunitz.*

Verùm quod magis erat prælaudata Citatio Conventus diverſum feriebat reſpectum convocandi, ſcilicet Creditores pro habendo dumtaxat concurſu, aſſequendaque debita graduatione in receptione pretii Creditoribus ex pacto ſolvendi. Nullibi autem percutiebat implementum præfatæ formæ concernentis hujuſmodi privilegiativum retractum, & injungentis patefieri conditiones, ad hoc ut acquiſitor, & Dominus Cenſus in re vendita ſuper impoſiti deliberare valeret, an ſibi expediret exercere idem Privilegium, ſivè retractum, ideoque cum eædem conditiones nequaquam fuerint intimatæ Patribus Sancti Auguſtini, ſed ſimpliciter dictum nimis in genere appareret -- *con promeſſa d'evittione, & altro, che ſi contiene in Inſtrumento di vendita, al quale* --, profectò ex antedicta generaliori Citatione, nec forma remanſerat impleta, nec retractus præpeditus, ut uno ore profitentur *Cenc. de Cenſibus* 5
qu. 64. *n.* 9. *& ſeqq. Rota poſt eum dicta dec.* 157. *n.* 3. *verſ. ultra quod, & deciſ.* 158. *nu.* 6. *& ſeqq. dec.* 416. *n.* 4. *coram Peutinger. deciſ.* 268. *n.* 4. *&* 5. *coram ſan. mem. Alexandro Octavo deciſ.* 52. *num.* 2. *coram Duran. deciſ.* 415. *num.* 7. *ibique Adden. n.* 12. *coram ſa. me. Gregor. & deciſ.* 246. *n.* 2. *coram Royas.*

Atque ex his idcircò nullatenùs opitulabatur Monialibus, quod per prædicta verba relativa -- *al quale* -- juncta productione effectiva Inſtrumenti celebratæ venditionis in Actis Curiæ Archiepiſcopalis, non foret facienda altera denunciatio magis præciſa, & individualis earundem conditionum, cum de æquitate ſaltem expreſſio hæc relativa ſufficere videatur, ut putavere cum *Scaccia de appellatione quæſt.* 4. *n.* 6
52. *& de Commerc. & Camb. §. Primo qu.* 1. *ſub n.* 152. *R. P. D. Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 6. *rubr.* 10. *n.* 34. *R. P. D. Corradin. de Prælat. quæſt.* 4. *n.* 4. *R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. Tom. primo ad Conſtitution. Eugenii Tertii ſect.* 2. *ſub num.* 35.

Ultrà etenim, quod non deſunt fortè plures in hac Propoſitione ſentientes oppoſitum, nimirum quod eadem verba relativa minimè ſufficient, niſi ſaltem tranſcribantur ſingula pacta, & conditiones vel inſeratur in Citatione Inſtrumentum ipſum venditionis, ut videre eſt penes *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 7
64. *num.* 29. *&* 30. *& apud ipſummet. Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 36.

Nihilominus proprius reſpondendo, iſta omnia velamen aliquod fortaſſe perinducere potuiſſent quando præcitata relatio, ut præmiſimus, facta extitiſſet præciſe ad effectum ſervandi formam Bullæ, quæ tamen abſolutè mandat denunciari conditiones, & non vagè citare, & producere prævia ſimplici relatione tale Inſtrumentum venditionis, tantum verò aberat, ut eadem Citatio hunc peculiarem finem concerneret, ut loco tangendi quidquam de prælatione, vel ſaltem pura notificatione venditionis feriret dumtaxat pactum initum extinguendi debita venditoris, idemque in ſequelam ad merum Con- 8
curſum, prætiumque recipiendum, undè ſi non ſufficit pro obſervanda forma Bullæ implementum per æquipollens adhuc quis dicat, quod Citatio facta ad unum finem operetur præſertim in præjudicialibus finem omninò diverſum, ad tradita in terminis primæ propoſitionis per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 741. *num.* 4. *Cenc. de Cenſ. quæſt.* 64. *n.* 20. 9
Rot. deciſ. 268. *num.* 5. *coram ſa. mem. Alexandro Octavo, & deciſ.* 162. *num.* 4. *coram Celſo, & dec.* 449. *num.* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 431. *per tot. coram Peutinger.* & circà ſecundam per *Valenſuel. conſ.* 6. 10
num. 114. *Rot. deciſ.* 166. *num.* 6. *&* 7. *part.* 14. *deciſ.* 479. *num.* 5. *& deciſ.* 487. *num* 32. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent. cum aliis relatis concordan. in Romana Fideicommiſſi* 22. *Aprilis* 1707. §. *Nihilominùs coram Me.*

Inanis pariter prætenſio, quod deinde Comparentes iidem PP. Sancti Auguſtini, ſibique ſeſtiuul ſortem Cenſus expoſtulantes viderentur juri ſuo ſivè ipſi retractui renunciaſſe, quod fieri profectò poteſt dum quoque in ipſa creatione Cenſus tenet pactum, ſeu renunciatio juris retrahendi fundum cenſitum etiam non obſtante Bulla Piana, quemadmodum optimè demonſtrat Reverendiſſimus Cor- 11
radinus doctus, & emeritus Sanctiſſimi Domini Noſtri Auditor: *de jure prælat. quæſt.* 32. *numer.* 9. *Scacc. de Commerc. & Camb. §.* 1. *quæſt.* 1. *nu-* 12
mer. 245. *in* 3. *difficult. verſ. Concludo quod eſt valirum*

dum Duard. de Cens. §. 4. quæſt. 22. per tot.

Objectum namque palàm ruere palpabatur, ſivè in facto, ſivè in jure; In facto etenim ponderando, quod hanc petitionem repetitionis Capitalis expleverat ſimplex Procurator ejuſdem Conventus, quando peculiare erat per Ordinationes, ſeù Conſtitutiones inclitæ hujus Religionis Divi Auguſtini non poſſe ordinarios Procuratores ad merè exigendum, deputatos ſortem Cenſuum repetere,
13 ſeù recuperare, ſicuti liquebat ex *Summario Conventus Num. 9.* & connoverat *Rota coràm Seraphin. deciſ. 831. num. 3. & ſeqq. cum aliis abundè cumulatis per Cenc. de Cens. quæſt. 109 ex num. 47. & num. 49. & quæſt. 105. ſub num 3.*

In jure verò, quia cum ex inopportuna forsàn repetitione ſortis poſſet exoriri ingens præjudicium Conſtituenti, & ſignanter, ut hic, ſubinduci renunciatio Iuris retrahendi, nemo non ſcit, quod abſque ſpeciali mandato per Generalem Procuratorem conſimiles renunciationes, ſive conſimiles animi de-
14 clarationes fieri nequeunt ex paſſim affirmatis, & præſertim *Duard. de Cens. §. 4 quæſt. 14 num. 1. modern. Aſculan. D. Conſtantin. ad Stat. Vrb tom. 2. annot. 24. art. 7. num. 469 Rot decis. 151. num. 4. coram Dunoz. Sen. reperit. poſt Cenc. de Cens. decis. 307. & decis. 163. vers. fin. coram Celſo*; Et generale eſt, quod ſine ſpecifica procuratione, ſeù mandato nequit obeſſe actus qui poſſet quomodolibet Domino præjudicare in remiſſione alicujus juris affirmant
15 *Gratian. diſcept. 224 n 41. Maſſin de confiſcat Bonorum q 48. 35. n. 72. Rot. decis. 44. num. 9. part. 10. & decis. 16. num. 15. part. 15. decis. 9. num. 28. part. 19. Recent. & in Camerinen. Manutentionis, ſeu Cenſuum 23. Iunii 169. §. Prout eò minus coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in Tarraconen. Inſignium 11. Decembris 1702. §. Minus coràm bo. me. Muto.*

Ac propterea ſi neque expreſsè capax erat Procurator præjudicandi Conventui, in ordine ad remiſſionem, ſeù renunciationem hujuſmodi retractus, quomodò valebat tale detrimentum progignere ea tacita renunciatio, quæ quomodolibet inferri poſſet ex prænominata petitione ſortis, nè plus ju-
16 rium tribuatur tacito quam ſibi vindicare quitet expreſſum reſiſtente regula, de qua *Text. in cap. ſcienti de reg. jur. in 6 Barbos. tract. var. axiom. 89. numero 2. cum aliis adductis concord. per Rot. decis. 558 ex numero 6. part. 3. Recent. & decis. 952. num. 14. coram Emerix. Iun.*

Certius & extrà aleam dubitationis, quoniam, cum hæc petitio ſortis evenerit longè poſt celebrationem inſtrumentalem venditionis, & conſequenter etiam poſt acquiſitionem jam factam à PP. Sancti Auguſtini juris retrahendi rem venditam ab ipſo momento tranſlati Dominii per debitorem in emptorem extraneum, utique hæc ſuperventa pe-
17 titio, immo hæc reſtitutio ſortis idonea non erat ad evellendum jus Conventui jam imbibitum, & radicatum teſte præ cæteris *Rot. in Romana Prælationis coram clar. me. Card. Cavallerino inter impreſſ. ad ornat. Card. de Luc. ad materiam de uſuris decis. 46. à num. 9. uſque ad 13.*

Pariformiter parum officiebat, quod Moniales emptrices reportaſſent translationem jurium à Monte Miſericordiæ Creditore alterius Cenſus proindeque cum idem Cenſus foret anterior illo pertinente ad Conventum Sancti Auguſtini conſequens profectò erat, quod Monialibus veſtientibus jura Montis tribuenda foret antelatio cum in hiſce retracti-
18 bus locum ſibi vindicet inter retrahere volentes regula qui prior &c. teſte *R. P. D. Corradin. de Iur. Prælat. quæſt. 22. num. 46. Rot deciſ. 17. num. 3. 10 & ſeqq. part. 4. to. 2. Recent.*

Siquidèm de facili proſternebatur hujuſmodi diſcurſus, reflectendo quod Moniales jam pepigerant ex pretio rei emptæ dimittere Montem Creditorem venditorum, ideoque cum ſolvendo ipſi Monti ſatiſfacerent propriæ obligationi, utique translatio jurium acquiſita per eaſdem Moniales reddebatur inefficax, & ceſſio deflectebat in purè extinctivam, 19
ut latè diſcuſſo articulo *Rot decis. 758 nu. 6. & 7. part. 18. & decis. 120. num. 7. & 8. part. 19. Recent.* & in prælaudata *Romana Prælationis coram Card. Cavallerino inter impreſſ* ut dixit ad *Card. de Luc. ad materiam de Uſur. decis. 46. num. 13. §. Secundus Caſus eſt.*

Hæc itaque erant, quæ Cauſam uſque dùm poſuiſſent in tuto pro PP. Sancti Auguſtini, ſi contentio fuiſſet inter eos dumtaxat & moniales prædictis tantummodo rationibus, ſivè armis ſuffultas, verùm cum ut diximus, triangularia pugna ſuper hujuſmodi retractu præcedenter agitata verteretur, etiam cum Capella Sanctiſſimi Crucifixi. Hinc quoties eadem Cappella jura cujuſdam Cenſus anterioris (loco proſequendi per anteà inceptum Iudicium prælationis) maluit transferre in moniales emptrices hinc ſicuti eadem Cappella, tanquam anterior ex ſupradictis fuiſſet utrique Colliſigaori præferenda, ità ex ejuſdem Cappellæ juribus, & perſona, jure meritò præferri debere viſæ ſunt moniales illius Ceſſionariæ; Ceſſio enim juris retrahendi provenient à credito poſitivo Cenſus, tanquàm non inhærens perſonæ transfundi poteſt in alterum, & is gaudere prærogativis, & juribus cedentis per eum repræſentari, ut de priori pro- 20
poſitione obloquuntur *Spad. conſil. 213. numero 6. & 7. libro 3 Cenc. de Cens. quæſtione 66. num. 122. & ſequent. Olea de Ceſs. jur. tit. 3. quæſtione 2. per tot. Rot. deciſione 121. num. 2. & ſequent. parte 17. deciſione 286. ex num. 2 ad ſequent. parte 18. deciſione 143. num. 4. & deciſione 210. num. 2. parte 19. cum aliis in Æſina Retractus decima Ianuarii* 1701. §. *Et ſanè coràm me*, de poſteriori, regula 21
eſt notiſſima teſte *Cenc. de Cenſ. quæſtione 109. numer. 21. & in meo tractatu de Commerc. & Merc. diſcurs. 40. num. 27. Rot. decis. 127. num. 10. parte 15. recent. & in Peruſina Cambij 21. Iunii 1709. §. Quin ullo modo coram me.*

Abſque eo quod officere, ſeù retorqueri valerent ea, quæ ſuprà proximè retigimus in oppoſitum circà conſimilem ceſſionem, quàm moniales reportaverant à monte miſericordiæ, ut ea tanquàm facta debito pretii rei emptæ ex pacto inito cum debitore, & reſpectivè venditore redderetur inutilis, atquè reſolveretur in ceſſionem mere extinctivam; Geminæ enim palpabantur differentiæ, ſeù rationes inter unam Ceſſionem, & alteram, & utraque profligabat objectum; Prima erat, quod Mons miſericordiæ nuſquam pandiderat, aut declaraverat animum retrahendi, nuſquamvè eumdem animum deduxerat in Judicio, prout fecerat Cappella, ac propterea quemadmodum quoties Cappella proſequendo Judicium obtinuiſſet lorentum 22
retrahendi, ſic potuere illius, jura in contradictorio deducta veſtire moniales; quando enim materia alias non reſiſtit, nemo eſt qui prohibeat cedi, vel Colliſiganti, vel alteri jura, quæ quis promoveat in Judicio ad tradita *per Surd. conſil. 567.* 23
num. 8. Cyriac. controverſ. for. 599. numero 38. & ſequent. Tiraquell. de Retract. Conſanguin. §. 26. Gloſſ. 3. num. 2. Theodor. de Retract. Conven. quæſtione 2. ex num. 53 cum aliis abundè cumulatis per Oleam de Ceſs. jur. tit. 3. quæſt. 1. num. 1. & 2.

Secunda differentia clarè inſurgebat, quoniam Cappella explicitè recuſavit tanquam merè creditrix pretium recipere, quod jam depoſuerant Patres Sancti Auguſtini, illiſque concedere ullam ſubſtantiam, *Summario eorumdem Nu. 17.* & quamvis

Digitized by Google

vis potiùs oſtendiſſent inclinationem conſequendi
pecunias, quas depoſuerant eædem moniales *in Summario Conventus Num.* 18. attamen mutando Conſi-
lium ſtamerunt gratificando forſan monialibus in-
dependenter à quolibet pretio venditionis, & à
pecuniis ex hac Cauſa depoſitatis ſeorſim ab iidem
monialibus recipere pretium ceſſionis, ſeù Cenſus,
& transferre in ipſas, veluti tertias jura proprii
ejus Cenſus anterioris, & ut ſupra in judicium de-
24 ducta, Lex autem, quæ flectit ceſſionem translati-
vam in extinctivam, ubi vel ſolvit proprius de-
bitor, vel emptor ex pacto convento cùm debito-
re de pretio rei emptæ, & conſequenter indirectè
ex perſona debitoris, minimè vetat, quod quiſ-
que Creditor queat creditum cedere, prout ſibi li-
buerit alteri perſonæ eam conſiderando in figura
25 Tertii, nec Creditor inducendo perſonam Tertii
prohibetur propriis pecuniis Cenſum acquirere ad
finem ſe confovendi in ſuo dominio, vel poſſeſ-
ſione, ut contradiſtinctè notant *Modern. Alcolan. ad Statut. Urb annotat.* 24 *artic.* 7. *à num* 477. *ad* 488. *tom. primo Rota deciſione* 17. *num.* 4 *& ſequent. part.* 4. *tom.* 2. *recent.*, *aliiſque relatis concordan. in Romana Prælationis coram clar. memor. Cardinali Cavallerino impreſſ. ad ornatam Cardinali de Luca de Cenſibus deciſione* 46. *num* 40. *& deciſione* 48. *num* 12. & egregiè in ſimili adamuſſim Ceſſione, quæ debebat fieri de pretio diverſimode poſtea facta ſuffragetur Ceſſionario, ad effectum translativum *Rot. deciſione* 367. *ex n. primo ad ſeptimum poſt Conc. de Cenſibus.*

Ille igitur Triomphus, qui pro parte Conventus Sancti Auguſtini ſtetiſſet, perdurante certamine cum ſolis monialibus evanuit & in jacturam eſt verſus ſub præcedente, & unito præſidio, auxilioque alterius Collitigantis cum re vera verificetur Adagium -- *Nec Hercules contrà duos.*

Utraque &c.

F I N I S.

INDEX

Google

INDEX
MATERIARUM NOVISSIMARUM DECISIONUM DE
JURE PRÆLATIONIS.

A

ACCRESCERE

Jus accreſcendi intrat in materia retractus. Deciſio 18. numer. 14.

ACQUISITIO

Qui poteſt non acquirere poteſt opponere pacta ſibi benè viſa in actu acquiſitionis. Dec. 12. n. 7.

Acquiſitio in quam cauſam facta fuerit reſultat ex Libello porrecto ad finem obtinendi prælationem. Dec. 28. n. 1.

ACTUS

Actus facti lite pendente & parte non citata non ſunt attendendi. Dec. 14. n. 7.

Origo & fons inſpici debent in quocunque actu. Dec. 16. n. 5.

Actus quamvis nullus explicat mentem contrahentium. Dec. 29. n. 24.

Ex actu nullo nullus ſequitur juris effectus. Deciſio 32. n. 13.

ADIUDICATIO

Mandatum de immittendo requiritur pro perfectione adjudicationis, maximè quando in ſententia ejus expeditio habita fuit pro neceſſaria. Dec. 4. n. 19.

Electio bonorum facta à creditore ad effectum aſſequendi creditum & admiſſa à judice non tollit neceſſitatem mandati de immittendo, ut dici poſſit perfecta adjudicatio. Dec. 4. n. 20.

Mandatum de immittendo neceſſariò requiritur quando creditor vult retinere bona pro creditis acquiſitis poſt ſententiam concedentem adjudicationem. Dec. 4. n. 21.

Adjudicatio non dicitur perfecta antequam impleatur conditio quam creditor apponi voluit in ipſa adjudicatione. Dec. 4. n. 23.

Creditor anterior qui obtinet vigore crediti adjudicationem cenſetur facere gratia conſervandi pignoris non acquirendi dominii irrevocabilis. Dec. 5. n. 3.

Adjudicatio quæ fit à judice favore creditorum non nomine debitoris ſed eorumdem creditorum impedit exercitium juris offerendi. Dec. 5. n. 10.

Fallit quando bona dantur in ſolutum creditoribus abſque affixione edictorum & formali ſubhaſtatione. Dec. 5. n. 11.

Adjudicatio bonorum ut poſſit dici facta à judice nomine creditorum neceſſe eſt quod proceſſum fuerit per viam ſubhaſtationis & deliberationis, vel vigore pacti appoſiti in inſtrumento, vel vigore facultatis à jure indultæ. Dec. 5. n. 12.

Adjudicatio facta à judice vigore ceſſionis factæ à debitore & ſine formali ſubhaſtatione cenſetur facta jure debitoris non creditorum. Deciſio 5. n. 14.

Adjudicatio judicialis ut poſſit conſummari requiritur formalis executio. Dec. 5. n. 16.

Adjudicatio quæ conceditur à judice ad inſtantiam creditorum, & in vim ceſſionis facta à debitore ſaltem conſtituit caſum mixtum adeò ut ſemper ſit locus juri offerendi. Dec. 5. n. 17.

Adjudicatio facta favore creditorum à judice poſt ceſſionem bonorum expletam per debitorem pro intrante quantitate crediti, cenſetur facta gratia confirmandi pignoris. Dec. 7. n. 9. & 10.

Adjudicatio quæ fit ſine affixione edicti favore creditorum poſt ceſſionem bonorum & debitorum expleta cenſetur facta gratia pignoris conſervandi factum judicis eſt factum partis. Dec. 7. num. 11.

Adjudicatio quæ provenit partim ex facto creditoris & partim ex facto debitoris explentis ceſſionem bonorum non impedit jus offerendi. Dec. 7. n. 12.

Adjudicatio eſt nulla, ſi non fiat juſto pretio. Dec. 15. n. 30. & 31.

Creditor anterior cenſetur obtinuiſſe adjudicationem & licitationem bonorum debitoris potiùs conſervandi pignoris gratia quàm acquirendi irrevocabile dominium. Dec. 25. n. 2.

Ius offerendi competit contra creditorem qui obtinuit adjudicationem ſine præjudicio anterioritatis & prioritatis ſui crediti. Dec. 25. n. 3.

Et ſimiliter ſi in actu adjudicationis declaraverit velle bona retinere donec ei creditum ſolveretur. ibid. n. 4.

ÆSTIMATIO

Æſtimatio recens bonorum facta parte non citata, non eſt attendenda in comparationem præcedentis factæ de tempore non ſuſpecto. Dec. 14 num. 8.

ALIMENTA

Alimenta ſemper taxantur habito reſpectu ad patrimonium & fructum illius. Dec. 14. n. 18.

Allo-

INDEX.

ALLODIALE

Diſpoſitio textus in l. dudum procedit quando petitur prælatio ratione conſortii in bonis merè allodialibus vel poſt perfectam venditionem. dec. 1. o. 4.
Renovatio bonorum Emphyteuticorum allodialium ſeu originaliter à laicis provenientium & Eccleſiæ appodiatorum debetur hęredi non proximiori. dec. 10. n. 1.
Allodialitas bonorum nequit controverti, quando aliàs à Rota firmata fuit. dec. 10. n. 2.
Allodialitas firmata ad effectum admittendi proximiorem operatur ad effectum admiſſionis hæredis. dec. 10. n. 5.
Succeſſores bonorum Emphyteuticorum allodialium cenſentur vocati quatenus præcedens inveſtitus non alienet. dec. 10. n. 6.
Ultimus inveſtitus poteſt diſponere de bonis emphyteuticis allodialibus ad inſtar liberorum. dec. 10. n. 7.
Renovatio bonorum emphyteuticorum allodialium debetur hæredi, non proximiori. deciſio 11. n. 3.
Allodialitas bonorum ſemel Canoniſata operatur quoad omnem effectum. dec. 11. n. 5.
Bona emphyteutica allodialia ſunt ad inſtar hæreditariorum. dec. 11. n. 7.
Ultimus inveſtitus poteſt diſponere de bonis emphyteuticis allodialibus ad inſtar liberorum. deciſio 11. n 8.
Allodialitas probata in uno judicio nequit ampliùs impugnari. dec. 12. n. 3.
Bona emphyteotica & allodialia differunt ab emphyteoticis ex pacto & providentia. dec. 12. num. 6.
Succeſſoribus bonorum Emphyteoticorum allodialium non cenſetur ius quæſitum niſi ſub conditione quatenus præcedens inveſtitus non alienet. dec. 12. n. 8.
Ultimus inveſtitus poteſt diſponere ad inſtar hæredis gravati de bonis allodialibus. dec. 12. n. 9.

APPELLATIO

Is, qui appellat à judicatu damnante ad reſtitutionem rei locatæ, dicitur eſſe in mora. dec. 30. num. 7.
Limita, ſi ſtatim renuncietur appellationi. ibid. num. 8.

AVIAMENTUM

Aviamentum eſt prætio æſtimabile. dec. 30. n. 10.
Aviamentum pertinet ſucceſſori in locatione, ratione locationis ſibi factæ à domino. dec. 30. num. 11.

B

BENEFICIUM

Beneficium auth. res quæ. eſt ſubſidiarium. dec. 14. num. 2.
Beneficium auth. res quæ. non competit niſi probentur adeſſe bona libera. dec. 14. n. 4.
Beneficium auth. res quæ. non retardatur per exceptionem exiſtentię aliorum bonorum, quando illa ſunt intricata. dec. 15. n. 59.
Vacationem beneficii impugnare nequit collitigans, qui petit beneficium tanquam vacans. dec. 34. n. 1.

BENEPLACITUM

Beneplacitum apoſtolicum, & juſta cauſa requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ. dec. 26. num. 2.
Quamvis agatur de bonis pertinentibus ad Eccleſias regularium, ſtante decreto Urbani de anno 1624. ibid. n. 3.
Beneplacito deficiente vel juſta cauſa corruit venditio. dec. 26. n. 4.
Limita, in alienationibus bonorum ſpectantium ad regulares capaces acquirendi ad effectum vendendi. ibid. n. 5.
Beneplacitum apoſtolicum requiritur dumtaxat in alienationibus voluntariis bonorum regularium. dec. 26. n. 8.
Et ideo non extenditur ad neceſſarias. ibid. n. 9.
Alienatio autem neceſſaria dicitur illa quæ fit ex præcepto inſtituti. ibid n. 10.
Beneplacitum requiritur in alienationibus bonorum quæ poſſunt per regulares retineri. dec. 26. num. 17.
Beneplacitum non eſſe neceſſarium arguitur ex actu venditionis ſine eo expleto. ibid. n 19.
Beneplacitum an ſit neceſſarium nec ne inſpiciendum eſt ius vigens de tempore venditionis. dec. 26. n. 20.
Beneplacitum non requiritur in alienationibus bonorum regularium capacium acquirendi ad effectum vendendi. dec. 27. n. 1.
Extravagans, ambitioſæ, & decretum Urbani loquuntur de alienationibus voluntariis & ideò non eſt facienda extenſio ad neceſſarias. ibid. num. 2.
Alienatio autem neceſſaria dicitur illa quæ fit ex præcepto Inſtituti. ibid. n. 3.
Beneplacitum requiritur in alienatione bonorum Patrum Theatinorum quæ ab ipſis poſſunt detineri. dec. 28. n. 4.

BULLA

Bulla Baronum non excludit prælationem petitam ante venditionem. dec. 1. n. 30.
Ea loquitur de venditionibus conſummatis. deciſio 1. n. 32.
Ea non tollit ius prælationis quod habet fideicommiſſarius. dec. 2. n. 14.
Neque ſolvit nexum fideicommiſſi favore creditorum ad effectum dumtaxat ut ſatisfactionem aſſequantur mediante venditione bonorum. deciſio 2. n. 15.
Eadem bulla habet ſuum finem etiam ſi bona ſubhaſtentur favore fideicommiſſarii. dec. 2. num. 16.
Illa ad ſummum excludit prælationem petitam poſt conſummatam venditionem. dec. 2. n. 17.
Bulla piana non habet locum extra ſtatum Eccleſiæ. dec. 17. n. 1.
Bulla piana non patrocinatur fraudibus. dec. 19. n. 6.
Bulla Baronum tollit ſolùm hypothecas favore creditorum, ſed nil determinat contra fideicommiſſarios petentes prælationem. dec. 22. numer. 15. & 21.
Vigore Bullæ pianæ creditor cenſus præferendus eſt in emptione fundi cenſiti. dec. 32. n. 3.
Authoritates procedentes in terminis retractus debiti, jure vicinitatis, vel ſanguinis procedunt in terminis retractus debiti, vigore Bullæ pianæ. dec. 33. o 9.
Bulla piana tanquam exorbitans eſt ſtrictè intelligenda. ibid. n. 10.
Bulla piana non habet locum extra territorium Eccleſiæ. dec. 34. n. 2.
Vigore Bullæ pianæ creditor cenſus poſt denunciationem ſibi factam habet ſpatium unius menſis ad retrahendum.

INDEX.

Vigore Bullæ pianæ prælatio debetur creditori cenſuario anteriori, dec. 34. n. 18.

C

Cautio

Creditor recipiens pecunias in concurſu creditorum tenetur dare cautionem de reſtituendo prioribus & potioribus. dec. 8. n. 3.

Creditor anterior in concurſu creditorum non poteſt impugnare præſtationem cautionis reſpectu pecuniarum ſolutarum à creditore poſteriore exercente ius offerendi.

Creditor anterior recipiens vigore juris offerendi pecunias à creditore poſteriori in concurſu creditorum tenetur illas recipere cum cautione de reſtituendo prioribus & potioribus. dec. 9. n. 6.

Cautio minuit valorem rei. dec. 9. n. 11.

Qui cautionis præſtationem obtinuit, eandem impugnare non poteſt. dec. 9. n. 14.

Census

Creditor cenſus non poteſt invito debitore ſortem repetere. dec. 15. n. 24.

Accollatio cenſus facta per alium non extinguit cenſum nec liberat debitorem cenſus d. 15. n. 41.

Ceſſio reportata ab emptore extinguente cenſum cum pecuniis debitoris reſolvitur in meram quietantiam. dec. 15 n. 42.

Si aliquis non ſit creditor non poteſt conſtringere alium uti debitorem cum mandato ad factum ad extinguendum cenſum paſſivum. d. 16. n. 6.

Accollatio cenſus ab alio facta non liberat primum debitorem ſed accumulat alium obligatum favore creditoris. dec. 16. n. 24.

Extincto cenſu mediante retractu facto à creditore, adhuc fundus cenſitis ſubjacet oneribus cenſui infixis à retrahente. dec. 18. n. 4.

Cenſus acquiſitus nomine proprio & cum pecuniis alterius ſpectat acquirenti non domino pecuniarum qui habet dumtaxat actionem pro earum reſtitutione.

Creditor cenſus habet tempus 30 annorum ad petendum retractum & præſcriptio juris retrahendi non intrat niſi poſt lapſum 30. annorum. dec. 18 n 8. & 9.

Cenſus acquiſitus nomine proprio ſed cum pecunia aliena ſpectat acquirenti. dec. 19. n. 13.

Cenſus quando dicatur impoſitus ſuper toto fundo vel ejus parte. dec. 32. n. 4.

Verbum, ejus, refertur ad impoſitorem Cenſus non ad poſſeſſionem. ibid.

Cenſus dicitur nulliter impoſitus, non deſignatis clarè confinibus. dec. 32. n. 7.

Cenſus reviviſcit evicto fundo cenſito dato in ſolutum creditori pro extinguendo cenſu. deciſio 32. n. 11.

Jus prælationis non tollitur ex extinctione cenſus facta creditori ignoranti venditionem. dec. 32. n. 14 & 17.

Creditor cenſus ut ratione fraudis poſſit arceri à jure petendi prælationem illa debet vigere de tempore petitæ prælationis. dec. 32. n. 26.

Creditori cenſus non poteſt impediri retractus prætextu quod retrahat pro alio, ſed ad plus dandum eſt ei juramentum, dec. 32. n. 28.

Cessio

Ceſſionarius ſuccedit in omnibus juribus cedentis. dec 17. n. 6.

Cedi poſſunt omnia jura quæ non ſunt perſonalia, dec. 17. n. 7.

Confeſſio cedentis poſt factam ceſſionem non nocet Ceſſionatio. dec. 17. n. 15.

Ceſſio reportata ab emptore fundi cenſiti ſolvendo creditoribus cenſuariis anterioribus reſolvitur in meram quietantiam. dec. 17. n. 29.

Cedi poteſt ius retrahendi. dec. 18. n. 10.

Ceſſio ſerotina non juvat ceſſionarium. dec. 19. n. 12.

Ceſſio jurium & dominii facienda eſt ſi ita demandet breve Pontificium, dec. 20. n. 11. & pariter ſi exigat natura contractus. n. 12.

Ceſſionarius fructuum domus eſt merus exactor ad proprium commodum. dec. 29. n. 13.

Ceſſio omnium jurium cum ſola reſervatione juris redimendi non eſt ceſſio dominii. dec. 29. n. 15.

Ceſſio facta intuitu certæ rei ad aliam extendi nequit. dec. 29. n. 17.

Cedens ius prælationis poteſt exinde pro ſe actionem exercere. dec. 32. n. 27.

Clausula

Clauſula, quorum intereſt importat ſtipulationem favore omnium intereſſe habentium.

Limita ſi ex intentione contrahentium conſtet de contrario. dec. 18. n. 6.

Clauſula ſublata, & decretum irritans, claudunt os parti & judici. dec. 21. n. 16.

Clauſula deducens (implorans) importat intentationem cujuſcumque remedii; præſertim addita cum altera (omni meliore modo.) dec. 22. n. 38. 39.

Renuntiatum cenſeri nequit juri prælationis per aliquem actum quando in eo adeſt expreſſa præſervatio juris prælationis cum clauſula, (non alias.) dec. 23. n. 21.

Clauſulæ appoſitæ in inſtrumento ſemper trahi debent in ſenſum favorabilem pupillo, dec. 24. num. 6.

Clauſulæ appoſitæ in inſtrumento operari non debent ultra voluntatem & facultatem contrahentium. ibid. n. 7.

Clauſula (quatenus opus fuerit) operatur ut ſi conſenſus non ſit de jure neceſſarius, actus non invalidetur. dec. 26. n. 27.

Clauſulæ generales non immutant naturam actus. dec. 29. n. 16.

Clauſula (ſuper omnibus juribus, membris & pertinentiis) refertur ad circumferentiam ratæ cenſui ſubjugatæ. dec. 33. n. 12.

Commissio

Commiſſio ſignata cum clauſula ſine præjudicio operatur quod ultimus judex habeat manus liberas in exequendo ſententias præambulas. dec. 8. n. 17.

Computum

Computum ſcriptum manu creditoris probat contra ſcribentem. dec. 29. n 31.

Similiter Liber privatus probat contra ſcribentem, non ad favorem ejus. ibid. n. 32.

Maximè ſi ſit adminiculis fulcitus. ibid. n. 33.

Condominium

Condominium eſt plenè probandum ad effectum prælationis. dec. 29. n. 11.

Condominium non probatur ex mera ceſſione juris exigendi fructus. ibid. n. 12.

Condominio deficiente corruit ius petendi prælationem. ibid. n. 14.

Etiam ſi deficiat condominium, prælatio obtineri poteſt vigore conſortii. dec. 29. n. 18.

Quod

Digitized by Google

INDEX.

Quod tamen quomodo procedat, vide n. 19. 20. 21. remiſſivè uti explicatur. dec. 411. n. 21. coram Merlin.

Condominium quis petit locationem à dominis. dec. 29. n. 13.

Condominium non dicitur probatum ex ſola acquiſitione juris exigendi penſiones. dec. 31. n. 4.

Præſertim ſi emptor talis juris exinde reportare curaverit locationem à venditoribus. ibid. n. 5.

Condominus

Condominus præferendus eſt in locatione. dec. 29. num. 2.

Et contrarium latiſſimè probatur. ibid. n. 3.

Condominus licet vigore ſtatuti urbis ſit præferendus in venditione, non tamen in locatione, & aliis contractibus. dec. 29. n. 7.

Condominii laici ratione conſortii cum clerico non comprehenduntur ſub diſpoſitione ſtatuti. dec. 29. num. 9.

Num condomino competat prælatio in re locata, ratione conſortii, eſt articulus dubius quem Rota ob diſcrepantiam ſuffragiorum non deciſit. dec. 31. n. 3.

Conductor

Conductor ſtante renuntiatione juri inquilini non poteſt prætendere prælationem in nova locatione. dec. 19. n. 1.

Conductor expelli nequit à tertio nullum jus habente. dec. 29. n. 25.

Conducens domum pro ſe non poteſt nominare alium conductorem. ibid. n. 26.

Limita ſi primus conductor non proceſſerit per viam nominationis, ſed ceſſionis jurium, & recognitionis bonæ fidei. ibid. n. 27.

Conductor non dicitur moram commiſiſſe qui ſæpè interpellavit creditorem ad recipiendum. dec. 30. n. 4.

Mora debet ſe tenere ex parte conductoris, ut poſſint prætendi fructus. dec. 30. n. 5.

Conductor, qui in inſtrumento locationis renuntiavit beneficio inquilinatus, prælationem prætendere non poteſt. dec. 31. n. 2.

Conductor, qui vigore rei Judicatæ ſuſcepit terminum ad evacuandum, non poteſt prætendere prælationem. dec. 31. n. 6.

Etiamſi favore ejuſdem conductoris competeret appellatio ab ultima ſententia. dec. 31. n. 7.

Confessio

Confeſſio auctoris nequit impugnari à ſucceſſore. dec. 32. n. 10.

Confeſſio facta in poſitionibus ſcindi non poteſt. dec. 32. n. 23.

Coniectura

Bona an ſint hæreditaria vel non deſumitur ex conjecturis. dec. 14. n. 15.

Conjectura pro parte affirmativa eſt ſi fructus fuerint percepti à tutrice & pupillis bonificati in redditione rationis quemadmodum ſi in taxatione alimentorum favore filii teſtatoris fuerit de eis habita ratio. dec. 14. n. 16.

In veriſimile non eſt credendum. dec. 14. n. 17.

Conjecturæ ſuadentes emptorem emiſſe uti tertium non ut creditorem remiſſivè. dec. 15. n. 17.

Conjecturam ſolutionis importat taciturnitas creditoris, ſed per ſe non ſufficit; & à fortiori, quando, etiamſi creditor egiſſet, diligentiæ fuiſſent inutiles. dec. 22. n. 33. & 34.

Ex conjecturis præſumitur ignorantia venditionis. dec. 32. n. 18.

Aliquæ conjecturæ peculiariter recenſentur. dec. 32. n. 19.

Contractus

Is qui habet actionem ex contractu dicitur creditor etiamſi non numeravit pecuniam. dec. 15. n. 39.

Creditor

Creditor, qui citatus ad declarandum ſuper quibus bonis velit aſſequi proprium creditum ad aliqua ſe reſtringit, cenſetur renuntiare executioni factæ ſuper aliis. dec. 4. n. 7.

Creditor, qui emit judicialiter pignus gratia conſervandi hypothecam ſubjicitur juri offerendi per creditorem poſteriorem intentato. dec. 4. n. 8.

Negligentia non poteſt imputari creditori poſteriori in juris adjudicationis factæ à judice authoritate privata. dec. 4. n. 13.

Creditor, qui patitur per ſententiam adjudicari bona favore creditoris anterioris amittit jus offerendi. dec. 4. n. 15.

Negligentia non poteſt conſiderari in creditore poſteriore dum non offert antequam impleatur conditio qua mediante adjudicatio perfici debebat. dec. 4. n. 24.

Creditor anterior, qui accipit bona creditoris in ſolutum cum præſervatione primævorum jurium & hypothecarum cenſetur acquirere bona, gratiâ conſervandi propriam hypothecam non irrevocabiliter. dec. 5. n. 4.

Creditor anterior recipiens bona in ſolutum à judice, idem eſt ac ſi recipiat à debitore, quia factum judicis eſt factum parti. dec. 5. n. 5.

Creditores cenſentur renuntiaſſe facultati obtinendi diſtractionem pignoris propria authoritate, quando judicem adiverunt. dec. 5. n. 13.

Creditor num recipiat bona debitoris in ſolutum gratia conſervandi pignoris, vel acquirendi irrevocabiliter dominii pendet à Conjecturis. dec. 6. n. 2. & 14.

Creditor qui in actu adjudicationis declarat velle res retinere donec ſibi pretium ſolvatur demonſtrat acceptare adjudicationem gratia pignoris conſervandi, non acquirendi dominii irrevocabiliter. dec. 6. n. 4.

Creditor declarans velle retinere bona debitoris in ſolutum, dummodò ſimilis electio fiat ab aliis creditoribus, pendente implemento conditionis retinere cenſetur revocabiliter. dec. 6. n. 11.

Creditor recipiens bona debitorum in ſolutum ad inſtantiam creditorum poſteriorum cenſetur accipere animo acquirendi dominium irrevocabile. dec. 6. n. 16. contrarium verò n. 20.

Creditor recipiens bona debitoris inſolutum non poteſt recipere uti tertius vel extraneus. d. 6. n. 17.

Creditor hoc ipſo quod bona debitoris accipit pro ſecuritate ſuo crediti inſpiciendum non eſt an debitoris facta vel aliorum creditorum aſſignatio procedat. dec. 6. n. 21.

Creditores poſteriores non cenſentur renunciaſſe juri offerendi quando citati non curarunt impedire adjudicationem factam jure pignoris favore creditoris anterioris, dec. 6. n. 21.

Creditor poſterior citatus in adjudicatione facta favore primi creditoris tacendo non amittit jus offerendi ſed illud durat per ſpatium 30. annorum. dec. 7. n. 6.

Contraria opinio procedit quando adjudicatarius acquirit dominium irrevocabile vel quando emptio fit à licitatore Extraneo. dec. 7. n. 7.

INDEX.

Creditor cognatus præfertur in venditione bonorum & ille qui habet creditum majoris quantitatis. dec. 1. n. 15.
Inæqualitas non eſt facienda in concurſu creditorum. dec. 8. n. 12.
Creditoris appellatione continentur etiam creditores facti ſeu actionis. dec. 16. n. 7.

Creditum

Quando creditum eſt illiquidum, jus offerendi non poteſt retardari exceptione retentionis, adeo ut ſignatura reſcripſerit cum clauſula ſine præjudicio. dec. 7. n. 16.
Creditum redditur illiquidum ſtante adminiſtratione bonorum viri per uxorem facta. dec. 7. n. 17.
Pretium quod ſolvitur creditori anteriori à poſteriore dum exercet ius offerendi ſuccedit loco bonorum, non crediti dimiſſi. deciſio 9. n. 5.
Poſterior creditor tenetur offerre creditori anteriori creditum liberum. dec. 9. n. 7.
Limita tamen in concurſu creditorum in quo creditor anterior pecunias nequit expoſtulare niſi præſtita fidejuſſione. dec. 9. num. 8. & 9.
Sine præexiſtenti credito liquido non poteſt fieri adjudicatio. dec. 15. n. 26.
Ad crediti excomputationem ſeu ſatisfactionem non eſt neceſſaria pecunia, quando illud non eſt pecuniarium, ſed ſatis eſt ſuppreſſio illius actionis in judicio exercibilis quæ ſtat loco crediti. dec. 15. n. 40.
Poteſt exerceri jus offerendi, etiam poſt extinctionem crediti factam cum pecuniis rei venditæ; quando reſtat aliud creditum ſatisfaciendum. dec. 15. n. 53.
Sine credito liquido non poteſt obtineri adjudicatio. dec. 16. n. 9.

D

Debitor

Debitorem poſſe poſt ſecutam adjudicationem intra biennium debitum ſolvere & rem adjudicatam recuperare, tenent multi doctores. dec. 15. n. 45.

Declaratio

Declaratio ſupponit in eſſe rem declaratam. dec. 20. num. 29.

Deliberatio

Deliberatio non cenſetur facta in vim Executionis & ſubhaſtationis judicialis jure creditoris quando in ſententia enarratur judicem ad eam devenire vigore ceſſionis factæ à debitore. deciſio 4. n. 6.
Deliberatio nequit obtineri ſine credito. dec. 16. n. 8.
Decretum deliberandi non importat deliberationem perfectam, ſed perficiendam. dec. 22. n. 28.
Satis eſt quod fideicommiſſarius petat prælationem tempore decreta deliberationis, ut dicatur petere prælationem re integra. dec. 22. n. 29.
Deliberatario non dicitur jus quæſitum quando deliberatio fuit facta ſub conditione ſuſpenſiva, ſcilicet obtenta prius licentia Papæ. d. 25. n. 19.

Denuntiatio

Denuntiatio judicialis facienda creditori cenſuatio requiritur pro forma & ideo non ſuppletur per notitiam aliunde habitam. dec. 19. n. 8.
Denuntiatio venditionis præſumitur facta poſt lapſum 10. annorum, dec. 26. n. 29.
Denuntiatio judicialis requiritur ad perdendum ius prælationis. dec. 32. n. 20.
Denuntiatio facienda domino cenſus debet eſſe judicialis. dec. 34. n. 4.
Denuntiatio generica non exprimens omnes qualitates venditionis, & facta ad alium finem non ſufficit ad effectum excludendi jus prælationis. dec. 34. n. 5.
Denuntiatio relativa ad inſtrumentum nûm ſufficiat. ibid. n. 6.

Depoſitum

Depoſitum ritè factum liberat deponentem eodem modo ac ſi pretium effectivè ſolviſſet. dec. 20. num. 2.
Depoſitum non vitiatur ratione conditionum connaturalium. dec. 20. n. 13.
Depoſiti nullitas non ſuppletur per citationem ad recipiendum factam per annum ante depoſitum, præſertim ſi in ea non legatur decretum. dec. 33. n. 1.
Depoſiti ſimulatio arguitur ex Conjecturis. dec. 33. num. 2.
Deponens pecunias in judicio prælationis eatenùs lucratur fructus à die depoſiti, quatenus illud ſit validè factum. dec. 33. n. 3.
Et dicitur legaliter expletum quando ſit prævio judicis decreto, intimatione partis & in faciem emptoris. ibid. n. 4.
Depoſiti nullitas dicitur agnita ab eodem deponente hoc ipſo quod fecit novum depoſitum. dec. 33. num. 5.
Depoſitum validum operatur ut deponens non debeat fruſtrari commodo rei & pretii. ibid. n. 6.

Disdicta

Facit ceſſare omne jus primi conductoris competens contra ſubconductorem. dec. 29. n. 18.

Dolus

Dolus ſemper præſefert malitiam & pravitatem. dec. 16. n. 16.
Dolus non dicitur commiſſus ab eo qui utitur remediis de jure competentibus. dec. 16. n. 19.
Textus in l. 1. C. de dolo loquitur inter debitorem & fidejuſſorem & tribuit debitori facultatem recuperandi pignus à fidejuſſore illud emente. dec. 16. n. 20.
Dolus operatur nullitatem venditionis uſque ab initio. dec. 32. n. 12.

Dos

Mulier accipiens aſſignationem bonorum à Judice factam pro ſecuritate dotis ſuæ cenſetur facere gratia conſervandi pignoris, non acquirendi dominii irrevocabiliter. dec. 0. n. 3.
Contra mulierem retinentem bona viri pro credito dotali exerceri nequit ius offerendi. dec. 25. n. 10.

E

Eccleſia

Eccleſiæ ampliandæ ratione vicinus ad vendendum cogi poteſt. dec. 21. n. 1.
Dummodò concurrat modicitas præjudicii, neceſſitas ampliationis & vicinitas rei retrahendæ. ibid. n. 2.
Amplia, idem procedere favore atrii oratorii, ſacriſtiæ, & aliarum officinarum Eccleſiæ. ibid. n. 3.

Atrium

INDEX.

Atrium dicitur pars Eccleſiæ. ibid. n. 4. & etiam oratorium.
Ampliandi oratorii neceſſitas probata dicitur ſi doceatur de augmento confratrum. ibid. n. 5. concurrente præſertim depoſitione teſtium planta judiciali & oculari inſpectione. ibid. n. 8.
Ampliandi neceſſitas non eliditur ex quo Eccleſia poſſideat palatium contiguum quando in iſſo adſunt officinæ Eccleſiæ; nec ex quo contiguè ad Eccleſiam adſit atrium, neque demum quia adſint alia palatia contigua quando Papa prohibuit illorum retractum. dec. 21. n. 13. 14. & 15.
Retractus nùm competat in ſubſidium adverſus domos privatas religioſorum, quæſtio eſt quæ non tranſit ſine difficultate. dec. 21. n. 17.
Eccleſia habet privilegium retrahendi à vicino ſibi magis bene viſo, præſertim quando majus commodum reſultat Eccleſiæ. deciſio 21. numero 18. & 19.
Eccleſia non poteſt prætendere retractum domus pertinentis familiæ conſpicuæ. dec. 21. n. 21.
Limita ſi præjudicium eſſet modicum. ibid. n. 22.
Et ſi familia non ſit extraordinariè inſignis & palatium ſatis conſpicuum. ibid. n. 23.
Confraternitates nùm gaudeant privilegio retractus favore Eccleſiæ competentis. dec. 21. n. 27. 29. & 30.
Conſenſus generalis non requiritur in alienationibus bonorum regularium ſed ſat eſt ille ſuperioris. dec. 26. n. 26.
Conſenſus generalis præſumitur ſpatio 30. annorum. dec. 26. n. 28.

Emphyteusis

Ad emphyteoſim conceſſam deſcendentibus maſculis ſoli maſculi poſſunt aſpirare. dec. 24. n. 1.
Clauſula (pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus) appoſita in emphyteuſi Eccleſiaſtica comprehendit dumtaxat hæredes ſanguinis. dec. 24. n. 2.
Renovatio bonorum Emphyteuticorum Eccleſiaſticorum debetur proximiori agnato, non hæredi ultimi vocati. ibid. n. 3.
Amplia etiamſi uxor eſſet hæres ultimi vocati. ibid n. 4.
Renunciationem vocationis & ſucceſſionis in bonis emphyteuticis important clauſula (ad habendum) & promiſſio evictionis, etiam ex natura rei appoſitæ in inſtrumento diviſionis bonorum emphyteuticorum. dec. 24. n. 5.
Quod tamen procedit dumtaxat reſpectu illorum qui cauſam habent ab iiſdem dividentibus. ibid n. 6.
Jus offerendi competit etiam ſuper bonis Emphyteuticis, ſi illa fuerint comprehenſa in deliberatione facta favore creditoris anterioris. dec. 25. n. 22.

Emptor

Contra emptorem extraneum ementem bona fide & ſine fraude jus offerendi competit. deciſio 13. n. 2.
Emptio dicitur facta bona fide quando ad eam deventum fuit ad effectum dimittendi creditores hæreditarios. dec. 13. n. 3.
Emptor qui non eſt creditor venditoris cenſetur emere bona non gratia conſervandi pignoris ſed acquirendi dominium irrevocabile. dec. 13. num. 4.
Quando Emptor acquiſivit dominium irrevocabile jus offerendi ceſſat. dec. 13 n. 5.
Adverſus intermedium emptorem rem debitoris ementem tanquam creditorem, Jus offerendi competit favore creditoris poſterioris. d. 15. n. 6.
Creditor nùm emat ut creditor vel tertius inſpiciendum eſt, an numeret pretium, vel illud excomputet cum credito. dec. 15. n. 13.
Quando inſtrumentum deliberationis transfert dominium irrevocabiliter in emptorem, jus offerendi non competit favore creditoris poſterioris. dec. 15. n. 15.
Contra creditorem ementem bona debitoris tanquam tertium, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter, jus offerendi non intrat. dec. 16. n. 1.
Creditor non dicitur emiſſe uti tertius quando emit bona debitoris ad effectum extinguendi proprium debitum cenſus à debitore accollatum. dec. 16. n. 23.
Emptor non poteſt redargui de impotentia ſi offerat pretium & fructus. dec. 19. n. 3.
Emptor ſibi imputet ſi tempore congruo non notificavit judicialiter venditionem creditori cenſus. dec. 19. n 7.
Extraneus emptor poteſt multotiès cogere creditorem cenſus ad retrahendum totum fundum. dec. 33. n. 8.

Exceptio

Exceptio melioramentorum non impedit jus offerendi ſed tamen pro eis reſervanda ſunt jura. dec. 15. n 63.
Ob exceptiones turbidas & altioris indaginis immiſſio retardari nequit. dec. 14. n. 13.
Exceptio de jure tertii ab alio nequit allegari. dec. 29. n. 28.

Excussio

Excuſſio non requiritur quando debitor eſt notoriè decoctus. dec. 15. n. 56.
Excuſſio non requiritur quando filii repudiarunt paternam hæreditatem. dec. 15. n. 57.

Evictio

Periculo Evictionis non debet ſubjectus remanere creditor poſterior exercendo jus offerendi in concurſu creditorum & ſolvendo pecunias creditori anteriori. dec. 8. n. 11.

F.

Feudum

IN materia feudali prælatio non competit favore ulterioris agnati quando primus eam vel non expoſcit vel non vult expoſtulare. dec. 22. n. 5.
Contrarium tamen ſatiſſimè firmatur. ibid. n. 6. & 10.
Confutantur doctores oppoſitam ſententiam tenentes. ibid. n. 9.
In materia feudali prælatio competit favore agnati remotioris, quando proximior intra tempus conceſſum ad retrahendum vita functus fuit. dec. 22. n. 18.
Remotior in feudo, mortuo proximiore, & alienante ſine ulla pretii exburſatione feudum à venditore recuperat. dec. 22. n. 19.

Fideicommissarius

Fideicommiſſarius re integra petere poteſt prælationem in emptione bonorum fideicommiſſariorum. dec. 1. n. 24
Fideicommiſſarius non poteſt petere prælationem ſuper bonis fideicommiſſi alienatis, vigore auth. res quæ. dec. 1. n. 7.
Limita ſi compareat re integra ante venditionem. dec. 1, n. 8.

INDEX.

Fidei commiſſarius non eſt interpellandus quando venditur res fideicommiſſo ſubjecta. deciſ. 1. num. 9.

Dicitur creditor, & habet actionem perſonalem & hypothecariam. dec. 1. n. 16. & 17.

Abſurdum nullum ſequitur ex eo quod fideicommiſſarius integra exerceat jus prælationis. dec. 2. num. 36.

Fideicommiſſarius eſt præferendus in emptione rei fideicommiſſariæ ſi compareat re integra ante perfectam venditionem. dec. 2. n. 4. & 8.

Fideicommiſſario competit prælatio in venditione bonorum fideicommiſſorum. dec. 22. n. 1.

Si primus vocatus nolit retrahere bona fideicommiſſa, ſecundus vocatus admittitur. dec. 22. n. 3.

Fideicommiſſarius non reportata reſtitutione in integrum adverſus contrariam ſententiam in judicatum tranſactam nequit prælationem expoſtulare. dec. 22. n. 4.

Fideicommiſſarius qui ſe integra comparet ante perfectam deliberationem petendo prælationem, ſi rejiceretur, actum eſſet de ſpe recuperandi rem avitam. dec. 22. n. 21.

Fideicommiſſarius ſi bona habere non poteſt titulo lucrativo, æquum eſt quod ſaltem habeat oneroſo ſolutionis pretii. dec. 22. n. 22.

Fideicommiſſarius ex hoc quod re integra petat prælationem, non impedit commercium, nec impoſſibilitat ſemitam vendendi bona per congregationem Baronum. dec. 22. n. 24. & 28.

Oſtenditur exemplis venditionis feudi Brachiani & civitatis Albani, & exemplo conſuetudinis vigentis in regno utriuſque Siciliæ in quo conſanguinei præferuntur in caſu retractus jure vicinitatis. ibid. n. 25. & 26.

Fideicommiſſarius ut ſit admittendus ad prælationem, ſatis eſt quod doceat ſe eſſe vocatum licet non demonſtret ſe proximiorem in gradu. dec. 23. num. 10.

Remotior in concurſu fideicommiſſarii proximioris nequit prælationem reportare. dec. 23. n. 13.

Fideicommiſſario proximiori non comparente, immiſſio danda eſt remotiori. dec. 23. n. 14.

Fideicommiſſario dicitur petere prælationem tempore opportuno quando illam expoſcit ſtatim ac judex mandat deliberari bona. deciſio 23. num. 13.

Etenim quæ fiunt incontinenter non poſſunt dici facta ex intervallo. ibid. n. 16.

Priùs & poſteriùs non habent ea quæ fiunt in eodem inſtanti licet unum appareat ſcriptum ante aliud. ibid. n. 18.

Fideiussor

Jus offerendi competit favore creditoris poſterioris etiam contra fidejuſſorem ementem pignus debitoris ad effectum extinguendi debitum pro quo fidejuſſerat. dec. 13. n. 44.

Adverſus fidejuſſorem ementem pignus debitoris ad effectum extinguendi debitum pro quo fidejuſſit jus offerendi competit favore creditoris poſterioris. dec. 16. n. 11.

Fidejuſſor ſimplex non poteſt emere rem debitoris. dec. 16. n. 13.

Fidejuſſoris ſimplicis favore lex indulget tria beneficia nempe excuſſionis, diviſionis, & epiſtolæ D. Hadriani. dec 16. n. 13.

Fidejuſſores qui ſe obligant tanquam principales principaliter & in ſolidum non gaudent beneficio excuſſionis, diviſionis & Epiſtolæ D. Hadriani. dec. 16. n. 17.

Et ideo non poſſunt ad inſtar cujuſcunque tertii emere bona debitoris. dec. 16. n. 18. & 20.

Fides

Omnis fides adhibenda eſt teſtibus officialibus & deponentibus de re tranſacta per eorum manus. dec. 15. n. 32.

Fides non facit fidem. dec. 27. n. 11.

Plena fides adhibenda eſt ſuperiori religionis teſtanti in actu congruo. dec. 27. n. 13.

Fides adhibenda non eſt abſurdis & non veriſimilibus. dec. 27. n. 15.

Fraus

Fraudem committere non dicitur qui utitur remediis de jure competentibus. dec. 19. n. 10.

Fructus

Fructus à die adjudicationis rei deliberatæ ſpectant ad adjudicatarium. dec. 3. n. 1.

Fructus pendentes tempore ſubhaſtationis reſtituendi ſunt illi cui competit jus retrahendi.

Quod tamen procedit in fructibus ſeparatis à ſolo, vel maturatis, vel de proximo recolligendis. d. . n. 4.

Secus vero in fructibus civilibus, & maturandis, quando ſignanter is qui vult retrahere pecuniam non exburſavit. dec. 3. n. 5.

Expenſæ inciſionum reficiendæ ſunt à retrahente deliberatario. dec. 3. n. 6.

Inciſio præſumitur facta de anno quò conſtat computum inciſoris. dec 3. n. 7.

Solutio tenuis anticipata non probat inciſionem factam fuiſſe pro tempore ſolutionis. dec. 3. n. 8.

Inſtrumentum adjudicationis faciens mentionem de faſcinis inciſis intelligitur de inciſis ante deliberationem. dec 3. n. 9.

Fructus à ſolo non ſeparati dividendi ſunt pro rata temporis inter adjudicatarium & retrahentem. dec. 3. n. 10.

In fructuum diviſione partitio temporis facienda eſt à die ſtipulati inſtrumenti deliberationis, non à die deliberationis.

Quod tamen procedit quando mora in ſtipulando inſtrumentum committitur à deliberatario, ſecus ſtantibus recurſibus retrahentis. dec. 3. n. 11. & 12.

Deliberatarius non debet amittere fructum pecuniarum depoſitarum & fundi deliberati. dec. 3. num. 13.

Fructus percepti à die deliberationis uſque ad diem reſtitutionis pretii factæ per retrahentem ſpectant deliberatario. dec. 3. n. 14.

Fructus ultimi anni ſunt reſtituendi pro rata temporis. dec. 3. n. 15.

Quod tamen procedit quoad fructus pendentes non exactos & perceptos. dec. 3. n. 16.

Fructus pendentes de tempore reſtitutionis ſunt dividendi pro rata temporis. dec. 3. n. 17.

Diviſio fructuum perceptorum ex inciſionem ſylvarum regulanda eſt ad proportionem anni legalis. dec. 3. n. 18.

Fructus debentur vigore æquitatis textus in l. curabit. ff. act. empt. dec. 17. n. 20.

Fructus veniunt tanquam acceſſorii quando petitur res fructifera. dec. 23. n. 3.

Fructus pendentes tempore deliberationis conſiderantur ut pars fundi venditi, & augent illius valorem. dec. 23. n. 5.

Bona fructifera veniunt appellatione annuorum redituum. dec. 27. n. 6.

Fructus ſtante mora in reſtituendo capitale debentur loco damnorum & intereſſe. dec. 30. n. 3.

Fructus debentur ratione æquitatis textus in l. curabit. dec. 30. n. 3.

Fundus

Digitized by Google

INDEX.

Fundus

Is, qui prælationem petit, totum fundum accipere debet, vel totum relinquere. dec. 32. n. 8.

An cenſus ſit impoſitus ſuper toto fundo, vel parte fundi arguitur ex verbis inſtrumenti. dec. 32. n. 9.

In ipſo momento venditionis fundi Cenſiti, oritur jus petendæ prælationis. dec. 32. n. 15.

Emptor poteſt recuperare fundum emptum quatenus creditor cenſus poſt retractum alii conceſſerit. dec. 32. n. 29.

Quando nam cenſus dicatur impoſitus ſuper toto fundo vel ejus parte. dec. 33 n. 11.

Dicitur impoſitus ſuper ſola parte quando ſpecificatur pars fundi & reſidualis aſſignatur pro confine. ibid.

G

Genus

Genus non reſtringitur per Enumerationem ſpecierum. dec. 32. n. 6.

H

Hæres

Satis eſt quod aliquis ſit hæres univerſalis ut poſſit petere renovationem bonorum emphyteuticorum. dec. 10. n. 9.

Hæredis conſtitutionem non importat relictum medietatis bonorum domus teſtatoris: ſed dumtaxat legatum particulare. dec. 11. n. 10. & 11.

Hæreditaria qualitas non probatur ex enunciativa facta à procuratore ſine mandato in citatione ad ſolvendum affictus. dec. 24. n. 8.

Præſertim quando non agitur de affictibus decurſis in vita Teſtatoris. ibid. n. 9.

Probatur tamen ex exactione fructuum ſpectantium ad teſtatorem facta titulo hæreditario. ibid. n. 9.

Filius ergo hæres non procedit quando filius convenitur, niſi probetur qualitas hæreditaria. dec. 24. n. 11. & explicatur deciſio in Peruſina dotis 21. Junii 1701. coram R. P. D. Caprara.

Ignorantia præſumitur in hærede. dec. 23. n. 21.

Homines

Homines ſæpè dicunt quod nolunt nunquàm tamen faciunt quod contrà ſentiunt. dec. 28. n. 8.

Hypotheca

Hypotheca eſt cauſa exercitii juris offerendi. dec. 15. n. 50.

Hypotheca præſcribitur ſpatio decem annorum. dec. 15 n 60.

Præſcriptio hypothecæ non intrat quando tertius habet cauſam à debitore. dec. 15. n. 61.

I

Intereſſe

Intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis ut debeatur probari, debet damnum proveniſſe culpa debitoris. dec. 30. n. 6.

Inveſtitura

In inveſtituris loquentibus de maſculis, fœminæ non comprehenduntur. dec. 11. n. 9.

Ille demonſtrat ſe non comprehenſum in inveſtitura qui renovationem petit ut proximior. dec. 12. n. 10.

Inveſtiendi onus non pertinet emptori quando natura contractus reſiſtit & breve Pontificium id non exigit. dec. 20. n. 3.

Inveſtiendi onus imperſonaliter conceptum refertur ad venditorem. dec. 20. n. 4.

Inveſtiendi onus ſecluſo pacto de jure non pertinet emptori. ibid. n. 5.

Judex

Judex dans in ſolutum creditori bona debitoris fungitur vice debitoris, cum factum judicis ſit factum partis. dec. 6. n. 18. & deciſ. 15. n. 9.

L

Legatum

Legatum factum ad effectum contrahendi matrimonium vel ingredi religionem non poteſt peti niſi purificata conditione. dec. 13. n. 13.

Hypotheca competens pro Legato non eſt exercibilis niſi ſuper bonis quæ remanent deducto ære alieno teſtatoris. dec. 13. n. 14. & 15.

Legatario non competit jus offerendi ſuper bonis Teſtatoris venditis pro dimittendo ære alieno ejus Teſtatoris. n. 16. & 19.

Neque adverſus hæredem gravatum volentem conſequi ſuam falcidiam. dec. 13. n. 17.

Legata & fideicommiſſa non ſunt præſtanda niſi ſalva lege falcidia. dec. 13. n 18.

Legata non debentur niſi deducto ære alieno. dec. 13. n. 19.

Lex

Doctores faciunt caſum Legis ubi non habent contradictores. dec. 16. n. 21.

Lex nova ſeu nova opinio comprehendit dumtaxat caſus futuros. dec. 20 n. 8.

Lex ſeu Conſtitutio edita per viam declarationis comprehendit præterita. dec. 20. n. 10.

Leges faventes libertati ſunt amplectendæ. deciſ. 19. n. 4.

Licitator

Creditor intermedius non debet eſſe pejoris conditionis tertio licitatore. dec. 15. n. 2.

Adverſus licitatorem ementem & reportantem ceſſionem à creditoribus anterioribus jus offerendi non competit favore poſterioris creditoris. dec. 15. n. 3.

Locatio

Terminata locatione fructus peti nequeunt. dec. 30. n. 1.

M

Mandatum

Mandatum de immittendo requiritur poſt mandatum de adjudicando obtentum pro novis creditis ſuperventis poſt poſſeſſionem bonorum debitoris. dec. 6. n 5.

Expeditio mandati de immittendo eſt omnino neceſſaria non obſtante poſſeſſione creditoris quando judex ſui illum poſſidere, & nihilominus talem expeditionem demandat. dec. 6 n. 7.

Creditor qui poſſidet bona debitoris ſi non adimpleat conditiones oppoſitas in mandato de adjudicando, cenſetur non mutaſſe titulum ſed retinere bona eodem modo quo anteà faciebat. dec. 6. n. 6. & 10.

INDEX.

Qui poteſt reportare mandatum ad factum contra debitorem pro extinguendo cenſu paſſivo, is dicitur creditor. dec. 15 n. 20.

Mandatum de ſubhaſtatione nequit ab aliquo obtineri niſi in figura creditoris. dec. 15. n. 53.

Mandatum ſpeciale requiritur ut renuntiatum dici poſſit juri offerendi ſtante receptione pretii rei venditæ. dec. 15. n. 51.

Mandatum præſumptum non ſufficit in præjudicialibus. dec. 15. n. 52.

Mandatum præſumptum quod habet unus frater in bonis alterius, non ſufficit ad præjudicandum juri retrahendi, ſed requiritur ſpeciale. dec. 18. num. 15.

N.

Nemo

Nemo invitus cogi poteſt ad permanendum in re locata. dec. 30. n. 5.

O.

Oblator

Ubi deficiunt oblatores adjudicatio non permittitur quàm favore creditoris. dec. 17. n. 7.

Quando deficiunt oblatores, tunc ſolum permittitur adjudicatio favore creditoris. dec. 16. n. 10.

Offerre

Jus offerendi competit adverſus creditorem anteriorem ementem bona à debitore, vel jure dibutionis. dec. 4. n. 1.

Creditor accipiens bona in ſolutum, vigore ceſſionis factæ à debitore cenſetur accipere cum ſuo onere & ſic cum iure offerendi competente poſterioribus. dec. 4. n. 3.

Renuntiatum cenſetur iuri offerendi quando creditor citatus patitur diſtrahi bona debitoris.

Quod tamen procedit quando bona emuntur à tertio non autem à creditore. dec. 4. n. 9. 10. 11. 12.

Creditor qui patitur per ſententiam adjudicari bona favore anterioris creditoris amittit jus offerendi.

Quod tamen procedit quando creditor poſterior obtuliſſet & eius oblatio in eadem ſententia rejecta fuiſſet, alias ſecus. dec. 4. n. 15. 16.

Jus offerendi competit indubitanter favore creditoris poſterioris quando adhuc adjudicatio perfecta non fuit favore anterioris. dec. 4. n. 18.

Creditor dicitur offerre re integra quando offert ante implementum conditionis demandatæ in ſententia adjudicationis. dec. 4. n. 55.

Jus offerendi competit favore creditoris poſterioris adverſus anteriorem accipientem bona debitoris in ſolutum. dec. 17. n. 24.

Limita ſi eadem bona adjudicentur creditori anteriori uti tertio & non uti creditori. dec. 5. n. 1. & 2.

Jus offerendi competit contra creditorem anteriorem accipientem bona in ſolutum à debitore. dec. 5 n. 6 7. 8. 9. & 15.

Renuntiatum cenſetur jure offerendi quando creditor citatus patitur diſtractionem bonorum debitoris, nec prælationem expoſcit. dec. 5. n. 8.

Limita ſi adjudicatio fit à judice nomine debitoris, prout ſi judex in eadem ſententia quâ graduat creditores concedit adjudicationem, quia tunc creditor poſterior non habet commodum medii temporis ad offerendum. dec. 5. n. 19 & 20.

Jus offerendi durat ſpatio 30. annorum. dec. 5. n. 21.

In dubio pronuntiandum eſt in modum ut ſervetur indemnitas utriuſque creditoris & ſic intret ius offerendi. dec. 5. n. 23.

In dubio pronuntiandum eſt pro iure offerendi. dec. 6. n. 19.

Jus offerendi non competit favore creditoris poſterioris adverſus anteriorem ementem bona debitoris tanquam tertium. dec. 7. n. 1.

Jus offerendi ceſſat quando emptor acquirit dominium irrevocabile. dec. 7. n. 4.

Creditor poſterior offerens pecunias creditori anteriori debet illas tradere liberas à quocunque vinculo.

Limita in concurſu creditorum in quo ſicut creditor accipiendo bona debitoris tenetur recipere vinculata ita pariter debet recipere pecunias vinculatas.

Et contraria procedunt quando anterior poſſidet bona debitoris in Salviano vel vigore alicujus contractus facti eum debitore non ſuſpecto de decoctione. dec. 8. n. 4. & 5.

Juris offerendi quæſtiones cadunt dumtaxat inter creditores non inter tertium & creditores. dec. 3. n. 6.

Juris offerendi præcipuum fundamentum conſiſtit in eo quod creditoris poſterioris hypotheca ſalva manet poſt factam venditionem anteriori. dec. 13. n. 6.

Jus offerendi remedium eſt ſubſidiarium dec. 13. n. 5.

Jus offerendi tanquam ſubſidiarium competit dumtaxat quando creditor poſterior nequit ſatisfieri ſuper bonis debitoris. dec. 14. n. 1.

Remedium tamen ſubſidiarium non competit quando poteſt experiri ordinarium. dec. 14. n. 6.

Jus offerendi datur in ſolatium creditori poſteriori ſugenti jacturam crediti. dec. 15. n. 7.

Renuntiatum cenſetur juri offerendi ſtante receptione pretii rei venditæ, facta per creditorem poſteriorem. dec. 15. n. 49.

Jus offerendi eſt remedium ſubſidiarium, & non intrat quando creditor poſterior poteſt ſatisfieri ſuper aliis bonis debitoris. dec. 25. n. 54

Jus offerendi non poteſt impediri prætextu exiſtentiæ aliorum bonorum, ſi debitor obtinuit inhibitionem vigore ſeptuagenariæ. dec. 15. n. 55.

Jus offerendi non poteſt impediri ob exceptionem exiſtentiæ aliorum bonorum quando illa clarè non probatur. dec. 15. n. 58.

Jus offerendi præſcribitur dumtaxat concurrente ſpatio 30. annorum. dec. 15 n. 62.

Jus offerendi competit favore creditoris anterioris adverſus poſteriorem. dec. 25. n. 2.

P.

